C. CORNELII TACITI

OPERA OMNIA

EX EDITIONE OBERLINIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

JUSTI LIPSII EXCURSIBUS

RECENSU CODICUM ET EDITIONUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN SEXTUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1821.

Digitized by Google

C. CORNELII TACITI

HISTORIARUM

LIBER PRIMUS.[1]

BREVIARIUM LIBRI.

CAP. 1. Præfamen. Auctoris dignitas, ætas, institutum. 2. 3. Præsentis historiæ summa capita. 4. 5. Status urbis, mens exercituum, habitus provinciarum, occiso Nerone. Nymphidius, imperium affectans, oppressus. 6. 7. Galbam crudelitas sua, ætas, corporis forma et amicorum vitia reddunt invisum. 8. 9. Status Hispaniæ, Galliæ, Germanicorum exercituum, Britanniæ, Illyrici. 10. In Syria Muciani virtutes et vitia. Fl. Vespasiani, Judaicum bellum administrantis, animus in Galbam. 11. Ægypti, Africæ, Mauretaniæ, Rætiæ, Norici, Thraciæ, Italiæ status Coss. Galba et Vinio.

1 Ita Lipsius et Recentiores. Nullus in editione principe titulus. Olim hi quinque Historiarum libri Annalium series habebantur. Inde eos inscripserat Puteolanus, CORNELII TACITI ACTORVM DIVRNALIVM HISTORIAE AVGVSTAE LIBER XVII INCIPIT. Sic quoque ad calcem libri III. Historiarum in Mss. Harl. Bodl. Jes. ascriptum: *Cornelii Taciti Actorum Diurnalium Historiæ Augustæ liber* XVIII. *explicit. Incipit vicesimus feliciter.* Nec aliter dividit Ms. Flor. in quo ad calcem libri II. Historiarum adjectum *Cornelii Taciti liber octavus decimus explicit. Incipit nonus decimus.* Vetus quidem illa partitio, siquidem D. Hieronymus post Augustum usque ad mortem Domitiani vitas Cæsarum triginta voluminibus a Tacito scriptas memorat. Periere ergo ferme decem Historiarum libri, qui vel amplissimi fuere, vel Tacitus non ea qua cœperat abundantia res horum temporum erat prosecutus. Minor certe casuum copia; neque in iis tantum momenti. *Brotier.*

Digitized by Google

12. Deficiente superioris Germaniæ milite, Galba de adoptando Cæsare cogitat. 13. Vinius Othoni favet, non ita Laco et Icelus. 14. Galba, transactis Imperii comitiis, Pisonem eligit, hominem antiqui moris et severum, cui 15. 16. adoptionis causas et Imperii administrandi consilium aperit. 17. Pisonis inter hæc moderatio, 18. Adoptio in castris nuncupata, 19. tum in Senatu. Legati ad defectores missi. 20. Neronis prodigæ donationes rescissæ.

21. Othoni spe lapso consilium in turbido, 22. instigantibus libertis, servis, mathematicis; 23. 24. paratis jam ante militum studiis per blanditias et largitiones, oscitante ad id Præfecto. 25. 26. Ergo jam legiones et auxilia pro Othone. 27. Mox consalutatus Imperator, 28. castris Prætorianis infertur.

29. 30. Piso cohortem, quæ in palatio stationem agit, hortatur ad fidem. 31. Illa parat signa, reliquis copiis deficientibus. 32. 33. Plebis adulatio et levitas. Fluctuat Galba cum amicis, an occurrendum? 34. Præmittitur in castra Piso. Falsus de occiso Othone rumor. 35. Populus et Senatus Galbæ; 36. castra Othoni favent. 37. 38. Hic militum animos oratione sibi conciliat; Galbæ et Pisoni reddit infensos. Arma militi dividit. 39. Agitat Laco de cæde Vinii. 40. Galba fluctuat. Plebs nutat. Othoniani forum irrumpunt. 41. Galba desertus, occisus, 42. sic et Vinius. 43. Sempronii Densi fides. Piso cæsus, 44. magna Othonis lætitia. Cædium præmia poscentes jussu Vitellii postea interfecti. 45. Adulantur Senatus et Populus victorem Othonem, qui coërcendo militum furori impar: 46. hi vacationes sibi remitti petunt. Laco et Icelus cæsi. 47. Pisonis et T. Vinii sepultura, 48. elogia, testamenta. 49. Galbæ sepultura, ætas, nobilitas, mores, honores.

50. Trepidam urbem novus de Vitellio nuntius exterret. Vespasianum nonnulli augurantur. 51. Initia Vitelliani motus ex bello Julii Vindicis, et secutis inde discordiis inter legiones et Gallos, 52. 53. Vitellius, suo ingenio ignavus, ad res novas stimulatur a Valente et Cæcina legatis. 54. 55. Legiones utriusque Germaniæ fidem in Galbam exuunt,

Digitized by Google

56. segni spectatore Hordeonio Flacco Legato. 57. Valens Vitellium Imperatorem consalutat, magno militum studio; 58. quibus poscentibus multi cæsi. 59. Julius Civilis periculum evadit. Undique viribus auctus, 60. inter fœdas Legatorum discordias, 61. duos exercitus in Italiam mittit. 62. Torpet Vitellius; ardor et vis militum ultro Ducis munia implet. 63. Subito furore correptus miles ab excidio Divoduri ægre temperat. Gallias terror invadit. 64. Vitellio adhærent. 65. Lugdunenses ex vetere odio milites in eversionem Viennensium impellunt; 66. isti tamen do nis placantur et precibus. Valentis avaritia et libido. 67. 68. Helvetios, Vitellii Imperium abnuentes, Cæcina, belli avidus, cædit. 69. Aventicum ægre impunitatem salutemque impetrat. 70. In Vitellii partes transgressa Italiæ parte, Cæcina Alpes superat.

71. Otho prudenter se gerit; Mario Celso ignoscit. 72. Tigellinus infamem vitam exitu inhonesto fœdat. 73. Galvia Crispinilla cum mala Othonis fama periculo exemta. 74. Principes mutuo sibi conditiones offerunt; mox rixantes flagitia invicem objectant, et 75. insidiatores immittunt. 76. Distractis inter utrumque exercitibus ac provinciis, bello opus. 77. Otho Imperatorem agit; honores, 78. civitatem, jura dilargitur: de celebranda Neronis memoria agitat.

79. Sarmatæ Roxolani Mœsiam irrumpentes cæsi. 80—82. Seditio gravis, in ipsa urbe temere orta, cum magno metu atque discrimine primorum civitatis, precibus et lacrymis Othonis componitur, qui 83. 84. milites ad concordiam et modestiam hortatur. 85. Istis compositis, omnia suspicionum et formidinis plena, præcipuo Patrum metu. 86. Prodigia Othonis cladem præsagientia. 87. Is, lustrata urbe, Narbonensem Galliam aggredi statuit, et 88. cum multis nobilibus L. Vitellium æmuli fratrem secum ducit. 89. Inde varii animorum motus. 90. Commendata Patribus Republica Otho festinat ad bellum. Trachali eloquentia usus Otho, in quem studia et voces vulgi. Gesta hæc paucis mensibus,

IMP. SERV. GALBA ET T. VINIO COSS.

Digitized by Google

INITIUM mihi[1] operis[a] Ser. Galba iterum, T. Vinius[2] Con-

Ser. Galba secundum, T. Vinius primum *Consules erunt mihi principium Histo-*

1 Sic vulgo Mss. et libri omnes editi. In Ms. Vatic. 1864. et in Ms. Corb. *mei.*—2 Perperum Mss. Harl. Bodl. Jes. et veteres editiones, *T. Junius.* In veteri lamina ænea apud Cl. Muratori, *Novus Thesaurus veterum Inscriptionum*, Vol. I. p. 307. n. 5. T. VINIO COS. et apud Gruterum, *Inscript. Antiq.* p. 189. n. 3. SER. GALBA. II. T. VINIO COS. *Brotier.*—3 *Octingentos*

NOTÆ

[a] *Initium mihi operis*] His in libris res gestas principatu Galbæ, Othonis, Vitellii, Vespasiani, Titi, et Domitiani persecutus est Tacitus, qui principatum Nervæ et Imperium Trajani seposuit, suppetente vita, 'materiam senectuti suæ.'

At quot in partes historiarum opus deduxerit, eo nobis ignotum, quod reliqui a quinto non supersunt; sed nec ille integer: cujus ex initio Q. Septimius Florens in Apologetico producit testimonium.

Et Cornelium a Plinio Cæciliano petiisse constat, hujus epist. lib. VII. ut C. Plinii avunculi exitum describeret, quo verius posteris tradere posset.

Quod si est, sub Tito res gestas Tacitus noster narravit, cum, ejus principis tempore, Vesuvius Mons conflagraverit, et tum C. Plinius interierit. Ipse præterea sibi testis est Annal. XI. se libros de rebus Domitiani composuisse.

Sed et cum Plinius d. libro scribit Tacito: 'Auguror, nec me fallit augurium, historias tuas immortales futuras: quo magis illis (ingenue fateor) inseri cupio;' significat Cornelium gesta sub Nerva, nomine *Historiarum*, scribere.

Sicuti autem quod homo est, id necessario animal est, Annales libri qui sunt, Historiarum libri sunt: sed sicuti quod est animal, non id necesse est hominem esse, ita *Historiæ* non omnino id quod *Annales* sunt. Apud Gellium V. 18.

Quare nominis ratione, et quod tam multa hoc libro Cornelius præfatur, et *initium operis*, et *opus aggredi* se dicat, distinctos *Annalium* libros ab *Historiarum*, non sine causa mihi videor asserere.

Juvatque opinionem meam, quod in Vaticana Bibliotheca Ms. ad initium hujus libri miniatis literis sic habet, INCIPIT XVII. EJUSDEM SECUNDUM QUOSDAM: quod significat, olim jam ingeniosos fuisse qui ab hoc libro Corn. Taciti opus *Historiarum* exordirentur.

Itaque eo libentius veterem Librorum inscriptionem Tacito vindicavimus. *Vertranius.*

Tacitus duo Historiarum volumina scripsit. Alterum auspicatur ab excessu Augusti ad Kalendas Jan. paulo post mortem Neronis, sic complexus tempora Tiberii, Caii, Claudii, et Neronis, et magnam partem principatus Galbæ.

Alterum exorsus a Kalendis jam dictis extendit in mortem Domitiani.

Quatuor priores libri voluminis posterioris, (si ratio temporis habeatur, non considerato scriptoris ordine,) res gestas continent unius tantum anni, et aliquot insuper mensium, a principio Januarii, cum Galba et Vinius Consulatum inibant, anno U. C. 822. ex Taciti Chronologia; aut potius ea, quam totius, ut tunc erat, imperii consensus probabat, *Claudio Cæsare* IV. *Vitellio* III. *Coss.* ut ipse

Digitized by Google

sules erunt. Nam, post conditam urbem, septingentos[a] et viginti[b] prioris ævi annos multi auctores[c] retulerunt, dum

riæ. Quippe a constructa Roma elapsos *septingentos et viginti superioris temporis annos plurimi Scriptores tradidere; dum* gestæ *populi Rom. res scribebantur æquali*

Mss. editio princeps et recentiores. Male Puteolanus, *ducentos et viginti.* Nec bene Beroaldus DCC *et* XX. quasi de iis tantum, qui ante Actiacum bellum scripsere, ageret Tacitus. At omnes omnino complectitur, qui ab Urbe condita ad Galbæ et Vinii consulatum scripsere per annos 822. aut, ne minuta sectetur, per annos 820. *Idem.* Mihi, si quid video, potior est Beroaldi lectio, undecumque sit orta. Opponit Tacitus tempora ante pugnam Actiacam, quibus eloquentia scriptorum viguit cum libertate, quod is prius ævum dicit, temporibus insecutis, quibus magna ingenia cessere et veritas est infracta. Restitui locum, et interpunctione sensum juvi. *Oberlin.* Brotierus cum ceteris locum ita legit et interpunxit: *Nam post conditam Urbem octingentos et viginti prioris ævi annos multi auctores retulerunt: dum res, &c.*

NOTÆ

scribit Annal. XI. exacte duobus et viginti annis ante Galbam et Vinium, 'ludi sæculares octingentesimo post Romam conditam anno spectati sunt.'

Quæ temporis observatio excedit uno anno Fastos Capitolinos, (ut vocant,) consentitque accurate cum ea, quam Varro, Cicero, Plinius, VIII. 7. et Dio l. XL. l. LII. l. LX. instituunt, ratione.

Jam vero quanquam principis majestas, et ministri dignitas videantur ex earum rerum genere, quæ non bene conveniunt, nec in una morantur sede, non repugnat tamen istius ævi consuetudo, res dissociabiles miscentis, quin primo, cum princeps imperio admoveretur, anno, ex more, sæpe et ex libitu, in Consulatu se collegam faceret.

Rationem reddit Appianus I. 'Sylla quamvis Dictator, collegam tamen se dari passus est Consuli Metello Pio, ut Democratici regiminis species superesset: et inde fortassis in hoc usque tempus manavit mos, quo Rom. Imperatores, cum Reipub. Consules crearent, sæpe etiam se Consules fecerint, non aspernati junxisse Consulis titulum Principali fastigio.'

Primus autem Galbæ Consulatus incidit in quartum, qui Tiberii mortem præcessit, annum, quo Liviæ Augustæ favor eum extulit, ut Plutarchus in Galba memorat.

Sed errat meo quidem judicio, cum illa quadriennio ante obiisset; invisa filio, et magis, quotquot ejus ope dignitates ambiebant. Tac. Annal. V. 2. Neque in more positum Tiberio fuit in longum successores dignitatibus destinare. *Savilius.*

Potuit Galba adipisci Consulatum eodem anno quo interiit Livia: et alia ratione, seu prudentia, potuit ei dignitatem Tiberius concedere, quam ex solo favore et amicitia Liviæ. Fuit quippe fama et stirpe conspicuus Galba, et inter Nobiles ac proceres censebatur.

[b] *Septingentos et viginti*] Exacte si putas, XXII. reperies. *Lipsius.* Posuit Tacitus numerum completum, nec minutias persequitur.

[c] *Multi auctores*] Intelligit præcipue, ut opinor, Livium, (quanquam latius se extendat ejus historia,) cujus eloquentiam et fidem, qui circumferuntur libri, testantur. Tac. Ann. IV. 34. *Savilius.*

Digitized by Google

res Populi Rom. memorabantur pari eloquentia ac libertate.[d] Postquam bellatum apud Actium,[e] atque omnem potestatem[4] ad unum conferri pacis interfuit, magna illa ingenia cessere:[f] simul[g] veritas pluribus modis infracta; primum inscitia Reipublicæ ut alienæ,[h] mox libidine assentandi,[i]

facundia ac libertate. Postquam pugna commissa est apud Actium, et pacis stabiliendæ *causa necesse fuit, omnem vim* Imperii *in unum transferri*, tum *magni illi viri* a scribenda Historia *deterriti sunt. Et tum etiam veritas multiplici ratione imminuta; primum ignorantia Reip. velut extraneæ; dein cupidine adulandi* Prin-

libertate; &c.—4 Ita Puteolanus, Ernestus, aliique plurimi, quibus suffragantur nonnulli libri Mss. At in Mss. Flor. Corb. Agr. et editione principe, ut et Ryckius et Jac. Gronovius, *omnem potentiam*. Ms. Reg. *omnium potentiam*. Mss. Bud. et Danes. *omnium potestatem*. Brotier. Bipontini reposuere po-

NOTÆ

Quidni intelligat etiam Sallustium? de quo vere dictum: 'Crispus Romana primus in Historia.' Et alios, quorum magna ævo Taciti fama, et quos invidia temporum intercepit?

Sic Ann. lib. I. 'Sed veteris populi R. prospera vel adversa claris scriptoribus memorata sunt; temporibusque Augusti dicendis non defuere decora ingenia, donec gliscente adulatione deterrerentur.'

[d] *Pari eloquentia ac libertate*] Sic Tac. IV. 33. 'Tum quod antiquis scriptoribus rarus obtrectator, neque refert cujusquam, Punicas Romanasve acies lætius extuleris; at multorum, qui, Tiberio regente, pœnam vel infamiam subiere, posteri manent.'

Sed non cessere decora ingenia ob metum posterorum, sed ob metum imperitantium, quod et contigit ipsi Claudio. Suet. Claud. 41. 'Initium autem sumsit Historiæ post cædem Cæsaris Dictatoris; sed et transit ad inferiora tempora, cœpitque a pace civili: cum sentiret neque libere, neque vere sibi de superioribus tradendi potestatem relictam, correptus sæpe et a matre et ab avia.'

[e] *Actium*] Promontorium et oppidum Acarnaniæ regionis minoris ad sinum Ambracium in Achaia provincia Græciæ regionis: hodie promontorium vocatur *Cabo Figalo;* est ad sinum *l'Arta* in Achaïa provincia præfecturæ Romeliæ sub Turcico imperio Europæo. *Actium* vero oppidum nunc est castellum, vulgo dictum *Dardanello*, ad os sinus Artæ. Pugnatum ad Actium, et Augustus Imperator vicit Marcum Antonium anno 2. Olympiadis 187. Romæ conditæ 723. ante Christum natum 31. *Tillemonius.*

[f] *Cessere*] *Cessere*, at non *cessarere*, id est, Non exstincta illa magna ingenia, ut vertunt interpretes; sed absterrita sunt difficultate scribendi, quia nec libertas, nec cognitio rerum: Nec gloria, immo periculum, quia unius cura et in unius decus cuncta in publicum gesta a temporibus Augusti.

[g] *Simul*] Id est, eodem tempore, scil. post pugnam Actiacam, et cum Respub. in unum collata est, tum 'veritas pluribus modis infracta,' &c.

[h] *Inscitia Reip. ut aliena*] Aliena ignorantur, aut quod ab eorum cognitione submovemur, aut quod incuriosos non excitat sciendi desiderium:

aut rursus odio adversus dominantes: ita neutris cura posteritatis,[j] inter infensos vel obnoxios. Sed ambitionem[k] scriptoris[5] facile adverseris;[6] obtrectatio et livor pronis auribus accipiuntur. Quippe adulationi fœdum crimen servitutis, malignitati[l] falsa species libertatis inest. Mihi Gal-

cipibus, *aut etiam invidia adversus imperitantes: sic neutris cura*, aut amor veri transmittendi *in posteros; cum alii* odio *infensi essent, alii* in serviendo *dominantibus abblandirentur. Sed assentandi libidinem in auctore facile asperneris; at æmulatio et invidia avidis auribus excipiuntur. Nam assentationi turpe flagitium servitii inest, invidiæ vero et obtrectationi adumbrata imago libertatis* adhæret.

tentiam.—5 In Mss. Farnes. et Corb. *ambitionem scriptionis.* Ms. Reg. et editiones veteres ante Rhenanum, *ambitioni scriptoris:* quod plurimum placet. Ni forte, cum multus esset in hac ætate quarti casus usus, præpositionem *adversus* intellexeris. Sic Plautus, *Mercator*, II. 3. 'Nolo adversari tuam adversus sententiam.' *Brotier.*—6 Pro *adverseris* mallet Muretus *adverteris.*

NOTÆ

prius illud hic locum habere videtur.

Nam cum antea quicquid ubique terrarum gereretur, populo Rom. et Senatu arbitro fieret; nunc publica maximi momenti negotia, velut fidei suæ arcano seposita, invaserat paucorum libido.

Dio lib. v. 3. 'Complura agitari tum cœperant, seclusis a cognitione aliis, præter eos, in quorum manus illa devenerant.' *Savilius.*

[j] *Mox libidine assentandi*] Sic lib. I. 'Tiberii Caiique et Claudii ac Neronis res, florentibus ipsis, ob metum falsæ; postquam occiderant, recentibus odiis compositæ sunt.' Sic ingens assentator Velleius Paterculus, qui scripsit florente Tiberio; et sibi aut vanitati magis quam veritati consuluit.

Mox libidine assentandi] De adulatore Historico perinde se habet ac de illo pictore, qui cum pingeret Deas, sub imagine illarum meretrices amasias efformabat, non sine vanitate sacrilega.

Plin. l. xxxv. 10. 'Fuit et arellius Romæ celeber paulo ante Divum Augustum, nisi flagitio insigni corrupisset artem, semper alicujus fœminæ amore flagrans, et ob id Deas pingens, sed dilectarum imagine. Itaque in pictura ejus scorta numerabantur.'

[j] *Neutris cura posteritatis*] Id est, Neutri satis curabant veritatem, quæ ad posteros transmitti debet sine ullo affectu, quia vel assentando obnoxii imperitantibus, vel infensi erant.

Neutris cura posteritatis] Vertit Hispanus interpres: Neutri curam habuerunt utilitatis posterorum. Certe in sola veritate Historiæ utilitas posita videtur, non in voluptate. Amor, odium, et assentatio Fabulas invehunt, quibus Historiæ dignitas labefactatur, polluitur, violatur.

[k] *Ambitionem*] In Historico cupidinem assentandi dominantibus nullo negotio discernas, et ultro *adverseris* assentatorem: at odium seu livor facillus arrepit animis, falsa specie libertatis, qua nempe obtrectatur imperitantibus: quasi scil. auctor Historiæ nemini parcat et veritatem libere promat, vel etiam cum periculo suo.

[l] *Malignitati*] *Malignitas* hic idem

Digitized by Google

ba, Otho, Vitellius, nec beneficio, nec injuria cogniti. Dignitatem nostram a Vespasiano inchoatam,[m] a Tito auctam,[n] a Domitiano longius provectam,[o] non abnuerim: sed incorruptam fidem[p] professis,[7] nec amore[8] quisquam et sine odio dicendus est. Quod si vita suppeditet, Principatum

Mihi Galba, Otho, Vitellius, nec gratia, nec offensione noti. Non inficias ierim fastigium, seu decus nostrum a Vespasiano incœptum, a Tito adauctum, et a Domitiano altius evectum esse; sed integram ac sinceram fidem profitentibus, nec studio et favore, nec invidia aut malignitate quisquam scribendus est. Sin vitam ultra produxero, distuli ac reservavi senectæ meæ imperium D. Nervæ, et principatum

Ernestus, *averseris*. Et certe frequens in hoc librariorum error, dum *adversari* pro *aversari* scribunt. Vide infra c. 38. *Idem.*—7 Ms. Corb. *Fidem professo, neque amore.* Habet et editio princeps *neque*, et sic Gronovius.—8 Muretus et Acidalius volebant, *nec cum amore.*

NOTÆ

est ac *livor*, seu *obtrectatio*, odium et invidia scriptoris adversus dominantes, aut ceteros alios, qui Rempub. attigere, et qui sub stylum auctoris cadunt. Qui certe omnes sine tali *malignitate* describendi sunt.

Supra omnes affectus attollere se mens auctoris debet, ita ut nulli sit infensus odio, aut pravitate, et nulli beneficio, aut amore sit obnoxius.

[m] *A Vespasiano inchoatam*] Quomodo? quiane procurator sub illo Belgicæ? E Pliuio lib. VII. id suspicere: sed suspicere tantum. Immo verius id ceperis de hujus patre. Intelligo ergo dignitatem ejus inchoatam a Vespasiano, quod ab eo quæstor senatorque factus sit. *Lipsius.*

Vespasiano] Moritur in Sabinis ad Aquas Cutilias Flavius Vespasianus imperator Romanus, annos natus undeseptuaginta, cum uno mense, et diebus septem, cum imperasset annis decem minus diebus sex. Anno Romæ conditæ 832. Christi 79. *Tillemonius.*

[n] *A Tito auctam*] Ædilitate aut tribunatu. *Lipsius.*

Tito] Titus Imperator et successor Vespasiani, cum imperasset biennio, mensibus duobus, diebus viginti, ætatis 42. moritur anno Romæ conditæ 834. Christi 81. *Tillemonius.*

[o] *A Domitiano longius provectam*] Quo principe quindecimvir et prætor fuisse ipse testatur Ann. l. XI. *Lips.*

Interfuit enim ludis sæcularibus quindecimvirali sacerdotio præditus, (qui ludi celebrati a Domitiano,) et forte gratia soceri Agricolæ provectus, qui bene meritus est de hoc principe, præsertim cum vicit Britannos ingenti prælio.

Domitiano] Domitianus Imperator et successor Titi occiditur anno ætatis 45. Imperii 15. et anno Romæ conditæ 849. Christi 96. *Tillemonius.*

[p] *Sed incorruptam fidem professis*] Id vel intelligi potest, in genere, de omnibus Historicis, qui cum ex munere suo *fidem* integram et sincerum animum profiteantur, neminem amore aut odio dicere debent.

Vel se ipse respicit Tacitus: 'Non negaverim,' inquit, 'dignitatem nostram a Vespasiano inchoatam, a Tito auctam:' &c. sed mihi Historiam scribenti et incorruptam fidem pro-

Digitized by Google

D. Nervæ[q] et Imperium Trajani,[r] uberiorem[9] securiorem-

Trajani describendum, quod *fœcundius et securius argumentum* erit; *nova et*

9 Acidalius tentat *liberiorem.*

NOTÆ

fesso, *nec amore quisquam, nec odio* dicendus est.

[q] *D. Nervæ*] Ait, *Diri.* Cœpit ergo scribere eo mortuo et sacrato. *Lipsius.*

Principatum Diri Nervæ] Senatus Cæsarum nonnullis templum et cœlestes honores concessit, et titulum *Diri*, aut ob merita, aut importunas successorum flagitationes. Neque hæc principibus tantum indulta, sed et uxoribus, matribus, immo et filiis.

Appian. 2. 'A Julio Cæsare omnes porro Imperatores, nisi aut tyranni fuissent aut prorsus mali, Romani post mortem divinis afficiebant honoribus.'

Nam Deum honor Principi non ante habetur quam agere inter homines desierit, Annal. xv. Ideoque *Trajanum*, adhuc tum in vivis agentem, simpliciter nominat: non addita honoris significatione; at jam mortalibus exemtum, *Divum* Nervam vocat.

Solennia hujus ἀποθεώσεως, seu *Deificationis*, cum usu recepta sint quibusdam nostro tempore gentibus, describam ex Herodiano l. iv. et aliis; saltem quoad præcipua ejus membra.

Post exequias Principis magnifico et sumtuoso funeris apparatu, ut in aliis hominibus ex dignitate cujusque fieri solebat, *ceream imaginem* in defuncti similitudinem effingebant, sed pallidam et exsanguem, ut ægrum imitaretur. Illa ad Palatii ingressum collocabatur in eburneo lecto, aurea veste constrato.

Astabat Senatus, et ex ceteris ordinibus alii pullati; visebant quotidie Medici, venæ momenta exploraturi, morbique examen ad collegium suum referebant.

Abituri renunciabant ex decreto facultatis suæ, quomodo morbus quotidie ingravesceret, vixque superesse salutis spem. In exitu diei septimi arbitrabantur, atque ex artis fiducia affirmabant fatalem esse crisin, quæque ægrum jam confecisset.

Ex Senatu ergo quidam ac præcipua nobilitate in hunc finem collecti, sublatum in humeros lectum deportabant via sacra ad forum, ubi agmen juniorum Nobilium, qui gloria et celebritate gentis præfulgebant ab una parte, virginesque ab altera, respondentes sibi invicem, hymnos occinebant in honorem defuncti Principis, solenni et attemperato mortualibus sono, permixto alludentis Musicæ non uno artificio, ut totius cærimoniæ instituto nihil prorsus tribueres præter inerrantem mœrori lætitiam; quod Seneca ἀποκολοκυντώσει, id est, consecratione Claudii docet.

'Et erat omnium formosissimum,' (funus Claudii,) 'et impensa cura plenum, ut scires Deum afferri, tibicinum, cornicinum, omnisque generis æneatorum tanta turba, tantus conventus, ut etiam Claudius audire posset.'

Postea lectus deferebatur in Campum Martium extra urbem, ubi exstructa erat quadrata turris ex asseribus, infima parte latiori, altitudine mediocri, ut ligni quantum satis caperet, exterius circumtecta aureis vestibus, imaginum et picturarum speciosissime elaborato cultu.

Isti turri inædificabatur turricula,

Digitized by Google

NOTÆ

quoad formam et ornamenta, quibus prætexebatur priori similis, sed magnitudine impar, apertis januis et fenestris, (quæ turris cadaveris loculamentum fuit,) quo aromata et toto orbe quæsiti odores congerebantur, crescente in tertiam et quartam uteriusque turricularum numero, sed fastigii sensim latitudine decrescente; ut tota fabrica pharum aut excubitoriam speculam, quæ de nocte allucet, referret.

Omnibus in hunc modum compositis, Nobiles locum obequitabant, admoderato ad certas leges progressu.

Sequebantur alii lecticis intectis, habitu qui gravitatem decet, facie larvas bonorum Principum gestantes, aliorumque quos prisca celebrasset ætas.

Cærimoniis huc usque peractis, successor Principis defuncti, primus arrepta face ad rogum se confert; post illum tota eo confluit multitudo.

Succenso rogo, emittebatur ex summæ turriculæ fastigio aquila, quæ animam in cœlum subveheret.

Cum autem de hoc non dubitarent, postea insertum cœlitibus Romani divinis coluerunt honoribus.

Sed quod plane mihi exciderat, ante consecrationem, usu receptum fuit, ut nobilium aliquis ad extremum jurejurando divinitatem ejus assereret. Suet. Aug. 'Nec defuit vir prætorius, qui effigiem cremati euntem in cœlum vidisse jurasset.'

Idem de Drusilla Caii sorore Livius Geminus Senator affirmabat. Dio l. LIV. 'et dono ob id accepit decem millia sestertium:' quæ summa conficit nostratis pecuniæ 7812. libb. 10. solidos sterlingos; (sunt 250,000 coronati, seu 750,000 libræ Gallico more.)

Cujus dictis tanto licet pensarentur honorario, non eo tamen melius habita fides. Seneca ἀποκολοκυντώσει· 'Postquam in Senatu juravit, se Drusillam vidisse ascendentem cœlum; et illi pro tam bono nuncio nemo credidit. Quod viderit, verbis conceptis affirmavit,' &c.

Illud jurandi institutum manasse in usum videtur auctore Julio Proculo, qui Romuli sic divinitatem astruxit, quem Senatus obtruncavit, et Deum fecit; omninoque illa videntur fuisse hujus consecrationis primordia, quæ Romanis auxit Deorum numerum.

Tullius sic quoque de filia Tulliola sensit, ut ex epist. ad Attic. apparet, sed ad Reipub. turbas facile evanuit imaginariæ deitatis opinio.

Ista consuetudo per C. Cæsaris, Augusti, Claudii, Vespasiani, Titi descendens tempora, vixque interruptionem passa, tamdiu invalnit, ut etiam Christiani Imperatores sic monumentis consecrarent suos genitores et antecessores. Et sic bonorum Principum decorabantur exequiæ.

Malos ex meritis prosecuta est Senatus auctoritas, 'ut nomen fastis eximeretur, ut statuæ dejicerentur, ut corpus unco traheretur in Tiberim.' *Savilius.*

Πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδες non sunt a *million of sesterces*, sed decies sestertium, vel decies centena millia sestertium nummum, monetæ Anglicanæ libræ 7500. rotundo numero. *Gronov.*

Forte ad Apotheosin Tulliolæ spectabat lampas seu Lychnus ille inextinguibilis, qui nostris temporibus adhuc ardens post tam immensam sæculorum seriem repertus est in quodam sepulchro, quod Tulliæ esse nonnulli existimarunt.

Nervæ] Cocceius Nerva, Imperator Romanus, et successor Domitiani, moritur anno Romæ conditæ 851. Christi 98. annos natus 65. menses decem, totidemque dies; cum imperasset anno uno, et mensibus quatuor, et diebus undecim. *Tillem.*

Digitized by Google

que materiam, senectuti seposui: rara temporum felicitate, ubi sentire, quæ velis, et, quæ sentias, dicere licet.

2. Opus aggredior opimum[t] casibus,[t] atrox præliis, discors seditionibus, ipsa[2] etiam pace sævum.[u] Quatuor Principes[v] ferro interemti. Trina[3] bella civilia,[w] plura ex-

inaudita sæculi felicitate, quo fas est, et *cogitare animo quæ cupias, et quæ cogites expromere.*

Aggredior historiam uberem eventis, trucem certaminibus, variam discordiis, et *ipso etiam otio immanem. Quatuor Imperatores gladio interfecti. Tria bella ci-*

1 Sic bene Mss. Reg. Corb. Agr. editio princeps et recentiores. Sic quoque notatum in margine Mss. Harl. et Vatic. Non ita bene Ms. Guelf. et Puteolanus, *plenum variis casibus.* Brotier. Bipontini recepere *inopinum.* Jac. Gronovius volebat *copiosum.*—2 Ryckii Cod. *in ipsa.* Rhenanus *in* expunxit.—3 In Mss. Flor. Reg. Corb. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Ed. pr. *trina.* Ms. Agr. *terna.* Puteolanus *tria;* et sic Brotier. cum Gronovio et Ryckio.

NOTÆ

[v] *Trajani*] Trajanus Imperator et successor Nervæ moritur anno Romæ conditæ 870. Christi 117. vixit annos 63. mensem unum, dies quindecim: imperavit annis 19. cum sex mensibus. *Tillemonius.*

[2] *Uberiorem*] Alii *liberiorem,* neque enim putant *uberiorem* scribendi materiam fuisse temporibus Nervæ et Trajani.

Sed in eo, puto, *uberior* fuit, quod securior, quod felicior, quia nulla tum assentandi necessitas aut libido, nulla tum offensio aut *odium adversus dominantes.*

Tum licuit sentire, dicere, et etiam scribere quicquid libuit. Quæ felicitas nova et hactenus inaudita.

Quidni et uberior materia scribendi fuit mutatio illa translatioque dominationis in bonum principem Nervam? Quidni uberior et amplissima historiæ seges, tot victoriæ Trajani, tot bella feliciter profligata adversus externos hostes; et prolati longius imperii fines, provinciæ ultra Danubium, et ultra Euphratem factæ ac constitutæ, Daci Parthique victi et domiti? Tacitus: 'Quanto angustius imperatum,' nempe quam sub Trajano. Scilicet angustiores imperii limites fuerant sub principibus qui præcesserant Trajanum.

[t] *Opimum casibus*] Varro l. II. c. 1. de Re Rust. 'Boves altiles ad sacrificia publica saginati, dicuntur opimi.'

[u] *Sævum*] Nempe sub Domitiano: etiam de Vitellio intelligi possit, qui multos procerum sibi suspectos facile occidebat. Vide Suetonium et ipsum Tacitum.

[v] *Quatuor principes*] Ne erres cum vulgo. Et ne Pisonem inter istos censeas. Intelligit enim *Galbam, Othonem, Vitellium, Domitianum.* Nam et ad hujus exitum historiam perduxit. Piso autem duntaxat *Cæsar,* non *princeps.* Lipsius.

[w] *Trina bella civilia*] Primum fuit Othonis et Vitellii, secundum Vitellii et Vespasiani, tertium L. Antonii in Domitianum. *Savilius.*

Nam bellum seu motum Vindicis et Galbæ adversus Neronem jam descripsit Tacitus in libris superioribus Annalium, qui perierunt. Et motore L. Antonio civile bellum tertium exarsit, breve quidem, sed tamen prælio dimicatum est, teste Suetonio, Domit.

Digitized by Google

terna ac plerumque permixta.[x] Prosperæ in Oriente,[y] adversæ in Occidente[z] res. Turbatum Illyricum:[a] Galliæ[b]

vilia, plura extranea, et sæpe ex utrisque *mixta. Secundæ res in Oriente, improsperæ in Occidente. Commotum Illyricum; Galliæ dubitantes; victa subactaque*

NOTÆ

[x] *Ac plerumque permixta*] Aut fortasse unum utriusque participabat, ut in exercitu Antonii primi, cum expugnaret Cremonam, cui cives, socii, externi interessent.

Tacit. hist. et eod. lib. 'Principes Sarmatarum Iazygum in commilitium asciti, trahuntur in partes Sido atque Italius Reges Suevorum.' Adeo ut hæc bella, quæque eis paria, etsi respectu ducum *Civilia* essent, externorum tamen auxiliorum respectu, possent vocari permixta. *Savilius.*

Sic Vespasiano promittebat Vologeses multa millia sagittariorum, quæ certe mixta legionibus Rom. non modo imperium, sed etiam reliquum orbem subjicere armis potuissent.

Suet. Vesp. 6. 'Præterea ex præsidibus provinciarum Licinius Mucianus, et e Regibus Vologeses Parthus: ille deposita simultate, quam in id tempus ex æmulatione non obscure gerebat, Syriacum promisit exercitum: hic quadraginta millia sagittariorum.'

Quod tamen auxilium Parthorum sprevit Vespasianus Reipub. consulens, ne inter bella civium externi aliquid molirentur; et spreti Sceptuchi Sarmatarum cum plebe sua quam offerebant: asciti Germanorum Reges et Dynastæ, quia illi meliori et experta fide erant.

Permixta] Puto, non intelligit de commilitio Sarmatarum. Nam etsi asciti essent Sarmatæ aut Germani in illud bellum; non tamen propterea esset mixtum illud bellum ex civili et externo.

Nam ut vere sic mixtum sit bellum, deberent sibi extranei vindicare aliquas partes eo bello, et sibi militare, seu facere bellum; ac certe in hisce bellis, quæ Tacitus sibi proponit describenda, nullæ partes erant Iazygum Sarmatarum aut Germanorum, sed ipsi in Flavianis partibus erant.

Superest igitur, ut hæc intelligat Tacitus tantum de bello quod gessit Civilis Batavus cum Gallis et Germanis suis adversus Legiones Rom. Primum obtentu Vespasiani, dein et suo et Galliarum.

[y] *Oriente*] Oriens fuit ut plurimum Romani Imperii pars Asiatica, ubi *Asia minor*, *Syria*, et *Armenia* regiones late sumtæ. Hodie in eo tractu sunt *Georgia*, *Natolia*, *Turcomania*, vel *Armenia* recentior, et *Souria*, regiones imperii Turcici Asiatici. Franci vocant, *le Levant*, totum hunc tractum, cum vicinis regionibus. *Tillemonius.*

[z] *In Occidente*] Nempe sic ob bella civilia, quæ fortuna transegit, præcipue in Italia; et etiam ob bellum immane, quod gessit Civilis Batavorum princeps adversus legiones Roman. in Gallia Germaniaque, fretus opibus et copiis utriusque provinciæ, et nomine, seu potius prætextu, partium Vespasiani, tegens consilia profundiora, si prima cœpta provenissent.

Non jam nutabant Galliæ inter Vindicem seu Galbam et Neronem, qui exstincti erant; sed inter principes sequentes, præcipue inter Vitellium et Vespasianum.

Occidente] Pars Occidentalis Imperii Romani ad Oceanum Occidentalem, ubi *Gallia*, *Hispania*, *Britannia*, *&c.* de quibus infra. *Tillem.*

[a] *Turbatum Illyricum*] Ut tempore

Digitized by Google

nutantes: perdomita Britannia et statim missa:[4] [c] coortæ[5]

Britannia, et paulo post amissa; concitæ Sarmatarum ac Suevorum nationes; vul-

—4 Forte *omissa*. Sic Annal. VI. 36. 'omissa Armenia.' *Brotier*. Lipsius conjicit *amissa*.—5 Sic bene Ms. Flor. et recentiores editiones. Nec ferme aliter, licet corrupte, Ms. Corb. *cohorte in nos*. Sic quoque emendatum in Ms. Harl. Perperam vulgo Mss. et veteres editiones, *cohorte in Sarmatarum*, vel *cohorte in Rhoxolanos Sarmatarum*. Brotier. *Coortæ in nos* Ms. Flor. quod recte receptum Ryckio et J. Gron. qui inde natum putat *in roxolanos*, quod

NOTÆ

Othonis per Roxolanos, Tacitus hoc lib. Tempore Vitellii per Dacos. Tac. Hist. III. Tempore Vespasiani per Sarmatas. Josephus ἁλωσ. VII. c. 12. et in universum lacessiti istarum gentium irruptionibus Romani sub Domitiano. Tac. in vita Agric. *Savilius*.

Illyricum] Provincia Illyrici late sumti ad mare Adriaticum. Hodie plurima pars *Dalmatiæ*, *Croaciæ*, et *Bosniæ* provinciarum, atque fere dimidia pars *Serviæ*, et aliquid *Istriæ* et *Carniolæ*; hæ provinciæ parent omnino, aut ex parte, Turcis, Alemannis, et Rebuspublicis Venetæ et Ragusiensi. *Tillemonius*.

[b] *Galliæ*] Gallia Comata et Gallia Braccata, sive Narbonensis, fuerunt partes Galliæ regionis. De *Gallia* regione infra dicemus. *Tillem*.

Galliæ nutantes] Præcipue bello quod movit Civilis; nam Conventu apud Rhemos habito fere rebellarunt omnes Galliæ civitates. Tac. infra.

Nutantes] Puto, inter Vindicem seu Galbam et Neronem, et postea inter Vitellium et Vespasianum. Nam Galli plerique, tum pars Civitatis, pars Senatus et Imperii, vix de libertate cogitarunt, nisi forte in angulo Belgarum et Bataviæ sub Civili, sed dissimulatis partibus, et specie factionis Flavianorum.

Nam nomen Vespasiani armis civilibus tum prætendebant Batavi, Galli, et Germani; quod bellum sic vere mixtum fuit ex civili et externo.

[c] *Perdomita Britannia et statim missa*] Alias *amissa* vel *missa cohorte*. Itane unius cohortis res fuerit, in Sarmatas ac Suevos bellum? Nugæ: recte correximus pridem *perdomita Britannia, et statim amissa. Coortæ Sarmatarum et Suevorum gentes*. Discimus perdomitam Britanniam, (quod Domitiani Imperio accidit: eamque laudem Agricolæ socero suo noster tribuit, in ejus vita: 'Britanniæ situm non in comparationem curæ ingeniique referam, sed quia tum primum perdomita est:') et mox ignavia aut dissidio principum in parte *amissam*: sive magis placet, *omissam*. Quod in Domitiani ultimis rebus verum censeo, externo Imperio non allaborantis.

Etiam Spartianus auctor, sub principia Imperii Hadriani, 'teneri Britanniam sub Romana ditione non potuisse.' Addit amplius, penetrasse eundem principem in Britanniam, nec tamen totam reciperasse, sed 'per octoginta quinque millia passuum murum duxisse, qui Barbaros Romanosque divideret.' Cujus muri mentio etiam Dioni in vita Commodi: 'Cum hujus insulæ gentes,' (de Britannia loquitur,) 'pertransiissent murum qui eas a castris legionum Rom. separat.'

Alius ab isto murus, sive vallum potius, quod Severus Imperator duxit per millia passuum 35. ut Eutropius ait, sive 32. ut Victor. De quo vallo diffuse et diserte Beda, I. 5. aliquid etiam Windichindus Saxonicorum l. I. *Lipsius*.

Britannia] Albion, vel Britannia major, insularum Britannicarum maxima, in Oceano occidentali. Hodie

Digitized by Google

NOTÆ

vocamus *la Grande-Bretagne*, in qua regna Angliæ et Scotiæ. *Tillemon.*

Et statim amissa] Perdomita Britannia intelligitur a Julio Agricola tempore Domitiani. Tac. in vita Agric. Quia tum demum perdomita est Britannia, jam amitti debuit sub eodem Domitiano, (ille enim temporis ambitus est, quem hæc non excedit Historia,) quod nec ullo Historiarum testimonio, immo nec levi conjectura astrui potest. In vita Agric. quam sub Trajano scribebat, c. 41. 'ea insecuta sunt reip. tempora,' &c.

Amissæ Britanniæ, si res se sic habuisset, mentio fieri potuisset hoc loco melius quam ullius ex iis quas recensere poterat calamitatibus. Sed Agricola provinciam illam reliquerat pacatam, et sic procul dubio habitam toto, quo Domitianus vixit, tempore.

Nam sub Adriano accidit dissensio tantum, non amissio provinciæ: cum sit extra hujus Historiæ circuitum, et, ut verisimile est, extra scriptoris vitam extendatur, facile inducor ut credam, non fuisse auctori propositum isti rei hic locum dare.

Sic igitur malim: *Britannia perdomita et statim amissa* (id est, missa facta, ἀφειμένη, aut *partim missa*,) *coortæ Sarmatarum ac Suevorum gentes.* ut significet totam quidem domitam, sed non retentam.

Appianus: 'Britanniæ insulæ quod potissimum, habent supra mediam partem Romani; quod reliquum est, negligentes: non enim hæc pars commoda ipsis, neque etiam quam habent.' *Savilius.*

Statim amissa] Non tantum *missa*, aut *omissa* est Britannia, ut volunt, sed *amissa*, ut verisimile est, incuria et ignavia Domitiani. Non tamen, ut puto, omni ex parte *amissa* est Britannia; amissa tantum est pars ulterior, quæ præliis ultimis præsertim Agricolæ domita erat. Manebat haud dubie in officio vetus provincia, quæ penes Romanos erat jam a Cæsare dictatore.

Et cum dicit Tacitus, *perdomitam* Britanniam et *statim* amissam, videtur clare innuere de Agricola et de Domitiano; ita ut ab Agricola *perdomita* sit, et amoto Agricola *statim*, aut certe paulo post, sub Domitiano *amissa* sit, cum ignavus et infaustus imperator ignavos duces eo mitteret, et aliis bellis Italiæ propioribus et difficilioribus distentus esset; cum nempe Germani perinde et dari talem principem deriderent, sæpe et profligarent, in quo scil. nulla imperatoria virtus fuit, teste Tacito.

Quæ de Hadriano afferunt, vana et inepta sunt. Neque enim illud tempus sibi proponit Tacitus. Neque proponere potuit, ut qui ætate provectior esset jam sub Trajano.

Hanc Historiam de Britannia *amissa* sub Domitiano scripserat Tacitus, sed in Libris qui perierunt. At nihil Dio, nihil Suetonius de ea rebellione Britanniæ tradiderunt. Quasi vero Historici illi sint, et dici debeant, aut Historiam recte et ordine scripserint.

Forte, cur hanc rem non attigerint, in causa est, quia parum utilis ea provincia, et quia retenta vetere provincia, facile passi sunt Romani alibi distenti Britannos feroces et vagos egenosque populos ad suos mores redire, suasque sylvas possidere, modo veteri provinciæ non insultarent. Et ea rebellio, ut levis momenti, facile dissimulari ab imperitantibus, et etiam velari et occultari potuit; ita et ab Historicis istis qui aliud agant, sperni. Dio, ipsomet teste, spernit ultro bella Germanica.

Quidni et Britannica? scilicet sua tantum amant Græci. Et haud dubie non tota *amissa* est Britannia, ut nec tota *perdomita* erat ab Agricola, cujus

Digitized by Google

in nos Sarmatarum[d] ac Suevorum[e] gentes: nobilitatus cladibus mutuis Dacus.[a] Mota etiam[6] prope Parthorum[f] ar-

neribus mutuis illustratus Dacus. Motum etiam fere Parthorum bellum ficti Ne-

est in Ms. Guelf. sine in in edd. Puteol. Beroald. Alc. Rhenanus delevit. Ed.

NOTÆ

gloriæ statim invidit ignavus princeps.

Et cum dicit Tac. in Agr. 'tum primum perdomita est,' intelligi debet fuisse profligatas ingenti prælio Agricolæ fere omnes nationes illas, et castella undique disposita usque ad extremos fines insulæ, ita ut *nulla jam pars illacessita transiret;* sed, de facto, perlustrata tantum est armis Rom. insula, non obtenta, non pacata. Facilius est vincere, quam obtinere, aut facere provincias.

Ita forte provincia *amissa* est, ut etiam ultro sit dimissa, partim incuria et ignavia dominantium, partim sponte illorum, forte retractis castellis et præsidiis intra veteres terminos, forte et ipsis legionibus et cohortibus ad alia bella excitis.

Statim amissa] Verisimile est eam partem Britanniæ, quam obtinuerat Agricola, sub finem Domitiani fuisse amissam, quia egregio duce abstracto per invidiam imperitantis, facile fuit ferocibus populis rebellare, præsertim cum Domitianus, ignavus et infelix, tot cladibus profligatus sit.

[d] *Sarmatarum*] Sarmatia Europæa, regio Europæ ad Septentrionem et Orientem. Hodie pars magna et Occidentalis Imperii *Moscoviæ, parva Tarturia* integra, pars Orientalior Status *Poloniæ*, et aliquid regni Sueciæ, *Suede*.

Id etiam intelligi potest de *Germano-Sarmatia;* regio est Europæ in latere medio, et prope Sarmatiam Europæam. Hodie pars maxima Status regni *Poloniæ*, pars quædam regni Sueciæ, *Suede*, ad mare Balticum, pars Imperii *Turcici Europæi* ad Septentrionem Danubii fluvii. Ex Geographia Sansonis. *Tillemonius.*

Sarmatarum ac Suevorum] De Sarmatis etiam leges apud alios auctores; de Suevis vix puto. Cattos saltem nominant, in Domitiani quidem rebus. Sed tu scito hos *Suevos*, non illos esse qui in ipsa Germania et qui vulgo noti: sed qui trans Istrum, assiti Sarmatis. Illi, inquam, ipsi, quibus Vannius a Druso Rex datus, quique inter Marisum et Cusum fluvios locati. Itaque militia plerumque sociati cum illis. Ann. XII. 'Ipsi Vannio manus propria pedites, eques e Sarmatis Iazygibus erat.'

Etiam nunc bello hoc in Domitianum. Dionis fragmenta præclara, et absque his incerti hærebamus: 'In Mysia Lygii cum Suevis belligerantes, Legatos miserunt, auxilium a Domitiano rogantes; et impetrarunt. Quod ægre ferentes Suevi, Iazygas assumsere, et apparabant se, tanquam Istrum una cum iis transituri.' *Lipsius.*

[e] *Suevorum*] *Suevi*, ne quietas provincias Romanorum immixti turbarent, Danubium ultra inter flumina Marum et Cusum locantur, dato Rege Vannio gentis Quadorum, ut ait Tacitus Annal. II. 63: hi populi erant in parte meridionaliori Germaniæ magnæ, versus Iazyges Metanastas populos Daciæ regionis, &c. Hodie pars *Hungariæ superioris* ad Septentrionem et Occidentem, inter amnes *Morava* et *Wag*. Lipsius putat hos populos assitos esse Sarmatis populis, sed contrarium probat Cluverius III. 31. p. 120. Germaniæ antiquæ.

Fuerunt etiam *Suevi* late sumti, gens magna Germaniæ. Vide notas ad Annales XII. 29. *Tillemonius.*

[a] *Cladibus mutuis Dacus*] Epitomarii

Digitized by Google

ma, falsi Neronis ludibrio.[g] Jam vero Italia[h] novis cladi-

ronis ostentu; etiam et Italia vexata, altritaque insolitis cladibus, vel certe *post*

pr. (et cod. Bud.) *in Sarm.* Ernest.—6 Cod. Ryckii *mota prope etiam.* Flor. *motæ prope etiam.*

NOTÆ

de hoc bello Dacico multa, et poëta Statius: 'Das Cattis Dacisque fidem.' Iterum. 'Hæc est quæ victis parcentia fœdera Cattis, Quæque suum Dacis donat clementia montem.' Cur montem diserte nominat, sicut in eadem ista re, 'Tu civile nefas, tu tardum in fœdera montem Longo marte domas.' Quiane montana Dacia, et tales ibi munitiones? Apparet e fragmentis Dionis in rebus Trajani: 'Trajanus montes expugnavit muris munimentisque firmatos, et quæ in ipsis erant arma, machinas, et mancipia.' Suspicari etiam possis in re occultius aliquid designari. Ἐνικῶν enim et unum montem duntaxat appellitat. Aspectum igitur a Poëta ad ridendam et miri stuporis superstitionem Dacorum, quibus Sacerdos in monte quopiam Deus habebatur, et mons ipse Sacer. Strabo VII. 'Apud Getas Sacerdos, Deus dicitur, et mons Sacer existimatur, atque appellatur.' Atenim de Getis hoc Strabo ita: sed tu disce, Getarum populum *Dacos* esse ex Dione lib. LI. et Strabone ipso statim. Etiam Appianus notat, 'Getas ultra Danubium a Romanis Dacos appellari.' Cappadocibus etiam *Mons pro Deo* fuit. Tyr. Maxim.

Cladibus mutuis Dacus] Verba significare videntur civiles dissensiones, aut τὸ *mutuis* sumendum pro alternis. *Savilius.*

Cladibus mutuis] Nempe Romanorum et Dacorum alternatim, et per vices cæsorum et profligatorum: Daci sæpius rebelles sub Domitiano, tandem devicti sunt a Trajano principe.

Dacus] Dacia regio Germano-Sarmatiæ ad meridiem. Hodie pars Orientalis *Hungariæ superioris;* et omnes Principatus *Transylvaniæ*, *Moldaviæ*, et *Valaquiæ*, sub Turcico imperio Europæo, ut plurimum.

Daci, qui et Getæ vocantur, populi Daciæ regionis ad Danubium fluvium. Hodie principatus *Valaquiæ.*

Getæ, qui *Daci* vocantur, populi Daciæ regionis ad Pontum Euxinum. Hodie Principatus *Moldaviæ* cum *Bessarabia* provincia. Ex Geographia Sansonis. *Tillemonius.*

[f] *Parthorum*] Parthi, populi *Parthiæ;* Parthia vero tribus modis est consideranda.

Primo Persarum sive *Parthorum imperium*, regio est Asiæ ad Oceanum Indicum. Hodie regnum *Persiæ* integrum, pars Orientalis *Imperii Turcici Asiatici*, major pars regionis *Mauvaralnahræ* in magna Tartaria, et aliquid imperii *Magni Mogolis* ad Septentrionem et Occidentem in India.

Secundo modo *Parthia* est regio imperii Parthorum jam dicti, ad Septentrionem et ad mare Caspium. Hodie provincia *Tabristan* integra, et partes provinciarum *Erak-Atzen* et *Chorasan* in regno Persiæ hodierno; necnon pars regionis *Mauvaralnahræ* in magna Tartaria.

Tertio denique modo *Parthia* proprie dicta, fuit regnum vel provincia imperii Parthorum. Hodie hic sunt partes provinciarum *Erak-Atzen*, *Tabristan*, et *Chorasan* in Persia hodierna. Ex Tabulis et Chartis Nicolai et Gulielmi Sanson. *Tillemonius.*

[g] *Falsi Neronis ludibrio*] Multum dilexere Neronem Parthi, quia Tiridatem Armeniæ imposuerat, et regiæ dignitati largitionem profusissimam

Digitized by Google

bus, vel post longam[i] sæculorum seriem repetitis, afflicta.

immensum temporum orbem renovatis. Absorptæ civitates aut subversæ in fertilis.

NOTÆ

adjecerat, multoque honore eum Romæ habuerat.

Suet. Ner. 57. 'Quinetiam Vologesus, Parthorum Rex, missis ad Senatum Legatis, de instauranda societate, hoc etiam magnopere oravit, ut Neronis memoria coleretur. Denique cum post viginti annos, adolescente me, extitisset conditionis incertæ, qui se Neronem esse jactaret, tam favorabile nomen ejus apud Parthos fuit, ut vehementer adjutus, et vix redditus sit.' Post viginti annos, inquit, a morte Neronis, ergo in quarto-decimo Consulatu Domitiani hic motus.

Ita ut etiam teste Sexto Aurelio Legatos mitterent orantes copiam construendi monumenti.

Tac. Hist. l. II. 'Sub idem tempus Achaia atque Asia falso exterritæ, velut Nero adventaret: vario super exitu ejus rumore, eoque pluribus vivere eum fingentibus credentibusque. Ceterorum casus conatusque in contextu operis dicemus.' Tunc Servus e Ponto, sive ut alii tradidere, Libertinus ex Italia, citharæ et cantus peritus; unde 'illi super similitudinem oris propior ad fallendum fides,' &c.

Pseudo-Neronum primus est ille, quem Tacitus inserit rebus Othonis et Vitellii cujus nomen ignoratur: 'Asprenati cuncta ex fide nuntiata; cujus cohortatione expugnata navis, et interfectus quisquis ille erat.'

Alius falsus Nero est ille Terentius Maximus; de quo Zonaras in vita Titi.

Tertius est, de quo Suetonius Ner. 57. qui incidit in Domitiani tempora, nempe in annum imperii ejus septimum, vel ut habet Lipsius in quartodecimum consulatum Domitiani. Sic fere Casaubon.

Sed non video, cur impugnet Lipsium, quia componit hunc, de quo Suetonius, cum falso Nerone, de quo ibi Tacitus. Cum Tacitus tempus non definiat, cum universim ibi de falso Nerone tradat, et indistincte, et præsertim cum cetera consentiant apud utrumque auctorem, et de Parthis faventibus utrobique mentio fiat.

Non tamen certe componendus ille, de quo Suetonius, cum isto, de quo Tacitus Hist. II. nam repugnant tempora: sed quia plures fuere falsi Nerones diversis temporibus, idcirco hoc nostro loco Tacitus universim et indistincte de cujusque *falsi Neronis ludibrio* intelligendus est.

Falsi Neronis] Plures falsi Nerones exorti. Primus qui emersit, describitur infra II. 8. et 9.: qui servus e Ponto, sive Libertinus ex Italia, citharæ et cantus peritus, comaque, et torvitate vultus, similis Neroni; et qui occisus est ab Asprenate, qui tum regebat Galatiam ac Pamphiliam.

[h] *Italia*] Regio et peninsula Europæ in latere meridionali, ad mare Mediterraneum. Hodie *Italia* fere integra, et aliquid *Allemaniæ* recentioris. Vide Tabulas et Chartas Geographicas Sansonis Geographi Regii. *Tillemonius.*

[i] *Post longam*] Veluti cor aut caput imperii Italia, pridem assuefacta triumphandis affligendisque extraneis gentibus, gloria sua et opibus totius orbis, illacessita, fruebatur. At nunc post longam sæculorum seriem etiam extraneæ gentes illam vicissim invadunt, raptant, agunt feruntque; nempe, per bella civilia, quibus ipsa theatrum scenamque præbuit.

Jam ab Annibale, et a bello sociali,

Digitized by Google

Haustæ aut obrutæ urbes,[j] fœcundissima Campaniæ[k] ora.[7] Urbs[l] incendiis vastata, consumtis antiquissimis delubris,[m]

sima regione Campaniæ. Roma ignibus desolata, absumtis vetustissimis templis,

7 Gronovius et Brotierus habent *et urbs*. Copulam omisit Pichena.

NOTÆ

ant Syllæ et Marii, fere nullas clades senserat Italia; nam bella civilia, præcipue Pompeii, et Cæsaris, Octavii, Sexti Pompeii, et Antonii apud alias gentes et provincias fere transacta.

[j] *Haustæ aut obrutæ urbes*] Significat in Campania haustas aut obrutas urbes prodigiosa illa ejectione Vesuvii montis, quæ sub Tito, qua duo oppida cum pagis multis obruta, *Herculaneum* et *Pompeii:* quin ille ipse naturæ magnus mystes, Plinius, periit eodem casu. Stat. de hac re eleganter: 'Mira fides. Credetne virum ventura propago, Cum segetes iterum, cum jam hæc deserta videbunt, Infra urbes populosque premi?'

Quod in Tacito de incendiis urbis est, intellige de Capitolio exusto sub Vitellio, et de igne triduano qui sub Tito. Vide Dionem. *Lipsius.*

Haustæ] Scilicet *flammis*, aut in genere ἀφανισθεῖσαι, eversæ quocumque tandem modo. *Savilius.*

Urbes] Sic Suet. Tit. 8. 'Quædam sub eo fortuita ac tristia acciderunt; ut conflagratio Vesuvii montis in Campania, et incendium Romæ per triduum totidemque noctes.'

Xiphilinus hoc Vesuvii incendium prolixe describit, additis circumstantiis et prodigiis, ex quibus hoc unum, sparsos ejaculante flammarum vi per Africam, Asiam, et Ægyptum cineres: 'Romam usque se diffudit,' inquit, 'aërem ejus opplevit, solemque obcuravit.'

Plin. Epist. VI. 16. ad Tacitum, dum in describenda Patrui morte versatur, qui fumo cineribusque suffocantibus periit, eadem narrat.

Sequentium Imperatorum temporibus mons idem tantam eructavit ignium vim, ut disjectis Constantinopolim usque cineribus incolæ exstinguerentur; si non laborat historiarum fides.

Romæ autem conflagrantis casum fusa descriptione Xiphilinus prosequitur; alter vero ignis, sequente anno, multa in urbe depopulatus est. *Savilius.*

[k] *Campaniæ*] Campania provincia Italiæ regionis ad mare Tyrrhenum. Hodie partes fere dimidiæ provinciarum *Terræ laboris* et *Principatus citerioris;* vulgo *Terra di Lavoro* et *Principato Citra*, in regno Neapolitano. *Tillemonius.*

[l] *Urbs*] Supple *Roma*. Vide infra.

Urbs incendiis vastata] Hinc Suet. Vesp. 8. 'Deformis urbs veteribus incendiis ac ruinis erat: vacuas areas occupare et ædificare, si possessores cessarent, cuicumque permisit.'

[m] *Consumtis antiquissimis delubris*] In quibus etiam exustum est *Pantheon* sub Tito nempe, cum et Capitolium tertio arsit, testis Dio. Refecit utrumque Domitianus. Cassiodorus in IX. ejus Consulatu: 'Insignissima Romæ facta sunt, forum Trajani, Thermæ Trajani, Meta sudans et Pantheon.'

Mox etiam *Pantheon* fulmine ictum

Digitized by Google

ipso Capitolio[n] civium manibus incenso:[o] pollutæ cærimoniæ:[p] magna adulteria:[q] plenum exiliis mare:[r] infecti cædibus[s] scopuli.[8] Atrocius in urbe sævitum.[t] Nobilitas,

ipso et Capitolio civilibus flammis combusto: violatæ et contaminatæ Religiones; famosa stupra; refertæ exulibus insulæ; polluta cruore saxa; et *major in urbe*

8 Ms. Ryckii *infecta····scopula.*

NOTÆ

conflagravit anno Trajani 13.; et ab Adriano restitutum est: testis Spartianus. Panthei Agrippæ altitudo 200. *pedum*, par latitudo fuit.

[n] *Capitolio*] Capitolium, mons octavæ regionis antiquæ Romæ. Hodie *Campidoglio* Italis, et *Capitole* Francis, in regione *Campitello*, et in parte fere media Romæ modernæ. In hoc monte erant varia Deorum templa, &c. *Tillemonius.*

[o] *Ipso Capitolio civium manibus incenso*] De quo infra III. 72. 'Id facinus post conditam urbem luctuosissimum fœdissimumque populo R. accidit: nullo externo hoste, propitiis, si per mores nostros liceret, Deis, sedem Jovis Opt. Max. auspicato a majoribus, pignus Imperii, conditam, quam non Porsena dedita urbe, neque Galli capta, temerare potuissent; furore principum exscindi.'

Capitolio] Quod deinceps bis conflagravit, nempe bello Vitellii, et rursus circa exitum Vespasiani, et mox a Domitiano magnifice mireque instauratum est.

[p] *Pollutæ cærimoniæ*] Intelligit incesta virginum Vestæ; sed forte Tacitus intellexit etiam ea, quæ sequuntur, *magna adulteria.* 'Nam' Augustus apud Tac. III. 2. 'culpam inter viros ac fœminas vulgatam, gravi nomine læsarum Religionum ac violatæ majestatis appellando, clementiam majorum suasque ipse leges egrediebatur.'

Et culpæ illæ, inter viros primarios fœminasque *vulgatæ*, vocari possint *magna adulteria.* Certe plebeiæ libidines non perinde evulgarentur. Et *magna adulteria*, veluti magnæ conjurationes.

Et si quæ *connexa Cæsari*, seu propinqua principis, esset *adulterii* manifesta, eo ipso *majestatis delator arcessebat*, II. 50.

Pollutæ cærimoniæ] Hæc et omnia quæ sequuntur, usque ad has voces, 'non esse curæ Deis securitatem nostram, esse ultionem,' de Domitiano præcipue intelliguntur, quæ malo fato et temporum injuria intercepta sunt.

[q] *Magna adulteria*] Magnarum nobilium familiarum adulteria. *Ferrettus.*

[r] *Plenum exiliis mare*] *Mare* pro *insulis:* sic Ann. IV. Seriphum vocat *Saxum: Seriphium* per contemtum; istius enim generis pleræque erant insulæ, in quas relegati ibant.

Insulæ illæ deportationi assignatæ erant, *Pandateria, Planasia, Cercina, Seriphus, Gyarus, Cythera, Amorgus, Donusa, Trimerus, Baleares, Sardinia, Naxus*, et fortasse aliæ. *Savilius.*

[s] *Infecti cædibus scopuli*] Relegati in insulam plerumque secunda jussione submovebantur in Paludes aut Promontoria, sic clandestinis cædibus perituri: aut forte τὸ *scopuli* hic sumitur pro *insulis*, ut antea *mare*. Savilius.

Digitized by Google

opes,[u] omissi gestique honores[v] pro crimine, et ob virtutes certissimum exitium. Nec minus præmia delatorum invisa, quam scelera; cum alii Sacerdotia et Consulatus, ut spolia, adepti,[w] Procurationes[x] alii et interiorem[9] potentiam,[y] age-

sævitia. Claritudo, divitiæ, spretæ habitæque dignitates pro scelere, et ob bonas artes certissima pernicies. Et præmia accusatorum perinde infesta et odiosa, ac crimina ipsa, quæ accusabantur; *cum* delatorum *alii obtinentes Sacerdotia, et Consulatus veluti prædam, alii procurationes, et in gratia flagranti* apud domi-

9 Budens. *inferiorem.*

NOTÆ

Scopuli] *Scopuli* sunt insulæ. Sunt enim tam exiguæ tales insulæ, ut potius Rupis seu Scopuli instar sint, quam agri aut regiones cultu hominum dignæ.

[t] *Atrocius in urbe sævitum*] Recte. Imago enim sævitiæ cædiumque multa in insulis et provinciis, major in ipsa urbe. *Lipsius.*

[u] *Nobilitas, opes*] Sic scribit Xiphil. de Nerone; ' omnibus enim apud ipsum crimen publicum fuit virtus, nobilitas, opes,' &c. cui in omni crudelitatis genere velut suppar Domitianus. *Savilius.*

[v] *Omissi gestique honores*] Xiphil. Herennii Senecionis meminit, quem Domitianus interemit; quod post quæsturam, reliquo vitæ tempore, ad majores dignitates non aspirasset.

Tacit. in Agric. ' Salarium tamen Proconsulari solitum offerri et quibusdam a se ipso concessum, Agricolæ non dedit (Domitianus,) sive offensus, non petitum,' &c. *Savilius.*

Omissi] Quia imperitantes sic velari segnitiem et dissimulari otii cupidinem putabant: et quia spreti honores, hinc major fama, unde et exitium. Alibi Tac. negata provincia *dignationem addiderat.*

[w] *Consulatus ut spolia adepti*] Sallust. in fragm. ' Dictitare sese Consulatum ex victis illis quasi spolia cepisse.'

Ut spolia adepti] Tempore Tiberii cum proditionis accusatus esset Libo Drusus, ' bona damnati inter accusatores dividebantur, et præturæ extra ordinem datæ iis qui Senatorii ordinis erant.' Tac. Ann. II.

Rursus et Ann. III. ' Hunc (Titium Sabinum,) Latinius Latiaris, P. Cato, P. Rufus, M. Opsius prætura functi, aggrediuntur cupidine Consulatus;' describens non illud, quod hæc narratio designat tempus, sed actiones per omnia huic tempori similes, alios potius homines, quam alios hominum mores. *Savilius.*

Spolia] Non quod accusatos spoliarent Consulatu, sed quia delatores accipiebant Consulatus ut prædam et præmia scelerum; erant veluti *Spolia* ex Republic. rapta tales Consulatus. Tac. IV. 42. ' Cum ex funere Reipublicæ raptis Consularibus spoliis, septuagies sestertio saginatus, et Sacerdotio fulgens,' &c.

[x] *Procurationes*] ' Procurator,' inquit Cicero pro Cæcina, ' dicitur is, qui omnium rerum ejus, qui in Italia non sit, absitve Reip. causa, quasi quidam pæne Dominus est; hoc est, alieni juris Vicarius.' Appian. vertit, ὁ τὴν ἀποδημίαν ἐπιτροπεύων.

Ex generali vocis istius significatione postea in usum venit specialis, qua notat eos, qui in singulas destinabantur provincias, (præter præsides

Digitized by Google

rent, verterent[10] cuncta[z] odio et terrore.[a] Corrupti in do-

nantes, *omnia in Repub. agerent et ferrent. Servi solicitati adversus dominos*

10 Brotierus legit, *agerent, ferrent cuncta.* Ita Rhenanus et recentiores. Vulgo Mss. et veteres editiones, *agerent: verterent cuncta odio et terrore: corrupti, &c.* [Sic et Flor.] Quod quoque non displicet. In Ms. Reg. *verterent cuncta. Odio, &c.* Brotier. Florentino consentit etiam Bud. Eam priscam lectionem cum Bern. Freinsh. Bip. reposui, interpunctione adhibita, quæ et Mureto et Acidalio placuit. Rhenanus temere ex ingenio textum mutarat. *Oberlin.*

NOTÆ

ant legatos,) ut rationarium, aut publicos reditus collecturi.

Dio l. LIII. 'Procuratores vocamus eos, qui recipiunt, atque ex officio expendunt publicos reditus.'

Tac. in Agric. introducit querentes Britannos; 'singulos sibi olim Reges fuisse, nunc binos imponi; e quibus legatus in sanguinem, procurator in bona sæviret.'

Fuit autem non tam dignitas, quam privatis obeuntium commodis indulta potestas, Romanis nobilibus delegari solita, aut principum libertis; in genere, spectatissimæ fidei ministris. Atque hæc muneris origo.

Secundario admovebantur explorandis legatorum actis, quandoque et ipsis necandis ex speciali mandato immittebantur.

Erat et cum minores provincias obtinerent præfecti cum jurisdictione, vocati tum *procuratores cum potestate* aut *vicepræsides.* Hoc lib. 'Duæ Mauritaniæ, Rhætia, Noricum, Thracia, et quæ alia procuratoribus cohibentur.'

A Claudio inprimis plurimum huic officio auctoritatis accessit, cujus meminit Ann. XII. 60.

Et Tiberio Imperante, Pontius Pilatus, sub quo Christus passus est, procurator tantum erat, non legatus aut præses: Ann. XV. 44. *Savilius.*

Procurationes] Sic Cornelius Fuscus sub Galba, dein et sub Flavianis infra: sic et Halotus veneficio Claudii infamis, tamen procuratione amplissima exornatus sub eodem Galba, favente haud dubie Icelo, seu Vinio.

y *Et interiorem potentiam*] Hac potentia apud Augustum Mæcenas et Sallustius floruere. Tac. Ann. III. 30. qui per ambitionem ad honores quidem non enitebantur, sed principibus grati placide moderandis eorum consiliis se ingerebant; hi ex illis quos interioris admissionis appellant. *Savilius.*

Interiorem] Ut Sejanus apud Tiberium, Callistus apud Caium, Tigellinus apud Neronem, L. Vitellius apud Claudium, hi nempe ut plurimum præcipua instrumenta scelerum, dein et exitii principis et imperii.

z *Agerent, verterent cuncta*] Frequens hæc loquendi forma T. Livio, veluti cum milites ait, *agere ferreque* omnia.

Agerent] Puto sic leg. *agerent, ferrent* cuncta odio et terrore: nempe, ut Vinius, et Laco odio flagitiorum onerabant senem principem, destruebantque; simul et terrore, ob potentiam et auctoritatem in Repub. ipsam Rempub. perdebant et principem; sic agebant, ferebant cuncta *odio et terrore.*

Vel etiam odio proprio in optimum quemque, et terrore, cuncta perdebant hi magistri dominationis interiori gratia præpollentes apud Galbam; cujus Pædagogi appellabantur.

Agebant, ferebant, id est, omnia trahebant, rapiebant, prædabanturque

Digitized by Google

minos servi,[b] in patronos liberti; et, quibus deerat inimicus, per amicos oppressi.[c] Non tamen adeo virtutum sterile sæculum, ut non et bona exempla prodiderit.

3. Comitatæ profugos[d] liberos matres: secutæ maritos in exilia conjuges: propinqui audentes: constantes generi: contumax, etiam adversus tormenta, servorum fides:

offensione et metu; et liberti adversus patronos; et per familiares subversi, cum inimici non reperirentur. Non tamen usque *adeo bonis exemplis infœcunda et defecta* illa *ætas, ut non etiam egregia* virtutum *documenta protulerit.*

Fugientes filios secutæ parentes; comitatæ viros in exiliis uxores; cognati constantes; firmissimi generi; pervicax constantia servorum etiam adversus cruciatus.

NOTÆ

pro libidine, omnia sus deque vertebant; nempe oderant et odio habebantur, et illo odio onerabant principem; simul metum et terrorem incutiebant, cum omnia raperent, et sævitiam Galbæ ostentarent pro nutu *usuri sene et facili principe.*

Agerent, ferrent] Sic in Dialog. orat. de Vibio Crispo et Eprio Marcello delatoribus atrocibus, qui auctoritate et eloquentia omnes bonos exterruerant aut subverterant.

[a] *Odio et terrore*] Nam invisi delatores, iidemque formidati. *Lipsius.*

Odio] Nempe proprio ipsorum servorum in dominos odio. Corrupti suo odio servi, et ipso odio servili abutebantur mali principes in dominorum perniciem, dum illud odium in servis foverent per præmia amplissima in exitium Reip.

Terrore] Quia, nempe, eos terrebant atrocitate suppliciorum tormentorumque, ni indicium profiterentur adversus dominos, sicque constantiam eorum labefactabant, corrumpebantque ingenia servilia, quæ se ipsis haud satis firma, et ultro sunt ad perfidiam promta.

[b] *Corrupti in dominos servi*] Spectat ad Domitianum maxime. Nam ille vulgo usus delationibus et opera servorum.

Plin. Panegyr. 'Non enim jam servi, principis nostri amici, sed nos sumus. Nec pater patriæ alienis se mancipiis cariorem quam civibus suis credit. Omnes accusatore domestico liberasti; unoque salutis publicæ signo, illud, ut sic dicam, servile bellum sustulisti.' *Lipsius.*

Olim, ex Senatusconsulto, servus in caput domini torqueri non poterat: 'Sed Tiberius callidus et novi juris repertor, mancipari singulos actori publico jubet, scilicet ut in dominum ex servis salvo Senatusconsulto quæreretur.' Ann. II.

Postea *servorum indicia* non expressa tormentis, habita in testimoniis exceptione majoribus, neque luculenta abfuit merces. Ann. XVI. in accusatione Petronii; 'corrupto ad indicium servo.' *Savilius.*

[c] *Quibus deerat inimicus, per amicos oppressi*] Exemplum hujus rei insigne in Barea Sorano et Cliente perfido, ubi etiam addit Tac. 'Æquitate Deum erga bona malaque documenta.' Et IV. 1. 'Nec deerat egentissimus quisque ex plebe, et pessimi servitiorum, prodere ultro dites dominos; alii ab amicis monstrabantur.'

[d] *Comitatæ profugos*] Harumce virtutum et exemplorum illustrium historia famaque periit cum libris Taciti. Hæc haud dubie evenerant sub Domitiano.

Digitized by Google

supremæ clarorum virorum[e] necessitates;[1] ipsa necessitas[f] fortiter tolerata; et laudatis antiquorum mortibus pares exitus. Præter multiplices rerum humanarum casus, cœlo terraque prodigia et fulminum monitus et futurorum præsagia, læta, tristia, ambigua, manifesta. Nec enim unquam atrocioribus Populi Rom. cladibus,[g] magisve justis[h] indiciis[2] approbatum est, non esse curæ Deis[i] securitatem nostram, esse ultionem.

Extremæ illustrium virorum necessitates, ac ipsa mortis *necessitas constanter accepta; et celebratis veterum mortibus æquales obitus. Præter varios eventus exitusque rerum humanarum, cœlo soloque ostenta, et fulgurum terrores, et futurorum indicia, læta, mæsta, obscura, evidentia. Nec enim* alias *unquam violentioribus Romanæ gentis cladibus, aut magis certis signis innotuit, Deos non incolumitati nostræ, sed vindictæ providere.*

1 Existimat Cl. Ernestus hic desiderari aliquid, unde virtus eluceat, ac forte olim fuisse scriptum: 'Supremæ clarorum virorum necessitates fortiter toleratæ.' Ego vero nihil omissum sentio. Nonnihil enim est exempli in supremis clarorum virorum necessitatibus, plurimum in necessitate fortiter tolerata. *Brotier.*—2 Male Mss. et veteres editiones, *Magis vetustis.* Bene autem, *indiciis.* In Ms. Reg. et mediis quibusdam editionibus, *judiciis.* Idem.

NOTÆ

[e] *Supremæ clarorum virorum necessitates*] Quibus nempe adacti illi ad mortem, quibus mors indicta seu imperata est. Jussa illa dominantium *necessitates* erant.

Necessitates] Sunt proprie jussa dominantis, quibus nempe adigebantur clarissimi viri ad mortem sibi consciscendam: ideoque vocantur Tacito *supremæ* necessitates.

[f] *Ipsa necessitas*] Nempe *necessitas* mortis tolerandæ, seu mors ipsa. Hinc addit, pares tum fuisse exitus illos 'clarorum virorum laudatis antiquorum mortibus.' Nempe Brutorum, Catonum et similium.

Necessitas fortiter tolerata] *Necessitas*, mors, exitium, et *exitus* idem sunt. Tac. Hist. I. 72. 'Donec Tigellinus accepto apud Sinuessanas aquas supremæ necessitatis nuntio,' &c.

[g] *Cladibus*] Possit huc referri quod habet Cicero pro Sex. Roscio Amerino: 'Etenim si Jupiter Optimus Max. cujus nutu et arbitrio cœlum, terra, mariaque reguntur, sæpe ventis vehementioribus aut immoderatis tempestatibus, aut nimio calore, aut intolerabili frigore hominibus nocuit, urbes delevit, fruges perdidit. Quorum nihil perniciei causa, divino consilio, sed vi ipsa et magnitudine rerum factum putamus; at contra commoda quibus utimur, lucemque qua fruimur, spiritumque quem ducimus, ab eo nobis dari, atque impertiri videmus.'

[h] *Justis judiciis*] Id est, argumentis ita certis et evidentibus, ut dubitare aut refragari nemo possit.

[i] *Non esse curæ Deis*] Impium, impium tuum dictum, Tacite: etsi non imprudens; nam humano ingenio si rem libras, cum tot clades, tot tristia, tam rara in bonos præmia, quid nisi advigilare Deos tantum censeas in pœnas? atqui nos scimus aliter: nec rem metimur ex iis modo quæ sunt, sed quæ futura.

Digitized by Google

4. Ceterum, antequam destinata componam, repetendum videtur, qualis status urbis, quæ mens exercituum, quis habitus provinciarum, quid in toto terrarum orbe validum,[j] quid ægrum fuerit;[k] ut non modo casus eventusque rerum,[l]

Ceterum priusquam propositum opus aggrediar, referre libet, qualis tum fuerit conditio civitatis, quis animus aut affectus legionum, quis status provinciarum, quid in universo orbe firmum, quid invalidum fuerit; ut non solum discantur accidentia

NOTÆ

Qui vindicem tantum Deum statuit, tollit ex Deo, quod est Dei, immo quod Deus; vim beneficam, salutarem, et adjuvantem. Itaque, homo, sile; et tecum alter ille tenebrio, qui clamat: 'Felix Roma quidem, civesque habitura superbos, Si libertatis superis tam cura placeret, Quam vindicta placet.' A quo, fallor, aut tu sumsisti. *Lipsius.*

Non esse curæ] 'Cæsar,' Titus expulsis delatoribus, 'ingenti animo securitati nostræ ultionique prospexerat, ideoque numinibus æquatus est,' ait Plin. Paneg.

Gemina Deorum beneficia spectans, quod et nocitura propulsent, et læsos ulciscantur; magis religiose, quam æqualis ejus, Tacitus hoc et aliis quibusdam locis sentire de illis videtur; Ann. 14. 'Prodigia quoque crebra et irrita intercessere.' Ann. XVI. 'Exutus omnibus fortunis et in exilium actus,' (Cass. Asclepiodotus) 'æquitate Deum erga bona malaque documenta.'

Et tamen alibi excidere sibi ea patitur, unde tangi sacrorum cura judicetur, suspensus velut, et ancipiti medius inter dissolutam Polybii hac in parte negligentiam, et superstitiosam Livii anxieque operosam diligentiam, qui Romanæ historiæ principes. *Savilius.*

Non esse curæ Deis securitatem] Aliud tamen sentit et eleganter exprimit infra l. IV. 74. ubi Gallos sic alloquitur Cerialis: 'Nihil separatum clausumve. Et laudatorum principum usus ex æquo, quamvis procul agentibus; sævi proximis ingruunt. Quomodo sterilitatem, aut nimios imbres, et cetera naturæ mala, ita luxum, vel avaritiam dominantium tolerate. Vitia erunt, donec homines: sed neque hæc continua, et meliorum interventu pensantur,' &c. scil. cura Deorum.

[j] *Validum*] Vertunt, *quid validum, quid infirmum aut imbelle.* Sed potius intelligit Tacitus, quæ partes in Repub. quæ in exercitibus, aut provinciis valerent, bene haberent, aut ægrescerent; quæ pars in corpore imperii valida, sana, et integra, et quæ ægra aut corrupta; quæ nempe suspecta, dubia, et in proclivi ad res novas, et quæ ad subvertendas ceteras Reipub. partes prona et parata foret.

[k] *Quid ægrum fuerit*] Infra disces, ubi sic habet: 'Plebs sordida et circo ac theatris sueta, simul deterrimi servorum, aut qui adesis bonis, per dedecus Neronis alebantur.'

Et postea: 'Invalidum senem T. Vinius et Cornelius Laco, alter deterrimus mortalium, alter ignavissimus, odio flagitiorum oneratum, contemtu inertiæ destruebant.'

Aliaque multa ægra in tanto corpore, quod semel emotum non potuit statim coalescere, aut ad sanitatem redire, nisi post ingentem agitationem fluctuationemque tot partium inter se dissidentium.

Quid ægrum fuerit] Cum his describat Tacitus motus affectusque civium

Digitized by Google

qui plerumque fortuiti sunt,[m] sed ratio etiam causæque[n]

eventaque rerum, quæ sæpe ex casu et *fortuna pendent, sed* simul *etiam ratio cau-*

NOTÆ

ac sociorum, habitumque animorum toto imperii orbe; intelligenda hic loci est sanitas animorum, aut ægritudo.

Intellige igitur, quid *validum* usquam in animis omnium mortalium fuerit, quid scilicet spectaret ad Rempub. habendam; et quid *ægrum* etiam in animis hominum fuerit, scilicet ad perdendam subvertendamque Rempub. Tacitus infra: 'Varios motus animorum non modo in urbe apud patres, aut populum, aut urbanum militem conciverat.'

[l] *Ut non modo casus eventusque rerum*] Historiæ laudem absolvit, non casuum eventuumque narratio, sed quibus singula causis gesta sint, quibus ignoratis, frugem non fecerit lector ex mero actorum diario: 'Non perinde curam habere debent,' inquit Polybius, 'illi, qui scribunt historiam aut legunt, ipsorum facinorum ac principiorum, seu causarum, et eorum, quæ simul aut postea peraguntur. Nam si quis sustulerit ex historia et quo consilio, et quomodo et cujus rei gratia, et utrum quod factum est finem egregium habuerit, quod historiæ reliquum est, labor quidem fuerit, at non utile studium; et statim quidem ea oblectat lectorem; in futurum vero nihil prorsus juvat, nil conducit.'

Sempronius Asellio apud Gell. v. 18. 'Scribere bellum, quo initum consule et quomodo confectum sit, et quis triumphans introierit, et quæ in eo bello gesta sint, iterare; non prædicare autem interea, quod Senatus decreverit, aut quæ lex rogatione lata sit, neque quibus consiliis ea gesta sint; id fabulas pueris est narrare, non historias scribere.'

Et Dionysius: Ἀρχαιολόγ. v. 57. sic et l. XI. atque illud est, unde Theopompus eidem Dionysio (in fragmentis) tantopere laudatur.

Tacitus, hoc loco, nobis historiæ scribendæ præformat imaginem, ductis velut lineamentis, ubi sine controversia regnat: historici esse, explicandis consiliis et rerum causis incumbere.

Alio deinde naturali theoremate præit, (sed impari successu) 'quod eventus plerumque sunt fortuiti,' quorum scilicet vel causæ nullæ sunt, vel ignotæ.

Vero propius abfuerit, si sumas in νοημάτων διαιρέσει, id est, *notionum divisione*. Sed in συνθέσει, id est, *compositione*, infelicius se expresserit, qui ad hæc notionum dissidia, coalescere negantium, haud attendit. *Savilius.*

Casus] Distingui forte possit inter *casus* et *eventus*, ut casus a fortuna sint, eventus a prudentia. Hoc loco, *qui plerumque fortuiti*, idem forte est ac si scripsisset, *quorum plerique fortuiti sunt.*

Igitur eventus vel mere fortuiti, et tum *ratio* repetenda sit ex fortuna sola: sin aliter, nec mixti sint, si nempe ex solo consilio pendent, tum prudentia erit. Si a fortuna simul et consilio orti videantur eventus, ex utrisque repetenda ratio, sive causa eventuum.

At certe pauci sunt eventus quos universos, et ex omni parte sola fortuna regat; pauci, quos sola prudentia. Immixta rebus omnibus fors est, arbitra certe rerum gentiumque fortuna est.

[m] *Qui plerumque fortuiti sunt*] Ulcus hic, nisi fallor, etsi tectum. Si enim casus eventusque rerum fortuiti, quo-

Digitized by Google

NOTÆ

modo remittis me ad causas? aut cur ubique tam multus tu, tam serius in iis explicandis?

Censeo immissa negatione scribendum, *qui plerumque haud fortuiti sunt*, ad rem et ad verum certe, si non ad Taciti mentem. *Lipsius.*

Mihi sanus et integer locus videtur; nam eorum etiam quæ fortuito aliquando accidunt, ut regnorum mutationes ac vicissitudines, bellorum exitus et similia, causas nihilominus historici afferunt, cum illud præcipue muneris sibi injungant, ut rationem et causas cujuscumque rei perquirant, aut veras aut quas pro veris imaginantur.

Multa quoque a principibus casu et inopinato fieri sæpe videmus, quæ tamen prudenti consilio præmeditata scriptores nobis persuadere conantur.

Attamen facilius simpliciusque interpretarer, scriptorem nihil prodesse lectoribus, si casus tantum eventusque rerum in historia memoret; nam hi plerumque fortuiti esse solent: sed rationem simul causasque adjicere debent historici, ut quilibet ea quæ *fortuito* casu obtigere, ab iis quæ *consilio* sunt acta, discernere possit. *Pichena.*

Qui plerumque fortuiti sunt] Est, in quibus plurimum fortuna potest, qui ex fortuna pendent, et sæpe contra expectationem eveniunt; adeo ut ex illis solis cognitis ad consilium capiendum nihilo sis instructior; ut non sint magistri et auctores rerum gerendarum.

Ex quibus nihil discas, nisi fortuitum, nisi fortunæ donum, nisi quid egerit; cum de partibus decerneret transigeretque fortuna; hoc est, huic ex sententia rem, illi asperam fœdamque provenisse.

Sed ea fortuna comes virtutem ducem habuerit, an destituerit; unde extiterit, continuetur; mutet ac sese circumagat; secundum meliores, an deteriores, et quare, dederit; tibi quod ab alio capias exemplum, quod sequare, aut fugias; nequaquam ex hoc opere providebis.

Et sæpe joco ac ludibrio fortunæ, ex his postprincipiis, seu ex exordio, filoque et serie ac decursu rerum, temporum, consiliorum, quæ ad ista viam munierunt, abunde colliges.

Sic Suet. Ner. 23. 'Omnia se facienda fecisse, sed eventum in manu esse fortunæ. Illos ut sapientes et doctos viros fortuita debere excludere.'

Gell. XIV. 1. 'Id minime ferendum censebat, quod non modo casus eventaque quæ evenirent extrinsecus, sed consilia quoque hominum ipsa, et arbitria, et varias voluntates, appetitionesque, et declinationes, et fortuitos repentinosque animorum impetus moveri, agitarique desuper e cœlo putarent.' *Gronovius.*

[n] *Causæ*] Quas causas describit Tacitus, cum tradit quales fuerint motus, seu habitus animorum in urbe, in provinciis, et exercitibus universi Imperii Romani.

Incipit igitur a patribus, seu a Senatu populoque Romano, et ab urbano milite, et describit, quales in urbe fuerint Quirites, quales in curia patres, qualis habitus animorum, quales prætoriani in castris, quales in aula potentiores amici, aut liberti, qualis et ipse princeps, quales et extranei milites, seu auxiliares, qui tum in urbe agitabant, cum destitutus est Nero, et ascitus Galba urbem ingressus est.

Dein percurrit provincias, et qui in his exercitus, Hispaniam, Gallias, Germanicos exercitus, Britanniam, Illyricum, Orientem, Syriam, Judæam, Ægyptum, Africam, Mauritanias, Rhætiam, Noricum, Thraciam, ipsamque Italiam, et alias inermes

Digitized by Google

noscantur. Finis Neronis[o] ut lætus, primo gaudentium impetu, fuerat, ita varios motus animorum, non modo in urbe, apud Patres, aut populum, aut[t] urbanum militem,[p] sed omnes legiones Ducesque conciverat:[r] evulgato Imperii ar-

sæque eventuum percipiantur. *Exitus Neronis, ut jucundus primo lætantium inuinctu fuerat, ita diversos affectus animi incitavit, non solum in civitate apud patres, aut plebem, aut apud urbanas cohortes, sed et cunctos exercitus et præpositos*

1 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. editiones veteres et recentiores. Rhenanus, *apud populum, apud Urbanum militem.* Eleganter quidem;

NOTÆ

provincias. Qui motus habitusque animorum sunt haud dubie veræ causæ, aut certe proximæ occasiones bellorum civilium.

Et hisce occasionibus, seu causis utuntur proceres, sen principes, in ambitionem: aliud obtendunt, aliud agunt; et, prætextu boni publici, hi sæpe Reipublicam lacerant, distrahunt, ac subvertunt; et sæpe favorabili in speciem Reipub. vocabulo abutuntur in ejus perniciem.

[o] *Finis Neronis*] Anno Romæ conditæ 821. Christi 68. cum imperasset annis 13. mensibus 7. diebus 28. ut Dio refert, vel paulo minus annis 14. teste Suetonio. *Tillem.*

[p] *Aut populum, aut urbanum militem*] Qui duplex, *prætorianus et urbanus* proprie dictus. Utrumque genus apud Tacitum continetur nomine *militis urbani.* 'Miles urbanus longo Cæsarum sacramento imbutus.' Rursus, 'ne urbano quidem militi satis confisus;' solos specifice prætorianos intelligens.

In sua significatione, et *prætorianis* diversa, cum dicit alibi, 'addidit classi urbanas cohortes et plerosque e prætorianis.' Iterum: 'quod raro alias, prætorianus urbanusque miles in aciem deducti.'

Quando vero aut altera, aut utraque species significetur, ex loci circumstantia sensus ostendet. *Savilius.*

Aut populum] Finis Neronis varios motus animorum conciverat, et apud Senatum, et apud populum, et apud urbanum militem, simul et omnes etiam toto orbe legiones, ducesque exercituum, et præfectos provinciarum, et provinciales ipsos commoverat spe rerum novarum et mutationis, seu imperii, seu principis.

Urbanum] Qui triplex, nempe *prætorianus*, qui præfecto proprio; *urbanæ cohortes*, quæ præfecto urbis; et *vigiles*, qui præfecto vigilum parebant. Licet urbanæ cohortes et vigiles, uno nomine, *urbani* dicuntur.

Sed, præcipue, hic intelligendus *prætorianus* miles, quia illorum præcipua auctoritas in asciscendo principe; nam ceteri magis custodiæ urbis destinati, quam justæ militiæ. Attamen in motu illi civili, ut et ipsi gladiatores assumti inter inania belli, seu speciem paratus, illi et pars maxima turbarum in urbe.

Nam præpollebat præfectus urbis. Certe tamen infra 20. 'exauctorati Tribuni; e cohortibus urbanis Æmilius, e vigiliis Fronto,' a Galba nempe. Quia suspecti et ex metu dominantis, quasi possent res novas moliri, aut jam moliti essent.

[r] *Omnes legiones ducesque conciverat*] Cave interpreteris, Neronis finem omnes legiones ducesque concivisse: sed sic: *Finis Neronis ut lætus, &c.* varios motus animorum, non modo apud patres, &c. sed etiam apud omnes legiones ducesque conciverat.

cano,[s] posse Principem alibi, quam Romæ[t] fieri. Sed Patres læti,[u] usurpata statim libertate, licentius,[v] ut erga Prin-

seu legatos commoverat: *patefacto* nunc *dominationis mysterio, posse eligi principem alibi, quam in urbe. Sed Senatores alacres vindicata propere libertate, auden-*

NOTÆ

[s] *Evulgato Imperii arcano*] Intellige exemplum rei factæ loco non suo, cui præcedentia tempora nihil par dederunt. Ex prisco instituto princeps Romæ creandus erat, et urbe primaria petendus Imperator, neque in contrarium exemplum extabat.

Tanti autem non erat observata loci solennitas apud eum, qui electionis jus armis tueri posset, neque adversantes experiretur subjectos.

Arcanum illud Imperii Galba vulgavit, et suæ in Neronem fortunæ ista aura velificatus, idem jus aliis in se dedit; et hoc usi milites Germani in eligendo Vitellio.

Sic Plutarchus memorat: 'Agite, Vitellium eligentes, omnibus mortalibus ostendamus, Hispanis et Lusitanis meliores nos esse, seu digniores, qui Imperatorem creemus.' Sic etiam Tac. Hist. II. 'Nam posse ab exercitu principem fieri, sibi ipsi Vitellius documento est.' *Savilius.*

[t] *Principem alibi quam Romæ*] Olim enim ita judicabant. Liv. l. XXVI. 'Rem mali exempli esse Imperatores legi ab exercitibus; et solenne auspicatorum comitiorum in castra et provincias, procul ab legibus magistratibusque, ad militarem temeritatem transferri.' Sed nunc alia tempora, alii mores. *Gronovius.*

Illud arcanum Imperii occultaverant Cæsares, et in eo summa rerum verti videbatur, ne princeps nisi e familia Cæsarum, nec alibi quam Romæ fieret; sed excisa illa stirpe in Nerone, seu potius per Neronem, statim evulgatum est illud novum et grande mysterium aulæ veteris.

Romæ] Roma urbs Latinorum populorum in Latio provincia Italiæ, fuit caput Imperii Romani. Hodie vocamus *Rome.* Apud Italos et Hispanos nomen antiquum retinet, urbs est primaria provinciæ Campaniæ Romanæ et status Ecclesiastici, sedesque summi Pontificis, sive Papæ. *Tillemonius.*

[u] *Sed patres læti*] Hæc etiam historia periit, scil. cum l. XVI. Annalium, quo descripserat Tacitus finem Neronis et initia Galbæ.

[v] *Libertate, licentius*] Illi statim sacra Diis fecerunt, celebratis, quasi per publicum gaudium, festis. Alii Pileati tota urbe discurrerunt, quasi reciperata libertate. Sed certe illi magis 'sine principe quam in libertate.' Tum in Senatu propositum, ut in delatores inquireretur.

Quod certe spectabat ad multos ex potentissimis; et quodam modo respiciebat auctoritatem majestatemque dominantis. Et sic arcana imperii quasi tentabantur; quasi sic subverteretur lex majestatis, quæ veluti præsidium esset principis, et firmissimum columen principatus.

Itaque omnes delatores et reliquiæ factionis Neronianæ uno eodemque Senatusconsulto damnantur, sanctumque, ut 'more majorum puuirentur.'

Qua tamen in re, ut graviori, et quæ multam ex Repub. peteret ac vindicaret, consuli prius debuit Imperator electus. Sicque igitur usurpabant libertatem, paulo licentius, ut *erga novum principem.*

Quod patebit exemplo Vespasiani, seu Muciani infra; qui talia supplicia, seu judicia adversus summos et prævalidos delatores vetuit. Et tum etiam in vilia tantum capita vindicatum, et sic perpetua Reip. et legum

Digitized by Google

cipem novum et absentem; primores Equitum proximi gaudio Patrum; pars populi integra, et magnis[v] domibus annexa,[z] clientes libertique[x] damnatorum[y] et exulum, in

tius, ut in principem nondum firmatum, nec præsentem; illustrissimi equitum fere pares lætitiæ senatorum: pars plebis incorrupta, et claris familiis affinis, clientes et liberti damnatorum et exulum animum sustulerant: contra *vulgus miserum ac*

sed non favent libri. *Brotier.*—2 Ita Mss. et libri editi, præter Pichenam, qui, Lipsii conjecturam secutus, emendavit, *annexi clientes.*

NOTÆ

Indibria fuere usque ad Nervam et Trajanum: nam Titus statim raptus.

Sic etiam et ipse Galba invectus in urbem, Tigellinis et Halotis similibusque portentis veniam dabat. Et viles victimas immolabat, vel a Pædagogis suis corruptus; vel innata et propria mobilitate ingenii. *Capax imperii* visus, *nisi imperasset.*

Licentius] Lib. Hist. II. 'Recens Galbæ principatu censuerant patres, ut accusatorum causæ noscerentur:' et Hist. IV. 42. Jam vero *accusatores*, et delatores, habentur *inter instrumenta Imperii;* non magis absurde quam Locusta, Claudio et Nerone Imperantibus, 'nuper veneficii damnata et diu inter instrumenta regni habita.' Annal. XII.

Certum enim est, multos bonos principes, aut minus malos, pro accusatoribus stetisse. Mucianus, Vespasiani os, 'censuit prolixe pro accusatoribus.' Hist. IV.

Helvidius Priscus institutam Eprii Marcelli accusationem ex decreto quodam, *dubium an voluntate Galbæ*, subito destituit. *Sarilius.*

[v] *Pars populi integra, et magnis*] Recte lectio vulgata. Loquitur de parte populi honestiore, et annexa magnis domibus, per affinitatem nimirum.

De libertis autem et clientibus damnatorum, quomodo dicitur magnis domibus annexos fuisse? Certe istud *annexum* pertinet ad partem populi integram, causamque continet, cur illa gavisa fuerit nece Neronis: at liberti clientesque damnatorum aut exulum gaudebant, quod patronos suos hac ratione vindictam, aut spem maturi reditus adeptos esse crederent. *Freinshemius.*

Pars populi integra] Id oppones vel iis quorum status amissus, qui damnati, et exules; vel potius plebi sordidæ, et circo ac theatris suetæ, et sic bene *integra;* id est, non corrupta aut coinquinata pessimis voluptatibus Neronis flagitiisque.

Et revera sic opponit Tacitus partem populi *integram*, plebi sordidæ, et scenæ lasciviæque suetæ; ut et clientes libertosque damnatorum opponit deterrimis servorum, aut iis, 'qui adesis bonis, per dedecus Neronis alebantur,' &c.

Integra] Flagitiis Neronis haud immixta, quam opponit plebi sordidæ infra: *plebs sordida et circo ac theatris sueta.*

[x] *Libertique*] Si clientes libertique damnatorum gaudebant, a fortiori et clientes procerum, qui statu integro salvoque.

[y] *Damnatorum*] Vertit interpres Gall. 'Factio proscriptorum spe erecta.' At certe errat, vel genio ac licentiæ versionis nimis indulget, nulli enim proscripti sub hisce principibus rerum dominis, nulla factio.

Quæ enim partes damnatorum, qui per scopulos et insulas sparsi et dis-

Digitized by Google

spem erecti: plebs sordida et circo ac theatris[a] sueta, simul deterrimi servorum,[a] aut qui, adesis[b] bonis, per dedecus Neronis alebantur, mœsti et rumorum avidi.

5. Miles urbanus, longo Cæsarum sacramento imbutus,[c] et ad destituendum Neronem arte magis et impulsu,[d] quam

maculosum, circo et theatris assuetum, etiam et flagitiosissimi servorum, aut qui, dilapidatis opibus, per infamiam Neronis sustentabantur, tristes et sermonum cupidi erant.

Prætorianæ cohortes æterno in Cæsares obsequio assuetæ, et ad deserendum abdicandumque Neronem fraude magis, et alieno *instinctu, quam sua sponte impulsæ;*

NOTÆ

palati, qui vix cœlum liberum habuere? Qui in exiliis vix animam trahebant, omnibus opibus, forte et veris amicis destituti, omnique commercio mortalium prohibiti erant.

[a] *Circo ac theatris*] 'Duas res anxius optat, Panem et Circenses.' Juvenal.

[a] *Deterrimi servorum*] Hæc forte præcise non omni ex parte spectant ad Neronem; nam potuerunt esse *deterrimi servi*, etiam si egregie imperasset Nero, etiam si non malus princeps fuisset. Et potuit tales colluvies labare et deprimi animis, sublato malo principe, etiam si non foveret eos largitionibus.

Certe illi non erant servi Neronis; sed malus princeps servos omnes deterrimos fovebat adversus dominos.

Et forte eos alebat Nero congiariis publicis, et ceteram plebem sordidam. Hinc tales 'mœsti et rumorum avidi.' Ideoque suspensi, erecti et exciti fine Neronis.

[b] *Aut qui, adesis*] Intelligit cives, et ingenuam plebem, vel et ipsos proceres.

[c] *Cæsarum sacramento imbutus*] Sic Ann. l. XIV. 'Prætorianos toti Cæsarum domui obstrictos.' *Savilius.*

Imbutus] A condito imperio, obsequio amorique Cæsarum deviinctus addictusque miles ille: infra, 'a Nerone assuefactos, ut haud minus vitia principum amarent,' &c.

[d] *Arte magis et impulsu*] Nymphidius, affirmato Neronem fuga delegisse Ægypti latebras, et facta donativi spe, Galbæ nomine, trigesies mille sestertium in singulos, et quinquies in exteros, plusquam aut posset aut vellet, facile persuasit, ut desererent, a quo, ut putabant, desererentur, et in Galbæ verba jurarent. *Savilius.*

Arte magis] Nempe Nymphidii, qui prospera militum fama, cum affirmasset Neronem destinare fugam in Ægyptum, et fecisset spem ingentis donativi nomine Galbæ, facile prætorianis persuasit, ut Neronem desererent, a quo se deseri ipsi putabant; et hac arte in verba Galbæ adacti prætoriani Nymphidio tum præfecto prætorii e loco Fenii Rufi.

Arte magis et impulsu] Nymphidii nempe. De quo sic Plutarch. Galba: 'Nymphidius, ut urbanum omnem militem, et prætorianum Galbæ adjungeret, promisit iis viritim septem mille et quingentas drachmas,' seu triginta sestertia; sunt nostro more 750. coronati; 'reliquis extra urbem mille ducentas quinquaginta drachmas,' seu quina sestertia, quæ, nostro more, sunt 125. coronati.

Distributi 750. coronati 20. millibus urbanorum militum, sunt 15,000,000. quindecim milliones coronatorum.

Et distributi 125. coronati ducentis millibus legionariorum, sunt 25. milliones coronatorum, seu quinque et septuaginta milliones librarum.

Digitized by Google

suo ingenio, traductus, postquam neque dari donativum, sub nomine Galbæ promissum, neque magnis meritis[e] ac præmiis eundem in pace, quem[1] in bello, locum, præventamque gratiam intelligit apud Principem, a legionibus[f] factum; pronus ad novas res,[g] scelere insuper Nymphidii[h] Sabini

ubi animadvertere, neque tribui pecuniam sibi *nomine Galbæ promissam, neque magnis officiis aut præmiis eundem locum* esse *in pace, qui in bello; et* etiam *occupasse gratiam legiones quæ principem creassent; promtæ* ultro *ad nova consilia, concitantur etiam et crimine Nymphidii Sabini præfecti* earum, *qui principatum*

1 Ita bene Mss. editio princeps et recentiores. Male Puteolanus, *qui in*

NOTÆ

[e] *Meritis*] Neque eundem esse locum, seu occasionem magnis meritis ac præmiis in pace, ut in bello: hinc bellum malunt, quam sterilem pacem sub Galba, frustrati donativo; ideoque ultro proni ad res novas prætoriani, prætereaque et scelere Nymphidii, qui sibi imperium moliebatur, conciti illi et irati tumebant, utpote conscii conjurationis illius.

[f] *Legionibus*] A legionibus Hispaniensibus, nempe, quæ Galbam elegerant. Unam legionem ex more habuit Hispania, alteram conscripserat Galba.

[g] *Pronus ad novas res*] Omnes causas affert, quibus incitabantur prætoriani ad res novas, nempe ad eligendam alium a Galba principem; scilicet, quia non sponte sua asciverant Galbam, quia non dabatur donativum ejus nomine sibi promissum, quia plerisque manebat conscientia, rebellasse ipsos cum Nymphidio præfecto, cujus criminis vindictam suspectabant ex Galba, priscam severitatem usurpante.

Dein, assueti juventæ Cæsarum et Neronis, incusabant senium et avaritiam Galbæ; metuebant etiam severitatem disciplinæ ejus, olim in castris legionum Germanicarum celebratam. Metuebant, ne ad difficiliorem militiam traherentur.

Nam fere iners miles urbanus, et pinguis ac nitidus, dediscebat ultro munia belli. Præterea excidit Galbæ vox caligis infesta, 'legi a se militem, non emi.'

[h] *Scelere insuper Nymphidii*] Crimen ingens et principale Nymphidii fuit, quod dedisset et dare potuisset imperium Galbæ, ac deturbare Neronem. Crimen hominis nimium meritum, et quod vix toto imperio exsolvere potuisset Galba. Sic statim magna merita ingrata principi, cum exsolvi non possunt.

Suet. Cal. 26. 'Leve ac frigidum sit, his addere, quo propinquos amicosque pacto tractaverit,' &c. 'Et in primis ipsum Macronem, ipsam Enniam adjutores imperii: quibus omnibus pro necessitudinis jure, proque meritorum gratia cruenta mors persolnta est.'

Sic et Curt. lib. VI. 'Bessus: Se in præcipiti et lubrico stantem, consilium a præsenti necessitate reperisse. Darium quoque, cum occidisset Bagoam, hac excusatione satisfecisse popularibus, quod insidiantem sibi interemisset.'

Quia se a Galba odio haberi et sperni vidit Nymphidius post tantum meritum, et quod tanta auctoritate

Digitized by Google

Præfecti, Imperium sibi molientis, agitatur.[2 i] Et Nymphidius quidem in ipso conatu oppressus:[j] sed,[3] quamvis capite defectionis ablato, manebat plerisque militum conscientia;[k] nec[4] deerant sermones,[l] senium atque avaritiam Gal-

sibi vindicare cogitarat. Et Nymphidius sane in ipso conatu occisus. Sed licet oppresso rebellionis duce, tamen *durabat* adhuc *plerisque prætorianorum conscientia* defectionis; *neque deerant rumores, quibus* multi senectutem et parcimoniam

bello; [at sic Gronovius et Ryckius.] *Brotier.*—2 Gronovius mallet, *agitatus.*—3 Sic bene Rhenanus et recentiores. In Mss. veteribusque editionibus, *et quamvis.*—4 In Mss. Bodl. Jes. et mediis quibusdam editionibus, *neque deerant.*

NOTÆ

polleret apud milites, ideo et novum scelus ausus est, ut post proditum Neronem, proderet et Galbam, et imperium sibi ipsi vindicaret. Hoc Nymphidii scelus præcipuum et extremum.

Nymphidii Sabini] De quo Plutarchus Galba: 'Nymphidii mater suebat vestes; hæc fuerat olim uxor Callisti. Sed natus erat Nymphidius, priusquam coïsset cum ea Caligula. Nymphidius putabatur filius Martiani gladiatoris, quem amasset ipsa olim ob famam, et eum forma referebat magis quam Caium.'

[i] *Agitatur*] Malim, *agitatus:* non enim cum maxime fiebat illud, sed jam ante adventum Galbæ factum erat. *Gronovius.*

Melius, *agitatur.* Nam antea, *præsentamque gratiam* intelligit; nec res hic pro tempore, quo gestæ sunt, narrat Tacitus. Nymphidius in ipso conatu oppressus.

Cum Nymphidius cognovisset Laconem et Vinium obtinere præcipuum in aula locum, usurpare imperium voluit, et quidam etiam eum nocte proxima deducere in castra, et eum salutare imperatorem statuebant.

Sed Honoratus tribunus, oratione habita apud milites, tali electioni obstitit, fecitque ut prævalerent partes Galbæ. Interim, clamore exorto, accurrens Nymphidius cum paucis, in ingressu telo petitur, et hinc fugiens, in tentorio militis necatur.

[j] *Oppressus*] Finita oratione Honorati tribuni prætor. appetente nocte, exoritur clamor in castris, quo perculsus Nymphidius, accurrit etiam, orationem meditans; sed cum portas valli prætoriani clausas reperisset, invitus prospera Galbæ precatur; sicque admissus, in ingressu tamen telo appetitur; dein et in tentorio militis, cum eo fugisset, occiditur.

[k] *Conscientia*] Nec frustra: nam in conscios, seu socios Nymphidii statim cædibus et sævitia grassatus est Galba, præcipue in Mithridatem Ponticum, qui rugas et calvitiem Galbæ objectabat; eoque risu, seu joco, suaserat Nymphidio ut raperet imperium.

Etiam sæviit in Cingonium Varronem pariter annexum sceleri Nymphidii; et qui ipsi orationem formarat, quam habere apud prætorianos in castris parabat.

Igitur plerisque prætorianis manebat conscientia defectionis, etiam postquam dux et auctor sublatus esset.

Digitized by Google

bæ' increpantium.[5] Laudata olim et militari fama[l] celebrata severitas ejus angebat aspernantes[6 m] veterem disciplinam, atque ita XIIII. annis a Nerone assuefactos, ut haud minus vitia Principum amarent, quam olim virtutes verebantur.[7 n] Accessit Galbæ vox,[o] pro Republica honesta, ipsi anceps, 'legi a se militem,[p] non emi.' Nec enim ad hanc formam cetera[q] erant.

Galbæ *incusarent. Celebrataque olim et vulgata in castris ejus severitas* etiam *anxios habebat prætorianos, contemnentes priscam disciplinam, atque ita quatuordecim annis a Nerone habitos institutosque, ut perinde diligerent flagitia principum, atque olim bonas artes reverebantur. Adjecta Galbæ vox pro Republ. decora, ipsi* vero principi *periculosa*, conscribere se militem, non emere. *Nec enim ad hoc specimen cetera satis congruebant.*

—5 Ms. Corb. *increpantes.*—6 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *coaspernantes.* —7 Ms. Agr. et Ryckius, *venerabantur.* Alii tentant *reverebantur.* Eodem sensu accipi, *verebantur*, recte observat, Cl. Ernestus. *Brotier.*

NOTÆ

[l] *Militari fama*] Sic Suet. Gal. VI. 'A C. Cæsare Getulico substitutus, postridie quam ad legiones venit, solenni forte spectaculo plaudentes inhibuit, data tessera, ut manus pænulis continerent. Statim per castra jactatum est, Disce, miles, militare; Galba est, non Getulicus. Pari severitate interdixit commeatus peti. Veteranum ac tironem militem opere assiduo corroboravit: matureque Barbaris, qui jam in Galliam usque proruperant, coërcitis, præsenti quoque Caio talem et se et exercitum approbavit, ut inter innumeras contractasque ex omnibus provinciis copias, neque testimonium neque præmia ampliora ulli perciperent.'

[m] *Angebat aspernantes*] Rectius *coaspernantes.* Non modo prætorianos, sed et alios milites intelligit, qui etiam veteris militiæ severitatem horrebant; quippe sic et Syriacæ legiones, quibus Corbulo usus est adversus Parthos, per otium lasciviebant.

At si de prætoriano milite tantum id intelligis, id ita sume, ut alios solicitos haberet *conscientia* partium Nymphidii, alios angeret severitas Galbæ, ita tamen, ut simul omnes in eo consentirent, ut veterem disciplinam velut ex composito aspernarentur.

Sic Suet. Galba XVI. 'Ceterum prætorianos etiam metu et indignitate commovit, removens subinde plerosque ut suspectos et Nymphidii socios; sed maxime fremebant superioris Germaniæ exercitus,' &c.

[n] *Virtutes verebantur*] Intellige, *reverebantur*, non tamen lege.

[o] *Galbæ vox*] Anno Romæ conditæ 822. Christi 69. *Tillemonius.*

[p] *Legi a se militem*] Sic Suet. Galba XVI. 'Præcipua flagravit invidia apud milites. Nam cum in verba ejus absentis jurantibus donativum grandius solito præpositi pronunciassent: neque ratam rem habuit, et subinde jactavit, legere se militem, non emere consuesse. Atque eo quidem nomine, omnes, qui ubique erant, exacerbavit.'

Sic olim, teste Plutarcho, Pompeius

6. Invalidum senem T. Vinius et Cornelius Laco,[r] alter deterrimus mortalium, alter ignavissimus, odio flagitiorum[s] oneratum,[1][t] contemtu inertiæ destruebant. Tardum Galbæ

T. Vinius et Cornelius Laco, quorum alter mortalium pessimus, alter inertissimus fuit, postquam infirmum senem invidia scelerum suorum *onerassent,* etiam *fastidio*

1 *Onerabant* Brotier. probante Acidalio. At ceteri fere Edd. scribunt *oneratum.*

NOTÆ

Magnus: 'Cum milites non obtinuissent omnia quæ speraverant præmia, et rixari ac turbare vellent, nihil talia curare se dixit; immo se omissurum potius triumphum, quam militi adularetur.'

[q] *Nec enim ad hanc formam cetera*] Id est, non ad hanc regulam, seu normam, ceteræ partes imperii aut reipub. ut ad eam disciplinam et severitatem conformarentur.

Vel, cetera ipsius principis seu Galbæ non ad hanc formam, non ad hoc virtutis exemplar composita erant. Nam invalidum senem Vinius et Laco suis flagitiis onerabant.

Ad hanc formam] Nec cetera aulæ huic exemplo severitatis paria. Nam in quibusdam severus et intentus, at in aliis rebus incuriosus et socors Galba. Sæpe nimis se indulgebat tribus pædagogis, qui Rempub. agebant, ferebant, 'ut apud senem festinantes.'

[r] *Vinius et Cornelius Laco*] Sic Suet. Galb. 14. 'Regebatur trium arbitrio, quos una et intra palatium habitantes, nec unquam non adhærentes, pædagogos vulgo vocabant; hi erant Titus Vinius. legatus ejus in Hispania, cupiditatis immensæ; Cornelius Laco ex assessore præfectus prætorii, arrogantia socordiaque intolerabilis; libertus Icelus, paulo ante annulis ... aureis oruatus.'

Et mox: 'his diverso vitiorum genere grassantibus, adeo se abutendum permisit et tradidit, ut vix sibi ipsi constaret.'

[s] *Odio flagitiorum*] Sic et Pompeius, Magnus licet, habuit circa se libertos et amicos, qui gloriam ipsius avaritia et aliis flagitiis destruerent.

Plut. in ejus vita: 'Magna quidem erat ejus potentiæ fama, nec minor ipsius virtutis et mansuetudinis; qua multa proximorum et amicorum flagitia occultabat, non sic a natura factus, ut eorum crimina prohiberet, aut puniret. Immo erga familiares sic se gerebat, ut eorum cupiditates et importunitates æquo animo ferret.'

[t] *Oneratum*] Id est, T. Vinius mortalium deterrimus, odio flagitiorum suorum onerabat: Corn. Laco ignavissimus contemtu suæ inertiæ destruebat Galbam.

Possit tamen ita intelligi, ut postquam uterque illum, odio flagitiorum suorum, onerassent, ipsi etiam principem contemtu inertiæ et socordiæ, seu senectutis destruerent.

Nam infra c. 12. 'Hiantes, in magna fortuna, amicorum cupiditates, ipsa Galbæ facilitas intendebat; cum apud infirmum et credulum, minore metu, et majore præmio peccaretur.'

Potius tamen est, ut pædagogi illi, principem suum contemtu propriæ inertiæ subverterent. Quod non semel contigit, aut continget dominantibus.

Digitized by Google

iter[u] et cruentum,[v] interfectis Cingonio Varrone,[w] Consule

ignaviæ suæ subvertebant. Lenta profectio Galbæ et crudelis, interemtis Cingonio

NOTÆ

[u] *Tardum Galbæ iter*] Quo die Galba hoc iter susceperit, ex Hispania profectus, et Romam intraverit, cum historias invideriit nobis temporis injuria, exacte determinari non potest.

Ne tamen omittamus quod illustrando loco faciat, utque temporis rationem, alibi a nobis redditam, hic signemus, visum fuit annotare, quibus impulsi sumus, causas.

Primum Galerio Trachalo, Silio Italico Coss. 'Neapoli de motu Galliarum cognovit, (Nero) die ipso quo matrem occiderat.' Suet. Ner. 40. Agrippina autem occisa erat 'ipsis quinquatruum diebus.' Tac. Ann. XIV. et Suet. Ner. 34. et *quinquatrus* incidunt in diem 19. Martii. Ovid. Fast. III.

Constituto ergo tempore, quo Vienna aut Lugduno Neapolis petatur, colligere licebit, Vindicis rebellionem incepisse circa decimum aut duodecimum Martii.

Præterea Xiphilinus scribit, regnasse Galbam novem menses et tredecim dies, numerandos scilicet ab eo tempore quo accepit imperium in Hispania, ut ipse Xiphilinus notat, ubi enarrata finit Vespasiani tempora: adeo ut Galba mortuus quinto-decimo Jan. Tac. Hist. I. regnare cœperit primo aut secundo Aprilis. Nero tertio-decimo Octobr. Tac. Ann. XII. 'Et imperavit annis tredecim et mensibus octo, duobus exceptis diebus; periit vero mense Julio.' Quæ duo simul consistere non possunt, utpote pugnantia.

Si enim mense Julio mortuus est Nero, excedit imperium ejus tredecim annos et octo menses. Sin hoc tantum tempus regni fuit, ut narrat Xiphilinus, mors ejus in mensem Julium non incidit.

Rursus idem Xiphil. scribit: 'Inde contingit, ut annus unus et duo ac viginti dies effluxerint a morte Neronis usque ad Vespasiani principatum. Sed primo Julii die Vespasianus auspicabatur imperium, Tac. Hist. II. ut Neronis mors incidisse debuerit in octavum Junii diem. Atque in hanc sententiam ire videtur Tacitus hoc eodem libro: 'Septem a Neronis fine menses sunt.'

Aurelius Victor dicit, *menses septem diesque totidem* imperavit Galba, computandos scilicet a Neronis morte, ut jam dictus exacte colligatur numerus.

Idem fere tempus, quo periit Nero, Vindicem in Gallia abstulit. Primus autem de morte ejus nuntius in Hispaniam ad Galbam penetravit, et paucis diebus interpositis, etiam de morte Neronis incitatissima perferentium opera. Plutarch. in Galba. Et constat nondum significatam fuisse Neroni Vindicis cladem. Neque enim aliter fieri poterat, quin Romæ ad istos rumores fuisset trepidatum.

Philostratus lib. v. de vita Apollonii: Id *nuntiabatur*, (Messanæ scil. ubi tum versabatur Apollonius,) fugisse *Neronem et Vindicem cecidisse;* quasi de Neronis morte nuntius antevertisset illum de Vindicis clade apud Messanenses in Sicilia. Intra septimum diem Galba scivit per Icelum libertum Roma profectum, periisse Neronem. Plutarch. 'Roma venit Icelus,' (in Hispaniam scil.) 'vir libertinus, intra dies septem.'

Digitized by Google

designato, et Petronio Turpiliano,[x] Consulari: ille, ut Nymphidii socius, hic, ut dux Neronis,[y] inauditi[z] atque

Varrone, consule destinato, et Petronio Turpiliano consulari: ille ut Nymphidii scelerum conscius, hic ut dux Neronis, non cognita causa damnati, *velut insontes*

NOTÆ

Dato igitur ad se instruendum tempore, Galba videtur iter ingressus circa Julii initium, et Romam, ut ex conjecturis vero propioribus statui potest, circa Septembrem insecutum; tardo, inquit Tacitus, itinere, via longa, et impedimentis gravi. *Sarilius.*

Tardum Galbæ iter] Decreta tamen fuerat legatio lecta ex primoribus, addito mandato, præter gratulationum solennia, ut rogaretur Galba Romam properare. Plutarchus.

[v] *Et cruentum*] Sic Sueton. Galba 14. 'Quosdam claros ex utroque ordine viros suspicione minima inauditos condemnavit.'

Sic et Plutarch. 'Visus est, non legitime, neque populariter, licet juste, occidisse viros non ignobiles ante judicium.'

Sic et Sueton. Galba 11. 'Iterque ingressus est paludatus, ac dependente a cervicibus pugione ante pectus; nec prius usum togæ recuperavit, quam, oppressis qui novas res moliebantur, præfecto prætorii Nymphidio Sabino, Romæ, in Germania, Fonteio Capitone,' &c.

[w] *Cingonio Varrone*] Socius dicitur Nymphidii Varro, quia nempe Varronis ingenio formata erat oratio, quam apud milites recitare debuit Nymphidius in castris per noctem, cum se eligendum in principem proponeret. Per noctem prodiderat ille destitueratque Neronem, ita et nocte prodere Galbam cogitabat; in id orutione composita, pari perfidia.

[x] *Petronio Turpiliano*] Qui consul fuit anno urbis 814. Plutarchum sperno, sive librarium, in quo Τερτουλλιανὸς dicitur. *Lipsius.*

Petronio Turpiliano] De quo sic Plutarchus, Galba: 'Auxit offensionem mori jussus Petronius Turpilianus, vir consularis, et notæ in Neronem fidei. Quod in Africa Clodium Macrum, opera Triboniani, et Fonteium in Germania, ministerio Fabii Valentis, necavit, eo defendi potuit, quod ab iis arma exercitusque tenentibus sibi metuisset: sed Turpiliano, seni nudo et inermi, nihil obstabat, quin defendendæ causæ facultatem tribueret, si quam ipse Galba præ se ferebat modestiam, re ipsa usurpare voluisset.'

[y] *Dux Neronis*] Adversus Galbam, auctor Zonaras. Non placet illud *dux Neronis:* forte legendum, *ut fidus Neroni.*

Sic Plutarch. 'Quia non prodebat, neque odio habebat talem principem, cum ipse odio haberetur, cum nihil aliud commisisset, interfectus est.' *Gronovius.*

Non æmulatur Plutarchus Historiam Taciti prorsus ad verbum, licet eam legisse et transcripsisse videatur. An quia fidus Neroni Petronius, ideo dux Neronis non fuit? Immo dux ab ipso delectus erat, quia pridem ipsi fidus erat, ut patet supra, ubi de conjuratione Pisoniana.

Dux] Vere *dux* ille Neroni assumtus; neque enim omnibus fidere potuit, qui tot viros egregios subverterat. Cum igitur expeditionem pararet Nero adversus Vindicem, jam præmiserat Petronium illum, Rubri-

Digitized by Google

indefensi, tanquam innocentes,[a] perierant.[a] Introitus in urbem,[b] trucidatis tot millibus[c] inermium[d] militum, infaustus

interierant. Ingressus ejus *in civitatem, obtruncatis tot millibus inermium classia-*

—2 Frustra tentat Muretus, *tamquam nocentes.* Acidalius, *quamquam innocentes.* Innocentes vulgo habentur, qui inauditi et indefensi pereunt. *Bro-*

NOTÆ

um Gallum, et alios; igitur ille inter duces Neronis, et forte præcipuus. Supra l. xv. 71. 'Triumphale decus Petronio Turpiliano consulari ... tribuit.'

[a] *Inauditi*] Non certe *innocentes illi;* sed quia *inauditi*, velut *innocentes* in opinione malevolorum perierant. Sed quia novæ dominationi invisi illi, et turbidis rebus moliri occulte nova poterant, eos ideo inauditos, vi et jure dominationis propere occidi oportere judicavit Galba.

Urgebat res: et exemplum in se habuit princeps; nam missi a Nerone qui ipsum Galbam occiderent.

Miserat et ipse, qui Vespasianum interficerent in Oriente. Sed ille majore fato servatus est.

[a] *Tanquam innocentes perierant*] *Tardum Galbæ iter et cruentum* populis visum est, quia interfecit nobiles viros, et quia illi inauditi atque indefensi occisi erant, tanquam innocentes perierant; id est, sic occisi non cognita causa, innocentes periisse videbantur, seu existimabantur.

Plut. Galba: 'Non juxta præscriptum legum visus est Galba sustulisse ante judicium viros illustres, quamvis ipse eos juste occidisset.'

[b] *Introitus in urbem*] Sic Sueton. Galba 12. 'Præcesserat de eo fama sævitiæ simul atque avaritiæ,' &c. 'ea fama et confirmata et aucta est, ut primum urbem introiit. Nam cum classiarios, quos Nero ex remigibus justos milites fecerat, redire ad pristinum statum cogeret, recusantes atque insuper aquilam et signa pertinacius flagitantes, non modo immisso equite disjecit, sed decimavit etiam.'

Scribit Dio sævitia ista Galbæ periisse illorum ad septem millia, præter numerum ingentem eorum qui tunc liberati, postea decimati sunt.

[c] *Trucidatis tot millibus*] Miror interpretum consensum, quo vertunt *tot millia civium occisa*, putant fuisse cives: forte sic vocant, quia inermes illos dicit Tacitus; aut quia milites, legionarii: sed puto, nec cives, nec legionarii, nec proprie milites erant, sed *remiges*, teste Sueton. Galba 12. 'Nam classiarios, quos Nero ex remigibus justos milites fecerat, redire ad pristinum statum coëgerat,' &c.

Certe Nero in extremis indigens pecuniæ et militum, eos ex classe acciverat, ut in ordinem legionis componeret; sed illi proprie nec cives nec milites erant. Cives autem non occidit Galba; sed tantum nonnullos procerum, qui diversis locis novas res moliri putabantur.

Nota etiam ex Suet. Vesp. 8. qualis sortis homines essent illi classiarii: 'Classiarios vero, qui ab Ostia et Puteolis Romam pedibus per vices commeant, petentes constitui aliquid sibi calcearii nomine, quasi parum esset, sine responso abegisse, jussit posthac excalceatos cursitare; et ex eo ita cursitant.' Sic et seve-

Digitized by Google

omine, atque ipsis etiam, qui occiderant,[e] formidolosus. Inducta legione Hispana,[f] remanente ea, quam e classe

riorum, infelix præsagio fuit, *atque ipsis etiam qui trucidaverant, metuendus. Invecta legione Hispaniensi* in urbem, *et remanente ea, quam e classiariis Nero dele-*

NOTÆ

ritatem in vilia capita exercuit Vespasianus, sed altiore prudentia, aut majore fato.

[d] *Inermium*] Puto, non omnino inermes illi classiarii, ut qui jam delecti et asciti a Nerone in numeros et ordinem legionis compositi erant: sed intellige *inermes* fuisse, comparate cum veris legionariis.

Et certe nonnulli strinxere ferrum adversus Galbam, cum advenit in urbem, tela et minas intentantes, nisi militiam legionariam illis concederet, quemadmodum Nero concesserat.

Quod non ausi forent sine armis, et certe in ferociam et scelus exarserant adversus principem electum; quamobrem et cæsis multis millibus, reliquos etiam postea decimavit Galba, dein et vinculis habuit, ut majestatis reos.

Sed mobilitate ingenii, aut inertia, et pravo pædagogorum consilio, eos mox liberavit in exitium suum et Reipub.

Inermium] Nondum instructi justis armis classiarii, quia nondum in ordinem aut numerum legionis compositi erant. Forte tantum gladiis instructi.

[e] *Atque ipsis etiam qui occiderant*] Cum per immanitatem sævit princeps, ipsis etiam satellitibus horrendus et invisus est.

[f] *Inducta legione Hispana*] Id est, ut mihi quidem videtur, *septima Galbiana*, conscripta a Galba ex habitis in Hispania dilectibus, ut volunt Tacitus Hist. III. Dio l. LV. et Sueton. Galb. 10. Quæ tamen in Illyricum ante ejus mortem missa videtur, Antonio primo legato imposito, ut hoc loco mentionem illius ratio non patiatur.

In seditione Othoniana nusquam occurrit *Hispana legio*, non in hoc Taciti libro, neque apud Scriptorum quenquam, nisi inter armorum turbas omnia pervagantes, soli ignave conquieverint. *Savilius.*

Inducta legione Hispana] Unam hanc legionem conscripserat Galba in Hispania, et propterea Galbiana dicta est, quæ in Pannoniam missa haud dubie, postquam urbem ingressus fuit Galba. Cur autem illam Tacitus inter causas motuum civilium recenset? Puto, nullam ea legio prioris motus materiam dedit, neque illius particeps fuit, dum viveret Galba.

At post Galbam, hæc legio fuit in partibus Othonis, dein Flavianorum; sicque in partem venit bellorum civilium: sed cur ab Othone stat legio Galbiana? vel forte consensu aliarum rapta, vel avaritiam Galbæ pertæsa, cujus novum imperium firmaverat, nullo vel exiguo accepto tanti meriti præmio. Vel potius, quia non amplius viveret Galba, et quo plures, tandem omnes concedebant.

Cur enim se darent Vitellio ignoto, potius quam propinquis legionibus et Othoni, qui forte primus auditus erat; aut potius Antonio Primo legato?

Idque partim forte ratione, partim necessitate. Quo plures, eo facile trahuntur omnes; nam aut certandum fuit, aut approbandus princeps quem legiones aliæ delegerant.

Hispana] Non quod esset legioni id

Digitized by Google

Nero[g] conscripserat, plena urbs exercitu insolito: multi adhoc numeri[3 h] e Germania[i] ac Britannia et Illyrico, quos

gerat, referta erat *civitas copiis insolitis: multæ præterea cohortes,* seu vexilla, *e Germania atque Britannia, et Illyrico, quas* copias *idem Nero selectas, ac præ-*

tier.—3 Sic bene Ms. Flor. editio princeps et recentiores. Ms. Corb. *multi*

NOTÆ

nomen, aut Hispana origine esset; sed quia in Hispania conscripta a Galba, et ex Hispania nunc Romam transvecta erat, *inductaque* in urbem simul cum principe.

Hispana] Non quod ex Hispanis conscripta est; sed quia habuit hyberna sua in Hispania, vel quia ibi delecta erat, scil. ex Hispaniensibus civibus Rom. qui in his partibus degebant.

Hispana] Hispania, regio et peninsula Europæ in latere meridionali ad Oceanum Atlanticum, et ad mare Mediterraneum. Hodie pars maxima recentioris *Espagne*. Tillemon.

[g] *Quam e classe Nero*] Jam olim legiones *classicæ*, si nummis fides, in quibus video: ANT. AUG. III. VIR. R. P. C. et parte altera: LEG. XVII. CLASSICÆ. *Lipsius.*

[h] *Multi adhoc numeri*] *Numeros* hic capio, *cohortes, manus, vexilla.* Crebrum id verbi sub ævum Taciti. Eo sensu Plin. l. x. epist. de Tironibus: 'Nondum distributi in numeros erant.'

Ulpianus: 'Exercitum, non unam cohortem neque alam dicimus, sed numeros multos militum.' Idem: 'Si quis militum ex alio numero tralatus sit in alium.'

Suet. Vesp. 6. 'Et tunc quidem compressa res est, revocatis ad officium numeris parumper.' Claudian. 'Regnorum tractat numeros, cuneosque recenset.'

Nec *cohortes* solum in hoc nomen, sed paulatim venere etiam ipsæ *legiones.* Et credo hoc Sozomeno scribenti: τὰ Ῥωμαίων τάγματα, ἃ νῦν ἀριθμοὺς καλοῦσιν *Romanorum legiones, quas nunc vocant numeros.*

Ac Capitolinum ita accipio in Macrino: 'Timuit autem et collegam, ne ipse imperare cuperet, quod si vel unius numeri consensus accederet; neque ipse recusaret, et omnes cupidissime id facerent.'

Quin noster ipse Tacitus hac voce iterum usus in Agricola: 'Quanquam transacta æstas, sparsi per provinciam numeri.' *Lipsius.*

Numeri] *Numeros* dicit, quod est veluti medium inter legiones et cohortes, seu alas. Non enim dixerint de una cohorte aut ala, *numeros;* nec etiam de legione; sed de multis simul cohortibus, aut alis, et de pluribus *vexillis*, ut hoc loco.

Nam *bina* illa *millia* forte præmissa sub quatuor *vexillis*, et vexillarii talis et talis legionis dicebantur.

Et Suetonio in Galba id appellatur *Vexillatio*, quia scil. plura erant vexilla; at si unum vexillum fuit, dicebantur *vexillarii*, verbi gratia, quartæ decimæ legionis; nec de uno vexillo *numeros* dici reperias.

Numeri] Hoc nomine intelliguntur omne genus copiæ militares, cohortes Rom. vexilla, vexillarii, turmæ, alæ et cohortes auxiliarium, omnia corpora militaria, præter legionem.

Forte non sic vocabant Legiones quæ integræ essent. Sed cum inde-

Digitized by Google

idem Nero, electos præmissosque ad claustra Caspiarum,[j] et bellum, quod in Albanos[k] parabat, opprimendis Vindicis cœptis revocaverat: ingens novis rebus materia, ut non in unum aliquem prono favore, ita audenti parata.[4]

ire jussas ad portas Caspias, et bellum quod in Albanos agitabat, redire præceperat premendis conatibus Vindicis: quæ *magna novis cœptis materia, et ut non in certum aliquem pronus favore* miles ille, *ita audentem sequi paratus erat.*

ad hoc numero. Puteolanus, *multi ad hæc innumeri.* Quidam Mss. et libri editi, *multi ad hoc et innumeri.* Idem.—4 Acidalius malebat *parato.*

NOTÆ

finite loquerentur de copiis militaribus, et legiones et cohortes et vexilla et alia id genus, uno eodemque *numerorum* vocabulo comprehendere potuerunt.

[i] *Germania*] Pars Belgicæ regionis in Gallia, divisa a Romanis in duas provincias, nempe *Germaniam superiorem* et *Germaniam inferiorem*, de quibus suis locis. *Tillemon.*

[j] *Ad claustra Caspiarum*] Supple *portarum.* Sunt vero ita angustæ, ut ea parte vix singula plaustra duci possint. *Lupanus.*

Sic Suet. Ner. 19. 'Parabat (Nero) et ad Caspias portas expeditionem, conscripta ex Italicis senum pedum tironibus nova legione, quam Magni Alexandri Phalangem appellabat.' Hinc eos *electos* dicit Tacitus. Addit Xiphil. et de suscipienda in Æthiopiam expeditione cogitasse. *Savilius.*

Claustra Caspiarum] Portæ Caspiæ sunt transitus montis Tauri in parte septentrionali Mediæ regionis, et in Armenia majore.

Plinius v. 14. describit portas Caspias his verbis: 'Causa portarum nominis eadem quæ supra, interruptis angusto transitu jugis, ita ut vix singula meent plaustra, longitudine octo mille passuum, totó opere manu facto. Dextra lævaque ambustis similes impendent scopuli, sitiente tractu per octo et viginti mille passuum. Angustias impedit corrivatus salis e cautibus liquor, atque eadem emissus. Præterea serpentium multitudo, nisi hyeme, transitum non sinit.' Et c. xv. 'Pratitæ, (Medorum populi,) tenent portas Caspias.' Vide Strabonem l. xi. p. 522. et 528. De portis Caspiis et Caucasiis sic Plinius vi. 13. 'Corrigendus est error in hoc loco multorum, eorum etiam qui in Armenia res proxime cum Corbulone gessere. Namque hi Caspias appellavere portas Iberiæ, quas Caucasias diximus vocari: situsque depicti et inde missi hoc nomen inscriptum habent. Et Neronis principis comminatio ad Caspias portas tendere dicebatur: cum peteret illas, quæ per Iberiam in Sarmatas tendunt, vix ullo propter appositos montes aditu ad Caspium mare. Sunt autem aliæ Caspiis gentibus junctæ: quod dignosci non potest, nisi comitatu rerum Alexandri Magni.' Hodie multi credunt hunc transitum esse prope Urbem *Derbent*, in provincia *Sciruan*, regni Persiæ, ad Septentrionem et Occidentem. *Tillemon.*

[k] *Albanos*] Albania, regio Asiæ ad mare Caspium. Hodie pars major provinciæ *Sciruan*, in regno Persiæ recentioris, et ad mare *Kulsum*. Tillemonius.

Digitized by Google

7. Forte congruerat, ut Clodii Macri[l] et Fonteii Capitonis cædes[m] nuntiarentur.[1] Macrum, in Africa[n] haud[2] dubie turbantem, Trebonius Garucianus, Procurator,[o] jussu Galbæ; Capitonem in Germania, cum similia cœptaret, Cornelius Aquinus et Fabius Valens, Legati legionum,[p]

Forte tum contigerat, ut nuntius afferretur, occisos esse Clodium Macrum et Fonteium Capitonem. Trebonius Garucianus procurator, mandato Galbæ, trucidaverat Macrum in Africa, procul dubio novas res molientem; Cornelius Aquinius

1 Budens. *nuntiaretur*.—2 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *res haud dubie turban-*

NOTÆ

[l] *Clodii Macri*] Certe Macer in Africa de occupando principatu cogitavit, sed sævitia et avaritia invisus sociis, statimque impar tantæ moli cognitus.

Fretus tamen consilio et opibus Crispinillæ, quæ ante ex intimis libidinibus Neronis, in Africam trajecit.

Hæc ipsa suasit Macro, ut impediret transvectionem annonæ in Urbem, unde certa fames: sed ille in conatu a procuratore Galbæ oppressus est.

[m] *Capitonis cædes*] Legati occidunt Fonteium, quod 'imperium a se oblatum respueret.' Habes quid simile apud Suet. Oth. 1. 'Ausus etiam est in Illyrico milites quosdam, quod motu Camilli ex pœnitentia præpositos suos, quasi defectionis adversus Claudium auctores, occiderant, capite punire,' &c. Sic et puniri debuerant interfectores Fonteii.

At Galba nondum talia vindicare ausus, neque talia inquirebat, aut approbabat; ne pœnam auctoribus inferre cogeretur intempestive; nam ex utroque periculum instabat. Nondum tempus ulciscendi, tantum dissimulare potuit, quasi sibi, quasi imperio et Reipub. sic consulerent legati, licet eorum ingenia nosset.

[n] *Africa*] Africa proprie dicta, vel Africa minor, regio Africæ citerioris, ad mare Africum, partem maris Mediterranei. Hodie pars Orientalis regni *Alger*, atque regna *Tunis* et *Tripoli*, in Barbaria, sub clientela Turcarum.

Fuit etiam *Africa* proconsulatus et provincia Africæ minoris supra dictæ. Hodie pars regni *Tunis* in Barbaria. *Tillemon.*

[o] *Procurator*] Sæpe opera seu ministerio procuratorum occisi Legati provinciarum, virique alii illustres, jussu principum. Sic maxime horrebat Galba procuratores Neronis in Hispania.

Et parum abfuit, quin occideretur ipse a servis, quos ipsi, veluti paratum regium, circumdederat procurator, quasi per honorem.

[p] *Legati legionum*] *Legati* hoc libro triplex est significatio. Prima notat eum qui, in publica causa, alio occupandus mittitur: 'Censuerant patres mittendos ad Germanicum exercitum legatos.'

Secunda, *legatus* aut *legatus Consularis*, aut *Consularis* simpliciter, *præsidem* designat, aut illum, qui cum vicario imperio imponitur regendæ provinciæ aut exercitui: 'Othonem in provinciam Lusitaniam specie legationis seposuit. Hordeonius Flac-

Digitized by Google

interfecerant, antequam juberentur. Fuere qui crederent, Capitonem,[q] ut avaritia et libidine fœdum ac maculosum, ita cogitatione rerum novarum abstinuisse; sed a Legatis,[r] bellum suadentibus, postquam impellere nequiverint, crimen ac[3] dolum[s] compositum ultro:[4] et Galbam mobilitate ingenii,[t] an, ne altius scrutaretur, quoquo modo acta, quia mutari non poterant, comprobasse. Ceterum utraque cædes sinistre accepta: et inviso semel Principe,[5] seu bene

et Fabius Valens legati legionum, priusquam eis imperaretur, interemerant *Capitonem in Germania, cum eadem agitaret. Fuere, qui existimarent Capitonem, ut avaritia et luxuria turpis ac scelerosus fuit, ita a turbandarum rerum consilio procul abfuisse; sed legatos* eum *ad bellum impellentes, ubi persuadere non potuerunt, scelus ac fraudem ultro adornasse; et Galbam inconstantia animi, res quocumque modo gestas approbavisse, quia inverti non poterant, aut* forte *ne ulterius inquireret. Ceterum utraque nex infensis animis audita est, et infesto semel dominante, sive*

tem.—3 Budens. *ad dolum.*—4 Ryckii Cod. *ultro compositum.*—5 Frustra ten-

NOTÆ

cus consularis legatus aderat. Inferioris Germaniæ legiones diutius sine consulari fuere.'

Tertia, qua *legatus legionis*, aut *legatus prætorius*, aut *legatus* simpliciter, intelligitur, (circumstantiæ singulas significationes discernunt,) præfectus legioni.

Unde tot erant legati legionum, quot legiones. *Cælius legatus vicesimæ* legionis. In Agric. et ubi de eadem legione eodemque viro agit: 'Quippe legatis consularibus nimia ac formidolosa erat. Nec legatus prætorius ad cohibendum potens.' 'Nullo legatorum Tribunorumve pro Galba nitente.' 'Fœdis legatorum certaminibus,' ὁμωνύμως neque refragante vocabulo, cum alter esset legatus consularis, alter legatus legionis. *Savilius.*

[q] *Capitonem*] Teste Plutarcho, Fonteius Capito legatus inferioris Germaniæ, cum quadam die juri dicundo præsideret, et causa cadens litigator Cæsarem appellasset, ipse Capito surrexit, altiusque ascendit subsellium, jusso homine qui appellabat Cæsarem perorare causam, velut in auditorio Cæsaris, quasi præsentis ac præsidentis, et quasi ipse Cæsar esset.

[r] *Sed a legatis*] Nempe a Cornelio Aquinio et Fabio Valente, qui ambo legati legionum in inferiori Germania, cum provinciæ et legionibus ibi summæque rerum præesset Fonteius Capito, cui successor datus mox Vitellius.

[s] *Crimen ac dolum*] Alibi, *crimen ac mox insidias.* Adeo ut, *dolum compositum esse*, æquivalere videatur τῷ δολοφονηθῆναι. *Savilius.*

Crimen] Id crimen potuisse sic componi a legatis, præcipue a Fabio Valente et a Julio Burdone præfecto classis Germanicæ, cujus cædem petit miles a Vitellio infra, clarissime patet ex sequentibus.

Nam statim obvium Vitellium elegerunt, licet ignavum, scelerosum, ac maculosum, et Reipub. indecorum. Nempe Valens et alii præpositi, avidi prædæ volebant scelera, et bella

Digitized by Google

seu male facta premunt.[6] Jam afferebant[u] venalia[v] cuncta[7] præpotentes liberti:[w] servorum manus[x] subitis avidæ, et,

egregie sive perperam facta omnia *obruunt*, et perinde odio sunt. *Jam* insuper *præpollentes liberti offerebant palam omnia cum pretio. Manus servorum repen-*

tat Gruterus, *invisum Principem*. In Mss. Flor. Reg. *inviso semel Principi*. Brot.—6 Sic bene Puteolanus. Sic quoque Ms. Bodl. in margine. Male Ms. Reg. et ed. pr. *præminuit*. Ms. Corb. *præmuniit*. Brot. Ryckii Cod. *premuntur*; quod ille præferendum putat.—7 Hoc quoque temere tentatur: primo a Pichena et Freinshemio, qui interpungi volunt post *cuncta*: et ita sententiam

NOTÆ

civilia, cujusvis ducis nomine, aut prætextu.

Et quia tanti sceleris ingratus fuit Galba, idcirco *Valens* novum et majus facinus audet: elegit Vitellium, cujus nomine et obtentu, in omne crimen, etiam eversa Repub., prorumperet.

[t] *Galbam mobilitate ingenii*] Sic Suet. Galb. 14. 'His diverso vitiorum genere grassantibus, adeo se abutendum permisit, et se tradidit, ut vix sibi ipsi constaret: modo acerbior parciorque; modo remissior ac negligentior, quam conveniret principi electo, atque illius ætatis.'

Mobilitate ingenii] Si constantia animi affuisset, debuit severissime advertere tali cædi, et vindicare facinus et principis et Reipub. causa; sed ipse senecta et *mobilitate ingenii*, modo atrociter puniebat, et, indicta causa, modo misere pœnitebat parcebatque.

Sic teste Sueton. 9. 'Varie et inæquabiliter provinciam rexit, primo acer, vehemens, et in coërcendis quibusdam delictis vel immodicus.' Sed id forte prudentia, ne adverteret Neronem, aut sic fingebat.

Forte hic loci sic se gessit, ne inquirere altius cogeretur, nec tempus vidit talia ulciscendi opportunum, et cum alioqui mutari non posset quod factum erat, quasi sibi factum imputaret, dissimulavit, forte ad tempus; sed fato præventus est.

[u] *Jam afferebant*] Id est, præterea *afferebant*, seu *offerebant*, quod idem est apud Tacitum; quasi diceret: Præterquam quod eæ cædes sinistre acceptæ sunt, etiam venalia cuncta afferebant præpollentes liberti: quæ res invisum in dies magis magisque principem efficiebat.

Suet. Galba 15. 'Nihil non per comites atque libertos pretio addici aut donari gratia passus est, vectigalia, immunitates,' &c.

[v] *Venalia*] Non tantum libertos, *venalia cuncta* attulisse crediderim; sed et plerosque interiores principis amicos. Infra enim ait, principatus potentiam divisam fuisse in T. Vinium consulem, et Corn. Laconem prætorii præfectum: nec minorem gratiam fuisse Icelo Galbæ liberto.

Ergo amici potentiores libertis. Ideo legendum et distinguendum puto: *Jam afferebantur venalia cuncta, præpotentes liberti*. Pichena.

[w] *Præpotentes liberti*] Præcipue Icelum intelligit, qui statim Helios, Polycletos, et alia prodigia Neronis adæquavit, aut superavit.

[x] *Servorum manus*] Ad ea auferenda, quæ subito fortunæ munere obvenerunt. *Pichena*. *Servorum manus avidæ*, et veluti famelicæ, repentinas opes congerebant, passimque rapie-

tanquam[6]. apud senem, festinantes: eademque[7] novæ aulæ mala, æque gravia, non æque excusata.[z] Ipsa ætas Galbæ irrisui[a] ac[9] fastidio erat assuetis juventæ Neronis, et Imperatores forma ac decore[b] corporis, ut est mos vulgi, comparantibus.

tinis opibus *inhiantes, et* illi *velut apud senem aridi properabant: eademque recentis aulæ flagitia,* et *æque importuna,* sed *non perinde condonata. Ipsa senectus Galbæ et ludibrio et contemtui erat,* civibus *suetis adolescentiæ Neronis, et conferentibus* inter se *(ut populus solet) principes specie atque dignitate corporis.*

corrumpunt. De aliis, qui nocerent Galbæ, dixerat. Venit tandem ad avaritiam libertorum et servorum. Non bene etiam e suo cod. (Agr.) Ryckius dedit *offerebant*, quod cui non in mentem sponte veniat. Loquitur de iis, data opera, tanquam de mercatoribus, qui merces venales afferunt. *Ernest.* Pichena voluerat *jam afferebantur v. c.* Freinsh. *Iram afferebant v. c.* Acidalius τὸ *afferebant* delebat. Quod Lallemand ex Pich. et Freinsh. affert *offendebant*, apud istos non reperio. *Oberlin.*—8 *Tanquam* abest a quibusdam Mstis. —9 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. ac Puteolanus, *et fastidio.* A Ms. Reg. abest *et* ante *irrisui*, quod Brotierus servat. Ernestus mallet *irrisu.* Ryckius et Gronovius habent *et irrisui et fastidio.*

NOTÆ

bant, *tanquam apud senem festinantes.*

[7] *Eadem*] Eadem novæ, ac veteris seu Neronianæ aulæ mala, paria flagitia sub Galba ac sub Nerone; sed non perinde excusata, quia novus princeps Galba, novumque imperium ipsius adhuc nutabat; idque non perinde firmum, ac vetustæ opes Neronis.

Nempe Galba novus Imperator, invisusque ob senectam et nimiam severitatem; at Nero, ortu et natalibus Cæsar ac princeps, juventa, ludis voluptatibusque et largitionibus plebem et vulgus militum deliniérat.

Sicque ei facile ignoscebant, si quid delinqueret. Sic facilius excusata flagitia prioris dominationis.

Eademque novæ aulæ mala] Eadem fere sævitia et avaritia. Nam cædes patratæ, opes raptæ ab amicis et libertis Galbæ, et alia similia, ut in Neroniana aula facinora perpetrabantur; sed non perinde excusata.

[z] *Non æque excusata*] Quis excusaret senem, et quem nuper privatum viderant, easdem calamitates expertum sub Nerone, easque adversantem? Quis novum principem et electum, quasi vindicem flagitiorum istorum quæ patrabat ipse, facile excusaverit?

[a] *Ipsa ætas Galbæ irrisui*] Sic Xiphil. 'Quia gladium per omne iter suspensum habebat senex, et invalidus articulari morbo, et sic multo irrisui fuit.'

[b] *Forma ac decore*] Ridiculus fere Galba, senio, rugis, calvitie, severitate, et pugione quem etiam tum gestabat appensum ex collo: sic eum Mithridates Ponticus derisit, cum persuaderet Nymphidio, ut raperet imperium. 'Absens,' inquit, 'Galba, aliquis est; sed statim visus Romæ, calvitie sua deridebitur.'

Et certe despectui admodum fuit

Digitized by Google

8. Et hic quidem Romæ, tanquam in tanta multitudine, habitus animorum fuit. E provinciis,[c] Hispaniæ præerat

Et hic quidem in urbe status seu affectus *animorum fuit, in tanto numero mortalium. Ex provinciis, Hispaniam regebat Cluvius Rufus, vir eloquentia et domi*

NOTÆ

ejus senectus et orbitas, et propterea statim Pisonem juvenem adoptavit. Apud Suet. Galb. 20. acclamabant calones, cum caput ejus gestarent, 'Galba, cupide fruaris ætate tua. Maxime irritati ad talem jocorum petulantiam, quod ante paucos dies exierat in vulgus, laudanti cuidam formam suam, ut adhuc floridam et vegetam, respondisse eum ἔτι μοι μέγας ἔμπεδόν ἐστι· *adhuc mihi robur firmum est.*' Idem Suet. de milite qui caput amputavit: 'Et quoniam capillo præ calvitie arripere non poterat, in gremio abdidit.'

[c] *E provinciis*] Puta, Cæsaris, quas hic spectari arbitror. Augustus enim post pugnam Actiacam, cogente scilicet senatu, cum accepisset principatum, cœpit dividere provincias.

Atque illas quidem pacatas, neque hostibus obnoxias senatui populoque tradidit; hasce inimicorum terris objectas, et ad extrema imperii remotas, ceterasque facile rebellionis et armorum metu turbandas sibi retinuit; abiitque in successores institutum.

In speciem quidem id agi videbatur, quasi derivatis in se molestiis et periculorum incertis, senatui indulgeret, non suspectam securitatem: sed clam et reipsa potentiam intendebat, inermi senatu, cum sic veteranas sub signis cohortes haberet.

Senatus et populi provinciæ, ut Strabo lib. XVII. Dio lib. XXXIII. scribunt, mox enumerandæ, quas Tacit. Ann. XIII. (nisi me conjectura fallit,) 'publicas provincias' vocat: fuerunt *duæ Consulares, Africa* cum Numidia, et *Asia:* sic dictæ, quod iis regendis imponerentur consulatu functi.

Cum in reliquas, sufficeret gessisse minores magistratus, quæ erant *decem prætoriæ*, Bætica, Narbonensis, Sardinia cum Corsica, Sicilia, Epirus, Macedonia, Achaia cum Thessalia, &c. Creta cum Cyrene, Cyprus, Pontus et Bithynia.

Provinciæ, quas sibi retinuit Cæsar, fuerunt Hispania Tarraconensis, Lusitania, Gallia Lugdunensis, Belgica, Aquitania, Syria, &c. Cilicia, Ægyptus, Dalmatia, Mœsia, Pannonia, et Rheni ripa Gallica, nomine *superioris et inferioris Germaniæ* cognita, etiam in hunc usque diem *Germaniæ* appellationem servans; sed quam in sua descriptione Cæsar Galliæ attribuit cum magna Belgicæ parte, ignarus alterius Germaniæ, præter eam, quæ apud scriptores, consecutis deinde temporibus, Γερμανίας μεγάλης, id est, *magnæ Germaniæ*, ad differentiam titulum accepit, Rheni interiori ripa terminatæ.

Cum tamen Tacitus hoc libro, vocabulo *Germaniæ* complectatur semper duas illas alias provincias, sic appellatas, quod Germani, frequente Rheni transitu, in istas regiones deductis migrarent coloniis, et paulatim translatum quoque hæreret locis nomen.

Cæsar Comm. l. II. Dio. l. LIII. Tac. Ann. I. et de moribus Germ. 28. harum duarum Germaniarum *superior*, ait Dio, erat ἡ μετὰ τὰς τοῦ ποτάμου (Ῥήνου) πηγὰς, id est, *ab exortu fluminis* (Rheni) porrigebatur Moguntiam versus, aut potius confluentes; *Infe-*

Digitized by Google

Cluvius Rufus,[d] vir facundus et pacis artibus,[1] bellis[2] inex-

studiis conspicuus, belli inscius. Galliæ, præter favorem partium *Vindicis, proxime*

1 Faërnus et Ms. Agr. *pacis artibus clarus.* Heinsius, *pacis par artibus.* At retineri potest vulgata scriptura. Nempe, ob pacis artes erat bellis inexpertus. *Brotier.*—2 Ita Mss. editiones veteres et recentiores. Rhenanus, *belli*

NOTÆ

rior μέχρι τοῦ ὠκεανοῦ Βρεττανικοῦ, ad Oceanum usque Britannicum.

Præter dictas provincias, quicquid postmodum Romano adjiceretur imperio, ut *Britannia* sub Claudio, *Pontus Polemoniacus* et *Alpes Cottiæ* sub Nerone, *Dacia* sub Trajano, &c. assignatam ex divisione commemorata, Imperatori augebat portionem, *τῷ ἀεὶ κρατοῦντι προσετέθη, pars hæc semper imperatori adjuncta est.* Dio.

Provinciæ senatus, tam prætoriæ quam consulares, Proconsulum cura regebantur, sive illi Romæ gessissent consulatum, sive non.

Qui gubernandis Imperatorum provinciis imponebantur, *legati*, aut *legati consulares*, aut *proprætores* vocabantur: nisi quod procuratorum quandoque titulo mitterentur, ut antea observatum de minoribus provinciis.

Dio l. LIII. Tacit. hoc lib. de *provincia publica*, Gallia scilicet Narbonensi, 'Vinius,' inquit, 'proconsulatu Galliam Narbonensem' severe rexit, qui Consulatum nondum obtinuerat.

Video Ann. I. Granium Marcellum vocari prætorem Bithyniæ, quæ ex prima divisione inter *publicas provincias* recensetur; neque posterior quicquam ætas mutavit, ut colligitur ex Plinii epist. lib. X. 64. 55.

Ibidem Tacitus meminit quæstoris, ignotæ dignitatis in imperatorum provinciis; et sub Claudio 'damnatus lege repetundarum Cadius Rufus accusantibus Bithynis,' qua actione, si quid judico, nunquam pulsabatur legatus principis, qui munus suum obibat magis ex speciali mandato, quam jure officii.

Sed *proprætorem* quod attinet, res manifesta est Ann. XII. 31. de eodem cap. 40. Vitellius hoc libro appellatur 'legatus consularis inferioris Germaniæ; et Ann. IV. 'L. Apronius inferioris Germaniæ proprætor;' Suet. Neron. 40. 'Duce Julio Vindice, qui tum eam provinciam proprætor obtinebat,' id est, *Galliam Lugdunensem*, imperatori ex divisione dicta sepositam.

In Africa Caius Proconsuli, (erat id honoris nomen loco,) super induxit legatum, qui suo nomine milites curaret. Tac. Hist. IV. Dio. l. LIX.

Solus ille, qui Ægypto præerat, nec *legati*, nec *proprætoris* appellatione censetur, diciturque *præfectus Ægypti*, aut *præfectus Augustalis.* Alia nomina, ut *præsidis, rectoris, &c.* utrique provinciarum generi fuere communia.

Deinde habuerunt *provinciæ publicæ* additos procuratoribus quæstores; provinciæ *Imperatoriæ*, procuratores solos.

Dio. l. LIII. 'In provincias senatus et populi quæstores mittebantur sorte lecti.' Et, 'imperator procuratores mittit in omnes provincias, tam suas quam populi.' *Savilius.*

Lusitaniam, quæ Cæsaris provincia fuit, rexit per decem annos Otho quæstor.

[d] *Hispaniæ præerat Cluvius Rufus*] Id est, Hispaniæ Tarraconensi: hæc enim sola ex tribus, in quas partita

Digitized by Google

pertus. Galliæ,[f] super memoriam Vindicis, obligatæ recenti dono[g] Romanæ civitatis, et in posterum tributi levamento.[h] Proximæ[i] tamen Germanicis[3] exercitibus Galliarum civi-

obstrictæ erant *jure civium Rom.* ipsis *concesso, et in futurum imminuto vectigalium onere. Vicinæ tamen Germanicis legionibus Galliarum nationes, non eodem decore*

inexpertus.—3 *Germanis* Brotier. e Mss. Reg. et Corb.; et sic Rhenanus, Gro-

NOTÆ

est omnis Hispania, provinciis, militem alebat; proprieque eam hoc Tacitus loco intelligit, seclusis quas pacatas, nec præsidiariis cohortibus insessas, postea appellat *inermes.* Lips.

Cluvius Rufus] Hic oratoria laude effloruit, scripsitque istius temporis historiam, Annalium XIII. et XIV. citatam; qui licet dignitatis suæ ornamenta deberet Galbæ, inter primos Othoni sacramentum dixit, Hist. I.

Imperiumque auspicante Vitellio, Romam rediit, non ademta Hispania, quam rexit absens. Tac. hist. II.

Plin. Epist. lib. IX. 19. occurrit mentio habiti inter Verginium et Cluvium Rufos colloquii. *Lipsius.*

[e] *Pacis artibus*] Supple *expertus;* quæ vox supplenda est ex sequenti voce *inexpertus.*

Sic alibi loquitur Tacitus, 'Dare imperium filio, tolerare imperitantem nequibat.'

Et alibi, 'Deesse terra nobis, in qua vivamus, in qua moriamur, non potest.'

[f] *Galliæ*] Gallia regio Europæ ad Oceanum occidentalem, et ad mare Mediterraneum. Hodie regnum *Franciæ;* cum regionibus *Allemaniæ, &c.* circa Rhenum fluvium, et parte *Italiæ* recentioris, circa Alpes montes. His adde comitatum Ruscinonensem, vulgo *Roussillon* in Catalannia, provincia Hispaniæ hodiernæ. *Tillemonius.*

Galliæ] Non modo primores Galliæ, sed etiam universæ civitates obtinuere jus civitatis, et auro id jus emercati Galli a Vinio; Vinius a Galba expresserat, teste Plutarcho.

[g] *Recenti dono*] Quomodo *recenti?* et nonne jam pridem Galli isti Comati id adepti a Claudio? Clarum id e Taciti lib. XI. sed expedio.

Olim quidem jus civium adepti, non tamen promiscue, sed proceres tantum.

Caute ibi et circumspecte Tacitus: 'primores Galliæ,' inquit, 'quæ comata appellatur.'

Sed nunc ecce a Galba diffusum id jus in Gallos omnes, qui pro Vindice stetissent.

Plut. 'Inde et media ejus facta reprehensionem habuere: sicut de Gallis, qui Vindici adhæserant. Visi enim illi, non principis benignitate, sed pretio emisse a Vinio remissionem tributorum, et civitatem.' *Lipsius.*

Recenti] Nempe a Galba donati erant civitate Rom. Galli, qui in Vindicis seu Galbianis partibus fuerant.

Aliæ vero civitates Galliarum, quæ in partibus Neronis, seu Verginii et legionum Germanicarum, punitæ erant et mulctatæ finibus, aliarum civitatum opes et decus, velut ignominiam et injuriam suam interpretabantur.

[h] *Tributi levamento*] Certe et alias civitates nationesque tributis levarat Galba, ut patet ex Sueton. Vespas. 16. 'Non enim contentus, omissa sub Galba vectigalia revocasse, nova et gravia addidisse.'

[i] *Proximæ*] Ut Treveri, Lingones,

Digitized by Google

tates, non eodem honore habitæ, quædam etiam finibus ademtis, pari dolore commoda aliena ac suas injurias metiebantur. Germanici[4] exercitus, quod periculosissimum in tantis viribus, soliciti[3] et irati,[5] superbia recentis victoriæ,

ornatæ, nonnullæ etiam terris ablatis, perinde ægreferebant opes seu præmia aliis collata, ac proprias injurias. Germanicæ legiones, quod maxime exitiabile in tanta mole virium, anxiæ et infensæ erant *arrogantia nuperæ victoriæ, et formidine,*

novius, Ryckius, et recentiores. In Mss. Harl. Jes. et veteribus editionibus, *Romanis exercitibus.* In margine Ms. Harl. emendatum, *Germanis.* In Ms. Agr. *Germanicis*, quod servant Bipont. Edd. ante Rhenan. omnes *Romanis.*— 4 [*Germani* Brotier. habet et Gronovius; et sic] Mss. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres. In recentioribus, *Germanici exercitus.* Cum jam editum sit supra, *Germanis exercitibus*, hic ferri potest, *Germani exercitus.* Si quis tamen utrumque locum mutatum vellet, ut emendaret, *Germanicis exercitibus* et *Germanici exercitus ;* minime repugnarem: atque id foret ex communi usu. *Brotier.*—5 Lipsius mallet *elati.*

NOTÆ

forte et Lugdunenses ; quia isti contrarii Viennensibus, quos regebat Vindex ; quia illæ civitates vicinæ legionibus Germanicis, quia ipsis fœdere adjunctæ et Verginio ; ideoque offenderant Galbam.

Infra 51. ' Infensa Lugdunensis colonia et pertinaci pro Nerone fide.' Et cap. 53. ' Treveri ac Lingones, quasque alias civitates atrocibus edictis, aut damno finium Galba perculerat,' &c.

3 *Soliciti*] Nempe *metu, tanquam alias partes fovissent*, at irati infestique, *superbia recentis victoriæ*, quod nempe non sibi vicissent, sed Galbæ, et legionibus aliis, quæ principem ascivissent in Hispania.

Supra de prætorianis : ' Præventamque gratiam intelligit apud principem a legionibus factum.'

Et infra 53. ' Nec deerant in exercitu semina discordiæ ; quod et bello adversus Vindicem universus affuerat, nec, nisi occiso Nerone, translatus in Galbam, atque in eo ipso sacramento vexillis inferioris Germaniæ præventus erat.'

Nempe Fabius Valens ibi legatus legionis audacior, primus in verba Galbæ suam legionem adegerat : quod exemplum secutæ legiones superioris Germaniæ ; sed ægre et velut invitæ.

Soliciti et irati] Legit Lipsius *soliciti et elati.* Sed frustra. Erant soliciti metu, *quod alias partes fovissent ;* et etiam *irati* superbia recentis victoriæ. Nec tantum elati erant superbia, sed et irati, quia nempe vicissent Galbæ et Galbianis, non sibi.

Nam tarde a Nerone desciverant, nec statim pro Galba steterant. Quod postea explicat Tac. c. 51. ' Cæso cum omnibus copiis Julio Vindice, ferox præda gloriaque exercitus, ut cui sine labore ac periculo ditissimi belli victoria evenisset, expeditionem et aciem, præmia quam stipendia malebat.' Et infra : ' Sequanis Æduisque ac deinde, prout opulentia civitatibus erat, infensi ;' id est, irati : causa præcipua irarum, quia victores, opibus Gallorum inhiabant.

Soliciti et irati, superbia] *Irati* nempe quod non sibi, sed Galbæ et Galbianis vicissent. *Superbia* tamen quod Gallos vicissent ac perdomuissent : exin et *superbia* in alias nationes legionesque : *soliciti* etiam *et metu,*

Digitized by Google

et metu, tanquam alias partes fovissent. [6] Tarde[k] a Nerone desciverant; nec statim pro Galba[l] Verginius: an imperare voluisset, dubium; delatum ei a milite Imperium, conveniebat. Fonteium Capitonem occisum, etiam[7] qui queri non poterant,[m] tamen indignabantur.[x] Dux deerat, abducto

tanquam diversas partes juvissent. Ipsæ *lente a Nerone defecerant; nec statim a Galba Verginius* steterat: *an principatum cupiisset, incertum;* et *oblatum ei a legionibus certo constabat.* Ipsi *etiam* legati *qui de cæde Fonteii Capitonis queri nequibant, tamen irascebantur. Dux* ipsis *deerat, abstracto Verginio per speciem*

6 Ryckii Cod. *Qui tarde.*—7 Malebat Muretus, *etiamsi queri.*

NOTÆ

tanquam alias a Galba *partes fovissent.*

Et certe pro Verginio, aut quocumque alio potius senserant, quam pro principe electo ab Hispano milite, per superbiam, et quasi contemtu aliorum exercituum.

[k] *Tarde*] Postquam profligatus Vindex gladio incubuit, instat miles Verginio, ut jure victoriæ sibi debitum imperium acciperet, alioquin se ad Neronem redituros. Nondum enim Romæ obiisse resciverant.

Hinc consternatus Galba, per literas rogat Verginium, ut simul curam libertatis et imperii capessere vellet, et tum destituto similis Galba, Clunium secedit, et privatam vitam respiciebat.

Et etiam postquam occisi sunt alii competitores illius, Macer in Africa, et Capito in Germania, tum unus rivalis Galbæ differebatur Verginius, et tum etiam publicata morte Neronis, ita urgebatur a militibus, ut Tribunus stricto ferro juberet, aut illud, aut principatum accipere: sicque *tarde* descivere Germanicæ legiones a Nerone, nec statim pro Galba Verginius ipse, qui imperium senatus arbitrio remiserat.

[l] *Nec statim pro Galba*] De Galliarum defectione dictu Julii Vindicis discrepant auctores. Tranquillus motas C. Vipsanio et Fonteio Coss. ut ad extremum Ann. XVI. retuli.

Xiphilinus ex Dione scribit, Gallias sub finem imperii Neroniani defecisse.

Hoc verisimilius est, si Verginius Rufus, Cornelio et Xiphilino, cum Germaniæ præesset Vindicem repulit, sibique toties oblatum Imperium recusavit, cupiens decus pristinum S. P. Q. R. restituere.

Quod ut præclare factum, sepulcro suo his versibus inscribi jussit: 'Hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam Imperium asseruit, non sibi, sed patriæ.' Plin. epist. VI. Verginium autem, si, quod videtur, verius est, revocavit ipse Nero, qui illum ob nominis claritudinem expulerat, teste Tacit. Ann. XV.

Ceterum, qui patriæ imperium assereret, recte dicitur hoc loco, non statim a Galba stetisse. *Vertranius.*

Verisimilius est, alium hunc Rufum fuisse ab eo, qui expulsus a Nerone erat.

[m] *Etiam qui queri non poterant*] Intelligit eos, qui proditione infamaverant, aut alioqui in necem ejus consenserant. *Savilius.*

Bene *etiam qui*, nempe Germanici exercitus, seu potius Legati, qui Fonteium occiderant, quod occupare im-

Digitized by Google

Verginio,[n] per simulationem amicitiæ: quem non remitti, atque etiam reum esse,[o] tanquam suum crimen accipiebant.

9. Superior[p] exercitus Legatum, Hordeonium Flaccum, spernebat, senecta ac debilitate pedum invalidum, sine constantia, sine auctoritate: ne quieto quidem milite, re-

benevolentiæ: quem non restitui sibi, *atque etiam in culpa esse, velut crimen suum interpretabantur.*

Superioris Germaniæ *legiones despiciebant Hordeonium Flaccum legatum, senectute et podagra laborantem, sine firmitudine* animi, *sine auctoritate: ne placido*

NOTÆ

perium voluisset; vel quod forte noluisset; et licet ii ipsi, qui occiderant, queri non possent, tamen occisum illum indignabantur.

Perpetrato enim facinore, tum ejus magnitudo intelligitur, et fremebant forte potius illi exercitus, quod rebus novis idoneum virum non haberent: hinc indignabantur.

Qui queri non poterant] Nempe Legati legionum inferioris Germaniæ, qui ipsi Capitonem occiderant, immisso centurione, quem infra occidit miles Germanicus, annuente Vitellio electo. Fabius Valens et Cornelius Aquinus legati, et Julius Burdo Germanicæ classis præfectus, præcipui auctores sceleris.

[x] *Indignabantur*] Quia illum occidissent, queri non poterant; indignabantur tamen, quod occidissent ipsi, et queri non possent, et simul quod accipere imperium noluisset. Malebant bellum, et ex bello prædam, quam pacem aut principem.

Hinc statim temere obvium asciscunt evehuntque Vitellium.

Forte et indignabantur, quod præmium non accepissent sceleris.

Forte etiam, ne quis successorum vindicaret scelus, nisi ipsi asciscere principem sibi obstrictum, properarent.

[n] *Abducto Verginio*] Qui obviam veniens Galbæ, modico honore exceptus est. Quod satis arguebat, reum esse oblati imperii, quamvis recusasset.

Abducto] Eum abduxerat secum in Urbem Galba, cum per Galliam ex Hispania in Italiam tramisit.

[o] *Reum esse*] Non legitime aut ordine judiciario. Quantum recordor, ἀνεῤῥιμένον ἀτίμως ait Plutarchus. *Savil.* Fuit reus criminis alieni. Hinc ipsum *reum* esse, tanquam *suum crimen* accipiebant milites. In talibus potuisse, voluisse vel noluisse, tamen magnum crimen est; et qui semel imperio ostentatus est, ad imperium confugere cogitur, si salvus esse velit. Quod Germanici exemplo satis compertum.

Reum] Reus hoc ipso est, quisquis imperio dignus censetur; reus et qui respuit. Sic Germanicus nocens visus Tiberio, licet oblatum imperium respuisset. Sic reus Verginius; et ideo ille modico honore exceptus est, licet relicta Germania, propere obviam Galbæ venisset. Plusquam majestatis reus ille, quem princeps velut imperii rivalem æmulatur, aversatur; et eo magis indignatur, quod jure indignari non potest. Eo gravior et pressior ira, quia nullæ causæ, nisi iniquæ.

[p] *Superior*] Germania superior. Vide notas infra cap. 12.

Digitized by Google

gimen;[1] adeo furentes infirmitate retinentis ultro[2] accendebantur. Inferioris Germaniæ[q] legiones diutius sine Consulari[r] fuere; donec, missu[3] Galbæ, A.[4] Vitellius aderat, Censoris Vitellii ac ter Consulis filius: id satis[5] videbatur.[s]

quidem exercitu, constabat *imperium; adeo vesani imbecillitate regentis ultro etiam incitabantur. Inferioris Germaniæ miles, diu sine* legato *consulari fuit; donec jussu Galbæ, Vitellius advenit, genitus Vitellio censore ac ter consule: id sufficere*

1 Sic bene Mss. Reg. Corb. et libri omnes editi. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *regenti*. Brotier.—2 Ita Mss. et veteres editiones ac recentiores. Beroaldus, *ultro etiam accendebantur*, et sic Ryckius et Gronovius.—3 Ms. Corb. *jussu Galbæ*.—4 Ita Mss. editio princeps et recentiores, probante quoque Ryckio. Puteolanus prænomen omiserat.—5 Lipsius emendat *fatis*; sed

NOTÆ

[q] *Inferioris Germaniæ*] Germania inferior, provincia Belgicæ regionis, in Gallia: hodie pars Archiepiscopatuum Ultrajectensis et Coloniensis, vulgo *Utrecht* et *Cologne*, Diœceses omnes Episcopatuum Leodiensis *Lyege*, et Namurcensis *Namur*, Diœcesis Archiepiscopatus Mechliniensis *Malines*, Episcopatus Antverpiensis *Anvers*, etiam pars Episcopatus Gandavensis *Gand*, et integri Episcopatus Middelburgensis *Middelbourg*, Boscoducensis *Bos-le-Duc*, et Ruremondensis *Ruremonde*.

Vel secundum divisiones temporales, Germania inferior veterum fuit ubi nunc est pars meridionalis Belgii Fœderati, vulgo *les Provinces Unies*, omnis ducatus Cliviæ *Cleves*, pars dominii temporalis Archiepiscopatus et Electoratus Coloniensis *Cologne*, integri ducatus Juliacensis et Limburgensis *Juliers et Limbourg*, dominium temporale Episcopatus Leodiensis *Lyege*, pars ducatus Luxemburgi *Luxembourg*, et pars comitatus Hannoniæ *Haynaut*, omnis comitatus Namurcensis *Namur*, pars ducatuum Brabantii et Gueldriæ *Brabant et Gueldre*, et aliquid comitatus Flandriæ *Flandre:* hi status sunt in Circulis Burgundiæ, Westphaliæ, et Rheni inferioris: ex Geographia Sansonis. *Tillemonius.*

[r] *Diutius sine Consulari*] Inferior Germania *diutius* fuit sine legato *consulari*, quam superior. Non eo missus fuit Vitellius, nisi postquam in urbem advenit Galba. Fuere legiones fere per tres menses *sine consulari*.

Sine consulari] Nullus aderat legatus consularis, qui præesset simul et provinciæ et legionibus. Aderant tantum legati legionum tres aut quatuor, pro numero legionum, potestate pares; et illi *prætorii* erant, aut *quasi prætorii*. Sic dico, quia poterant legati præsidere legionibus, etiam ante præturam: attamen sic *quasi prætoriæ* dignitatis erant, seu candidati præturæ.

Amoto *consulari* legato, vel illi legati consulebant rebus in commune; vel interim dignior imperabat, et, principis literis jussuque, negotiis præsidebat.

[s] *Id satis videbatur*] Dictum videtur, quasi milites, titulos, et imagines tantum Vitellii spectarint, et paternæ ei virtutes processerint pro suis. Non male forte *fatis*, ut missionem hanc Vitellii cœlesti consilio assignet, quam ad imperium scilicet via. *Lipsius.*

Id satis videbatur] Aut Galbæ, ut legatus Vitellius mitteretur, aut militi pronis in electionem ejus studiis,

Digitized by Google

NOTÆ

qui tam splendidis esset natalibus. *Savilius.*

Apte *fatis*, non vere. Hoc vult Tacitus: *Satis videbatur* si proconsul, filius toties consulis, mitteretur.

Diu *sine consulari* legiones fuerant: tandem Galba mittit, nec ipsum quidem *consularem*, sed *filium* saltem *consularis*. Quod *satis videbatur*, quando aspectu patris ter consulis, videri filius poterat velut consularis. *Acidalius.*

Id satis videbatur] Hoc non applicandum militibus, ut alii faciunt, verum Galbæ: ipsi nimirum satis videbatur retinendis in officio militibus, mittere Vitellium, eum habituris fere pro consulari, ob titulos et imagines paternas.

Estque hoc unum de arcanis imperii, uti, frui prole degenere. Nam cum istis paternæ virtutes procedant pro suis; adest ipsis auctoritas, abest principi metus. *Gruterus.*

Sic Suet. Vitel. 7. 'A Galba in inferiorem Germaniam, contra opinionem, missus est. Adjutum putant T. Vinii suffragio, tunc potentissimi, et cui jam pridem per communem factionis suæ favorem conciliatus esset: nisi quod Galba præ se tulit, nullos minus metuendos, quam qui de solo victu cogitarent: ac posse provincialibus copiis profundam ejus expleri gulam; ut cuivis evidens sit, contemtu magis quam gratia electum.'

Igitur *id satis videbatur* tum Galbæ; sed postea id etiam satis militibus visum est; nempe, si ter consulis filium Imperatorem salutarent. Vox *fatis* ibi, nihil ad rem.

Id satis videbatur] Fuerat consul Vitellius; nam *consularis* legatus ille *missu Galbæ* advenebat. Præterea fuit *Censoris L. Vitellii ac ter consulis filius*. Quod *satis videbatur* regendæ provinciæ.

Sic dicit Tacitus, quia non quærebat Galba summas virtutes, aut magnam auctoritatem in legato consulari Germaniæ; quod immo refugiebat. Sed cum vitiis Vitellii *satis videbatur*, esse eum censoris, collegæ Cæsaris, et ter consulis filium.

Fuisse jam consulem ipsum Vitellium, clare patet ex Sueton. Vitell. 3. Pater 'decessit duobus filiis superstitibus . . . quos . . . consules vidit, et quidem ambos, totoque anno, cum majori minor in sex menses successisset.

Etiam proconsul Africam rexerat. Et princeps electus ac victor, non invasit consulatum, quia jam eum honorem obtinuerat, sed locum reliquit legatis Fabio Valenti et Cæcinæ, velut in victoriæ præmium.

Itaque consularis legatus fuit, sed nullius famæ aut virtutis, ut qui inter sellularios et copreas Tiberii, Caligulæ, et etiam Neronis juventutem transegisset.

Satis videbatur] Nolebat princeps mittere ad feroces legiones virum aliquem virtute aut fama conspicuum. Itaque misit Galba filium ter consulis Vitellium, qui nulla virtute, nullis opibus, (has enim absumserat luxu,) sed tamen nobilitate paterna prænitebat. *Hoc satis videbatur.*

Quid enim hæc ad fata et Deos, evehi hominem scelerosum et publico exitio natum? Qui scenam aulæ et imperii ingressus, statim ejicitur et exploditur velut ineptus et ridiculus histrio, non tamen sine ingenti clade reipub.

Id *satis visum* principi; et prorsus contemtum fuisse a Galba, diserte affirmat Sueton. Vitell. 7. 'Galba præ se tulit, nullos minus metuendos, quam qui de solo victu cogitarent: ac posse provincialibus copiis profun-

Digitized by Google

In Britannico exercitu nihil irarum.[6t] Non sane aliæ legiones, per omnes civilium bellorum motus, innocentius egerunt:[u] seu, quia procul et Oceano[v] divisæ; seu crebris expeditionibus doctæ hostem potius odisse. Quies et Illyrico: quanquam excitæ a Nerone legiones, dum in Italia cunctantur, Verginium legationibus adissent. Sed longis spatiis discreti exercitus, quod saluberrimum est ad continendam militarem fidem, nec vitiis nec viribus miscebantur.

putabatur. Apud Britannicas legiones nihil indignationis. Nec sane alius miles, per omnes civilium armorum discordias, sanctius agitavit: seu quia procul istæ legiones, *et* toto *mari separatæ* erant: *seu* quia *frequentibus prœliis didicerant barbaros potius aversari* quam cives. *Pax etiam in Illyricis castris, quamvis evocatæ a Nerone legiones* istæ, *dum in Italia morantur, legatos ad Verginium misissent. Sed immenso* terrarum *spatio divisæ legiones, quod utilissimum est ad retinendum in obsequio militem, nec flagitiis nec viribus invicem coalescebant.*

vulgatum verissimum. *Ernestus.*—6 Mss. Harl. Jes. *nihil iratum.*

NOTÆ

dam ejus expleri gulam; ut cuivis evidens sit, contemtu magis quam gratia electum.' Itaque quod esset filius patris ter consulis, hoc *satis videbatur* Galbæ.

[t] *In Britannico exercitu nihil irarum*] Tac. Agric. 16. 'Trebellius segnior et nullis castrorum experimentis, comitate quadam curandi, provinciam tenuit,' &c.

'Discordia laboratum, cum assuetus expeditionibus miles otio lasciviret. Trebellius, fuga ac latebris vitata exercitus ira, indecorus atque humilis, precario mox præfuit; ac velut pacti, exercitus licentiam, dux salutem. Hæc seditio sine sanguine stetit.'

[u] *Innocentius egerunt*] Et tamen in partes Vitellii transierunt: 'adjuncto Britannico exercitu, Vitellius,' &c. *Savilius.*

Innocentius egerunt] Intelligit Tacitus tantum de bello civili Vindicis et Galbæ adversus Neronem, et toto illo tempore nihil turbasse Britannicas legiones. Ita, *quies et Illyrico* per idem tempus: quæ legiones Illyrici, sublato Nerone, *dum in Italia cunctantur*, Verginium legationibus adeunt.

Et certe post Neronem, etiam statim turbarunt Britannici exercitus, inter legatos dissidentes, et in partes castraque Vitellii descenderunt. Sicque se etiam tum criminibus, prædæque, et armis civilibus pariter immiscuere.

Et Tacitus hic describit tantum statum habitumque animorum, prout erant tum temporis, cum imperium occupavit Galba, nempe statim post Neronem exstinctum.

[v] *Oceano*] Oceanus Britannicus est inter Britanniam majorem insulam et Galliam regionem. Hodie vocamus, *la Manche* et *le Canal*, vel *Mer Britannique*, inter regna Angliæ et Franciæ. *Tillemonius.*

Digitized by Google

10. Oriens adhuc immotus. Syriam[v] et quatuor legiones obtinebat Licinius Mucianus, vir secundis adversisque juxta famosus. Insignes amicitias juvenis ambitiose coluerat: mox, attritis opibus,[1 x] lubrico statu, suspecta etiam Claudii iracundia, in secretum Asiæ[y] repositus,[2 z] tam

Oriens etiam tum quietus. Licinius Mucianus præerat Syriæ et quatuor legionibus; vir rebus *prosperis et ambiguis perinde clarus aut infamatus. Illustres amicos adolescens non sine ambitione celebraverat, dein adesis bonis, ancipiti fortuna, suspecta etiam Claudii offensione, in solitudinem Asiæ amotus, tam prope abfuit*

1 Ita omnes ferme Mss. et libri editi. Pichena tamen e Ms. Flor. edidit, *atteritis;* quod habet Gronovius. Sic quidem Tibullus, I. Eleg. IV. 42. 'Nec te pœniteat duros subiisse labores, Aut operi insuetas atteruisse manus.' *Brotier.* At in nostro ubivis scribitur *attritis.* Oberl.—2 Mallet Acidalius, *sepositus.* Sic certe infra cap. 18. *seposuit* usurpatum videbimus. *Brotier.*—

NOTÆ

[v] *Syriam*] Syria regio Orientis, et aliquando imperii Persarum sive Parthorum, ad mare Syriacum, partem maris Mediterranei. Hodie vocatur *Syrie* vel *Sourie* et *Soristan:* regio est imperii Turcici Asiatici.

Fuit etiam *Syria* provincia Syriæ regionis ad mare Syriacum. Hodie pars Occidentalis præfecturæ Aleppi *Alep*, in Souria regione imperii Turcici Asiatici. De Syria provincia loqui videtur Tacitus. *Tillemon.*

[x] *Mox atteritis opibus*] Etiamne monebo? Grammaticum et leve est, tamen in fido illo Vatic. scriptum, *atteritis.* Et sane crebro ita veteres, ut Tibullus in eodem hoc verbo: 'Aut operi insuetas atteruisse manus.' Ecce et a Florentino jam codice scripturam hanc stabilitam. *Lipsius.*

Non puto tamen scripsisse Tacitum, *atteritis.* Vetera aut obsoleta non ita ambitiose captat.

Attritis opibus] Attritæ opes, insignes amicitiæ, libidines, luxus, industria in bonas et malas artes, *magnæ virtutes*, et insuper ira dominantis, aut suspicio, sufficiunt ad crimen; et exilium, saltem spontaneum, aut certe tacito nutu imperatum.

[y] *In secretum Asiæ*] In Lyciam, opinor, specie legationis. Sic Plin. l. XII. 1. 'Licinius Mucianus ter consul, et nuper provinciæ ejus (Lyciæ) legatus.' *Lipsius.*

In secretum Asiæ] Intelligunt de Lycia, quasi specie honoris seu legationis in eam provinciam ablegatus esset: sed præfuitne Lyciæ Mucianus per quindecim annos et amplius? Nam a paucis annis Syriam regebat ille, nempe a tempore quo occisus est a Nerone Corbulo: quod factum paulo antequam destitueretur Nero.

Sed sic tamen ablegatus erat Otho in Lusitaniam *specie honoris;* et ibi etiam remansit usque ad finem Neronis, eamque provinciam rexit *quæstorius* per decem annos, teste Sueton. Ita et Mucianus diu præesse Lyciæ potuit: ex qua continuatione imperii nullum discrimen principi.

[z] *Sepositus*] Sic mos fuit seponere feroces et atroces ingenio cives, infames, invisos, aut suspectos rerum novarum, qui gratia principis, contubernio, aut rebus amovebantur.

Sic Augustus seposuit filiam, neptemque, et Agrippam Postumum,

Digitized by Google

prope[a] ab exule fuit, quam postea a Principe. Luxuria, industria, comitate, arrogantia, malis bonisque artibus mixtus: nimiæ voluptates, cum vacaret; quoties expedierat,[b] magnæ virtutes: palam[c] laudes; secreta male audiebant.[3]

a damnato, quam postea ab imperatore. Luxu, ingenio, urbanitate, superbia, vitiis et virtutibus mixtus: immodicæ deliciæ ac libidines, cum per otium liceret; et quoties operæ pretium erat, amplissimæ virtutes. Publice virum lau-

3 Cod. Bud. habebat, *palam laures secreta male audiebat*. Græcismus, *secreta male audiebat*, non displicebat nec Rhenano, nec Ryckio, qui et ipse in suo Ms. habebat *audiebat*. E *laures* possis etiam colligere *palam laudes*, substantive: quod non dubitari potest, quin sit melius vulgato. Sed etiam Rhen. tentabat, *palam laudari*; nostrum, ut puto melius. Sed tamen vulgatum etiam ferri potest, quod in omnibus libris reperi; et illius corruptelæ, *laures* e *laudares*, jam supra simillimum exemplum e Flor. vidimus. Mox *fuerit* Mss. Flor. (Bud.) Guelf. ed. pr. Ceteri *fuerat* usque ad Pichenam. *Ernest.* Rhen. conjiciebat *secreto male audiebat*: et sic cod. Agr. nec ita male. Prius *laudes* reposui cum Bip. scil. *ei tribuebantur*. Τὸ *fuerit* vel *fuerat* expunctum volebat Grut. *Oberlin.*

NOTÆ

etiam senatusconsulto.

Sic Plautius in Asiam, Sylla Massiliam sub Nerone: sic Dolabella Aquinum sepositus ab Othone, Mucianus in Lyciam a Claudio, et ipse Vespasianus a Nerone in deviam civitatem. Otho in Lusitaniam, specie honoris.

Repositus] Forte legi debuit, *sepositus*; sic lib. I. 88. 'Sepositus .... Cornelius Dolabella.'

[a] *Tam prope*] Vertit interpres Gall. quasi in illo secreto exul, tum etiam prope abfuerit ab imperatore. Erat ex illo secessu Asiatico postea impositus Syriæ, et ex Syria, cum scil. Syriæ rector fuit, tam prope abfuit ab imperatore, quam in secessu, prope ab exule fuerat.

Tac. 'In secretum Asiæ repositus, tam prope ab exule fuit, quam postea,' nempe cum Syriæ præfuit, 'a principe.'

[b] *Quoties expedierat*] Quoties *expeditiones* ageret: ut ad illud referatur: 'nimiæ voluptates, cum vacaret.' *Ferrettus.*

Expedire hic significat in expeditionem sive ad bellum proficisci. Sic infra eodem libro: 'Magnam consularium partem Otho, non participes aut ministros bello, sed comitum specie, secum expedire jubet.' *Pichena.*

Quicquid dicant, existimo τὸ *expedierat* hic sumi posse in genere pro quibuslibet negotiis quæ opponuntur otio et voluptatibus.

Igitur *quoties expedierat* idem est ac quoties opus erat, quoties necessitas rerum exigebat. An nulla virtus in Muciano, nisi cum in expeditionem iret, aut voluptas, nisi cum a bello cessaret? Id ergo intellige in genere, de quibuslibet negotiis urgentibus, non autem de sola expeditione militari.

Quoties] Intellige, quoties necesse, quoties utile, aut operæ pretium erat, tum industriam, artem, et virtutes exerebat Mucianus.

Eodem sensu dictum hic *expedierat*, quo infra, 'cui expeditius fuerit, tradere imperium quam obtinere.'

Id qui intelligunt de bello, falluntur: quasi vero non haberet, aut exhiberet suas virtutes Mucianus, quam

Digitized by Google

Sed apud subjectos, apud proximos.[d] apud collegas,[e] variis illecebris potens; et cui expeditius[f] fuerit[3] tradere

dares, arcana sinistre interpretabatur vulgus. *Sed apud subditos, apud proximos, apud collegas, mullis delinimentis præpollens: et cui utilius fuerit dare prin-*

NOTÆ

cum ad bellum proficisceretur. At quot aliæ occasiones, etiam in pace, quibus arte, industria, vigilantia, et virtute summa opus est?

Immo potius, provisu rerum civilium præcellebat Mucianus magis quam bello. Et certe non legimus Mucianum bellum ullum gessisse hactenus. Et ita comparat Tacitus cum Vespasiano, ut decus belli et expeditionum Muciano detrahat. Mox fingitur expeditio ejus adversus Sarmatas, ut habere triumphalia possit. Corbulo Syria amotus ob virtutem. Et Mucianus ei præponitur a Nerone ex diversa fama.

Quoties expedierat] Mallem *quoties expediret*, ita ut non solum de bello, sed etiam de provisu rerum civilium intelligatur.

[c] *Palam*] Et cum publica res ageretur, laudem meruit: *arcana* seu domestica ac privata vita male audiebat.

[d] *Proximos*] Intellige amicos, libertos, clientes, ministros, et alios, qui propius ipsum accedebant, et quorum commercio aut consuetudine utebatur Mucianus. Eo sensu perpetuo usurpat Tacitus.

[e] *Apud Collegas*] Interpres Hispanus, *Con los comarcanos*, id est, *cum vicinis*. Puto, per *collegas* hic intelligi possunt in genere, quicumque et cujuscumque sortis *collegæ*, quibuscum res publicæ geruntur, et sine quibus administrari non possunt.

Igitur hic intelligendi ii quos collegas in *quæstura*, *ædilitate*, et *prætura*, aut etiam *consulatu* habuit Mucianus.

Et in administratione proconsulari provinciæ, etiam intelligi possunt in Syria *legati legionum*. Nam quatuor legiones habuit Syria; vicini legati provinciarum, ut Vespasianus, Titus, &c.

Etiam forte et *procuratores Cæsaris*, qui in eadem provincia fiscum principis curabant: qui licet inferioris conditionis, tamen aliquatenus collegæ erant. Multa quippe cum ipsis negotia, et ex eorum consilio, peragi debuerunt.

[f] *Expeditius*] Hic non significat tantum *facilius*, sed forte etiam *convenientius* et *utilius*: quia Muciani *virtutes magnæ*, quia *palam laudes*, quia *variis illecebris potens*, fuit illi expeditius seu facilius tradere imperium; sed quia nimiæ voluptates, quia *secreta male audiebant*, fuit illi *expeditius tradere imperium, quam obtinere*.

Quod bene sic intelligitur, etiam si τὸ *expeditius* de sola facilitate intelligas. Non facile obtinet principatum, non ad imperium sponte civium evehitur, qui in voluptates et luxum pronus est.

Sic Ann. lib. xv. 'Quin et verba Flavii vulgabantur; non referre dedecori, si citharœdus dimoveretur et tragœdus succederet: quia ut Nero cithara, ita Piso tragico ornatu canebat.'

Et infra hoc lib. c. 18. 'Credo et Reipub. curam subisse, frustra a Nerone translatæ, si apud Othonem relinqueretur. Namque Otho pueritiam incuriose, adolescentiam petulanter egerat.'

Expeditius] Cui magis expedierit, cui fuerit utilius et melius, dare im-

Digitized by Google

Imperium, quam obtinere. Bellum Judaicum[g] Flavius Vespasianus, (Ducem eum Nero delegerat,) tribus legionibus administrabat. Nec Vespasiano[h] adversus Galbam votum[i]

cipatum, quam habere. Flavius Vespasianus, (eum ducem Nero asciverat,) bello Judaico præerat cum tribus legionibus. Nec Vespasiano cupido aut consilium fuit

NOTÆ

perium, quam accipere. Quod certe utilius ipsi, forte et Reipublicæ.

Expeditius] Vertit Clar. Harlæus, *cui facilius fuerit dare imperium, &c.* Ego *cui melius fuerit;* forte intelligi possit, *cui facilius et melius fuerit;* certe utrumque verum est.

Muciano facile fuit dare imperium, et utile; non autem id obtinere, ob flagitia secreta, quibus male audiebat in vulgus, et etiam apud optimates. Egregius minister seu magister dominationis fuit, qui malus forte princeps foret.

Cui expeditius fuerit tradere imperium quam accipere] Certe voluptuarii, et qui flagitia libidinum sectantur, parum apti regendis imperiis censentur.

Cic. pro Sextio, de Gabinio: ' Atque eorum alter fefellit neminem. Quis enim clavum tanti imperii tenere, et gubernacula Reipub. tractare in maximo cursu ac fluctibus posse arbitretur, hominem emersum subito ex diuturnis tenebris lustrorum ac stuprorum? vino, ganeis, lenociniis adulteriisque confectum? Cum is præter spem in altissimo gradu alienis opibus positus esset? qui non modo tempestatem intueri impendentem temulentus, sed ne lucem quidem insolitam aspicere posset.'

Ita et Plutarchus lib. de Præceptis Reipub. gerendæ: ' Eorum, qui Reipublicæ præsunt, non modo singula verba, nec res tantum publicitus gestæ animadverti notarique solent, sed virtus quoque, joci simul et seria quæque, domus, ipsa familia, uxor, cubile, curiosius inquiruntur.

' Quid ergo, inquies, non etiam iis quorum impudica et mollis est vita, civitates utuntur? sane quomodo gravidæ mulieres, cum pica vexantur, lapides, et qui nauseant, salsugium, aliosque id genus cibos, appetunt sæpenumero, paulo post exsputuri et aversaturi. Sic enim et populi, molles rectores et precario imperantes ultro spernunt, et meliorum ducum desiderio abominantur.'

[g] *Judaicum*] Judæa provincia Syriæ regionis. Hodie nomen antiquum retinet; apud nos vocatur etiam *Terrasancta:* est sub præfecto Damasci vel *Scham*, in Souria regione imperii Turcici Asiatici.

Fuit etiam *Judæa* proprie dicta: pars erat meridionalis Judææ supra dictæ. *Tillemonius.*

[h] *Nec Vespasiano*] Attamen sic Suet. Galb. 23. ' Senatus, ut primum licitum fuit, statuam ei decreverat, rostratæ columnæ superstantem, in parte fori qua trucidatus est. Sed decretum Vespasianus abolevit, percussores sibi ex Hispania in Judæam submisisse opinatus.'

Sed Tacitus dicit ibi, Vespasiano non fuisse statim animum seu voluntatem deficiendi a Galba, aut imperium invadendi; quippe Titum filium ad officium miserat, sed sic forte, nondum cognitis insidiis Galbæ.

Idem innuere videtur Suet. Vesp. 6. ' Nec tamen quicquam ante tentavit, promtissimis atque etiam instan-

Digitized by Google

aut animus. Quippe Titum, filium, ad venerationem cultumque ejus miserat, ut suo loco memorabimus.[4] Occulta lege fati et ostentis[k] ac responsis destinatum[l] Vespasiano liberisque ejus[m] Imperium, post fortunam credidimus.[n]

adversus Galbam. Nam miserat ipse *Titum filium ad reverentiam et honorem principis, ut suo tempore trudemus. Arcano fatorum decreto et prodigiis ac vaticiniis promissum* fuisse *Vespasiano et filiis ejus principatum, post eventum et fortunam credidimus.*

4 *Memorabimus* Ms. (Bud.) Guelf. ed. pr. Puteol. Beroald. Alc. *Memoravimus* Rhenanus tacite edidit: ut nescias, an consulto. *Ernest.*

NOTÆ

tibus suis, quam solicitatus quorundam et ignotorum et absentium fortuito favore.'

Intelligit præsertim præfectum Ægypti cum milite, et Mucianum Syriacasque legiones. Etiam et Illyrici miles, aliis omnibus legatis spretis, in eum ultro consentiebat statim, audita morte Neronis.

[i] *Votum*] Nullo affectu, nullo amore aut odio in Galbam fuit, seu potius non cupido, non spes, non cogitatio, aut consilium adversus Galbam tum Vespasiano fuit; sed postea forte aliter sensit, cum immissos sibi a Galba percussores in Orientem rescivit.[g]

Nihil tamen adhuc ausus, neque audendi forte vel votum fuit, scilicet ob nobilitatem et opes Galbæ, et ob communem totius orbis consensum in ejus electionem. Quia nondum reconciliatus Muciano Vespasianus: quia nondum duo pessimi mortalium raptum scelestis armis ibant imperium, nempe Otho et Vitellius.

[j] *Ut suo loco memorabimus*] Male antea *memoravimus*: nam hæc quidem narrat initio libri II. infra. *Lipsius.*

[k] *Ostentis*] Sic Suet. Vesp. 5. 'Post Neronem Galbamque, Othone atque Vitellio de principatu certantibus, in spem imperii venit, jam pridem sibi per hæc ostenta conceptam. In suburbano Flaviorum quercus antiqua, quæ erat Marti sacrata, per tres Vespasiæ partus, singulos repente ramos a frutice dedit; haud dubia signa futuri cujusque fati.

'Primum, exilem, et cito arefactum; ideoque puella nata non perannavit. Secundum, prævalidum ac prolixum, et qui magnam felicitatem portenderet. Tertium vero, instar arboris.

'Quare patrem Sabinum ferunt, haruspicio insuper confirmatum, renuntiasse matri nepotem ei Cæsarem genitum: nec illam quicquam aliud quam cachinnasse, mirantem quod, adhuc se mentis compote, deliraret jam filius suus.

'Mox cum ædilem eum C. Cæsar succensens, curam verrendis viis non adhibitam, luto jussisset oppleri; congesto per milites in prætextæ sinum, non defuerunt qui interpretarentur, quandoque proculcatam desertamque Remp. civili aliqua perturbatione, in tutelam ejus, ac velut in gremium deventuram,' &c.

'Arbor quoque cupressus in agro avito, sine ulla vi tempestatis radicitus evulsa atque prostrata, inseqnenti die viridior ac firmior resurrexit. At in Achaia somniavit, initium sibi suis-

11. Ægyptum[o] copiasque,[1] quibus coërceretur,[2] jam[3] inde

Jam primum a D. Augusto equites Romani vice Regum administrant Ægyptum,

1 Ms. Guelf. *Ægyptumque copiasque.*—2 Idem Ms. *coërcetur.*—3 Budens.

NOTÆ

que felicitatis futurum, simul ac dens Neroni exemtus esset; evenitque, ut sequenti die progressus in atrium medicus, dentem ei ostenderet tantum quod exemtum.'

[1] *Ac responsis destinatum*] Sic Suet. Vesp. 5. 'Apud Judæam Carmeli Dei oraculum consulentem, ita confirmavere sortes, ut quicquid cogitaret volveretque animo, quantumlibet magnum, id esse proventurum, pollicerentur.

'Et unus ex nobilibus captivis Josephus, cum conjiceretur in vincula, constantissime asseveravit, fore ut ab eodem brevi solveretur, verum jam imperatore.'

Responsis] Responsa vatum et oraculorum intelligit.

[m] *Liberisque ejus*] Titus enim habuit etiam responsum faustum oraculi cujusdam, quod infra consulit in templo Veneris Paphiæ.

[n] *Post fortunam credidimus*] Id est, postquam Vespasianus principatum adeptus est. Sic infra lib. III. 'et Vespasiano ante fortunam amicus.' *Pichena.*

Post fortunam] Postquam res evenit, postquam obtinuere principatum, postquam ad summum illud fastigium evecti sunt.

De se certus fuit Vespasianus, et de liberis suis. Sueton. Vespas. 25. 'Convenit inter omnes, tam certum eum de sua suorumque genitura semper fuisse, ut post assiduas in se conjurationes, nemo sit affirmare senatui, aut filios sibi successuros, aut neminem.' Palam jactavit Titus, 'fato dari imperium.'

[o] *Ægyptum*] Ægyptus regio Africæ ad mare Ægyptiacum, partem maris Mediterranei, et ad mare Rubrum. Hodie nomen antiquum retinet apud Europæos: ab indigenis Coptis, seu veris Ægyptiis, dicitur *Masar*, et a Turcis *Missir:* paret summo Turcarum imperatori. *Tillemon.*

Ægyptum....jam inde a D. Augusto] Sic supra Ann. II. 'Nam Augustus, inter alia dominationis arcana, vetitis, nisi permissu, ingredi senatoribus aut equitibus illustribus Romanis, seposuit Ægyptum.'

Arrianus id consilii exemplique ab Alexandro Magno esse censet, qui, ut l. III. notat: 'In plures præfectos Ægyptum distribuit, miratus et naturam regionis et munimenta; neque totum sibi existimans, unius imperio totum Ægyptum credi.' Ac deinde addit: 'Et Romani mihi videntur ab Alexandro docti, custodire Ægyptum, nec quenquam senatorii ordinis eo mittere, sed aliquem ex equestri.'

Cautio igitur ab Alexandro esse potuit, non tamen imitatio; quia ille in plures, isti uni permiserunt; sed infirmo. *Lipsius.*

Ægyptum.....Equites Romani] Dio l. LI. 'Cum enim ad animum revocasset, quantam in urbibus et pagis populi aleret moltitudinem, quamque instabiles incolarum animi essent, et quomodo Italiam frumento aleret, opibusque polleret, non modo e senatoribus neminem præfecit, sed ne morari quidem in ea passus est, nisi venia impetrata.'

Tacit. Ann. II. scribit, non modo senatores, sed et *equites Romanos il-*

a D. Augusto, Equites Romani obtinent loco Regum.[p] Ita visum expedire, provinciam aditu difficilem, annonæ fœcundam, superstitione ac lascivia discordem ac mobilem, insciam legum,[q] ignaram Magistratuum, domi retinere.[r] Regebat tum Tiberius Alexander,[s] ejusdem nationis. Africa

et legiones quibus ipsa continetur. Ita utile visum est regere privatim, seu per procuratores, *provinciam accessu difficilem, rei frumentariæ fœcundam, profanis cœrimoniis, petulantiaque ac procacitate seditiosam atque mutabilem, impatientem legum, insolentem magistratuum. Tum* ei *præerat Tiberius Alexander, ejusdem*

NOTÆ

lustres, id est, ut quidem interpretor, quos Ann. XVI. vocat *equites dignitate senatoria*, accessu prohibitos, nec injussu principis admissos: 'ne fame urgeret Italiam, quisquis eam provinciam...insedisset.' *Savilius.*

Vide Ann. II. 59. Cum dicit Tacitus, vetitos ingredi *equites Rom. illustres*, id intellige, nisi præfecti essent huic provinciæ; quod uni tantum licuit. Nam certe nunc eo nostro, de quo loquimur ævo, regebat Ægyptum Tiberius Alexander, *eques illustris Rom.* quod tamen forte non habuit locum initio sub Augusto.

Et quamvis ille eques Rom. qui regebat Ægyptum, fuisset modicus stirpe aut opibus, et obscurus, priusquam talem provinciam obtineret; tamen statim, eo ipso, quo regebat Ægyptum, fuit certe *illustris*, ut qui *loco regum* esset, ac præesset, et opes fere regias possideret, legionesque obtineret, quibus scil. curabat Ægyptum.

[p] *Loco Regum*] Sic Strabo l. XVII. 'Qui mittitur in Ægyptum, hic locum Regis obtinet.' *Savilius.*

[q] *Insciam legum*] Id est, legum Romanarum, quibus ægre inserviebant. Nam suas habuere leges Ægyptii, quibus olim sub regibus parebant, et iisdem regebantur sub equite Romano.

Natura sua atque ingenio lascivi ac procaces Ægyptii, et insolentes legum ac magistratuum quorumcumque. Vix imperium et dominationem tolerabant.

Quare et regebantur ab equite Rom. regio imperio, et quasi Reges adhuc imperarent, ne forte novitas rebellandi prætextum exhiberet genti facile mobili.

Insciam] Inscia scilicet, quia impatiens legum et magistratuum: quia fere indomita Ægyptia plebs præ superstitione, lascivia, et mobilitate ingenii. Quia invita, nec nisi ægre, legibus obtemperabat.

Sic l. XV. 64. ubi de Paulina uxore Senecæ: 'Servi libertique obligant brachia, premunt sanguinem, incertum an ignaræ.' Ubi non male explicari possit, τὸ *ignaræ*, per τὸ *insitæ*.

Quædam nescimus, quia ea nolumus pati: sic *nolle* et *nescire* idem erit hocce loco Taciti: quia nolebat nec ferebat ultro leges Ægyptus, ideo *insscia legum* dicitur.

[r] *Domi retinere*] Ut cohibente meta, externa non respectarent auxilia. *Savilius.*

Id est, per procuratores suos administrari. *Pichena.*

Domi, id est, procuratoribus. Dicit *domi*, quia hi rem familiarem Cæsaris curabant, quasi domestici; nec e senatu aut e magistratibus, non e Repub. electi, sed velut e domo principis.

[s] *Tiberius Alexander*] Ego hunc illum puto, qui in castris et gratia Cor-

Digitized by Google

ac legiones in ea,[4] interfecto Clodio Macro, contenta qua-

gratia. Africæ et legionibus ipsius, interemto Clodio Macro, sufficiebat qualiscum-

etiam inde.—4 Hæc forte redundant. Certe in *ea* abest a Ms. Corb. Et mox in Mss. Flor. Guelf. Agr. et editione principe, non legitur, *contenta*, sed *contenta*. Præterea in Africa unica erat legio; Annal. IV. 5. et infra, Hist. IV. 48. Inde Lipsius emendabat, *ac legio in ea*. Posset tamen retineri vulgata scriptura, si indubitata Macri nummorum, quos memorat Harduinus, Selecta Opera, p. 729. constaret fides. Tunc fuissent in Africa duæ legiones: vetus altera, altera a Macro recens conscripta. In argenteo Macri nummo e Gaza Regia, C. CLOD. MACRI. LIBERA. Id est, *C. Clodii Macri. Libertas.* Caput Africæ tectum elephantina pelle, ex qua proboscis cum denti-

NOTÆ

bulonis, l. XIV. 'Die pacta Tiberius Alexander, illustris eques Rom. minister bello datus, et Vivianus Annius, gener Corbulonis, in castra Tiridatis venere.'

Qui et Judææ procurator apud Joseph. XX. 3. Pater ejus item Tiberius Alexander, qui Alabarches Alexandriæ, et frater Philonis Judæi, cujus nunc scripta habemus. *Lipsius.*

Hunc lacerari satyrico carmine crediderim: 'Atque triumphales, inter quas ausus habere Nescio quis titulos Ægyptius, aut Arabarches.' Eusebius enim l. II. sacræ historiæ, *Arabarchen* fuisse hunc *Alexandrum* scripsit.

Idem et Josippus in antiq. Jud. l. XX. apud quem Rufinus inepte *Arabarchen* interpretatur *salis præfectum*, quasi ἁλοσαρχὴν legerit.

Extat Impp. Val. Grat. Theod. in hæc verba constitutio: 'Usurpationem totius licentiæ submovemus circa vectigal Arabarchiæ, per Ægyptum atque Augustaneam constitutum, nihilque super transductione animalium vindicari permittimus.'

Quæ verba indicant, *Arabarchem* præfectum fuisse, et scripturarium, exigundo vectigali de pecuariis, quæ ex Arabia in Ægyptum devehebantur: ut sit illud nomen officii publicanorum.

Merito ergo Juvenalis Alexandrum taxans, et officii vilitatem objicit; ut non injuria damnandi sint, qui simpliciter *mollem* accipiunt, idque editis annotationibus approbant.

Quapropter et in Epist. M. Tullius ad Att. appellat *Arabarchem*, M. Antonium, quasi Ægyptium publicanum.

Extorquebat enim ab illis ingentia vectigalia, unde pecuniam conflaret, quam deinde prodigeret, ut est apud Plut. *Alciatus.*

Tac. Ann. XV. 'Tiberius Alexander, illustris eques Rom.' *Savilius.*

Ergo *illustris* eques Rom. Alexander, etiam priusquam regeret Ægyptum. Nec video, cur Satyræ apud Juven. lacessant hunc Alexandrum, potius quam alium quempiam; et cum Alabarchem deprimunt usque ad officium scripturarii, non id equitis illustris fuit, qui regeret loco regum, nec nostri ævi aut historiæ hujus.

Omnia sus deque miscet, qui munia aut tempora confundit. Forte vocabatur posthac Alabarches, qui quodcunque imperium obtineret in Ægypto.

[4] *Africæ ac legiones in ea*] Plures igitur legiones tunc in Africa? Vix opinor. Adi, si lubet, quæ scripsi initio libri IV. Annal. Una sane ordinaria legio in Africa, neque aliter

Digitized by Google

licumque Principe, post experimentum domini minoris.'

que imperator, post experientiam principis sorte seu stirpe *inferioris. Duæ*

bus eminet. Infra S C. In aversa parte LEG. III. AVG. Aquila legionaria inter duo signa cohortium. En vetus legio, de qua plura infra in notis et emendationibus ad Hist. II. 6. In altero Macri argenteo nummo apud Occonem, p. 136. L. CLODI. MACRI. S C. Libertas, stolata stans, dextra pileum, sinistra pateram tenet. In postica parte, LIB. LEG. I. MACRIANA. Aquila inter duo signa cohortium. En legio altera a Macro conscripta. Favere quoque forte videretur ipse Tacitus, Hist. II. 97. 'In Africa legio cohortesque delectæ a Clodio Macro, mox a Galba dimissæ, rursus jussu Vitellii militiam cepere.' At in his nummis displicet prænominis varietas. Alios circumferunt aureos æreosque nummos, sed spurios, licet eos Tristanus et Patinus laudaverint. *Brotier.*—5 Frustra tentat Cl. Ernestus, *domini prioris*, ut

NOTÆ

infra numerat aut nominat, hoc ipso anno: 'Legio in Africa, auxiliaque tutandis imperii finibus.'

Juvare aliquid hanc lectionem videatur Hist. II. 'In Africa legio cohortesque dilectæ a Clodio Macro, mox a Galba dimissæ.' Quasi novam legionem illi veteri adjunxerit Macer, atque ita sub initia Galbæ fuerint duæ.

Vane hoc: quia cohortes duntaxat dilectas a Macro intelligit, non legionem ipsam. Igitur inclino, ut hic rescribam: *Africa ac legio in ea.* Lipsius.

In Africa, et Numidia, quæ una et eadem provincia, forte eo tempore plusquam una legio fuit: nam pro necessitate rerum huc et illuc commeabant legiones: augebatur quandoque miles tutandis finibus imperii.

An una legione fultus, ausus esset Clodius Macer occupare imperium, præsertim cæso Vindice et Gallis profligatis?

Sic Ann. IV. 'Mauros Juba rex acceperat, donum populi Romani. Cetera Africæ per duas legiones,' &c. Sic se res habuit sub Tiberio, vivo adhuc Sejano. Quidni et postea sub aliis principibus?

Africa ac legiones] Quidni diligere potuit alteram seu novam legionem Macer, quam ordinariæ adderet? quemadmodum et fecerat Galba in Hispania Tarraconensi, cum bellum moliretur adversus Neronem.

Sueton. Galba 10. 'E plebe quidem provinciæ legiones et auxilia conscripsit, super exercitum veterem legionis unius, duarumque alarum, et cohortium trium.'

Quis nescit bellis olim civilibus multiplicatas esse legiones usque adeo, ut loco viginti legionum, quadraginta essent, et amplius?

Etiam eo numero potuerunt esse cohortes in Africa, ut numerum legionis, seu legionum adæquarent; v. c. viginti cohortes adæquant robur duarum legionum.

Nec stricte sumendus hic Tacitus; nec quæstio hic præcise de numero legionum, quæ in Africa mererent; sed de habitu, seu affectu, provinciæ et militum.

Legiones] Duæ legiones erant in Africa ex more, et præterea legio, quæ recens conscripta a Macro fuerat, cum imperium affectaret, et cum præcepit Galba Trebonio procuratori, ut ipsum occideret, et simul nuper delectam legionem dimitteret: non enim veterem legionem dimitti jussisset.

Digitized by Google

Duæ Mauretaniæ,[6v] Rhætia,[w] Noricum,[x] Thracia,[y] et quæ

Mauritaniæ, Rhætia, Noricum, Thracia, et ceteræ provinciæ, *quæ a procuratoribus*

de Nerone intelligatur. *Brotier.*—6 In nummis antiquis et lapidibus scribi-

NOTÆ

Attamen Tac. Hist. II. tantum memorat cohortes, et unam legionem. Et certe hæc sæpe mutabantur pro temporibus aut necessitate rerum.

[u] *Post experimentum domini minoris*] Minores principes inclementiæ in subditos fama sequitur, et de Macro scribit Plut. strenue versatum, ἐν ἁρπαγαῖς πραγμάτων, καὶ φόνοις ἀνδρῶν δι' ὠμότητα καὶ πλεονεξίαν id est, *In rapinis pecuniarum, et cædibus hominum per sævitiam et avaritiam.* Savilius.

Post experimentum] Id est, postquam experti essent regimen seu dominium Clodii Macri, quem vocat *dominum minorem*, quia minor principe legatus, et quia ille imperium affectaverat; nam supra, 'Macrum in Africa haud dubie turbantem, Trebonius Garutianus procurator, jussu Galbæ, interfecerat.'

Vel legiones Africæ, interfecto Clodio Macro, contentæ erant qualicumque principe, post experimentum Galbæ domini minoris quam Nero, quam Cæsares.

Post Galbam electum, jam sufficiebat qualiscumque princeps.

Tacitus incipit hanc historiam a consulatu Galbæ et Vinii, nempe a Kalendis Januarii. Et Galba jam imperabat a sex mensibus: itaque *minorem dominum* in Galba jam experti erant.

Minoris] Experti erant Macrum, qui jam principem agebat. Post Macrum degustaverant procuratorem Galbæ, qui *dominus minor* Macro, nec forte minus invisus.

Si per *dominum*, principem intelligis, post Neronem experti erant Galbam, aut etiam Macrum, qui *domini minores* Nerone.

Post experimentum domini minoris] Experti erant Neronem, qui dominus major. Experti erant Galbam; experti erant et Clodium Macrum turbantem, nondum tamen principem aut dominum. Itaque contenta Africa qualicumque principe, post experimentum Galbæ, seu Clodii Macri, qui domini minores Nerone.

Videtur Tacitus tamen innuere, quasi Galba fuerit *dominus* ille *minor*. Nam *interfecto Clodio Macro, contentæ* legiones Africæ *qualicumque principe*, etiam Galba; vel et etiam post Galbam, seu *post experimentum domini minoris*, nempe Galbæ, contentæ hæ legiones qualicumque principe. Hic fuit status seu habitus animorum.

[v] *Duæ Mauretaniæ*] Tingitana et Cæsariensis. Hanc divisionem Plinius acceptam fert Cæsari Caligulæ v. 1. 'Principio terrarum,' inquit, 'Mauretaniæ appellantur usque ad C. Cæsarem Germanici filium: regna sævitia ejus in duas divisa provincias.'

At Dio palam adversus, Claudio attribuit, lib. LI. 'His actis, Claudius Mauros dupliciter divisit, in eos qui ad Tingim, et qui ad Cæsaream, unde et nomina habent: et duobus equitibus præpositis eos permisit.' *Lipsius.*

Nil mirum dissidere inter se auctores; sæpe eadem acta diversis principibus tribuunt. Sed hoc loco standum Plinio rerum Rom. peritissimo.

Duæ Mauretaniæ] Mauretania dividebatur a Geographis in Bocchiariam, sive Cæsariensem ab urbe Cæsarea,

Digitized by Google

aliæ Procuratoribus[7] cohibentur, ut cuique exercitui vicinæ, ita in favorem aut odium contactu[8] valentiorum agebantur. Inermes provinciæ, atque ipsa in primis Italia, cuicumque servitio exposita,[8] in pretium belli cessuræ[9] erant. Hic fuit rerum Romanarum status, cum Ser. Galba iterum, Titus Vinius, Consules, inchoavere[a] annum, sibi ultimum, Reip. prope supremum.[b]

administrantur, prout legionibus finitimæ erant, *ita et impellebantur in favorem aut dissensionem vicinitate potentiorum. Inermes provinciæ, et præcipue ipsa Italia, cuicumque servituti* seu dominationi *expositæ, in præmium belli* victoribus *accessuræ erant. Hic fuit* habitus seu *status Reip. Rom. cum Ser. Galba secundum, et Titus Vinius iniere consulatum, et incœpere annum sibi postremum, et rebus Rom. fere ultimum.*

---

tur *Mauritania*. Ryckius.—7 Ms. Corb. *procurationibus*.—8 Sic bene omnes ferme Mss. Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. editione principe, aliisque plurimis, *expositæ;* [et sic Gronovius et Ryckius.] *Brotier*.—9 Ita bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et libri editi. Male Mss. Flor. Agr. *cessura*. Idem.

NOTÆ

quæ *Iol* ante dicebatur, et Bogudianam seu Tingitanam ab oppido *Tingi*. De eo infra, II. 58. *Lupanus*.

Mauretaniæ] Mauretania, regio Africæ citerioris ad Oceanum Atlanticum et ad mare Mediterraneum. Hodie regnum *Fez*, partesque majores regnorum *Maroc* et *Alger* in Barbaria. Mauretania divisa fuit in duas provincias, postea in tres, nempe *Mauretaniam Tingitanam*, *Mauretaniam Cæsariensem*, et *Mauretaniam Sitifensem*. Tillem.

[w] *Rhætia*] Regio Illyrici late sumti ad Occidentem; divisa fuit in *Rhætiam*, proprie dictam, et *Vindeliciam* provincias. Hodie hic sunt partes circulorum *Suevia*, vel *Souabe*, *Bavariæ*, et *Austriæ*, cum regione *Grisonum* in Allemania. *Tillemon*.

[x] *Noricum*] Regio Illyrici late sumti versus Occidentem. Hodie pars ducatus *Bavariæ*, cum Archiepiscopatu *Saltzburg* in circulo Bavariæ; necnon pars Archiducatus *Austriæ*, et Ducatuum *Stiriæ*, *Carinthiæ*, et *Carniolæ*, parsque Comitatus *Cilley*, et Episcopatus *Brixen* in circulo Austriæ. Ex Geographia Sansonis. *Tillemonius*.

[y] *Thracia*] Regio Illyrici late sumti ad Pontum Euxinum, at Propontidem, et ad mare Ægæum. Hodie *Romania* integra, et pars *Bulgariæ*, versus Occidentem et Orientem hybernos: hæ duæ Provinciæ sunt sub Præfecto Romeliæ, in Turcico imperio Europæo ad septentrionem. *Tillemon*.

[z] *Contactu*] Sic Tac. hoc libro: 'facili transitu ad proximos et validiores.' *Savilius*.

[a] *Inchoavere*] Nempe iniere consulatum Kalendis Januariis, forte deposituri, ut mos ejus ævi fuit, Kalendis Martiis. Penes tamen principem fuit, quando, aut quo tempore ipse deponeret consulatum, quem potuit et collegæ prorogare, pro arbitrio suo. Jam olim consulatum obtinuerat Galba sub Tiberio, favore Liviæ Augustæ adjutus, cujus 'et vivæ gratia

12. Paucis post Kal. Januarias[c] diebus Pompeii Propin-

Paucis diebus elapsis *post Kal. Januarias, epistolæ Pompeii Propinqui, procura-*

NOTÆ

multum valuit, et mortuæ testamento pæne ditatus est.' Sueton. 5.

Favor ille ortus forte ex affinitate *Liviæ Ocellinæ* cum Augusta, quæ secunda uxor patris Galbæ, et noverca ipsius principis Galbæ; a qua et adoptatus est, teste Suetonio 4. 'Adoptatus a noverca sua, Livii nomen et Ocellæ cognomen assumsit, mutato prænomine.'

Qua causa forte, et e domo regnatrice processit Galba ad consulatum ineundum; nempe e domo seu cubiculo Liviæ Augustæ, non sine summo decore: quod paucissimis concessum.

[b] *Supremum*] Idem hic fere dicit Tacitus, sed verbis diversis, quæ tamen synonyma: quid mirum?

[c] *Post Kal. Januarias*] Jam ante Germanicæ legiones Galbam spreverant in ludis castrensibus, et inter vota.

Plut. Galba: 'Quin et ludis quibusdam, Tribunis et centurionibus more Rom. Imperatori Galbæ felicitatem optantibus, plerique milites initio tumultuati, perseverantibus illis in voto, occlamaverant *Dignus:*' (vertunt, Siquidem dignus est.) 'mittebantur et literæ ad Galbam a procuratoribus, quibus ostendebant Tigellino' (lege, *Vitellio,*) 'subditas legiones eodem genere contumeliæ uti. Itaque sibi metuens Galba, ut qui non ob senium modo, sed ob orbitatem etiam contemtui haberetur, adoptandum sibi aliquem juvenem, regnique successorem statuit.'

Occlamabant, *Dignus,* per irrisum et contemtum, ut Romæ in ludis clamitabant: 'Venit io Simus a villa.' Sueton. 13. 'Atellanis notissimum canticum exorsis: Venit io Simus a villa: cuncti simul spectatores, consentiente voce, reliquam partem retulerunt, ac sæpius versu repetito egerunt.' Sic ob senium et illiberalitatem spernebatur Galba.

Sic in Circis et spectaculis sibi multa permittebat plebecula adversus proceres primariasque fœminas, et sæpe etiam conviciis insectabatur. De fœminis diserte Tac. Annal. Et quid non ausum olim etiam adversus Pompeium Magnum?

Testis Val. Max. VI. 2. 'Diphilus Tragœdus, cum Apollinaribus ludis inter actum, ad eum versum venisset, in quo hæc sententia continetur: Miseria nostra magnus est; directis in Pompeium manibus pronuntiavit. Revocatusque aliquoties a populo, sine ulla cunctatione, nimiæ illum et intolerabilis potentiæ reum gestu perseveranti egit. Eadem petulantia usus est in ea quoque parte: Virtutem istam, veniet tempus, cum graviter gemas.'

Quid non et ausi adversus Neronem ipsum, jam adulto imperio, et tota sævitia firmato ac formidato? Sueton. 39. 'Datus Atellanarum histrio in cantico quodam, ὑγίαινε πάτερ, ὑγίαινε μῆτερ, ita demonstraverat, ut bibentem natantemque faceret, exitum C. Claudii Agrippinæque significans,' &c.

Quæ facetiæ, seu contumeliæ populi, diversæ a *libertate amicorum et causidicorum figuris;* de quibus Sueton. Vespas. 13. licet eodem spectarent. Nempe ut quocumque modo sic admonerentur principes; et tandem, licet talia audiendi insolentes, veritatem discerent.

Paucis post Kalend. Jan. diebus] Tot scil. diebus, quot fuerunt necessarii nuntio seu cursori, qui hasce literas

Digitized by Google

qui, Procuratoris, e Belgica[d] literæ afferuntur: [e] superioris Germaniæ[e] legiones, rupta sacramenti reverentia,[1] Imperatorem alium flagitare, et Senatui ac Pop. Rom. arbitrium eligendi permittere;[f] quo seditio[g] mollius acciperetur. Ma-

toris, e Belgica afferuntur, exercitum superioris Germaniæ, violata sacramenti fide ac religione, principem alium postulare, et potestatem facere senatui populoque Rom. creandi; *quo discordia mollius audiretur. Accelerávit ea res*

1 Ms. Bud. *licentia:* quod immerito defendit Rhenanus. *Brotier.*—2 Sic

NOTÆ

in Urbem perferret e Germania.

Nam ipso die Kalend. Jan. facta seditio, haud dubie ea causa, quia tum temporis adigerentur legiones in verba Galbæ, et tum renovaretur sacramentum, et vota fierent in castris legionum pro salute principis et æternitate imperii; quemadmodum et in Senatu, et in ipsa Urbe fiebat a consulibus, a patribus, et aliis magistratibus.

Quod clare patet infra c. 55. [e] Inferioris autem Germaniæ legiones, solenni Kalend. Januariarum sacramento pro Galba adactæ, multa cunctatione et raris primorum ordinum vocibus, ceteri silentio, proximi cujusque audaciam expectantes.—Primani quintanique turbidi adeo, ut quidam saxa in Galbæ imagines jecerint,' &c.

[d] *Belgica*] Regio Galliæ Comatæ ad septentrionem et ad Britannicum Oceanum: a Romanis divisa fuit in quatuor provincias, nempe Belgicam primam; Belgicam secundam, Germaniam superiorem, et Germaniam inferiorem, in quibus varii populi.

Hodie pars est *Primatiatus Trevirensis*, vulgo *Primatiat de Treves;* et in eo tractu nunc sunt provinciæ Ecclesiasticæ, Trevirensis *Treves*, Rhemensis *Rheims*, Cameracensis *Cambray*, et Mechliniensis *Malines*, parsque provinciarum Ecclesiasticarum, Ultrajectensis *Utrecht*, Coloniensis *Cologne*, et Moguntinensis *Mayence*.

Vel secundum divisiones temporales, *Belgica* veterum fuit, ubi nunc est pars septentrionalis regni *Franciæ*, omnis Belgica Regia, vulgo *les Pays-Bas Catholiques*, pars meridionalis Belgici Fœderati, seu *les Provinces Unies*, cum regionibus quibusdam *imperii Allemaniæ* citra, et ad Rhenum fluvium. Vide Tabulas et chartas antiquas ac recentiores Sansonis Geographi Regii. *Tillemon.*

[e] *Superioris Germaniæ*] Germania superior, provincia Belgicæ regionis ad Rhenum fluvium, in Gallia. Hic nunc sunt diœceses Archiepiscopatus Moguntini, vulgo *Mayence*, et Episcopatuum Wormaciensis *Worms*, Spirensis *Spire*, et Argentoratensis *Strasbourg*.

Vel secundum divisiones temporales, *Germania Superior* veterum fuit, ubi nunc est *Alsatia* fere omnis, pars Orientalior Lotharingiæ *Lorraine*, &c. pars major *Palatinatus Rheni*, parsque Archiepiscopatus et Electoratus Moguntini *Mayence*, &c. in circulis Rheni superioris et inferioris. De *Germania inferiore* vide notas supra cap. 9. *Tillem.*

[f] *Permittere*] Non id serio miles permittebat populo Romano. Ante obtulerat uni Verginio, urgebatque ut acciperet imperium; at Verginius arbitrium eligendi principis Senatui permisit.

Digitized by Google

NOTÆ

Unde vicissim et favor patrum in ipsum Verginium fuisset, nisi locum jam occupasset Galba, et nisi rursus bella civilia metuerent. Alium quærebant sibi obstrictum suisque moribus pollutum.

5 *Quo seditio*] Forte sic factum a milite, quo seditio illorum molliter acciperetur. Idque factum ea mente et animo scribit Propinquus, et sic scribere debuit, alioquin falleret; quod nefas in re tam gravi, et apud principem severum.

Et cur hanc rationem redderet Tacitus, qui nihil potuit dicere aut debuit, nisi quod in hisce literis scriptum fuit? non enim hæ ultra loquuntur. Non etiam Pompeius suam mentem sic expressit, sed militum.

Certe jurarunt legiones in verba Senatus populique Rom. sicque non fallit Pompeius; nisi sic forte nuntii atrocitatem leniret; nec res sincere, ut erant, scripsit plane, ut sic Romæ seditio mollius acciperetur.

Habes exemplum de legato Mœsiæ; qui etiam mollius rescripsit, de seditione legionum, Vitellio.

Non ea certe mente miles fuit, ut seditio *mollius acciperetur;* sed quia nemo idoneus tum reperiebatur, cui darent imperium, idcirco sacramenta in S. P. Q. R. advocabant.

Duæ legiones ruperant sacramentum et lapidibus imagines Galbæ appetierant; sed addit procurator, senatui ac populo Rom. eligendi principis arbitrium permitti, *quo mollius seditio acciperetur*, in Urbe scil.

Et tamen ea res perculit Galbam, ita ut festinaret adoptionem. Infra, c. 17. Galba ipse: 'ac ne dissimulata seditio in majus crederetur, ultro asseverat....duas legiones non ultra verba ac voces errasse.'

Itaque non in ea mente miles; neque id scribit procurator; sed scriptum sic a procuratore narrat Tacitus; scil. *quo seditio mollius acciperetur.*

Quo seditio mollius] Totus hic locus, si verum rescriberet procurator, respondere debuit his, quæ habentur infra c. 55. 'Inferioris tamen Germaniæ legiones solenni Kalend. Januariarum sacramento pro Galba adactæ, multa cunctatione, &c. Primani quintanique turbidi adeo, ut quidam saxa in Galbæ imagines jecerint.'

Et hujus seditionis præcipue rationem principi reddere debuit procurator, quia vicinus, et eodem tempore transacta ea seditio quo ille scribit hoc c. 12. nempe ipsis Kalend. Januariis.

Addit ibid. c. 55. Tacitus: 'in superiori (exercitu) quarta ac duodevicesima legiones....ipso Kalend. Januariarum die, dirumpunt imagines Galbæ.'

Unde clare patet, vesaniam militum in utroque exercitu longe majorem fuisse quam scribit Propinquus, et rem emolliisse, exemplo Aponii legati Mœsiæ.

Certe adjicit Tacitus ibid. de seditione superioris Germaniæ: 'Ac ne reverentiam imperii exuere viderentur, in S. P. Q. R. obliterata jam nomina, sacramenta advocabant.' Quæ tamen etiam sic, licet molliora, non satis conveniant cum istis, 'rupta sacramenti reverentia, imperatorem alium flagitare,' &c.

Itaque patet, rem in mollius Propinquum scripsisse; et sic eaque mente factum a Propinquo, hic refert Tacitus.

Neque scribit Propinquus, id factum esse eo animo a milite: nempe eos arbitrium eligendi imperatorem *senatui ac populo Rom. permittere, quo seditio* illorum *mollius acciperetur:* parum enim curabant vesani ac furentes milites, quomodo talia acciperentur.

Digitized by Google

turavit ea res consilium Galbæ, jam pridem de adoptione secum et cum proximis[h] agitantis. Non sane crebrior tota civitate sermo per illos menses fuerat: primum licentia ac libidine talia loquendi, dein fessa[a] jam ætate Galbæ. Paucis judicium[i] aut Reip. amor: multi occulta

propositum Galbæ, jam pridem deliberantis secum et cum amicis de adoptando filio. Non certe frequentior universa urbe rumor per eos menses increbuerat: primum licentia et cupidine talia differendi sermonibus, *dein quia exacta jam ætas Galbæ* erat. *Paucis* ratio, paucis *prudentia, aut studium Reip. plurimi secretis votis,*

jam dictum supra Annal. I. 46. Perperam ergo eum locum vexant nonnulli, et inter istos doctiss. Markland. ad Stat. 153. ut emendent, *fesso jam ætate*

NOTÆ

Et certe illi in S. P. Q. R. *sacramenta* sic *advocabant*, quia non erat, quem eligerent, et cui tale meritum imputarent; quippe statim oblato Vitellio, *speciosis* illis *nominibus* relictis, accedunt, et imperium offerunt.

Quo seditio mollius acciperetur] Sic hist. l. II. 96. 'Sed neque Aponius cuncta, ut trepidans re subita, perscripserat; et amici adulantes mollius interpretabantur.'

Quo seditio mollius acciperetur] E Belgica literæ afferuntur Propinqui, quibus scribebat, 'superioris Germaniæ legiones, rupta sacramenti reverentia, imperatorem alium flagitare,' &c. Vel rescribebat procurator, sic factum dictumque a seditioso milite, *quo seditio mollius acciperetur;* vel ultro ipse rescribebat, sic factum, nempe ut seditio *mollius acciperetur*, quamvis revera longe ulterius processisset audacia, et vesania seditiosorum.

Quare et ipse Galba sic etiam emollivit, cum adoptaret Pisonem; infra c. 18. 'Ne dissimulata seditio in majus crederetur, ultro asseverat, quartam et duodevicesimam legiones, paucis seditionis auctoribus, non ultra verba ac voces erraisse.'

Et infra c. 26. 'Postquam vulgatum erat, labare Germanici exercitus fidem.'

Quod nimis molle, comparatum cum seditione et rupti sacramenti vesania, quæ longe violentior fuit, ut clare patet ex his Taciti, infra c. 55. 'In superiore exercitu quarta ac duodevicesima legiones iisdem hybernis tendentes, ipso Kalendarum Januariarum die, dirumpunt imagines Galbæ, quarta legio promtius, duodevicesima cunctanter, mox consensu. Ac ne reverentiam imperii exuere viderentur, in S. P. Q. R. obliterata jam nomina, sacramenta advocabant:' et, qui protegebant imagines Galbæ, 'centuriones abrepti vinctique.'

Igitur ea res *in mollius* rescripta principi, ut fit. Nec diruptas imagines Galbæ renuntiabat procurator; scil. *quo seditio mollius acciperetur.*

Sic mollius rescripsit Polycletus Neroni de rebus Britannicis supra: sic et Vitellio legatus de seditione Pannonicarum legionum.

[h] *Cum proximis*] Cum amicis, et libertis, cum T. Vinio, Lacone, Ducennio Gemino præfecto urbis, Mario Celso, et Icelo liberto.

[i] *Paucis judicium*] Certe paucis id datum, ut possint prudenti judicio diligere virum tantæ molis parem:

Digitized by Google

spe,[3] prout quis amicus vel cliens, hunc vel illum ambitiosis[4 j] rumoribus destinabant, etiam in T. Vinii odium,[5 k] qui

prout quis amicus vel fautor, hunc vel illum ambitiosis sermonibus evehebant, simul et insidiis in T. Vinium, qui quanto magis præpollebat indies, hoc ipso incremento

Galba. Brotier.—3 Ita Puteolanus et recentiores omnes. In Ms. Agr. *multis occulta spes*, [quod Ryckio et Pichenæ placet.] Corrupte Mss. Corb. Reg. et editio princeps, *militis stulta spe.* Male tentat Jac. Gronovius, *multis occulta spei.* Brotier.—4 Sic bene Ms. Agr. Sic quoque volebat Lipsius, quem recentiores sunt secuti. In Mss. et veteribus editionibus, *ambitionis.* Idem.—5 Brotierus addit *diverterant*, et sic lectionem defendit. Optime hunc locum emendarunt Puteolanus et Rhenanus. Perperam Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *in Tito Junio diverterant.* Ms. Harl. *in T. Junii odium;* et in margine, *diverterant.* Frustra tentat Lipsius, *in T. Vinii odium diversi ierant.* Sic Brotier. [Ryckius et Gronovius omiserunt *diverterant.*] Delevit Pichena auctoritate Flor. Abest etiam a Guelf. edd. omnibus ante Rhenanum, præter pr. in qua est quoque *et jam*, pro *etiam*, quod rursus cum *diverterant* indexit Rhenanus. *Ernest.* Bud. *et jam...deverterat.*—6 Ita libri omnes. Vix

NOTÆ

paucis contigit ea sapientia, qua sapientem et egregium principem eligere possent, aut vellent.

Quis ea sapientia fuit? Bonum privatum forte destinare potuerunt; sed quantum distat Regia privatis penatibus? Bonus ille destinatus etiam licentia dominationis statim descisceret et in pejus mutari potest: unus princeps Vespasianus, principatu, teste Tacito, in melius mutatus est.

Quidam addunt et Augustum, qui certe post bella civilia bonus: sed tamen ita mixtus fuit sævitia, flagitiis, et virtutibus, ut vere dixerint, aut nunquam vivere et imperare, aut nunquam mori debuisse.

Pauci eo judicio fuerunt, quia et pauci Reipub. idonei, 'pauci quos æquus amavit Jupiter.' Boni principes facile intra annuli orbem inscalpi queant, ut jam alim dictum.

Prout quis amicus] *Prout quis erat amicus vel cliens* alicujus e proceribus, hunc vel illum ex istis primoribus principatui ambitiose destinabant, pro suo captu et libidine, sine judicio, sine delectu, sine affectu, aut amore Reipub. indistincte an bonus, an malus foret.

Etiam odio suo in Vinium, unum aliquem destinabant qui illum subverteret statim, rebusque et aulæ procul ablegaret.

j *Ambitiosis*] Iidem certe occulta spe, pariter et ambitiosis rumoribus, hunc vel illum deligebant: nam certa spes illa erat causa, cur ambitiosis rumoribus hunc vel illum ad imperium destinarent.

Spes occulta cujusque erat unica causa, cur hunc vel illum ambitiose deligendum aut adoptandum a Galba sibi proponerent; quisque enim, pro sua sorte, hunc vel illum cupiebat principem, prout opes, honores, gratiam et auctoritatem spe et animis præcipiebant.

Ambitiosis] Id est, in laudem et adulationem compositis. Suos quisque patronos aut amicos mire extollebant, et dignos imperio æstimabant: et facile credunt homines quod cupiunt.

k *In T. Vinii odium*] Sic leg. *hunc vel illum ambitiosis rumoribus destinabant, etiam in T. Vinii odium, qui in dies*, &c. Multi, inquit, successorem

Digitized by Google

in dies quanto potentior, eodem[6] actu[l] invisior erat. Quippe hiantes, in magna fortuna, amicorum cupiditates ipsa Galbæ facilitas intendebat: cum apud infirmum et credulum minore metu et majore præmio peccaretur.

13. Potentia Principatus divisa in T. Vinium, Consulem, et Cornelium Laconem, Prætorii Præfectum. Nec minor gratia Icelo,[1m] Galbæ liberto, quem annulis donatum,[n]

gravior erat. Quippe ultro avidas, ut in summo fastigio, familiarium cupiditates adaugebat ipsa Galbæ indulgentia: cum apud invalidum et credulum senem minori formidine et majore pretio delinqueretur.

Vis imperii distributa inter T. Vinium, consulem, et Cornelium Laconem, prætoriano militi impositum. Nec minus flagrans amicitia Galbæ in Icelum libertum,

tamen credibile est Tacitum scripsisse, *eodem actu*. Inde emendabat Lipsius, *eadem invisior erat*, vel, *eo dein fastu invisior*. Pichena, *eo cunctis invisior*. Ernestus, *eodem factis invisior*. Melius sane Jac. Lectius, *eodem auctu*. Brotier.

1 Nequissimi hujus servuli nomen varie scriptum. Alibi *Hyceltus*, alibi *Icellus*, (Bud. *Ycelo*.) Vaticanus semper *Icelus*: quem sequor. *Lipsius*.—

NOTÆ

destinabant ex sua spe, quidam ex odio Vinii. Non dissimile illud Taciti de Pisone: 'Juvenis recenti favore et infensus T. Vinio: seu quia erat, seu quia irati ita volebant.'

[l] *Actu*] Melius, *eodem auctu*. Infra 86. 'Tiberis, qui immenso auctu,' &c.

Eodem actu] Melius, *eodem auctu*, nempe hoc sensu: quanto indies potentior fiebat Vinius, et opibus augebatur, *eodem auctu* et *invisior* erat: quo plus crescebat potentia Vinii, sic et eo majoribus odiis objiciebatur.

Et ea proportione, qua crescebant opes, gratia, et auctoritas illius, eadem proportione, eodemque incremento, augebatur gravescebatque odium publicum; ut fit in talibus, quibus unis Respublica prædæ est, qui non Reipub. sed in Rempub. nati et positi videntur.

[m] *Icelo*] Sic Suet. Galb. 14. 'Libertus Icelus, paulo ante annulis aureis Martiani cognomine ornatus, ac jam summi equestris gradus candidatus;' quod Petrus Faber explicat, non de censu equestri, sed de præfectura prætorii. Præfecti enim prætorio, ab Augusto usque, ex equestri tantum ordine sumebantur, in quo præfectura prætorii summus erat honorum gradus.

[n] *Quem annulis donatum*] Viri docti interpretantur *summam equestris gradus* præfecturam prætorii; haud improbe: tamen ego magis intelligam de *procuratione*, quæ propria equestris ordinis dignitas.

An libertum promotum in censum ad prætorii præfecturam, idque sub Galba? nunquam. *Lipsius*.

Nunquam præfecturam prætorii ambiit Icelus, neque illam adipisci potuit, bellorum expers et servus; neque etiam *candidatus* ille summæ procurationis ullius. Nam quis auctor sic loquatur aut intelligat? gratia, auctoritas, et opes Iceli jam supra omnes procurationes et procuratores erant.

Annulis] Innuit Sigonius, antea etiam a magistratibus datos annulos aureos

Equestri nomine *Martianum*° vocitabant. Hi discordes,[p] et

quem annulis aureis *ornatum, equestri vocabulo* Martianum *appellabant. Hi dis-*

NOTÆ

libertinis et ingenuis, non quo statim fierent equites Rom. sed tantum cum a censoribus in hunc ordinem lecti essent; ita ut ea concessio veluti conditio proxima esset seu dispositio, qua posita, liberti seu libertini, jura ingenuorum et locum equestrem adipiscerentur.

Et cum hoc nostro casu princeps esset simul censor, hinc concessis annulis aureis, censebatur etiam et simul concessisse cetera jura annexa et consequentia hunc morem, nempe et jura ingenuorum et dignitatem equestrem.

Non quod præcise *ingenuitatem* daret: id enim repugnat cum servo servitutem serviente ab origine; ut Nero dabat Paridi apud Tacitum non jure, sed vi dominationis. Sed dabat jura ingenuorum, ut, verbi gratia jus *trium liberorum*. Et etiam simile jus ad equestrem ordinem, si legeretur inter equites: vel si haberet opes, quibus ille splendor fulciretur.

Et hinc possit forte intelligi, quod habet Suetonius de Icelo, Galbæ liberto, quem vocat *summi equestris gradus candidatum*. Jam Icelus, quia ornatus erat annulis aureis, eo ipso jam habuit jus ingenuitatis: quod veluti fundamentum equestris nobilitatis, et hoc ipso, quod jure ingenuorum gaudet, candidatus equestris gradus dicitur.

Cur autem *summi gradus?* quia in hisce aulicis gratiosisque libertis nihil medium inter ima et summa: statim opes cumulare potuit, quibus insignis eques esset Icelus; nec certe defuit.

Igitur eo ipso, quo auro ornatus est, eo ipso ingenuus civis Rom. et *candidatus equestris ordinis;* et eo ipso candidatus *summi equestris gradus fuit:* quia in gratia flagranti principis fuit Icelus. Hæc ex sententia Sigonii. Nos paulo tamen aliter supra explicuimus, sed eodem sensu.

Annulis donatum] Sic Suetonius Aug. 27. 'Ita modum se proscribendi statuisse, ut omnia sibi reliquerit libera: in cujus tamen pertinaciæ pœnitentiam, postea T. Vinium Philopœmenem, quod patronum suum proscriptum celasse olim diceretur, equestri dignitate decoravit.' Sic et vetere Repub. usurpatum video, idque in summa aliqua lætitia patronorum, seu imperatorum.

Annulis donatum] Cic. act. 2. in Verrem: 'Sæpe enim nostri imperatores, superatis hostibus, optime Repub. gesta, scribas suos annulis aureis in concione donarunt: tu vero, quibus rebus gestis, quo hoste superato, concionem, donandi causa, advocare ausus es? Neque enim solum scribam tuum annulo, sed etiam virum fortissimum ac tui dissimillimum Q. Rubrium excellenti virtute, auctoritate, copiis, corona et phaleris et torque donasti; M. Cossutium sanctissimum virum atque honestissimum, summo splendore, ingenio, gratia præditum. Annulo est aureo scriba donatus, et ad eam donationem concio est advocata,' &c.

At Vitellius infra, cum *pro concione* militum mane Asiaticum libertum annulis aureis donare noluisset, mox inter epulas eum ultro exornavit: quod certe pro genio Vitellii fuit.

Sueton. Vitell. 12. Asiaticum libertum 'primo imperii die aureis donavit annulis super cœnam; cum, mane rogantibus pro eo cunctis, detestatus esset severissime talem equestris ordinis maculam.'

° *Equestri nomine Martianum*] Non

rebus[2] minoribus sibi quisque tendentes, circa consilium eligendi successoris in duas factiones scindebantur. Vinius pro M.[3] Othone: Laco atque Icelus[q] consensu non tam unum aliquem fovebant, quam alium. Neque erat Galbæ[r]

sentientes et in rebus levioribus sibi quisque nitentes, in duas partes dividebantur circa deliberationem adoptandi hæredis. Vinius pro Othone tendebat; *Laco atque Icelus concordes, non tam unum quempiam tuebantur, quam alium* ab Othone.

2 Muret. et Acid. supplent *in*.—3 Ryckius omisit prænomen. Mss. plurimi

NOTÆ

quod forte esset *equestre* illud nomen, aut equestris ordinis solenne; sed tamen hoc magis decebat equitem Rom. cum esset nomen illud Latinum, seu Romanum, quam vetus appellatio ipsius. Mutata sorte, etiam nomen immutari debuit: nam vox *Icelus* arguebat humilem originem et Græcam, seu externam, ut hominis 'Romam pedibus qui venerat albis.'

Forte, si mansisset intra liberti sortem, potius vocari debuit Servius seu Sulpicius, aut aliquo tali nomine Galbæ, pro more servorum manu missorum, qui patronorum nomen induebant. At cum fere ad summum equestris ordinis gradum jam evectus sit, *illustris* nempe jam et *insignis* eques factus, immutare etiam, et veluti nobilitare, nomen suum decebat.

[p] *Hi discordes*] Scilicet, hi tres inter se *discordes*, et in rebus minoris momenti sibi ipsis quisque favebant; et tum veluti tres in aula factiones erant.

At cum ageretur de adoptando successore, in duas tantum partes scindebantur tres pædagogi senis. Vinius pro Othone nitebatur, Laco et Icelus inter se consentientes, quemcumque alium ab Othone fovebant.

[q] *Icelus*] Libertus Galbæ *candidatus summi equestris gradus* dicitur Suetonio, et pater Sejani; Seius Strabo Velleio dicitur, *princeps equestris ordinis*, quia scilicet prætorianis cohortibus præerat.

Itaque quemadmodum Seius, vel etiam Sejanus, fuit *princeps equestris ordinis*, ita et Icelus Galbæ libertus jam fuit *candidatus summi equestris gradus*. Non quod unquam assecuturus esset summum illum gradum, nempe præfecturam prætorii.

Sed sic vocatur *candidatus*, vel quia potuit absolute talem præfecturam adipisci, solo nutu et favore principis, licet nunquam de facto esset assecuturus; vel quia jam fama, gratia, opibus, et auctoritate adæquabat præfectum prætorii, et alios insignes equites, qui de facto possidebant talem *summum gradum equestris ordinis*.

[r] *Neque erat Galbæ ignota Othonis ac T. Vinii amicitia*] Ideoque non assentiebatur consilio Vinii, quia non ex vero affectu tale consilium oriebatur. Nam 'pessimum veri affectus venenum, sua cuique utilitas.'

Et præterquam, quod non ignorabat artes Vinii, et amicitiam illius cum Othone, *subiit* etiam *curæ Reipub.* quæ frustra Neroni ablata esset, si relinqueretur *apud Othonem*; qui alter Nero lascivia, luxu, stupris, et adulteriis.

Potius assentiebatur Laconi Piso-

Digitized by Google

ignota Othonis ac T. Vinii[4] amicitia;[5] et[5] rumoribus[6] nihil silentio transmittentium, (quia Vinio[6] vidua filia,[u] cœlebs Otho,[v]) gener ac socer destinabantur. Credo et Reip. curam[w] subisse, frustra a Nerone translatæ, si apud Othonem

Neque Galba ignorabat amicitiam Othonis ac T. Vinii, ex sermonibus hominum, *nihil silentio præterentium: et quia Vinio filia vidua, et Otho sine uxore* fuit, illi *gener socerque designabantur. Existimo etiam Galbam providisse saluti Reipub. frustra Neroni ademtæ, si Othoni permitteretur. Quippe Otho pueritiam negli-*

habent.—4 Budens. ubivis *Junius*.—5 Sic bene Mss. Flor. Corb. et editio princeps. Male Puteolanus, *ex rumoribus;* qui hæc quoque cum superioribus conjungit. Unde nata in sequentibus editionibus obscuritas. *Brotier*. Ryckius et Gronovius habent *ex rumor*.—6 Brotier. habet *vidua Vinio*.—7 Ms.

NOTÆ

nem proponenti, quia 'prospera de Pisone fama, consilio ejus fidem addiderat.'

[4] *T. Vinii amicitia*] Licet insinuaret Vinius electionem Othonis, tamen fallere non potuit senem; quasi id consilium, non ex aliqua ratione, aut utilitate privata emanaret; quia non ignorabat Galba amicitiam Vinii et Othonis; et præterquam, quod id noverat de Othone et Vinio, etiam subiit animum cura et amor Reipub. frustra translatæ a Nerone, si Othoni permitteretur.

Itaque amicitia Vinii cum Othone ratio fuit Galbæ, cur Vinii consilium improbaret, ut et electionem Othonis; altera ratio et validior fuit cura Reipub. quæ male committeretur Othoni, cujus mores fere pares flagitiis Neronis.

[5] *Et rumoribus*] Id est, ob rumores sermonesque civium, qui nihil non scire vellent, et nihil silerent: per otium enim sermonum avidi urbicolæ, omnia rescire et omnia dicere, præsertim rebus turbidis audent.

[u] *Quia Vinio vidua filia*] Ex eo nata amicitia Othonis ac Vinii, *quia Vinio vidua filia, cœlebs Otho*, &c. quæ amicitia non erat ignota Galbæ, sicut neque forte causa, seu occasio amicitiæ, cum rumores Urbis nihil silentio transmitterent.

Vinio vidua filia] De qua sic Plutarchus in Galba: 'Ei mulieri Tigellinus decies HS. propinavit, pellicumque primariæ jussit, ut monile suum collo detractum ei appenderet, quod quindecim aureorum millia æquasse pretio traditur.'

Decies HS. sunt nobis viginti quinque millia coronatorum, seu 75,000. libræ. Et quindecim aureorum millia, sunt 37,500. coronati, seu 112,500. libræ.

[v] *Cœlebs Otho*] Nullam duxerat uxorem Otho, nisi Poppæam Sabinam, quam marito abduxerat; si tamen vere duxerat. Nam forte mimae tantum fuit tale matrimonium.

Quod diserte affirmare videtur hic Tacitus: 'Eoque etiam Poppæam Sabinam, principale scortum, apud conscium libidinum deposuerat, donec Octaviam uxorem amoliretur.' Vide nos ad libros Annal. Vide et Sueton. Othone.

[w] *Reipub. curam*] Plut. Galba: 'Non obscure præ se tulerat, magis de Repub. esse solicitum, quam de privata; neque enim sibi adoptare velle, qui ipsi jucundissimus, sed qui Reipub. commodissimus esset; immo

Digitized by Google

relinqueretur. Namque Otho[x] pueritiam incuriose, adolescentiam petulanter[7] egerat;[7] gratus Neroni[z] æmulatione luxus:[a] eoque jam[8b] Poppæam Sabinam,[c] principale scor-

genter, juventam per lasciviam transegerat, amicus Neroni imitatione luxuriæ: ideoque etiam apud eum *veluti socium voluptatum deposuerat Poppæam Sabinam, re-*

Ryckii *rexerat.*—8 Ernestus mallet *tum.* Bipont. reddunt *primum.* Heinsius

NOTÆ

ne suarum quidem facultatum hæredem ex asse videbatur delecturus Othonem, sciens prodigum et luxuriosum esse, et ære alieno bis millies sestertium obrutum:' sunt quindecim milliones librarum.

[x] *Namque Otho*] Juven. Sat. II. 'pathici gestamen Othonis.' *Saril. Speculum* nempe, quo faciem lineret in bello, ut solebat. Egregia hæc sarcina imperatoris et belli!

[7] *Adolescentiam petulanter*] Sic Suet. Otho. 2. 'A prima adolescentia prodigus ac procax; adeo ut sæpe flagris objurgaretur a patre. Ferebatur et vagari noctibus solitus, atque invalidum quemque obviorum, vel potulentum corripere: ac distento sago impositum in sublime jactare,' &c.

[z] *Gratus Neroni*] Plut. in Galba: 'Nero utebatur Othone familiariter ob mores disciuctos; reprehensusque aliquoties ab eo ob avaritiam, ægre non tulit.'

Xiphil. Neron. 'Quidam Marcus Salvius Otho cum Nerone versabatur ita familiariter, tam ob similitudinem morum et quoddam nequitiæ consortium, ut cum apud Neronem excidere sibi pateretur, Ita me Cæsarem videbis,' &c. *Savitius.*

Sed respondit Nero: 'Neque te consulem videbo:' quod verum fuit. Nam *quæstorius* fuit Otho, donec invaderet principatum.

Et Suet. Othon. 2. 'Post patris deinde mortem, libertinam aulicam gratiosam quo efficacius coleret, etiam diligere simulavit, quamvis anum, ac pæne decrepitam. Per hanc insinuatus Neroni, facile summum inter amicos locum tenuit, congruentia morum: ut vero quidam tradunt, et consuetudine mutui stupri: ac tantum potentia valuit,' &c.

[a] *Æmulatione luxus*] Potius æmulabatur Nero luxum Othonis, quam, vice versa, Otho æmularetur Neronem. Nam Otho tum temporis arbiter elegantiæ, et veluti magister voluptatum Neroni fuit.

Supra l. XIII. 46. sic jactat Poppæa: 'Se devinctam Othoni per genus vitæ quod nemo adæquaret. Illum animo et cultu magnificum, ibi se summa fortuna digna visere: at Neronem pellice ancilla, et assuetudine Actes devinctum, vil e contubernio servili nisi abjectum et sordidum traxisse.'

Haud dubie mutua fuit æmulatio luxus. Sed tamen cum ea arte se principi insinuaret Otho, certe æmulabatur ille, simul et intendebat luxum Neronis.

Sueton. Othon. 3. 'Die, quem Nero necandæ matri destinaverat, ad avertendas suspiciones, cœnam utrique exquisitissimæ comitatis dedit.' En comitas epularum! En Otho luxus eruditi, et regiæ elegantiæ præcipuus arbiter!

Luxus] De quo Suet. Otho. 11. 'Munditiarum vero pæne muliebrium, vulso corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adap-

Digitized by Google

NOTÆ

tato et annexo, ut nemo dignosceret. 'Quin et faciem quotidie rasitare, ac pane madido linere consuetum; idque institutisse a prima lanugine, ne barbatus unquam esset: sacra etiam Isidis sæpe in lintea religiosaque veste propalam celebrasse.'

Hinc Juven. Sat. II. 'Ille tenet speculum pathici gestamen Othonis, Actoris Aruncí spolium: quo se ille videbat Armatum, cum jam tolli vexilla juberet: Res memoranda novis annalibus atque reconti Historia, speculum civilis sarcina belli.'

Luxus] Illinebat et ipsos pedes unguento, apud Plinium; ita ut irrideret Neronem, velut illiberalem. Hoc hauserat a Græcis, testis Athen. l. XII. 'Athenis mos fuit luxuriosis unguentis pedes illinere, ut inquit Cephisodorus in Trophonio: Mihi deinde unguentum eme, quo linatur corpus, Irinum ac Rhodinum: mihi quidem id volupe est, Xantia; seorsum autem pedibus mercator Bacharin,' &c.

Infra: 'Amaracinis unguentis mei pedes confricantur.'

Et mox: 'unguento Ægyptio linit manus et pedes; Phœnicio, malas et papillas; Sisymbrino vero, utrumque brachium; Amaracino, comam et supercilia; Serpillino, genua et cervicem; Unguento vero, quod fuerat Parone datum, Heri aspectu nigro, magni pretii Ægyptio, Callistrati pedes inungit.'

[b] *Eoque jam*] Forte, *eoque etiam*.

[c] *Poppæam Sabinam*] Illud inter Neronem, Poppæam et Othonem negotium, quomodo fuerit transactum, docebit Suet. Othon. 3. Plut. Galba, variatis modice circumstantiis recedentes a Taciti narratione, qui ita sibi contrarius pugnat, ut hic locus cum alio loco Annal. XIII. conciliari nequeat. *Savilius.*

Sic Suet. Othon. 3. 'Item Poppæam Sabinam, tunc adhuc amicam ejus, abductam marito, demandatamque interim sibi, nuptiarum specie, recepit: nec corrupisse contentus, adeo dilexit, ut ne rivalem quidem Neronem æquo tulerit animo.'

Poppæam Sabinam] Plut. Galba rem narrat ambigue, ut Tacitus; ita ut vix colligas, an pellex, an vera uxor Othonis fuerit Poppæa: 'Quemadmodum,' inquit, 'Alexandrum Paridem Homerus sæpenumero ab uxore nominat, vocatque maritum Tyndaridos, pulchris ornatæ crinibus'; quod is vir nihil aliud ad gloriam sibi conducens habuerit; sic Otho Romæ nuptiis Poppææ nobilitatus fuit. Hanc Nero, matrimonio conjunctam Crispino, amabat: adhuc tamen uxorem suam reverens, ac matrem metuens, Othonem submisit, qui de adulterio Poppæam solicitaret: (nam Othone amico, et convictore utebatur, luxu ejus delectatus, ac sæpe ab eo sordium et illiberalitatis causa dicteriis lacessitus, gratum habebat; ac ferunt, quodam tempore Othonem, cum a Nerone esset pretiosissimo unguento aspersus, quo ille se unxerat, postridie cum convivio excepisset Neronem, domi suæ, subito variis ex partibus argenteos aureosque tubulos aperuisse, qui aquæ ad instar, unguentum profunderent:) eam Otho, primum spe de conjugio Neronis illectam, constupravit, utque ad se, marito deserto, veniret, persuasit. Cum vero ad ipsum, uxoris nomine se eo contulisset, nequaquam æquo animo tulit, juxta secum ea Neronem potiri; feruntque hanc æmulationem Poppææ quoque non ingratam fuisse, quæ et, absente Othone, Neronem excluserit, sive ut satietatem voluptatis præveniret, sive a nuptiis Cæsarianis abhorrens, et tamen ob impu-

tum, ut apud conscium libidinum,[d] deposuerat, donec Octaviam uxorem amoliretur:[9] mox suspectum[e] in eadem Poppæa in provinciam Lusitaniam,[v] specie legationis, sepo-

giam pellicem, dum interim *amoveret Octaviam conjugem* suam; *dein* ~~*aemulatu*~~ *ob eandem Poppæam, illum amovit in Lusitaniam provinciam prætextu honoris.*

volebat *clam.*—9 Quidam Mss. *amoveretur.*

NOTÆ

dicitiam, amorem ejus non recusans' (dic potius, *ob ambitionem*): 'certe in discrimen vitæ propter eam Otho venit; mirumque est, Neronem, qui, propter Poppææ nuptias, uxori sororique necem intulisset, Othoni pepercisse; sed Seneca deprecante, in Lusitaniam missus est.' Mimus illud matrimonium, et ut incertæ tum temporis fuerunt hæ nuptiæ, ita et historiam hanc ut dubiam et incertam tradidere auctores.

[d] *Ut apud conscium libidinum*] Sic Ann. l. XIII. delapso Nerone in amorem Actæ, assumto in conscientiam Othone.

[e] *Mox suspectum*] Sic Suet. Oth. 3. 'Creditur certe, non modo missos ad arcessendam non recepisse, sed ipsum etiam exclusisse quondam pro foribus astantem miscentemque frustra minas et preces, ac depositum reposcentem. Quare diducto matrimonio, sepositus est per causam Legationis in Lusitaniam. Id satis visum, ne pœna acrior mimum omneu divulgaret; qui tamen sic quoque hoc disticho enotuit: Cur Otho mentito sit quæritis exul honore? Uxoris mœchus cœperat esse suæ.'

Certe in historia illa Poppææ tradenda, Tacitus, neque secum ipso, neque cum Suetonio satis convenit: nam Ann. l. XIII. non mimum, sed verum matrimonium Othonis et Poppææ describit.

'Igitur,' inquit, 'agentem eam in matrimonio Rufi Crispini, equitis Rom. ex quo filium genuerat, Otho pellexit juventa ac luxu, et quia flagrantissimus in amicitia Neronis habebatur. Nec mora, quin adulterio matrimonium jungeretur. Otho, sive amore incautus, laudare formam elegantiamque uxoris apud principem; sive ut accenderet,' &c.

Quæ vix conveniunt cum hoc loco: 'Eoque jam Poppæam Sabinam principale scortum, ut apud conscium libidinum, deposuerat;' ubi ne quidem verbum de matrimonio.

Sic fateri nunc videtur Tacitus ipse, fuisse verum *mimum*, quem agerent Nero et Otho ex composito, donec amoveretur Octavia uxor.

[v] *In provinciam Lusitaniam*] Operæ est videre divisionem Hispaniæ et præfecturas, quoniam sæpe hic intercurrit.

Divisa ea ab Augusto in duas provincias, *Citeriorem* et *Ulteriorem*. Citerior *Tarraconensis* etiam dicta: cui Galba præfuit, cui nunc Cluvius Rufus.

Ulterior divisa in duas provincias, *Bæticam* et *Lusitaniam*.

Bætica populi fuit, et in eam missus proconsul. Noster l. IV. 'Vibius Serenus ulterioris Hispaniæ proconsul.' Non quia tota Hispania ulterior (caute legas,) proconsulem habuerit; sed quia ejus pars melior *Bætica*.

Itaque confundebant scribendo sive

Digitized by Google

suit. Otho, comiter administrata provincia,[f] primus in partes transgressus, nec segnis,[g] et, donec bellum fuit,[10] inter

Otho, modeste habita provincia, primus in partes Galbæ *transiit, nec iners, et dum*

10 Mallet Acidalius, *donec bellum fuit, et inter præsentes, &c.*

NOTÆ

loquendo. Plin. l. III. 'Prima Hispania terrarum est ulterior appellata, eadem Bætica.' Non tamen etiam regendo. Nam duæ Cæsaris fuerunt, sola Bætica populi.

Strabo l. III. 'Nunc quidem provinciis aliis attributis populo et Senatui, aliis principi, Bætica populo relicta est; et mittitur in eam proconsul, qui habet quæstorem et legatum; reliqua autem Hispania Cæsaris est: et mittuntur in eam duo legati, prætorius et consularis.'

Addit deinde, *prætorium* Lusitaniæ præfuisse, cum unico legato: *consularem* reliquæ, cum tribus legatis tribusque legionibus.

Consentit et Dio l. LIII. qui diserte 'Bæticam populo assignat; Lusitaniam et Tarraconensem Cæsari.'

Quid igitur Appiano in mentem venit scribere, de bello Hispaniensi, extremo? 'ab eo tempore,' (quo Cantabri ab Augusto victi,) 'Romani Iberiam, quæ hodie Hispania dicitur, in tres partes dividere cœpisse mihi videntur; in quarum duas, annuos magistratus senatus mittit; in tertiam vero præsidem Imperator.' Quæ a falso nunquam excusem, nisi quid mutavit ejus ævo.

Strabo etiam libro ult. duas Hispanias recensere inter eas, quæ populi sunt, videtur, sed videtur: eaque res interpretem decepit; qui etiam τὴν ἐντὸς Ἰβηρίαν, id est, *ulteriorem*, sive *exteriorem* Hispaniam, turpiter *interiorem* convertit.

Vellem monuisse eruditissimum Casaubonum, cujus ad Strabonem probas sane notas jam nunc vidi. *Lipsius.*

Provinciam Lusitaniam] Lusitania, provincia Hispaniæ Ulterioris, ad Oceanum occidentalem. Hodie regnum *Algarve* integrum, et pars major regni *Portugalliæ;* hæc duo regna parent regi Portugalliæ, suntque in Hispania hodierna. His addenda pars meridionalis regni *Leon*, et pars orientalis regni Castellæ Veteris et Novæ, vulgo *Castille;* hæc duo regna sunt sub dominio regis Catholici seu Hispaniæ, et in parte media Hispaniæ recentioris. *Tillem.*

[f] *Comiter administrata provincia*] Sic Suet. Oth. 3. 'Provinciam administravit quæstorius per decem annos, moderatione atque abstinentia singulari.'

Comiter administrata provincia] Supra Tac. XIII. 46. 'Non ex priore infamia, sed integre sancteque egit, procax otii et potestatis temperantior.'

[g] *Nec segnis*] Nempe *statim* Otho in partes Galbæ *transgressus est*, nondum sublato Nerone: *nec segnis* fuit; nam scil. acribus ministeriis bellum juvit, *donec bellum fuit;* nempe tum parabatur bellum adversus Neronem.

Et ille paratus, *bellum* proprie vocatur, licet nullum prælium committatur; et revera nullum prælium commissum est adversus Neronem aut Neronis duces, illorum ignavia et proditione.

Itaque *nec segnis Otho*, dum bellum

Digitized by Google

præsentes splendidissimus, spem adoptionis, statim conceptam, acrius in dies rapiebat: faventibus plerisque militum,[h] prona in eum aula Neronis, ut similem.

14. Sed Galba, post nuntios Germanicæ seditionis, quanquam nihil adhuc de Vitellio certum,[i] anxius quonam exercituum vis erumperet, ne urbano quidem militi confisus, quod remedium unicum rebatur, comitia Imperii[j] transigit:

bellum fuit, inter comites munificentissimus, cupidinem adoptionis statim præsumtam animo, animosius indies raptum ibat: juvantibus plerisque militarium, et *procliri in eum domo Neronis, ut similem.*

At Galba post acceptas literas Germanicæ discordiæ, quamvis nihil etiam tum de Vitellio compertum esset, *æstuans pendensque animi, quonam legionum violentia erumperet, ne prætorianis quidem cohortibus fidem habens, quod subsidium unicum arbitrabatur, habet* ipse *comitia principatus. Ascitoque præter Vinium et Laconem,*

NOTÆ

fuit; et *donec bellum fuit*, erat etiam ipse *inter* comites et *præsentes splendidissimus.*

Vel lege et intellige hoc sensu: *Nec segnis, donec bellum fuit:* et post bellum, nempe, oppresso Nerone, *inter præsentes*, seu comites principis, *splendidissimus, spem adoptionis statim conceptam*, scil. splendore et munificentia, *acrius in dies rapiebat.*

[h] *Militum*] Et præcipue prætorianorum. Nempe ob liberalitatem, et quia Otho similis Neroni. Et illi milites pars maxima aulæ Neronianæ; et ex iis favor et fama Othonis in alios exercitus, et in ceterum vulgus militum spargebatur: quod intelligendum præcipue, postquam advectus est cum principe Galba in Italiam et in Urbem.

[i] *Nihil adhuc de Vitellio certum*] Nondum ille rebellaverat, aut nondum auditum; et ab ipso certe non incepit votum aut consilium capiendi imperii, sed a seditione militum et ambitione legatorum Fabii et Cæcinæ, qui ducem et prædam, non principem quærebant.

Et aberat Vitellius ab utrisque castris; et tum certe procul distabat a legionibus superioris Germaniæ. Et 'nocte quæ Kal. Januarias secuta est, in Coloniam Agrippinensem Aquilifer quartæ legionis epulanti Vitellio nuntiat, quartam et duodevicesimam legiones projectis Galbæ imaginibus, in Senatus et pop. Rom. verba jurasse: id sacramentum inane visum.'

Itaque tum Vitellius misit ad legatos legionesque, nempe quibus ipse imperabat; 'qui descivisse a Galba superiorem exercitum nuntiarent; proinde aut bellandum adversus desciscentes, aut faciendum imperatorem,' communi consensu exercituum.

Itaque postero die Fabius Valens audacior, imperatorem Vitellium consalutat, in ipsa urbe Agrippinensi.

Et sic pauci aliquot dies elapsi sunt, priusquam audiretur Romæ rebellio Vitellii. Et nuntius seditionis legionum tribus diebus præcedere potuit nuntium de Vitellii defectione.

[j] *Comitia imperii*] Nempe, quibus eligeret successorem Cæsarem, seu futurum principem, quemadmodum in comitiis eligebantur consules et prætores.

Non proprie hæc *comitia*, sed quasi comitia erant; quia nempe princeps hic fiebat eligebaturque per adoptionem in filium; et perpetuo principa-

Digitized by Google

adhibitoque, super Vinium ac Laconem, Mario Celso, Consule designato,[k] ac Ducennio Gemino,[l] Præfecto urbis, pauca præfatus 'de sua senectute, Pisonem Licinianum[m] arcessi'[1] jubet; seu propria electione,[2] sive, ut quidam crediderunt,[3] Lacone instante, cui apud Rubellium Plautum

Mario Celso destinato consule, et Ducennio Gemino præfecto urbis, pauca prolocutus de *affecta* sua ætate, acciri *jubet* Pisonem Licinianum: *sive proprio consilio, sive, ut nonnulli existimarunt, Lacone impellente, cui cum Pisone amicitia contracta*

1 Sic bene Cl. Ernestus. Vulgo Mss. et libri editi, *accersiri*. Emendatum in Ms. Harl. *accersi*; at vulgatum retinet Ryckius et Gronovius: ille tamen *arcessi* probat.—2 Ita bene veteres ac recentiores editiones. In mediis quibusdam, *dilectione*. Brotier.—3 Freinshemius dedit *tradiderunt* e Ms. Flor.,

NOTÆ

tum habuit qui sic adoptabatur; at non ita in comitiis consulum, aut prætorum, qui tantum annui magistratus, et fiebant electione populi patrumque.

At certe hæc *comitia* transegit Galba solus, ut pater, ut princeps, sponte, nutuque, et arbitrio suo, et adhibitis paucis interioribus amicis, et in consilium magis quam in suffragium vocatis.

Itaque unius patris voce, unius principis suffragiis transacta hæc *comitia*, et in unius candidati dignitatem et decus; qui, vere candidatus principis, repulsam pati non potuit; favore scil. patris ac principis innixus.

Sic et mox adoptavit Nerva Trajanum in ipso Capitolio, sed longe felicioribus auspiciis.

Privatæ adoptiones in comitiis fiebant *apud pontifices;* sed hic *comitia imperii* transiguntur; non autem adoptio fit privati hominis a privato, sed princeps Cæsarem adoptat.

Quæ statim distinguit se ipse Galba: *Si te privatus*, inquit, *lege curiata apud pontifices, ut moris est*, nampe in privatis adoptionibus, *adoptarem*, &c. At *nunc me Deorum hominumque consensu ad imperium vocatum*, &c.

Ubi distinguit privatas adoptiones et comitia in id destinata, a comitiis imperii, quæ nunc ipse princeps, et rerum dominus transigit, haud astrictus privatorum legibus.

[k] *Mario Celso, consule designato*] Non tam, forte, quia consul designatus, quam quia fama belli conspicuus; et præcipue quia amicitia et fide insignis, quia verus ac sincerus amicus principis: quod rarum tali tempore.

[l] *Ducennio Gemino*] Ille est, de quo l. xv. 'Exin Nero tres consulares, L. Pisonem, Ducennium Geminum, Pompeium Paulinum vectigalibus præposuit.' *Lipsius.*

[m] *Pisonem Licinianum*] Suet. Galb. 17. 'Quod ut nuntiatum est, despectui esse, non tam senectam suam quam orbitatem ratus, Pisonem Frugi Licinianum, nobilem egregiumque juvenem .... pro concione adoptavit.'

Pisonem Licinianum] Suet. 17. 'Pisonem Frugi Licinianum nobilem egregiumque juvenem, ac sibi olim probatissimum, testamentoque semper in bona et nomen ascitum, repente e media salutantium turba apprehendit: filiumque appellans, perduxit in castra, ac pro concione adoptavit.'

Digitized by Google

exercita cum Pisone amicitia: sed callide, ut ignotum, fovebat: et prospera de Pisone fama consilio ejus[b] fidem addiderat. Piso, M. Crasso[n] et[4] Scribonia genitus, nobilis utrimque,[o] vultu habituque moris antiqui, et æstimatione recta[p] severus, deterius interpretantibus tristior[q] habebatur: ea pars morum ejus, quo[5] suspectior[r] solicitis,[s] adoptanti placebat.

15. Igitur Galba, apprehensa Pisonis manu, in hunc mo-

erat *apud Rubellium Plautum: sed subtiliter* eum *tanquam incognitum promovebat; et egregia Pisonis existimatio effecerat, ut ipsi consulenti crederetur. Piso filius M. Crassi* et *Scriboniæ, clarus utrimque, vultu cultuque prisci moris, et ex vero judicantibus severus,* at *pejus accipientibus asperior videbatur: ea pars ingenii ejus, quo magis invisa suspectantibus,* eo magis ipsa *arroganti* principi *congruebat.*

Itaque Galba manum Pisonis apprehendens, in eam sententiam orsus dicitur: Si

quem sequitur Brotier. Sic quoque Mss. Reg. Harl. et Jes. In veteribus editionibus, *crediderunt.*—4 Sic Rhen. e Budens. Olim legebatur *ex.*—5 Ita Puteolanus, ac deinde ceteri, præter Ryckium, qui e Ms. Agr. et editione principe, emendavit, *quæ.* Sic etiam habent Mss. Reg. et Harl. Sed in Ms. Harl. postea emendatum, *quo.* Brotier.

NOTÆ

[b] *Consilio ejus*] Nempe bona existimatio Pisonis fecerat, ut consilio Laconis fidem adhiberet Galba.

[n] *Piso, M. Crasso*] Puto, illo M. Crasso Frugi, qui consul fuit cum C. Lecanio Basso, anno 816. sub Nerone; qui ipse e Calpurniis Frugi, in Liciniam gentem adoptione transiit; ut ex cognomine apparet: sicut hic noster iterum e Liciniis ad Calpurnios ivit. *Lipsius.*

[o] *Nobilis utrimque*] Nempe paterno maternoque genere nobilis Piso: ex Calpurnio Numæ filio se ortos ferebant Pisones.

[p] *Æstimatione recta*] Recto veroque judicio hominem æstimantibus, *severus* putabatur; aliis, qui male interpretarentur, morosus et austerus existimabatur. Unde et sævitiam, aut certe nimiam severitatem suspectabant.

[q] *Deterius interpretantibus*] Apud infensos, virtus optima vitii speciem induit: nec erit virtus, nisi cum mutaverint animum; sinistre enim interpretantibus omnia sinistra.

Deterius interpretantibus tristior] Sic in deterius indolem Pisonis interpretatur Otho, infra c. 21. 'Id sibi nocuisse apud senem principem,' Galbam scil. 'magis nocituram apud juvenem (Pisonem,) ingenio trucem,' &c.

[r] *Quo suspectior*] Sic brevitati studet Tacitus. In hoc Piso placebat Galbæ, quod severitatis suspectus esset aliis; et eo magis, quo suspectior illis erat.

[s] *Solicitis*] Expectatio illa adoptionis, suspensos ac solicitos habuit civium sociorumque animos. Et quis mortalium non anxius de moribus et ingenio principis, ex quo publica salus pendet?

Digitized by Google

dum locutus fertur: ‘Si te privatus lege curiata[t] apud Pontifices, ut moris est, adoptarem, et mihi egregium erat[1] Cn.[2] Pompeii et M. Crassi sobolem in Penates meos asciscere, et tibi insigne,[u] Sulpiciæ[v] ac Lutatiæ[3][w] decora nobi-

te privatus arrogarem lege curiata coram Pontificibus, ut fieri solet, *sic* et mihi *tum* decorum esset, in domum meam assumere prolem Cn. Pompeii et M. Crassi, et tibi *etiam* egregium et illustre *foret*, tuis imaginibus adjunxisse

1 Ms. Guelf. *esset*. In Ms. Harl. additum, *erat*, prima manu omissum.— 2 Sic emendandum optime monuit Freinshemius. Perperam Mss. et veteres editiones, *nunc Pompeii*. Male Beroaldus emendavit, *tunc Pompeii*: [et sic Ryckius et Gronovius.] *Brotier*.—3 Cl. Ernestus vult a librariis fuisse omissum, *gentis*. At intelligi potest, *nobilitatis*.

NOTÆ

[t] *Lege curiata*] Veteri jure causas arrogationis subesse oportuit, quas pontifices considerabant, puta, ætasne arrogatoris liberis potius gignendis idonea, bonave ejus, qui arrogaretur, insidiose petita esset.

Causis probatis, comitia, quæ curiata appellantur, præbita sunt, arbitris quandoque ipsis pontificibus; tum a magistratu, qui ad populum ferre legem posset, velut a consule lata fuit rogatio his verbis, ‘Velitis, jubeatis, Quirites, uti L. Valerius L. Titio tam jure legeque filius sibi siet, quam si ex eo patre matreque familias ejus natus esset: utique ei vitæ necisque in eo potestas siet, ut patri endo filio est; hæc ita, uti dixi, ita vos, Quirites, rogo.’ Quæ sunt apud Gell. v. 19. et liquent ex ea Ciceronis, pro domo sua.

Plane quod hic ait Tacitus *adoptarem*, de *arrogatione* ejus, qui sui juris esset, accipiendum est: ut in libris civilis studii, *arrogatio* vocabulo adoptionis continetur. *Vertranius*.

[u] *Et tibi insigne*] Plutarchus agens de Galbæ genealogia, inquit: ‘Ex illustri Serviorum gente trahebat natalium splendorem. Et Tac. histor. II. *Post Julios, Claudios, Servios*; non nihil improprie usus cognomine pro gentilitio, ad significandam Sulpiciorum domum; de qua fusius agentem vide Suet. Galb. 2. et 3.

Sed ‘Galbæ,’ inquit Plut. ‘ingentes spiritus faciebat Catulorum stirps: cum Q. Lutatius Catulus esset ei avus maternus: quod ex Liviæ Augustæ cognatione descenderit.’

Ex lectione mihi non succurrit; quanquam verum sit, cum ‘observasse ante omnes, Liviam Augustam, cujus et vivæ gratia plurimum valuit, et mortuæ testamento pæne ditatus est.’ Suet. 5.

Sed cognationis ne vestigia quidem apud scriptores extant, ut fidem facile ita sentienti abjudicem.

Novercam tantum habuit Liviam Ocellinam, in cujus nomen ex adoptione transiit, appellatus L. Livius Ocellinus, *usque ad tempus imperii*; si non erronea est Suet. Galb. 4. sententia. *Savilius*.

Familias intelligit, ex quibus ortus Galba. Ex Sulpicia genus et nomen paternum; ex Lutatia genus maternum ducebat: qui, ex Mummia Achaica natus, statuarum titulis pronepotem se Q. Lutatii Catuli Capitolini scripserit.

[v] *Sulpiciæ*] Suet. Galb. 3. ‘Qui primus Sulpiciorum cognomen Gal-

Digitized by Google

NOTÆ

bæ tulit: cur aut unde traxerit, ambigitur. Quidam putant, quod oppidum Hispaniæ, frustra diu oppugnatum, illitis demum galbano facibus succenderit: alii, quod in diuturna valetudine, galbeo, id est, remediis lana involutis assidue uteretur: nonnulli, quod præpinguis fuerit visus, quem galbam Galli vocent: vel contra, quod tam exilis, quam sunt animalia, quæ in esculis nascuntur, appellanturque Galbæ.'

Tibi insigne Sulpiciæ] Certe nobilis Galba, et ita *post fortunam* gloriabatur, ut teste Sueton. 2. 'stemma in atrio proposuerit, quo paternam originem ad Jovem; maternam ad Pasiphaën, Minois uxorem, referret.'

Hoc comparare licet cum eo loco Pausaniæ l. v. 'Et is quidem, cujus in scuto, pro insigni, gallus gallinaceus, Idomeneus est, Minois nepos, a Pasiphaë Solis filia oriundus. Gallinaceum certe Soli sacram avem celebrant, quod cantu solis ortum nuntiet.'

Certe adversus Galbam, invitis Diis, rebellasse visus est Vitellius, quem cum occideret Tribunus, duceretque ad scalas Gemonias, tum ad *Rostra*, quo loco occisus Galba fuerat, infesto mucrone gladiorum aspicere identidem milites cogebant.

Et quod mirum, teste eodem Suetonio, avis illa, *Gallus* scilicet *gallinaceus*, Soli amica, et consequenter soboli Galbæ, vindicavit Galbam, Vitelliumque imperio deturbavit.

Sic Sueton. Vitell. 9. 'Viennæ pro tribunali jura reddenti gallinaceus supra humerum, ac deinde in capite astitit.' Et c. 18. 'Non aliud prædixerant, quam venturum in alienjus Gallicani hominis potestatem, siquidem ab Antonio Primo adversarum partium duce oppressus est; cui, Tolosæ nato, cognomen in pueritia Beeco fuerat. Id valet gallinacei rostrum.'

Igitur vindicatus Galba est ab ave dicata Soli patri Pasiphaës, cui maternam stirpem ascripsit, et ascribi Galba voluit.

Hæc valde incerta; quemadmodum et alia ostenta plurima, in quibus memorandis nimius est Suetonius.

Et forte vitium hoc sæculi, non Suetonii fuit. Attamen fatis destinata hæc, *post fortunam credidimus.*

* *Lutatiæ*] Suet. Galb. 3. 'Pater consulatu functus, quam brevi corpore atque etiam gibber, modicaque in dicendo facultate, causas industrie actitavit. Uxores habuit Mummiam Achaicam, neptem Catuli, proneptem L. Mummii, qui Corinthum exscidit,' &c.

'Ex Achaica liberos, Caium et Servium, procreavit. Quorum major Caius, attritis facultatibus, urbe cessit, &c. Servius Galba Imperator,' &c. Et supra Galb. 2. 'Neroni Galba successit, nullo gradu contingens Cæsarum domum; sed haud dubie nobilissimus, magnaque, et vetere prosapia; ut qui statuarum titulis se pronepotem Q. Catuli Capitolini semper ascripserit: Imperator vero etiam stemma in atrio proposuerit, quo paternam originem ad Jovem; maternam ad Pasiphaën, Minois uxorem, referret.'

Lutatiæ decora] Certe nobilis ac vetusta, et jam olim consularis triumphalisque gens Lutatiorum fuit. Val. Max. l. ii. 'C. Lutatius consul et Q. Valerius prætor, circa Siciliam, insignem Pœnorum classem deleverant, quo nomine Lutatio consuli triumphum Senatus decrevit. Cum autem Valerius sibi eum quoque decerni desideraret, negavit id fieri oportere Lutatius, ne, in honore

Digitized by Google

litati tuæ adjecisse. Nunc me, Deorum hominumque consensu[x] ad Imperium[y] vocatum, præclara indoles tua et amor patriæ impulit, ut Principatum, de quo majores nostri armis[z]

nobilitatem Sulpiciorum ac Lutatiorum. Nunc me, Deorum populorumque *omnium* consensu ad principatum evectum, eximia tua virtus, et cura Reip. induxit, ut imperium, de quo patres nostri bello contendebant, armis conse-

NOTÆ

triumphi, minor potestas majori æquaretur.'

[x] *Nunc me, Deorum hominumque consensu*] Id dicit propter prodigia, quæ ipsi imperium portendere. Sic Suet. Galb. 4. 'Constat Augustum, puero adhuc salutanti se inter æquales, apprehensa buccula dixisse, *καὶ σὺ, τέκνον, τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παραπρώξῃ*. Sed et Tiberius, cum comperisset imperatum eum, verum in senecta: Vivat sane, ait, quando id ad nos nihil pertinet. Avo quoque ejus fulgur procuranti, cum exta de manibus aquila rapuisset, et in frugiferam quercum contulisset, summum, sed serum, imperium portendi familiæ responsum est. Et ille irridens: Sane, inquit, eum mula pepererit. Nihil æque postea Galbam tentantem res novas confirmavit, quam mulæ partus; ceterisque, ut obscœnum ostentum abhorrentibus, solus pro lætissimo accepit, memor sacrificii, dictique avi. Sumta virili toga, somniavit fortunam dicentem, stare se ante fores defessam: et nisi ocyus reciperetur, cuicumque obvio prædæ futuram,' &c.

Hominumque] Sic Suet. Galb. 9. 'Carthagine nova conventum agens, tumultuari Gallias comperit. Legato Aquitaniæ auxilia imploranti, superveneruut Vindicis literæ, hortantis, ut humano generi assertorem ducemque se accommodaret. Nec diu cunctatus, conditionem, partim metu partim spe, recepit. Nam et mandata Neronis de nece sua ad procuratores clam missa deprehenderat: et confirmabatur cum secundissimis auspiciis et ominibus, tum virginis honestæ vaticinatione; tanto magis, quod eadem illa carmina sacerdos Jovis Cluniæ ex penetrali, somnio monitus, ernerat, ante ducentos annos similiter a fatidica puella pronuntiata: quorum carminum sententia erat: Oriturum quandoque ex Hispania principem dominumque rerum.'

[y] *Imperium*] Ad imperium magis confugit Galba, metu et nonnulla spe, quam ambitione. Nam cum accepit literas a Vindice de capessendo imperio, jam antea, 'mandata Neronis de nece sua ad procuratores clam missa deprehenderat;' teste Suet. Galba 9.

[z] *De quo majores nostri armis*] An priscos Romanos intelligit? Credo potius intelligere primos Cæsares. Nam illos, de quibus hic, comparare videtur Galba cum se ipso, cum sua victoria; qui principatum bello adeptus erat, et nunc quiescenti Pisoni offerebat.

De quo majores nostri armis certabant] An intelligit certasse inter se majores de imperio? Potius forte intelligit majores olim certasse armis de imperio adversus extraneos hostes, non bello civili.

Attamen hic exempla assumit Augusti, qui certarat armis adversus cives, adversus Brutum et Cassium; dein Lepidum et Antonium Triumviros R. C.

Digitized by Google

certabant,[a] bello adeptus, quiescenti offeram, exemplo D. Augusti,[b] qui sororis filium, Marcellum, dein generum, Agrippam, mox nepotes suos,[c] postremo Tiberium Neronem, privignum,[d] in proximo sibi[e] fastigio collocavit. Sed Augustus in domo[4][f] successorem quæsivit; ego, in Republica;[g]

cutus, pacem agitanti *tibi* elargiar, ad instar D. Augusti, qui in secundo a se fortunæ loco constituit Marcellum, sororis filium, deinde generum Agrippam, postea nepotes suos, et tandem Tiberium Neronem filium uxoris *suæ Liviæ*. Sed Augustus hæredem petivit ex familia *sua;* ego e Rep. non quod cognati,

—4 Mihi non dubium est, Tacitum scripsisse *in domo sua*, et *sua* absorptum esse per primam verbi sequentis syllabam. Nam ita consuetudo loquendi fert, et concinnius opponuntur *domus sua* et *Respublica*. Ernest.

NOTÆ

[a] *Certabant*] Nempe adversus barbaros, non adversus cives: vel forte se comparat cum primis Cæsaribus; forte etiam cum Mario et Sylla, aliisque ducibus Rom. qui de imperio certarunt inter se; ita ut ipse bello paraverit idem imperium, de quo ipsi etiam armis olim certaverant.

Puto, quid simile habet infra Tac. c. 50. ' Prope eversum orbem, etiam cum de principatu inter bonos certaretur. Sed mansisse C. Julio, mansisse Cæsare Augusto victore, imperium; mansuram fuisse sub Pompeio Brutoque Rempub.' &c.

[b] *Augusti*] Tac. Ann. I. 3. ' Ceterum Augustus, subsidia dominationi, Claudium Marcellum, sororis filium, admodum adolescentem, Pontificatu et curuli Ædilitate; M. Agrippam, ignobilem loco, bonum militia et victoriæ socium, geminatis consulatibus extulit; mox, defuncto Marcello, generum sumsit: Tiberium Neronem et Claudium Drusum, privignos, imperatoriis nominibus auxit, integra etiam tum domo sua. Nam genitos Agrippa, Caium ac Lucium, in familiam Cæsarum induxerat.'

[c] *Nepotes suos*] Nempe Lucium et Caium Cæsares, quos ipse adoptaverat domi ' per æs et libram emtos a patre Agrippa.' Suet. Aug. 64.

[d] *Privignum*] Filium uxoris suæ, nempe Liviæ Augustæ.

[e] *Proximo sibi*] His nempe dederat Tribuniciam potestatem, et vocabulum Cæsaris, proconsulare munus, &c.

In proximo sibi fastigio] Intelligit de potestate tribunicia, quæ *proximus* gradus ad imperium et successionem.

Hanc potestatem primo contulit Augustus, non *Marcello*, quem tamen adoptaverat, sed *M. Agrippæ*, dein *Tiberio:* nempe in quinquennium dabat potestatem tribuniciam, et hæc post quinquennium renovari debuit.

Nepotes suos, Julia filia et M. Agrippa genitos, Caium et Lucium Cæsares adoptaverat, et Caium jam proconsulari decore ornatum Orienti componendo præfecerat.

Miserat etiam Lucium ad Hispanienses exercitus. Sed Massiliæ periit morbo, ut et alter apud Orientem. Forte uterque dolo et insidiis Liviæ novercæ absumtus.

[f] *Sed Augustus in domo*] Id est, Augustus quæsivit inter suos, inter propinquos, inter eos qui sui nominis atque gentis essent: ego inter cives et in Rep. *Ferrettus*.

Hinc discas, principibus in auces-

Digitized by Google

non, quia[5] propinquos aut socios belli[h] non habeam; sed affines, aut commilitones mihi desint; sed neque ipse *ego* principatum adeptus

5 Mallet Cl. Ernestus, *non, quin .... socios belli habeam;* vel *non, quo .... non habeam.* At ferri potest vulgata scriptura. *Brotier.*

NOTÆ

sore eligendo, virtutis quam propinquitatis rationem habendam. Plin. Paneg. 'Successorem e sinu uxoris accipias, summæque potestatis hæredem tantum intra domum tuam quæras? Non per totam civitatem circumferas oculos? Et hunc tibi proximum, hunc conjunctissimum existimes, quem optimum, quem Diis simillimum inveneris?'

Vopiscus in Tacito: 'Ingens est gloria morientis principis, Remp. magis amare quam filios.' *Pichena.*

[g] *Ego, in Republica*] Huc alludit, ut videtur, Dagalaiphus Comes stabuli apud Valentinianum: rogante enim principe, quem in Regni consortium asciscceret, respondit: 'Si tuos amas, habes fratrem; si Remp. alium quære.' Marcell. l. XXVI. *Savilius.*

Ego, in Republica] Plin. Paneg. 'Nulla adoptati cum eo, qui adoptabat, cognatio, nulla necessitudo; nisi quod uterque optimus erat, dignusque alter eligi, alter eligere. Itaque adoptatus es, non ut prius alius,' (Tiberius in gratiam Liviæ,) 'atque alius in gratiam uxoris,' (Nempe Nero, in gratiam Agrippinæ:) 'Ascivit enim te filium, non vitricus,' (ut Augustus respectu Tiberii, ut Claudius respectu Neronis,) 'sed princeps: eodemque animo Divus Nerva pater tuus factus est, quo erat omnium. Nec decet, aliter filium assumi, si assumatur a principe. An Senatus populique Rom. exercitus, provincias, socios, transmissurus uni, successorem e sinu uxoris accipias? Summæque potestatis hæredem tantum intra domum tuam quæras? Non per totam civitatem circumferas oculos, et hunc tibi proximum, hunc conjunctissimum existimes, quem optimum, quem Diis simillimum inveneris? Imperaturus omnibus, eligi debet ex omnibus; non enim servulis tuis dominum, ut possis esse contentus quasi necessario hærede, sed principem civibus daturus es imperator. Superbum istud et regium, si adoptes eum, quem constet imperaturum fuisse, etiam si non adoptasses.'

[h] *Propinquos aut socios belli*] Augustus Agrippam et Tiberium adoptavit, tanquam *belli socios*, et alios, ut *propinquos*. Sic Galbæ Otho erat socius belli, et Dolabella, quem Plutarchus tradit, ut sic loquar, ex adoptionis titulo *propinquum* fuisse. Tac. 'Corn. Dolabella propinquitate Galbæ monstratus;' si, ut puto, Plutarcho consentiens eundem intendit hominem. *Savilius.*

Propinquos] Inter *propinquos* Galbæ Dolabella, non inter *socios belli.*

Socios belli] Forte non tantum intelligit eos, qui antea *socii* in bello fuerint; sed potius etiam *socios belli* futuros, quemadmodum Augustus asciverat M. Agrippam, et postea Tiberium, qui bella gererent ipsius auspiciis, et qui partem Reipub. curarum ac laborum susciperent.

Aut socios belli] Præcipue socius belli et victoriæ Augusti M. Agrippa: hoc exemplo potuit Galba deligere aliquem ex belli sociis, quos fortitudo sua approbasset, instar Augusti: seu 'exemplo militari, quo vir virum

Digitized by Google

neque ipse Imperium ambitione[i] accepi:[6] et[7] judicii mei documentum[j] sint non meæ tantum necessitudines,[k] quas tibi postposui, sed et[8] tuæ. Est tibi frater[l] pari nobilitate, natu major, dignus hac fortuna, nisi tu potior esses. Ea ætas tua,[m] quæ cupiditates adolescentiæ jam effugerit: ea vita,

ful cupiditate *imperandi;* et electionis meæ argumentum esse possint non mei solum propinqui, quibus te anteposui, sed etiam tui. Est tibi frater par claritudine, ætate vetustior, et dignus hoc fastigio, nisi tu præstantior esses. Ea ætate es qua lubricum juventæ libidinesque jam evaseris; ea *tua* vivendi

6 Ms. Corb. *recepi.*—7 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Rhenanus, *ut judicii mei.* Sed in Mss. Harl. Bodl. recte postea emendatum, *et.* Brotier.—8 Mss.

NOTÆ

legeret.' Qui modus eligendi optimus, quia judicii est et experimenti; quo probati optimi, et ex virtute sola asciscuntur.

Tac. I. 3. 'Ceterum Augustus, subsidia dominationi, Claudium Marcellum, sororis filium, admodum adolescentem, pontificatu et curuli ædilitate; M. Agrippam, ignobilem loco, bonum militia et victoriæ sociam, geminatis consulatibus extulit.'

[i] *Ambitione accepi*] Potius metu confugit ille ad imperium, quam *ambitione* ulla. Sueton. 9. 'Supervenerunt Vindicis literæ hortantis, ut humano generi assertorem ducemque se accommodaret. Nec diu cunctatus, conditionem partim metu partim spe recepit. Nam et mandata Neronis de nece sua ad procuratores clam missa deprehenderat.'

Et ea certe præcipua causa accipiendi imperium: nec quis potest gloriosius sepeliri quam in solio regio. Si pereundum est, sic perire satius est.

Sic et Vespasianus, ex consilio Muciani, quasi adactus est ad suscipiendum imperium: infra.

[j] *Et judicii mei documentum*] Hoc dicit: Neque ego ambitione, aut malis artibus, imperium quæsivi: et quod te judicio successorem eligam, signum sunt, posthabiti non solum mei *amici*, sed et tui. *Lipsius.* Dicerem potius *propinqui* quam *amici*, ut Lipsius: nam id vult τὰ *necessitudines.*

Et judicii mei] Et quam te solo judicio elegerim; *documentum sint.* tum meæque necessitudines, quas præ te sprevi.

[k] *Necessitudines*] Respicit ad Dolabellam, qui infra, *propinquitate Galbæ monstratus*, et ad fratrem Pisonis.

[l] *Est tibi frater*] Ille est de quo l. IV. Hist. 'Antonius Scribonianum Crassum egregiis majoribus, et fraterna imagine fulgentem, ad capessendam remp. hortatus.'

Est tibi frater] Fuerant quatuor fratres Pisones, Magnus, Crassus, Scribonianus, et Licinianus, qui Cæsar, et de quo hic.

Infra c. 48. 'Magnum Claudius, Crassum Nero interfecerant: ipse dia exul,' sub Nerone, 'quatriduo Cæsar, properata adoptione, ad hoc tantum majori fratri prælatus est, ut prior occideretur.'

[m] *Ea ætas tua*] Infra c. 48. 'Piso unum et tricesimum annum explebat.'

Ea ætas tua] In Trajano idem describit Plin. Paneg. 'Jam honor ca-

Digitized by Google

in qua nihil præteritum[9] excusandum habeas. Fortunam adhuc tantum adversam tulisti; secundæ res[n] acrioribus stimulis animos[10] explorant, quia miseriæ tolerantur,[o] felicitate corrumpimur. Fidem,[p] libertatem,[q] amicitiam,[r] præ-

ratio, qua nihil ante actum *est*, *quod* pœnitendum sit. Fortunam hactenus duntaxat improsperam expertus es; prosperæ res violentioribus stimulis pertentant animos, *quam res adversæ*; quia *nempe* ærumnæ sustinentur, rebus secundis labefactamur. Tu certe eadem *animi* firmitudine servabis constan-

Harl. Bodl. Jes. ac Puteolanus omisere, *et*.—9 Amicus Ryckii emendat *præteriti*.—10 Ita Mss. Flor. Corb. editio princeps, et recentiores. In Mss.

NOTÆ

pitis et dignitas oris; ad hoc ætatis indeflexa maturitas.'

[n] *Secundæ res*] Xenoph. pariter: 'Mihi difficilius esse videtur, o Cyre, invenire hominem, qui secundas res ferat egregie, quam qui adversa fortiter toleret. Prospera quippe ad audaciam et injuriam plerosque mortalium impellunt; adversa vero modestiam omnibus important.'

Et sententia similis Diodoro Siculo expressa l. XIX. 'Quare nonnulli recte arbitrantur, facilius esse ferre calamitates egregie et industrie, quam magnam prosperamque nimis fortunam sustinere sapienter. Quippe res improsperæ, ob futuri metum, curam sui habere cognunt. Secundæ vero res ad omnia contemnenda incitamento sunt.'

Et Catoni illi prisco: 'Adversæ res se domant, et docent quid opus sit facto: secundæ res lætitia trudere solent a recto intelligendo et consulendo.'

[o] *Quia miseriæ tolerantur*] Quoquo modo feruntur; et plures pares sunt ferendis miseriis, quam rebus prosperis: res adversæ animum acuunt, excitant, res secundæ perstringunt, excæcant.

Miseriæ tolerantur] Tolerantur forti animo, aut saltem innocenti. Vexant animum, non corrumpunt. Prospera et magna fortuna, longe magis infesta animis moribusque; et sæpe non sine flagitio paratur, aut obtinetur. Vix modestia comes est fortunæ nimiæ. Et demta modestia, statim ludibria diversæ fortunæ, simul et præcipitia. Et tum animis explosa sententia, e cœlo delapsa, *Nosce te ipsum*.

[p] *Fidem*] *Fidem* nempe erga Deos, patriam, Rempub. principem, leges, &c.

[q] *Libertatem*] Constantiam, nempe, adversus adulatores, et malos ministros, ac potentiores amicos, aut præpollentes libertos, et etiam adversus libidines, atque cetera dominationis et aulæ flagitia.

Ut infra 35. 'Minantibus intrepidus, adversus blandientes incorruptus.'

Libertatem] Quid *libertas* in principe? Certe fiebat Cæsar nondum princeps; et velut in privato adhuc requisita libertas, qua sentiret Piso promeretque constanter, quæ e Repub. esse viderentur.

Etiam requisita *libertas* in principe, qua potentioribus resistat, qua perrumpat iniquitates pessimorum civium. Qua magistratus patresque recenseat, corrigat, qua assentatoribus libertisque aulicis sese obstringi non patiatur. Quippe specimen magni principis est, cum nulli potentiores in aula liberti. Plin. Panег.

Quod dicit de *fide* et *amicitia*; ea,

Digitized by Google

cipua humani animi bona, tu quidem eadem constantia retinebis: sed alii per[11] obsequium imminuent.[s] Irrumpet[12] adulatio,[t] blanditiæ,[u] pessimum veri affectus venenum, sua

tiam, libertatem, *et* amicitiam, quæ præcipuæ humanæ mentis opes; sed alii per obsequelam infringent. Perrumpet assentatio, *arrepent* blandimenta, deterrimum veræ amicitiæ venenum, et sua cuique utilitas. Etiam ego ac

Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *animum*.—11 Ms. Jes. *qui obsequium*. Male Rhenanus, *alii licet per obsequium annuant*. Brotier.—12 Sic bene Ms. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ir-*

NOTÆ

puto, præcipue spectant ad principem. Nempe Piso Cæsar debuit subditis amicisque reddere vicem, *fidem*que servare et *amicitiam;* sed in primis erga principem, qui se adoptasset in filium.

[r] *Amicitiam*] Præsertim erga veteres amicos, in quibus ipse Galba, qui jam ante alios amicorum præcipuus. Nam infra Civilis de Vespasiano, 'cum privatus esset,' inquit, 'amici vocabamur.' Suprema novaque sæpe fortuna veteres amicitias spernit.

Pisoni olim amicus Galba. Suet. XVII. 'Pisonem Frugi Licinianum, nobilem egregiumque juvenem, ac sibi olim probatissimum.... apprehendit, filiumque appellans,' &c.

[s] *Per obsequium imminuent*] Obsequentia, adulatio, blanditiæ, flagitia sunt aulæ et dominantium. Sunt ipsa hæc *venena veri affectus;* et assentatores, sine ullo vero affectu, blanditiis arrepentes, corrumpunt statim mores virtutesque egregiorum principum.

Cæsar electus e privato, affert principatui *fidem, libertatem, amicitiam;* sed illas dotes convellit facile imminuitque adulatio, suadens opposita flagitia: quasi eæ virtutes sint privatorum tantum, non dominantium. Quasi vero non indigeat egregiis amicis dominatio, nec hi vicem velint!

[t] *Adulatio*] Hæc tria differunt tantum secundum magis et minus: *obsequium*, obsequela, seu obsequentia, minus quid videntur quam *blanditiæ*, et *blanditiæ* quam *adulatio*.

Irrumpet adulatio] Sæpe non irrumpit, sed leniter arrepit, quasi dulce venenum, veri amoris specie. Et de his, qui sic fascinari se patiuntur, dici id potest quod habet Plutarchus l. v. Sympos. 'Quid, obsecro, dices de his, qui fascinare semetipsos feruntur? Utique enim auditum tibi hoc est, aut saltem istud legisti: 'Quondam pulcher erat civibus Entelidas: Sed sese ipse videns placidis in fluminis undis, Livore infamis, perdidit, invidiæ; Fascinus attraxit morbum, formamque peremit.' Ferunt enim hunc Entelidam sibi ipsi visum forma insigni, eoque aspectu affectum, hinc in morbum incidisse, valetudinemque cum forma amisisse.'

Sic qui adulationem admittit ultro, non sic se falli sineret, nisi prius sibi abblandiretur, seseque falleret, nisi se ipse fascinaret. Ruentem facile est impellere. Amare sincere et vero animo, consilioque forti sustinere labantem principem, rarum et perdifficile est.

[u] *Blanditiæ*] Vir eruditus distinguit: *blanditiæ: pessimum, &c.* me non assentiente, qui credam blanditias potius hac infamia notari. Cui rei fidem fecerit Plutarchi libellus de adulatore ab amico dignoscendo. *Freinshemius.*

Hæc verba, *pessimum veri affectus*

Digitized by Google

cuique utilitas. [13] Ego, ac tu,[v] simplicissime inter nos hodie loquimur: ceteri libentius cum fortuna nostra, quam

tu sincere invicem hodie colloquimur; ceteri libentius cum fastigio nostro,

rumpent.—13 Ryckius et Brotier. habent *etiam ego:* Gronovius *et jam ego:* Quidam Mss. *etenim ego.*

NOTÆ

venenum, vel referuntur solum ad blanditias, vel forte ad adulationem et blanditias; ita ut sensus sit, adulationem et blanditias pessimum veri affectus venenum esse.

Posset etiam dici: *sua cuique utilitas pessimum veri affectus venenum*, congruo sensu.

Sed malim sic intelligere: Irrumpet adulatio; irrumpent blanditiæ pessimum veri affectus venenum. Irrumpet sua cuique utilitas.

[v] *Ego, ac tu*] Quidam legunt *Etiam ego, &c.* At illud *etiam*, hoc loco supervacuum et ineptum videtur, ac suspicor ad antecedentia pertinere: sic ergo legerim: *sua cuique utilitas etiam. Ego ac tu.* Pichena.

Forte leg. *et jam.* Nam illum adoptare incipit Galba.

Etiam] Τὸ *etiam* ita vertunt, ut videatur Galba præcavere aliquam postea corruptionem Pisonis ex luxu, licentia, et magnitudine imperii quod ipsi defert; et quasi non postea tam simpliciter sint locuturi inter se Cæsares, cum evectus in id fastigium Piso fuerit.

Id potuit certe contingere; sed simplicius locus hic capiendus est.

Opponit tantum Galba simplicitatem suam et Pisonis cum privatis, qui principes adeunt. Tum quippe in privatorum ore et sermone nulla sinceritas, nullus fere verus affectus erga dominantem, aut quia nolunt, aut quia non audent; et sæpe quia insolentem audiendi vera sciunt principem; ideoque libentius adulantur, quam vere aut libere loquuntur. Vera suadere principi multi laboris est: assentatio sine affectu peragitur, ait Tacitus.

Ego ac tu simplicissime] Ego ac tu *hodie simplicissime*, et vero ac sincero affectu *inter nos loquimur.* Forte in posterum amplitudo fortunæ imminuere possit *fidem, libertatem*, atque *amicitiam.*

Forte alii per adulationem hæc imminuent, qui potius cum principe quam cum amico loquuntur, qui in nobis jam respiciunt fortunam *libentius*, quam amicitiam; et utilitatem propriam ac privatam, potius quam principis et Reipublicæ.

Colunt, amant in nobis Regem, non Alexandrum; Principem, non Galbam aut Pisonem. Solam adorant purpuram, spreta conscientia, per incuriam boni publici.

Ego ac tu] Ego pater, tu filius; ego princeps, tu Cæsar, simplicissime etiam inter nos loquimur: verum affectum etiam hodie principes nos, et totam fidem totamque libertatem in suadendo aut dissuadendo quæ sint e Repub. retinemus.

At alii jam et *hodie*, cum princeps electus es, jam libentius ad fortunam nostram advertunt, quam ad verum et sincerum affectum. Colunt majestatem seu dignitatem imperatoris; assectantur fortunam libentius quam fidem.

In nobis principem respiciunt potius quam amicum; quia *suadere principi quod oporteat*, quia egregium dare consilium principi, ut verum amicum, ut

Digitized by Google

nobiscum. Nam suadere Principi, quod oporteat,[w] multi laboris:[x] assentatio erga Principem quemcumque sine affectu[y] peragitur.

quam nobiscum. Quippe consulere principi, quod expediat, multæ operæ: adulatio erga imperitantem quemcumque, sine caritate perficitur.

NOTÆ

amplissimum virum deceat, *multi laboris est; assentatio* vero erga quemcumque dominantem facilis, et sine labore, *sine* vero *affectu peragitur.*

[w] *Suadere principi, quod oporteat*] Plin. lib. III. Epist. 18. ' Præcipere, qualis esse debeat princeps, pulchrum quidem, sed onerosum, ac prope superbum est; laudare vero optimum principem, ac per hoc posteris, velut e specula, lumen quod sequantur ostendere, idem utilitatis habet, arrogantiæ nihil.'

[x] *Multi laboris*] Puto id sic intelligendum. *Nam suadere principi quod oporteat, multi laboris*, nec sine magno affectu; *assentatio erga principem quemcumque*, et sine labore, et *sine affectu peragitur;* aut si quis sit affectus, affectus est assentantis in seipsum, non in principem cui assentatur.

Suadere principi, quod oporteat, multi laboris] Quod eleganter describit Sallustius Orat. 2. ad Cæs. de Repub. ordin. ' Scio ego quam difficile atque asperum factu sit, consilium dare regi aut imperatori, postremo cuiquam mortali, cujus opes in excelso sunt: quippe cum et illis consultorum copiæ adsint; neque de futuro quisquam satis callidus satisque prudens sit. Quinetiam sæpe prava magis, quam bona consilia prospere eveniunt: quia plerasque res fortuna ex lubidine sua agitat.'

Sic Seneca de Benef. VI. 32. de Augusto: ' Deinde cum, interposito tempore, in locum iræ subisset verecundia, gemens, quod non illa silentio pressisset, quæ tamdiu nescierat, donec loqui turpe esset, sæpe exclamavit: Horum nihil mihi accidisset, si aut Agrippa, aut Mæcenas vixisset.

' Adeo tot habenti millia hominum, duos reparare difficile est. Cæsæ sunt legiones; et protinus scriptæ: fracta classis; et intra paucos dies natavit nova: sævitum est in opera publica ignibus; surrexerunt meliora consumtis. Tota vita, Agrippæ et Mæcenatis vacavit locus.

' Quid putem? Defuisse similes, qui assumerentur, an ipsius vitium fuisse, qui maluit queri, quam quærere? Non est quod existimemus, Agrippam et Mæcenatem solitos illi vera dicere: qui si vixissent, inter dissimulantes fuissent.

' Regalis ingenii mos est, in præsentium contumeliam, amissa laudare; et his virtutem dare vera dicendi, a quibus eam audiendi periculum non est.' Difficile est dare consilium, sed longe difficilius est accipere.

Idem Seneca de Benef. VI. 30. ' Omnia sane excluserit opulenta felicitas: monstrabo tibi, cujus rei inopia laborent magna fastigia, quid omnia possidentibus desit. Scilicet ille, qui verum dicat, et hominem inter mentientes stupentem, ipsaque consuetudine pro rectis blanda audiendi, ad ignorantiam veri perductum, vindicet a consensu concentuque falsorum.

' Non vides, quemadmodum illos in præceps agat exstincta libertas, et fides in obsequium servile submissa, dum nemo ex animi sui sententia suadet dissuadetque, sed adulandi cer-

Digitized by Google

16. ‘ Etiam, si immensum Imperii corpus stare ac librari[a] sine rectore[a] posset, dignus eram, a quo Resp. inciperet:[b]

Si vasta imperii moles consistere ac temperari sine gubernatore posset, idoneus eram, a quo Resp. initium haberet. Nunc eo necessitatis jam pridem

NOTÆ

tamen est, et unum amicorum omnium officium, una contentio, quis blandissime fallat?

‘ Ignoravere vires suas, et dum se tam magnos, quam audiunt, credunt, attraxere supervacua, et in discrimen rerum omnium perventura bella; utilem et necessariam rupere concordiam: secuti iram, quam nemo revocabat, multorum sanguinem hauserunt, fusuri novissime suum.

‘ Dum vindicant inexplorata pro certis, flectique non minus existimant turpe, quam vinci, et perpetua credunt, quæ in summum perducta, maxime nutant. Ingentia super se ac suos casura regna fregerunt; nec intellexerunt, in illa scena, et vanis et cito diffluentibus bonis refulgente, ex eo tempore ipsos nihil non adversi expectare debuisse, ex quo nihil veri audire potuerunt.’

[y] *Sine affectu*] Quid facilius, quam verba dare? quid facilius quam accommodare se ultro voluntati ac libidini principis? In eo certe neque ars, neque cura, aut industria, nullus labor, nullum periculum, immo præda amplior, certior, et uberior. Sed certe assentatio vetus et dulce in aula malum, quod semper arguetur, semper vetabitur, semper retinebitur.

[a] *Ac librari*] Id est, contineri, regi, et quiete haberi. Ita ut nullæ partes aliis altius, vel in alias insurgerent, metaphora ducta a lancibus trutinæ, quæ æquo pondere librantur.

Quidam exemplum in pelle seu corio bovis proponebat, in cujus medio si staret imperator, reliquæ partes æquatæ et tranquillæ; si in aliquo extremo, remotæ partes insurgebant ac movebantur. ‘Jupiter in plano cum cerneret æthere risit.’

[a] *Sine rectore*] Id est, sine imperatore, sine principe, qui unus Remp. regeret.

[b] *Dignus eram, a quo Resp. inciperet*] Revera dignus, ut qui imperium tantum occupaverit, ut se orbi vindicem et generi humano assertorem accommodaret ut qui in successore virtutem solam, et in sola Rep. successorem quæsiverit. Tac. ‘ Capax imperii, nisi imperasset.’

Dignus eram] Quia, nempe, ex innocentia, abstinentia, et virtutis ac disciplinæ militaris fama electus erat: sufficiebat et *dignus* erat Galba imperio, si possibile esset stare illud *sine rectore*. Quia, nempe, ipse deturbarat Neronem cervicibus publicis, et libertatem Reip. asseruerat.

Si hoc sufficiebat Reipub. certe *dignus* erat Galba, a quo sic Respub. a quo libertas inciperet: At quia, inquit, senex sum, et jam pridem *pacis interfuit*, Rempub. in unum transferri, et ab uno regi, sic pridem *huc necessitatis ventum est*, ut jam *mea senectus*, nihil majus, nihil amplius conferre populo Rom. possit, *quam bonum successorem, nec tua juventa, quam bonum principem.*

A quo Resp.] Id est, libertas Reip. seu optimatum dominatio, ἀριστοκρατία nempe, seu eadem forma Reip. quæ fuit priscis temporibus ante domina-

Digitized by Google

nunc eo necessitatis jam pridem[d] ventum est, ut nec mea senectus conferre plus Populo Rom. possit, quam bonum successorem, nec tua plus juventa, quam bonum Principem. Sub Tiberio et Caio[e] et Claudio unius familiæ[f] quasi hære-

devenimus, ut nec mea ætas contribuere plus populo Rom. possit, quam egregium imperii hæredem; nec tua plus adolescentia, quam egregium imperatorem. Sub Tiberio, Caio, et Claudio unius domus veluti successio fui-

NOTÆ

tionem Cæsarum. Sublato Nerone, vindicare Rempub. potuit, non vero regere ob senectutem.

[d] *Nunc eo necessitatis jam pridem*] Nempe propter immensam imperii molem, quæ stare et librari *sine rectore* nequaquam potuit: *jam pridem*, nempe jam a Syllæ temporibus, Pompeii et Cæsaris.

De Aug. Tac. Ann. I. 'Neque provinciæ illum rerum statum abnuebant;' (nempe quo unus Remp. regeret,) 'suspecto senatus populique imperio ob certamina potentium, et avaritiam magistratuum; invalido legum auxilio, quæ vi, ambitu, postremo pecunia turbabantur.'

Sensus igitur est: Eo statu, quo nunc res sunt, et ea forma Reip. quæ nunc est, nec aliter potest esse, nunc sic nec mea senectus conferre plus populo Rom. possit, quam bonum successorem, nec tua plus juventa, quam bonum principem.

Necessitatis] Duo hic innuit, nempe, *nunc eo necessitatis jam pridem ventum est*, ut imperii corpus sine rectore librari, et sine principe stare non possit Respub.

Simul eo necessitatis etiam ventum est, quod ad nos spectat, *ut nec mea senectus conferre plus pop. Romano possit, quam bonum successorem, &c.*

[e] *Sub Tiberio et Caio*] Sed cur Neronem omittit? Credo, quia Tiberius, et Caius, et Claudius, qui successionis continuatione principatum tenuerunt, ejusdem familiæ Claudiæ erant; Nero autem in ea tantum per adoptionem. *Pichena.*

Neronem omittit, quia sufficiebat memorasse Claudium, a quo adoptatus est Nero, et quia nomen infestum malique ominis; præsertim in adoptione novi principis. Forte et quia multi mali cives militesque desiderabant Neronem, ob avaritiam Galbæ.

Sub Caio] Omittit Neronem, exhorrescens, velut ultimum dominationis portentum; et quia parum lepida aut concinna oratio, si tot enumerare simul nomina principum cogeretur.

Sub Tiberio] Cur omittit hic Neronem, qui et adoptatus erat a principe, quemadmodum Tiberius? Puto, quia dolo et scelere Agrippinæ electus erat. Et quia nomen Neronis invisum; ideo id dissimulat.

Etiam nomen Augusti præterit, quia nullius hæres fuit, qui jure possideret Rempub. Forte ne sic Tacitus omnia dicere videretur. Sic minus gravis, sic langueret oratio.

[f] *Unius familiæ*] Claudiæ scilicet. *Ferrettus.* C. Julius adoptabat Augustum, Augustus Liviam et Tiberium, hic Germanicum, cui filius Caius, frater Claudius: tandem Claudius adoptabat Neronem, in quo exstincta Juliorum stirps. Auson. 'Æneadum generis qui sextus et ultimus hæres, Polluit et clausit Julia sacra Nero.' *Savilius.*

Digitized by Google

ditas[g] fuimus: loco libertatis[h] erit, quod eligi cœpimus.[i] Et, finita Juliorum Claudiorumque domo, optimum quemque adoptio inveniet. Nam generari et nasci à Principibus, fortuitum, nec ultra æstimatur:[j] adoptandi judicium integrum;[k] et, si velis eligere, consensu monstratur.[l] Sit ante

mus: *nunc* instar libertatis erit, quod creari cœpimus. Et exstincta Juliorum Claudiorumque stirpe, egregium quemque arrogatio reperiet. Quippe gigni et nasci ab imperitantibus ex libito fortunæ *est*, nec ultra eligit animus: arrogandi ratio, *seu prudentia* incorrupta *est*, et si cupias eligere, *successor* consensu *populorum* ostenditur. Proponatur ad oculos Nero, quem multis

NOTÆ

[g] *Hæreditas*] Imperium excipiebant, quasi paternam hæreditatem: imperio succedebant jure cognationis et propinquitatis; non eligebantur ex virtute, fama et bonis artibus.

[h] *Libertatis*] Quasi diceret, *sub Tiberio, Caio et Claudio unius familiæ quasi hæreditus fuimus*, quod instar necessitatis et servitutis fuit; at nunc *loco libertatis erit*, quod non hæreditate, sed electione, imperium accepimus.

[i] *Quod eligi cœpimus*] Nempe Galba a Rep. et Piso in Republica delectus erat.

[j] *Nec ultra æstimatur*] Nec ultra inquiritur aut examinatur. Nullas ibi partes habet prudentia, nullas, consilium aut ratio: non ultra res agitatur, non deliberatur, nec ultra judicatur.

Nec ultra] Nec ultra res consilio aut judicio perpenditur, examinatur. An filius, qui generatur a principe, dignus sit imperio, nullatenus ex judicio pendet.

At longe aliter se habet adoptio, quæ tota in potestate adoptantis est, et quæ fit delectu, consilio, et *judicio integro*. Quod nempe judicium non corrumpitur natura aut ullo affectu.

Eligit et assumit princeps successorem; quem nulla ratio, nisi virtutis et indolis, eligere aut assumere cogebat.

Æstimatur] Sic vertunt: 'Nec illi ultra, opinione, existimatione aut fama bona censentur in vulgus. Et infra, *Æstimantibus*, vertunt: Qui de me bene existimarunt. Sed potius est, Qui me dignum imperio censuerunt, judicarunt.

Ita comparat nascentes in regia aut purpura principes, cum iis qui adoptantur vel eliguntur; ita ut princeps nascens, partus sit, seu fœtus solius naturæ, bene an male, non ultra judicatur, aut æstimatur.

At princeps adoptatus, fœtus est animi et judicii, ex parte principis adoptantis; fœtus vero virtutis suæ, et famæ, ob quam adoptatur, simul et judicii populorum destinantium illum imperio: quod in cunis regiis purpureisque non reperias.

[k] *Adoptandi judicium integrum*] Proprium, liberum, non commune cum fortuna: et si volueris eligere, inde cognoscitur, quod consensus omnium sequitur eligentem; plerumque enim electio est plurium et optimi. *Ferretus.*

Immo eligens sequitur consensum plurium, qui demonstrant, quem eligi optimum sit. Igitur sensus est, quasi diceret: Si principi nascitur successor, non penes ipsum est ultra rem æstimare.

At cum adoptat, res integra est, et de qua judicare libere potest; et si semel eligere voluerit, populorum

Digitized by Google

oculos Nero, quem, longa Cæsarum serie tumentem, non Vindex cum inermi[m] provincia, aut ego cum una legione,[n] sed sua immanitas, sua luxuria, cervicibus publicis depulere:[1] neque erat adhuc[o] damnati Principis exemplum. Nos bello

Cæsarum imaginibus superbientem, non Vindex cum inermi Gallia, aut ego cum una legione; sed sua sævitia, suæ libidines cervicibus publicis deturbavere: neque fuerat hactenus damnati imperatoris exemplum. Nos armis,

1 Ms. Corb. *depulerit*.

NOTÆ

consensus demonstrat, quis tali electione dignus sit.

Qui nascitur, is veluti fortunæ judicio, seu libito succedit: at qui adoptatur, is veluti mentis et prudentiæ fœtus dici potest.

Τὸ *integrum* possit etiam intelligi, non solicitatum, nec ullo affectu corruptum, nisi Reipub.

[l] *Consensu monstratur*] Plin. Paneg. 'Audiebas senatus populique consensum. Non unius Nervæ judicium illud, illa electio fuit. Nam qui ubique sunt homines, hoc idem votis expetebant: ille tantum jure principis occupavit, primusque fecit, quod omnes facturi erant: nec hercule tantopere cunctis factum placeret, nisi placuisset, antequam fieret.'

[m] *Inermi*] Quia pacata, et quam satis tuebantur octo legiones, quæ apud Rhenum in castris et præsidiis, et quia undique cincta viribus et copiis Rom.

Et quid moliantur Galli undique circumdati, Hispania, Italia, Germania, Britannia? Ideoque legatus Aquitaniæ petebat auxilium adversus Vindicem ex Hispania a Galba; sed statim 'sensit medios delapsus in hostes.'

Cum inermi provincia] Quia Gallia, seu pars illa Galliæ, cui præerat Vindex, erat inter provincias, quas nullæ legiones, nulla castra tuebantur. Erat ea provincia publica, seu populi Romani, non Cæsaris; ideoque *inermis*.

[n] *Cum una legione*] Una tantum? Atqui antea tres in illa parte Hispaniæ, τρία τάγματα, *tres legiones*, collocat sub Augusto Strabo. Etiam sub Tiberio noster, 'Hispaniæ,' inquit Ann. IV. 'recens perdomitæ tribus habebantur.'

Sed iis ipsis verbis assignificat, id mutatum, et imminutas legiones, animis ejus gentis tempore imminutis et fractis.

Itaque in Tarraconensi, cui Galba præfuit, una tunc legio. Suet. Galb. 10. ostendit exercitum fuisse: 'legionis unius, alarum duarum, trium cohortium.' *Lipsius*.

Cum una legione] Sexta nempe. Hist. V. 'Principem Galbam sextæ legionis auctoritate factum.' *Savilius*. Ideoque forte altera legio, quam rebellans scripserat Galba, septima Galbiana appellata est.

Cum una legione] Non opus multis copiis ad retinendam Hispaniam, quæ circumdata copiis, illinc Africæ, et hinc Aquitaniæ orbe, ceteræque Galliæ Germanicæ, aut etiam Britanniæ. Libertas jam sublata ex oculis mortalium.

[o] *Neque erat adhuc*] Scilicet ante Neronem. Sic Suet. Ner. 49. 'Inter moras perlatos a cursore Phaontis codicillos præripuit, legitque, se hostem a senatu judicatum, et quæri, ut puniatur more majorum.'

Digitized by Google

et ab æstimantibus[2] [p] asciti, cum invidia,[q] quamvis egregii, erimus.[r] Ne[3] tamen territus fueris, si duæ legiones[s] in hoc concussi orbis motu nondum[4] quiescunt. Ne ipse quidem ad securas res accessi: et, audita adoptione, desinam videri senex; quod nunc mihi[5] unum objicitur. Nero a pessimo quoque semper desiderabitur: mihi ac tibi providendum est, ne etiam a bonis desideretur. Monere diutius, neque temporis hujus;[t] et impletum est omne consilium, si te bene elegi. Utilissimusque[6] idem ac[u] brevissimus bonarum ma-

et a *civibus rem* judicio librantibus electi, *licet* non sine æmulatione et livore, *tamen* boni erimus. Ne tamen trepidaveris, si duæ legiones nondum pacem agitent in tanta convulsi imperii perturbatione. Ne ipse quidem ad tranquillas res veni: et vulgata arrogatione, non amplius videbor senex, quod nunc solum mihi exprobratur. Nero a deterrimo quoque nunquam non exoptabitur: mihi ac tibi prospiciendum est, ne etiam ab egregiis cupiatur. Hortari diutius, neque occasionis hujus *est*; et peracta est omnis adhortatio, si te feliciter ascivi. Optimaque eadem ac brevissima bonarum malarumque

2 Budens. *exstimantibus*.—3 Sic bene Mss. Reg. Corb. Guelf. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *nec*.—4 Budens. et Puteolan. *non quiescunt*.—5 Quidam Mss. *unum mihi*.—6 Brotierus

NOTÆ

[p] *Et ab æstimantibus*] Nempe judicio nos asciti et electi sumus: supra: 'Nunc me Deorum hominumque consensu ad imperium vocatum.'

[q] *Cum invidia*] Quasi diceret: A bonis et bene æstimantibus asciti, cum invidia tamen nonnullorum, quamvis *egregii* simus; et certe maxime præ Nerone, qui a pessimo quoque semper desiderabitur.

Alii sic intelligunt: quamvis invideant nobis, tamen *egregii erimus*.

Cum invidia quamvis] Puto sic legendum, aut certe intelligendum: *Nos . . . asciti, quamvis cum invidia, egregii erimus*.

[r] *Quamvis egregii, erimus*] Sic legere et intelligere mallem: *Nos* bello et a militibus populisque, recto judicio nos asciscentibus, evecti sumus, *cum invidia* certe aliquorum, *quamvis egregii eramus*.

Erat certe invidia prætorianis, et aliis exercitibus, quod electus esset a legione Hispana. Etiam et in senatu plerique mallent Verginium, et elegissent ultro, nisi bellis iterum civilibus perturbare Remp. metuissent.

[s] *Si duæ legiones*] Nempe, superioris Germaniæ.

Si duæ legiones] *Quintani primanique* in inferiori Germania saxa jecerant in imagines Galbæ. At præcipue exarserant in superiore Germania *quarta* et *duodevicesima* legiones: ruperant imagines Principis; juraverantque in verba S. P. Q. R.

[t] *Neque temporis hujus*] Sic capio: *Et monere te diutius*, non est *hujus temporis*, et *impletum* absolutumque est *omne consilium*, si non erravit animus, si te feliciter ac prudenter, si te bonum et egregium principem elegi.

[u] *Utilissimusque idem ac*] Talem Trajanum suum Plinius facit Panegyr. 'Meministi quæ optare nobis-

Digitized by Google

larumque rerum delectus est,[7] cogitare, quid aut volueris sub alio Principe,[v] aut nolueris.[8] Neque enim hic, ut in ceteris gentibus,[9w] quæ regnantur, certa dominorum domus, et ceteri servi: sed imperaturus es hominibus, qui nec totam servitutem[x] pati possunt, nec totam libertatem.' Et Galba

rerum electio est, si reputes *animo*, quid aut cupieris sub alio imperatore, aut non cupieris. Neque enim Romæ, ut apud ceteras gentes, quibus rex imperat, certa *est* imperitantium familia, et ceteri servi: sed dominaturus es populis, qui nec totum servitium ferre queant, nec totam libertatem. *Et*

habet *utilissimus idem* e Mss. Corb. Bodl. Bud. quibus suffragantur Mss. Reg. Flor. et editio princeps. In Mss. Harl. Jes. et Puteolanus, *utilissimus quidem*. Pichena et recentiores, *utilissimusque idem*.—7 Brotierus omisit *est*.—8 Ita Ms. Flor. Pichena et recentiores. In ceteris Mss. et veteribus editionibus, inverso ordine, *aut nolueris.... aut volueris*.—9 Budens. *neque enim ut genti-*

NOTÆ

eum, quæ sis queri solitus. Nam privato judicio principem geris, meliorem immo te præstas, quam tibi alium precabare.'

[v] *Sub alio principe*] Philostratus in vita Apollonii, Vespasiano Apollonium interrogante, quomodo imperium recte constitueret: 'Fuit olim,' inquit, 'tibiarum arte quidam præstantissimus, qui discipulos ad se ventitantes, ad vilissimum quemque tibicinum audiendum ire jubebat; videlicet, ut ab ils discerent, quomodo non canere tibiis oporteret. Agedum, o imperator, cum tu jam didiceris, quomodo imperitandum non est, eorum exemplis qui male imperitaverunt, videamus jam quomodo imperandum sit.'

[w] *Ut in ceteris gentibus*] Non intelligit Germanos aut Sarmatas, qui fere pro libito regnabantur. Præcipue respicit hic ad Parthos, quorum Reges maxime superbi, et qui subditos, non ut *cives*, sed ut *servos* regebant; apud quos *certa dominorum domus*, nempe Arsacidarum.

Neque enim alii asciri in imperium poterant; ita ut Parthi *totam servitutem* paterentur; aliter Romani, qui sub Principibus, nondum tamen totam servitutem ferebant, ut nec totam libertatem vindicabant.

Illi, adhuc libertatis pervicaces, eligebant *principem*, qui se *civem* esse meminisset, non *dominum*.

Retinebant speciem aliquam libertatis inter dominationem et servitutem: et ut se *cives* ferebant, non *servos*; ita et qui imperabat, *principem*, non *dominum* agebat.

Sic supra Claudius alloquitur Regem Parthorum: 'Addiditque præcepta, (etenim aderat Meherdates,) ut non dominationem et servos, sed rectorem et cives cogitaret; clementiamque ac justitiam, quanto ignara barbaris, tanto tolerantiora capesseret.' Clementia, justitia, hæ sunt partes *principis* egregii. Aliter, *dominatio* superba est, et impotens.

[x] *Nec totam servitutem*] 'Medio tutissimus ibis.' Tota servitus durior ingenuis, sic et tota libertas laxior civibus bonum publicum amantibus, et libertatem cum virtute ac disciplina cupientibus.

Digitized by Google

quidem hæc ac[10] talia,[y] tanquam Principem faceret;[z] ceteri tanquam cum facto loquebantur.

17. Pisonem, ferunt, statim intuentibus, et mox conjectis in eum omnium oculis, nullum turbati[a] aut exultantis animi motum prodidisse. Sermo erga patrem Imperatoremque reverens, de se moderatus,[b] nihil in vultu[c] habituque mutatum; quasi imperare posset[d] magis, quam vellet. Consul-

Galba quidem hæc et similia disserebat, *velut imperatorem crearet; alii omnes veluti cum* principe *jam facto sermonem habebant.*

Tradunt Pisonem statim inspicientibus, et postea converso in illum omnium vultu, nullum attoniti aut gestientis animi affectum promisse. Colloquium cum parente et principe plenum observantiæ, de se modeste sentiens; nihil in vultu habituque insolitum; tanquam dominari posset magis, quam cuperet. Postea deliberatum, an

bus q. r.—10 Brotier. habet *atque*. Sic Mss. Corb. et Bodl. In Mss. Harl. Jes. necnon editione principe, *hæc et talia*. Puteolanus, *hæc ac talia*.

NOTÆ

[y] *Hæc ac talia*] Sic simpliciter et sincere admonebat Pisonem. Sic admonebat ut filium, et quasi faceret principem. Alii adulatorie et per blanditias, non jam cum Pisone, sed cum principe jam facto; jam cum fortuna principis loquebantur, fatorum inscii.

[z] *Tanquam Principem faceret*] Id est, Galba consilio, alii adulatione. *Savilius.*

Galba, quasi principem faceret, monebat, instituebat ad principatum; ceteri tanquam jam factum principem obsequio et assentatione demereri et conciliare incipiebant.

Faceret] Nempe Pisonem admonebat Galba, tanquam principem faceret, constitueretque; ceteri tanquam certo destinatum successorem imperii, cum tamen alium fata destinarent, et in occulto haberent. Isti *ceteri*, si de multitudine intelligis, non adulantur principem, cum admonent, differuntque sermonibus recens electum Cæsarem; præsertim e vulgo homines, quibus ex humilitate fortunæ nullus fere metus, aut turpis obsequentiæ ratio in dominantes.

[a] *Nullum turbati*] Res prosperæ ac insolitæ perstringunt animum. Nimius splendor fortunæ, repente affulgens oculis, turbare potest mentem privati hominis, qui præter opinionem supra cervices generis humani sublimis attollitur.

Tacitus infra de Vespasiano, cum imperator a legionibus salutatus est Hist. II. 80. 'A metu ad fortunam transierat. In ipso nihil tumidum, arrogans, aut in rebus novis novum fuit. Ut primum tantæ multitudinis offusam oculis caliginem disjecit, militariter locutus,' &c.

[b] *Moderatus*] De se modeste loquitur.

[c] *Nihil in vultu*] Specimen eximiæ virtutis fuit, non mutari animum cum fortuna, et sibi constare semper: quod paucis datum.

[d] *Quasi imperare posset*] Hist. III. de Junio Biæso: 'Nullius repentini honoris, adeo non principatus appetens, ut parum effugeret, quin dignus crederetur.'

Digitized by Google

tatum inde, 'pro rostris,[e] an in Senatu, an in castris[f] adoptio nuncuparetur.' 'Iri in castra,' placuit:[g] 'honorificum

arrogatio publicaretur apud rostra, vel apud patres, aut in castris. *Visum est*

NOTÆ

[e] *Pro rostris*] Nempe si *pro rostris* adoptasset Pisonem, sic apud pop. Rom. et pro concione, *comitia imperii* transegisset Galba. Quod debuit ex more veteris reipub. sed jam *obliterata nomina* libertatis Reipub. S. P. Q. R. et comitiorum magna ex parte.

Itaque spretis *rostris* et concione populi Rom. itum primo *in castra*, deinde *in senatum*, postea haud dubie in Capitolium, ut gratiæ Diis agerentur. In eo templo transacta videtur adoptio Trajani sanctius et felicius. Plin.

Rostris] Rostra suggestus erat e rostris navium Antiatium: erant duplicia, Vetera et Nova. *Vetera* fuerunt ante Curiam Hostiliam in foro Romano, et in octava regione Romæ antiquæ. *Nova* ad Palatii radices: ferebantur autem in Rostris leges, conciones habebantur, &c. *Tillemonius.*

[f] *An in castris*] In castris nempe prætorianis, quæ a Tiberio sunt constituta, cum vagæ ante id tempus et per hospitia dispersæ essent cohortes prætorianæ: in illis porro castris adoptio facta est: *Iri in castra placuit: honorificum id militibus fore.* Et, *apud frequentem*, &c. Ex quo apparet solennia adoptionis non requiri in hisce militum adoptionibus, quæ in testamentariis.

In his enim oportebat scriptum hæredem, et filium, si ratum id haberet, nomen, in quod erat adoptatus, apud prætorem profiteri, ne cui postea nominis mutatio fraudi esset, ut Octavium post Julii mortem, et apertis ejus tabulis, fecisse tradit Appianus. *Lupanus.*

Pro rostris, an in senatu, an in castris] Attamen adoptio Trajani facta est in Capitolio, et melioribus auspiciis. Plin. Paneg. 'Itaque non tua in cubiculo, sed in templo; nec ante genialem torum, sed ante pulvinar Jovis Optimi Maximi adoptio peracta est; qua tandem non servitus nostra, sed libertas et salus et securitas fundabatur: sibi enim Dii gloriam illam vindicaverunt; horum opus, horum illud imperium. Nerva tamen minister fuit,' &c.

Adoptio Trajani facta in Capitolio, ob tumultum militum. De quo idem Plin. Paneg. 'Corrupta est disciplina castrorum, ut tu corrector emendatorque contingeres.' Et in Capitolio obsessum Nervam innuit ibid.

[g] *Iri in castra, placuit*] Tacitus, *Honorificum id militibus fore.* Quia tum, ut habet Suet. Galb. 16. 'Maxime fremebat superioris Germaniæ exercitus, &c. Ergo primi obsequium rumpere ausi Kalendis Januar. adigi sacramento, nisi in nomen senatus recusarunt: statimque legationem ad prætorianos cum mandatis destinaverunt, displicere imperatorem in Hispania factum; eligerent ipsi, quem cuncti exercitus comprobarent.'

Etiam in senatu nuncupatam Pisonis adoptionem fuisse innuit Suet. Galb. 18. 'Observatum etiam est, &c. adoptionis die, neque milites allocuturo, castrensem sellam de more positam pro tribunali, oblitis ministris, et in senatu curulem perverse collocatam.'

Digitized by Google

id militibus fore, quorum favorem, ut largitione et ambitu[h] male acquiri, ita per bonas artes haud spernendum.' Circumsteterat interim palatium[i] publica expectatio,[j] magni secreti impatiens: et male coërcitam famam supprimentes augebant.

18. Quartum Idus Januarias, fœdum imbribus diem,[k] tonitrua et fulgura et cœlestes minæ[l] ultra solitum turbaverant. Observatum id antiquitus[m] comitiis dirimendis non

lri *debere* in castra: decorum id militibus fore, quorum suffragium, ut pecunia et ambitione male comparatur, ita per egregias artes haud temnendum. *Interea populus magna expectatione* erectus ac suspensus, *et ingentis arcani insolens, circumsteterat penates principis, et male compressum rumorem prementes intendebant.*

Quartum Idus Januarias, diem pluviis mœstum, turbaverant præter solitum tonitrua et fulgura et cœlestes metus. Annotatum id olim, quo comitia dimitterentur,

NOTÆ

[h] *Ut largitione et ambitu*] Respicit ad vocem Galbæ supra: 'legi a se militem, non emi.' Et quæ sunt infra: 'Nocuit antiquus rigor et nimia severitas.'

[i] *Palatium*] Vel Domus Augustana, Domus Tiberiana, sedes Imperii Romani, fuit in monte Palatino, et in regione decima Romæ antiquæ: hodie ruinæ vocantur *Palazzo Maggiore*. Sunt in regione Ripæ, vel in regione *Campitelli*, in parte media, versus meridiem Romæ modernæ. *Tillemonius.*

[j] *Publica expectatio*] Id sic intelligendum: Interim palatium circumsteterat populus, expectatione magni secreti impatiens.

Publica expectatio] Populus nempe expectabat adoptionem novi principis, nec sine multa impatientia tolerabat grande illud secretum; scil. quorsum erumperet, et quis tandem procerum adoptaretur in imperium.

Certe plebecula impatiens talium, interim circumsteterat regiam: et gratiosi seu intimi liberti amicique Cæsaris, dum supprimunt famam, aut dissimulant adoptionem adoptandique nomen, eam magis augent.

[k] *Fœdum imbribus diem*] Cum de evehendo principe ageretur, non modo diem, sed et horam, velut huic rei fatalem observabant: quod factum supra in Nerone eligendo, cum duceretur in castra. Attamen hic Tacitus, *ad diritatem diei*, (sic vocat Suet.) non ad observationem astrorum, et ad morem veterum tantum respexit, qui usurpatus in *comitiis dirimendis*.

[l] *Cœlestes minæ*] Plut. Galba: 'Non magna modo egredientem prodigia sunt consecuta: sed et cum in castris quædam perorare de scripto recitata cœpisset, tanta fulgurum tonitruumque multitudo, tantum imbris et caliginis incidit urbi et castris, ut facile appareret, infestam adoptionem Deos aversari.'

[m] *Observatum id antiquitus*] Cic. in Vatin. 'Augures omnes usque ab Romulo, decreverunt, Jove fulgente, cum populo agi nefas esse.' Philip. 5. 'Jove tonante, cum populo agi, non esse fas, quis ignorat?' Et de Divinat. II. 'In nostris commentariis scriptum habemus, Jove fulgurante, comitia populi habere nefas.'

Digitized by Google

terruit Galbam, quo minus in castra pergeret, contemtorem talium, ut fortuitorum;[n] seu, quæ fato manent,[o] quamvis significata, non vitantur.[1] Apud frequentem militum concionem, Imperatoria brevitate,[p] adoptari a se Pisonem, more

non abterruit Galbam, quin se in castra conferret, ut qui despiceret talia, tanquam fortuita; seu, quæ fatis destinata sunt, quamvis præmonstrata, non declinantur. Frequenti militum concione, ea brevitate quæ principem decet, disserit, arrogari a

1 *Vitarentur* Mss. Harl. Guelf. et Ernestus: apposite quidem ad temporum rationem. In Ms. Jes. *viterentur*. Ms. Bodl. et Puteolanus, *vitentur*. In Ms. Bodl. emendatum postea, *vitantur*, quod habent recentiores editiones plurimæ. Mss. Corb. Reg. et editio princeps, *vertantur*. Brotier. qui *vitarentur*

NOTÆ

Paulo post: 'Comitiorum solum vitium est fulmen, quod idem omnibus rebus auspicium optimum habemus, si sinistrum fuerit.' *Savilius.*

Modus loquendi Livio familiaris, l. I. 'Ni degeneratum in aliis, huic quoque decori offecisset.' L. VII. 'Diu non perlitatum tenuerat dictatorem, ne ante meridiem signum dare posset.'

Et inferius: 'Tentatum domi per dictatorem, ut ambo patricii consules crearentur, rem ad interregnum perduxit.' *Pichena.*

Sic de Nerone adoptato Suet. Ner. 8. 'Septemdecim natus annos, ut de Claudio palam factum est, inter horam sextam septimamque processit ad excubitores: cum ob totius diei diritatem, non aliud auspicandi tempus accommodatius videretur.'

Et forte illud idem voluit Tac. Ann. XII. 64. de eodem Nerone: 'Crebroque vulgabat Agrippina, ire in melius valetudinem principis, quo miles bona in spe ageret, tempusque prosperum ex monitis Chaldæorum adventaret.' Attamen expectatum aliquid subtilius ex Chaldæis putem.

[n] *Fortuitorum*] Quæ naturalibus causis et soli naturæ ascribi debuerant, fuerunt *fortuita* respectu cœptorum et consiliorum Galbæ. Quid enim imbres aut tonitrua spectant ad electionem principis? quæ connexio? quis ordo? quæ ratio aut proportio?

Hæc tamen olim spectavere veteres Græci et Latini in concionibus et comitiis; nempe in magistratibus, ducibus, seu imperatoribus eligendis, et quasi mali ominis ea exhorruere.

[o] *Quæ fato manent*] Certe rem notatu dignissimam de hoc ipso Galba narrat Suet. 6. 'Provinciæ Aquitaniæ anno fere præfuit: mox consulatum per sex menses ordinarium gessit. Evenitque, ut in eo ipse L. Domitio patri Neronis, ipsi Salvius Otho pater Othonis succederet, velut præsagium insequentis casus, quo medium inter utriusque filios extitit imperator.'

[p] *Imperatoria brevitate*] Imperatoriæ dignitatis majestatisque, seu principalis fastigii est, *breviter loqui*, nec diu se aut vulgus retinere decorum. Major ex brevitate sermonis reverentia. Ostendi majestas, non vulgari debet.

Digitized by Google

D. Augusti[q] et exemplo militari,[2] quo vir virum legeret,[r] pronuntiat. Ac ne dissimulata seditio in majus crederetur, ultro asseverat, 'quartam et duodevicesimam[3] legiones,

se Pisonem, exemplo seu ritu *D. Augusti, et more militari, quo vir virum assumeret. Ac ne occultata discordia in pejus acciperetur, affirmat ultro* ipse, legiones quar-

recepit.—2 Ita quidem libri omnes. Invertendum tamen multis videtur, *exemplo Divi Augusti, et more militari.* Sic vertit Cl. Davanzati, quem optimus quisque interpres secutus est, 'che adottava Pisone ad esempio d'Augusto, e uso di Milizia che uno elegga un altro.' *Brotier.*—3 Sic omnes scr. et edd. ante Pichenam, qui recepit *duo et vicesimam*, velut historia et Flor. a pr. manu desideraret. At se correxit ipse ad c. 55. Ceterum mirum tamen a sequen-

NOTÆ

[q] *More D. Augusti*] Quod autem adoptare se Pisonem *more militari, quo vir virum legeret*, Galba pronuntiavit, id ex militiæ Rom. antiquis moribus explicandum est.

Apud majores miles quandoque, non ex lege aut ex censu per conquisitionem delectumve scribebatur, sed sive domi cogeretur exercitus, sive pars copiarum præliatura cum hostibus, in expeditionem mitteretur, cum gliscerent pericula, ex iisque casus graviores timerent, soliti fuere milites singuli, notos sibi singulos legere, quos antea ex præclaris facinoribus satis spectatos putarent.

Quod legitur quoque apud Livium l. IX. 'Etrusci lege sacrata coacto exercitu, cum vir virum legisset, quantis nunquam alias antea simul copiis simul animis dimicarunt.'

Eodem alludit M. Tullius, ut quidam observavit ad illa verba Milonianæ: 'Ille qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat, tum neminem, nisi ut virum a viro lectum esse diceres.' *Vertranius.*

[r] *Quo vir virum legeret*] Modus ex militia talis est, quo primus sumeret secundum in acie sibi proximum, secundus tertium, et sic porro omnibus ad extremum usque, velut socios sibi allegentibus.

Exercitus ad eam instructus formam, omni pæne vi major videbatur istis temporibus; certe plurimum in hostes valebat. Liv. l. IX.

Pæne apud Xenoph. I. παιδ. par est descriptio instruendi apud Persas exercitus, seu vere atque ex usu, seu quod dux militia clarus eam judicaret aciem validissimam.

Cyrus nobilissimum quemque numero ducentos exercitatæ industriæ legebat, singuli ex ducentis sibi quatuor alios, donec mille nobiles ille incrementi ordo daret. Nobilium deinde singuli, triginta milites gregarios optabant, decem scil. πελτάστας, totidemque funditores, et sagittarios pari numero. *Savilius.*

Quo vir virum legeret] Veteres cum animosissime in prælium ire parabant, et omni animorum et corporum contentione, pugnæ discrimen capessere instituebant, in ordinanda acie hoc consilium interdum sequebantur, ut vir virum legeret: ut in cujus virtute plurimum fiduciæ esse quisque statueret, eum in acie proximum haberet: cujus latus tegeret, et a quo suum vicissim tegeretur. Virg. Æn. XI. 'Bis Tusci Rutulos egere ad mœnia versos, Bisque rejecti armis respectant terga tegentes. Tertia sed postquam congressi in prælia, totas Implicuere inter se acies, legitque virum vir.'

Digitized by Google

paucis[s] seditionis auctoribus, non ultra verba ac voces errasse, et brevi in officio fore.' Nec ullum orationi aut lenocinium[t] addit aut pretium.[4] Tribuni tamen[u] Centurionesque et proximi militum grata auditu[5 v] respondent: per ceteros mœstitia ac silentium, tanquam usurpatam[w] etiam in pace

tam et duodevicesimam, non ultra petulantiam verborum deliquisse, paucis discordiam incitantibus, et brevi in obsequio futuras. *Nec ullum concioni aut delinimentum adjicit, aut donativum. Tribuni tamen, et centuriones, et propiores militum læta auditu subjiciunt: per alios tristitia et silentium, veluti solennem* alias

tibus editoribus hic *duo et v.* servatum, cum c. 55. *duodev.* exhiberent. Vetus restituit Ryckius (ex Agr.) *Ernest.* Bud. *duodevic. Duoetvicesimam*, bene Pichena e Ms. Flor. Idem vide infra c. 55. Perperam multi Mss. et veteres ac recentiores editiones, *duodevicesimam.* In Ms. Corb. *IIIIem et XXem.* Brotier.—4 Sic Pichena et recentiores, e Ms. Flor. in quo, *addita ut pretium.* Mss. Reg. Agr. editio princeps et Beroaldus, *additum, aut pretium.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *addidit, aut pretium.*—5 Sic bene Mss. Harl. Jes. et Puteolanus ac recentiores. Sic quoque in Ms. Guelf. emendatum altera manu. In Mss. Flor. Reg. Corb. et editione principe, *grata audito respondent.* Ms. Bodl. et Rhenanus, *gratabundi respondent*, et ita notatum in

NOTÆ

[s] *Paucis*] Sic seditionem elevat, minuit, mollitque Galba. Quod non verbis, sed rebus, opibus, pecunia ac donativo facere debuit.

[t] *Lenocinium*] *Lenocinium* ad verba, *pretium* ad rem spectabat. Ex utroque tamen *lenocinium* esse potuit.

[u] *Tribuni tamen*] Præpositi et primores castrorum omnes, tribuni, primipili, centuriones, proxime circumstabant principem; cum suggestu et sella curuli sedens, signorum *pilorumque honore* circumdatus, militem pro concione alloqueretur.

Ceterum vulgus magis amotum et sparsum undequaque circa suggestum. Quod clare perspicitur in nummis principum, quibus exhibetur *allocutio* in castris.

[v] *Grata auditu*] Quidni *grata auditu*, cum omnes libri consentiant?

Proximi sic respondent, quia prope tribunal Galbæ, et observari poterant; ceteri mœsti et silentio defixi, quod donativum perderent.

[w] *Tanquam usurpatam*] Principum in milites liberalitas, *donativum* vocabatur; in populum aut amicos, *congiarium.* Quod procul dubio certa primum mensura, velut congii, vinum aut oleum divideretur, posteaque suffectis rebus aliis adhæsit idem nomen. Sic Ann. XII. 'Additum nomine Neronis, donativum militi, congiarium plebi.'

Et Suet. Ner. 7. agens de eadem re: 'Deductus in forum tiro, populo congiarium, militi donativum proposuit.'

Quo proprietatis neglectu, ut videtur, permiscet vocabula Tullius, utiturque *congiario*, ubi *donativo* locus erat, epist. ad Att. XVI. 8. [x] 'An iret ad tres legiones Macedonicas, quas iter secundum mare superum faciunt, quas sperat suas esse. Eæ congiarium ab Antonio accipere noluerunt.'

An potius, quod reor, *donativum*, libera Rep. ignotum, sub imperatoribus obtinuit?

Principes plerumque *donativum* concedebant post insignem aliquam victo-

Digitized by Google

donativi necessitatem[z] bello[y] perdidissent. Constat, potu-

etiam in otio largitionis necessitatem bello amisissent. Certum est potuisse deliniri

NOTÆ

riam; aut ubi extra ordinem suaderet occasio.

Claudius primus fuit, qui principatum adeptus, militi donativum promisit quinadena sestertia, id est, circiter 120. libras sterlingas monetæ Anglicanæ; (nobis sunt 375. coronati, seu 1125. libræ.)

'Primus Cæsarum fidem militis etiam præmio pignoratus,' ait Sueton. c. 10.: et cum Nero filius adoptivus virilem indueret togam, itidem dedit.

Etiam Nero principatus initio, 'promisit donativum ad exemplar paternæ largitionis.' Tac. Ann. XII. Et post Pisonis conspirationem, *bina nummum millia* viritim manipularibus divisit, id est, circiter sexdecim libras nostrates; (seu 50. coronatos, vel 150. libras Gall.) et variis temporibus, cum Græciam transiret, imposuit, quasi per tot repetitas vices, necessitatem idem faciendi successoribus.

Nymphidius promittebat ipsis Galbæ nomine triginta millia sestertium, id est, circiter libras ducentas quadraginta Anglicas, (sive quadraginta coronatos, seu 2250. libb.) Galba promissi fidem eludente: atque hic in Pisonis adoptione, *nullum orationi aut lenocinium additum aut pretium.*

Adrianus magis obsecutus tempori in adoptione Veri, quater millies sestertium, (sunt nobis 100. coronati seu 300. libræ;) in militem divisit; et Antoninus, teste Spartiano, in matrimonio filiæ Faustinæ, excessit *usque ad donativum militum.* Savilius.

Ex quo Claudius primus Cæsarum fidem militis etiam præmio pignoratus fuit, ceteri postea principes veluti donativi necessitate obstricti erant, etiam *in pace:* quod præsertim sub Nerone obtinuit; qui post occisam matrem, multa amicis et potentioribus donavit: qui, post detectam Pisonis conspirationem, bina nummum millia, (sunt 50. coronati,) viritim manipularibus divisit, et in aliis etiam occasionibus.

Tum autem nostro hoc loco mœsti milites, quod tale donativum, quod moris erat ipsis tribui, veluti necessario, etiam *in pace*, bello Galbæ adversus Neronem perdidissent.

Usurpatum] Solennem, et usurpari consuetam. Non quasi invitis principibus largitionem exprimerent milites, ut vertunt. Immo ipsis volentibus, et ultro offerentibus tale donativum principibus, non tamen certe sine ratione aut necessitate aliqua.

Largitio quacumque ex causa usurpata ex more, jam quasi debita censetur, et se exsolvit, seseque liberat, qui talia dissolvit.

[z] *Necessitatem*] *Necessitas* fuit ex parte principis tale *donativum;* quia jam solenne et usurpatum erat ab aliis ante principibus, et etiam ut adoptionem sive successionem approbaret miles.

Etiam *pacis interfuit*, delinire ac conciliare milites liberalitate aliqua. Certe disciplina stabat res Romana, et melior fuit priscus rigor, sed cui jam non *pares* erant Romani post Neronem, et alia ignaviæ ac prodigentiæ prodigia.

Cedendum tempori fuit, nec statim flecti potuit ad meliora miles luxuriosus; qui ex illiberalitate Galbæ pejora metuebat, nempe severiorem militiam, et ne ad longinqua bella traherentur.

Digitized by Google

isse conciliari animos quantulacumque[6] parci senis[a] liberalitate: nocuit antiquus rigor et nimia severitas;[a] cui jam pares non sumus.

19. Inde apud Senatum non comtior Galbæ, non longior quam apud militem[1] sermo: Pisonis comis oratio. Et Patrum favor[b] aderat; multi voluntate effusius; qui noluerant,

animos quantulacumque avari senis munificentia: obstitit vetus severitas et immodica prisci moris *pervicacia, cui jam sumus impares.*

Exin apud patres non elegantior oratio Galbæ, non prolixior quam in castris: Pisonis elegans et civilis sermo. Et favebant patres: multi sponte sua, flagren-

margine Mss. Harl. et Jes.—6 Ita Mss. et libri editi. Rhenanus e solo Ms. Bud. in quo *q. parva lib.* perperam conjicit, *quantumcumque parva libet*, aut *quantacumque*. Brotier.

1 Sic bene Mss. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *milites*. Brotier.

NOTÆ

[1] *Bello*] Intellige bellum Vindicis, seu Galbianum, in quo summum et ingens *momentum* futuri erant prætoriani, cuicumque factioni accessissent: et re ipsa magnum momentum attulere partibus Galbæ, cum Neronem destituerunt arte Nymphidii præfecti: et veluti totius discriminis fortuna transacta ac diremta est illorum favore.

Hinc jure queruntur, sibi tali *bello* etiam ablatum donativum, quod vel *in pace* ipsis conferri solebat a prioribus principibus.

Bello] Cum *bello* et armis civilibus assequi præmia et donativum debuissent, tamen quod olim usurpatum erat etiam *in pace donativum*, etiam post sua in eo bello merita perdunt. Hinc indignantur et queruntur.

[a] *Parci senis*] Sic Suet. Galb. 12. 'Illa quoque, verene an falso, per ludibrium jactabantur: apposita lautiore cœna ingemuisse eum: et ordinario quidem dispensatori breviarium rationum offerenti paropsidem leguminis pro sedulitate ac diligentia porrexisse. Cano autem choraulæ mire placenti denarios quinque donasse, prolatos manu sua e peculiaribus loculis suis.' Denarii quinque sunt nostro more 30. asses.

[a] *Antiquus rigor et nimia severitas*] Certe natura et ingenio tristis severusque Galba. Suet. Galb. 8. 'Per octo annos varie et inæqualiter provinciam rexit;' (nempe Hispaniam Tarraconensem,) 'primo acer, vehemens, et in coërcendis quidem delictis vel immodicus; nam et nummulario, non ex fide versanti pecunias, manus amputavit, mensæque ejus affixit; et tutorem, quod pupillum, cui substitutus hæres erat, veneno necasset, cruce affecit: implorantique leges et civem Rom. se testificanti, quasi solatio et honore aliquo pœnam levaturus, mutari, multoque præter ceteras altiorem et dealbatam statui crucem jussit,' &c.

Nocuit antiquus rigor] Plut. Galba: 'Ita imperabat iis, quos Nymphidius et Tigellinus cicuraverant, ut priscis Romanis Scipio, Fabricius, et Camillus intendit.'

[b] *Et Patrum favor*] Effusius favebant, (in speciem saltem,) qui noluerant adoptatum Pisonem. Sic Hist.

Digitized by Google

medie;[2] [c] ac[3] plurimi obvio obsequio, privatas spes agitantes, sine publica[4] cura. Nec aliud sequenti quatriduo, (quod medium inter adoptionem et cædem fuit,) dictum a Pisone in publico[5] factumve. Crebrioribus in dies Germanicæ defectionis nuntiis, et facili civitate ad accipienda credendaque omnia nova, cum tristia sunt,[d] censuerant Patres, mittendos ad Germanicum exercitum legatos: agitatum secreto, num et Piso proficisceretur, majore[6] prætextu;[e] illi

tius; qui non cupierant, medii; et plurimi veneratione promiscua privatas cupidines meditabantur, sine studio aut amore *Reipub. Nec aliud Piso dixit in publicum, aut gessit, sequentibus quatuor diebus, qui medii fluxere arrogationem inter et necem. Frequentioribus indies acceptis literis de seditione Germanica, et pronis auribus civium ad audienda credendaque omnia recentia, cum mæsta sunt, decreverat senatus, mittendos oratores ad Germanicas legiones:* et *consultatum secreto, num etiam Piso* simul *iret, majori specie ac pompa; illi dignitatem patrum, hic decus*

—2 Sic volebat Ryckius e suo Ms. Agr. Verum cum adverbium *medie* non occurrat, nisi apud Firmicum aliosque recentioris Latinitatis scriptores, emendabat Freinshemius, *medii, ac plurimi.* [Sic vertit Cl. Gordon, 'While the indifferent, and the major part.' Murphy quoque, 'While the neutral and indifferent (by far the greatest number.)'] *Medie* tamen habent omnes Mss. et ferme omnes, *ac*, non *at*. Tueri etiam *medie* utcumque videbitur, quod mox sequitur, *agitantes:* nam post *medii*, rectius scriberetur, *agitabant;* ut recte observat Cl. Ernestus. *Brotier.* Ryckius tamen in textu cum Gronovio servat *medii.* Ita locum distinxit Brotier.: *multi voluntate; effusius, qui noluerant; medie, at plurimi, &c.*—3 *At* Brotier. habet, cum quibusdam Mss. 4 Amicus apud Ryckium, *sine publici cura.* At Mss. non mutant.—5 Sic bene Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Corb. Guelf. Pichena et recentiores. In Ms. Reg. et veteribus editionibus, *in publicum.* Brotier.—6 *Majore*, immerito

NOTÆ

I. 45. 'Quanto magis falsa erant, quæ fiebant, tanto plura facere.' *Freinshemius.*

Sic Ann. I. 7. 'At Romæ ruere in servitium consules, patres, eques. Quanto quis illustrior, tanto magis falsi ac festinantes.'

[c] *Medi*] Quidam legunt *medii;* nempe qui neque *voluerant* neque *noluerant* adoptionem; et hi *plurimi* erant; nempe isti medii majore numero erant.

Illi *obvio obsequio*, id est, promiscuo, et quod ultro parati erant deferre cuicumque dominanti.

Illi autem tali obsequio et honore in principem *privatas spes agitabant*, seque respiciebant et propriam utilitatem, nulla Reipub. cura.

[d] *Cum tristia sunt*] Facilius creditur de novis improsperis et tristibus: siquidem rara felicitas, præsertim concusso bellis civilibus orbe imperii.

[e] *Majore prætextu*] Id est, quo legatio ad milites ornatior, seu majoris foret dignitatis, placebat una cum missis a senatu, ire etiam Pisonem, 'illi auctoritatem senatus, hic dignationem Cæsaris laturus.'

Non enim *prætextus* semper pro ob-

Digitized by Google

auctoritatem Senatus, hic dignationem Cæsaris laturus. Placebat et Laconem, Prætorii Præfectum,[f] simul mitti: is consilio intercessit.[g] Legati quoque,[h] (nam Senatus elec-

principis ostentaturus. Censebant etiam Laconem, prætorii præfectum, simul mittendum: is obstitit tali *consilio. Legati etiam, quia patres delectum Galbæ conces-*

suspectum habet Lipsius. Major enim prætextus, seu plus dignitatis et auc-

NOTÆ

tentu. Valer. l. IV. 'Et plurimorum ac maximorum operum prætextu, titulum imaginum suarum amplificavit.'

At cur non ipse Galba legiones adivit? Tiberium æmulatur. Tac. Ann. I. 'Immotum adversus eos sermones fixumque Tiberio fuit, non omittere caput rerum, neque se remque publicam in casum dare: præsertim cum major e longinquo reverentia; simul adolescentibus excusatum, quædam ad patrem rejicere.'

Prætextu] Vertit Clar. Harlæus, 'Speciosiori aliquo prætextu.' Non satis apte sermoni Gallico. Id est, majori dignatione, ut nempe *dignationem Cæsaris laturus.* Sicque gravioris et majoris auctoritatis fuisset Piso apud legiones.

Majore prætextu] Plut. in Crasso de Pompeio magno: 'Præsens vero sæpe superabatur a Crasso, ut qui propter superbiam et prætextum vitæ devitaret multitudinem.'

Majore prætextu] Seneca epist. 71. 'Sed Cn. Pompeius amittet exercitum: sed ille pulcherrimus Reipub. prætextus, optimates, et prima acies Pompeianarum partium, senatus ferens arma, uno prælio profligabuntur: et tum magni ruina imperii in totum desiliet orbem,' &c.

Majore prætextu] Metaphora sumta videtur a toga, cui circum purpura attexebatur in limbo; et prætexta dicebatur, quæ magistratuum ac sacerdotum vestis fuit et insigne; et quod fuit in veste purpura illa, *prætexta*, ut decus et ornamentum præcipuum togæ fuit, purpura; ita fere quadam ratione Cæsar, respectu *senatus*, et *senatus*, respectu *civitatis, prætextus fuit.*

Itaque Cæsar, ut præcipuum decus senatus fuit et ornamentum; ita *majore prætextu* et decore iturus fuit ipse cum legatis senatoriis ad Germanicas legiones.

Mittebatur simul et Laco præfectus prætorii, qui *prætextum*, seu decus militis prætoriani et cohortium urbanarum præferret; sed omnia hæc frustra. Sic infra c. 74. Otho legatos 'ad Germanicum exercitum.... specie senatus misit.'

Certe legati semper e senatu et fere sorte electi. Sed tum forte ipse Otho elegerat pro arbitratu e senatoriis legatos, licet senatus aut ignoraret, aut non consentiret legationi. Sic et infra c. 76. 'Sed erat grande momentum in nomine urbis ac prætextu senatus.'

[f] *Laconem, prætorii præfectum*] Sic dignationem præfecti laturus, et ut honorificentius comitaretur Pisonem Cæsarem: et simul auctoritatem prætoriani urbanique militis ostentaturus legionibus. Quod magni momenti fuit, si simul prætoriani consensissent cum legionariis in adoptionem Pisonis.

[g] *Is consilio intercessit*] Quis inter-

Digitized by Google

tionem Galbæ[i] permiserat,) fœda inconstantia[j] nominati, excusati, substituti, ambitu remanendi[7] aut eundi, ut quemque metus[k] vel spes impulerat.

20. Proxima pecuniæ cura:[l] et cuncta scrutantibus jus-

serant, turpi mobilitate ingenii *electi, exemti, subrogati, ambitione manendi aut abeundi, ut quemque timor aut spes incitaverat.*

Dein secuta conquirendæ *pecuniæ cura: et omnia investigantes æquissimum*

toritatis erat, si Piso proficisceretur. *Idem.*—7 In Ms. Agr. *retinendi;* unde tentabat Heinsius, *renitendi.*

NOTÆ

cessit? An Piso ipse, tanquam consors tribuniciæ potestatis? Credo potius Laconem; neque de intercessione tribunicia intelligi; sed quod ille abnuerit, consiliumque improbaverit. *Pichena.*

Consilio intercessit] Laco nempe, qui infra c. 26. 'Consiliique, quamvis egregii, quod non ipse afferret, inimicus.' Nec abs re metuebat; quippe talis fuit fama hominis, ut seditionem potius augeret in castris legionum. Unde illi exitium certum. Unus e tribus pædagogis fuit: quod ad flagitium sufficiebat et ad pœnam.

[h] *Legati quoque*] Qui tamen profecti sunt nomine Galbæ ad exercitus Germanicos, qui et mox revocati ab Othone, nec in Germaniam venere, et alios misit Otho ad utrumque exercitum, qui retenti: simul et ad legionem Italicam, et alias copias quæ Lugduni agitabant.

Specie senatus, id est, quasi a senatu delecti et missi essent; quod intelliges ex istis supra 19. 'Censuerant patres mittendos ad Germanicum exercitum legatos. Agitatum secreto, num et Piso proficisceretur, majore prætextu;' (seu specie,) 'illi auctoritatem senatus,' (nempe quia e patribus delecti sponte Galbæ) 'hic dignationem Cæsaris laturus.'

Quantum patet ex hoc loco, legati Galbæ rediere in urbem, non adita Germania; et legati Othonis venere ad Germanicas legiones, aut in itinere occurrere; sed isti mansere apud Vitellium. Facilius quam ut ipsi retenti viderentur.

[i] *Senatus electionem Galbæ*] Ita tamen ut ex patribus, et forte etiam e consularibus legatos eligeret, qui dignationem et auctoritatem senatus ferrent.

Senatus] Legati ex more a senatu, et ex senatu eligi debuerunt sorte: aliquando tamen suffragiis patrum delecti; et quia tum res principis agebatur, delectum principi detulerat senatus.

[j] *Fœda inconstantia*] Quod non spectat ad Galbam, sed ad senatores; quamvis mobilitate ingenii senex varius esset et parum constans. Quod tali in tempore exitiosum, ubi non consulto, sed facto, nec cunctatione opus, sed diligentia. Cum res urgent, media via haud expectanda est.

[k] *Metus*] *Metus* scil. ex Vitellio, si auditum erat, et ex legionibus Germanicis. *Spes* vero ex Galba, et inprimis ex Pisone Cæsare.

[l] *Proxima pecuniæ cura*] Id est, instantissima, et quæ magis urgeret, ut in tali occasione.

Proxima] *Proxima* seu præcipua post seditionem Germanicam colli-

tissimum visum est, inde repeti, unde[1] inopiæ causa erat. Bis et vicies millies[2 m] sestertium donationibus Nero effuderat. Appellari singulos jussit,[n] decuma parte[o] liberalitatis

censuere, inde requiri, ubi egestatis origo erat. Nero profuderat bis et vicies millies sestertium per prodigentiam. Vocari singulos jussit Galba, *decima parte dona-*

1 Sic bene Mss. Reg. Corb. et editio princeps. In Mss. Flor. Guelf. et Puteolanus ac recentiores, *ubi inopiæ;* [et sic Gronovius et Ryckius.] *Brotier.* —2 Sic vere Lipsius et recentiores. Perperam Mss. et veteres editiones, *bis et vicies mille sestertium.* Forte natus error ex librariorum vel incuria, vel

NOTÆ

gendæ *pecuniæ cura*, quæ imperii et belli nervus.

[m] *Bis et vicies millies*] Sic Hist. II. *Novies millies sestertium*, non *novies mille;* sic enim fert hujus linguæ usus; atque in hoc exprimendi modo per adverbia, vulgo subintelligitur, *centena millia;* ut *bis et vicies millies* tantundem sit, ac si dixisset, *bis et vicies millies centena millia sestertium.*

Plut. Antonio interpretatur *decies* per πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας (δραχμῶν) i. e. *decies centena millia sestertium:* quatuor sestertiis ex ejus supputatione drachmam constituentibus. *Sestertius, quasi semis tertius*, id est, duo et dimidium tertii.

Et observata eadem analogia in Græcis πέμπτον ἡμιτάλαντον, id est, quatuor talenta et dimidium quinti, Germanice *drit-halb batzen;* duo batzi et dimidius.

Sestertius vero idem valens, quod duo et semis, notari vulgo solitus hoc modo II-S. aut conjunctim HS. id est, *duo* et *semis*, ut totidem *asses* utique intelligantur; et quatuor sestertii æquivalent *denario*, qui sic dicitur, quasi *dena æra.*

Omnes quoque Græci, nullo prorsus excepto, qui res Romanas historiarum monumentis prodiderunt, quatuor sestertiis vertunt δραχμῆς Ἀττικῆς vocabulo; non tantum, ubi minor summa colligitur, sed et majores, quæ palpandum præberent; si quod, ex illorum opinione, daretur discrimen.

Cum igitur *denarius* et *drachma* ex consensu scriptorum, quos habemus antiquissimos, adversus paucorum auctoritatem, æquivaleant, et utraque vox, quatuor exæquetur sestertiis, octo drachmis *unciam* constituentibus, unciaque apud nos nunc faciente quinque solidos sterlingios, summa hoc loco descripta *bis et vicies millies, centena millia sestertium*, ad Anglicanam reducta monetam, nunc in vulgus usitatam, conficiet *septemdecim milliones, centum et octoginta septem millia et quingentas libras.*

Neque fidem excedere videbitur, si Neronem spectes, ejusque per quatuordecim annos prodigalitatem. Cum Vitellius, memorante Tac. Hist. II. paucissimis mensibus, novies millies H-S. intervertisse credatur, nempe, circa septies millies millenas libras. *Savilius.*

Bis vicies] Sunt quinquaginta quinque milliones coronatorum, seu centum et sexaginta quinque milliones librarum.

[n] *Appellari singulos jussit*] Non Romæ tantum, sed et alibi. Xiphil. ' Hellanodicis, seu Ludorum judicibus, concessit viginti myriadas drachmarum, quas Galba ab ipsis repetie-

Digitized by Google

apud quemque eorum relicta. At illis vix decumæ super[3] [p] portiones erant, iisdem erga aliena[q] sumtibus, quibus sua prodegerant; cum rapacissimo cuique ac perditissimo non agri, aut fœnus,[r] sed sola instrumenta vitiorum[s] manerent.

tionum unicuique illorum concessa. At illis vix supererat decima pars hujus pecuniæ, *eadem erga alienas opes prodigentia, qua suasmet* ipsi *effuderant; cum ferocissimo cuique aut profligatissimo, non prædia, aut pecunia; sed sola adminicula*

ignorantia, cum olim scriptum esset, *bis et vicies* $\overline{\text{M}}$ *Sestertium*, vel $\overline{\text{XXIIM}}$ *HS.* Idem.—3 Budens. *supra.*

NOTÆ

rat:' sunt nobis 20,000. coronati, seu 60,000. libræ.

Appellari singulos jussit] Inquisitum in eos, qui emerant aliquid, aut acceperant ab istis Neronianis flagitiis: sed intellige tantum eos, qui vel male emerant, et iniquo pretio, vel qui emerant aut acceperant res quæ regni et Reipublicæ erant, non Neronis, ut v. c. supellectile regium seu theatricum.

Sunt enim res quædam, quas ne princeps quidem jure largiri potest, ut neque subditus accipere sine damno Reipub. et istiusmodi res statim vindicat ultro qui successit princeps.

[o] *Decuma parte*] Huc spectabat narrante Suet. decretum, 'ut si quid ipsi vendidissent, auferretur emtoribus.' Plutarch. 'Qui emerant aliquid ab ipsis aut acceperant, ubicumque inquirebat Galba, et ab illis exigebat.'

[p] *Super*] Vix supererant decumæ portiones; vix decima pars donationum Neronianarum illis supererat. Sic Virg. 'Jamque adeo super unus eram.'

[q] *Erga aliena*] *Aliena* erant illa bona, quæ rapiebantur possessoribus, avaritia, sævitia, delationibusque et cædibus Neronis, ut conferrentur in perditissimos aulæ Neronianæ comites, qui suas et alienas istas opes perinde prodegerant.

[r] *Fœnus*] *Fœnus* idem est, ac pecunia, apud auctores.

[s] *Sed sola instrumenta vitiorum*] Nempe os, lingua, vox, cuncta venalia, lyræ, citharæ, pellices, exoleti, ceterique ministri libidinum et flagitiorum: nempe talia portenta semper hiabant vorabantque, tanquam perpetua præda affluere deberet.

Quod parabant flagitiis, per luxum statim decoquebant, et iisdem artibus peribant illis opes, quibus fuerant comparatæ.

Videtur tamen Suetonius innuere, talia genus instrumenta jam partim vendita et distracta; 'ut siquid scenici aut xystici donatum olim vendidissent, auferretur emtoribus.'

Sola instrumenta vitiorum] Forte præcipue intelligit Choregium theatrale. Quæ veluti flagitia Reipub. aversabatur Galba. Sueton. 12. 'Cano autem choraulæ mire placenti denarios quinque donasse, prolatos manu sua e peculiaribus loculis suis.' Quinque *denarii*, sunt 30. asses nostri.

Et c. 15. 'Liberalitates Neronis... ea conditione revocandas curavit exigendasque, ut si quid scenici aut xystici donatum olim vendidissent, auferretur emtoribus; quando illi, absumto pretio, solvere nequirent.'

Statuit jubetque Galba, instrumentum *scenicum*, etiam rapi emtoribus, quia, puto, supellectile publicum il-

Digitized by Google

Exactioni XXX. Equites[t] Romani præpositi; novum officii genus, et ambitu[u] ac numero onerosum: ubique hasta[v] et sector;[4 w] et inquieta urbs auctionibus.[5] Attamen grande

flagitiorum superessent. Triginta equites Rom. exigendæ pecuniæ impositi; insolitum id *genus muneris, et ambitione ac multitudine importunum: passim hasta, præco, ac redemtor, et turbata civitas licitationibus. Attamen ingens lætitia* fuit,

4 Idem *sectores*.—5 Mss. et veteres editiones, *actionibus*; [et sic Grono-

NOTÆ

lud, et principis fuit; et quod jure alienare forte Nero non potuit, nec debuit, ut nec privati possidere.

Quando illi, id est, quando illi quibus talia largitus erat Nero solvere pretium non possent, tum talia *instrumenta* auferrentur emtoribus.

[t] *Exactioni* XXX. *Equites*] In Suet. est *quinquaginta*. Nec liquet mihi de veritate. *Lipsius.*

Credam Suetonium verius, atque inde Tacitum emendandum; præsertim quando et ipse ampliorem aliquem numerum innuit sequentibus verbis, 'novum officii genus, et ambitu ac numero onerosum.'

Et illa descriptione: 'ubique hasta et sector; et inquieta urbs auctionibus:' quæ omnia de *quinquaginta* magis suadent, quam *de triginta*. Acidalius.

Sufficiebant triginta equites exactioni præpositi, ut esset illud novum officii genus importunum et onerosum in una nempe civitate.

Nec enim puto, liberalitatem Neronis perinde effusam extra urbem, exceptis forte Hellanodicis; nam mox: 'inquieta urbs auctionibus;' et quamvis provinciales etiam postularentur, satis ingens numerus exactorum fuit. Sic sæpe dissentiunt auctores in circumstantiis numeri.

Triginta] Apud Suet. *quinquaginta*; forte *triginta* in urbe constituti, et viginti in provinciis. Nam in Italiæ et Græciæ urbibus etiam multa profuderat Nero: vel vice versa 20. in urbe, et 30. in provinciis.

Nec corrigendus Tac. per Suet. Nam sæpe auctores isti in re conveniunt, et in circumstantiis differunt numeri, personæ, &c.

Nec etiam conciliare eos, quid juvat; et vanus labor, nisi eo modo, quo diximus, nempe distinguendo inter substantiam et modum.

Equites] An huc spectet quod tradit Tacitus in vita Agric. de ipso Agricola: 'Tum electus a Galba ad dona templorum recognoscenda, diligentissima conquisitione fecit, ne cujus alterius sacrilegium Respublica quam Neronis sensisset.'

Attamen quia post præturam Agricolæ tale munus impositum est, non inter hos *equites* eum electum putem, nec eidem officio præpositum a Galba; sed tantum donis templorum recognoscendis; cum illi XXX. equites præpositi sint scenicis et xysticis instrumentis postulandis exigendisque.

[u] *Ambitu*] Qui enim officium ambitu petiit, populis in eo gerendo solet esse onerosior. Quippe ambiens quasi emit, et, ut ait Lamprid. in Alex. Sever. 'Necesse est, ut qui emit, vendat.' *Pichena.*

[v] *Ubique hasta*] 'Hastæ subjiciebantur ea, quæ publice vendebant.' *Festus.*

[w] *Sector*] 'Sector, æstimator redemtorque bonorum.' *Savilius.*

Digitized by Google

gaudium, quod tam pauperes forent, quibus donasset Nero, quam quibus abstulisset. Exauctorati[x] per eos dies Tribuni, e Prætorio Antonius Taurus et Antonius[6] Naso;[y] ex urbanis cohortibus[z] Æmilius Pacensis; e vigiliis Julius Fronto. Nec[7] remedium in ceteros fuit, sed metus[8] initium: tanquam per artem et formidinem singuli pellerentur, omnibus suspectis.

quod tam inopes forent, quibus largitus esset Nero, quam quibus ademisset. Dimissi eodem tempore tribuni, e prætorianis castris Antonius Taurus et Antonius Naso; ex urbanis cohortibus, Æmilius Pacensis: et *e vigilibus, Julius Fronto. Nec* propterea *placati ceteri, aut quieti, sed principium* fuit *pavoris; veluti per fraudem et metum singuli amoverentur, omnibus suspectis.*

vius.] Recte in margine Ms. Bodl. et recentioribus editionibus, *auctionibus.* Jam enim hastæ, sectores prius memorati. *Brotier.*—6 Ms. Farnes. *Aurelius Naso.* Et quidem probabiliter. Aliter enim dixisset Tacitus, *Antonii Taurus et Naso.* Brotier. Amicus Ryckii suspectabatur *Antonius Naso.*—7 Acidal. *nec id remedium.*—8 Heinsius malebat *motus.*

NOTÆ

L. III. ex Cicerone declaravimus, hastam auctionibus præponi.

'Sectores,' auctore Asconio, dicti sunt, 'qui spem lucri sui secuti, bona condemnatorum semel auctionabantur; pro hisque pecunias pensitabant singulis; ac in posterum pro compendio suo singula quæque pecunia populo vendituri.'

Laur. Valla *sectorem* eum dici contendit, qui ex damnatione accusati, dimidium aut aliquam partem expectat.

Guill. Budæus, eos posse appellari *sectores* dicit, qui confiscationes a principe impetrant, ut homines interdum insontes fortunis evertant. *Lupanus.*

[x] *Exauctorati*] Parum fidebat Galba prætoriano et urbano militi; et ideo fortasse audaciores promtioresque in res novas, aut forte Nymphidii conscios, et sceleris suspectos, sic amovere militia voluit.

[y] *Antonius Naso*] *Aurelius* Farnes. *Lipsius.*

[z] *Urbanis cohortibus*] Quæ nempe præfecto urbis parebant, ut *vigiliæ* præfecto vigilum. In quo milite magnum *momentum;* et qui si fidus esset, adæquare fere robur prætorianorum potuit, si abessent urbe vexilla Illyriciana, si ejecta foret colluvies classiariorum Neroniana, ut debuit.

Et cur alio remissa Hispana legio, a qua electus erat? Quæ nusquam apparet in hocce motu, quo ipsa tamen iterum fidem exhibuisset, defendissetque Galbam a se electum.

Ex urbanis cohortibus] Etiam illæ delectæ ex Italia, ut prætoriani. Fuerunt *quatuor cohortes* illæ, quæ singula millia haberent.

Harum munus fuit tueri urbem, circum templa, fora, et basilicas excubare, stationes agere contra grassatores aut sicarios, et præfecto urbis apparere.

Forte et quandoque dispositæ illæ cohortes extra urbem, cum jurisdictio præfecti urbis ad centesimum lapidem extenderetur.

Digitized by Google

21. Interea Othonem,[a] cui, compositis rebus, nulla spes, omne in turbido consilium, multa simul exstimulabant:[b] luxuria etiam Principi onerosa,[c] inopia vix privato toleranda, in Galbam[d] ira, in Pisonem invidia.[1] Fingebat et metum,[e] quo magis[f] concupisceret. 'Prægravem[g] se Neroni[h]

Interim plurima simul incitabant Othonem, cui nihil spei quieta ac pacata Repub. et cui *omnis rebus in turbidis cogitatio:* incitabant eum *luxus vel et imperanti nimius, egestas vix privato ferenda, in Galbam indignatio, æmulatio in Pisonem. Simulabat et formidinem, quo magis ambire jure* imperium *posset.* Importunum se

1 *Iram....invidiam* Guelf. ed. pr. ut ad *fingebat* referantur: male. *Ernest.*

NOTÆ

[a] *Othonem*] Veræ hæ mutationum causæ, et prudenter Aristoteles eas ingerit Polit. 5. 'Fiunt mutationes, cum per luxum sua prodigunt. Tales enim innovare omnia student, et aut sibi tyrannidem, aut alteri parare.'

[b] *Exstimulabant*] Suet. Oth. 5. 'Otho, postquam, Pisone prælato, spe decidit, ad vim conversus est, instigante super animi dolore, etiam magnitudine æris alieni.'

Æs enim alienum, quod grande conflaverat, teste Plutarcho, excedebat sex et decies centies millia librarum. *Savilius.*

[c] *Luxuria etiam Principi onerosa*] Suet. Oth. 5. 'Neque enim dissimulabat, nisi principem se stare non posse: nihilque referre, ab hoste in acie, an in foro, sub creditoribus caderet.' Intellige igitur luxuriam talem Othonis fuisse, ut etiamsi princeps esset, ipsi onerosa foret.

Luxuria] Ex luxuria certe statim inopia, et talibus necessariæ res novæ et bellum civile: hisce, *compositis rebus, nulla spes*, omne votum, si turbetur Respublica.

Sueton. in Cæs. 27. 'Tum reorum aut obæratorum, aut prodigæ juventutis subsidium unicum ac promtissimum erat: nisi quos gravior criminum, vel inopiæ luxuriæve vis urgeret, quam ut subveniri posset a se. His plane palam bello civili opus esse dicebat.'

[d] *In Galbam ira*] In Galbam ira Othonis, quia alium elegerat: invidia in Pisonem, quia prælatus Othoni erat.

[e] *Fingebat et metum*] Plin. Panegyr. 'Non te propria cupiditas, proprius metus, sed aliena utilitas, alienus timor principem fecit.'

Sic Hist. II. 76. 'Torpere ultra et polluendam perdendamque Remp. relinquere, sopor et ignavia videretur; etiamsi tibi, quam inhonesta, tam tuta servitus esset. Abiit jam et transvectum est tempus, quo posses videri concupisse. Confugiendum est ad imperium.' Sic Mucianus ad Vespasianum.

[f] *Quo magis*] Sueton. de Galba: 'Conditionem partim metu, partim spe recepit; nam et mandata Neronis de nece sua,' &c.

Sic *fingebat et metum* Otho ex dominante, ut sic speciosiori prætextu facinus auderet; quasi non alia spes salutis esset ipsi, nisi ad imperium confugeret.

Infra: 'Occidi Othonem posse; proin agendum audendumque.' Infra de Vespasiano: 'confugiendum ad imperium.'

Digitized by Google

fuisse: nec Lusitaniam rursus, et[3] alterius exilii[h] honorem[i] expectandum: suspectum semper invisumque dominantibus, qui proximus destinaretur.[j] Nocuisse id sibi apud senem Principem:[k] magis nociturum apud juvenem, ingenio trucem,[l] et longo exilio efferatum: occidi Othonem posse. Proinde[4] agendum audendumque, dum Galbæ auctoritas fluxa,[m]

Neroni fuisse: nec Lusitaniam iterum, aut alterius absentiæ decus opperiendum; infestum semper et prægravem imperitantibus, qui proximus *imperio* monstraretur. Obfuisse id sibi apud senem imperatorem: magis obfuturum apud juvenem, natura tristem, et diuturno exilio irritatum: interfici Othonem posse. Ideoque maturandum tentandumque, dum Galbæ *imperium* nuta-

Budens. *iram....invidia.*—2 Budens. *se Neroni gravem.*—3 Sic Mss. veteres et recentiores editiones. Perperam Rhenanus, *aut alterius*; [et sic Gronovius et Ryckius.] *Brotier.*—4 Ita Mss. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *proin*; et sic Ryckius et Gronovius. In Ms. Jes. *proinde audendum agendum-*

NOTÆ

Concupisceret] Fingebat et metum ex Galba, quo magis eo confugere, et concupiscere imperium jure merito videretur.

Quo magis] Quo magis concupiscere jure videretur: scil. ut non injuria aut scelere affectasse principatum existimaretur.

[g] *Prægravem*] *Prægraris* Neroni Otho, non æmulatu imperii, sed tori et fœminæ. Sed hæc prætexebat adversus Galbam.

[h] *Exilii*] Exilii honor est, cum aliquis amovetur urbe et aula, cum honore tamen; specie, nempe, vel legationis, vel modicæ præfecturæ, seu provinciæ: sic amotus Otbo ipse in Lusitaniam.

[i] *Honorem*] Certe *specie honoris* amotus in exilium erat, sed non ea causa, quam affert ille.

Honorem] Cic. pro Sextio: 'Non illi ornandum M. Catonem, sed relegandum, nec illi committendum illud negotium, sed imponendum putaverunt, qui in concione palam dixerint, linguam se evellisse M. Catoni, quæ semper contra extraordinarias potestates libera fuisset.'

[j] *Qui proximus destinaretur*] Imperio nempe: sic supra, 'postremo Tiberium Neronem privignum, in proximo sibi fastigio collocavit,' Augustus nempe.

Qui proximus] Qui primus a principe, qui scil. *proximus* imperio et successioni rumoribus *destinaretur*.

[k] *Apud senem Principem*] Galbam scil. et magis id ei nociturum apud *juvenem*, Pisonem nempe.

[l] *Ingenio trucem*] Quia ab exilio nuper revocatus erat. Sed cur exul Piso? forte ob conjurationem Pisonis in Neronem, a quo ejectus erat cum multis aliis.

Ingenio trucem ac longo exilio efferatum] Apud Sueton. Tib. 59. 'regnabit sanguine multo, Ad regnum quisquis venit ab exilio.' Tacit. Ann. lib. 1. 'Trucem Agrippam et ignominia accensum.'

[m] *Fluxa*] Præcipue ob prætorianos, et seditionem Germanicarum legionum. Adde et Illyriciana vexilla et classiarios.

Digitized by Google

Pisonis nondum coaluisset.[5][n] Opportunos magnis conatibus transitus rerum :[o] nec cunctatione opus, ubi perniciosior sit quies, quam temeritas. Mortem omnibus ex natura æqualem, oblivione apud posteros vel gloria distingui. Ac, si nocentem innocentemque idem exitus maneat, acrioris[6] viri[p] esse, merito perire.'[q]

22. Non erat Othonis mollis et corpori[1] similis animus. Et intimi libertorum servorumque, corruptius quam in privata domo habiti, aulam Neronis et luxus, adulteria,[r] ma-

bat, Pisonis nondum firmata auctoritas esset. Favorabiles magnis cœptis translationes rerum ; nec mora lenta aut consilio opus esse, ubi exitiabilior sit cunctatio, quam imprudentia. Mortem perinde cunctis *mortalibus* a natura destinatam, in posteros discerni contemtu vel honore. Et, si idem finis impendeat sonti atque insonti, fortioris viri esse, merito interire.

Haud erat Othoni imbellis et corpori par animus. Et gratiosissimi libertorum servorumque licentius quam in privatis penatibus habiti, dominationem fortunamque Neronis, ac magnificentiam, stupra, conjugia, aliasque dominantium regumque

que.—5 Optime dictum, nondum coaluerat, id est, nondum firma erat Pisonis auctoritas. Frustra tentat Acidalius, *convaluisset*. Brotier.—6 *Acrioris*, suspectum habet Freinshemius. Certe abesse potest. *Brotier*.

1 Ms. Corb. *corporis*.

NOTÆ

[n] *Coaluisset*] Sic lib. XIII. 26. 'Quibusdam coalitam libertate irreverentiam,' &c. Et lib. XIV. 1. 'Meditatum scelus non ultra Nero distulit, vetustate imperii coalita audacia.'

[o] *Transitus rerum*] Cum subinde ad alios devolveretur imperium, aut natis aliunde turbis, concuteretur. *Savilius*. Id est, Mutationes rerum seu imperii, magnis occasionibus idoneas opportunasque esse magnis ausis.

Transitus] Intellige translationem imperii, seu mutationem principis: sic infra 29. 'Solatium proximi motus habebamus incruentam urbem, et res sine discordia translatas.'

Transitus rerum] Idque ob adoptionem Pisonis, qua veluti transire et transferri imperium in alium videbatur, licet filii loco assumeretur.

[p] *Acrioris viri*] Se veluti comparat Otho cum multis, qui frustra periere sub Nerone, et qui tamen viri erant; et dicere audeam, summi viri. Sed id quodam Reip. fato transactum, ut inquit Tacit. supra: 'ea Deorum ira fuit in res Romanas.'

[q] *Merito perire*] Id est, audendo egregium aliquod facinus: quod tamen sic aliis pulcherrimum, aliis turpissimum videatur; attamen fortioris et acrioris viri esse, audendo aliquid, et *merito perire*.

[r] *Adulteria*] Per *adulteria* præcise non auferebantur uxores maritis, tantum corrumpebantur; sed eo fine sæpe ut abducerentur; et per *matrimonia* dein abducebantur, cum antea sæpe corruptæ essent adulteriis.

Crimen facit adulter cum corrumpit corpus uxoris alienæ, at longe majus flagitium est, quia corrumpit animum mulieris, et a viro avertit affectum ipsus. Hæc Lysias.

Digitized by Google

trimonia,[2a] ceterasque Regnorum[t] libidines, avido talium, si auderet, ut sua ostentantes; quiescenti, ut aliena, exprobrabant: urgentibus etiam mathematicis,[u] dum ' novos mo-

cupidines, talibus inhianti, si tentaret, ut sua ostendentes; cunctanti hæc, *ut extranea objectabant: instantibus etiam mathematicis, dum* novas turbas fore *asse-*

—2 Frustra Gronovius tentat, *adulteria, pædagogia:* Ryckius, *adulteria matronarum.* Hic Othonis intimi ipsam Neronis in matrimoniis licentiam arguunt. In Ms. Bud. *adultera matrimonia;* quod probabat Lipsius. Mox mallet *ceteraque regnorum;* quasi glossam præferret, *ceterasque regnorum libidines.* Brotier.

NOTÆ

Adulteria, matrimonia] Quæ fere eadem in luxuriosis illis Cæsaribus. Nam primo uxores alienas per *adulteria* corrumpebant; dein et abducebant, magis quam ducebant.

Respicit præcipue ad *Statiliam Messallinam*, quæ uxor postrema Neronis. Hæc præcellebat forma, ingenio, eloquentia, et aliis optimis artibus laudabilis, si comes esset pudicitia.

[a] *Matrimonia*] Bene *matrimonia;* quia primi Cæsares, nec ipsemet Augustus, uxores ducebant, nisi cum eas forma et nobilitate insignes maritis abduxissent.

Ipse Otho statim atque imperii compos fuit, Statiliam Massallinam uxorem Neronis sibi destinabat; nec forte in ista libido stetisset; sed statim pœnitebit canere voluisse *μακροῖς αὐλοῖς*, *longis tibiis*. Sueton.

Nec Pompeius melior, licet occultior, qui et hac arte uxorem sibi invenerat; summaque impudentia Caligulæ, qui reperisse se jactabat matrimonium, exemplo olim Romuli regis. Suet.

[t] *Regnorum*] *Regnorum*, pro *regum*. Sic alibi, *regiæ libidines*.

[u] *Mathematicis*] *Mathematicus*, pro *Apotelesmatico*. Ex hujus loci sensu ignotum est veteri Græciæ et Romæ vocabulum, quantum memini, usque ad imperatorum tempora.

Antea vocabantur *Chaldæi*, 'non ex artis, sed ex gentis vocabulo,' inquit Tullius; postea *mathematici*, (nomine supra sectæ vilitatem,) aut *planetarii* et *Chaldæi;* nostro tempore *Astrologi*. Quo titulo antiquissimis Græcorum et Romanorum censebatur illa matheseos pars, quæ nunc et tum quoque *Astrologia* dicta est.

Sub Augusto, Agrippa *astrologos* (sic enim Dionis tempore appellari cœperant,) *et magos urbe expulit*. Dio lib. XLIX.

Sub Tiberio: 'Facta et de mathematicis magisque Italia pellendis senatusconsulta; quorum e numero L. Pituanius saxo dejectus est.' Tacit. Ann. II. et XII. et Hist. II. Ulpianus lib. VII. de officio proconsulis. Valer. lib. I. Tertullian. in lib. de habitu muliebri, eoque de idololatria, putat Angelos primæ integritatis statu dejectos extitisse Astrologiæ auctores, et propterea cœlo expulsos, ut asseclas eorum Italia.

Romæ tamen manserunt, referente Tacito, nihil imminuto urbis favore; eoque potior fides, quo sæpius carceres et vincula passi essent. Juven. Sat. VI. 'Nemo mathematicus genium indemnatus habebit.' Et de Ptolemæo: 'Magnus civis obit, et formidatus Othoni.'

Digitized by Google

tus, et clarum Othoni annum, observatione siderum,' affirmant: genus hominum potentibus infidum,[v] sperantibus fal-

verant, et illustrem Othoni annum consideratione stellarum: *genus hominum proceribus infidele, sperantibus subdolum, quod in urbe nostra, et prohibebitur*

NOTÆ

Suet. Oth. 4. *Seleucum* eum appellat, manifesto, ut videtur, errore, cum Seleucus floreret Vespasiani gratia. Tacitus hist. II. 78. *Savilius.*

Augustus M. Antonio II. L. Scribonio coss. astrologos et prestigiatores urbe ejecit. Deinde mortuo Augusto, cum in urbem obrepsissent, Tiberius peregrinos necavit omnes. Cives, qui Augusti edictum neglexerant, in exilium expulit.

Mox sub Caio sensim regressis, qui urbe prohibiti fuerant, Claudius de Mathematicis Italia pellendis SC. *atrox* fecit, quod deinde *irritum* fuit, ut Tacitus Ann. XII. retulit.

Sic impunitate et licentia malorum omnium, per Neronis, Galbæ, Othonisque tempora permissi mathematici, jussu Vitellii Italia pelluntur.

Non pulsos Astrologos urbe Roma, ut apud Dionem conversum est, et plerique omnes existimant, sed pulsos mathematicos, 'genus hominum,' appellat Cornelius, 'potentibus infidum, sperantibus fallax;' Hier. Cardanis sententia est.

Ita vero interpretatur, ut *mathematici* dicerentur illi, qui per puncta et numeros notasque divinabant: quod genus divinandi, ut penitus insulsum, inquit, ita impium et abominandum est, legibusque coërcendum.

Omne enim, quod est extra publicam utilitatem et nullius usus, explodi debet, atque puniri.

Illo referendum est quod legimus Ann. XII. 'Objectum Lolliæ, Chaldæos, Mathematicos consuluisse:' et ita accipiendus Pammenes exul, pulsis Mathematicis, Chaldæorum arte famosus, ideoque plurium amicitiis innexus.

Enimvero cum sectæ tres Romæ essent, Chaldæa, Ægyptia, Græca, teste Plin. XV. 25. vix est, ut qui per astra ortusque siderum prædicerent, ab urbe exacti fuerint: licet de Chaldæis non dubitem, qui tum ex notis et characteribus, tum ex magia divinantes, sese *Genethliacos* appellabant.

In illos noster Phavorinus Arelatensis Philosophus Græce Romæ disseruit; sed et adversus Ægyptiorum sectam, ut extat apud Gell. XIV. qua de re latior est apud Lucianum disputatio. *Vertranius.*

Sic Suet. Othone 4. 'Ipse spem imperii cepit: magnam quidem et ex conditione temporum, sed aliquanto majorem ex affirmatione Seleuci mathematici; qui cum eum olim superstitem Neroni fore spopondisset, tunc ultro inopinatus advenerat, imperaturum quoque brevi repromittens.'

Et quamvis floreret Seleucus sub Vespasiano, id non prohibet, quin utrique prædicere imperium potuerit, sive ex arte, sive ex conjectura; sive vere prædixerit, sive fefellerit; sed an Seleucus an Ptolemæus id prædixerit, adhuc sub judice lis est, eritque.

Mathematicis] *Seleucum* præcipue intelligit, ut vult Suetonius, vel *Ptolemæum*, ut vult Tacitus. At nemo judicem se ferre possit inter utrumque auctorem.

Dissident in circumstantia personæ, in substantia rei convenimus. Ultra inquirere supervacaneum est.

[v] *Genus hominum potentibus infidum*]

Digitized by Google

lax, quod in civitate nostra et vetabitur[3] semper,[v] et retinebitur. Multos secreta Poppææ mathematicos, pessimum Principalis[4] matrimonii[x] instrumentum, habuerant: e quibus Ptolemæus,[y] Othoni in Hispania comes, cum 'superfuturum eum Neroni' promisisset, postquam ex eventu fides, conjectura jam et rumore[z] senium Galbæ et juventam Otho-

semper, et retinebitur. Arcana Poppææ plurimos habuerunt mathematicos, flagitiosissimum Neroniani conjugii incitamentum: inter quos Ptolemæus, Othonis in Hispania contubernalis, cum prædixisset illum supervicturum Neroni, *postquam ex successu* adhibita ei *fides* est, *conjectura jam et sermonibus senectam Galbæ et*

3 Budens. *vetabatur.*—4 Idem *principis.*

NOTÆ

Interpretor *infidum* hic, quasi suspectum. Mos enim mathematicis, turbidos cives ac novarum rerum cupidos ad spem adipiscendæ dominationis impellere: unde conjurationes in principes plerumque excitantur. *Pichena.*

[v] *Vetabitur semper*] Intellige: Semper ejicietur et semper retinebitur; ejicietur et prohibebitur a principibus, et retinebitur a privatis.

[x] *Principalis matrimonii*] Id est, uxor principis, ut Tacitus loquitur Ann. lib. XI. 'At Claudius matrimonii sui gnarus:' ignorans quali uxorem ingenio privatim haberet. *Sarit.*

Id est, matrimonii principis. Sic lib. seq. *principalem paratum* dixit, *et fortunæ principalis insignia.* Ferrettus. Id est, *matrimonii* sui cum principe, Nerone nempe.

[y] *Ptolemæus*] Teste Plutarcho: 'Ptolemæus mathematicus imperium Othoni prædixerat.' Sicque pro Tacito sentit Plutarchus adversus Suetonium.

[z] *Conjectura jam et rumore*] Id sic intellige: E quibus Ptolemæus Othoni promiserat, eum Neroni superfuturum: quod facile fuit prædicere, quia Otho juvenis, et quia princeps, qualis Nero, multis casibus obnoxius præ Othone in Lusitaniam amandato, ubi moderate se gerebat.

Et *postquam ex eventu fides*, priore illa conjectura jam fultus, et præterea rumore multorum, qui senectutem Galbæ et juventam Othonis comparabant, facile persuaserat Othoni, fore, ut imperium adipisceretur.

Sed Otho, quod fuit tantum meræ conjecturæ, accipiebat tanquam doctrina, arte, et monitu fatorum, imperium ipsi prædictum esset, libidine ingenii humani, qua *libentius obscura credit.*

Conjectura] Nempe *conjectura* quæ ex arte, et præterea *ex rumore* computantium *senium Galbæ et juventam Othonis*, id ipsi persuaserant; aut potius ipse Otho id sibi persuadebat, cupidine ingenii humani, obscura et inania credendi.

Conjectura, quæ nempe obscura et incerta esset, non autem ex vera scientia, et cujus sint certæ regulæ; et fulta illa conjectura, partim his, quæ jam, ut prædicta fuerant, evenerant, partim rumore *senium Galbæ... computantium, &c.*

Et ipse Otho sibi ultro abblandiebatur, et meram conjecturam accipi-

Digitized by Google

nis computantium,[5][a] persuaserat, 'fore, ut in Imperium asciscereturᐧ' Sed Otho tanquam peritia[b] et monitu fatorum prædicta accipiebat, cupidine ingenii humani libentius obscura[c] credendi.[6] Nec deerat Ptolemæus, jam et sceleris instinctor,[d] ad quod facillime ab ejusmodi voto[e] transitur.

juventutem Othonis comparantium, admonuerat fore, ut ad principatum eveheretur. *Sed Otho* hæc *velut arte*, seu doctrina, *et* quasi *lege fatorum, prædicta interpretabatur, ambitione innata mortalium animis, ut potius occulta et incognita credant. Et urgebat Ptolemæus, jam et flagitii consultor, ad quod libenter ab ejusmodi cupidine mens transfertur.*

—5 Tentat Cl. Ernestus, *comparantium*. Sed minime necessario, ut ipse fatetur. *Brotier*.—6 In Mss. et veteribus editionibus, *credi;* [et sic Ryckius et Gronovius.] Ernestus, e conjectura Pichenæ, edidit, *credendi;* [quod et recepere Bipont.] Melius *credentis*, ut rerum series, ac verborum junctura postulat. Sic quoque volebant eruditi viri, Petavius et Huetius. *Brotier*.

NOTÆ

ebat, quasi ex peritia ac vera scientia seu ex certa arte esset. Quasi falli aut fallere non posset homo ille; prava libidine ingenii, credendi obscura, cum placent et ambitioni subblandiuntur.

Tales homines facile animis arrepunt, non sua vanitate magis quam ipsa vecordia ambitiosorum, qui stulte credunt quod imprudenter optant, et qui se ipsis in antecessum et vanitate sua corrupti, genio proprio indulgent, ut quibus nempe se fallendi fere tota vita ac voluptas est.

[a] *Computantium*] Computabat Ptolemæus ipse, et alii; comparabatque juventam Othonis cum senio Galbæ, et sic Othonem ascitum iri a Galba, aut saltem fore, ut eveheretur ad imperium quocumque modo, persuadebat.

[b] *Tanquam peritia*] Quæ conjectura tantum vana fuit, id quasi ex doctrina siderum, et ex lege fatorum prædicta accipiebat Otho.

[c] *Obscura credendi*] Credit facile quisque, quod cupit. Incerta et obscura libentius investigat, pravitate ac libidine ingenii humani, cui insita penitus vanitas est. Et eo libentius amplectitur, quo magis ignota, incerta, et ambigua sunt. Quo magis extraordinaria, eo magis ambit; dum certa faciliaque, et quæ habet in sua potestate, statim fastidit pari vanitate.

Sequitur libentius abscondita et impenetrabilia innata ambitione; et superbia ingenii humani, ipsa cœlestia perscrutatur; quæ, si desint votis, mox etiam inferna fatigat: 'Flectere si nequeo Superos, Acheronta movebo.'

[d] *Jam et sceleris instinctor*] Nempe Ptolemæus prædixerat *novos motus, et clarum Othoni annum*. *Jam*, id est, præterea, incitabat Othonem ad scelus, nempe ad rebellandum adversus Galbam, necandumque principem.

Ad quod scelus *facile transitur* a primo *voto*, nempe, quo mathematicos audiit, speravitque imperium et cupiit.

[e] *Ab ejusmodi voto*] Id est, a desiderio seu cupidine imperandi facile transitur ad scelus conspirandi in principem.

Digitized by Google

23. Sed sceleris[f] cogitatio incertum an repens:[1] studia militum jam pridem, spe successionis, aut paratu facinoris, affectaverat;[g] in itinere, in agmine, in stationibus,[h] vetustissimum quemque militum nomine vocans, ac, memoria Neroniani comitatus, *contubernales* appellando; alios agnoscere,[i] quosdam requirere[j] et pecunia aut gratia juvare: inserendo[k] sæpius querelas et ambiguos[l] de Galba sermo-

Sed propositum facinoris, dubium an recens: certe *animos militum jam pridem deliniverat conciliaratque*, vel *spe adoptionis, vel paratu criminis. In via, in incessu, in excubiis veterrimum quemque militum nomine compellans, et recordatione Neroniani contubernii* commilitones *vocando, alios agnoscere, nonnullos desiderare, et opibus vel auctoritate* sua *juvare: immiscendo sæpe questus et sinistros de Galba rumores, et similia manipularium incita-*

1 Acidal. malit *recens:* sed vulgat. majorem vim habet. Annal. vi. 7. *Oberl.*

NOTÆ

[f] *Sed sceleris*] Sic inverte: 'Incertum an cogitatio sceleris recens fuerit, sed certe studia militum jam pridem, &c. affectaverat.'

Sceleris cogitatio] Cogitatio sceleris, quo occideret principem, forte recens fuit; sed vetus spes et cupido adoptionis successionisque. Qua spe pridem animos militum deliniebat.

Cogitatio ... an repens] Plutarchus in Galba: 'Jam ante alias corrupti solicitatique milites ab Othone, seu Onomasto, ejus liberto. Nam alioqui quatriduo corrumpi non potuissent tota castra illa, si jam ante non ægra essent.'

[g] *Studia militum jam pridem, &c. affectaverat*] Sic Suet. Oth. 4. 'Nullo igitur officii aut ambitionis in quenqnam genere omisso, quoties cœna principem acciperet, aureos excubanti cohorti viritim dividebat: nec eo minus alium alia via militum demerebatur.'

[h] *In stationibus*] Forte aliqua cohors prætoriana, aut vexilla aliqua hujusce militiæ missa obviam novo principi. Nam tardum iter Galbæ: vel forte aliquando mutari militia nonnullorum potuit, ita ut notati pulsive e cohortibus prætorianis, ad militiam legionariam se rursus conferrent.

Quod factum mox sub Vitellio, licet alia de causa, tædio scil. manendi in urbe. Et cœlo insalubri Germaniciani deserebant ultro militiam prætor. ut ad legionariam redirent.

[i] *Agnoscere*] Non potest vir nobilis abblandiri callidius benigniusve homini plebeio, quam si illum salutet, agnoscat, si absentis meminit, si illum requirit, et nomine suo compellat.

[j] *Quosdam requirere*] De quibusdam sciscitabatur, ubi essent, an viverent; vel etiam fato functorum desiderio se teneri fingebat.

Vel etiam quosdam, quos non ita pridem vidisset, requirebat inter contubernales. Nihil carius gregario militi, quam cum nempe requiritur a viro illustri, qualis fuit Otho.

[k] *Inserendo*] Et *interserendo* idem est.

[l] *Ambiguos*] Sermones, qui possent trahi in bonam et malam partem. Sæpius tamen, ut ingenium humanum est, in malam. Quæ seges discordiæ amplissima in vulgus militum, ob severitatem disciplinæ et avaritiam senis.

Digitized by Google

nes, quæque alia turbamenta vulgi. Labores itinerum, inopia commeatuum, duritia imperii, atrocius accipiebantur, cum, Campaniæ lacus[m] et Achaiæ urbes classibus adire so-

menta. Lassitudo viarum, penuria copiarum seu cibariorum, et *austeritas dominationis, iniquius ferebantur* caligis: *cum* olim *Campaniæ lacus et Achaiæ*

NOTÆ

[m] *Cum, Campaniæ lacus*] Historici, quos cultior antiquitas celebrat, dum explicationi consiliorum inhærent et confingendis orationibus, industriæ potius suæ specimen dederunt, quam ut describerent temporum indolem, in quorum enarratione versantur, cum alia illa penitius nobis, me judice, innotescere possent *ex actis urbis diurnis, actis senatus*, similibusque, si quid hujus generis extaret, quam ex ulla historia, in hoc usque tempus superstite.

Non quod collectanea memorabilium eo, quoad alia, loco habeam, quo scriptam ex arte historiam, aut fingendarum orationum licentiæ intercedam, quam Dionysius Halycarnasseus in lib. περὶ τοῦ Θουκυδίδου χαρακτῆρος, aliique melioris notæ auctores indulgent, modo judicium, et, quæ ex decoro personarum sumitur, ratio moderetur huic instituto, vitatis absurdis et sibi repugnantibus.

Thucydides primus, atque ex multorum judicio optime in hisce orationum commentis versatus, diserte carpit eam libertatem. 'Difficile est,' inquit, 'illa accurate referre, et mihi ad quem ista deferuntur, et illis, qui undecumque accepta renuntiant.'

In quem locum quamvis scholiastes affirmare gestiat: 'Opportune ignorantiam prætexit, ut locum det iis quæ ipse excogitavit:' probat tamen illud, cujus tam insignia extant exempla, quodque, si perspicua veritate excidimus, veritati proximum est, et plerumque magis dilucide se offert ingenio, quam ipsa, si daretur, veritas.

Videamus, qualem hic se Tacitus gesserit, qui perspicaci licet ingenio, hoc loco tamen, mea opinione, vix ab errore se immunem præstitit.

Qui *Campaniæ lacus et Achaiæ urbes classibus adire solebant*, prætoriani erant milites: illi, ad quos Otho orationem habuit, erant Hispaniæ legionarii in montium transitu, qui Neroni in Achaiam comites esse non poterant.

Sic et Tac. hist. IV. 57. ubi, 'ut Treveris etiam et Lingonibus despectui sit.' Et tamen certum ex ipso Tacito aliisque historicis istius temporis, Treveros et Lingones solos ex Gallis fuisse, quos Galba 'atrocibus edictis, aut damno finium perculerat,' aliis laxata tributorum severitate, aut civitate donatis.

Sic Vulcatius Gallicanus in vita Avidii Cassii introducit M. Antoninum philosophum subtiliter disserentem, quid multos perdiderit imperatores, et inter alios *Pertinacem*. Cum tamen tredecim annos Pertinax supervixisset Antonino, datus filio Commodo successor.

Et Appianus Συριακῇ ordinatam Romanorum aciem describens, Domitium locat in dextro cornu, L. Scipionem in medio, Eumenem in lævo; atque apud hostes, Antiochum in dextro, Philippum in medio, Seleucum in lævo, ubi prælium conseritur; ex providi ducis militari solertia, medium medio, et læva lævis componit, repugnante prorsus natura, Eumenem Seleuco ejusque militi; quod

Digitized by Google

NOTÆ

verum quidem, ut Livius ostendit l. XXXVII.

Sed ex ordinatione Appiani falsum; Eumenem enim apud Livium constat dextrum obtinuisse cornu. Appiani verba sunt: 'Domitius imperabat dextro cornu, medium sibi ipse consul sumserat, Eumene lævum cornu regere jusso.' Apud inimicos: 'Constitutos ad dextram milites ipse ducebat Antiochus, ad lævam filius ejus Seleucus, in medium conjectos, Philippus elephantum præfectus.'

Ubi in hostem deducitur exercitus, 'Eumenes,' inquit, 'equitem suum immittit oppositis sibi Galatis et Cappadocibus.'

Et ne quid dubii oboriatur, quo loco constitissent hi Cappadoces, subjungit hæc verba: 'Et hæc quidem gerebantur ad lævum Macedonibus assignatam.'

Error non dissimilis occurrit apud Dionys. l. VI. 'Romani exercitus lævum cornu ducebat T. Æbutius magister equitum, oppositus S. Tarquinio;' cui antea locum dederat *in lævo cornu Latinorum*, prælio ad lacum Regillum.

In Callisthenis quoque historia de rebus gestis Alexandri. Polyb. l. XII. plurima notat, σφάλματα τακτικὰ, id est, *errores in ordinanda acie*. Savilius.

Quod pertinet ad id quod arguit Savilius de *Treviris* et *Lingonibus*, hæc certe jam non spectant ad Galbam aut Neronem. Jam Vespasianus imperabat, cui nihil rei cum Gallis.

Jam tum novæ prorsus res erant. Jam forte metuebant hæ civitates, pristina decora et immunitates, sibi concessas ab Othone, amitterent sub novo principe.

Forte his beneficiis opibusque abutebantur in rebellionem. Nec forte potius eas gentes assumit hic in exemplum Tacitus, quam alios Belgicæ seu Germaniæ populos.

Itaque nihil est causæ hic, cur tantopere arguatur scriptor. De aliis exemplis auctorum, qui hic arguuntur, silemus; quia non sunt hujus loci, nec ad Tacitum pertinent.

Cum Campaniæ] Sentio etiam ea ornamenta esse Taciti, sed tamen hic sese accommodat rebus et personis. An repugnat, fuisse multos alios milites in comitatu Neronis, præter aulicos, dum Campaniam et Achaiam inviseret ad celebrandos ludos; (neque enim putem solos prætorianos stipasse Neronem in hujusmodi peregrinationibus;) qui iidem milites fuerint tum in Hispania, vel in legione, vel in cohortibus, cum Romam veniret Galba, et iter ingrederetur paludatus?

Non dicam, omnes fuisse tales qui stiparent Galbam, sed ibi esse potuisse non paucos eorum, qui olim fuissent in comitatu Neronis, dum iret Neapolim, vel et in Achaiam transiret, quos hic Otho agnoscere potuit, et alios requirere, qui abessent.

Et quis scit, num aliquæ cohortes prætorianæ obviam Galbæ prodierint ad officium? Num destituto Nerone et exstincto, nonnullos ex suis miserint ad cultum venerationemque Galbæ, aut saltem ad ea speculanda quæ in comitatu et in castris Galbæ agerentur.

Igitur vel plerique milites, qui olim in comitatu Neronis, ad alios ordines transierant, vel forte provecti erant. Aut etiam cohortes integræ in Hispaniam translatæ, et tum forte in comitatu seu exercitu Galbæ erant.

Cum Campaniæ lacus] Simile Plutarchus Crasso: ubi de duce itineris, qui præcedebat militem Rom. adversus Parthos incedentem: 'Ad milites veniens, et veluti sublevans, cavil-

Digitized by Google

liti, Pyrenæum[a] et Alpes[c] et immensa viarum spatia ægre sub armis eniterentur.[2]

civitates, vecti *navibus invisere solerent*, *nunc* illi *Pyrenæum et Alpes et longissima itinerum spatia sub armis non sine* magno *labore eniterentur*.

2 Optime Mss. editio princeps et recentiores. Male Puteolanus, [et Budens.] *emitterentur*. Unde Pichena tentabat, *emetirentur*. Brotier.

NOTÆ

labatur, non sine irrisu: Vos vero per amœna Campaniæ littora incedere putatis, et desideratis adhuc fontes, rivulos, et umbram nemorum, et balnea, ac tabernas. Num meministis vos nunc peragrare regionem Arabum et Assyriorum terras?'

Sunt quædam ejusmodi, quæ ad veritatem historiæ non pertinent, sed solummodo ad ornatum ipsius, et amœnitatem ingenii. Quæ certe permittenda scriptori et accipienda magis, ut dicuntur, quam ut sunt. Et quis alligare velit manum pictoris, aut ingenium scriptoris?

Quædam arti et eloquentiæ danda sunt, modo intacta et illæsa maneat rerum veritas. Eloquentiæ decus et pompam tollit funditus, qui *liberum egressum* scriptoris prohibet.

Similiter arguitur Tacitus Ann. II. 24. ubi post dispersam procellis et Oceano classem Rom. sic habet: 'Sola Germanici triremis Chaucorum terram appulit, quem per omnes illos dies noctesque apud scopulos et prominentes oras, cum se tanti exitii reum clamitaret, vix cohibuere amici, quominus eodem mari oppeteret.' Quo loco arguit Lipsius, se non vidisse vel audivisse in eo tractu littorales *scopulos*, et ibi mollem tantum et arenosam terram esse, nihil esse altum aut prominens.

At certe sic perpetuo argueretur scriptor historiæ. Et hoc ipso loco allato ex l. I. argui possit, quod *eodem mari oppetere* vellet Germanicus; et alia innumera ejusmodi, quæ tamen veritatem elucidant, exornant.

Et ni me fallit memoria, reperitur apud Livium idem fere et iisdem verbis, de littoribus Campaniæ, et in simili occasione. Quem locum forte olim dabimus.

[a] *Pyrenæum*] Pyrenæi, montes Galliæ et Hispaniæ regionum: hodie *les Monts Pyrenées*, in regnis Franciæ et Hispaniæ. *Tillemon.*

Pyrenæum] Debet aliquid licere scriptori, cum specimen ingenii ostentat, quemadmodum fere 'pictoribus atque poëtis.' Satis negotii est in investigandis memoriis, in discernendo tot vana, totque falsa a veris, totque res confusas elucidando, componendo, ordinando.

Genio aliquando permittere se debet scriptor, præsertim in rebus quæ non officiunt veritati, et ornamento sunt; immo quæ historiam ipsam legentibus, et veritatem lætiorem exhibent.

Potuit tamen hic Tacitus, seu Otho, exhibere caligis istis prætoriis Pyrenæi jugi Alpiumque labores, non quasi præsentes, sed imminentes; præsertim sub duro principe, de quo jam olim per jocum militarem jactatum erat in vulgus apud Sueton. 'Disce, miles, militare; Galba est, non Gætulicus.' Et infra Tac. 25. de prætorianis: 'Omnes metu mutandæ militiæ exterrebantur.' Nempe sub eodem Galba.

Et nonnulli poterant esse prætoria-

Digitized by Google

24. Flagrantibus jam militum animis[1] velut[2] faces addiderat Mævius Pudens, e proximis Tigellini.[p] Is mobilissimum quemque ingenio, aut pecuniæ indigum, et in novas cupiditates præcipitem alliciendo, eo paulatim progressus est, ut per speciem convivii,[q] quotiens Galba apud Othonem

Ardentibus jam manipularium animis, velut ignem subjecerat Mævius Pudens, e clientibus Tigellini. Ille solicitando seditiosissimum quemque ingenio, vel pecuniæ egenum, et in novas cupidines ultro pronum, eo sensim provectus est, ut prætextu epularum, quoties Galba apud Othonem convivaretur, centenos nummos

1 Ita Mss. Flor. et meus: unde non audiendus Juretus, qui ex eo, quod in Bud. non sit *animis*, legit: *flagratibus jam militum*. Ryckius.—2 Budens. *jam faces*.

NOTÆ

ni in comitatu Galbæ, dum Pyrenæum transit. Haud dubie Nymphidius miserat, qui facta dictaque ipsius principis, aulicorum, et legionariorum explorarent.

Et ea non dicta tantum in itinere, sed et etiam in urbe repeti potuerunt.

Nymphidius primo se unum præfectum prætorii, et quasi collegam seu consortem imperii, dein et principem se destinabat.

[o] *Alpes*] Montes Galliæ et Italiæ regionum, atque Illyrici late sumti: hodie *les Alpes*, in regno Franciæ, imperio Allemaniæ, et in Italia recentiore. *Tillemon.*

[p] *Proximis Tigellini*] E clientibus, amicis, domesticis.

[q] *Per speciem convivii*] Sportularum titulo erogatio ea facta, nisi fallor. *Lipsius.*

Quasi partem de convivio daret. *Ferrettus.*

Neutri assentior; sed puto convivium, quo Galba exciperetur ab Othone, fuisse tantum prætextum, quo talis largitio in milites velaretur.

Sic enim potuit impune demereri omnes et singulas cohortes, dum per vices excubias agerent.

Per speciem convivii] Dicit Lipsius sportularum titulo erogatam illam pecuniam. Sed puto, sportulæ erogabantur Quiritibus, non militi. Et quis privatus audeat sub principe erogare sportulas militi prætoriano?

Quis publicam largitionem exercere audeat? Potius est, ut specie et velo convivii principi exhibiti, velut in partem epularum, simul et comites principis vocarentur, eoque prætextu donarentur prætoriani.

Convivii] Plut. Galba: 'Quoties convivio exciperet principem, semper cohortem, custodiæ causa, comitantem viritim aureo donabat. Quo facto, cum videretur honorare Cæsarem, occulte corrumpebat militem.'

Convivii] Vertunt, quasi pro illis symbolum convivii seu compotationis penderet aut solveret Mævius. Intellige potius datam pecuniam cuilibet militi viritim, nempe *centenos nummos*, prætextu convivii, quo excipiebatur princeps, ita ut non solum exciperetur colereturque imperator, sed etiam miles ipsius.

Nec in ea statione compotabat miles: quod sine confusione fieri non potuit apud privatos penates Othonis; et corruptio hæc magis innotuis-

Digitized by Google

epularetur, cohorti excubias agenti viritim centenos nummos[r] divideret: quam velut publicam largitionem[s] Otho secretioribus apud singulos præmiis intendebat; adeo animosus corruptor, ut Cocceio Proculo,[t] speculatori,[3] [u] de parte

distribueret viritim cohorti, quæ tum in statione esset: quam quasi publicam munificentiam augebat Otho, occultioribus apud quemque largitionibus; adeo strenuus audaxque solicitator, ut Cocceio Proculo speculatori de limite agrorum cum

3 Male Puteolanus, *spiculatori*. Brotier.

NOTÆ

set in publicum; sed pecuniam accipiebat miles, qua pro nutu et libidine uteretur; nempe, cum excubias peregisset, cum statione sua eo die defunctus esset.

Nec admodum refert, quo prætextu pecuniam largiretur Otho, sive quasi ipsos exciperet convivio, et velut illos in partem epularum vocaret, prætextu convivii, quo principem excipiebat, aut quasi coleret principem. Perinde est.

Aliud agebatur, aliud destinabatur. Aliud præferebat Otho in speciem, aliud spe et animo moliebatur.

[r] *Viritim centenos nummos*] Sic Sueton. Oth. 4. 'Quoties cœna principem acciperet, aureos excubanti cohorti viritim dividebat.'

Aureum nummum ait Plutarch. et Sueton. id est, 15. s. 7. d. ob. Constabat autem hæc cohors ex mille militibus, adeo ut donativum ejus, unico impensum convivio, abiret in summam 781. lib. 5. s. *Savilius*.

Viritim] Id est, singulis militibus, seu per capita. *Centeni nummi* sunt 7. lib. et insuper dimidia, nostro more. Et *aureus* Suetonii valet idem quod centeni nummi, et idem quod 25. denarii Romani.

Itaque distributi *centeni nummi* viritim cohorti; et cum cohors esset mille hominum, summa illa fuerit 2500. coronatorum, seu 7500. librarum nostri moris.

[s] *Velut publicam largitionem*] Ἐμφανῆ, aut potius δημοσίαν. *Savilius*.

Erat *publica* illa *largitio*, quia cohorti universæ excubias agenti, et veluti publico auctoramento, pecunia tribuebatur, et quia *per speciem convivii*, veluti publici, quo nempe princeps epularetur.

[t] *Cocceio Proculo*] Sic Suet. Oth. 4. 'Cuidam etiam de parte finium cum vicino litiganti adhibitus arbiter, totum agrum redemit emancipavitque; ut jam vix ullus esset, qui non et sentiret et prædicaret solum successione imperii dignum.'

[u] *Speculatori*] Ubique hoc militiæ nomen et munus. Ita scribo, et *spiculatores* expello. Libri omnes scripti suadent: etiam lapides. Ut ille Romæ:

P. ÆL. MUCIANO.
SPEC. LEG. II.
ADJUT.

Alius juxta Æmiliam:

L. CASURIO. L. F.
CLU. SPECULATORI.

Item: SCHOLA. SPECULATORUM. I. ET. II. ADJUTRICUM. PIARUM. FIDELIUM. In nummis item M. Antonii: COHORTIS. SPECULATORUM.

Sed et in Marci Evangelio: 'Cum misisset rex speculatorem.' Et in Suet. Calig. 'Caliga speculatoria,' scriptum.

Digitized by Google

NOTÆ

Sed verine hi speculatores sive exploratores? Vix opinor, et exempla refutant. Potius censeam fuisse inter custodes corporis imperatorii certum genus, qui velut in specula ejus salutis, unde nomen. Certe Suidas clare: 'Speculatorem, custodem corporis, seu satellitem.' Et hic in Tacito atque in Suetonio reperias inter satellites principales.

Arma iis clypeus et lancea, ex Josepho III. 6. 'Ferunt alii quidem ante ducem electi pedites lanceam et clypeum.'

Et c. 8. 'Post quos ipse Vespasianus incedebat, habens secum electos peditum et equitum et lancearios.' Nam capiam ibi sane λογχοφόρους, sive *lancearios*, hos *speculatores*.

Suetonius hortatur in Claudio: 'neque convivia inire est ausus, nisi ut speculatores cum lanceis circumstarent:' et in Galba: 'descendentem Galbam speculator impulsu turbæ lancea prope vulneravit.'

Hi sunt, quos sequens ætas *scultatores* dixisse videtur, quasi *auscultatores*. Quod vere notatum censeo a Cujacio obser. VI. 33. quem de alio etiam munere speculatorum adi et audi. *Lips.*

Per λογχοφόρους seu *lancearios* Vespasiani intelligi possunt *corporis* ejus *custodes*, seu prætoriana ejus cohors, quæ pro tentorio ducis excubaret ex more.

Speculatori] In Corviniano cod. scriptum est, *speculatori*. Cujus munus erat de rebus hostium ad suos referre quid percepisset, sive ex specula, sive in ipsis hostium castris. Neque enim verum est hunc ex specula prospicere, *exploratorem* inter hostes versari.

Tolluntque discrimen illud verba Livii l. XXII. 'Speculator Carthaginiensis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehensus.' *Vertran.*

Bene doctissimus vir, quasi *speculatores* inde dicti sint, quia degant in specula, ne princeps insidiis obnoxius fiat. Et Sueton. applaudit in Cæs. 86. 'Sunt qui putent confisum eum novissimo illo senatusconsulto ac jurejurando, etiam custodias Hispanorum cum gladiis inspectantium se removisse.' *Salin.*

Spiculatori, legendum esse hoc loco, non desunt qui putent; eo quod *spiculo* uterentur, ex Vegetio II. 7. quibus M. Vertrannius assentiri videtur, necnon Turnebus advers. XXIV. 41. 'Caligas spiculatorias' legens in Suet. Cal. 12. et apud. Tertull. de corona mil. 'Spiculatoriam morosissimam absolvit.'

Hunc errorem esse docet Suidas, scribens, σπεκουλάτωρας τοὺς δορυφόρους. Præterea prætoriani milites, qui imperatoribus astabant, eosque stipabant, *lancea*, non *spiculo*, usos constat ex Suet. Claud. 35. et Galb. 15.

Ad hæc *spiculum* a *pilo*, quod commune legionariorum militum erat, non differebat, teste Vegetio.

Speculatores igitur a *speculando*, eo quod principis tutelæ invigilantes undique specularentur, ut insidiarum omne genus præcaverent.

Speculatores autem non solum in prætorianis militibus frequentes fuisse, sed et in legionibus ipsis constat, in Hirtio de bello Hisp. 13. et de bello Afric. 35.

Quin immo unaquæque cohors prætoriana proprios habebat speculatores c. 31. 'Dilapsis speculatoribus, cetera cohors non aspernata concionantem.' Antiquum marmor Romæ: C. FABIUS C. F. SER. CRISPUS. CARTAG. SPEC. COH. VI. PR.

Horum autem speculatorum munus erat, de rebus hostium ad suos

Digitized by Google

finium cum vicino ambigenti, universum vicini agrum,[v] sua pecunia emtum, dono dederit: per socordiam Præfecti, quem nota pariter et occulta fallebant.

25. Sed tum e libertis Onomastum futuro sceleri præfecit, a quo Barbium Proculum, Tesserarium[1] speculato-

finitimo litiganti, elargitus sit totum finitimi sui *campum, suis opibus redemtum: per vecordiam ac stoliditatem præfecti* prætorii, *qui comperta perinde et secreta ignorabat.*

Sed tum e libertis Onomastum destinato facinori præposuit, qui cum *Barbium*

1 Male Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *tesseranum*. Brotier.—2 Mss.

NOTÆ

deferre quicquid percepissent, sive ex *specula*, sive in ipsis hostium *castris*.

Neque eorum recipienda sententia, qui *speculatores* ab *exploratoribus* differre dixere; quod *speculator* e specula prospiciat, *explorator* inter hostes versetur, ut patet ex Livio XXIII. 33. et l. XXX. 29. Et Hirtius de bell. Afric. 35.

Utebantur quoque principes *speculatoribus* ad damnatorum supplicia.

Jul. Firmicus VIII. 26. Seneca l. I. de ira 16. Et Ulpian. l. VI. de bonis damnatorum. Evangelium Marci 6. *Speculatores* electos inter milites, qui fortiores corpore et fide præstantiores haberentur, palam est hist. II. 11. Et III. 73. *Marc. Donatus.*

Quod afferunt de *spiculatoribus*, falsum; saltem si spectetur ævum et historia Taciti ac Suetonii. Et a *spiculo*, quis dicat Latine *spiculatorem?* quasi vero! Patet ex his auctoribus *speculatores* fuisse *lectissima corpora*, nec robore solum, sed forte et armis insignibus distinctos.

Quantum patet, etiam propius astabant principi epulanti, forte et aliud agenti. Puto, et illi excutiebant interventores, et qui salutarent inviserentque principem. Etiam in castris et bello maxime iis fidebat princeps. Puto, et *caliga* præ aliis manipularibus insignes, aut certe distincti. Sueton. Calig. 51. 'Modo in crepidis vel cothurnis, modo in speculatoria caliga.'

Forte sic, quia nuntiis literisque dominantium ferendis destinati; attamen vehiculis publicis usi. Sueton. Calig. 44. 'Maguificas Romam literas misit, monitis speculatoribus, ut vehiculo ad forum usque et curiam pertenderent,' &c. Quod autem dicunt, principes speculatoribus usos fuisse ad supplicia, de regibus extraneis, aut alio ævo id forte verum. Sed apud Tac. aut Sueton. nihil tale reperias. Nam tribuni ipsi, vel centuriones talia exequebantur. Nisi forte his uterentur tribuni. Puto, speculatores isti apparebant et assistebant principibus, fere in eum modum, quo duo custodes assistunt regibus nostris: hos vulgo vocamus, *Huissiers de la Manche*, quia propius stipant regum latera.

[v] *Agrum*] Qui ager forte modicus fuit, ut qui speculatori militi conveniret. Proculus ille *speculator*, fuit unus e præcipuis corruptoribus militum, nempe calliditate et audacia præcellens. Quod potissimum requirebatur eo casu.

Digitized by Google

rum,[w] et Veturium, Optionem[2x] eorundem,[3y] perductos,

Proculum Tesserarium speculatorum, et Veturium Optionem eorundem militum

Bodl. Guelf. et Puteolanus pessime habent, *octonem eodem* pro *optionem eorundem*. Idem. Edd. usque ad Lipsium *Othonem*.—3 Iidem libri *eodem*.—

NOTÆ

[w] *B. Proculum Tesserarium speculatorum*] Ita scriptum meis libris. Cur spernam? Tesserarios enim suos cohortibus speculatorum fuisse, credam non vane. Si quis tamen junctim malit, *Tesserarium speculatorem*, haud pugnem.

In Glossario Prisco: γραμματεὺς: *scriba, tesserarius*. In lapide Romæ: AUR. SATURNINO. EQ. COH. VII. PR. S. VERISSIMI. QUI. MILITAVIT. IN. EQ. SECUNDA. ITALICA. TESSERARIUS. ANN. VI.

Plutarchus in hac ipsa narratione: 'Inter illos Veturius et Barbius, ille quidem optio, iste tesserarius. Sic enim appellantur, qui nuntiorum et speculatorum ministeria exhibent.' *Lipsius*.

B. Procul. Tesserarum spiculatorem] Forte *Tesserarium*. Modestinus in re milit. sic appellari eos scribit, qui præcepta imperatoris per contubernia significant.

In antiquis inscription. Comi, *Tesserarii dolabrariis* junguntur pago Clivio. Amm. Marcel. l. XIV. 'Aurigariam, aut artem tesserariam profitentur.'

Ita ut conjectura ducar, esse, qui, quod vulgo vocant, *intarsiatum faciunt*, quos recentiores Cæss. *diatretarios*, uti suspicor, appellant. *Alciatus*.

Malo *Tesserarium*. Neque enim *tesserarius* et *spiculator* iidem ob diversa munia. Ille tesseram per militum contubernia nuntiabat, quam a tribuno per singulos dies, extremo sole, accepisset; hic stipator ducis aut imperatoris spiculo brevique hasta armatus fuit. De his Veget. II. 7. *Vertran*.

Non sat bene explicat Vertrannius, etsi recipere id videatur Turnebus advers. III. 7. et utrique favere Vegetius, II. 7.

Multi generis tesseram militarem observo apud Scriptores. Una erat symbolum bellicum, seu signum, quo ejusdem partis milites ab hostibus dignoscebantur: de qua Virg. Æneid. VII. 'It bello tessera signum.' Silius l. V. Claudian. Laud. Stiliconis I. 330. Livius l. VII. 'Ceteris omnibus tesseram dari jubet.' De hac tessera Vegetius II. 7.

Hæc autem *tessera, vox* erat. In castris enim Cæsaris, *Venerem* tesseram fuisse tradit Appianus bell. civ. l. II. *Felicitatem*, Hirtius de bell. Afric. In Pompeii Magni, *Herculem invictum*. In Pompeii junioris, *Pietatem*, Appian. l. III.

Neronem quandoque dedisse tribuno signum petenti, *Optimæ matris*, Tac. XIII. 2. et Suet. c. 9.

Brutum in Philippicis, *Appollinem*, Plutarch. in illius vita. Antoninum, *Æquanimitatem*, Capitolinus in ejus vita. Caligulam, *Priapum*, Suet. 65. Severus, *Jovem*; Septimius, *Laboremus*. Pertinax, *Militemus*.

Claudius excubitori tribuno signum de more petenti versum Græcum, apud Suet. 42. Veget. III. 5. Victoriam, Palmam, Virtutem, Deus nobiscum, Triumphum imperatoris, quorundam tesseram fuisse recenset.

Hoc signum aliquando datum congressuris cum hoste militibus, ut in

Digitized by Google

NOTÆ

pugna suos ab hoste discernerent.

Aliquando etiam in castris etiam prætorianis excubias agentibus *tessera;* quod signum tribunus ab imperatore acceptum militibus dabat. Vulgo *contrasegno*, excubitores *sentinelles* appellant.

Priorem hic non intelligi, clarum est, cum in actu bellico non essent imperator et milites; nec minus alteram; non enim rem tanti momenti manipulari ordinario commissam. Talem hunc fuisse patet ex illo: 'Suscepere duo manipulares:' etsi Suetonius *quinque* tradat.

Erat et tessera *frumentaria* tabella lignea, insignita nota, quæ dabatur militibus, ut ex publico frumenti certam quantitatem acciperent.

Eam fuisse figuræ quadratæ, ex ipsa voce Græca conjiciendum: item *planas*, quia Polyb. πλατείαν, quamvis et aliquando *rotundas* observemus ex Dione in Tito.

Meminit *tesseræ frumentariæ* l. LII. §. 1. D. de Judic. et l. XLIX. D. de Leg. et Judic. Juvenalis Sat. VII. vs. 74.

Cum itaque vel donativi loco, vel stipendii in solutum dabatur militibus frumentum, aliave annona, tesseræ tot assignabantur tribunis, quot milites sub eis militabant: has vero viritim tribuni per suum tesserarium militibus impartiebantur.

Fuisse Proculum *speculatorum tribuni tesserarium* hujusmodi existimo; Veturium vero ipsius optionem, hoc est, vicarium, seu vices gerentem.

Notum enim est ex Varrone, Festo, et Vegetio, optionem masculino genere dici, qui muneris alicujus militaris administrandi vices gerit; sic Plaut. Asin. 'Optionem tibi sumito Leonidam.' Et L. ult. de Jur. immunit. l. VI. de bonis damn. 'neque speculatores, neque optiones ea desiderent.' Quo loco, per *optiones*, intelligendi speculatorum vicarii.

Huic expositioni favent leges nonnullæ, in quibus *optiones* accipiuntur pro illis qui annonam militibus dividunt, uti lex IX. c. *de jure fisci.* l. IX. c. *de exact. tribut.* l. III. c. *de apoch. public.* et *novel.* Martiani de indul. rel. novel. Justiniani 129. talis ὀπτίων Procopio l. III. de *bello Vand.*

Illud insuper annotare libet, Plutarchum tanti fecisse has Taciti voces, ut easdem in Galba, ubi de hac conjuratione, in textu Græco receperit, ὀπτίων καὶ τεσσαράριος, cum tamen *tesserarium* interpretetur διάγγελον, *optionem* vero διοπτῆρα.

Symphori tesserarii fit mentio in marmore antiquo, et in alio voto Herculi invicto: 'Fabiani signiferi et Valerii Firmini optionis.' *Marc. Donatus.*

Distingui debet inter *tesseram*, quæ quotidie dabatur in ipsis castris prætorianis ab ipso præfecto prætorii, ut puto, et *tesseram* illam quæ dabatur in palatio, ab ipso principe, tribuno prætoriano, qui cohorti ibi per vices excubanti præerat.

Ut et distinguendum inter *tesseram* quæ dabatur ex more in castris legionum singulis diebus, et inter illam eximiam *tesseram* quæ dabatur a duce seu imperatore, cum prælium instaret.

Speculatorum] Suet. Oth. 5. 'Primo quinque speculatoribus commissa est res, deinde decem aliis, quos singuli binos produxerant: omnibus dena sestertia repræsentata, et quinquagena promissa.' Sunt dena sestertia 250. coronati, seu 750. libræ: quinquagena sestertia sunt 1250. coronati seu 3750 libræ.

* *Veturium Optionem*] Dictus autem primum est *optio*, is quem decurio aut centurio optaret sibi rerum privata-

Digitized by Google

postquam vario sermone callidos audacesque cognovit, pretio et promissis onerat, data pecunia ad pertentandos plurium animos. Suscepere duo manipulares[2] Imperium Pop. Rom. transferendum; et transtulerunt. In conscientiam facinoris pauci asciti:[4] suspensos[3] ceterorum animos

pellexisset, ubi eos diversis colloquiis versutos audentesque intellexit, præmium et pollicitationes ingerit, suppeditata pecunia ad explorandas plurium mentes. Duo gregarii milites aggressi sunt transferre principatum populi Romani; et transtulerunt. Pauci assumti in societatem sceleris: dubius aliorum mentes variis modis

4 Sic bene veteres et recentiores editiones. In mediis quibusdam, *paucis*

NOTÆ

rum ministrum, quo facilius officia publica obiret, qui olim ante accensus. Festus, Varro, et Marcellus.

Aliud vero senescente imperio munus *optionis* fuit; de quo Veget. II. 7. et Modestinus. *Vertrannius.*

Eodem, pace doctissimi viri, non erat in *eorundem* mutandum: nam Onomastus eos in unum locum seduxit, ingentibusque promissis in futurum scelus accendit. *Salin.*

Eodem, in idem consilium adduxit, si vera lectio.

3 *Optionem eorundem*] Constituta lectio pridem ab eximio Cujacio, loco quem jam dixi, nisi quod *eorundem* scripsi, non *eoilem*, fide Vaticani libri.

Optiones Romana militia vetus dixit, quia e dignioribus. Et cum gradu militibus adoptati, vicem eorum subibant.

Posterior ætas, nisi fallor, diverso paulum sensu; qui velut custodes quidam arbitri et inspectores. Plut. διοπτῆρας vertit.

Et in legum libris *Optio fabricæ*, simili sensu: in Ambrosio Optio carceris scriptum.

Videntur in quaque centuria hi fuisse, ex lapide, qui in Piceno:

C. LUCILIUS: C. F. VEL. VINDEX MIL. COH. VI. PRÆT. VIX. ANN. XXX. MILITAVIT. ANNIS. XII. PRINCIPALIS.

BENEFICIARIUS. TRIBUNI.

DEINDE. OPTIO. IN. CENTURIA.

Alibi utrumque junctum legas, et Tesserarium et Optionem: ut in illo marmore.

EQUITI COH. EJUSDEM.

TESSERARIO. OPTIONI. *Lips.*

Eorundem] Forte potius *eodem*. Nam speculatores non habuerunt *optionem* proprium, ut neque habuerunt proprium centurionem. Optio totius centuriæ fuit, ut et centurio.

Optio centurionis locum et munus supplebat, et fuit alicujus momenti apud prætorianos.

Et mirari subit, quod in talibus caligis, nemo præmium speraverit majus ex præfecto, aut ex principe, quam ex liberto, si conjurationem detexisset.

Eorundem] Supple *Speculatorum*.

2 *Suscepere duo manipulares*] Sic Suet. Oth. 5. 'Ac primo quinque speculatoribus commissa est res; deinde decem aliis, quos singuli binos produxerant: omnibus dena sestertia repræsentata, et quinquagena promissa: per hos solicitati reliqui, nec adeo multi, haud dubia fiducia in ipso negotio pluribus affuturis.'

3 *Suspensos*] Pendentes animi, in-

Digitized by Google

diversis artibus stimulant: primores militum,[b] per beneficia Nymphidii[c] ut suspectos: vulgus et ceteros,[d] ira et desperatione dilati totiens donativi:[e] erant, quos memoria Neronis ac desiderium prioris licentiæ accenderet:[f] in

incitant: præcipuos manipularium, tanquam suspectos per largitiones Nymphidii: vulgus militum *aliosque, odio et desperatione dilatæ toties largitionis: nec deerant, quos stimularet recordatio Neronis, et cupido prioris lasciviæ: et pari incitamento*

NOTÆ

certos, ambiguos, pronosque in factionem aliquam et partes quæ offerrentur.

Græcis esset μετέωροι· nempe erecti ad omnem rumorem, quorum jam labat fides, et qui stimulati facile erumpent. Infra Hist. II. 4. 'Suspensis provinciarum et exercituum mentibus.'

[b] *Primores militum*] Id est, præcipui calliditate et audacia. Sic supra: 'postquam vario sermone callidos audacesque cognovit.' Existunt semper in turba, qui ferocitate et impotentia animi prævalent, et qui sunt velnti capita factionum.

Attamen hic intelligam per *primores*, præcipuos militum, qui fama virtutis conspicui, aut qui etiam aliquo gradu evecti præ ceteris, aut certe digni qui provehantur.

Primores] *Primores* et præcipui, non quod aliquo titulo forte præcmineant; sed quia aliis præcellunt audacia, mobilitate ingenii, vel etiam bonis artibus.

Duo hæc præcipua genera in castris, teste Tac. I. 48. 'Quod fœdissimum et seditioni promtum est, et quod maxime castrorum sincerum,' seu integrum a scelere et audacia.

Idem Tac. I. 28. 'Accitur centurio Clemens, et si qui alii bonis artibus grati in vulgus.' En *primores militum*.

[c] *Per beneficia Nymphidii*] Id est, qui promoti essent per Nymphidium, eos incitare et irritare, ut Galbæ suspectos, quia Nymphidium invisum ipse sustulerat. Commune autem ut beneficiarii benefactori suo adhærerant.

Atque ita de Sejano præfecto item prætorii, Ann. lib. IV. 'Simul centuriones et tribunos ipse deligere.' Et quod sequitur: 'beneficii sui facere.' *Lipsius.*

Nymphidius occisus a Galba, quia sceleris suspectus. Hinc et ipsi milites eadem ratione suspecti, utpote Nymphidio *per beneficia* obstricti; et sic facile fuit eos in Galbam accendere.

[d] *Vulgus et ceteros*] *Vulgus* dicit, quo distinguat eos a *primoribus*, ut *vulgus et ceteros* sic distinguat a *suspectis*.

Vel *ceteri* sunt medii inter *primores* et *vulgus*. Sic et infra III. 3. 'Ita effudit, ut cautos quoque ac providos permoveret; vulgus et ceteri unum virum ducemque laudibus ferrent.'

[e] *Dilati totiens donativi*] Plut. Galb. 'Milites vero, cum donativum promissum non persolveretur, initio spes ducebat, fore, ut si non totum, attamen quantum Nero dedisset, a Galba acciperent. Sed ubi eorum indignatione percepta, vocem magno imperatore dignam emisit Galba, 'solitum se militem legere, non emere,' immane contra se militum odium concitavit; non enim ipsum modo privare eos promisso, sed legem etiam exemplumque idem faciendi subsecuturis Cæsaribus præscribere, censebant.'

Digitized by Google

commune[6] [f] omnes metu mutandæ militiæ[g] terrebantur.[7]

26. Infecit ea tabes legionum[h] quoque et auxiliorum[1]

universi formidine scil. *insuetæ militiæ exagitabantur.*

Contaminavit ea lues etiam legionariorum et sociorum jam concitos animos, post-

ascitis. Brotier.—5 Ms. Corb. *accenderent.*—6 Ita Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *in communi.*—7 Pichena edidit, *exterrebantur;* [quod Ryckius recepit;] at non satis favet Ms. Flor. in quo prima manu fuit scriptum, *militi etrebantur;* et recentiore tantum manu superpositum, *exterrebantur,* ut observat Jac. Gronovius. *Brotier.*

1 Sic ferme omnes Mss. Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. et edi-

NOTÆ

[f] *In commune*] Quibus rationibus singuli incitati sint, describit. *Primores,* quia suspecti et invisi Galbæ ob Nymphidium; *vulgus et ceteri,* quia *dilatum* erat *donativum.*

Alii ex memoria Neronis, et desiderio lasciviæ. Sed in commune et in universum omnes, quia aliam militiam metuebant, ex fama severitatis Galbianæ olim: 'Disce, miles, militare; Galba est, non Gætulicus.'

[g] *Mutandæ militiæ*] Scilicet prætoriana militia nobilior et quæstuosior quam legionaria. Et raro trahebantur in alia castra, aut ad militiam longinquam prætoriani.

Adde his lasciviam licentiamque aulæ et urbis, et quam facilior jucundiorque militia sit inter paganos et urbicolas. In castris ad urbem, in porticu et in foribus palatii, aut per lacus seu Campaniæ oram amœnissimam, classe aut curribus vecti.

His deliciis oppone solum cœlumque atrox Armeniæ, Daciæ, aut Germaniæ. Supra cap. 23. 'Cum Campaniæ lacus et Achaiæ urbes classibus adire soliti, Pyrenæum et Alpes, et immensa viarum spatia eniterentur.'

Etiam prætoriani majus stipendium accipiebant. Tac. I. 17. 'An prætorias cohortes, quæ binos denarios acciperent, quæ post XVI. annos penatibus suis reddantur, plus periculorum suscipere? Non obtrectari a se urbanas excubias: sibi tamen apud horridas gentes e contuberniis hostem aspici.'

[h] *Legionum*] Intelligit forte legiones quæ tum Romæ erant. At præter miseram ac laceram classiariorum legionem, non reperio, nisi Hispanam, quæ inducta in urbem cum Galba. Quæ legio etiam haud dubie corrupta est, vel potius amota procul ab urbe. Attamen inferri possit, ex Tacito mansisse Romæ; nam illam numerat inter causas motuum, et recenset eam, tanquam audenti materiam.

At certe nullam mentionem istius legionis ultra reperio. Galba perculsus mittit ad electos Illyrici exercitus, mittit ad Germanos, mittit in castra prætoriana, et cohortem, quæ in statione erat, pertentat; at de legione Hispana ne quidem verbum.

Quod tamen reticere in tanto rerum motu non debuit Tacitus, qui toties meminit classiariæ legionis; et si fuisset Romæ illa legio, num debuit prima advolare ad auxilium principis, quem ipsa evexerat, elegerat?

Puto, inducta illa legio in urbem adventu Galbæ; sed postea forte amota fuit in Illyricum, ut vult Savilius, aut alio terrarum. Hæc haud dubie adducta Romam, sed abfuit

Digitized by Google

motas jam mentes, postquam vulgatum erat, labare Germanici exercitus fidem: adeoque parata apud malos seditio, etiam apud integros[i] dissimulatio fuit, ut postero Iduum[j] die[2] redeuntem a cœna[k] Othonem rapturi fuerint, nisi incerta noctis,[l] et tota urbe sparsa militum castra, nec facilem[m] in-

quam sparsus rumor erat, nutare fidem Germanicarum legionum. Adeoque disposita apud improbos discordia fuit, et *etiam apud incorruptos conniventia, ut postridie Idus* Jan. *abrepturi fuerint Othonem ab epulis* sero *redeuntem, nisi ambigua noctis, et tota civitate distributa* passim *castra militum, nec promtam,* ut *inter vino*

tione principe, *auxiliariorum.*—2 Ita libri editi, ac omnes ferme Mss. In Ms. Flor. *postero Iduum dierum.* At apud Romanos insolens omnino est loquendi genus, *postero iduum die,* aut *postero Calendarum die.* Ideo tentabat Cl. Ernestus, *postero statim die,* ita ut sensus sit, *postero adoptionis die.* Quod quidem durum videtur: remotior enim est adoptionis memoria. Itaque existimo scriptum fuisse olim, *pr. Id.* inde confictum fuisse librariorum errore, *postero Iduum die,* cum legendum foret, *pridie Idus.* Idque innuit Suetonius, in Othon. VI. 'Erat animus post adoptionem statim castra occupare, cœnantemque in palatio Galbam aggredi.' Piso adoptatus fuerat die decima Januarii. Dies vero duodecima erat pridie Idus. Cito ergo parata apud malos seditio, apud integros dissimulatio. *Brotier.* Bipont. recepere *postero iduum dierum:* mihi hoc plane insolitum videtur. Servo vulg. donec quid melius

NOTÆ

tempore motus Othoniani.

In castris etiam seu in partibus Othonis nulla mentio legionis istius, sed classiariæ tantum.

Et mirari subit, cur Tacitus id silentio transmiserit, ut etiam mirum est, quod Galba et magistri dominationis Vinius et Laco retinuerint Romæ *prætorianos* priori licentia corruptos, *Illyricianos* et *classiarios* sibi palam infensos, et suos *Hispanos* procul amandarint, vel neglexerint.

Legionum] Sive essent in urbe, sive in castris longinquis, et aderant sua cuique legioni auxilia, ad quæ *ea tabes* etiam permanavit.

[i] *Apud integros*] Nempe qui sinceri integri, intacti, et a labe sceleris immunes erant.

[j] *Postero Iduum*] Scil. die decimo quarto Januarii.

[k] *Redeuntem a cœna*] Aliam rationem reddere videtur Sueton. Othone 6. 'Erat animus post adoptionem statim castra occupare, cœnantemque in palatio Galbam aggredi: sed obstitit respectus cohortis, quæ tunc excubabat, ne oneraretur invidia, quod ejusdem statione et Caius fuerat occisus, et desertus Nero. Medium quoque tempus religio et Seleucus exemit.' Scil. quasi nondum tempus adesset, quo astra aut fata vellent eligi principem.

[l] *Nisi incerta noctis*] Aliam affert rationem Suet. Oth. 6. 'Obstitit respectus cohortis, quæ nunc excubabat, ne oneraretur invidia, quod ejusdem statione,' &c. Sic in occasionibus temporum consiliisque describendis dissentiunt auctores. Sed una ratio alteram non excludit.

Potuerunt non una causa illud facinus differre. Nam, ut vides, multas etiam affert Suetonius, nempe respectum excubitorum, religionem,

Digitized by Google

ter temulentos consensum, timuissent: non Reipublicæ cura, quam fœdare Principis sui sanguine sobrii parabant; sed ne per tenebras, ut quisque[n] Pannonici[o] vel Germanici exercitus militibus oblatus esset, ignorantibus plerisque, pro Othone destinaretur. Multa erumpentis seditionis indicia per conscios oppressa; quædam apud Galbæ aures[3] Præfectus Laco e usi, ignarus mili arium animorum, consilii-

madidos, concordiam metuissent: non certe *caritate Reip. quam polluere imperatoris sui cruore sicci ac jejuni parabant; sed ne per obscuritatem* noctis, *ut occurrisset aliquis e castris Pannonicis vel Germanicis, pro Othone crederetur, plerisque* illum *non cognoscentibus. Plurima exardentis jam conspirationis signa per conjuratos* ipsos *exstincta* sunt; *nonnulla non ignota Galbæ Laco præfectus apud ipsum delusit, inscius militarium mentium, et infestus consiliis quamlibet eximiis, quorum*

offeratur. *Oberl.*—3 Budens. *apud Galbam audiens.* Probat Rhenan.

NOTÆ

sen observationem mathematicorum.

Aliquid simile observatum in auspiciis Neronis. Suet. Ner. 8. 'Inter horam sextam septimamque processit ad excubitores: cum ob totius diei diritatem, non aliud auspicandi tempus accommodatius videretur.'

Et Tacito auctore, Agrippina tempus mathematicorum expectabat. Sic Ann. 'Dum . . . tempusque prosperum ex monitis Chaldæorum adventaret.'

Et forte quod fuit superstitio in principe, ratio et prudentia fuit in milite et instigatoribus sceleris.

[m] *Nec facilem*] Sic inverte: Et nisi timuissent, ut inter temulentos, non facilem consensum. Τὸ *nisi*, repete ex antecedens. Τὸ *nec* dividendum est, *et non*.

[n] *Ut quisque, &c.*] Id est, ne per tenebras aliquis alius ab Othone destinaretur, seu alius ad imperium proveheretur a militibus Pannonici vel Germanici exercitus, prout oblatus esset, ignorantibus plerisque Othonem, et eum imperio destinari a prætorianis.

Ut quisque] Nempe ut dux aliquis aut legatus, aut etiam senator alius ab Othone, occurrisset Pannonicis aut Germanicis militibus. Sic dicti illi, quia in istis provinciis stipendia meruerant. Scil. quia ignotus illis Otho.

[o] *Pannonici*] Antea dixerat: 'Multos e Germania et Illyrico electos Romæ remansisse.' *Saril.* Et infra: 'Missus et Celsus Marius ad electos Illyrici exercitus, Vipsania in portica tendentes. Præceptum Amulio Sereno et Domitio Sabino primipilaribus, ut Germanicos milites e Libertatis atrio arcesserent.' Nempe a Galba et Pisone id jussum erat.

Pannonici] Pannonia regio Illyrici late sumti ad Danubium, ad Dravum atque Savum amnes. Hodie pars orientalis circuli Austriæ *Austriche*, pars inferioris *Hungariæ*, fere omnis *Sclavonia* proprie dicta, aliquid provinciarum *Croaciæ*, *Bosniæ*, et *Serviæ*. Hæ regiones seu provinciæ parent domui Austriacæ, et summo Turcarum imperatori. *Tillemon.*

Digitized by Google

que quamvis egregii, quod non ipse afferret, inimicus, et adversus peritos pervicax.

27. XVIII. Kal. Febr.[p] sacrificanti pro æde Apollinis[q] Galbæ[r] Haruspex Umbricius[s] 'tristia exta et instantes insidias ac domesticum hostem' prædicit: audiente Othone, (nam[t] proximus astiterat[t]) idque, ut lætum e contrario, et

non ipse auctor esset, et adversus gnaros pertinax.

Die decimo-octavo Kal. Febr. haruspex Umbricius præmonet Galbam, qui mactabat hostias apud ædem Apollinis, sinistra *esse* exta *victimarum,* et imminere *ipsi* fraudem et intestinum hostem: *audiente Othone, (nam prope astabat,) et illud*

1 E Budens. *nam* deest.

NOTÆ

p *XVIII. Kal. Febr.*] Id est, decimo-quinto Januarii die. Certe Tacitus hic et Suetonius dissident in circumstantiis temporis. Ex Suetonio, *erat animus post adoptionem statim castra occupare;* id est, eo ipso die quo adoptatus est Piso, et diem eum clare profert Suetonius, cum addit de *cohorte quæ tunc;* nempe ea die, excubabat ad fores palatii.

Itaque totius rei ordo et series sic clare elucidari possit: facta est seditio in Germania Kal. Jan. seu prima die hujus mensis: advehitur e Belgica in urbem nuncius seditionis septimo, octavo, aut certe nono post die: Piso adoptatur decimo die.

Ex Tacito voluerunt rapere Othonem per noctem decimi quarti, et tandem illum rapiunt, seu evehunt die decimo-quinto: et ex Suetonio jam rapere Othonem voluerant ipsa decima die, qua adoptio Pisonis transacta est. At cum illum tantum rapuerint die quinta-decima, sequitur ut inter adoptionem Pisonis et evectum Othonem, intercesserit spatium quinque dierum.

Et cum miratur Tacitus, eo usque invaluisse audaciam militum, ut illum *postero Iduum die* rapturi in castra fuerint, eximit tantum unam noctem, nempe inter diem quartum-decimum, quo rapere illum volebant, et inter diem 15. quo illum de facto rapuerunt.

Neque hic Tacitus attendit præcise ad spatium temporis, sed magis ad vesaniam seditiosorum, qui per eam noctem statim, et forte temulenti, rapere Othonem *redeuntem a cœna* parati essent. Sicque certe dissentiunt auctores in circumstantia temporis. Quod sæpe accidit.

q *Æde Apollinis*] Fuit in decima regione Romæ antiquæ, et in monte Palatino. Hodie in ruinis jacet cum palatio. Vide notas cap. 17. Vide Nardini Romam antiquam l. VI. c. 14. p. 394. *Tillemon.*

r *Sacrificanti, &c. Galbæ*] Sic Suet. Oth. 6. 'Ergo destinata die præmonitis consciis, ut se in foro sub æde Saturni ad milliarium aureum opperirentur, mane Galbam salutavit; utque consueverat, osculo exceptus; etiam sacrificanti interfuit, audivitque prædicta haruspicis.'

s *Haruspex Umbricius*] Plin. lib. X. Ubi de vulturibus: 'Umbricius aruspicum in nostro ævo peritissimus, parere tradidit ova tria.'

t *Proximus astiterat*] Certe osculo exceptus erat a Galba, ut mos hujus

Digitized by Google

suis cogitationibus prosperum,[u] interpretante. Nec multo post libertus[v] Onomastus nuntiat, 'expectari eum ab architecto et redemtoribus:'[w] quæ significatio coëuntium jam militum et paratæ conjurationis convenerat. Otho, 'causam digressus' requirentibus, cum, 'emi sibi prædia[x] ve-

capiebat tanquam faustum sibi *e contrario, et suis cœptis favorabile. Et paulo post libertus Onomastus renuntiat*, architectum et redemtores eum opperiri: *quod signum convenientium jam militum constitutum erat, et dispositæ conspirationis. Otho* rationem discessus *postulantibus, cum ementitus esset*, mercari se domum

NOTÆ

ævi fuit. Quod patet etiam ex Tacito, in vita Agricolæ, qui reversus e Britannia, *levi osculo* excipitur a Domitiano.

Oscula tamen hæc *quotidiana* prohibuerat Tiberius, sed non duravit edictum, ut puto nisi durante lue, seu morbo faciei, ob quem talia prohibuerat. Itaque salutantes principem, osculo excipiebantur, etiamsi vel in itinere occurrissent.

At mox ævo Constantinorum aliter salutabatur princeps, nempe tangendo manu purpuram, et eam submisse osculando. Idque a Constantio cœpit.

Ammianus lib. XV. 'Ursicino ingresso consistorium, offertur purpura:' atque ita 'ante principis pedes supplicem statuerunt, externorum regum ritu; cum semper antea ad similitudinem judicum, salutatos principes legerimus.'

Idque fuit permissum honestioribus, veluti beneficii loco, vel ratione dignitatis. Cassiodorus in variis epist. I. 1. 20. de Primicerio: 'Quapropter spectabilitatis honore suffultus, inter Tribunos et Notarios venerandam purpuram adoraturus accede.'

[u] *Prosperum*] Num agnoscebat ille haruspex *diritatem*, vel opportunitatem temporis, quemadmodum Chaldæi? supra de Nerone Tac. XII. 69. donec 'tempus prosperum ex monitis Chaldæorum adventaret.'

Et Suet. Ner. 8. 'Inter horam sextam septimamque processit ad excubitores: cum ob totius diei diritatem, non aliud auspicandi tempus accommodatius videretur.'

Per *diritatem* nihil aliud intelligit Suetonius, quam cœlum nubilum ingruentesque imbres, et forte imbri mixta tonitrua fulguraque: quod tamen antiquitus infaustum habebatur.

At quod *prosperum* hic, Otho forte altius interpretabatur, quasi ex sideribus, ex fatis, et a Diis ipsis destinatum.

[v] *Libertus*] Sic Suet. Oth. 6. 'Deinde liberto, adesse architectos, nunciante, quod signum convenerat, quasi venalem domum inspecturus abscessit: proripuitque se postica parte palatii ad constitutum. Alii febrem simulasse aiunt, eamque excusationem proximis mandasse, si quæreretur.'

[w] *Redemtoribus*] Redemtores sunt qui suis cæmentis suoque labore ædificant, constituto pretio: auctor Ulpianus. *Ferrettus.*

[x] *Emi sibi prædia*] Domum intra urbem nomine *prædii* intelligebat. Nam idem Suet. Ner. 38. 'Incendit urbem tam palam, ut plerique consulares cubicularios ejus, cum stupa tædaque in prædiis suis deprehensos non attigerint.' Quod contigit intra urbem, dum incenderetur a Nerone.

Prædia] Fingebatur illa domus emi

Digitized by Google

tustate suspecta, eoque prius exploranda,' finxisset, innixus liberto, per Tiberianam domum,[y] in Velabrum,[z] inde ad Miliarium aureum,[a] sub ædem[2] Saturni,[b] pergit. Ibi tres et viginti

antiquitate suspectam, ideoque antea visitandam, *innitens liberto, exit per Tiberii ædes in Velabrum, et hinc ad milliarium aureum, juxta templum Saturni. Ibi*

2 Ita vulgo Mss. Puteolanus et reliqui omnes. In Ms. Reg. et editione principe, *sub æde*. Sic quoque Suetonius in Othone, VI. 'in foro sub æde

NOTÆ

in urbe. Sueton. 6. 'Quasi venalem domum inspecturus, abscessit.' Sicque *domus* et *prædium* pro eodem est.

[y] *Tiberianam domum*] In monte Palatino, et in regione decima Romæ antiquæ. Vide Nardini Romam. l. VI. c. 13. p. 386. *Tillemon.*

Domum] *Domum Tiberianam* ad radices Palatini montis fuisse, didicimus ex inventis nuper eo loco laminis plumbeis, cum inscriptione Tiberii Cæsaris. Tacitum autem illustrant verba Suetonii de eadem re: 'ut in foro sub ædem Saturni ad milliarium aureum opperirentur,' &c.

Et recte. Nam forum Rom. sub æde Saturni fuit, ea parte quæ est inter arcem Tarpeiam et Palatinum montem, ut ex Dionysio etiam apertius constat.

Quin et ipsa Saturni ædes Tarpeii montis radices attingebat, ut ex veteri inscriptione de ærario ibi reperta intelligimus.

Et infra lib. III. 'Cito agmine ad forum et imminentia foro templa prætervecti.' Et supra l. XII. 'Per ima montis Palatini ad aram Consi, mox ad Curias veteres, tum ad sacellum Larium, forumque Romanum,' &c.

Larium enim *sacellum* fuisse in summa sacra via, qua parte foro Rom. jungebatur, scribit Solinus cap. 11. *Ursinus.*

[z] *Velabrum*] Fuit vallis et tractus regionis Octavæ et Undecimæ, ad radices Palatini et Aventini montis, in Roma antiqua. Hodie pars regionis *Ripæ*, versus Ecclesias vulgo dictas *Sant Giorgio in Velabro, Sant Eligio, Sant Homo Bono.* In parte media versus meridiem Romæ modernæ. Vide Nardini Romam l. v. c. 10. p. 267. l. VII. c. 4. p. 428. *Tillemon.*

[a] *Milliarium aureum*] Columna Fori Romani, et in regione Octava, fuit, ubi nunc est Ecclesia *Sanctæ Mariæ Consolationis* in regione *Campitelli*, versus medium Romæ modernæ. Vide Nardini Romam l. v. c. 6. p. 243. *Tillemon.*

Ad Miliarium aureum] Columna ex eo metallo, ut Plutarchus hic in Galba describit: 'Ad quam viæ omnes ex Italia desinebant. Fecit Augustus, cum curator viarum esset.' Dio l. LIV. et statuit 'in capite Romani fori.' Plin. l. III.

Victor juxta vicum Jugarium collocat; et recte: 'Ædes Opis et Saturni in vico Jugario. Miliarium aureum.' *Lipsius.*

Milliarium columna erat aurea sub Augusto structa, ut testatur Dio l. LIV. 'In capite fori Rom.' ait Plinius; 'Ad quam divisæ Italiæ viæ omnes desinunt.' Plut. Galba.

Appellabatur autem sic, quod *milliaribus* inde esset initium.

Præter *milliarium aureum*, erant et *milliaria lapidea:* id est, exiliores co-

Digitized by Google

speculatores[c] consalutatum *Imperatorem*, ac paucitate salutantium trepidum, et sellæ festinanter impositum,[d] strictis mucronibus rapiunt. Totidem[3] ferme milites in itinere ag-

tres et viginti speculatores renunciatum principem, et paucis salutantibus pavidum, ac sellæ gestatoriæ *propere inditum nudatis gladiis abripiunt. Totidem fere mi-*

Saturni.'—3 Ms. Reg. *totidem non.* Editio princeps, *totidemve.*

NOTÆ

lumnæ ex saxo, jubente C. Graccho, ad cujusque milliaris finem erectæ. Plutarch. Gracchis: 'Præterea facta omnium viarum dimensione per milliaria, (quorum unum quodque octo stadiis paulo minus est,) exstruxit lapideas columnas mensuræ indices.'

Inde origo vulgatæ locutionis, *ad tertium, quartum, quintum ab urbe lapidem;* qua trium, quatuor, quinque *milliarium* ab urbe distantia significatur. *Savilius.*

Velabrum] Velabrum vicus erat Romæ a *vehendo* dictus: quia qui eo ex urbe advehebatur, solvebat quadrantem. Prius vero quam Tarq. Priscus alveum Tiberis mutaret, ex eruptionibus ipsius, sinus ibi fiebat, in morem lacus. *Lupanus.*

Miliarium] *Miliarium* aureum columna fuit aurea in capite fori Rom. prope ædem Saturni, in qua incisæ omnes Italiæ viæ finiebant; et a qua ad singulas portas mensuræ regionum currerent.

Eam columnam sub æde Saturni fuisse ait Tacitus et Plin. l. III. in capite fori Rom. utrumque verum dixisse, asserit Marlianus. Plutarchus in Galba his verbis *Miliarium* describit: 'In forum ibat ad eam partem in qua staret aurea columna, ad quam omnes Italiæ viæ terminantur.'

Miliarium quoque ponitur in cap. *cum aurum* ff. de auro et arg. leg. pro vase ad coquendum milium accommodato. *Lupanus.*

[b] *Ædem Saturni*] Fuit in regione octava Romæ antiquæ. Hodie Ecclesia *San-Salvatore in Ærario*, prope Ecclesiam *Santa Maria in Portico*, in regione *Campitelli*, versus medium Romæ moderuæ. Vide Nardini Romam l. v. c. 6. p. 242. *Tillemon.*

[c] *Viginti speculatores*] Ea pars militum maxime prona in Othonem. Solicitati scil. erant, ac pellecti largitione Pudentis, Tigellini, et Onomasti liberti.

Nam et infra, ipsi *speculatores* cohortis, quæ tum excubabat pro foribus palatii, per summam impudentiam dilabuntur, etiam præsente Pisone Cæsare, aspernanturque concionantem c. 31. 'Dilapsis speculatoribus, cetera cohors non aspernata concionantem.'

Illi, puto, inter primores prætorianorum, et magis forte quæstuosi, et nitidi, et propius accedebant ad aulam et principem.

Namque hi ferebant epistolas et arcana dominantium, jussu præfecti præt. etiam et curribus vecti juxta diplomata principis; ut patet ex Sueton. in Caligula.

[d] *Sellæ festinanter impositum*] Suet. Oth. 6. 'Tunc abditus propere muliebri sella, in castra contendit: ac deficientibus lecticariis, cum descendisset cursumque cepisset, laxato

Digitized by Google

gregantur:[e] alii conscientia, plerique miraculo;[f] pars clamore et gaudio,[4 g] pars silentio, animum[5] ex eventu sumturi.

28. Stationem[h] in castris agebat Julius Martialis Tribu-

lites in via adjunguntur, alii conscientia conjurationis, *multi per admirationem; alii acclamatione et mucronibus, alii per silentium, ex occasione et eventu ausuri.*

Tum Julius Martialis Tribunus excubias agitabat in castris prætorianis. *Is*

4 [Brotier. habet *gladiis*, cum omnibus editis libris.] Muretus aliique malent, *et gaudiis*, vel *et gaudio*. Sed de strictis crispantibusque gladiis recte intelligitur. *Brotier.* Bipont. *gaudio.*—5 *Animos* Brotier. edidit.

NOTÆ

calceo restitit; donec omissa mora succollatus, et a præsente comitatu Imperator consalutatus,' &c.

[e] *Aggregantur*] Suet. Oth. 6. 'Inter faustas acclamationes strictosque gladios ad principia devenit, obvio quoque, non aliter ac si conscius et particeps foret, adhærente.'

[f] *Plerique miraculo*] Virg. Georg. IV. de rege apum: 'illum admirantur, et omnes Circumstant fremitu denso, stipantque frequentes; Et sæpe attollunt humeris.'

Plerique miraculo] Id est, admiratione. Sic infra lib. II. 70. 'Vulgus quoque militum clamore et gaudio deflectere via,' &c. et 71. 'Neronem ipsum Vitellius admiratione celebrabat.'

[g] *Pars clamore et gaudio*] Vulgo *gladiis*. Alii legunt: *gaudiis*. Malim tamen, *gladiis milites in itinere aggregantur*. Obvius quisque adhæret, nempe primis illis militibus, qui Othonem strictis mucronibus rapiebant in castra.

Sed quomodo adhærent *pars clamore, pars silentio?* Clamore, quia aperte tuentur Othonem; *plerique miraculo*, qui nempe talem audaciam admirantur et simul adhærent.

Certe versimiliter adhærent, non modo clamore, sed etiam nudis *gladiis* et sic aggregantur aliis, qui primi strictis mucronibus, Othonem succollabant.

Et quorum consensum sequebantur, eorum debuerunt et alacritatem imitari.

Pars clamore] Melius *gladiis*. Et quidem strictos putem. Nam supra de *strictis mucronibus*.

Et hic quid gladiis cum clamore? nisi etiam *stricti* essent. Vertunt tamen, quasi gladiis haud nudatis simul acclamarent; aggregarenturque aliis, qui primum rupuerant Othonem.

Clamore et gladiis] Gladiis, ut puto, strictis: quod *clamor* ille militum innuit.

[h] *Stationem*] Altera cohors prætoria excubias agebat apud castra, altera in limine palatii. Utraque sumebat tesseram a principe. Vel forte tribunus, qui in statione fuit apud castra, accipiebat signum a præfecto prætorii.

Et si quando duo erant præfecti, prætorii, alternis diebus signum dabant et imperabant. Et Tribunus, qui in palatio stationem habuit, signum pro more militiæ petebat ab ipso principe, ut patet multis locis apud Tac. et Sueton.

Stationem] Duo tribuni qualibet die, et duæ cohortes, stationem agebant, altera in castris prætorianis, altera in palatio. Quæ in regia ex-

Digitized by Google

nus. Is, magnitudine[i] subiti sceleris, an corrupta latius castra, ac, si contra tenderet, exitium metuens, præbuit plerisque suspicionem conscientiæ. Anteposuere ceteri quoque Tribuni Centurionesque præsentia dubiis et honestis. Isque habitus animorum fuit, ut pessimum facinus auderent pauci, plures vellent, omnes paterentur.

29. Ignarus interim Galba et sacris intentus, fatigabat alieni jam Imperii Deos:[j] cum affertur rumor, 'rapi in castra, incertum quem Senatorem:' mox, 'Othonem esse, qui raperetur:' simul ex tota urbe, ut quisque obvius[k] fuerat,

atrocitate repentini facinoris, seu corruptum latius militem metueret, *et si obniteretur, mortem timens, a plerisque conjurationis conscius existimatus est. Ceteri etiam tribuni et centuriones prætulere, quæ offerebantur, periculo et decori. Isque status animorum exstitit, ut deterrimum scelus pauci aggrederentur, plures cuperent, omnes* perpetrari *sinerent.*

Interea Galba rei *inscius et sacrificio intentus, impense orabat alieni jam principatus Deos, cum nuntius admonet,* avehi in castra, dubium quem senatorem; *dein* 'Othonem esse, qui aveheretur.' *Simul ex tota civitate, ut quisque occur-*

NOTÆ

cubabat, signum accipiebat ab ipso principe, et quæ in castris, vel a principe, vel potius, ut puto, a præfecto prætorii.

[i] *Magnitudine*] Ille sive magnitudine *subiti sceleris* exterritus, sive *corrupta latius castra*, et ex eo *exitium metuens, &c.*

[j] *Fatigabat alieni jam Imperii Deos*] *Alieni*, quia imperium jam translatum ad Othonem. Sicque jam tum habuit Otho *auspicia et Deos*, ut loquuntur auctores.

Fatigabat alieni Imperii Deos] Rem tangit orator de Divinat. lib. II. 'Quid cum pluribus Diis immolatur, qui tandem evenit, ut litetur aliis, aliis non litetur? quæ autem inconstantia Deorum est, ut primis minentur extis, bene promittant secundis? aut tanta inter eos dissensio, sæpe etiam inter proximos, ut Apollinis exta bona sint, Dianæ, non bona? quid est tam perspicuum, quam cum fortuito hostiæ adducantur, talia cuique exta esse, qualis cuique obtigerit hostia?'

Fatigabat] Immolata victima, si non litassent, hostias denuo augeri iterum, ac sæpius, et majoribus hostiis sacra instaurari debebant, donec inventa pace Deum, et propitiato numine, rite perlitatum æstimarent.

[k] *Ut quisque obvius*] Scilicet Othoni aut Othonianis, ut ego quidem interpretor. *Savil.*

Affertur Galbæ rumor rapi in castra Othonem, et simul ex tota urbe confluunt qui referunt, 'minora vero, ne tum quidem obliti adulationis;' in Galbam, nempe.

Alii formidinem augentes, ex tota urbe, id est, ex diversis partibus urbis, prout occurrerant Othoni, prout sciebant, aut rumorem audierant, alii aliter referebant, et Galbæ jam consternato formidinem addebant.

Obvius] Ut quisque obvius fuerat Othoni, dum in castra raperetur, alii metum augebant; alii minora vero referebant Galbæ, prava libidine etiam tum adulandi.

Digitized by Google

alii formidinem[1] augentes, quidam minora vero, ne tum quidem obliti adulationis. Igitur consultantibus placuit, 'pertentari[2] animum cohortis, quæ in palatio stationem agebat: nec per ipsum Galbam; cujus integra auctoritas majoribus[l] remediis servabatur.' Piso pro gradibus domus vocatos[3] in hunc modum allocutus est: 'Sextus dies[m] agitur, commilitones, ex quo, ignarus[n] futuri, et sive optandum hoc nomen, sive timendum erat, Cæsar ascitus sum.[o] Quo domus nostræ aut Reipublicæ fatum[4] in vestra manu positum est; non, quia meo nomine[p] tristiorem casum paveam (ut qui,

rerat, alii pavorem onerantes, nonnulli infra verum mollientes, *ne tum quidem omissa assentatione. Itaque deliberantibus visum est* explorari *debere* animos militum, qui apud regias fores excubias agebant; nec *id* per ipsum Galbam, cujus illibata auctoritas majoribus casibus reservabatur. *Piso pro limine palatii accitos* milites *in eam sententiam affatus est:* Abhinc sex diebus, commilitones, inscius eventus, et sive cupiendum id vocabulum, sive metuendum erat, Cæsar electus sum: quo fato familiæ nostræ vel Reip. in vestra potestate situm est; non quod, quantum ad me spectat, timeam luctuosiorem casum,

1 Ita vulgo Mss. et libri omnes editi, præter Jac. Gronovium, qui e Ms. Flor. edidit, *formidine.*—2 Ita Mss. Puteolanus et recentiores. In editione principe, *prætentari*, ut et volebat Lipsius: nec sane foret absurdum. Rhenanus, *tentari*, et sic Brotier.—3 Ryckii Cod. *evocatos.*—4 *Fato* Puteolanus; [quod et recepere Gronovius, Ryckius et Brotierus.] Perperam in Mss. Flor. Reg. Agr. et editione principe, *fatum.* Brotier. At consensus codicum jubet reponi *fatum*, ut fecere Bipont. bono sensu, si distinctione textus juvetur.

NOTÆ

[l] *Cujus integra auctoritas majoribus, &c.*] Sic Ann. lib. I. 47. 'Immotum, &c. fixumque Tiberio fuit, neque se remque publicam in casum dare... at per filios pariter adiri majestate salva, cui major e longinquo reverentia. Simul adolescentibus excusatum, quædam ad patrem rejicere; resistentesque Germanico aut Druso, posse a se mitigari vel infringi. Quod aliud subsidium, si imperatorem sprevissent?'

[m] *Sextus dies*] Quatridnum tantum proprie interpositum est, scilicet a decima die ad quartum decimum.

Ut ratio Taciti constet, annumerandi sunt, dies quo adoptatus est Piso, et dies, quo concionatus et interfectus est.

[n] *Ignarus*] *Ignarus futuri;* nempe, An optandum mihi hoc nomen, an timendum fuerit ignarus, Cæsar ascitus sum. Alii vertunt, Ignarus futuri Cæsar ascitus sum: sive optandum hoc nomen, sive timendum erat.

[o] *Cæsar ascitus sum*] Alibi exposuimus, quid *Cæsar* ab *Augusto* differret. Infra: 'Me Galba Cæsarem dixit, consentientibus vobis.'

Sic hist. lib. III. Domitianum *Cæsarem* consalutatum dixit: et hist. IV. ipsum Domitianum *nomen sedemque Cæsaris* accepisse memorat. *Lupanus.*

[p] *Meo nomine*] Id est, non quod mihi ipsi timeam, sed potius patri meo Galbæ, Senatui et Reipub.

Digitized by Google

adversas res[5] expertus, cum[6] maxime dicam,[7] ne secundas quidem minus discriminis habere); patris, et Senatus, et ipsius[8] Imperii vicem doleo, si nobis aut perire hodie necesse est, aut, quod æque apud bonos miserum est, occidere. Solatium proximi motus[q] habebamus incruentam[r] urbem, et res sine discordia[s] translatas. Provisum adoptione[t] videbatur, ut ne post Galbam quidem bello locus esset.

30. 'Nihil arrogabo mihi nobilitatis aut modestiæ: neque enim relatu virtutum in comparatione Othonis opus est.

ut qui fortunam improsperam hactenus expertus *sim*, et præcipue censeam, ne prosperis quidem *rebus* minus inesse periculi: defleo sortem principis et patrum et ipsius Reip. si nobis aut interire nunc oportet, aut, quod perinde apud probos calamitosum est, interficere. Levamen novissimi belli fuerat, nullo cruore polluta civitas, et imperium sine seditione translatum. Et consultum arrogatione credebatur, ut ne post Galbam quidem armis occasio esset.

Nullam mihi claritudinis aut modestiæ famam vindicabo; neque enim memorare bonas artes, si me cum Othone comparetis, necesse est.

Oberl.—5 Sic bene Ryckius e Ms. Flor. In Mss. Bodl. Jes. omissum, *res*. Additum in Ms. Harl. Male Ms. Reg. et editio princeps, *adversam remp.* Mox habent, *secundas*. In mediis quibusdam editionibus, *adversa....secunda*.—6 Vett. edd. *tum maxime*.—7 Sic optime Freinshemius. In Mss. Flor. Reg. Agr. Corb. et editione principe, *cum maxime dicam*. Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *tum maxime*. Rhenanus, *ducam*, et sic Gronovius et Ryckius: at hic in margine scribit *discam*.—8 *Ipsius* non est in Budens.

NOTÆ

[q] *Proximi motus*] Id est, belli civilis ultimi, quod a Vindice, in Gallia, et a Galba motum est adversus Neronem; quo nullum prælium factum Romæ, nec in Italia quidem. Idcirco dicit, eo motu incruentam urbem fuisse.

Proximi motus] Nempe belli seu rebellionis Vindicis et Galbæ adversus Neronem. Sic infra 83. 'Tumultus proximi initium,' &c.

[r] *Incruentam*] De senatu et proceribus civium intelligit. Neque certe intra muros sævitum bello aut armis: nam alioqui non *incruentus* adventus Galbæ fuit.

Multa millia classiariorum immisso equite disjecit, decimavit, interfecit. Mithridatem Ponticum, Cingoninm Varronem et Petronium Turpilianum consulares occidit.

Simul interemti Clodius Macer in Hispania, Fonteius Capito in Germania et alii, si non jussu, at saltem ipsius prætextu et assensu.

[s] *Sine discordia*] Id est, sine bello civili, aut sine seditione.

[t] *Provisum adoptione*] A Nerone ad Galbam translatum imperium incruenta urbe; et provisum adoptione videbatur, ut similiter a Galba etiam ad Pisonem sine bello civili transferretur.

Digitized by Google

Vitia, quibus solis[1] gloriatur, evertere Imperium,[u] etiam cum amicum Imperatoris ageret. Habitune et incessu,[v] an illo muliebri[w] ornatu[2] mereretur[3] Imperium? Falluntur, quibus luxuria specie[4] liberalitatis imponit. Perdere iste sciet, donare[x] nesciet.[5] Stupra nunc et comissationes[6] et

Flagitia, quæ sola ostentat ille, destruxere principatum, etiam cum amicum se principis ferret. An eo cultu et ingressu, an illis fœmineis munditiis, principatu dignus esset? Errant *illi*, quos luxus fallit imagine munificentiæ. Profundere ille *opes* et profligare sciet, largiri nesciet. Nunc

1 Mss. Harl. Jes. *solus gloriatur*.—2 Ms. Corb. *muliebri animo*.—3 Acidalius, Ernestus mallent, *meretur*.—4 Mss. Harl. Bodl. editiones veteres, et Rhenanus, *speciem*; [et sic Gronovius.] In Ms. Jes. *spē*. Rhenanus recte emendavit, *specie*. Brotier.—5 Ms. Reg. et editio princeps, *donare nescius*; [et sic Ryckii Cod.] Quod plurimum placet. *Idem*.—6 *Comessationes* vulgo

NOTÆ

[u] *Vitia...evertere Imperium*] Amicitiam hic cum Nerone tangit, de qua Suet. Oth. 2. et 3. 'Facile summum inter amicos locum tenuit congruentia morum: ut vero quidam tradunt, et consuetudine mutui stupri: ac tantum potentia valuit, ut damnatum repetundis consularem virum, ingens præmium pactus, prinsquam plane restitutionem ei impetrasset, non dubitaret in senatum ad agendas gratias introducere. Omnium autem consiliorum secretorumque particeps, die quem Nero necandæ matri destinaverat, ad avertendas suspiciones, cœnam utrique exquisitissimæ comitatis dedit.'

Sic Neroni conscius fuit libidinum Otho sceleramque. Et idcirco aliquatenus evertit imperium, etiam cum amicum principis ageret. Nam certe evertit imperium, qui perdit principem.

Et maxime pessumdedit Neronem, cum auctor fuit ei, aut certe conscius parricidii matris, et in Poppææ amores incitavit. Unde et exitium Octaviæ uxoris, et odium populi in Neronem.

Unde et magna sævitiæ et cædium series. Nam etiam sæviebat Sabina, et fuit cum Tigellino intimum consilium Neronis.

[v] *Habitune et incessu*] Muliebri scilicet, ut et *ornatu*. Sueton. 12. 'Munditiarum vero pæne muliebrium, vulso corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato et annexo, ut nemo dignosceret. Quin et faciem quotidie rasitare, ac pane madido linere consuetum, idque instituisse a prima lanugine, ne barbatus unquam esset.'

[w] *An illo muliebri ornatu*] Hæc *muliebria* vult videri, et habitum etiam Othonis incessumque: nam et quosdam viros ad fœmineam usque mollitiem delabi, vel dicterium illud Ciceronis argumento sit, quo Tulliæ filiæ incessum virilem, simulque generi muliebrem perstricturus, filiam increpans, 'Ambula ut vir,' ait, referente Macrobio. Saturn. II. 3. *Freinsh.*

Suet. Oth. 12. 'Munditiarum pæne muliebrium: vulso corpore,' &c. Sacra etiam Isidis sæpe in linteo religiosaque veste propalam celebrasse.

[x] *Perdere iste sciet, donare nesciet*] Certe Val. Max. teste, lib. IV. 8. Li-

fœminarum cœtus[7] volvit animo: hæc Principatus præmia putat; quorum libido ac voluptas penes ipsum sit, rubor ac dedecus penes omnes.[8] Nemo enim unquam Imperium, flagitio quæsitum,[9] bonis artibus exercuit. Galbam consensus generis humani, me Galba, consentientibus vobis, Cæsarem dixit. Si Respublica et Senatus et Populus vana[7] nomina[b] sunt; vestra, commilitones, interest, ne Imperato-

mente agitat adulteria, convivia, et mulierum circulos: hæc imperii pretia existimat, quorum cupido et voluptas ad ipsum pertineat, pudor et flagitium ad omnes. Quippe nullus unquam principatum scelere partum per virtutes gessit. Mortalium omnium consensus *elegit* Galbam, me Galba, approbantibus vobis, Cæsarem appellavit. Si Respublica et senatus et populus inania vocabula sunt: vestra refert, o socii, ne principem deterrimi eligant. Audita

Mss. et veteres editiones: et sic Gronovius et Brotier. In recentioribus, *comissationes*, et sic Ryckius.—7 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Corb. Puteolanus et recentiorum plurimi. Mss. Flor. Reg. Bud. Agr. editio prin-

NOTÆ

beralitatis 'duo sunt maxime probabiles fontes, verum judicium et honesta benevolentia. Nam cum ab his oritur, tum demum ei ratio constat: dono autem ipsi gratiam magnitudo quidem sua, sed efficaciorem aliquanto opportunitas conciliat.'

Et Seneca de benef. lib. VI. c. 43. sic habet: 'In magnis erroribus sunt, qui ingentis animi credunt, proferre, donare, plurium sinum ac domum replere: cum ista interdum non magnus animus faciat, sed magna fortuna. Nesciunt, quanto majus ac difficilius interdum sit capere, quam fundere.'

[7] *Fœminarum cœtus*] Illum hic omnino parem facit Neroni, cujus et nomen assumsit, et uxorem sibi destinavit. Sic Suet. Oth. 7. 'Ac super ceteras gratulantium adulantiumque blanditias, ab infima plebe appellatus Nero, nullum indicium recusantis dedit; immo ut quidam tradiderunt, etiam diplomatibus primisque epistolis suis ad quosdam provinciarum præsides, Neronis cognomen adjecit.'

Et infra cap. 10. 'Binos codicillos exaravit ad sororem consolatorios. Sed et ad Messallinam Neronis, quam matrimonio destinaverat, commendans reliquias suas et memoriam.'

[8] *Rubor ac dedecus penes omnes*] Quia veluti flagitium publicum fuit, elegisse talem principem, qui Remp. infamaret, vel quia nobilium splendidarumque fœminarum pudicitiam attrectaturus erat, non sine rubore S. P. Q. R. et omnium, quibus pudor aliquis reliquus esset.

[9] *Imperium, flagitio quæsitum*] Sic infra: c. 33. 'Simul reputans non posse principatum scelere quæsitum, subita modestia et prisca gravitate retineri.'

Et Livius lib. I. de Tarquin. Superbo: 'Scelere partam potestatem, non melius egit quam acquisierat.'

Imperium, flagitio quæsitum] Ambitione quæsitum imperium, non potest nisi precario et malis artibus regi; infra: 'vulgus et plures ambitioso imperio læti.'

[b] *Vana nomina*] Sic alibi, 'S. P. Q. R. etsi nennunquam obscurentur, nunquam vana nomina.'

Digitized by Google

rem pessimi faciant. Legionum seditio adversum Duces suos audita est aliquando: vestra fides famaque illæsa[c] ad hunc diem mansit: et Nero quoque vos destituit, non vos Neronem. Minus XXX.[d] transfugæ et desertores, quos Centurionem[e] aut Tribunum sibi eligentes nemo ferret, Imperium assignabunt? Admittitis exemplum?[f] et quiescendo commune crimen facitis? Transcendet hæc licentia[g] in provincias: et ad nos[8] scelerum exitus, bellorum ad vos,[8] per-

est interdum discordia legionum adversus Imperatores suos: vestra constantia et existimatio illibata ad hoc tempus duravit: et Nero etiam vos deseruit, non vos Neronem. Minus triginta transfugæ et proditores, quos nemo pateretur, Centurionem aut Tribunum sibi assumentes, principatum tribuent? Approbatis morem? et cunctando commune scelus patratis? Transibit hæc audacia in provincias: et ad nos facinorum *finis*, ad vos præ-

ceps, Ryckius et Gronovius, *vacua nomina sunt*.—8 Ita vulgo Mss. Puteolanus et recentiores omnes; ac bene quidem. In editione principe bis repe-

NOTÆ

[c] *Famaque illæsa*] Caius occisus quidem est a centurionibus seu tribunis prætorianis, sed certe a paucis consciis et conjuratis: ita ut non possit jure tribui flagitium illud cohortibus prætorianis.

Et potius præfecti Nymphidius et Tigellinus destituerunt Neronem, quam manipulares, qui certe tum decepti sunt, quasi jam abiisset fugissetque Nero in Ægyptum.

Attamen certe uterque Cæsar proditus aut desertus est, excubias agente illa cohorte prætoriana; licet forte pauci conscii essent, et potius aliarum consensum sequerentur, saltem in Nerone destituendo.

[d] *Minus* XXX] Quia certe viginti tres scelus aggressi sunt.

[e] *Centurionem*] Neque miles, neque legatus legionis, aut præfectus castrorum eligebat centuriones, sed legatus seu dux, qui summæ rerum, seu toti exercitui præerat, ut patet apud Tac. de Germanico, qui 'centurionatum egit,' Ann. lib. 1.

Tribunos solus princeps, et vetere Repub. consul evehebat: et Tribunatus *equestris militia* dicta, puto, quia juvenibus nobilioribus concedebatur.

Sueton. Claud. 25. 'Equestres militias ita ordinavit, ut post cohortem, alam, post alas, tribunatum legionis daret.'

[f] *Admittitis exemplum*] An approbatis exemplum, an dum non prohibetis scelus, eodem scelere vos polluitis? scil. 'Quos scelus inquinat, æquat.' Lucanus.

[g] *Transcendet hæc licentia*] Nempe in provinciis idem usurpabunt pessimi milites; Imperatorem facient, et ad nos, id est, in capita principum scelera recident, bellorum mala in vos.

Nam perpetua bella civilia, unde tandem exitium prætorianorum, Reipub. et ipsorum principum, quorum tandem aliquis militarem hanc licentiam ulciscetur.

[h] *Nec est plus*] Nec plus pecuniæ

tinebunt. Nec est plus,[h] quod pro cæde Principis, quam quod innocentibus[9] datur: sed perinde[10] [i] a nobis donativum[11] ob fidem, quam ab aliis pro facinore accipietis.'

31. Dilapsis speculatoribus,[j] cetera[1] cohors, non aspernata concionantem, ut turbidis rebus evenit, forte[k] magis,[2]

horum exitus spectabunt. Nec *præmium* majus est, quod donatur pro nece Imperatoris, quam quod insontibus *vobis offertur. Sed perinde nos vobis pecuniam largiemur ob fidem et constantiam, quam alii pro fraude et scelere* promittunt.

Digressis speculatoribus, reliqua cohors non contemsit alloquentem, ut motis rebus contingit, forte magis, et nullo adhuc satis certo *consilio, disponit signa, quod deinde*

****

titum, *ad nos.* Ms. Harl. *ad vos scelerum.... bellorum ad nos.* Brotier.—9 Ms. Reg. et editio princeps, *quod pro innocentibus.*—10 Sic bene Ms. Harl. et recentiores editiones. Male in veteribus, *proinde:* [sic autem Ryckius et Gronovius.] *Brotier.*—11 Budens. *donativo.* In edd. olim sequebatur *plus,* quod delevit Rhenan.

1 *Certa* Brotier. habet.—2 Sic optime Pichena et recentiores e Ms. Flor. in quo corrupte, *eventior te* pro *evenit forte.* In Ms. Corb. et editione principe, *erectior re.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *timore magis.* Brotier. Triller. Obs. Crit. III. 22. legit *erectior temere magis* etc. Ingeniose Bipont. *ut t. r. evenit, in orbem agi, sed inconsulto adhuc consilio; pars agitans, quod* etc. Sequor Broterium. Acid. suo more locum transpositione

NOTÆ

donatur ab Othone pro interficiendo principe, quam infoxiis et juvantibus principem a Pisone tribuetur.

[i] *Perinde*] *Proinde* et *perinde* idem Tacito. Sic intellige: Sed tantum donativum a nobis ob fidem accipietis, quantum ab iis pro facinore.

[j] *Dilapsis speculatoribus*] Qui scilicet antea corrupti ab Othone. *Pichena.*

Dilapsis speculatoribus] Jam ante dilapsi erant, quam milites alloqueretur Piso; vel certe partim clam dilabebantur, dum alii concioni intenti essent.

Dilapsis speculatoribus] An ante dilapsi sint, quam Piso concionaretur, incertum. Forte audito motu, et rapi Othonem in castra, statim dilapsi; aut dum consilium habet Galba cum amicis, aut dum concionatur Piso. Hi præcipue corrupti ab Onomasto liberto, et aliis emissariis Othonis.

[k] *Ut turbidis rebus evenit, forte*] Alias *evenit, timore.* Scriptio Bud. *Rebus evectior ire magis et nullo adhuc consilio:* ex qua facias: *Evenit, ira magis et nonnulli ad hoc.*

At in Flor. *eventi orte magis.* Unde Pichena facit, *forte magis.* Lipsius.

Puto sic Tacitum scripsisse: *More magis et nullo adhuc consilio parat signa; quam ut postea creditum est, insidiis et simulatione:* nam Ms. habet, *eventior te magis,* &c.

Sensus auctoris est: Perorante Pisone, cohortem signa paravisse; et id postea sic acceptum fuisse, quasi non pro Galba pugnaturi, sed animum istum simulantes: ceterum doli et insidiarum occasionem expectantes, id egissent: ut nempe illum, tanquam auxilium habentem, in publicum prolicerent, ut infra 34. alii; aut etiam in suam potestatem redigerent, maximum id Imperatori novo

Digitized by Google

NOTÆ

munus oblaturi.

Sed excusat eos Tacitus, nec dolum parasse ait; sed quod fecerint, duabus id potissimum causis fecisse, *more* nimirum, et *nullo adhuc consilio*.

More scil. quod iste militiæ mos esset, ut, hortante Cæsare, signa pararentur; quem ideo statim, nihil aliud cogitantes, secuti sunt, ut solitum in moribus receptis. Et tangit Tac. statim cap. 32. 'neque illis judicium aut veritas, sed tradito more,' &c.

Morem autem istum arma sumendi, (nam idem est, quod dicit, *signa parare;* non enim habebant arma, cum omnia pacata essent:) hunc, inquam, *morem* indicat etiam infra 38.

Nullo autem *adhuc consilio* fuisse, ait, quod nondum *consilium* cum Othone sentiendi cepissent, nec conspirationis ejus participes essent; *animum* tamen fortasse *ex eventu sumturi*. Freinsh.

Sic rescribo: *Ut turbidis rebus evenit, reverentior magis et nonnullo adhuc consilio, parat signa; an quod postea creditum est, insidiis et simulatione.*

Singula explicemus: *Ut turbidis rebus evenit.* Ut sæpe videre est, turbata rep. quosdam in obsequio adhuc persistere, neque statim turbatoribus se adjungere.

Reverentior magis, scilicet, Principis, quam speculatores, qui concionaturum Pisonem deseruerant. *Reverentior*, ut alibi *metuentior, aut metu intentior*.

Et quis dubitet, quin ea vox lateat in corrupta illa voce Ms. *eventior?*

Nonnullo adhuc consilio, quo hactenus sic utcumque statuebant, utilius futurum Reip. ac sibi, agnoscere principem Pisonem potius quam Othonem monstrum hominis *nulla virtute redemptum*. Boxhornius.

Quasi vero reverentior sit miles rebus turbidis; immo audentior et ferocior more vulgi, qui vel superbe dominatur, vel serviliter pavet.

Putabam, *ut turbidis rebus, erectior, magis et nonnullo adhuc consilio parat signa, quam quod postea creditum est, insidiis et simulatione:* vel *ut turbidis rebus erectior ire, magis et nullo adhuc consilio:* motis rebus, moventur animi, et tum quasi suspensos homines videas, et attentos quorsum res evadat.

Sensus igitur est, quasi diceret: Cetera cohors non aspernata concionantem Pisonem, sed *ut turbidis rebus evenit, erectior, magis et nonnullo adhuc consilio*, vel etiam, *nullo adhuc consilio*, quo nempe certo statuisset deserere Galbam et sequi partes Othonis: nam fere in eundem sensum recidit.

Si legis *nonnullo*, sensus est, Fuisse adhuc capaces consilii, quod suadebat Piso. Si legis, *nullo adhuc consilio*, idem fere est. Sensus enim est, Eos nondum statuisse deficere ad Othonem. Et sic cohors parat signa et arma capit, stipatura principem, quasi animo benevolo. Quod tamen *postea creditum est*, factum fuisse per dolum et simulationem.

Lectio Lipsii, *pars ingens*, nihil ad rem: nec, puto, etiam bene Freinshemius, cum dicit cohortem arma non habuisse, quippe non excubias et stationem agebat cohors sine armis, quibus nempe tutarentur palatium et principem, quamvis forte non haberent omnia arma, seu tela, quibus in aciem descenditur.

Talia autem arma mox ex armamentario sumi jussit Otho, cum prætorianæ cohortes urbem invaderent, ad occidendum Galbam.

Erant certe prætoriani *togati;* sed gestabant tamen in excubiis *gladium* et *lanceam*.

Forte scripsit Tacitus, *ut rebus turbidis evenit, tradito more et nonnullo*,

Digitized by Google

NOTÆ

&c. Sensus certus est, Cohortem non sprevisse Pisonem, et pro more paravisse arma seu signa, et stipasse principem.

Et τὸ *nonnullo* et τὸ *nullo consilio* in eundem sensum recidunt, ita ut adhuc deliberaret cohors. Et haud dubie nondum omnes corrupti erant.

Sed quia honoravere concionantem et erectis animis paravere arma, et tamen statim deseruere Galbam, et ipsum Pisonem, hinc *postea creditum est*, id factum fuisse fraude et simulatione.

Ut turbidis rebus evenit] Alii aliter legunt: *Evenit ira magis, et nonnulli ad hoc.* Lipsius. Sed *ira* militum, qui conveniat cum iis quæ sequuntur, quod *postea creditum est, insidiis et simulatione?* qui irascitur, et vulgus præcipue, non dissimulat.

Etiam legunt: *parat signa, sive ut turbidis rebus evenit, timore magis et nonnullo adhuc consilio; sive, quod postea creditum est, insidiis et simulatione.* Sic *Acidalius.*

Sed quid hic vox *timore*, quis sensus? An *turbidis rebus* timet miles principes, Galbam, aut Pisonem? immo tum ferocior est, et tum se fert arbitrum dominumque rerum, et ipsorum principum.

Cetera hujus lectionis facile seipsis refelluntur, et repugnant sententiæ Taciti, qui vult eos parasse signa *nonnullo adhuc consilio*, aut *nullo*, cum incerti nempe adhuc essent, an deserent, an comitarentur Galbam; quod tamen postea *creditum est*, fecisse ipsos *insidiis et simulatione.*

Ex rei nempe exitu; quia, scil. in foro mox deseruerunt Galbam; idcirco *postea creditum est*, parasse signa insidiis et arte, eodemque dolo stipasse Galbam, ut eum foras illicerent ac proderent.

Attamen falso id sic *creditum est:* nam tum cum pararent *signa*, nihil certi adhuc statuerant, neque statuere poterant: tum enim dignoscere non poterant quo eruptura esset seditio castrorum, an usque in electionem Othonis evalesceret, an tantum auderet miles, an tantum ipse Otho.

Putant etiam scripsisse Tacitum: *more magis, et nullo adhuc consilio parat signa, quam ut postea creditum est, insidiis et simulatione.* Sic *Freinsh.*

Satis bono sensu: ita ut magis ex *more* quam obsequio aut amore, et quia nullum adhuc certum consilium ceperant, paraverint signa, stipaverintque Galbam. Et sic tum magis ea mente egerunt, quam, ut *postea creditum est, insidiis et simulatione.*

Alii sic rescribunt: *ut turbidis rebus evenit, reverentior magis et nonnullo adhuc consilio parat signa: an quod postea creditum est, insidiis et simulatione.* Sic *Boxhornius.*

Sed an rebus turbidis *reverentior* miles et præcipue vulgus militum, qui si non pavet, terret?

An *reverentior* in Galbam, quem maxime oderant, an in Pisonem, quem Galbæ similem, ideoque electum et adoptatum putabant, quasi ejusdem severitatis et avaritiæ successorem?

Vox *an* pro genio Taciti est; sed frustra inseritur hoc loco, cum illa amota satis constet sensus. Certe cohors non reverentior, sed dilapsis corruptioribus, tantum non aspernata concionantem.

Scribit Florentinus interpres: *forte magis.* Conjectura sumta ex Cod. Flor. qui habet: *eventior te magis;* unde vulgo: *evenit timore magis.*

Sed malim: *erectior, magis,* &c. Non tamen male quoad sensum Taciti, *forte magis et nonnullo adhuc consilio;* ita ut illa cohors *non aspernata* sit *concionantem, ut* sæpe *turbidis rebus evenit.*

Digitized by Google

et nullo[3] adhuc consilio,[1] parat signa,[4] quam,[5] quod postea

existimata est fraude ac dissimulatione fecisse. *Missus etiam Celsus Marius*

sanare studebat. Sic et proxime sequentia turbat. *Oberlin.*—3 Pessime libri scripti et editi, *nonnullo adhuc consilio . . . quod.* Locum hunc optime restituit Illust. Huetius quem, ultro sequor. Huetianam emendationem subolfecerat Freinshemius, qui totum hunc locum ita refingebat, *more magis, et nullo adhuc consilio . . . . quam ut postea creditum est.* Brotier. *Nonnullo* habet Ryckius et Gronovius.—4 Ita libri omnes editi, et vulgo Mss. At cum habeant Mss. Flor. Bud. *par signas*, Ernestus, ut et alii, tentant, *pars ingens.* Atque quidem sic legitur in Mss. Harl. Bodl. Jes. Sed in Ms. Harl. emendatum, *parat signa.* Brotier.—5 *Quam* omisere Ryckius et Gronovius.—6 Sic bene

NOTÆ

Neque enim horum verborum is sensus fuerit, ut cohors tantum *non aspernata* sit *concionantem* Pisonem, sed et illum audierit attente, ut sæpe turbidis rebus evenit. Nempe tum evenit, ut seditiosi intenti audiant concionantes libentius, spe res novas et magnas audiendi, spe scil. fortunæ mutandæ, et augendæ in posterum.

Certe sic quandoque contingit; at sæpius, turbatis semel rebus, et incitis animis, spernunt seditiosi principes ipsos concionantes! quod evenit Pertinaci bono principi, Lucullo, Germanico, Druso et aliis.

Ut turbidis rebus evenit] Si legis *evenit*, is sensus fuerit; Alii militum, speculatores, nempe, dilabuntur ex atrio in castra sua; ceteri non spernunt concionantem: sic *rebus turbidis evenit*, ut alii alia sectentur, scindaturque vulgus diversa in studia. Vel *rebus turbidis evenit*, ut plerique non aspernentur *concionantes;* nam ' si forte virum quem Conspexere, silent, arrectisque auribus astant.' Arrectis avidisque auribus audiunt alloquentem quemcumque, non studio aut cura boni publici.

Sed si quis plura promiserit aut elargitus sit, huc inclinaturi, pro genio et libidine omnia ferunt, agunt, *per incuriam flagitii publici.*

Evenit] Lego, *erectior*, seu *attentior*, *magis et nonnullo adhuc consilio.* Ut rebus turbidis, *erectior* miles, *erectior* rumoribus. *Erectior*, quia pecunia utrimque solicitatur, quia tum a proceribus ipsis ambitur, agnoscitur, compellatur, salutatur, donatur. Quidni *erectior* tum miles, qui donare imperium potis est, vel auferre pro sua libidine?

[1] *Consilio*] *Nonnullo adhuc consilio;* et sic recte puto: quippe illa cohors dubitabat adhuc. Nam apud Suet. Oth. 6. Ne noctu asciscerent Othonem, ' obstitit respectus cohortis, quæ tunc excubabat, ne oneraretur invidia, quod ejusdem statione et Caius fuerat occisus et desertus Nero.'

Quin et hæc invidia refundi potuit in ceteros prætorianos, tanquam omnes principes suos desererent; itaque nolebant eandem cohortem excubare, cum scelus aggrederentur, ne priorum scelerum memoria invidiam augerent.

Et certe non erat hæc eadem cohors, qua excubante, occisus Caius et desertus Nero fuerat. Nam id dedita opera vitarant.

Attamen hæc etiam cohors, excubans apud Galbam, potuit vereri invidiam senatus populique Rom. et ipsius etiam principis electi seu eligendi. Nam talia hæc facinora ulcis-

Digitized by Google

creditum est, insidiis et simulatione. Missus et Celsus Marius[m] ad electos[n] Illyrici exercitus, Vipsania[6] in por-

ad vexillarios Illyrici exercitus tendentes in porticu Vipsanii. Imperatum

Ms. Flor. et recentiores editiones. In Ms. Reg. et editione principe, *Vipsano*. Puteolanus, *Vipsanii;* [quod Ryckius servat, sed mallet *Vipsania*.] Brotier.

NOTÆ

citur, quisquis successit princeps.

Metuere potuit odium civium, sociorum, aliorum exercituum et omnium omnino mortalium, quibus proditores semper invisi.

Timendi etiam et dubitandi locus fuit, quia nondum satis gnari, quid in castris ageretur; an satis firma aut adulta conspiratio, an jam satis coaluissent Othoniani.

Et adhuc incertum fuit, quid Tribuni, quid Centuriones auderent pro Galba. Quid optimi et integri milites adversus paucos et quidem malos, et scelere Othonis corruptos.

Et certe *parant signa*, comitantur, deducunt principem pro more, nihilque certi ausi sunt statuere, aut agere, nisi cum equites prætorianos e castris in forum irrumpentes animadvertere: quod forte magis ignavia, quam meditato consilio factum, et tum vexillarius imaginem Galbæ deripuit solo que afflixit. Quod signum destituti imperatoris fuit.

Hactenus dubitarant, sive metu suo adacti, sive ne invidiam defectionis ipsi uni subirent.

Et, hoc casu, quia palatio exiit Galba, non tam prodere principem illa cohors videbatur, quam cedere fortioribus. Infra 40. ' Nec illos .... priores et futuri principes terruere, quominus facerent scelus; cujus ultor est, quisquis successit.'

Sicque eo metu, *nonnullo adhuc consilio*, et adhuc incerti quid agerent, quid statuerent, paraverant signa, stipabantque Galbam. Igitur totum hunc locum sic legam: *Ut turbidis rebus, erectior, forte magis et nonnullo adhuc consilio, parat signa, quod postea creditum est* factum fuisse, non consilio aliquo, aut quasi dubitarent, *sed insidiis et simulatione;* ut nempe sic facilius illicerent principem extra palatium, eumque interficerent: quod certe sic falso creditum est ex eventu, scil. seditionis.

Nonnullo adhuc consilio] Conjicio ex verbis Suet. Galb. 19. nondum fuisse omnino certos proditionis, cum parabant signa, ' Ibi (in foro) equites, quibus mandata cædes erat, cum per publicum, dimota paganorum turba, equos adegissent, viso procul eo, (Galba,) parumper restiterunt: deinde rursum incitati, desertum a suis contrucidarunt.'

Stetere equites, nempe ut inspicerent explorarentque habitum animumque cohortis comitantis Galbam, forte et aliorum, qui deducebant principem. Cumque vidissent imaginem Galbæ solo afflictam, et eo signo cohortem, quæ custodiebat, pronam in partes, tum rursus irrumpunt, desertumque Galbam obtruncant.

Consilio] Vertit Interpres Gall. Cohors parat signa, potius bono adhuc consilio et animo, cum nondum satis certi essent, quid agerent, quam dolo et insidiis, ut postea creditum est.

[m] *Missus et Celsus Marius*] Credo, quia notus iis et in Illyrico militaverat. Tac. lib. xv. ' Et legio decimaquinta, ducente Mario Celso, e Pan-

ticu° tendentes. Præceptum Amulio Sereno et Domitio Sabino, primipilaribus,[p] ' ut Germanicos milites[q] e Liber-

Amulio Sereno, et Domitio Sabino primipilaribus, ut accirent Germanicas cohortes ex atrio Libertatis. *Classiarios milites suspectos habebat*, ut *infensos*

NOTÆ

nonia adjecta est.' Videtur ergo legatus fuisse ejus legionis. *Lipsius.*

Missus est] Intellige, quasi scripsisset, *simul missus Celsus*, &c. Sensus est: Simul parat signa cohors prætoria, simul et missus Celsus ad electos Illyrici.

[n] *Ad electos*] Electi illi ex exercitu Illyrico, vocari poterant etiam *vexillarii*, vel *vexillatio*, quia plura simul *vexilla* erant. Et illa vexilla delecta ex pluribus legionibus, et simul unum corpus militare componebant.

Selecti illi et separati a sua legione, retinebant nomen hujus suæ legionis.

Cum plura vexilla simul essent, et ex pluribus legionibus, *numeri* dici potuerunt, abstrahendo, an essent *cohortes*, *alæ*, *vexilla*, &c. legionarii, vel auxiliarii.

Dici etiam potuerunt *cohortes*, quia velut cohortes sub vexillo proprio seorsim merebant; attamen improprie, quia illi electi, non proprie *cohortes*; sed validiores interdum cohortibus erant, sub uno vel pluribus vexillis dispositi.

Et illi electi secum etiam rapiebant sua auxilia, suas alas, suum equitatum ad urgentia belli.

Et fere non fuit aliud discrimen inter hujusmodi *numeros*, seu vexilla, aut legiones, quam ex minori numero, et aquila, quæ non aderat.

Illi sic electi, quia expeditiores et celerius rapiebantur, quam ipsa legio, quæ sarcinis, machinis, et multitudine gravior.

[o] *Vipsania in porticu*] Nam miles extra ordinem in urbe, agere plerumque solitus in porticibus aut templis. Noster infra lib. II. ' Sed miles in porticibus aut delubris.' Ipsi prætoriani in palatii porticibus excubabant.

Isidor. lib. IX. ' Excubitores, quod excubias agunt. Sunt enim ex numero militum, et in porticibus excubant, propter regalem custodiam.' *Lipsius.*

[p] *Primipilaribus*] Præcipua fama belli *primipilares*, et magna auctoritate pollebant apud viros militares; et idcirco mittuntur ad Germanicos electos, ut læti et favorabiles in vulgus. Puto, primipilares illi *evocati* a principe erant et prætoriani, equestri nobilitate, aut certe equiti et fere tribunis pares.

[q] *Germanicos milites*] Ne de Germanis accipias; sed de electis seu vexillariis Germanicis, qui Romani milites: sic dicti, quia in Germania stipendia meruerant, aut quia in his partibus delecti, solum cœlumque atrox referebant. Eos, ut et Illyricianos acciverat Nero, ut Albanos, adversus quos bellum agitabat, eorum mole, et magnitudine corporis exterreret.

Ut Germanicos milites] Ibi altum silentium de electis Britannicis, nec dicit, qua parte Urbis tenderent, nisi forte simul cum Germanicis, et eorum nomine hic comprehendantur.

[r] *E Libertatis atrio arcesserent*] Atria, ut scribit Vitruvius, januis erant proxima: nempe, genus ædificii ante ædes, continens mediam aream. Libertatem porro inprimis venerabantur Romani libertatis assertores.

Scribit Livius *Libertatis atrium* refectum et ampliatum fuisse Ælio Pæto et Cethego Censoribus.

Digitized by Google

tatis atrio arcesserent.'[7] Legioni classicæ diffidebatur,[8] infestæ ob cædem commilitonum, quos primo statim introitu trucidaverat Galba. Pergunt etiam in castra Prætorianorum Tribuni,[t] Cerius[9] Severus, Subrius Dexter, Pompeius Longinus; si incipiens adhuc, et necdum[10] adulta seditio, melioribus consiliis flecteretur. Tribunorum Subrium et

ob necem sociorum, quos primo statim ingressu interfecerat Galba. Etiam tribuni Cerius Severus, Subrius Dexter, et Pompeius Longinus se conferunt in vallum prætorianorum; exploraturi, *an recens adhuc, et nondum satis coalita discordia, sapientioribus consiliis placari sedarique posset. Milites minis aggressi* sunt *tribunos Subrium et Cerium, Longinum vi cohibent, armisque*

—7 Sic Ms. Jes. et recentiores editiones. Editio princeps, *accersirent*. Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *accerserent*, quod habent Gronovius et Ryckius: at hic *arcesserent* in marg.—8 Sic Ernestus e Ms. Guelf. in quo ita scriptum prima manu; postea ar erasum; communi errore Mss. et veterum editionum, quæ habent, *diffidebat*. Ms. Jes. *diffidebant*. Sed *n* censorio puncto notatum. *Brotier*. Ryckius et Gronovius *diffidebat*.—9 *Cetrius* Mss. Flor. Reg. Guelf. Corb. et editio princeps: quod servat Brotier. Puteolanus, ac deinde ceteri omnes, *Cerius*. At mox ipse Puteolanus habet, *Cetrium*. Mss. Harl. Bodl. Jes. *Cerrius*. Emendatum in Ms. Harl. *Cetrius*.—10 Ita Ms. Flor. Gronovius et recentiores. In Mss. Corb. Reg. et editione principe, *et nedum*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *et nondum*.—11 Budens. *Festum Celsum*.—

NOTÆ

Et Suetonius in Aug. 29. ab Asinio Pollione refectum postea fuisse memoriæ prodidit. *Lupanus*.

[8] *Legioni classicæ diffidebatur*] Videtur hæc legio habuisse aquilam et nomen veræ legionis, et illud decus accepisse a Galba, ut antea a Nerone; erat tamen adhuc infesta ob cædem commilitonum, et odii magis, quam beneficii memor.

Legioni classicæ diffidebatur] Et idcirco nullum ducem mittit ad classiarios Galba, velut aperte sibi infestos.

Aut forte, quia illi nondum in numeros legionis compositi, et proprie nondum habebant centuriones, tribunos, aut duces, qui adirent eos nomine principis.

Legioni classicæ] Est etiam quod hic turbat: nam si tot millia occisa sunt in introitu Galbæ, si septem millia tum trucidata sunt ex una legione, ut scribit Dio, si reliqui deciimati, ubi illa legio classica, quæ suspectetur Galbæ, et quæ tantas vires addat Othoni?

Nisi forte postquam exemti vinculis sunt a Galba, suppleta est illa legio novo milite. Quod non puto factum, ut qui nondum certi essent militiæ legionariæ.

Vel forte non tam cæsa, seu interfecta illa septem millia, quam strata et fugata sunt, immisso equitatu a Galba. Vel forte affulgente spe nobilioris militiæ, quotidie novi affluebant classiarii.

[t] *Tribuni*] Qui haud dubie prætoriani, et tum forte in palatio erant apud principem. Nam unus ex more tribunus cum sua cohorte excubabat in aula.

Itaque isti tribuni pergere jubentur in castra, flexuri animos et placaturi, si nondum adulta prorsus esset seditio.

Digitized by Google

Cerium milites adorti minis, Longinum manibus coërcent[u] exarmantque; quia non ordine militiæ,[v] sed e Galbæ amicis, fidus Principi suo, et desciscentibus suspectior erat. Legio classica, nihil cunctata, Prætorianis adjungitur. Illyrici exercitus electi Celsum[11] ingestis[12] pilis proturbant.[w] Germanica vexilla[x] diu nutavere; invalidis adhuc corporibus et placatis[y] animis, quod eos, a Nerone Alexandriam præ-

exuunt; quia non gradu militiæ promotus, sed Galbæ amicitia, quia *fidelis Imperatori suo,* ideoque *deficientibus magis suspectabatur. Miles classiarius nihil moratus prætorianis accedit. Cohortes Illyricianæ repellunt Celsum infensis hastis. Vexillarii Germanici diu cunctati sunt, infirmis adhuc corporibus, et lenitis animis; quod præcipua cura refoveret eos Galba, postquam a Nerone Alex-*

12 Sic Mss. Reg. Bud. Agr. editio princeps et Ernestus. Mss. Flor. et Corb. *incestis.* Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *infestis,* quod servant Ryckius et Gronovius, et recepere Bipont.

NOTÆ

[u] *Manibus coërcent*] Quidam explicant: Manibus post terga revinctis, illum retinent. Potius in eum manus injiciunt, eumque apprehensum exarmant, et veluti exauctorant, quia *non ordine militiæ*, &c.

Manibus] Manus injiciunt, vim faciunt. Sed hactenus, nec ultra quam ut coërceant, et exarment: nec id tamen sine dedecore. Nam sic videbatur Longinus exauctoratus, ut qui non ordine militiæ, sed sola gratia Galbæ fuisset promotus.

[v] *Quia non ordine militiæ*] Quia scilicet prætorianorum Tribunus factus non fuerat per ordinem et gradus militiæ, ut ceteri; sed Galbæ tantum amicitia et favore: ideoque ut illi fidus, ad Othonis partes disturbandas in castra venisse credebatur. *Pichena.*

Illum exarmant, quia *non ordine militiæ* promotus aut provectus, sed e Galbæ amicis, &c.

Non ordine militiæ] Non per gradus, ut debuit, non ex virtute spectata armis, aut emeritis stipendiis, sed sola gratia dominantis; ideoque invisus vulgo caligatorum.

[w] *Proturbant*] Vertit Clar. Harlæus; Prosternunt in terram, affligunt, pilis obruunt. Sed potius, Ejiciunt, propellunt, fugant: nam infra redit ad Galbam, 38. 'Jam Marius Celsus haud læta retulerat.' Et is inter duces Othonis, et factus consul ab ipso Othone, igitur non obrutus est. Infra de Trebellio 60. 'Auxiliarium quoque militum conviciis proturbatus, &c. ad Vitellium perfugerit;' id est, Pulsus, fusus fugatusque.

Proturbant] Exturbant Celsum aliunde bonum, veluti fidum et amicum Galbæ, quem oderant; quia ex fama severitatis et avaritiæ odium in omnia castra sparsum, veluti contactu: supra 26. 'Infecit ea tabes legionum quoque, et auxiliorum motas jam mentes.'

[x] *Germanica vexilla*] Sic Suet. Galb. 20. 'Illud mirum admodum fuerit, neque præsentium quempiam opem Imperatori ferre conatum, et omnes qui accerserentur sprevisse nuntium, excepta Germanicorum vexillatione.'

[y] *Placatis*] Cur *placatis?* Nempe, placatus ille miles præ classiariis, præ

missos, atque inde rursus longa navigatione ægros, impensiore cura[z] Galba refovebat.

32. Universa jam plebs palatium implebat, mixtis servitiis, et dissono clamore, 'cædem Othonis et conjuratorum exitium'[1] poscentium, ut si in circo ac theatro ludicrum aliquod postularent: neque illis judicium[a] aut veritas: quippe

andriam præmissi essent, atque inde rursus longo maris itinere fessi in ægritudinem incidissent.

Jam populus omnis in regiam confluebat, promiscue cum servis, simul *et dissonis vocibus, flagitantium* necem Othonis et exilium conspiratorum, *quasi ludos aliquos postularent apud circum aut theatrum; neque illis constantia aut fides* erat:

1 In Mss. et veteribus editionibus, *exilium;* [sic Gronovius et Rycklus.] Acidalius recte monuit emendandum, *exitium:* quod Ernestus et recentiores merito recepere. Nam mox c. 37. Otho, milites alloquens, ait: 'Auditisne, ut pœna mea et supplicium vestrum simul postulentur?' *Brotier.*

NOTÆ

prætorianis, et etiam Illyricianis electis; hi nempe infensi Galbæ, tabe illa, quæ universim animos militum invaserat, quasi exitiabili contactu; ut rebus semel motis, Galba, Vinio, Lacone et aliis interioris gratiæ amicis, parum unicuique placentibus, et omnibus in res novas pronis hiantibusque. *Placati* Germanici, quia illos fovebat Galba: nec diu nutavere illi, quia *placatis animis*, sed quia adhuc *invalidis corporibus.* Nec, teste Suet. *dubitarere*, sed *errore viarum retardati* sunt. Hoc loco etiam in re et substantia conveniunt Sueton. et Tac. in aliqua circumstantia differunt, ut solent.

Placatis animis] De Germanicis vexillis, nec frustra id dictum. Nam et infesti esse, et irasci Galbæ potuerunt etiam Germani ob socios male habitos, quemadmodum et Classiarii. Suet. Galb. 12. 'Germanorum cohortem, a Cæsaribus olim ad custodiam corporis institutam, multis experimentis fidelissimam, dissolvit, ac sine ullo commodo remisit in patriam.' Tamen quia illos tum refovebat, gratitudinem exhibuere Germanici vexillarii. Ne erres: certe discrimen fuit inter illos *Germanicianos* milites et *Germanos* custodes corporis. Germaniciani legionarii et cives Romani fuerunt, sed in illis regionibus educti et delecti; et tali cœlo assueti, atque ideo feroces. At custodes corporis, delecti e Germania aut Batavia, veri et sinceri Germani, nec militiæ Rom. ascripti. Externi erant satellites: et id apud Cæsares, ut apud reges externos, invaluerat. Sic apud Gallos hodie Helvetii.

[z] *Impensiore cura*] Suet. ibidem 20, 'Hi ob recens meritum, quod se ægros et invalidos magnopere fovisset, in auxilium advolavere; sed serius, itinere devio, per ignorantiam locorum retardati.'

[a] *Neque illis judicium*] Tacit. Hist. III. 'populi mobilem animum, et si se ducem (Flavius Sabinus) præbuisset, easdem illas adulationes pro Vespasiano fore,' quibus erga Vitellium nunc utebantur.

Eod. lib. 'Vulgus eadem pravitate insectabatur interfectum, (Vitellium,)

Digitized by Google

eodem die diversa pari certamine postulaturis: sed tradito more, quemcumque Principem adulandi,[b] licentia acclamationum[c] et studiis inanibus. Interim Galbam duæ sententiæ distinebant. T. Vinius, 'manendum intra domum,[d] opponenda servitia, firmandos aditus, non eundum ad iratos' censebat: 'daret malorum pœnitentiæ, daret bonorum consensui spatium: scelera impetu, bona consilia mora valescere. Denique eundi ultro, si ratio sit, eandem mox facultatem: regressus, si pœniteat, in aliena potestate.'

ut qui eodem die contraria pari pervicacia flagitaturi essent: *sed insita consuetudine assentandi qualicumque dominanti, petulantia acclamationum, et inani favore. Interea Galbam retinebant duo consilia diversa. Titus Vinius sentiebat*, sustinendum intra penates, objicienda mancipia, muniendos aditus, non pergendum ad infestos: tribueret tempus, quo flecterentur improbi, *redirentque ad obsequium;* tribueret tempus meliorum consensui: crimina impetu gravescere, egregia cœpta spatio temporis coalescere. Demum pergendi ultro eandem postea copiam, si expediat; reditum *fore* penes alios, si male consultum esset.

NOTÆ

qua foverat viventem.' Juven. Sat. 10. 'Sed quid Turba Remi? Sequitur fortunam, ut semper, et odit Damnatos.' *Savilius.*

[b] *Quemcumque principem adulandi*] Phæd. 5. 'Demetrius, qui dictus est Phalereus, Athenas occupavit imperio improbo. Ut mos est vulgi, passim et certatim ruunt; Feliciter subclamant ipsi principes; Illam osculantur, qua sunt oppressi, manum, Tacite gementes tristem fortunæ vicem.'

[c] *Licentia acclamationum*] Quarum formula, in senatu usurpari solita in gratiæ testimonium, exhibetur nobis in Rom. historia posteriorum temporum, ut apud Lampridium erga Alex. Severum, 'Auguste innocens, Dii te servent,' &c.

Apud Vulcatium Gallicanum erga Antoninum, 'Antonine Pie, Dii te servent; Antonine Clemens, Dii te servent,' &c.

Erga Divum Claudium, in Trebellio Pollione, 'Auguste Claudi, Dii te nobis præstent, (dictum sexagies,) Claudi Auguste,' &c.

In Flavio Vopisco erga Tacitum imperatorem, 'Tacite Auguste, Dii te servent; te diligimus, te principem facimus,' &c.

Aversa omnium studia sic significabantur, ut apud Lampridium, post Commodi mortem, 'hosti patriæ honores detrahantur; parricidæ honores detrahantur; parricida trahatur,' &c.

Populi acclamationes ad hanc formam plerumque fuisse, conjectu facile est. *Savilius.*

[d] *Manendum intra domum*] Sic Suet. Galb. 19. 'Haud multo post cognoscit teneri castra ab Othone: ac plerisque, ut eodem quamprimum pergeret, suadentibus, (posse enim auctoritate et præsentia prævalere,) nihil amplius quam continere se statuit: et legionariorum firmare præsidiis, qui multifariam diverseque tendebant.'

Digitized by Google

33. 'Festinandum' ceteris videbatur, 'antequam crescere t invalida adhuc conjuratio paucorum. Trepidaturum etiam Othonem, qui furtim digressus, ad ignaros illatus, cunctatione nunc et segnitia terentium[e] tempus, imitari Principem discat. Non[1] expectandum, ut, compositis castris, forum invadat, et, prospectante Galba,[f] capitolium adeat: dum egregius Imperator,[g] cum fortibus amicis, janua ac limine tenus domum cludit,[2] obsidionem nimirum toleraturus. Et præclarum in servis auxilium,[h] si consensus tantæ multitudinis, et, quæ plurimum valet, prima indignatio[3]

Alii censebant properandum *esse*, priusquam invalesceret infirma etiam tum conspiratio paucorum. Etiam Othonem exterritum iri, qui clam dilapsus, et ad inscios advectus, dubitatione nunc et inertia nectentium moras, se ferre Imperatorem discat. Haud operiendum, ut ordinatis castris, forum irrumpat, et prospiciente Galba, pergat in Capitolium: dum præclarus princeps, cum strenuis amicis, penates foribus ac vestibulo tenus occludit, obsidionem scilicet sustentaturus. Et egregium in mancipiis præsidium, si concordia tam numerosæ plebis *torpescit*, et primus iræ impetus, qui multum

1 Ita libri omnes. Tentat tamen Freinshemius, *an expectandum*. Jac. Gronovius, *num expectandum*.—2 Sic Ms. Reg. Lipsius et recentiores. In Ms. Corb. et editione principe, *excludit*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *claudit*.—3 *Indignatio languescat* Brotier. et Ryckius habent, et Bipont. Ms. Flor. *indignatione languescat*. Inde volebat Jac. Gronovius, *indignatio elanguescat*, quod recepere Lall. et Dotteville. Ms. Corb. *languescit*.

NOTÆ

[e] *Terentium*] Nempe Galbæ, et amicorum illius, qui nectendo moras, darent tempus Otboni, quo principem agere discat, componat milites. Sicque paratus instructusque forum Capitoliumque irrumpat, dum dubitat, dum cunctatur Galba, et se domo cludit ac continet.

[f] *Et prospectante Galba*] Et videnti Galba, Capitolium adeat Otho, nempe auspicandi gratia, pro more principum, qui adoptati vel electi erant. Nam 'ab Jove principium.'

[g] *Egregius Imperator*] Id puto, quasi per ironiam dictum, quæ non tam cadat in Galbam, quam in Vinium, talis consilii auctorem; qui censebat, ut imperator in palatio remaneret, et in eundem sensum addit, janua 'domum cludit, obsidionem nimirum toleraturus.' 'Et præclarum in servis auxilium.' Id quasi per irrisionem jactat. In Galbam etiam cadere potuit, si nempe se domo clauderet: quod certe non est *egregii imperatoris*, nisi per irrisionem.

[h] *Et præclarum in servis auxilium*] Sentiunt contra Vinium multi, *non expectandum*, donec obsideatur Galba in palatio, et nullum esse auxilium in servis, si semel languescit consensus tantæ multitudinis; si prima ea indignatio populi tepescit, quæ plurimum valet in istis occasionibus.

Intelligit eam multitudinem, quæ palatium circumstabat; quæ cædem Othonis, et conjuratorum exilium poscebat.

Digitized by Google

elanguescat. Proinde intuta, quæ indecora: vel, si cadere necesse sit, occurrendum discrimini. Id Othoni invidiosius, et ipsis honestum.' Repugnantem huic sententiæ Vinium Laco minaciter invasit, stimulante Icelo, privati odii pertinacia, in publicum exitium.

34. Nec diutius Galba cunctatus, speciosiora suadentibus accessit. Præmissus tamen in castra Piso, ut juvenis magno nomine, recenti favore, et infensus T. Vinio,[i] seu quia erat, seu quia irati ita volebant;[j] et facilius de odio creditur.[k] Vix dum egresso Pisone, occisum in castris Othonem, vagus primum et incertus rumor:[l] mox, ut in magnis mendaciis,[m] interfuisse se quidam et vidisse, affirmabant, cre-

pollet, vanescat. Igitur haud tuta, quæ inhonesta *sunt:* vel si perire oportet, obviam eundum periculo. Hoc magis odiosum in Othonem, et ipsis decorum. *Cum huic consilio Vinius resisteret, eum Laco minis incessit, impellente Icelo, privatæ offensionis pervicacia, in perniciem publicam.*

Nec ultra moratus Galba honestiora monentibus assensit. Piso tamen præmissus in munimenta, ut adolescens magno decore, nova gratia, et infestus T. Vinio, seu quia erat, seu quia infensi sic cupiebant; et libentius de invidia creditur. Vix dum exierat Piso, cum incertus primum, et ambiguus crebrescit *rumor, interfectum Othonem in castris; dein, ut in atrocibus mendaciis, nonnulli asseverabant, se*

NOTÆ

[i] *Vinio*] Quia Vinius amicus Othoni, et quem fovere occulte etiam tum putabatur: forte et odio Laconis, qui eligendi Pisonis consilium dederat Galbæ.

[j] *Irati ita volebant*] Nempe Laco et Icelus, qui præcipui arbitri rerum apud Galbam.

[k] *Facilius de odio creditur*] Quia oderant Vinium, volebant etiam et odio haberi a Cæsare. Idcirco facilius de odio credebant, quia id maxime cupiebant.

De odio] Ne sumas, quasi facilius crederetur de odio Pisonis in Vinium. Intellige id dictum universim et indistincte, de quocumque: nempe, *de odio facilius creditur*, abstrahendo. Nam propositio Taciti hæc generalis; et sic sententia seu mens auctoris acrior est.

De odio] Sic l. VI. 44. 'Sensit vetus regnandi, falsos in amore, odia non fingere:' de odio in regni æmulum facile credidit Artabanus Rex regum.

Nam facile fingitur amor, difficile tegitur odium. Facile dissimulant falluntque purpurati *in amore*, non item *in odio*.

[l] *Incertus rumor*] Sic Suet. Galb. 19. 'Sed extractus rumoribus falsis, quos conspirati, ut eum in publicum elicerent, de industria dissiparant; paucis temere affirmantibus transactum negotium, oppressos qui tumultuarentur, advenire frequentes: ceteros gratulabundos et in omne obsequium paratos.'

[m] *Magnis mendaciis*] Sic in turba reperiuntur homines tam perditæ audaciæ, ut magna mendacia affirment impudenter, sive ut augeant metum motumque, sive quia largitionem,

Digitized by Google

dula Fama inter gaudentes et incuriosos.[1 n] Multi arbitrabantur, compositum auctumque rumorem, mixtis jam Othonianis, qui ad evocandum Galbam læta falso vulgaverint.[2]

35. Tum vero non populus tantum[o] et imperita plebs in plausus et immodica studia, sed Equitum plerique ac Senatorum, posito metu incauti, refractis palatii[p] foribus, ruere intus,[1] ac se Galbæ ostentare, præreptam sibi ultionem querentes.[2] Ignavissimus quisque et, ut res docuit, in

affuisse et cædem spectasse, prona facilique ad credendum fama inter lætantes et incautos. Plurimi rebantur fictum hunc rumorem latiusque sparsum, passim se inserentibus jam Othonianis, qui fausta falsaque sparserant in vulgus ad extrahendum Galbam.

Tum vero non multitudo solum et rudis plebecula effusa in acclamationes et nimium favorem, sed etiam plurimi equites ac senatores, omissa formidine incuriosi, revulsis regiæ valvis prorumpere intus, et se Galbæ ambitiose exhibere, expostulantes, ademtam sibi vindictam. Inertissimus quisque, et, ut reipsa compertum est, in

1 Ms. Corb. *et curiosos.*—2 Ita libri omnes, præter Beroaldum, qui edidit, *vulgaverunt.*

1 Optima distinctio. Frustra tentant Acidalius ac Ryckius, *ruere, intus ac se, &c.* Brotier. Interpunctio vulgata est a Puteol.—2 Hæc conjungit Heinsius. Conjuncta quoque habet editio princeps, ut et Mss. Harl. Jes. Guelf. Non male distinxit Puteolanus, quem omnes sunt secuti. *Idem.*

NOTÆ

pretium, aut prædam sperant; sive quia sola turbandi voluptas pro pretio est, aut certe sola magnitudo impudentiæ et infamiæ pro summa voluptate est.

Magnis] Non *magna* præcise illa *mendacia*, quia affirmabant præter verum, se interfuisse cædi, et vidisse; sed quia magna illa res et manifesta erat, in qua mentiebantur.

Magnum id mendacium, quia impudentissimum, et potuit facile convinci eo ipso momento per mille testes. Forte etiam atrox, quia in re, et de re atroci.

In magnis mendaciis fere existit aliquis, qui se talium auctorem et assertorem jactare velit, vel vanitate, vel impudentia, vel spe præmii, vel aliquo simili affectu.

[n] *Incuriosos*] Non anxios, aut sedulo satis inquirentes, ut tum necesse fuit in re tanti momenti. Non longius scrutantes, an vera vel falsa essent, quæ rumor in vulgus spargeret.

[o] *Non populus tantum*] Frequens Tacito est, ut unum et idem verbum ad plura referat, ut ibi *ruere.* Populus enim hic ruit in plausus, et immodica studia: et equites plerique ac senatores ruunt etiam in palatium intus ad Galbam.

Plebs proprie effunditur in plausus; proceres vero in obsequium et assentationem. Nec video cur Acidalio displiceat, *ruere intus.*

[p] *Palatii*] Vide notas c. 17.

Digitized by Google

periculo non ausurus, nimii[3] verbis, linguæ feroces:[4] nemo scire, et omnes affirmare:[q] donec inopia veri, et consensu errantium victus, sumto thorace,[r] Galba, irruenti[s] turbæ,[5] neque ætate, neque corpore sistens,[6] sella levaretur. Obvius in palatio Julius Atticus, speculator, cruentum gladium[t] ostentans, 'occisum a se Othonem,'[u] exclamavit:[7] et

discrimine non ausurus, sermone immodici, lingua promti: nullus viderat, et omnes asseverabant; donec Galba coactus ignorantia veri, et male opinantium consensu, loricam induit, et sellæ imponitur, incurrenti multitudini, neque senecta, neque infirmitate corporis obsistens. Occurrens ad regiam Julius Atticus e speculatoribus, et imbutum cruore mucronem ostendens, interfectum a se Othonem *vociferatus*

3 Mss. Guelf. et Reg. *nimiis*.—4 Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. *ferocis*.—5 In Ms. Bud. quem secutus est Rhenanus, *irruente turba*.—6 In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *irruenti turbæ .... insistens*. Unde Faërno, Lipsio, aliisque non immerito placet, *resistens*. Brotier. Rhenanum male cepit Lipsius. Bud. ita habet *irruenti turbe neque corpore sistens*, omissis *neque ætate*. Inde Rhen. conjicit legendum *irruente turba;* in textu tamen vulgatum servat. Mox *se sistens* Bip. mallent. *Oberlin*.—7 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Corb. editiones veteres et recentiores. Beroaldus, *clamavit*.

NOTÆ

[q] *Omnes affirmare*] Suet. Galb. 19. 'Paucis temere affirmantibus transactum negotium,' &c.

[r] *Sumto thorace*] Quasi duntaxat statuisset, ut narrat Plutarchus, 'populo se exhibere et sacrificiis placare Deos vindices,' nequaquam de morte Othonis dubius. Sed longe aliud agi expertus est. *Savilius*.

Repugnare videtur Suet. Galb. 19. 'Loricam tamen induit linteam; quanquam haud dissimulans, parum adversus tot mucrones profuturam.'

Sumto thorace] Suet. 19. 'Loricam tamen induit linteam, &c. Sed extractus rumoribus falsis quos conspirati, ut eum in publicum elicerent, de industria dissiparant, paucis temere affirmantibus transactum negotium, oppressos qui tumultuarentur, advenire frequentes ceteros gratulabundos, et in omne obsequium paratos.'

[s] *Irruenti turbæ*] Legam: *irruenti turbæ, neque ætate, neque corpore resistens*, hac mente: Galbam et ætate et corpore invalidum, non sustinuisse effuse irruentem et gratulantem turbam. *Lipsius*.

[t] *Cruentum gladium*] Plut. Galba: 'Paulo post Julius Atticus prætorianorum non postremus, visus est stricto gladio accurrere, interfectum a se Cæsaris hostem vociferans, ac per obstantes ad ipsum Galbam se proripuit, gladium ei cruentum demonstrans; cumque eum intuitus Galba, dixisset, Et quis tibi imperavit? Fides, respondit, et sacramentum, quo me obligavi.'

Quod mendacium facile argui potuit; non enim venisset unus. Multi ad præmium simul advolassent, quasi juvissent facinus, aut fecissent. Sed non id tempus convincendi aut puniendi militis. Potius dissimulandum fuit.

[u] *Occisum a se Othonem*] Suet. Galb.

Digitized by Google

Galba, 'Commilito,' inquit, 'quis jussit?' insigni animo ad coërcendam militarem licentiam, minantibus intrepidus, adversus blandientes incorruptus.

36. Haud dubiæ jam in castris omnium mentes: tantusque ardor, ut non contenti agmine et corporibus, in suggestu, in quo paulo ante aurea Galbæ statua[v] fuerat, medium inter signa[w] Othonem vexillis circumdarent. Nec Tribunis aut

est: cui Galba, Commilito, *ait*, quis id tibi imperavit? sicque *egregio ac præstanti animo ad comprimendam militum audaciam, minitantibus impavidus, in adulantes infractus.*

Jamque in castris non amplius *ambigui militum animi; tantusque favor* erat, *ut non contenti conferta turba et personis suis*, statuerent Othonem *in tribunali, in quo paulo prius erat aureum Galbæ simulacrum, positumque inter vexilla Othonem signis ambirent. Nec tribunis aut centurionibus facultas accedendi: præterea*

NOTÆ

19. 'His ut occurreret, prodiit tanta fiducia, ut militi cuidam occisum a se Othonem glorianti, Quo auctore, respondit; atque in forum usque processit.'

[v] *Aurea Galbæ statua*] Sic l. xv. 'Medio tribunal sedem curulem, et sedes effigiem Neronis sustinebat.' Et sic apparet eum morem fuisse receptum in castris. *Lipsius.*

[w] *Medium inter signa*] Id est, medium inter milites subsignanos. *Sarilius.* Non alii inter conjuratos, nisi prætoriani, qui *subsignani*, et flos legionariorum erant. Ceteri mox statim aggregati sunt.

Inter signa] Non tantum inter milites Otho, non tantum illorum corporibus et armis stipatus, sed etiam in eodem loco et suggestu, quo locari solebat imago principis aurea, constitutus est, et circumdatus signis et vexillis; scilicet, inter ipsa vexilla cohortium prætorianarum, et ipsas Deorum Divorumque imagines, quasi res sacra, augusta, ut quem inviolatum tueri destinaverant.

Certe Tacitus clare, *inter signa Othonem vexillis circumdarent.* Et aderat legio classica quæ habuit aquilam, et vexilla sua. Ibi et prætoriani, qui sua signa, sua vexilla etiam habuere.

Sed, puto, non recepta intra ipsa castra prætoriana legio, sed tamen aderat in armis, haud dubie in campo, qui castris illis præjacebat. Ut vilis illa legio, non aquilam aut signa sua statim principi novo circumdedit.

Solæ cohortes prætorianæ id sibi decus assumsere, ut et electionem imperatoris. Et forte nondum aquilam habuit ea legio, sed honorem adhuc nomenque legionis expetebat, et quod ei concedere statim noluerat Galba, nunc concessit Otho.

Inter signa] Non tantum medium inter subsignanos milites, sed etiam medium inter signa et aquilas. Hinc statim addit Tacitus, *vexillis circumdarent:* et fuit eodem loco et sella Otho, qua antea aurea Galbæ statua.

At illa statua fuit media inter signa et aquilas; et in eadem sede fuit statua, qua ipse princeps, si adesset, et præsens militem alloqueretur apud principia.

Digitized by Google

Centurionibus adeundi locus: gregarius miles caveri[1] insuper[x] præpositos[y] jubebat. Strepere cuncta clamoribus et tumultu et exhortatione mutua, non tanquam in populo ac plebe, variis segni adulatione vocibus, sed, ut quemque affluentium militum aspexerant, prensare[2] manibus,[z] com-

plebeius miles suspecturi præfectos monebat. Personare cuncta vocibus turbulentis, et admonitione mutua; non velut apud multitudinem aut vulgus, per vagos diversosque inerti assentatione clamores, sed ut quemlibet accurrentium militum animadver-

1 Muretus malebat, *carere*.—2 Mss. Flor. Reg. Corb. et editio princeps,

NOTÆ

[x] *Insuper*] Sensus est: Non modo miles adire principem, tribunos, et centuriones vetabat, sed insuper *præpositos* quoscumque caveri jubebat. Forte quia classiarii jam adjuncti, seu legionarii, et hi præter tribunos centurionesque habuere legatum, præfectum castrorum, et alios munere ac dignitate præpollentes; quos omnes hic gregarius miles caveri jubet.

Nempe cum classiariis libertatem seu militiam concessit Galba, (si vere concessit,) tum et ipsis *præpositos* apposuit, qui sibi grati amicique, et vicem referre possent. Qui scirent *cujus sponte* aut favore evecti fuerant.

Vel intelligendi hic tantum *præpositi* prætorianorum in genere, nempe vel ipsi præfecti prætorio, tribuni, centuriones, optiones, tesserarii, quos seditiosus miles exhorret.

[y] *Præpositos*] An *præfectos* prætorii? non illos sic vocat Tacitus. Præterea unus erat Laco præfectus, qui tum clausus intra palatium. Nisi forte intelligat *præpositos* a Galba, sive tribunos, sive centuriones, ut supra; 'tribunorum Subrium et Cerium milites adorti minis, Longinum, &c. quia fidus principi suo, et desciscentibus suspectior.'

Forte intelligendi quicumque *præpositi*, seu quisquis imperaret, et gregario militi præcmineret.

Mallem legi, *caveri nuper præpositos jubebat*, a Galba nempe: et certe distinguunt hic inter veteres tribunos, et Longinum promotum a Galba nuper. Aliis parcunt, et Longinum exarmant.

Non erant alii *præpositi* cohortibus prætorianis præter præfectos prætorii, tribunos, et centuriones: nisi forte ibi intelligant de legatis et aliis præpositis legionis classicæ, qui statim se prætorianis adjunxerunt.

Non tam propere *electi* Illyrici adjuncti, qui alibi tendebant. Suet. in Galba 12. 'De eo fama sævitiæ.... quod et præpositos procuratoresque supplicio capitis affecisset,' &c. Ibi per *præpositos* intelligit Suet. *præfectos civitatum*, et provinciarum.

Forte Tacitus hoc loco intelligat, non modo præfectum præt. sed et præfectum urbis, et præfectum vigilium, qui in urbe præpollebant. Certe *præpositos* vocat Suet. præfectos prætorii diserte.

[z] *Prensare manibus*] Mihi a militari more alienum non videtur, ut exultantes lætitia milites, eam armorum etiam complexu inter se significent, ut sit *complecti armis*, quasi complecti armatos. *Pichena.*

Prensare manibus] Hæc militaris

Digitized by Google

plecti[3] armis,[4a] collocare juxta, præire sacramentum,[b] modo Imperatorem militibus, modo Imperatori milites commendare. Nec deerat Otho, protendens manus, adorare vulgum, jacere oscula,[c] et omnia serviliter pro dominatione. Postquam universa classicorum[5] legio sacramentum ejus accepit; fidens viribus, et, quos adhuc singulos exstimulaverat, accendendos in commune ratus, pro vallo[n] castrorum ita cœpit:

terant, ambire manibus, prensare armis, prope se statuere, præcedere jusjurandum, commendare nunc principem militibus, nunc principi milites. Intentus et ipse *Otho, dextras exhibere, venerari vulgus, a facie jactare manus, et cuncta serviliter* agere *pro imperio* habendo. *Postquam tota classicorum legio in verba ejus adacta est*, jam *fidens copiis ac robore, et quos hactenus sigillatim incitaverat, adhortandos in commune ratus, pro munimentis castrorum sic orsus est.*

pressare. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *prehensare.* Vera ac genuina Taciti scriptura, ut recte observant Gronovius et Ernestus, *prensare.* Brotier. Gronovius autem in sua Editione scribit *prehensare.*—3 *Amplecti* Lipsius mallet. —4 Emendabat Muretus, *arctius.* Sed optime, *armis.* Eos enim, militari more, *admotos pectori*, scuto armisque tectos amplexabantur. Sic Virgilius, Æneid. XII. 433. 'Ascanium fusis circum complectitur armis.' *Brotier.*—5 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Bud. Agr. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl.

NOTÆ

salutatio fuit, et affusi sunt cum gladiis et scutis; atque iis amplexi socios. Si quid mutandum, vellem *amplecti armis.* Lipsius.

Intelligo, ut se invicem simul et arma complecterentur. Ita ut prensarent manus, et se mutuo cum armis complecterentur, velut armis etiam abblandirentur: ita ut socios et arma, seu socios simul cum armis amplecterentur.

Forte errat hic Lipsius de scutis; nondum ea ex armamentario sumserant: quod mox statim jussit Otho.

[a] *Armis*] Non potest armatus armatum militem complecti, quin simul cum suis armis, etiam arma commilitonis complectatur; ita ut se mutuo complecti videantur arma, quemadmodum et homines; ita ut galea galeæ, lancea lanceæ, ceteraque ejusmodi, mutuo complexu sibi invicem adhærere videantur.

Hic videtur commilito, animosior pro partibus, complecti socium una cum armis, ut, nempe, sic flectat, eumque velut obtestetur per arma, quibus nihil majus aut sanctius militi, ut in partes transvolet. Hæc fere mutua, sed tamen unus incipit prensare et complecti.

[b] *Præire sacramentum*] Ut sic affluentes commilitones in idem traherent, suo exemplo.

[c] *Jacere oscula*] Xiphilin. 'Oscula vero singulis per digitos mittebat.' *Savilius.*

Jacere oscula] Hoc vocat Satyricus; 'a facie jactare manus:' quo adulatoris gestus describitur, manuum jactatione, et motu ac gesticulatione abblandientis, et prope histrionico more gestum agentis. In eo autem imitatus est Græcos, qui χειρονομεῖν hoc etiam dicebant. Philo: 'Postquam manus moverant, exiliebant ipsi gaudio, et omnium Deorum appellationes ipsi multo cum plausu attribuebant.'

[n] *Pro vallo*] Id est, Ante ipsa *castra*, non apud *principia*, ut mos fuit:

Digitized by Google

87. ‘ Quis ad vos processerim, commilitones, dicere non possum: quia nec privatum me vocare[1] sustineo, Princeps a vobis nominatus; nec Principem, alio imperante.[2] Vestrum quoque nomen in incerto erit, donec dubitabitur, Imperatorem Populi Rom. in castris, an hostem[d] habeatis. Auditisne, ut pœna mea et supplicium vestrum simul postulentur? adeo manifestum est, neque perire nos,[e] neque salvos esse, nisi una, posse. Et, cujus lenitatis[3] est Galba, jam fortasse promisit:[f] ut qui, nullo exposcente, tot millia innocentissimorum militum[4g] trucidaverit.[5] Horror animum subit, quotiens recordor feralem introitum, et hanc solam Galbæ victoriam, cum, in oculis urbis, decumari deditos juberet, quos deprecantes in fidem acceperat. His auspi-

Quis ad vos venerim, commilitones, statuere nequeo; quia nec privatum me appellare ausim, Imperator a vobis salutatus; nec Imperatorem, alio dominante. Etiam quomodo vos appellem, in dubio manebit, dum incertum erit, *an vos* habeatis principem Reip. Rom. in castris, an inimicum. Num auditis, ut pariter flagitentur exitium meum et vestra pœna? adeo compertum est, neque interire nos, neque incolumes esse, nisi simul, posse. Et adeo mobilis *ingenii* Galba est, *ut* jam forte *id* pollicitus sit: quippe qui, nemine postulante, interfecerit tantam multitudinem innoxiorum militum. Horrescit animus, quoties *ipse* memini exitiabilis ingressus, et hoc unum Galbæ tropæum *fuisse*, cum in conspectu civitatis, decimum quemque hominum se dedentium, fuste necari præciperet, *et* quos orantes in fidem receperat. Hoc *ferali* omine cum civitatem

Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *classiariorum*, [quos Ryckius sequitur.] Inde patet inanem esse Pichenæ et eruditi Fabretti, ‘ de Columna Trajani,’ c. III. p. 84. observationem, milites istos *classiarios* appellari, non vero *classicos*, quia ex ea legione erant, *quam e classe Nero conscripserat*, non autem legio Classica. *Idem.*

1 Sic Mss. veteres ac recentiores editiones. Rhenanus, *vocari*.—2 Budens. *imperitante*.—3 Sic bene Mss. Flor. Bodl. Harl. Jes. Agr. Guelf. Ryckius et recentiores. In Ms. Reg. et veteribus editionibus, *levitatis*. Acutius dictum, *lenitatis*, et ad sequentia magis accommodatum. *Brotier*.—4 Ita Ms. Corb. editio princeps et Pichena. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *innocentissimorum civium*. At hic de militibus agitur. Sic supra c. 6. ‘ trucidatis tot millibus inermium militum.’ *Idem*.—5 Flor. et Ryckii Cod. *trucidatis*

NOTÆ

nempe sic puto, ut pluribus audiretur Otho; nam non modo prætoriani hic aderant, sed etiam classiarii, et electi Illyricarum legionum huc advolabant, rerum novarum avidis ingeniis militaribus. Hi omnes Galbæ infesti.

[d] *An hostem*] Dum dubitabitur, an imperatorem populi Rom. habeatis in castris, an hostem populi Rom. seu Reip.

[e] *Neque perire nos*] Lucan. ‘ Quos scelus inquinat, æquat.’

[f] *Promisit*] Nempe libertis et amicis, seu pædagogis.

[g] *Tot millia innocentissimorum milit-*

Digitized by Google

ciis urbem ingressus, quam gloriam ad Principatum attulit, nisi occisi Obultronii[h] Sabini[6] et Cornelii[7] Marcelli[i] in Hispania, Betui[8] Chilonis[j] in Gallia, Fonteii Capitonis in Germania, Clodii Macri in Africa, Cingonii in via, Turpiliani in urbe, Nymphidii in castris? Quæ usquam provincia, quæ castra sunt, nisi cruenta et maculata? aut, ut ipse prædicat, emendata et correcta? Nam, quæ alii scelera, hic remedia vocat: dum falsis nominibus, severitatem pro sævitia, parcimoniam pro avaritia,[k] supplicia et contumelias vestras, disciplinam appellat. Septem a Neronis fine[l]

introierit, quale decus attulit ad imperium, nisi interfecti Obultronii Sabini et Cornelii Marcelli in Hispania, Vettii Chilonis in Gallia, Fonteii Capitonis in Germania, Clodii Macri in Africa, Cingonii in itinere, Turpiliani in civitate, Nymphidii in munimentis? Quæ usquam regio, quinam exercitus sunt, nisi fœdati sanguine et polluti? vel, ut ipse gloriatur, puniti et purgati? Nam quæ alii crimina, ille correctiones appellat: dum fictis vocabulis, disciplinam pro immanitate, frugalitatem pro avaritia, pœnas et ignominiam vestram, priscam severitatem vocat. Septem *solummodo* menses a Neronis exitu *elapsi* sunt, et

dav. milit.—6 De quo jam supra Annal. XIII. 28. Corrupte Ms. Corb. *Abultroniis Abini.* Mss. Harl. Bodl. Jes. *Obultronii Albini.* Brotier.—7 Sic bene Ms. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et a Puteolano omissum, *Cornelii.* Cornelius Marcellus jam memoratus est supra Annal. XVI. 8. *Brotier.*—8 Sic bene Mss. Flor. Corb. Bodl. In Ms. Reg. et editione principe, *Bethui Chilonis.* Corrupte Puteolanus, *Bervichilonis.* Perperam Rhenanus emendavit, *Vettii Chilonis.* In Inscriptione vetere apud Gruterum, C. BETVO. C. F. TRO CILONI. MINVCIANO VALENTI. &c. *Idem.*—

NOTÆ

tum] Sic melius Flor. vulgo, *cirium.* Sic supra: 'Introitus in urbem, trucidatis tot millibus inermium militum;' ac deinde, 'legioni classicæ diffidebatur; infestæ ob cædem commilitionum, quos primo statim introitu trucidaverat' Galba. *Pichen.*

Nempe septem millia trucidaverat, teste Dione.

[h] *Obultronii*] Ille forte est, de quo Tac. Ann. l. XIII. 'Helvidius Priscus adversus Obultronium Sabinum, ærarii quæstorem, proprias contentiones exercuit.'

[i] *Marcelli*] De quo Tac. XVI. 8. 'Trahebantur, ut conscii, Vulcatius Tullinus ac Marcellus Cornelius Senatores:' ubi de Cassio et Cassii uxore incesti accusata cum fratris filio.

[j] *Betui Chilonis*] Reperias etiam apud Gruter. inscription. p. 47. Num. 10. 'Quæ munera Cilo aris urbanus dedicat ipse sacris.' Et notavit de illo Lipsius ad Tacitum XII. 21. *Freinshemius.*

[k] *Parcimoniam pro avaritia*] Sic Quintil. 8. 'Hoc autem adeo verum est, ut, cum in hac maxime parte, sint vicina virtutibus vitia, etiam qui vitiis utuntur, virtutis tamen his nomen imponant.'

[l] *Septem a Neronis fine*] Sic infra II. 95. 'Nondum quartus a victoria mensis, et libertus Vitellii Asiaticus, Polycletos, Patrobios, et vetera odiorum nomina æquabat.'

Digitized by Google

menses sunt, et jam plus rapuit Icelus, quam quod Polycleti et Vatinii et Elii[9] paraverunt.[m] Minore avaritia ac[10]

jam plura furatus est Icelus, quam quod Polycleti, et Vatinii, et Elii rapuerunt. Minore cupiditate et audacia debacchatus esset T. Vinius, si ipse

9 *Et Helii et Haloti* a Brotiero scribitur.—Helius jam memoratus supra Annal. XIII. 1. Haloti quoque facta mentio Annal. XII. 66. et apud Suetonium in Galba. XII. Locum hunc optime restituit Ryckius. Corrupte antea, *et Egi et alii*; aliudve pejus. *Brotier.* Ryckius et Gronovius nostram lectionem habent: ille autem hanc notulam adjunxit: Flor. *Polycliti et Vatinii et ægi alii perierunt.* Meus: *Polycliti et Vatinii et Egii et alii qui perierunt.* Edd. pleræque ante Pichenam: *quam quod Polycleti et Vatini et Egii et alii paraverunt.* Hic conjecturam Lipsii repræsentavit. Sed vix verisimile vocabula, *et alii*, vel, *et alii qui*, ex prava repetitione præcedentium nata in omnibus libris. Unde aliud quid sub his latere existimo. Forte: *quam quod Polycleti, et Vatinii, et Helii, et Haloti, paraverunt.* De *Helio* vide ad XIII. 1. *Haloti* mentio XII. 66. De hujus potentia colligere possumus ex Suetonio Galb. c. 15. 'Quinetiam populo Romano deposcente supplicium Haloti et Tigellini, solos ex omnibus Neronis emissariis vel maleficentissimos incolumes præstitit, atque insuper Halotum procuratione amplissima ornavit.' *Ryckius.*—10 Ita Mss. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *aut licentia.*

NOTÆ

[m] *Quam quod Polycleti et Vatinii et Elii paraverunt*] Erat hic, *Vatinii et Egii, et alii parav.* sed quo quis indefinitum illud, *et alii*, produxerit? anne plus omnibus qui ante eum unquam fuerunt unus Icelus paravit?

Ad hæc illud, *et Egii*, quibus poterit accommodari? Quis *Egios* in aula Neroniana vidit, legit, scripsit?

Ego invenio apud auctores, Neronem habuisse libertos, dominationis suæ non fautores, sed magistros atque rectores; quibus summam rerum publicarum privatarumque permiserat.

At de iis Dio Cassius scripsit: 'Polycletum Neronis libertum in urbe, cum Elio expilasse et diripuisse omnia quæ occurrerent.'

Rursus idem: 'Eodem tempore imperium populi Rom. duobus imperatoribus serviebat, Neroni et Elio,' &c.

Super hos erat Vatinius intima Neronis familiaritate, in audaciam facinorum evectus; illi vero propterea maxime gratus, quod semper diceret; 'Odi te, Cæsar, quod Senator es.'

Itaque tres ii, quod iniquissimi principis familiares essent, nacti amplam occasionem diripiendi, modum finemve nullum tenebant: adeo ut se magnum quiddam dicere putaverit Otho, cum ait: *Jam plus rapuit Icelus, quam quod Polycleti, &c.*

Sane *Icelus*, prænomine *Caius*, cognomine *Martianus*, de servo libertus illi factus, jam summæ equestris gradus candidatus, Galbam magna ex parte regebat, et vulgo *Pædagogus* vocabatur. *Vertranius.*

Unus fuit e tribus pædagogis libertus ille, et gratiam auctoritatemque partiebatur cum Vinio et Lacone.

Elius, quem Nero, cum Achaiam peteret, sibi vicarium Romæ subsistere jusserat, cum auctoritate quanta poterat maxima, adjuncto ei Polycleto; qui ambo, ut Xiphilinus notat, 'rapinas exercuerunt quantas poterant maximas.' *Savilius.*

Polycleti] Polycletus, Elius, Locusta venefica, Patrobius, et Petinus in

Digitized by Google

licentia[n] grassatus esset T. Vinius, si ipse imperasset: nunc et subjectos[o] nos habuit, tanquam suos, et viles, ut alienos. Una illa domus sufficit donativo, quod vobis nunquam datur, et quotidie exprobratur.[p]

principatum habuisset; nunc et mancipatos nos habuit ut suos, et sprevit, ut extraneos. Unius illius familiæ opes sufficiunt largitioni ac pecuniæ, quæ vobis nunquam tribuitur, et semper objectatur.

NOTÆ

vinculis per urbem tracti, et publice necati sunt, jussu Galbæ.

De Vatinio non reperi, quo casu perierit. Nec indignum etiam tale portentum laqueo et carnifice, nisi forte se auro multo redemerit, ut Halotus, Tigellinus, et alii, qui inter præcipua flagitia aulæ Claudianæ ac Neronianæ.

Vatinii et Elii] In vulgatis libris et *Egii*. Egius mihi inter potentiores libertos irrepertus. At Dioni scribitur: Ἥλιος, *Elius*, qui magnus apud Neronem, quique abeunte eo in Græciam cantillatum, præfectus mansit urbi Romæ.

Est is ipse, de quo Tac. l. XIII. 'P. Celer Eques Rom. et Elius libertus rei familiari principis in Asia impositi.'

Quod sequitur, *et alii*, videndum ne superfluat, natumque sit ex hæsitantia librarii, et affinitate vocis prioris. *Lipsius.*

Vatinii] Sic Tac. Ann. v. 34. 'Apud Beneventum interim consedit: ubi gladiatorium munus a Vatinio celebre edebatur. Vatinius inter fœdissima ejus aulæ ostenta fuit, sutrinæ tabernæ alumnus, corpore detorto, facetiis scurrilibus, primo in contumelias assumtus, dein optimi cujusque criminatione eo usque valuit, ut gratia, pecunia, vi nocendi, etiam malos præemineret.'

Et Vatinii] Dubito, num sit ille idem qui Plutarcho *Petinus* vocatur.

Elii] Sic Suet. Ner. 23. 'Olympiæ quoque præter consuetudinem Musicum agona commisit. Ac ne quid circa hæc occupatum avocaret detineretve, cum præsentia ejus urbicas res egere a liberto Elio admoneretur, rescripsit his verbis: Quamvis nunc tuum consilium sit et votum, celeriter reverti me, tamen suadere et optare potius debes, ut Nerone dignus revertar.'

Et Elii] Legendum *et Elii*, vel *et alii*, sed potius est ut scripserit Tac. *et Elii*.

[n] *Avaritia ac licentia*] Imperabat Galba; et tamen Vinius, favore et obtentu senis, impudentius grassabatur quam si ipse remp. administrasset.

[o] *Nunc et subjectos*] Nos obsequentes habuit et inservientes, tanquam suos; id est, quasi ipse imperaret, scil. ob flagrantem gratiam, qua in animo principis præpollebat. *Et viles ut alienos*, id est, spretos ac male vexatos, et tanquam sibi extraneos, quia Galba imperabat, et ipse prædabatur. Cura ad Galbam, ad Vinium præmia et opes pertinebant.

[p] *Exprobratur*] Puto, quia a Nymphidio promissum erat, et qui sic corruperat prætorianos, ut a principe Nerone desciscerent: qua eadem spe largitionis et donativi usus erat idem Nymphidius, ut ipse invaderet imperium, militesque concitaret adversus Galbam.

Exprobratur, ut necessitate expressum, *exprobratur*, cum sæpe differtur,

Digitized by Google

38. ' Ac, ne qua saltem in successore Galbæ spes esset, accersit[1] ab exilio, quem tristitia[q] et avaritia sui simillimum judicabat. Vidistis, commilitones, notabili tempestate etiam Deos infaustam adoptionem aversantes.[2] Idem Senatus, idem Populi Rom. animus est. Vestra virtus expectatur, apud quos omne honestis consiliis robur, et sine quibus, quamvis egregia, invalida sunt. Non ad bellum vos, nec ad periculum voco: omnium militum[s] arma nobiscum sunt. Nec una[3] cohors togata[t] defendit nunc Galbam, sed detinet.

Et, ne qua saltem spes relinqueretur in hærede Imperii, evocat ab exilio, quem severitate et avaritia suis moribus maxime congruere existimabat. Spectastis, o socii, *suborta* ingenti procella, etiam Deos improsperam *illam* adoptionem exhorrentes. Idem affectus est patrum, idem populi Rom. *votum*. Vestra fortitudo expectatur, penes quos *est* vis omnis egregii consilii, et sine quibus *cuncta*, quamvis honesta, irrita sunt. Non vos hortor ad arma, aut ad discrimen: omnium exercituum castra a nobis stant. Nec una cohors inermis

1 *Arcessit* Gronovius et Ryckius: at hic *accersit* in margine.—2 Sic bene Ms. Agr. Muretus et Pichena. Sic supra Tacitus Annal. I. 28. ' Sibi æternum laborem portendi, sua facinora aversari Deos lamentantur;' et infra Hist. III. 25. ' parricidam aversarentur.' Mss. et libri ferme omnes editi, *adversantes*: [et sic Ryckius et Gronovius.] *Brotier*.—3 Mallet Ernestus, *nec illa cohors*.

NOTÆ

nunquam datur. *Exprobratur illud*, veluti disciplinæ veteris corruptæ auctoramentum et exemplum pessimum; qua, scil. disciplina, donativis *non emitur miles, sed legitur*.

q *Tristitia*] Intelligitur acerbitas animi, austeritas, morum, aut certe severitas quæ prope ad sævitiam accederet.

r *Adversantes*] Sic supra cap. 18. ' Quartum Idus Januarias fœdum imbribus diem tonitrua et fulgura et cœlestes minæ ultra solitum turbaverant. Observatum id antiquitus comitiis dirimendis, non terruit Galbam,' &c.

s *Militum*] Præcipue intelligit eos qui tum Romæ tendebant; nondum enim certus fuit, an ceteri exercitus electionem comprobarent; sed ingens *prætextus* in Urbe, senatu, prætorianis, electisque legionum, qui tum in urbe degebant. Aut sic forte indistincte Otho et oratorie, ut pelliciat ultro deliniatque prætorianos, ostentato consensu omnium exercituum.

t *Nec una cohors togata*] Quare *togata?* et satisne ea vox sana? Sana; appellat enim ita, velut elevans et infirmans, quia moris fuit, ut illa cohors, quæ more militiæ excubabat, id ipsum faceret sine armis, gladiis tantum lanceisque contenta.

Itaque et *togis* induti erant, non *sagis*. Modestiæ causa institutum id videtur; et ne Mars palam habitare videretur in sua urbe.

Huc spectat quod infra legis: apertum armamentarium in castris fuisse, rapta arma. Quorum scilicet armorum non iis vulgo jus aut usus, nisi tribunis aut præfecto permittente.

Ideo in Martiali de Fusco præfecto

Digitized by Google

Cum vos aspexerit, cum signum meum acceperit,[u] hoc solum erit certamen, quis mihi plurimum imputet.[v] Nullus cunctationi[4] locus est in eo consilio,[w] quod non potest lau-

tuetur nunc Galbam, sed cohibet. Cum vos *ipsa* spectaverit, cum imperium meum acceperit, hæc una erit contentio, quis amplius de me bene mereri conetur. Nullus dubitationi locus est in eo cœpto, quod non potest celebrari, nisi

4 *cunctationis* Flor. et Ryckii Cod.

NOTÆ

prætorii: 'Ille sacri lateris custos, Martisque togati: Credita cui summi castra fuere ducis.' Vocat ecce, *togati Martis* custodem, ab hoc habitu.

Atque adeo in ipsa Italia tota, milites togatos esse voluit M. Antoninus; de quo Capitolinus: 'Per Brundisium veniens in Italiam, togam et ipse sumsit; et milites togatos esse jussit: nec unquam sagati fuerunt sub eo milites.'

Hæc tamen de ipsis prætoriis cohortibus tantum accipio, quæ e civibus.

De Batavis Germanisque custodibus, scimus aliter fuisse. *Lipsius.*

[u] *Cum signum meum acceperit*] Cum Tesseram ipsis militarem dedero. *Savilius.*

Non puto id intelligendum esse de Tessera militari, sed potius de speciali aliquo signo condicto, et forte constituto inter conspiratos.

Solus princeps dabat Tesseram illam cohorti excubanti. Nec potuit id Otho, priusquam eveheretur. Forte postea id potuit, cum e castris prætoriani irrumperent. Sed de alio signo ibi agi putem.

Cum signum meum acceperit] Hoc potuit certo dicere, cum jam haberet consentientes ceteros prætorianos; neque enim una cohors fere inermis, et magna ex parte corrupta, resisteret tot millibus armatorum.

Jam securus conjurationis et facinoris jactare talia in vulgus facile potuit; et pars astus et strategematis fuit, latius corruptos animos ostentasse.

Cum signum] Id est, Cum signum a me acceperit certandi, et occidendi Galbam, ejusque filium nuper adoptatum, et pædagogos illius, statim invadet certatim.

[v] *Quis mihi plurimum imputet*] Quis plus pro me contendat, meque sibi plus obnoxium reddat opera gratiaque sua, et plus pro me nitatur.' Sic lib. seq. 'Neque enim erat adhuc, cui imputaretur.' *Ferrettus.*

Quis me magis demereatur; quis acriori studio aut ministerio meas partes juvet; quis me sibi plura debere velit.'

Sic Hist. I. 71. 'Celsus constanter servatæ erga Galbam fidei crimen confessus, exemplum ultro imputavit.'

Et l. v. 24. 'Potuisse tunc opprimi legiones, et voluisse Germanos, sed dolo a se flexos, imputavit Civilis.'

[w] *Nullus cunctationi locus est in eo consilio*] Sic Sallust. in bell. Catil. 'Cethegus semper querebatur de ignavia sociorum: illos dubitando et dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere: facto, non consulto, in tali periculo opus esse; seque, si pauci adjuvarent, impetum in Curiam facturum: natura ferox, vehemens, manu promtus erat; maximum bonum in celeritate putabat.'

Digitized by Google

dari, nisi peractum.'[x] Aperire[s] deinde armamentarium[y] jussit: rapta statim arma, sine more[z] et ordine militiæ, ut prætorianus aut legionarius insignibus suis distingueretur: miscentur[a] auxiliaribus[b] galeis scutisque.[c] Nullo Tribuno-

perfectum *sit*. *Postea reserari præcepit armamentarium, capta raptim arma sine ritu et ordine belli, quo prætorianus aut legionarius* miles *signis suis dignosceretur: promiscue irruunt cum sociis*, induti *galeis et scutis. Nullo Tribuno aut Centurione*

—5 Pichena emendavit, *aperiri*. Latine quidem. Sed et *aperire* retineri potest, si intelligatur, *eos*. In omnibus Mss. *aperire*. Brot. Gronovius et Ryckius *aperiri*.

NOTÆ

[x] *Nisi peractum*] Consilium scilicet de Galba occidendo, quo vivente Otho imperare tuto non poterat.

Sic infra: 'Nihil in discordiis civilibus festinatione tutius, ubi facto magis quam consulto opus esset.'

Julius Capitolinus in Maximin. et Balb. 'Scio, P. C. hanc rebus novis inesse oportere constantiam, ut rapienda sint consilia, non quærenda: verbis quinetiam plurimis abstinendum sit atque sententiis, ubi res perurget.' *Pichena.*

Quod non potest laudari, nisi peractum] Quia dum cogitatur facinus, dum perpetratur, scelus est; at postquam peractum est, decus, victoria, et imperium, tum 'omnia Cæsar erat.' Tum laudatur scelus, et adoratur reus.

[y] *Armamentarium*] Fuit in secunda regione Romæ antiquæ, teste Victore, &c. *Tillemon.*

[z] *Sine more*] Omisso more et ordine militiæ, quo suis insignibus, forte et armis, distingu idebuit prætorianus a legionario, et vice versa.

Nam Classiarii jam veri et justi legionarii, non forte jussu Galbæ instituti, qui eos decimatos in vinculis habuerat, dein libertatem concesserat, sed Othonis concessu, qui eos ultro in partes statim ascivit.

Puto tamen, classicis ante concessam fuisse legionariam militiam. Quale enim ibi stipendium meruissent, et certe ante Galbam jussu Neronis, jam legionarii erant: quod mobilitate ingenii confirmavit Galba, aut certe dissimulavit.

Et *electi* ipsi, seu *vexillarii* legionum, etiam legionarii erant. Si qui externi et auxiliares aderant, etiam suis armis signisque distingui debuerunt.

[a] *Miscentur*] Immixti sociis incedunt prætoriani et legionarii, una cum galeis scutisque: quæ arma non eadem auxiliaribus pro more; sed puto, tunc ex armamentario illis suppeditata sunt, ita ut non distinguerentur a prætorianis aut legionariis. Pauci in urbe tum auxiliares, nisi forte vexillis Illyrici aut Germanicis socii adjuncti forent.

Prætoriani merebant sub vexillo, non sub aquila. Quod tamen vexillum forte fuit ornatum et dispositum in sacello instar aquilæ; ita ut posset insigne ex hastili avelli et deripi, cum vexillarius vellet.

Aut saltem imago ferebatur principis, sic parata et ornata ut posset e spiculo deripi. Et inter signa cohortis ostentabatur, ut patet hic ex casu Galbæ.

Erat forte vexillum majus, quod commune esset omnibus cohortibus prætorianis instar aquilæ.

Digitized by Google

rum Centurionumve adhortante, sibi quisque dux et instigator: et præcipuum pessimorum incitamentum, quod boni mœrebant.[d]

39. Jam exterritus Piso fremitu crebrescentis seditionis, et vocibus in urbem usque[e] resonantibus, egressum interim

incitante, sibi quisque dux et adhortator erat: *et maximum deterrimorum irritamentum, quod honesti*, seu egregii viri *indolerent.*

Jam perculsus Piso tumultu invalescentis conjurationis, et clamoribus in civitatem usque personantibus, attigerat Galbam, qui interea exierat, et ad forum prope acce-

NOTÆ

Vel etiam cuilibet cohorti suum vexillum insigne fuit, quo distingueretur ab aliis; et singuli manipuli etiam sua signa habuere; inter quæ signa cujusque cohortis ferebatur imago principis tum dominantis. Imagines Deorum Divorumque etiam inter signa, sed forte tantum in castris et principiis, quæ veluti templa legionum et cohortium.

Miscentur auxiliaribus] Lib. Hist. II. 89. 'Ut nomina gentium, aut species armorum forent discretæ.'

Aliter auxiliares, aliter legionarii, aliter forte prætoriani, aliter classiarii armati. Et etiam diversa *insignia* seu vexilla habuere.

[b] *Auxiliaribus*] Sed unde, et qui illi *auxiliares?* An numeri ex Britannia et Germania a Nerone acciti? Illi tamen pro Galba fuere, qui itinere et mari fessos refovebat; erant præterea Illyrici exercitus *electi;* erant et forte, quos Galba secum advexerat ex Hispania, ut equites quos immisit in classiarios ad pontem Milvium, et qui septem millia occidere. Sed hi potius a Galba stetissent.

Nec puto eos tum fuisse Romæ: forte Tacitus rem hanc describit oratorio et libero egressu.

Quod tamen notandum, legiones et vexillarii seu electi legionum trahebant secum sua *auxilia*, et peditum et equitum. Itaque cum ibi essent electi Illyriciani, nihil mirum est fuisse et *auxiliares.*

[c] *Galeis scutisque*] Vertunt, Cum *galeis scutisque;* ita ut *auxiliaribus* miscerentur cum suis armis *legionarii.* Nam prætoriani *legionarii*, et certe flos legionariorum illi.

In Urbe tum electi Illyriciani se adjunxere statim prætorianis, qui *electi*, seu *cohortes* Illyrici, ut legionarii, habuere sua auxilia.

Classiarii etiam statim affluxere; sed ut nova legio erat, quæ auxilia habuerit, incertum; forte nulla habuit. *Germanici* vero et *Britannici* legionarii potius favebant Galbæ.

[d] *Boni mœrebant*] Pessimus quisque in res novas pronus, de Rep. nil soliciti. At *boni mœrebant*, quod novis bellis turbaretur status; quod bono principe deturbato aut occiso, substitueretur Neroni similis Otho.

In flagitium conspirant pessimi; et magis urgent, quo majus crimen est. Ardentius incitantur, quod boni mœrerent.

Per *bonos*, intellige optimos quosque tribunorum primipilarium, centurionum, et etiam militum. Nam et certe *boni* erant e vulgo, et qui mallent statum præsentem quam bella iterum civilia. Sed mali majori numero, aut certe audaciores promtioresque in flagitia.

[e] *In urbem usque*] Castra illa prætoriana sita ad Portam *Viminalem.*

Digitized by Google

Galbam, et foro appropinquantem, assecutus erat: jam Marius Celsus haud læta retulerat: cum alii, 'in palatium redire;' alii, 'capitolium petere;' plerique, 'rostra occupanda,' censerent, plures tantum sententiis aliorum contradicerent, utque evenit in consiliis infelicibus,[1] optima viderentur, quorum tempus effugerat. Agitasse Laco, ignaro Galba, de occidendo T. Vinio dicitur, sive ut pœna ejus animos militum mulceret, seu conscium Othonis credebat, ad postremum,[2] vel odio. Hæsitationem attulit tempus ac locus, quia, initio cædis orto, difficilis modus: et turbavere consilium trepidi nuntii ac proximorum diffugia,[f] languentibus omnium studiis, qui primo alacres fidem atque animum ostentaverant.

40. Agebatur huc[3] illuc Galba, vario turbæ fluctuantis impulsu: completis undique basilicis ac templis,[g] lugubri prospectu:[4] neque populi, aut plebis ulla vox; sed attoniti vultus et conversæ ad omnia aures: non tumultus, non quies: quale[h] magni metus et magnæ iræ silentium est.

debat: jam Marius Celsus haud grata renuntiarat: cum alii, repetere regios penates *suaderent, alii* in Capitolium pergere, *multi* occupare rostra, *plures solummodo consiliis aliorum obsisterent, et ut contingit in cœptis adversis,* hæc *saluberrima crederentur, quorum occasio præterierat. Fertur deliberasse Laco, inscio Galba, de interimendo T. Vinio, sive ut nece illius militum iram placaret, seu conscientia Othonis innexum putabat, vel demum odio* suo. *Cunctationem* seu moram *injecit tempus ac locus, quia,* semel *inceptas cædes cohibere ac moderari arduum* est; *et conatum prohibuere formidolosi nuntii, et comitantium fugæ, torpentibus omnium animis, qui initio feroces, constantiam atque virtutem ambitiose jactaverant.*

Impellebatur huc et illuc Galba, vago fluctuantis vulgi incursu: oppletis passim porticibus ac delubris, tristi spectaculo: neque multitudinis, aut plebeculæ clamor ullus; sed defixi intentique ora tenebant, *et arrectæ ad cuncta aures: non strepitus, non quies:* aut *quale silentium est in magno pavore et magna indignatione.*

1 Cod. Ryckii *utque evenire in cons. infel. solet, opt.*—2 Sic bene Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *ad posterum.* Brotier.—3 Budens. *huc et illuc.*—4 Cod. Ryckii *aspectu.* Flor. *arospectu:* corrupte.

NOTÆ

[f] *Ac proximorum diffugia*] Fugere, qui antea proximi Galbæ et Pisoni astabant; nimii verbis et linguæ feroces, dum res securæ; in periculo ignavi et fugaces.

[g] *Basilicis ac templis*] Basilicæ ac Templa, ἐπὶ τὰς στοὰς καὶ τὰ μετάκρα τῆς ἀγορᾶς. Plutar. Seneca de ira l. III. 'Fremitu judiciorum basilicæ resonant.' *Saxilius.*

[h] *Non quies: quale*] Sensus est: *Non tumultus, non quies* talis, quale

Othoni tamen, 'armari plebem,' nuntiabatur. 'Ire præcipites[i] et occupare pericula' jubet. Igitur milites Romani, quasi Vologesen[1] [j] aut Pacorum avito Arsacidarum solio depulsuri, ac non Imperatorem suum inermem et senem

Referebant tamen Othoni populum arma sumere. Tum ipse irrumpere et prævertere discrimina *jubet. Itaque milites Romani, velut deturbaturi Vologesem vel Pacorum ex patrio Arsacidarum throno, ac non principem suum imbellem senem*

1 Ita Beroaldus et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et veteribus,

NOTÆ

silentium est, quod magni metus et magnæ iræ indicium sit; non *quale* est illud *silentium*, quod magnus metus, magnæ iræ admixtus, inferre aut invehere solet.

Negat igitur Tacitus talem fuisse tunc quietem, quod tamen affirmant versiones Italicæ, Hispanæ, et Gallicæ, velut ex composito.

Qualis igitur *quies*, aut *silentium?* Attende quid dicat auctor noster: Erat lugubris prospectus, nulla populi aut plebis vox, sed *attoniti vultus* et *conversæ ad omnia aures*. Et certe *ira* aut *metus* hoc casu non spectabant ad populum, qui tantum testis et spectator aderat; et qui unam fere e Republ. usurpabat curam, 'panem et Circenses.'

Tumultus, aut *quies* illa, fuit potius stupentium et attonitorum hominum, quam metuentium aut iratorum *silentium*.

Igitur, *neque populi aut plebis ulla vox, sed attoniti vultus, &c.* Ideoque non tumultus, non quies illa, quale solet esse silentium populi trepidantis aut magnopere indignantis.

Tantum attoniti erant et stupebant talium accidentium insolentes in Urbe: neque per vices populus obstrepebat, fremebat, aut indignabatur, *ut solet, ubi aut studio agitur aut ira*. Nulla vox populi aut plebis: attoniti animi, ut et attoniti vultus; et *silentium* illud, non *magni metus*, non *magnæ iræ* indicium fuit.

Silebant attoniti et spectabant, nullo metu, nulla ira, parum anxii de Repub. aut de principe: quasi res aliena ageretur; aut quasi apud theatrum rem novam et tragicam in scenico aliquo principe contemplarentur.

Non quies, quale magni metus] Fremitus plebis aut militum, qualis in studio, metu, aut ira solet esse, docebit Curtius lib. VI. ubi de Philota: 'Fremitus undique indignantium querentiumque tota concione obstrepebat; qualis solet esse multitudinis, et maxime militaris, ubi aut studio agitur, aut ira.'

[i] *Ire præcipites*] Ille se castris continuit, Suet. Oth. 6. dum funesti temporis clades sæviret; circumstantia, profecto, cujus descriptione nimis leviter Tacitus defungitur. *Savilius.*

[j] *Quasi Vologesen*] Vologeses aut Vologesus, (utroque enim modo scribitur apud Tacitum,) Parthis tum imperabat, filius Vononis sub Claudio mortui, A. U. C. 802. frater Pacori Medorum Regis, et Tiridatis, quem Nero Armeniis Regem imposuit.

Digitized by Google

trucidare pergerent, disjecta plebe, proculcato[2] Senatu, truces armis, rapidis[3] equis, forum irrumpunt:[k] nec illos capitolii aspectus, et imminentium templorum religio, et priores et futuri Principes terruere, quo minus facerent scelus, cujus ultor est, quisquis successit.[l]

41. Viso cominus armatorum agmine, vexillarius comitatæ[1] Galbam cohortis ('Atilium Vergilionem[2] fuisse' tra-

que interfecturi essent, exterrito populo, conculcato senatu, horridi telis, præcipites equis, in forum irruunt: nec illos conspectus Capitolii, neque proximorum delubrorum sanctitas, neque superiores aut successuri imperatores absterruere, quin patrarent facinus, cujus est vindex, quisquis excepit imperium.

Inspecto propius equitum *irrumpentium agmine, signifer cohortis Galbam custodientis* (Atilium Vergilionem fuisse *perhibent*) *avulsam* spiculo *Galbæ effigiem*

Vologesum.—2 Ryckii Cod. *conculcato.*—3 Ms. Flor. *rapidi equis.*

1 *Comitantis* Gronov. et sic Ryckius et Brotier. ex emendatione Rhenani. In Mss. Harl. Bodl. Jes. *comitantes Galbæ cohortis.* In Ms. Bodl. emendatum, *comitantis.* In Ms. Flor. *comitatæ Galbam coh.* Unde Ernestus recepit, *comitatæ.* In Ms. Reg. et veteribus editionibus, *comitatus Galbæ cohortis.* Bipont. *comitatæ recepere.*—2 In Ms. Reg. *Adilium Virgilionem.* Idem prænomen ha-

NOTÆ

[k] *Rapidis equis forum irrumpunt*] Suet. Galb. 19. 'In forum usque processit: ibi equites, quibus mandata cædes erat, cum per publicum, dimota paganorum turba, equos adegissent, viso procul eo, paruper restiterunt: deinde rursum incitati, desertum a suis contrucidaverunt.'

[l] *Scelus, cujus ultor est, quisquis successit*] Sic infra c. 44. 'Plures quam centum viginti libellos præmia exposcentium, ob aliquam notabilem illa die operam, Vitellius postea invenit: omnesque conquiri et interfici jussit; non honore Galbæ, sed tradito principibus more, munimentum ad præsens, in posterum ultionem.'

Sic postea Severus et alii in eosdem prætorianos milites animadvertere, ob similia facinora.

Et tamen Otho, postquam ad Bebriacum victus, moriendi consilium cepisset, chartas omnes concremavit, referente Suet. Oth. 10. 'Quicquid deinde epistolarum erat, ne cui periculo aut noxæ apud victorem forent, concremavit.'

Sed libellos horum Thrasonum ultro ipse neglexit; vel potius sic divina regente providentia, ne impune abeant ejusmodi scelerum portenta.

Et forte libellos in Urbe reliquerat penes libertos, inter alia instrumenta imperii, de majoribus rebus solicitus, et tum parum hæc curabat.

Ultor est, quisquis successit] Darius apud Curt. l. v. 'Darius Besso tamen insidiarum consilium purganti respondit: Alexandri sibi non minus justitiam quam virtutem esse perspectam: falli eos qui proditionis præmium ab eo expectent; violatæ fidei neminem acriorem fore vindicem ultoremque.'

Et infra ibidem: 'Ultionem sceleris erga se perpetrati, non solum sua, sed exempli omnimque regum causa, non negligere, illi cum decorum, tum utile futurum.'

Digitized by Google

dunt) dereptam[3] [m] Galbæ imaginem[n] solo afflixit.[4] Eo signo manifesta in Othonem omnium militum studia, desertum fuga populi forum, destricta[5] adversus dubitantes tela. Juxta Curtii[6] lacum,[o] trepidatione ferentium Galba projec-

solo stravit. Eo signo compertus omnium militum favor in Othonem, relictum forum diffugiente plebe, nudati gladii adversus cunctantes. Galba prope lacum Curtium,

bet Ms. Flor. *Accillum* Ryckii Cod. In editione principe, *adillum*. Inde tentabat Gronovius *A. Dilium Vergilionem*. In Ms. Corb. *Acilium Virgilionem*. Puteolanus emendavit, *Atilium*. Plutarcho, in Galba, p. 1065. dicitur, Ἀτίλλιος Χερκέλλων.—3 Sic bene Rhenanus et recentiores. In veteribus editionibus, *direptam*.—4 *Adflixit* Puteolanus. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. et editione principe, *affixit*. Emendatum in Ms. Harl. *afflixit*.—5 Sic bene Ms. Reg. editiones veteres et Ryckius. In mediis editionibus, *districta*. Brotier.—6 Ita Mss. Flor. Agr. editio princeps et recentiores. In Ms. Reg. *Curti lacum*.

NOTÆ

[m] *Dereptam*] Nempe abripuit imaginem Galbæ ex vexillo; abreptamque seu avulsam solo afflixit. Inter vexilla imagines Deorum Divumque, inter quas et imago principis.

Itaque vexillarius, ibi forte ceteris imaginibus aut signis intactis, solam Galbæ effigiem deripuit, et solo afflixit.

Inter signa erat illa imago principis: sic olim Sejanus, qui collegam se ferebat dominantis, colebatur inter signa legionum; id est, in aliquo vexillo ferebatur ejus imago, ut et principis.

Non quod forte illæ imagines principum pro signis aut vexillis essent, sed tantum inter signa militaria repositæ erant, per honorem.

Nec verisimile est cohortes prætorianas non habuisse aliud signum quam imaginem principis: puto, illa inter signa fuit, non pro signo præcise, sed tantum per honorem.

[n] *Galbæ imaginem*] Intellige hanc imaginem Galbæ fuisse super signo cohortis. Nam ut antea Deorum imagines signis innectebantur, sic, principum tempore, ipsorum imperatorum. Vid. Lips. de milit. l. IV. dial. 5. *Pichena*.

Forte propriæ hastæ insistebat imago principis; nam apud Vegetium l. II. c. 7. sunt *imaginarii* vel *imaginiferi, qui imagines Imperatoris portant*: ubi nota, *Imperatoris*.

Attamen hic Tacitus, *vexillarium* vocat. Quare imago illa principis forte locata fuit in summa hasta, supra signum cohortis; eo modo, quo supra aquilam legionariam flosculos sublimes elatos videas, aut alia similia.

[o] *Juxta Curtii lacum*] Suet. Galb. 20. 'Jugulatus est ad lacum Curtii, ac relictus ita uti erat, donec gregarius miles a frumentatione rediens, abjecto onere, caput ei amputavit.'

Juxta Curtium lacum] 'Lacus Curtius Romana in urbe, aliis a T. Tatii milite Curtio Metio, aliis a M. Curtio, qui se pro publica salute devovens, equo incitato, in specum demisit, denominatur.' Sic Livius l. VII.

Curtium lacum] Fuit in Foro Romano, et in regione octava Romæ antiquæ. Vide Nardini Romam antiquam l. V. c. 7. p. 247. *Tillemonius*.

Digitized by Google

tus e sella ac provolutus est. Extremam ejus vocem,[p] ut cuique odium aut admiratio fuit, varie prodidere. Alii, suppliciter interrogasse, 'quid mali meruisset? paucos dies exsolvendo donativo' deprecatum; plures, obtulisse ultro percussoribus jugulum, 'agerent[q] ac ferirent, si ita e Republica[7] videretur:' non interfuit[r] occidentium, quid diceret. De percussore non satis constat:[s] quidam 'Terentium Evo-

pavore vehentium e lectica projectus ac provolutus est. Postrema ejus verba, ut cuique invidia aut favor extitit, alii aliter memoravere. Alii, humiliter rogasse, quid mali fecisset? et breve tempus *postulasse*, quo promissam militi pecuniam persolveret. *Plures, exhibuisse ultro fauces interfectoribus*, facerent ac percuterent, si ita e Rep. *esse* censerent: *sed parum soliciti percussores, quid proferret. De interfectore non satis compertum: nonnulli* Terentium Evocatum, *alii* Leca-

Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Curtium lacum.*—7 Sic emendavit Puteolanus, quem ceteri omnes sunt secuti. In Ms. Flor. *si ita rep. videretur:* unde J. Gronov. corrigit *id e republ.* In Mss. Corb. Agr. et editione principe,

NOTÆ

[p] *Extremam ejus vocem*] Suet. Galb. 20. 'Sunt qui tradant, ad primum tumultum proclamasse eum, Quid agitis, commilitones? ego vester sum et vos mei. Donativum etiam pollicitum. Plures autem prodiderunt, obtulisse ultro jugulum: et, ut hoc agerent ac ferirent, quando ita videretur, hortatum.'

[q] *Agerent*] Ex Suet. volunt *hoc agerent.* Quasi vero Tacitus in alius auctoris verba juraverit. Rem eandem dicunt auctores; et id sufficit, licet diversis verbis aut circumstantiis.

Suet. 20. 'Obtulisse ultro jugulum, et ut hoc agerent, ac ferirent... hortatur.' Forte Suetonius affert eadem verba præcise, quæ prolata sunt a Galba; non autem Tacitus, qui sæpe eas minutias spernit aut invertit. Aut potius Plutarchus ipsissima verba attulit.

Hoc agerent] Plut. Galb. 'Hoc agite, dixit, si quidem ita ex re est populi Romani.' Sic vulgo dicimus, *hoc age*, nempe, quod agis; fac cito quod facis.

Sic apud Sueton. 58. Conjurati in Caligulam, *hoc age*, sed sensu paulum diverso. Intentionem et strenuitatem sic postulabant a sociis, aut forte deridebant Caium, qui tum ludis vacabat.

[r] *Non interfuit*] Parum id curavere qui occiderunt Galbam, magis soliciti de obtinendo præmio tanti sceleris: id solum *interfuit* occidentium. Nam nemo unus jugulavit principem, innumeri gladii in eum festinabant, ut cruore illius etiam leviter aspersi ditarentur; ita ut ipsum caput Galbæ multo auro repensum redemtumque sit.

[s] *De percussore non satis constat*] Plut. Galba: 'Jugulatus est, ut plerique memorant, a Camurio xv. legionis milite: alii Terentio ascribunt, alii Arcadio, alii Fabio Sabulo. Atque hunc ferunt caput Galbæ occultatum vestimento, quod ob calvitiem teneri vix posset, ad Othonem detulisse.'

Digitized by Google

catum,[t] alii 'Lecanium;'[8] crebrior fama tradidit 'Camurium XV. legionis militem, impresso gladio, jugulum ejus hausisse.' Ceteri crura brachiaque, nam pectus tegebatur,[9u] fœde laniavere: pleraque vulnera feritate et sævitia trunco jam corpori adjecta.[10]

42. Titum inde Vinium invasere:[v] de quo et ipso ambigitur, consumseritne vocem[w] ejus instans metus, an proclamaverit, 'non esse ab Othone mandatum, ut occideretur.' Quod seu finxit formidine, seu conscientiam[1] conjurationis confessus est:[2] huc potius ejus vita famaque inclinat, ut conscius sceleris fuerit, cujus causa erat.[x] Ante ædem

nium; *celebrior fama vulgavit*, Camurium militem quintædecimæ legionis, adacto ense, guttur illius perfodisse. *Alii quia pectus* illius thorace *defendebatur, turpiter laceravere femora et lacertos: pleraque inflicta vulnera per immanitatem et sævitiam, cum jam caput a corpore abscissum foret.*

Posthac in Vinium irruere: de quo etiam dubitatur, an ingruens pavor abruperit sermonem illius, an protulerit, non imperasse Othonem, ut interficeretur. *Quod sive dissimulavit metu, seu societate conspirationis fassus est: huc magis vita illius et existimatio propellit, ut particeps fuerit facinoris, cui causam præbuerat.*

si ita reip. videretur.—8 Ita vulgo Mss. et Puteolanus. In Ms. Reg. et editione principe, *Decanium*. Arcadius quoque et Fabius Fabulus interfectores ab aliis memorantur, teste Plutarcho in Galba, p. 1067.—9 Ms. Corb. *tegebat*. Inde forte in Ms. Agr. *nam pectus thorax tegebat*.—10 Mallet Groslotius, *adacta*.

1 *Conscientia* libri omnes. Frustra tentant Acidalius et Ernestus, *conscientiam*. Brotier. At Gronovius et Ryckius dedere *conscientia*, quod et probant Meinsius et Lallem.—2 In Ms. Ryckii *est* deest.

NOTÆ

[t] *Evocatum*] Ne cognomen putes. Nomen militiæ est, quemadmodum *Primipilaris, Centurio, &c. Evocati* dicebantur veterani emeriti, qui ad militiam revocabantur, fama belli et virtutis.

Et forte unus ille ex *evocatis* fuit, quibus custodiam corporis in Hispania primo crediderat Galba, teste Suet. 10.

Non tamen proprie *evocati* illi, nec veteres militiæ, quibus se commisit Galba. Nam erant hi *equestris ordinis juvenes*, quibus servatum jus annulorum aureorum.

[u] *Pectus tegebatur*] Thorace, seu lorica lintea, teste Sueton. Hinc jugulum ejus miles gladio invadit.

[v] *Vinium invasere*] Plut. Galb. 'Jugulatus est etiam T. Vinius, fassus se conjurationis in Galbam socium fuisse: quippe necari se, præter Othonis sententiam, vociferabatur. Nihilominus ejus caput et Laconis amputata milites ad Othonem attulerunt, præmium eo nomine poscentes.'

[w] *Consumseritne vocem*] Id est, prohibuerit, occluserit, et quasi ligaverit, seu finierit metus, præpediens linguam.

[x] *Cujus causa erat*] Tacitus supra: 'Galbam T. Vinius deterrimus mor-

Digitized by Google

D. Julii[7] jacuit, primo ictu in poplitem, mox ab Julio Caro,[3] legionario milite,[4] utrumque latus transverberatus.

43. Insignem illa die virum Sempronium[8] Densum ætas nostra vidit. Centurio is Prætoriæ cohortis,[9] a Galba cus-

Juxta templum D. Julii prostratus, primo vulnere in poplitem, dein transfossus est *in utrumque latus a Julio Caro legionario caliga.*

Ea die spectavit ætas nostra eximium virum Sempronium Densum. Is centurio

3 Sic Mss. Flor. Guelf. Rhenanus et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. Corb. et editionibus veteribus, *Julio Cario.*—4 Brotierus cum ceteris fere editoribus dedit *in utrumque latus.* Bipont. præpositionem delent, monentibus Gronovio, Heinsio, et Ernesto.

NOTÆ

talium odio flagitiorum onerabat.' *Savil.* Vel, quia forte ad id facinus impulerat Othonem: 'huc ejus vita famaque inclinat.' Et spes matrimonii cum filia.

7 *Julii*] Templum Júlii Cæsaris, in foro Romano, et in octava regione Romæ antiquæ. Vide Nardini Romam ant. l. v. c. 4. p. 229. *Tillemon.*

8 *Virum Sempronium*] Plutarchus et Xiphil. scribunt, non Pisonem, sed Galbam a Denso protectum. *Savilius.*

Primo insultu protexit Galbam, aut etiam utrumque simul; dein Galba oppresso, Pisonem, cui effugium præbuit.

9 *Centurio is prætoriæ cohortis*] Aliter conceptæ lectio in Farnesii codice: *Centurio is prætoriæ ac Galbæ custodiæ a Pisone additus.* Quæ utravis tamen parum mihi certa.

Quid enim a Pisone custos hic Galbæ appositus? quomodo potuit aut debuit, cum Galbæ, sane, ut principi, legitimi sui custodes et stipatores fuerint?

Denique unde ea auctoritas Pisoni? Tacitum etiam ipsum lege: videbis clare Sempronium hunc, non Galbæ tutorem, sed Pisonis fuisse; cui *quamvis vulnerato effugium* etiam *præbuit.*

Igitur inclinabam ut legerem: *Centurio is prætorii, a Galba custodiæ Pisonis additus.* Ut in illo motu rerum, Galba de Pisone anxius, addiderit ei custodem centurionem; hoc probabile.

Sustinent me tamen a pleno assensu Dio et Plutarchus, qui ita narrant, ut Sempronius Galbam defenderit, non Pisonem.

Si eos sequimur, tum mentem verborum Taciti faciam, ut hic Sempronius venerit in cohortes prætorias, promotusque sit beneficio Pisonis: atque ita additus insertusque custodiæ.

Vix tamen est, ut Taciti narratio cum Græcis iis non pugnet: certe nec Suetonius opem quenquam tulisse Galbæ refert. *Lipsius.*

Auctores facile conciliari possunt.

Piso tunc lecticæ Galbæ adhærebat; 'egressum interim Galbam, et foro appropinquantem assecutus erat,' pugnabat pro sua ejusque salute: at Densus hostibus sese objiciendo, tam Galbam quam Pisonem protegebat, quod nec Plutarchus inficiatur; apud quem Piso vulneratus, illinc aufugit, et oppetit alibi mortem: 'Vulneratus enim adolescens fugiebat, eumque Murcus quidam insecutus, jugulavit juxta sacellum Vestæ.'

Digitized by Google

todiæ[b] Pisonis[1] additus, stricto pugione occurrens armatis[2] et scelus exprobrans, ac modo manu, modo voce, vertendo in se percussores,[c] quanquam vulnerato Pisoni effugium dedit. Piso in ædem Vestæ[d] pervasit, exceptusque miseri-

prætoriæ cohortis a Galba præsidio Pisonis appositus, nudato gladio occurrens armatis, et facinus objectans, ac modo dextra, modo voce, convertens in se interfectores, quamvis sauciato Pisoni effugiendi locum præbuit. Piso in templum Vestæ

1 Optime emendavit Lipsius; et suffragatur vel corrupta Ms. Flor. scriptura: *Galba Custodi et a Pisonis additus.* Mss. Farnes. Reg. Corb. et editio princeps, *ac Galbæ custodiæ a Pisone additus.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *ad Galbæ custodiam a Pisone additus.* At Galbæ erat, non Pisonis, addere custodiam. Existimo errorem a sciolo aliquo profectum, qui, cum in Plutarcho, p. 1065. in Dione, LXIV. p. 730. legeret Galbam a Sempronio Denso, quem Plutarchus perperam appellat Ἰνδιστρον, fuisse defensum, Sempronium ad Galbæ custodiam a Pisone additum credidit. Porro Galbam, an Pisonem, defendit Sempronius? Certe potior videtur Taciti auctoritas. Nec ullum Galbæ defensorem memorat Suetonius. *Brotier.*— 2 Sic bene Mss. Reg. Corb. Guelf. Harl. Bodl. Jes. Rhenanus et recentiores.

NOTÆ

At unde ei effugium? a Denso, teste Tacito: 'quanquam vulnerato Pisoni effugium dedit.' *Salinerius.*

[b] *Custodiæ*] Non dubitandum quin sic scripserit Tacitus; etsi nonnihil turbent libri Mss. quod non novum. Sed standum veteri exemplari, veterique editioni, et bono sensui.

Quid enim Piso, novis rebus et imperio, addat unum centurionem et forte 60. milites principi, cui tot excubiæ tot homines advigilarunt? ita ut in publicum eum proicere coacti sint rebelles, ut eum occidere possent.

Quid novum etiam, quod Græci auctores dissentire glorientur in multis circumstantiis? sed vel parum docti illi in rebus Romanis, vel minus diligentes, nec satis intellexere Latinum sermonem, ut de se fatetur ipse Plutarchus.

Clare Dio de Sempronio: 'Galbæ opem ferens pro virili, ut nihil profecit, occisus est.'

Dio id hauserat ex Plutarcho, saltem ex parte, qui sic habet: 'Nemo substitit, aut opem tulit, præter unum virum, quem unum sol vidit, inter tot millia mortalium, dignum imperio et nomine Romano,' &c. Astititque ille Galbæ ante lecticam, et sustinuit incurrentes, primum vite, dein stricto gladio, 'donec poplite suffosso ac depresso, tandem cecidit.'

At certe, ut vides, neque Dio neque Plutarchus dicunt, Sempronium fuisse *a Pisone additum custodiæ Galbæ.*

At succurrit ille centurio Galbæ: quid mirum, quod succurreret ille principi et Cæsari? scil. postquam cum Pisone assecutus est Galbam in foro. Itaque nullus hic turbandi aut corrigendi locus fuit.

[c] *Vertendo in se percussores*] Suffossus poples Densi Sempronii, forte ut et T. Vinii Tac. ibid. 42. 'Vinius ante ædem Divi Julii jacuit, primo ictu in poplitem,' &c.

[d] *Vestæ*] Vestæ templum fuit in octava regione Romæ antiquæ; *Ædes Vestæ* fuit in regione decima. *Tillemonius.*

Digitized by Google

cordia publici servi[e] et contubernio ejus abditus, non religione,[f] nec[3] cærimoniis, sed latebra imminens exitium differebat: cum advenere,[4] missu[5] Othonis, nominatim in cædem ejus ardentes, Sulpicius Florus, e Britannicis cohortibus, nuper a Galba civitate donatus, et Statius Murcus, speculator:[g] a quibus protractus[h] Piso, in foribus templi trucidatur.

44. Nullam cædem Otho majore lætitia[i] excepisse, nullum caput tam insatiabilibus oculis perlustrasse dicitur: seu tum primum levata omni solicitudine mens[j] vacare[1] gaudio

perfugit, receptusque miseratione ministri publici, et cubiculo ejus absconditus, non sanctitate loci, nec religione, sed latendo instantem perniciem prolatabat: cum accessere, jussu Othonis, nominatim in ejus necem flagrantes, Sulpicius Florus, e Britannicis vexillis, nuper a Galba inter cives Rom. ascriptus, et Statius Murcus speculator: a quibus extractus Piso, in limine delubri occiditur.

Nullam necem Otho majori gaudio habuisse dicitur, nullamque cervicem tam inexplebilibus oculis aspexisse: seu tum primum demta omni cura, animus indulgere

In editione principe, *armis*. Puteolanus, *armatus*.—3 Ryckii Ms. *non cær.*—4 In Ms. Reg. et editione principe, *cum advenirent*. Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. et Puteolanus, *tum advenere*. Rhenanus et recentiores, *cum adrenere*, —5 Ita Mss. Flor. Guelf. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres ante Rhenanum, qui edidit, *jussu*. In Mss. Reg. et Corb. *missi Othonis*.

1 Sic veteres et recentiores editiones. Lipsius e Ms. Vatic. emendaverat, *vagare*. Idem habet Ms. Flor. et quidem elegantissime. In Ms. Corb.

NOTÆ

[e] *Publici servi*] Qui nempe æditnus templi: Sueton. Domit. 'Confugit in Capitolium... sed irrumpentibus adversariis, et ardente templo, apud æditnum clam pernoctavit.'

[f] *Non religione*] Quia sciebat nullam aram, nullum templum aut asylum sacrum inviolatumque esse his, qui cruore principis jam manus cruentassent.

[g] *Murcus speculator*] An ille speculator *e Britannicis cohortibus*, ut Sulpicius Florus? nam in legionibus etiam *speculatores* erant.

Puto, potius *speculator* ille fuit prætorianus, ita ut Otho cædem Pisonis imperaverit multis, et inter alios, huic legionario, seu vexillario Britannico, et speculatori huic prætoriano.

[h] *Protractus*] Scil. extra templum, ne ea cæde polluere sacram Vestæ ædem viderentur.

[i] *Majore lætitia*] Sic Plut. Otho: 'Galbæ capite viso, exclamasse fertur: Hoc nihil est, o commilitones; monstrate mihi Pisonis caput.'

[j] *Levata omni solicitudine mens vacare*] Veteres Edit. quas sequimur, *vacare gaudio*. Quod elegantem sensum reddit: tum demum otium fuisse menti Othonis, eique vacasse, ut gaudium ex mutatione fortunæ plene gustaret, postquam, æmulo remoto, nulla amplius solicitudo inerat. *Freinsh.*

Digitized by Google

cœperat: seu recordatio majestatis in Galba, amicitiæ in T. Vinio, quamvis immitem animum imagine tristi confuderat: Pisonis, ut inimici et æmuli, cæde lætari, jus fasque credebat. Præfixa contis capita[k] gestabantur,[2] inter signa cohortium, juxta aquilam legionis:[l] certatim ostentantibus cruentas manus, qui occiderant, qui interfuerant, qui vere, qui[3] falso, ut pulchrum et memorabile facinus, jactabant. Plures quam CXX.[4] libellos præmia[5] exposcentium, ob aliquam notabilem illa die operam, Vitellius postea invenit:

lætitiæ cœperat: sive conscientia majestatis in Galba, caritatis in T. Vinio, licet atrocem animum lugubri specie perculerat: at nunc *licere sibi arbitrabatur, gaudere nece Pisonis, ut infensi et rivalis. Ferebantur capita hastis infixa, inter vexilla cohortium, prope Aquilam legionis: certatim monstrantibus fœdas cruore dextras, qui interfecerant, qui affuerant, alii vere, alii falso ostentabant, ut egregium et insigne facinus. Reperit deinde Vitellius plures quam centum et viginti libellos mercedem expostulantium, ob aliquod eximium illa die* exhibitum *ministe-*

vagari. Ceteri Mss. *vacare.* Brotier.—2 Ita Beroaldus et recentiores. In veteribus editionibus, *gestantur.* In Mss. Harl. Bodl. Guelf. omissum verbum. In margine Ms. Bodl. additum, *gestabantur.*—3 Sic bene editio princeps et recentiores. Sic quoque Ms. Corb. aliique a Lipsio laudati. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *quive vere, qui falso.* Brotier. Acidalius volebat, *qui vere, quive falso.* Ernestus habet *quive vere, quive falso.*—4 *Centum et viginti* Brot. cum Ryckio.—5 Mss. et editio princeps, *præmium,* et sic

NOTÆ

[k] *Præfixa contis capita*] Aliter Sueton. Galba 20. 'Donec gregarius miles a frumentatione rediens, abjecto onere caput ampulavit.'

Et ipso Sueton. teste, Otho caput Galbæ, sibi allatum in castra, tantum 'lixis calonibusque donavit, qui hasta suffixum, non sine ludibrio, circum castra portarunt.'

Si hoc ita sit, caput Galbæ non fuit ostentatum juxta Aquilam legionis: nec videtur cohærere satis cum sequentibus 49. 'Galbæ caput per lixas, calonesque suffixum,' &c. An miles tanti pretii caput lixis permitteret, nisi jussu Othonis?

Et pro Suetonio stare Plutarchus videtur, qui tradit caput Galbæ primo occultatum a Fabio milite, dein ab ipso lanceæ affixum et ostentatum esse: si relictum in foro corpus integrum, si suffixum lanceæ caput a gregario milite, itaque non statim a cæde et strage caput illud gestatum 'inter signa cohortium juxta aquilam legionis.'

Nisi forte cum in senatum venissent, stipantes novum principem, et cum redirent in castra. Sed sic dissentire solent auctores in circumstantiis.

[l] *Juxta aquilam legionis*] Cujus? Classiariæ puto, cum in hanc rem non alia occurrat legio. Illi *Aquilam et signa* accipiebant ex Othonis manu, ut apparet ex Tacito; ut a Galba, initio principatus, petierunt classiarii quidem; sed alia mercede constitit illis, qui in vanum ceciderat labor. *Savilius.*

Digitized by Google

omnesque conquiri et interfici jussit: non honore Galbæ, sed tradito[6] Principibus more,[m] munimentum ad præsens,[n] in posterum ultionem.

45. Alium crederes Senatum, alium populum: rucre cuncti in castra, anteire proximos, certare cum præcurrentibus, increpare Galbam, laudare militum judicium, exoscularі[r] Othonis manum:[o] quantoque magis falsa erant, quæ

rium; omnesque investigari et trucidari præcepit: non in gratiam aut decus Galbæ, sed solenni dominantium exemplo, præsidium in præsens, et in futurum vindictam.

Alium putares senatum, aliam plebem: concurrere omnes in castra, antecedere prope incedentes, contendere cum præeuntibus, incusare Galbam, extollere sapientiam militum, complecti Othonis dextram; et quo magis ficta erant, quæ agebantur,

Gronovius. Puteolanus, ac deinde ferme omnes, *præmia.*—6 Frustra tentat Lipsius, *tradita Principibus more, munimentum ad præsens, in posterum ultione.* Nihil est difficultatis in vulgata Mss. et librorum editorum scriptura. Intelligendum tantummodo, *esse:* nempe ultionem in posterum esse munimentum ad præsens. *Brotier.*

1 Ita bene Ms. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl.

NOTÆ

[m] *Tradito principibus more*] Sic lego: *tradito principibus more, munimentum ad præsens, in posterum ultionem. Ultio* hæc tradita est principibus more, ad præsens munimentum et tutelam sui. Sed quæ ultio? *in posterum:* id est, Post ipsos, et ut successor ulciscatur. Tacitus in hac re: 'Facinus, cujus ultor est, quisquis successit.'

Et quo fine? ut ipsi in præsenti tutiores. Sic Claudius apud Suet. 'Centuriones e conjuratis in Caium interemit, exempli causa;' et Domitianus Epaphroditum in eodem Suet. 'Ut ostenderet, ne bono quidem exemplo audendam patroni necem.'

Nimirum principes solenniter puniendo principum interfectores, se ipsi muniunt et tuentur: sic Œdipus apud Sophoclem, ubi ait, velle se exequi et punire Laii cædem: 'Nam quisquis ille est, Laium qui occiderit, Is dextra eadem me quoque ausit aggredi: Cum vindico igitur hunc, me ipse munio.' *Lipsius.*

[n] *Ad præsens*] Dum occisum principem ulciscuntur, sese ipsi muniunt *ad præsens*, et se *in posterum* vindicant, cum exemplum successoribus ulciscendi principem relinquunt. Tò *munimentum* et *ultionem* pendent ex his quæ supra: *Omnesque conquiri et interfici jussit*, scil. eos, ut munimentum ad præsens et in posterum ultionem, interfici jussit.

[o] *Exoscularі Othonis manum*] Plutarch. in Catone Utic. 'Postquam expeditio Catonis finita est, ille deductus est, non votis et laudibus, quod commune est, sed lacrymis et honoribus immodicis multorum, qui subjiciebant vestes pedibus, qua parte iret, et osculabantur manus ipsius: quæ decora imperatorum paucis tum deferebant Romani.' Quo loco innuit Plutarchus, jam fuisse in more, vetere Repub. ut Imperatorum manus exoscularentur.

Digitized by Google

fiebant, tanto plura facere. Non aspernabatur singulos Otho, avidum et minacem militum animum voce vultuque temperans. Marium Celsum, Consulem designatum, et Galbæ usque in extremas res amicum fidumque, ad supplicium expostulabant, industriæ ejus innocentiæque, quasi malis artibus, infensi. Cædis et prædarum initium et optimo cuique perniciem quæri apparebat: sed Othoni nondum auctoritas[p] inerat ad prohibendum scelus: jubere jam poterat.[2] Ita, simulatione iræ,[q] 'vinciri' jussum, et 'majores pœnas daturum' affirmans, præsenti exitio subtraxit.

46. Omnia deinde arbitrio militum acta. Prætorii Præfectos sibi ipsi legere; Plotium Firmum, e manipularibus quondam, tum vigilibus præpositum,[r] et,[1] incolumi adhuc

tanto plura agere. Nec singulos spernebat Otho, ardentem et immitem armatorum animum, voce nutuque sedans. Ad exitium flagitabant Marium Celsum, consulem destinatum, et Galbæ amicum fidumque usque in discrimen ultimum, aversantes industriam abstinentiamque illius, ut summa flagitia. Necis et rapinarum occasionem, et honestissimo cuique exitium parari constabat: sed Othoni nondum auctoritas erat ad vetandum crimen; imperare scelus *jam poterat. Ita prætextu iracundiæ*, ei vincla indi *jussit*, et majori supplicio affectum iri *asseverans, imminenti morti eripuit.*

Cuncta postea ex libidine militum gesta sunt. *Ipsi sibi assumsere præfectos prætorii;* nempe *Plotium Firmum, e gregariis militibus olim, tum vigilum cohor-*

Jes. et Puteolanus, *et osculari.* Brotier.—2 Hæc, *jubere jam poterat*, desunt in Mss. Harl. Bodl. Jes. Addita sunt margini Ms. Harl. Ea habent libri omnes editi. A Budens. absunt *ad proh. scel. jub. j. pot.*

1 *Et* omisit Budens. at habent omnes libri.

NOTÆ

p *Othoni nondum auctoritas*] Plutarch. 'Timens militibus contradicere Otho, dixit, Non sic statim eum interfecturum; esse enim, de quibus interrogare prius hominem vellet.' *Savilius.*

q *Simulatione iræ*] Seneca explicat, qui callide hoc ad primam magnamque iram adhibendum suadet, lib. de ira c. 39. 'Ut, quem non audet lenire, fallat.' 'Simulabit,' inquit, 'iram, ut tanquam adjutor et doloris comes, plus auctoritatis in consiliis habeat: moras nectet, et dum majorem quærit pœnam, præsentem differet.' *Lipsius.*

r *Tum vigilibus præpositum*] Septem cohortes *vigilum*, cum præfecto suo, ab Augusto institutæ sunt. Nam cum ille crebra incendia in Urbe videret, remedium quæsivit firmum et perpetuum.

Itaque militem ex libertinis collegit, et in septem cohortes distribuit anno Urbis 759. et ut regi facilius possent, etiam suos centuriones et tribunos accepere.

Et hæ cohortes, ut et præfectus ipse vigilum, parebant præfecto urbis, ut par est, si quando necessitas postularet. His cohortibus, ut et

Digitized by Google

Galba, partes Othonis secutum Adjungitur Licinius Proculus, intima familiaritate Othonis, suspectus, consilia ejus fovisse. Urbi Flavium Sabinum præfecere, judicium Neronis secuti, sub quo eandem curam obtinuerat: plerisque Vespasianum fratrem in eo respicientibus. Flagitatum, 'ut vacationes,' præstari Centurionibus solitæ, remitterentur.'

tibus præfectum, et superstite adhuc Galba, partibus Othonis adjunctum. Adjicitur Licinius Proculus flagranti amicitia Othonis, et existimatus, cæptis illius favisse. Præfectus urbi Flavius Sabinus; in hoc *judicium Neronis æmulati, quo imperante, idem munus exercuerat: multis Vespasianum fratrem in eo spectantibus. Postulatum,* ut condonarentur vacationes *munerum et operum,* quas *pecunia* exsolvi

NOTÆ

Urbanis, utebatur intra urbem præfectus urbis, si seditio aut discordiæ orirentur.

' *Vacationes*] De his militarium operum vacationibus Justinus capiendus fuit, l. XXXVII. ' Hyeme deinde imminente, non in convivio, sed in campo: non in vacationibus, sed in exercitationibus; nec inter sodales, sed inter æquales, aut equo, aut cursu, aut viribus contendebat.' Has militares *vacationes* intelligit, et recte proprieque exercitationibus opponit. Tacitus Annal. lib. I. ' Vacationes munerum' appellat.

Et iisdem verbis Quintilianus pro milite: 'Transeo oblatam nolenti munerum vacationem, et blandius, quam militiæ disciplina postulat, adulatum militi tribunum: imperatas asperrimas expeditiones, ut remitterentur.'

Talem vacationem et Livius intellexit, l. VII. de cohortibus Hernicorum: ' Immunes quoque operum militarium erant, ut in unum pugnæ laborem reservati, plusquam pro virili parte annitendum scirent.' *Lips.*

Erat denique et *vacatio*, non solum temporanea, sed et particularis; non quidem ab universa militia eximens, sed tantum a quibusdam militiæ muneribus, et hæc a centurionibus obtinebatur certa pecunia illis persoluta. Nam sicut duces Tribunis, ita Tribuni centurionibus, et hi gregario militi seu manipularibus, imperabant.

Hinc eveniebat, ut centuriones milites quosque locupletissimos labore ac sævitia fatigarent, donec *vacationem* emerent: unde factum, ut milites, redemta laborum temporanea vacatione hujusmodi a centurione, suo sumtu exhaurirentur.

Adde Hist. l. I. quam ob rem Otho ex fisco suo *vacationes annuas* exsoluturum promisit: quod pariter factum a Vitellio. *Marc. Donatus.*

Vacationes, id est, pretia vacationum. Sic enim vocat, Ann. I. ' mox indiscretis vocibus, pretia vacationum incusant.'

Vacationum, cujus rei? *munerum.* Sic enim alibi loquitur, *hinc vacationes munerum redimi;* ut *vacationes* hoc et aliis locis idem sint quod pretia vacationum munerum.

Gregarius enim miles, severitate disciplinæ, ad complura adigebatur ministeria servilia in castris, quæ Ann. I. vocat *munera*, ut jam diximus; et Vegetius, (II. 19.) *munia*, ut in *pabuli, materiæ, lignorum aggestu, et si qua alia ex necessitate*, &c. Solutius et negligenter agentes centurio plagis excipiebat, aliove modo rigide plectendos dabat.

Digitized by Google

Namque gregarius miles, ut tributum annuum, pendebat. Quarta[2] pars manipuli sparsa per commeatus, aut in ipsis castris vaga, dum mercedem Centurioni exsolveret: neque modum oneris[t] quisquam, neque genus quæstus pensi habebat: per latrocinia et raptus, aut servilibus ministeriis, militare otium redimebant. Tum locupletissimus quisque miles labore ac sævitia[u] fatigari, donec vacationem emeret: ubi, sumtibus exhaustus, socordia insuper[3] elanguerat, inops pro locuplete et iners pro strenuo, in manipulum redibat: ac rursus alius atque alius, eadem egestate ac licentia cor-

centurionibus mos erat. *Quippe plebeius miles, quasi vectigal quotannis, persolvebat. Quarta pars manipuli palabunda per copiam abeundi e castris, aut in ipsis munimentis sparsa, dummodo certam pecuniam centurioni penderet: neque modum munerum* militarium erga socios *quisquam, neque speciem lucri* quamcumque *curæ habebat: quietem, seu vacationem a castrensi labore emercabantur per furta, et rapinas, aut vilissimis officiis. Tum ditissimus quisque manipularis, onere et immanitate* centurionum *divexari, donec quietem castrensem redimeret: et postquam impensis exhaustus*, et *segnitia præterea torperet, egenus pro divite, et ignavus pro forti, ad signa revertebatur: et* sic *alii, atque alii invicem, eadem inopia ac*

2 Ita optime Pichena e Ms. Flor. in quo corrupte, *quarta pars manipulis pars per commeatus.* Ita quoque Ms. Corb. Agr. et editio princeps. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *pars manipulis, pars per commeatus;* omisso, *quarta.* Brotier. Bipont. dedere *pendebat quartam*, quod Lipsio in mentem venerat. Sed quartam stipendii partem erogatam præcise, vix videtur auctor voluisse narrare. Verbum *pendebat*, absque casu positum, refertur ad *vacationes.* Budens. vitiosam Puteolani et al. lectionem offert, servatam a Rhenano. *Oberlin.*—3 Ita Pichena e Ms. Flor. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *socordia miser elanguerat.* In Mss. Corb. Reg. Agr. *socordia*, vel *secordia elanguerat.* Sic quoque editio princeps. Sed in ea operarum vitio,

NOTÆ

Tac. Ann. I. ' Fracta vite in tergo militis, alteram clara voce, ac rursus aliam poscebat centurio Lucillius.' *Savilius.*

[t] *Modum oneris*] Nil soliciti, nil anxii de modo oneris, nempe vel quo aliis commilitonibus prægraves essent; qui interim soli onera militiæ sustinebant, dum ipsi, qui vacationes centurioni persolverant, *per commeatus* sparsi, vel in castris vagi errabant.

Neque vel *oneris*, quo graves ipsi erant paganis civibusque per latrocinia et raptus, vel quo sibi ipsi molesti et indecori erant, ob servilia ministeria, quibus vexati castrense otium illud redimebant; dein ignavi et inhonori redibant in castra.

[u] *Labore ac sævitia*] *Labore*, id est, muneribus militaribus, quæ rigide facere cogebantur, non modo pro se ipsis, sed etiam vice aliorum qui *vacationes* obtinuerant. *Sævitia* fuit centurionum, qui negligentes milites plagis excipiebant: nempe, illi vite in tergum illorum sæviebant, vel ad munera militiæ exigenda, vel ut sic eos ad redimendas pretio *vacationes* compellerent.

Digitized by Google

rupti, ad seditiones[4] et discordias, et ad extremum in bella civilia ruebant. Sed Otho, ne vulgi largitione[v] Centurionum animos averteret, 'fiscum suum[5] [w] vacationes annuas exsoluturum,' promisit: rem haud dubie utilem, et a bonis postea Principibus perpetuitate disciplinæ firmatam. Laco Præfectus, tanquam[6] in insulam[x] seponeretur, ab evoca-

licentia labefacti, prorumpebant *in turbas ac dissensiones, et tandem in motus civiles ipsi ruebant. Sed Otho, ne liberalitate* sua *in vulgus, centurionum favorem amitteret, pollicitus est* ultro, soluturum *se* vacationes annuas ex pecunia *seu re familiari* sua. *Quæ res certe salubris, et postea confirmata* est *a bonis Imperatoribus perpetuo militiæ instituto. Laco præfectus* prætorii, *velut in insulam*

elanguerat. Brotier.—4 Ita Mss. Flor. Corb. editio princeps, Gronovius et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *seditionem*, quos sequitur Ryckius.—5 Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. et editio princeps, *et fiscum suum.* Inde J. Gronovius et recentiores, *fiscum suum.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ex fisco suo*, [quod Ryckius recepit.] Pronomen *suum* Cl. Ernesto suspectum est, quod non alius fiscus, quam Cæsaris. Sed forte Otho promisit se ex privatis suis opibus ac proinde ex suo, non Principis, fisco annuas illas militum vacationes exsoluturum. *Brotier.*—6 Ernestus excidisse putat

NOTÆ

[v] *Ne vulgi largitione*] Ne in vulgus largitione, id est, Ne largiendo manipularibus, quod centurionibus veluti debitum persolvebatur, sic animos centurionum a se alienaret.

[w] *Fiscum suum*] *Fisci, spartea sunt utensilia, ad majoris summæ pecunias capiendas.* Ascon. atque hac significatione utitur Tullius in Verrem. 'Fiscos complures cum pecunia Siciliensi a quodam senatore ad equitem Rom. esse translatos.'

Simili sensu occurrit Annal. I. 'cum fisci de Imperatore rapti inter signa atque aquilas veherentur.' Apud Suet. Claud. 18. 'Positis ante se cum pecunia fiscis,' &c.

Asconius monet, vocabula *fisci* et *ærarii* promiscue usurpari, ut Tullius facit Verr. 3. 'Quaternos HS. quos milii senatus decrevit, et ex ærario dedit, ego habebo, et in cistam transferam ex fisco.'

Sed post divisionem, qua Augustus imperii provincias fecit alias *publicas*, alias *principis*, cessavit indifferens istarum vocum significatio, inducto discrimine, ut *fiscus* principis, *ærarium* esset publicum: ex sono tamen magis vocabulorum, quam ex ipsa re. Dio l. LIII. 'Nomine quidem publicæ opes separabantur ab illis Augusti propriis, sed et istæ ex ejus arbitrio tantum expendebantur.' *Savilius.*

Tacitus supra, Ann. I. ubi censebant patres adulantes, debere damnati Sejani opes in fiscum redigi, subjicit ex suo, *tanquam referret.* Et sic, quia omnes Reipub. opes erant principis.

Irridetque sic adulatores Ann. VI. 2. 'Atroces sententiæ dicebantur, &c. et bona Sejani ablata ærario, ut in fiscum cogerentur, tanquam referret.'

[x] *Tanquam in insulam*] Forte in insulam Otho seponere Laconem simulavit, ad declinandam invidiam, aut ne militum animi alienarentur. *Pichena.*

Digitized by Google

to,[7] quem ad cædem ejus Otho præmiserat, confossus: in Martianum Icelum, ut in libertinum,[7] palam animadversum.

47. Exacto per scelera die, novissimum malorum[1] fuit lætitia. Vocat Senatum[2] Prætor urbanus: certant adulationibus ceteri Magistratus. Accurrunt[2] Patres: decernitur

amoveretur, interfectus est ab evocato, quem Otho ad necem illius præmiserat: de Martiano Icelo, tanquam de liberto, publice sumtum supplicium.

Transacto per crimina die, extremum flagitiorum fuit gaudium. Prætor urbanus convocat senatum: reliqui magistratus certatim assentantur. Confluunt sena-

clam: Bipont. pro *tanquam* mallent *tum, cum*.—7 Brotierus habet *libertum*: et ita libri omnes, præter Cl. Ernestum, qui emendavit, *libertinum*; quod et Bipont. recepere.

1 *Malorum* abest a Ms. Jes.—2 In Ms. Jes. *occurrunt*.

NOTÆ

Sic sepositi in avia loca interficiebantur; sic enim minus invidiæ contrahebatur, cum fortuitæ illæ cædes viderentur; et minus animos incitant, quæ in longinquis locis transiguntur.

In insulam] Ne spectaculo cruoris cædisque, ne tali sævitia abalienarentur cives militesque: sic mors longinqua potuit fato seu fortunæ imputari, vel etiam interfectori.

Sic Hist. IV. 11. Calpurnius C. Pisonis filius clam interficitur: 'jussu Muciani custodia militari cinctus, ne in ipsa urbe conspectior mors foret, ad quadragesimum ab urbe lapidem.... exstinguitur.'

Sic Sempronius adulter Juliæ Augusti filiæ, sic ipsa Julia, sic multi alii procul ab urbe, eodem consilio aut prætextu interfecti.

7 *Ab evocato*] De evocatis sic Dio l. LV. 'Evocatis Augustus uti jam cœperat in Antonium olim, eosque postea servavit: sunt autem hodieque propria quædam et separata manus, et vites ferunt instar centurionum.'

Id imitatus Galba apud Sueton. 'Delegisse eum equestris ordinis juvenes, qui manente aureorum annulorum usu Evocati appellarentur, excubiasque circa cubiculum suum, vice militum agerent.'

Sed certe isti *equites* diversi a priscis *Evocatis*, qui plebeii, et veteres militiæ erant: et isti *Evocati* Galbiani, *juvenes* et equestres, quibus ut honestioribus, custodiam et sui tutelam committere maluit Galba.

Forte munus *Evocatorum* sic expressum Suetonio, scilicet, ut *circa cubiculum principis excubias agerent*. Sed nulla mentio apud auctores.

Et forte id tantum usurpatum est a Galba, qui metuebat insidias procuratorum, et emissariorum Neronis. Fuerunt *Evocati* una cohors millenaria, ut putat Lipsius, sed non probat.

2 *Vocat senatum*] Uterque enim Consul cæsus erat. Atque tali casu, aut alioqui consulibus absentibus, jus vocandi senatum pertinebat ad prætorem urbanum.

Cic. ad fam. Ep. X. 12. 'Placuit nobis, ut statim ad Cornutum prætorem urbanum literas deferremus: qui quod Coss. aberant, consulare munus sustinebat, more majorum.'

Cum nondum creati essent prætores, consul ipse *prætor* vocabatur. Varro apud Nonium: 'Quod eidem dicebantur consules et prætores;

Digitized by Google

Othoni[a] 'Tribunicia potestas et nomen Augusti et omnes Principum honores,'[b] annitentibus cunctis abolere convicia

tores: statuitur Othoni tribunicia dignitas, et vocabulum Augusti, et omnia

NOTÆ.

quod præirent populo, prætores; quod consulerent senatum, consules.'

[a] *Decernitur Othoni*] Ex Suet. 7. patet Othonem interfuisse senatui: 'Deinde vergente jam die ingressus senatum; positaque brevi ratione, quasi raptus de publico, et suscipere imperium vi coactus, gesturusque communi omnium arbitrio, palatium petit.'

[b] *Et omnes principum honores*] Tituli quibus præcipue decorari solebat novus princeps, hi erant. 1. *Princeps.* 2. *Imperator.* 3. *Cæsar.* 4. *Augustus.* 5. *Tribuniciæ potestatis.* 6. *Pater patriæ.* 7. *Pontifex maximus.* Tac. Ann. I. 'Augustus cuncta civilibus dissidiis fessa, nomine principis sub imperium accepit.'

1. Et puto hunc *principis* titulum ex illis, ante principes, temporibus derivatum, cum *princeps senatus* vocaretur.

2. *Imperator*, vox geminæ significationis, sed quam utramque Dio recenset lib. LII. 'Hoc anno Augustus ascivit Imperatoris nomen, non ea significatione qua olim post victorias quibusdam tribuebatur, sed quæ dominationem notat.'

Neque hæc ultima significatio tantum, quæ cum Julio Cæsare incœpit A. U. C. 709. et *principatum* nullis constrictum legibus notat, sed et altera fuit *imperatorum* usitata temporibus, et exprimendo principis honori adhibita, et privatorum, si qui hunc titulum promeriti fuissent. Tac. Ann. III. 74.

Principis tituli hoc stylo concipiebantur, *imper. Cæsar Augustus, imp.* XVI. atque ibi quidem vox *imperator*, majestatem Principis, hic *honorem ob victoriam collatum* notat, sive eas ipsi obtinuissent per se, sive legatorum opera.

Sic Nero Romæ subsistens, 'ob rem bene gestam a Corbulone in Armenia consalutatus Imperator.' Tac. Ann. XIII. 3.

3. *Cæsar*, aut ex progenie aut adoptione a Julio Cæsare usque ad Neronem, 'in quo progenies Cæsarum defecit,' ait Suet. Galba; ceterique, nullo gradu contingentes Cæsarum domum, appellati Cæsares, respectu potius successionis in principatum, quam sanguinis.

Neque ipsi tantum principes, sed et filii, et successores designati, appellati Cæsares. Tac. Hist. V. 'Ejusdem anni principio Cæsar Titus,' vivo patre: et antea Hist. III. 'milites Domitianum Cæsarem consalutant.' Piso hoc lib. 'ex quo Cæsar ascitus sum.'

4. *Augusti* nomen, regnandi proprium, ab Octavio descendit, cujus notationem Dio affert lib. LIII. Octavius expetebat Romulus vocari; sed cum hinc suspectum se fieri sentiret invadendi regni, instare desiit, assumsitque Augusti cognomen, velut jam homine major. Latinis enim pretiosissima et consecrata vocantur *augusta*. Græci eum Σεβαστὸν appellant; origine vocis a religioso adorandi cultu.

5. *Tribuniciæ potestatis.* Dio l. LIII. 'Tribunicia auctoritas Cæsaribus jus dat improbandi quicquid non esset ad libitum,' &c. 'Et quanquam tribunatu per se non fungantur principes, utpote patricii, quicquid tamen auctoritatis secum fert, asciscunt, numeratis quoque per eam imperii annis.'

Digitized by Google

ac probra,[c] quæ, promiscue jacta,[3][d] hæsisse[4] animo ejus,

imperantium decora, *certantibus singulis obliterare contumelias, et opprobria, quæ,*

3 Perperam Ms. Reg. et editio princeps, *acta*. Brotier.—4 Vett. Mss. ha-

NOTÆ

Exempli causa, *tribuniciæ potestatis quartum, tribunic. pot. quintum*, cum designant *quartum* aut *quintum* imperii sui annum: 'quasi cum annuo tribunatu et de novo susciperant toties imperium.' Tac. Ann. III. 56. et Ann. I. 2. Vopiscus in Tac. c. 1.

Quod spectat ad officium tribuni plebis, sub imperatoribus, nominis potius quam auctoritatis servata vestigia, nisi quod nondum sublatum penitus *intercedendi jus* esset.

Sic tempore Tiberii, 'cum præmium accusatori decerneretur, Junius Otho trib. pl. intercessit.' Et ævo Neronis, Rusticus Arulenus flagrans juvenis, et cupidine laudis, offerebat se intercessurum SCto; nam pl. tribunus erat. Tac. Ann. XVI. 6.

6. Nomen et honor *patris patriæ* Ciceroni obvenerat ex conjuratione Catilinæ, tribuente M. Catone; postea ad principes transiit, nisi quod modestia quorundam, aut juventus, defugeret appellationis invidiam. Appian. civil. II.

7. *Dignitas pontificis Maximi*, libera rep. sui generis fuit, addita Cæsari, et postquam is invasit remp. tradita est successoribus.

Præter hæc honorum vocabula principibus ascribi solita, aliæ dignitatum prærogativæ in Augustum collatæ, primosque Cæsares, diversis temporibus, et prout res flagitaret, in unum redactæ decretum, primis senatus comitiis concedebantur principi, cum ad imperium pervenisset, ut 8. *imperium proconsulare*, 9. *jus relationis*, consulatum scil. non gerenti, et quod supra omnes leges esset, 10. *legibus solvi*. Dio lib. LIII. Vopiscus in Probo 12. *Savilius*.

[c] *Convicia ac probra*] Quonam loco, aut quare jacta in Othonem convicia? an forte dum privatus ageret, an potius dum vi et cædibus occupat imperium, dum adhuc adulantur principi Galbæ, et cum evectus est in castra Otho?

Quæ certe convicia non audierat Otho, sed rescire ab aliis potuit, qui adessent, dum consultabat Galba, quid ageret; an maneret intra regios penates, an Capitolium adiret: dum accersebat militem, et audiebat amicos consilia dantes adversus Othonem.

Nam tum certe multi ultionem postulabant de Othone, et *sibi præreptam* querebantur; scil. extra discrimen, ut habet Tac. c. 34. 'Ut res docuit, in periculo nihil ausuri, nimii verbis, linguæ feroces:' et cap. 39. 'Languentibus omnium studiis, qui primo alacres, fidem atque animum ostentaverant.'

Puto, eo casu temere et *promiscue jacta* convicia in Othonem, ut etiam tum misere adularentur Galbæ.

Sed certe *illis*, ut neque vulgo, *judicium aut veritas*, (*quippe eodem die diversa puri certamine* facturi erant,) *sed, tradito more, quemcumque principem adulandi.*

[d] *Promiscue jacta*] Puto, priusquam imperaret: scil. ob intimam familiaritatem Neronis, et quia conscius, ac velut arbiter ejus libidinum, ob Poppæam pellicem, ob consuetudinem mutuam stupri, ob multa alia flagitia Othonis, dum Romæ degeret.

Digitized by Google

nemo sensit. Omisisset[5] offensas, an distulisset, brevitate imperii in incerto fuit. Otho, cruento adhuc foro, per stragem[6] jacentium,[e] in capitolium, atque inde in palatium vectus, concedi corpora sepulturæ, cremarique permisit.[f] Pisonem Verania uxor ac frater Scribonianus, T. Vinium Crispina filia,[g] composuere, quæsitis redemtisque capitibus,[h] quæ venalia interfectores servaverant.

48. Piso unum et tricesimum ætatis annum explebat,[1] fama meliore, quam fortuna. Fratres ejus, Magnum Claudius,[i] Crassum Nero[j] interfecerant. Ipse diu exul, quatri-

promiscue ingesta, mente reposta mansisse illi, nemo expertus est. An *oblitus esset injurias, an prolatasset, ob brevitatem principatus, in dubio fuit. Otho* cædibus *cruento adhuc foro, inter cadavera cæsorum, illatus in Capitolium, atque hinc in Palatium, corpora sepeliri et comburi permisit. Sepeliere Pisonem Verania uxor* illius, *et frater Scribonianus, Crispina filia T. Vinium, investigatis emtisque cervicibus, quas percussores* in id *seposuerant, ut pretio exponerent.*

Piso attigerat unum et tricesimum ætatis annum, prospera magis fama, quam fortuna. Fratres ejus occiderant, Claudius Magnum, Nero Crassum. Ipse multis

buisse videntur *exisse.*—5 Rhen. edidit *tot offensas.*—6 Sic bene Mss. Agr. Corb. editio princeps et Cl. Lallemand. Sic quoque volebat Muretus. Puteolanus, *per strages,* [et sic Gronovius et Ryckius; hujus autem Ms. dat *stragem.*] Brotier.

1 Ita libri omnes. Mallet tamen Ernestus, *explerat,* quod de mortuo sermo sit. At, ut videtur, XXI. ætatis annum Piso nondum expleverat. *Brotier.*

NOTÆ

Nam ex quo imperavit, tantum non adoratus, et eo impensius ab illis qui convicia in eum jecerant, ut sic præterita abolerent.

Neque putem ea convicia jacta in senatu, ut mox, præsente Othone, jacta sunt in Vitellium.

[e] *Per stragem jacentium*] Plut. Gal. 'Cadaveribus capite truncatis, et consulari veste adhuc in foro jacentibus:' intelligit de Galba et Vinio, qui consules, et in consulatu occisi sunt.

[f] *Cremarique permisit*] Forte tantum postridie id concessit, nempe postquam perterritus est. Sic Suet. Otho 7. 'Dicitur ea nocte,' (nempe quæ electionem ipsius secuta est,) 'per quietem pavefactus, gemitus maximos edidisse: 'repertusque a concursantibus humi ante lectum jacens, per omnia piaculorum genera, manes Galbæ, a quo deturbari expellique se viderat, propitiare tentasse: postridie,' &c.

Permisit] Quasi diceret: Permittere non erubuit.

[g] *Crispina filia*] Plut. Galba: 'Vinii caput filiæ ejus bis mille denariis vendiderunt.' 2000. denarii sunt 200. coronati, seu 600. libræ.

[h] *Redemtisque capitibus*] Crispina redemit decem millibus sestertium, id est, viginti quinque millibus coronatorum. Hoc facile pretium persolvit Crispina Vinii patris opibus, sed male quæsitis, opulenta, et uno Tigellini dono satis dives.

[i] *Magnum Claudius*] Atqui Seneca, in Menippea, etiam Crassum videtur

duo Cæsar, properata adoptione ad hoc[a] tantum majori fratri prælatus est, ut prior occideretur. T. Vinius LVII.[3] annos variis moribus egit. Pater illi e[4] Prætoria familia, maternus avus[k] e proscriptis.[l] Prima militia infamis, Legatum Calvisium[m] Sabinum habuerat: cujus uxor, mala cupidine[n] visendi situm castrorum,[o] per noctem militari habitu[p] ingressa, cum vigilias et cetera militiæ munia eadem lascivia tentasset,[5] in ipsis principiis[q] stuprum ausa:[6] et criminis

annis exul, per quatuor dies Cæsar, festinata arrogatione, in id solum antepositus vetustiori fratri videbatur, *ut prior interficeretur. T. Vinius per septem et quadraginta annos diverso vitæ instituto egit. Parens illi e stirpe prætoria, maternus avus inter proscriptos* fuerat. *Primis stipendiis ignominiosus, meruerat sub Calvisio Sabino legato; cujus conjux prava libidine spectandi situm castrorum,* et *per noctem veste militari* huc *invecta, cum excubias et pari petulantia reliqua belli munera polluisset, adulterio in ipsis principiis temerata; et huic sceleri connexus*

—2 Mss. Harl. Jes. et Puteolanus, *ad hæc.*—3 Sic Mss. Flor. Agr. Corb. editio princeps, et Ryckius. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, XLVII. *annos.*—4 Ms. Corb. et editio princeps, *pater illi præt.* Præpositionem addidit Puteolanus.—5 *Temerasset* bene Rhenanus et recentiores,

NOTÆ

asserere a Claudio interfectum. 'Occidit,' inquit, 'in una domo Crassum, Magnum, Scriboniam, Assarionem, nobiles tamen: Crassum vero tam fatuum, ut regnare posset.' *Lipsius.*

[j] *Crassum Nero*] Accusante Regulo; hæc enim illa Plinii faciunt, Epist. I. 5. 'Quid tibi cum meis mortuis? numquid ego aut Crasso aut Camerino molestus sum? quos ille (Regulus) sub Nerone accusaverat.'

[k] *Maternus avus*] Ego censuissem *paternum:* nam reperio in Dione T. Vinium proscriptum a Triumviris, et mira fide atque astu ab uxore *Tanusia* servatum lib. XLVII. Fieri autem potest, ut hujus avi, etsi materni, nomen sumserit, testamento, an adoptione. *Lipsius.*

[l] *E proscriptis*] Scilicet ab Octavio, Antonio, Lepido, Triumviris reip. perdendæ. *Savilius.*

[m] *Legatum Calvisium*] De quo Sen. Epist. 27. *Savilius.*

Id est, Sub eo legato militaverat.

[n] *Cujus uxor, mala cupidine*] Historiola hæc apud Dionem, in rebus Caii: 'Calvisius autem Sabinus inter senatorum primos, et recens a præfectura Pannoniæ, unaque uxor ejus Cornelia accusati, (crimini huic dabatur, vigilias circumivisse, et milites exercentes inspectasse,) non expectata sententia seipsos interfecerunt.'

[o] *Visendi situm castrorum*] Quam cupidinem et impudentiam fœminarum describit Juvenalis Sat. VI. 'Sed cantet potius, quam totam pervolet urbem Audax, et cœtus possit quam ferre virorum; Cumque paludatis ducibus, præsente marito, Ipsa loqui recta facie, strictisque mamillis.'

[p] *Militari habitu*] Sexum dissimulaverat fœmina, veste illa militari sexum mentita erat. Sagum seu paludamentum, forte et galeam ac thoracem induerat, pro stola et matronali habitu. Ea pars elegantiæ et voluptatis fuit: in habitu equestri, in ferro libidinis incitamentum: 'est ferrum quod amant.' Juven.

[q] *In ipsis principiis*] Principia su-

Digitized by Google

hujus reus T. Vinius arguebatur. Igitur jussu C. Cæsaris oneratus catenis,[r] mox, mutatione temporum,[s] dimissus, cursu honorum inoffenso, legioni post Prætura præpositus probatusque: servili deinceps probro respersus est, tanquam scyphum aureum in convivio Claudii furatus: et Claudius postera die soli omnium Vinio fictilibus ministrari jussit.[t] Sed Vinius Proconsulatu Galliam Narbonensem[u] severe integreque rexit: mox Galbæ amicitia in abruptum tractus,[7] audax, callidus,[8] promtus et, prout animum intendisset, pravus aut industrius, eadem vi. Testamentum T.

T. Vinius accusabatur. Itaque mandato Caligulæ conjectus in vincula; dein vicissitudine dominationum elapsus, illæso cursu dignitatum, statim *a prætura legioni impositus approbatusque: servili mox ignominia notatus est, veluti surripuisset pateram aureum in epulis Claudii; et Claudius postera luce uni Vinio ministrari* vasis *fictilibus jussit. Sed Vinius proconsulari imperio sancte et innocenter administravit Galliam Narbonensem: dein gratia Galbæ præceps actus, promtus, astutus, acer, et prout mentem adjecisset, malus aut egregius, pari dexteritate. Supremæ*

In Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. Corb. et editione principe, *temperasset*. Unde Puteolanus, *temtasset:* alii, *tentasset;* ut additum margini Ms. Bodl. *Brotier*. Non dubito, in Bud. vitiose legi *temperasset* pro *temptasset*, ut alias habet. Repono ergo vulgatum. Sic et Bip. Ipse quoque Rhen. servavat. Contra Ryck. Brot. Lall. Dottev. sequuntur Freinshemium, [qui dedit *temerasset*.] *Oberl.*—6 Mallet Ernestus, *stuprum passa*. Verum plus vis inest in dictione Corneliana. *Brotier.*—7 Ms. Corb. *raptus.*—8 Ita libri

NOTÆ

cra, quia in iis aquilæ et signa, id est, Dii militares. Sententiam ex eadem re Quintilianus petiit pro milite: 'Sed neque hoc Mars parens, nec signa militaria aquilæque victrices sinant, ut tua quoque sententia quisquam vir, et Romanus et miles, nimium pudicus sit, apud quem ante principia agendum est.'

Hæc *principia* Statius, etsi in re Græca, circumscribit lib. x. 'Ventum ad concilii penetrale domumque verendam signorum.'

[r] *Catenis*] Atrocitas sceleris in eo posita, quod constupraverit uxorem sui legati, ipse tiro et contubernalis, (nam clari juvenes pro more agebant in contubernio ducis,) et quod hoc flagitio polluerit castra, seu ipsa *principia*, quæ instar templi militaris; ubi Augurale, ubi ara, ubi signa, ubi aquilæ et numina legionum, ubi imagines Deorum et ipsorum principum, et quicquid sacrosanctum legionibus Rom. fuit.

[s] *Mutatione temporum*] Nempe mutatione dominationis; qua scil. imperium a Caio Cæsare ad Claudium translatum est.

[t] *Fictilibus ministrari jussit*] Athen. l. ii. 'Repudianda sane et abjicienda nobis sunt fictilia pocula. Nam, ut Critias ait, quos ignominiose Reges Persarum despicerent, ii fictilibus utebantur. Cherilus Poëta inquit: 'Magnas opes ego in manibus habeo, calicis undique fracti testam, Convivarum hominum naufragium,' &c.

[u] *Galliam Narbonensem*] Gallia Braccata, postea *Narbonensis* et *Viennensis*

Digitized by Google

Vinii, magnitudine opum,[v] irritum. Pisonis supremam voluntatem paupertas firmavit.

49. Galbæ corpus diu neglectum et licentia tenebrarum plurimis ludibriis vexatum, dispensator Argius,[w] e prioribus[1] servis,[x] humili sepultura in privatis ejus hortis contexit. Ca-

tabulæ Vinii ob immensas opes haud validæ : tenuis fortuna Pisonis voluntatem ejus *ultimam ratam fecit.*

Galbæ cadaver diu spretum, et fiducia noctis, multis contumeliis illusum exagitatumque, dispensator Argius, e prioribus mancipiis, tenui funere sepelivit in pri-

omnes editi. Jac. Gronovius e Ms. Flor. mallet, *calidus*. Dixit quidem Livius, xxxv. 32. ' consilia calida et audacia.' *Callidus* tamen in Tacito retinuerim, ceteris libris Mss. consentientibus. *Brotier.*

1 Mallet eruditus Savilius, *e primoribus servis*. Sed *prioribus* habent libri omnes scripti et editi. Priores servos recte explicat Ernestus de servis quos Galba ante principatum habuerat. Argius Plutarcho in Galba, p. 1066. non

NOTÆ

dicta, pars meridionalis Galliæ regionis ad mare Mediterraneum : hodie Primatiatus *Viennæ*, &c. aut pars meridionalis regni *Franciæ*, cum parte vicina *Hispaniæ* et *Italiæ* recentiorum. *Tillemonius.*

[v] *Magnitudine opum*] Quas ad se traxit Otho, utpote avidus et indigeus. Debuit imperium militibus, et infra tale meritum fortuna ejus fuit, quantumvis amplissima. Suet. Oth. 6. ' Missis qui Galbam et Pisonem trucidarent, ad conciliandos pollicitationibus militum animos, nihil magis pro concione testatus est, quam id demum se habiturum, quod sibi illi reliquissent.'

[w] *Dispensator Argius*] Servorum alii *amanuenses erant*, alii *mediastini*, alii *dispensatores ;* ut reliquos omittam. *Dispensatores* dicti a pecunia dispensanda ; quales hodie in nobilium domibus ; vulgo *argentarii* dicuntur.

[x] *E prioribus servis*] Forte *servis primoribus :* servorum enim alii *primores*, alii *mediastini*.

Primorum apud Tacitum mentio Ann. IV. ' Lygdus ætate atque forma carus domino : interque primores ministros erat.'

Dispensatores autem loco fuisse digniore ex Sueton. apparet. Ner. 44. ' Certum dominis servorum numerum indixit, (Nero,) nec nisi ex tota cujusque familia probatissimos, ne dispensatoribus quidem aut amanuensibus exceptis, recepit.' *Savilius.*

Prioribus] Legunt *primoribus*, id est, præcipuis ministris, quod puto falsum : nam supra ad Agrippinæ rogum se occidit unus e minoribus libertis ipsius, et sepulta ipsa conditaque *exequiis vilibus*. ' Mox domesticorum cura, levem tumulum accepit.'

Et teste Suet. Ner. 50. de Nerone. ' Reliquias Ecloge et Alexandra nutrices cum Acte concubina, gentili Domitiorum monumento condiderunt.'

At pridem spreta illa Acte ; et quia non semper tales mortuos sepelire licet, ideo potentiores amici, seu liberti opulenti, non temere se his immiscent, sed minores servuli, quibus ex tenuitate fortunæ minor metus.

Nec semper plus amant principem, qui plura et majora beneficia accepe-

Digitized by Google

put,[a] per lixas[y] calonesque[z] suffixum laceratumque, ante Patrobii tumulum (libertus is Neronis, punitus a Galba fuerat) postera demum die repertum et cremato jam corpori admixtum est. Hunc exitum habuit[a] Ser. Galbæ, tribus et septuaginta annis[b] quinque Principes[c] prospera fortuna

vatis illius hortis. Cervix ejus *per lixas servosque militum lanceæ affixa, laniataque juxta sepulchrum Patrobii, qui libertus Neronis, supplicio affectus erat a Galba, postera tandem luce inventa est, et adjuncta corpori jam combusto. Hunc finem habuit Servius Galba, tres et septuaginta annos* natus; *is quinque Imperatores*

servus, sed libertus dicitur, Ἀργεῖος ἀπελεύθερος. *Brotier.*—2 In Ms. Reg. et editione principe, *caput ejus per lixas. Ejus* perperam e superioribus irrepsit.

NOTÆ

re. Sæpe primi deserunt, metu perdendi opes, quas bonis dominis rapuere. Sæpe astutia major inest potentioribus, at longe impar fides.

Sic et Domitianum, non *primores ministri*, seu ditiores liberti extulere, vel sepeliere, sed nutrix tantum vilibus exequiis ei parentare ausa est. Suet. 17. 'Cadaver ejus, populari sandapila per vespillones exportatum, Phyllix nutrix in suburbano suo, Latina via, funeravit.'

E prioribus servis] Id est, qui fuerant servi Galbæ, priusquam imperaret: sicque bene stat, *e prioribus*.

[y] *Caput, per lixas*] Lixæ, qui extra ordinem sine armis exercitum sequuntur quæstus gratia. Sic Suet. Galb. 20. Otho 'lixis calonibusque donavit: qui hasta suffixum, non sine ludibrio circum castra portarunt, acclamantes identidem: Galba, cupide fruaris ætate tua. Maxime irritati ad talem jocorum petulantiam, quod ante paucos dies exierat in vulgus, laudanti cuidam formam suam, ut adhuc floridam et vegetam, respondisse eum, ἔτι μοι μένος ἐμπεδόν ἐστι.'

[z] *Calonesque*] Militum servi sic dicti, quod post dominos baculos gestarent; Græcis κῶλα. Servius, Festus. *Savilius.*

[a] *Hunc exitum habuit*] 'Regnavit Galba menses novem, dies tredecim,' Dione teste. Sicque imperium occupare debuit mense Aprili, et imperare mensibus Maio, Junio, Julio, Augusto, Septembri, Octobri, Novembri, Decembri; ita ut pars mensis Aprilis, quo rebellare cœpit, et pars Januarii, quo imperare desiit, faciant mensem unum et præterea dies tredecim. Sic ille mensis additus aliis, facit novem menses Dionis: ad 18. Kal. Feb. occisus Galba, seu xv. Januarii.

Alii numerant septem menses, quos nempe intelligunt ab exstincto Nerone, quod mense Junio contigit.

Exitum habuit] Galba trucidatus est annos 73. natus; imperii sui mense septimo: anno Romæ conditæ 822. Christi 69. *Tillemonius.*

[b] *Tribus et septuaginta annis*] Natus erat Galba referente Suet. 4. Messalla et Lentulo Coss. 9. Kalend. Jan. anno ab urbe condita 751. Occisus anno 822. 18. Kalend. Febr. ita ut Galba vixerit tres et viginti tantum dies, supra annos septuaginta.

Suetonius tamen duobus aut tribus locis cum Tacito sentit. Solus Xiphilin. habet 72. et cum illis facit, qui numerum annorum augent. *Savilius.*

Digitized by Google

emensus, et alieno Imperio felicior, quam suo. Vetus in familia nobilitas, magnæ opes:[d] ipsi medium ingenium, magis extra vitia, quam cum virtutibus. Famæ nec incuriosus, nec venditator.[3] Pecuniæ alienæ non appetens, suæ parcus, publicæ[4] avarus. Amicorum libertorumque, ubi in bonos incidisset, sine reprehensione patiens; si mali forent, usque ad culpam ignarus.[5] Sed claritas natalium et metus temporum obtentui,[6] ut, quod segnitia erat,[e] sapi-

secunda fortuna percurrerat, alieno principatu magis faustus, quam suo. Antiqua in domo claritas, ingentes divitiæ: ipsi mediocre ingenium, et qui potius abesset a vitiis, quam virtutes haberet. Existimationis neque negligens, neque ostentator. Opum alienarum haud cupiens, suarum parcus, publicarum tenacissimus. Familiarium libertorumque, cum probi occurrissent, sine noxa patiens, si pravi essent, usque ad crimen inscius. Sed nobilitas stirpis, et formido imperitantium prætextui

Idem.—3 Budens. habet *vendicator*; i. e. *vindicator*; quod putat non spernendum Oberlinus.—4 Sic locum dedit Ms. meus: *alieni non appetens, sui parcus, publice avarus:* quod si verum, pro *publice* reformandum, *publici*; ut notavit Nicolaus Heinsius: videturque a Sallustio sumtum Catil. c. 5. 'alieni appetens, sui profusus.' Rursus Tacitum imitatus videtur Sidonius, ut notavit Pichena, l. III. ep. 5. 'vir alieni non appetens, sui parcus.' *Ryckius.*—5 Heinsius mallet *ignavus.*—6 Sic bene Mss. Flor. Reg. Bodl. Rhenanus et recentiores. In Mss. Harl. Jes. et veteribus editionibus, *obtinuit.* Sic quoque ad-

NOTÆ

[c] *Quinque Principes*] Augustum scil. Tiberium, Caium, Claudium et Neronem, quorum duo primi præsciverant ac prædixerant imperium Galbæ.

[d] *Magnæ opes*] Argumento est, quod etiam solicitatus sit ab Agrippina matre Neronis.

Suet. Galb. 5. 'Dedit et matrimonio operam: verum, amissa uxore Lepida, duobusque ex ea filiis, remansit in cœlibatu, neque solicitari ulla conditione amplius potuit, ne Agrippinæ quidem, viduatæ morte Domitii, quæ maritum quoque adhuc, necdum cœlibem Galbam, adeo omnibus solicitaverat modis, ut inter conventum matronarum, correpta jurgio, atque etiam manu pulsata sit a matre Lepidæ.'

Fuit etiam hæres Augustæ Liviæ. Suet. Galb. 5. 'Observavit ante omnes Liviam Augustam, cujus et viva gratia plurimum valuit, et mortuæ testamento pæne ditatus est.'

Et infra 8. 'Ex eo tempore prope ad medium Neronis principatum in secessu plurimum vixit: ne ad gestandum quidem unquam iter ingressus, quam ut secum vehiculo proximo decies HS. in auro efferret.' Decies HS. sunt nobis 25,000. coronati.

[e] *Quod segnitia erat*] Sic Sueton. Galb. 9. 'Primo acer, vehemens, &c. paulatim in desidiam segnitiemque conversus est, ne quid materiæ præberet Neroni; et ut dicere solebat, quod nemo rationem otii sui reddere cogeretur.'

Digitized by Google

entia vocaretur. Dum vigebat ætas, militari laude apud Germanias[f] floruit. Proconsule[7] Africam[g] moderate; jam senior, citeriorem Hispaniam[h] pari justitia continuit: major privato visus, dum privatus fuit, et omnium consensu[i] capax Imperii,[j] nisi imperasset.

50. Trepidam urbem, ac simul atrocitatem recentis sceleris, simul veteres Othonis mores paventem, novus insuper 'de Vitellio' nuntius exterruit, ante cædem Galbæ suppres-

erant, *ut quod inertia erat, prudentia appellaretur. Dum florebat ætas, militari fama celebratus est Germanicis in castris. Proconsul Africam modeste; et jam ætate grandis, pari æquitate rexit Hispaniam citeriorem: clarior privato habitus, dum privatus egit, et omnium opinione idoneus regendo imperio, nisi imperasset.*

Civitatem paridam ac perculsam immanitate novissimi facinoris, simul et *antiqua Othonis flagitia metuentem, exterruit adhuc nuperus* de Vitellio *rumor*, qui *ante*

ditum margini Ms. Bodl. *Brotier.*—7 *Proconsul* Mss. Corb. Reg. et editiones omnes ante J. Gronovium, qui e Ms. Flor. edidit, *proconsule:* nimio forte antiquitatis studio. *Brotier.* Bipont. recepere *pro Consule*, Ryckius *Proconsul.*

NOTÆ

[f] *Apud Germanias*] Dio l. LX. 'Eo anno,' (qui Claudii principatum inchoaverat,) 'Sulpicius Galba Cattos vicit.'

[g] *Proconsule Africam*] Sic Sueton. Galb. 7. 'Africam proconsule biennio obtinuit, extra sortem electus ad ordinandam provinciam, et intestina dissensione et barbarorum tumultu inquietam. Ordinavitque magna severitatis ac justitiæ cura, etiam in parvulis rebus.'

[h] *Citeriorem Hispaniam*] Hispania citerior, quæ et *Tarraconensis*, pars est septentrionalis, et plusquam dimidia totius Hispaniæ.

Hodie in eo tractu sunt *Catalaunia* principatus, excepto comitatu Ruscinonensi, *Roussillon*, et regna, seu provinciæ *Arragoniæ*, *Valenciæ*, cum insulis *Majorca*, *Minorca*, *Yvica*, &c. atque *Gallæcia*, *Asturiæ*, *Biscaya*, *Navarra*, et *Murcia* provinciæ integræ; necnon pars major *Castellæ* Veteris et Novæ, regnique *Leon*, et pars minima regnorum *Granadæ* et *Andalusiæ*; quæ regna vel provinciæ parent regi Catholico, quibusdam tamen exceptis, in principatu Catalauniæ, a rege Franciæ acquisitis. His omnibus addenda est pars septentrionalior *Portugalliæ*, sub ditione regis Portugalliæ, in Hispania. Ex Sansonis Geographia. *Tillemon.*

[i] *Omnium consensu*] Auson. 'Spem frustrate senex, privatus sceptra mereri Visus es; imperio proditus, inferior. Fama tibi melior juveni, sed justior ordo est; Complacuisse dehinc, displicuisse prius.'

Aliter Suet. Titus 7. 'Denique propalam alium Neronem et opinabantur et prædicabant. At illi ea fama pro bono cessit, conversaque est in maximas laudes; neque ullo vitio reperto, et contra virtutibus summis.'

[j] *Capax Imperii*] Plut. Galb. 'Libertis et amicis omnia venalia offerentibus obnoxius, neminem, qui ejus imperium desideraret, multos, qui mortem miserarentur, reliquit.'

Digitized by Google

sus,[k] ut, tantum superioris Germaniæ exercitum descivisse, crederetur. Tum 'duos, omnium mortalium[l] impudicitia, ignavia, luxuria deterrimos, velut ad perdendum[1] Imperium fataliter electos,'[2] non Senatus modo et Eques, quis aliqua pars et cura Reipublicæ, sed vulgus quoque[m] palam mœrere. Nec jam recentia sævæ pacis exempla, sed repetita bellorum civilium memoria: 'captam totiens[3] suis exercitibus[4] urbem, vastitatem Italiæ, direptiones provinciarum, Pharsaliam,[n] Philippos[o] et Perusiam[p] ac Mutinam,'[q] nota publi-

necem Galbæ occultatus erat, ita *ut putaretur solas superioris Germaniæ legiones defecisse. Tum patres non solum et equites* Rom. *quibus aliqua pars et amor Reip. sed et infima plebs dolere palam*, quod duo omnium hominum perditissimi, libidine, inertia, ac luxuria, malo fato velut ad subvertendam Rempub. profligandasque *imperii* opes evecti essent. *Nec jam nupera immanis otii facinora, sed prisca armorum civilium exempla obversabantur oculis*, expugnatam toties a suis legionibus civitatem, direptionem Italiæ, vastitatem provinciarum, Pharsaliam, Philippos, et Perusiam ac Mutinam, *famosa malorum publicorum vocu-*

1 Male emendavit Rhenanus, *ad partiendum imperium;* libris omnibus reclamantibus. *Brotier.*—2 Eleganter dictum. Nec tentandum cum Heinsio, *fataliter evectos.* Idem.—3 Budens. *quotiens.*—4 Sic bene Mss. et libri omnes editi ante Rhenanum, qui correxit, *suis civibus.* Brotier.

NOTÆ

[k] *Suppressus*] De Vitellii defectione suppressus nuntius, ita ut crederetur, descivisse tantum superioris Germaniæ legiones. Inferiori Germaniæ præerat Vitellius.

[l] *Duos omnium mortalium*] Otho et Vitellius hic pares, bono principi ex adverso consistunt. At Hist. II. ut impares sibi invicem opponuntur, cum distinctionis nota: 'Vitellii ignavæ voluptates, Othonis flagrantissimæ libidines: Vitellius ventre et gula sibi ipsi hostis; Otho luxu, sævitia, audacia Reipub. exitiosior ducebatur.'

[m] *Vulgus quoque*] Sic Tac. alibi: 'Vulgus et magnitudine nimia curarum expers populus;' et tamen non ubique *expers*, ut hinc colligitur, ne quidem curarum remp. spectantium: 'plebs, cui unica ex rep. annonæ cura,' inquit Tacitus alibi. *Savilius.*

[n] *Pharsaliam*] Pharsalus, urbs Phthiotidis tractus, in Thessalia provincia Græciæ: hodie *Farsa*, oppidum Thessaliæ recentioris. *Tillemon.*

[o] *Philippos*] Philippi, urbs Edonidis tractus, in prima regione Macedoniæ, et in finibus Thraciæ regionis: hodie *Philippipoli*, urbs tractus *Emboli*, in Macedonia hodierna, sub Turcico imperio Europæo. *Tillemon.*

[p] *Perusiam*] Perusia, urbs Hetruriæ regionis, in confinio Umbriæ: hodie *Perugia* Italis, et *Perouse* Francis, urbs provinciæ *Perugino*, in statu Ecclesiastico. *Tillemon.*

[q] *Mutinam*] Mutina, urbs Boiorum populorum, in Gallia Cispadana regione Italiæ: hodie *Modena* urbs Ducatus Modenæ, in Lombardia inferiore. *Tillemonius.*

Digitized by Google

carum cladium nomina,[r] loquebantur. 'Prope eversum orbem, etiam cum de Principatu inter bonos[s] certaretur: sed mansisse C. Julio, mansisse Cæsare Augusto victore, Imperium; mansuram fuisse,[t] sub Pompeio Brutoque, Rempublicam. Nunc pro Othone, an pro Vitellio, in templa ituros?[u] Utrasque impias preces, utraque detestanda vota,

bula, disserebant. Fere subversam Rempub. etiam cum de Imperio inter egregios dimicaretur: sed stetisse Rempublicam C. Julio, stetisse victore Cæsare Augusto, duraturam fuisse sub Pompeio Brutoque. Nunc an adituros delubra pro Othone, an pro Vitellio? Utraque scelesta vota, utrasque sup-

NOTÆ

[r] *Nota publicarum cladium nomina*] In Pharsalia Pompeium vicit Cæsar, anno urbis conditæ 706. in Philippicis Octavius et Antonius Brutum et Cassium, A. U. C. 712. in bello Perusino Octavius arma gessit adversus L. Antonium et Fulviam, A. U. C. 713. apud Mutinam consules Hirtius et Pansa cum M. Antonio hostiliter congressi sunt anno 710. *Savilius.*

[s] *Inter bonos*] Nempe si comparentur cum Othone et Vitellio, qui nullatenus comparandi cum ullo ex antiquis, qui de imperio olim certarunt; neque vel cum Marco Antonio aut Lepido, nedum cum Julio vel Augusto,

Inter bonos] Pompeios et Cæsares intelligit præcipue. Cic. Philip. 2. de Pompeio: 'Quid enim unquam domus illa, nisi pudicum, nisi ex optimo more et sanctissima disciplina? Fuit enim ille vir P. C. sicut scitis, cum foris clarus, tum domi admirandus; neque rebus exteris magis laudandus, quam institutis domesticis: hujus in sedibus, pro cubiculis, stabula,' &c.

[t] *Mansuram fuisse*] De Bruto nihil est quod me dubitare patiatur, fido prorsus libertatis oppressæ vindice.

De Pompeio plura mihi non permittunt idem judicium, quæ in contrariam potius sententiam impellunt, præeunte quoque Tacito hist. II. 'Mox e plebe infima C. Marius, et nobilium sævissimus L. Sylla victam armis libertatem in dominationem verterunt; post quos Cn. Pompeius occultior, non melior.'

Sallustius apud Sueton. I. de Clar. Grammaticis: 'Pompeius oris probi, animo inverecundo.'

Appianus Civil. II. commemorat, quæ Pompeio, eatenus non solito dissimulanter agere, exciderant verba, paulo ante commissos in acie Pharsalica exercitus.

Hoc et Tullii judicium est in literis ad Att. l. VIII. ep. 11. 'neutri σκοπὸς est ille, ut nos beati simus, uterque regnare vult.'

De Pompeio et Cæsare l. IX. ep. 6. 'Mirandum in modum Cneius noster Syllani regni similitudinem concepit, εἰδώς σοι λέγω, id est, certus hoc tibi affirmo: l. VII. 5. 'Ex victoria tum multa mala, tum certe tyrannis existet.' *Savilius.*

[u] *An pro Vitellio in templa ituros*] Cic. de provinciis consul. 'Hoc statuit senatus, cum frequens supplicationem Gabinio denegavit: primum homini sceleribus et flagitiis contaminatissimo nihil esse credendum: deinde a proditore, atque eo quem præsentem hostem Reipub. cognoscet, bene rem geri potuisse: postre-

Digitized by Google

inter duos, quorum bello solum id scires, deteriorem fore,[v] qui vicisset.' Erant, qui Vespasianum et arma Orientis augurarentur: et, ut potior utroque Vespasianus, ita bellum aliud atque[5] alias clades horrebant. Et ambigua de Vespasiano fama; solusque omnium ante se Principum in melius mutatus[w] est.

51. Nunc initia causasque motus Vitelliani expediam. Cæso cum omnibus copiis Julio Vindice,[x] ferox præda glo-

plicationes infandas, inter duos, quorum bello unum illud disceres, pejorem futurum, qui superasset. *Nec deerant, qui ominarentur prævideremtque Vespasianum ac bellum Orientis; et, ut præstantior utroque* erat *Vespasianus, ita motus novos et alia arma pavebant. Et dubia ancepsque* erat *de Vespasiano fama; et certe unus* ille *cunctorum ante se dominantium, ad meliorem frugem* ipso in principatu *conversus est.*

Nunc exequar principia et causas belli Vitelliani. Profligato Julio Vindice cum universo exercitu, superbæ præda gloriaque legiones Germanicæ, *ut quibus*

5 *et* Budens.

NOTÆ

mo nec Deos quidem immortales velle aperiri sua templa, et sibi supplicari, hominis impurissimi et sceleratissimi nomine.

In templa ituros] An pro talibus publice rem divinam facerent, qui pro se ipsis accedere ad aras non auderent? Hinc Nero vitavit Athenas et Mysteria Cereris, quibus boni principes initiari voluerunt, ut se pios et impollutos testarentur. Ideoque in templo Vestæ omnibus membris trepidarat Nero parricida. Suet. Ner. 19. 'Circuitis templis, cum in æde Vestæ resedisset, consurgenti ei primum lacinia obhæsit: deinde tanta oborta caligo est, ut dispicere non posset.'

Et Tac. l. xv. 36. 'Cum Vestæ quoque templum inisset, repente cunctos per artus tremens, seu numine exterrente, seu facinorum recordatione nunquam timore vacuus.'

[v] *Deteriorem fore*] Quippe æquata prius scelerum fama, ipsa victoriæ licentia valeret ad augenda victoris flagitia; victoria etiam egregios duces insolescere, ait Tacitus alibi. *Savilius.*

Quia non potest civis sine flagitio movere arma in Rempub. nec potest profligare cives, sine majori facinore: victus modeste agere cogitur: at qui vicit, facinorosa ea victoria se velut ad nova scelera accingit.

Suet. de Vitel. 10. 'Utque campos, in quibus pugnatum est, adiit, abhorrentes quosdam cadaverum tabem detestabili voce confirmare ausus est, Optime olere occisum hostem, et melius civem.'

[w] *In melius mutatus*] Imitatus hoc palam Ausonius, de eodem Vespasiano: 'Olim qui dubiam, privato in tempore, famam Par aliis princeps transtulit in melius.' Suetonium vide. *Lipsius.*

[x] *Cæso ... Vindice*] Heros ille, assertor orbis, Urbis, et generis humani vere vindex, exequiis publicis honoratus est, ut meruit. Plutar. Galba: 'Soli Vindici gratias agere Galba,

riaque exercitus, ut cui sine labore ac periculo ditissimi belli victoria evenisset, expeditionem quam otium,[1] præmia[2] quam stipendia malebat. Diu infructuosam et asperam militiam toleraverant,[3] ingenio loci cœlique[y] et severitate[z] disciplinæ; quam, in pace inexorabilem, discordiæ civium resolvunt, paratis utrimque[a] corruptoribus et perfidia impunita. Viri, arma, equi, ad usum[4] et ad decus[5][b] supererant:

obtigisset profligare bellum opulentissimum sine labore aut discrimine, malebant aciem et prælia, prædamque quam stipendia. Diuque sustinuerant militiam sterilem et difficilem, situ ac natura soli cœlique, et asperitate disciplinæ; quam in otio astrictam dissensiones civiles relaxant, obviis utrobique qui fidem solicitent, et transfugiis inultis. Viri, equi, arma affluebant, et ad usum et ad pompam. Sed

1 Vulgo legebatur *expeditionem et aciem:* et sic Brotier. ceterique Edd. Mallet Lipsius, *expeditionem, quam otium.* At vera Cornelianaque vetus scriptura. Nec arte compositis ἀντιθέτοις gaudet Tacitus. *Brotier.* Bipont. ulcus hujus loci sic sanare parant: *exped. et facilia pr. q. stip.* scil. ordinaria laboribus, quos in pace disciplina postulabat, conjuncta. Ut ingeniosa hæc, aptior tamen Lipsiana ratio et recipienda videtur. Probabat et Acidalius. *Oberl.*—2 Male tentat Boxhornius, *prædam.* Rutgersius, *prælia.* Nihil omnino mutandum. Hæc enim frigida: elegans vero Taciti dictio. *Brotier.* —3 Gronovius, Ryckius, et Brotierus legunt, *diuque . . . . toleraverat.* Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et Jac. Gronovius, *diu infructuosam . . . . toleraverant.* Forte ita scripserat Tacitus, qui orationis varietate delectatur. In Ms. Bodl. copula *que* secunda manu deleta. *Brotier.* Lectionem Msti. Flor. et recepere Bipont.—4 Ms. Corb. et editio princeps, *ad usus.*—5 Idem *ad dedecus.*

NOTÆ

ejusque defuncti honorem colere et publicis exequiis venerari, quasi ejus opera Imperator electus esset.'

[y] *Ingenio loci cœlique*] Hist. II. 'Germanica hyberna cœlo ac laboribus dura.' *Savilius.*

[z] *Severitate*] Nam contractæ et excitæ legiones adversus Vindicem et Gallias, jam suas vires expertæ erant; hinc superbia et contumacia, prædam malebant, bellum et aciem, quam otium, quam pacem aut principem.

Sufficiebat nomen aut prætextus cujuscumque ducis; et jam olim initio Tiberii idem agitabant, si ducem reperissent, aut in alium principem incurrissent.

[a] *Paratis utrimque*] Intelligit per bella civilia paratos esse, ex utraque parte, qui militem solicitent ac corrumpant, et crimen perfugarum inultum: immo et tum merces sceleri et perfidiæ persolvitur vera fide.

[b] *Ad usum et ad decus*] Legere velit Rhenanus ex lib. Mss. *ad dedecus.* Sed maxime fallitur. Videat hist. l. II. 89. an fuerint *viri, arma* et *equi ad dedecus,* cum Romam, velut triumphantes ingressæ sunt legiones Germanicæ.

Nempe 'quatuor legionum aquilæ per frontem, totidemque circa e legionibus aliis vexilla, mox duodecim alarum signa, et post peditum ordines eques; dein quatuor et triginta cohortes, ut nomina gentium aut species armorum forent discretæ . . . . decora facies, et non Vitellio principe dignus exercitus.' Sic infra

sed ante bellum[c] centurias tantum suas[d] turmasque[e] noverant: exercitus[f] finibus provinciarum[g] discernebantur. Tum adversus Vindicem contractæ[6] legiones, seque et Gallias expertæ, quærere rursus arma, novasque discordias: nec 'socios,'[h] ut olim, sed 'hostes, et victos' vocabant. Nec deerat pars Galliarum, quæ[i] Rhenum[j] accolit, easdem partes secuta, ac tum acerrima instigatrix adversus *Galbianos:* hoc enim nomen, fastidito[7] Vindice, indiderant. Igi-

ante motum hunc *agnoscebant solummodo cohortes suas turmasque; exercitus distinguebantur limitibus provinciarum. Tum convocatæ legiones adversus Vindicem, cum sui et Galliarum periculum fecissent, moliri iterum bella, novosque* agitare *motus; nec appellabant* Gallos, *ut olim* socios, *sed* hostes et victos. *Etiam adjuvabat pars Galliarum, quæ prope Rhenum posita est, favebatque iisdem partibus, et tum vehementissime incitabat contra* Galbianos: *illud quippe* adversis partibus *vocabulum imposuerant, contemto Vindice. Itaque infesti Sequanis et*

—6 Puteol. et Alciati Edd. *confractæ.* Sic et Budens.—7 Perperam tenta-

NOTÆ

57. 'Nec principes modo coloniarum aut castrorum, quibus præsentia ex affluenti, et parta victoria magna spes; sed manipuli quoque et gregarius miles, viatica sua et balteos phalerasque, insignia armorum argento decora, loco pecuniæ tradebant.' En *decus* armorum.

[c] *Ante bellum*] Vindicis, nempe.

[d] *Centurias tantum suas*] Nempe legiones *per centurias* seu cohortes, et per alas seu vexillarios dispersæ in præsidiis et castellis, et in alia ministeria belli; nec ante per multum temporis excitæ ex suis præsidiis erant, *at tum adversus Vindicem contractæ legiones.* Infra c. 51. 'Ubi vires suas respexerant, securitate,' &c.

[e] *Turmasque*] Sic discreti et separati invicem, neque multitudini vel robori suo audacius fidebant, neque viribus aut flagitiis juncti simul perinde conspirabant. Sed bello Vindicis contracti, tum vires suas experti bello et victoria, tum exarsere animis, et se et Rempub. et principes pessumdedere.

[f] *Exercitus*] Nempe duo *exercitus*, superioris et inferioris Germaniæ, *finibus* harum *provinciarum discernebantur.* Nec certe licuit legato, arma aut legiones suas inferre alienæ provinciæ, nisi proprio jussu principis.

Tac. l. XIII. 53. 'Vetus Mosellam atque Ararim, facta inter utrumque fossa, connectere parabat .... Invidit operi Ælius Gracilis Belgicæ legatus, deterrendo Veterem, ne legiones alienæ provinciæ inferret, studiaque Galliarum affectaret: formidolosum id imperatori,' &c.

Et etiam cum Vindice fuerunt tantum legiones superioris Germaniæ, cum auxiliis Belgarum. Stetere immotæ legiones inferioris exercitus, licet etiam suspensis et erectis animis, ut in tanto motu.

[g] *Finibus provinciarum*] Substiterunt ergo ibi, (quantum mihi constat,) in bello adversus Vindicem, ubi superior tantum exercitus præsens fuit, ex consensu omnium scriptorum; immo et ipsius passim Taciti. *Savilius.*

[h] *Nec socios*] Gallos nempe, in

Digitized by Google

tur Sequanis[k] Æduisque,[l] ac deinde, prout opulentia civitatibus erat, infensi, expugnationes urbium, populationes agrorum, raptus penatium hauserunt animo; super[8] avaritiam et arrogantiam, præcipua validiorum vitia, contumacia Gallorum irritati, qui, 'remissam sibi a Galba quartam tributorum partem; eos publice damnatos,[9][m] in ignomi-

Æduis, ac deinde aliis, *prout opes provinciis erant, præsumsere animo captas civitates, vastatos agros, direptas domos: et præter cupiditatem ac superbiam, quæ maxima flagitia potentiorum,* etiam *pervicacia Gallorum incitabantur, qui* condonatam sibi a Galba quartam partem vectigalium; et se publice remuneratos

bat Dionysius Gothofredus, *fatis dato Vindice.* Brotier.—8 Ita bene Ms. Flor. Picheua et recentiores. Sic jam Annal. XIII. 18. 'super ingenitam avaritiam.' In Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. et editionibus veteribus, *secundum avaritiam.* Brotier.—9 Omnes editiones legunt *donatos;* scil. agris, quos Galba Treviris eripuerat, aliisque: *et damno finium perculerat,* ut infra dicit c. 53. *Lipsius.* Bipont. bene notant, quid hoc in ignominiam exercitus, si Galli donentur agro? itaque legunt *publice damnatos,* ut cohæreat cum seq. Melius non succurrit. Recipio, sed sic *et* in *eos* mutandum puto. Est tamen conjectura audacula. *Oberlin.*

NOTÆ

quos pugnaverant. *Savilius.*

[l] *Pars Galliarum quæ*] Intelligit Belgicam regionem.

[l] *Rhenum*] Rhenus, fluvius Illyrici late sumti, Germaniæ, et Galliæ regionum, labitur in Oceanum Germanicum: hodie vocamus *Rhein,* est in imperio Allemaniæ, &c. Nunc in arenis comitatus Hollandiæ, prope burgum *Katwyck-op-zee,* deficit, et nomen amittit. *Tillemon.*

[k] *Sequanis*] Sequani, populi provinciæ Lugdunensis Quintæ, seu Maximæ Sequanorum, in Celtica vel Lugdunensi regione Galliæ. Hodie diœcesis Archiepiscopatus *Besançon.* Vel secundum divisionem temporalem, nunc est fere omnis comitatus Burgundiæ, vulgo *Franche Comté:* hæc provincia fuit aliquando pars meridionalis circuli Burgundiæ in Allemaniæ imperio; Regi Catholico etiam paruit; nunc vero Rex Franciæ hunc comitatum possidet. *Tillemon.*

[l] *Æduisque*] Ædui, populi provinciæ Lugdunensis Primæ, ad Ararim fluvium, in Celtica seu Lugdunensi Galliæ regione: hodie diœceses Episcopatuum *Autun, Chalon,* et *Mascon.* Vel secundum divisionem temporalem, pars est major et meridionalis ducatus Burgundiæ *Bourgogne,* partesque provinciarum *Bresse, Beaujolois, Bourbonnois,* et *Nivernois,* in latere orientali regni Franciæ. *Tillemon.*

[m] *Publice donatos*] Agris, scil. quos Galba Treviris eripuerat aliisque, *et damno finium perculerat,* ut infra habet. *Lipsius.*

Publice, id est, κοινῇ. Primores enim Galliæ privilegium illud ante Claudii tempora impetraverant Ann. l. XI. 'Primores Galliæ fœdera et civitatem Rom. pridem assecuti.' *Savilius.*

Donatos] Forte et intelligit tributa remissa, hoc quippe *donum* non mediocre; simul et *civitatem* Rom. quam Gallis concesserat Galba.

Digitized by Google

niam[n] exercitus,' jactabant. Accessit callide vulgatum, temere creditum, 'decumari legiones[o] et promtissimum quemque Centurionum dimitti:' undique atroces nuntii, sinistra ex urbe fama:[p] infensa Lugdunensis colonia,[q] et,

esse, in dedecus legionum *gloriabantur*. *Adjectus est* rumor, qui *callide sparsus et inconsulto creditus*, scil. decimum quemque legionariorum plecti, et stremissimum quemque centurionum exauctorari: *passim truces nuntii, ambiguus ex urbe rumor; infesta Lugdunensis colonia, et plena rumorum, ex pervicaci fide*

NOTÆ

[n] *In ignominiam*] Quia velut in contumeliam legionum refundi putabatur, quod ii populi essent donati a principe ac remunerati, quos hæ legiones bello vicissent, dum ipsæ interea pro imperio dimicantes spernerentur, et nullum his victoriæ decus aut præmium ostenderetur.

[o] *Decumari legiones*] Quod callide fictum ex ingenio Galbæ, qui veterem disciplinæ severitatem ostentabat.

Decumari legiones] Olim apud Romanos, si magna pars exercitus signa amisisset, et abjectis armis turpiter profugisset, signiferi et centuriones, damnante præfecto, ad mortem rapiebantur, atque ex gregario milite pars decima.

Exemplum in Livio est, l. II. Appii Claudii in bello Volscorum; in Dione Augusti et Antonii, l. XLIX.: et in Tacito L. Apronii proconsulis Africæ, collapsa jam veterum disciplina, Annal. III.

Modum describit Polybius VI. 36. neque huic tantum pœnæ eos obnoxios reddidit λειποταξία et ὁπλοριψία, id est, quod *ordines deseruissent, armaque abjecissent*, sed et *seditio*.

Scipio in Hispania bello Punico secundo, (cujus etiam rei exempla consecutis extant temporibus, cum penitus evaluisset militaris disciplinæ auctoritas,) Cæsar Placentiæ, revocarunt obliteratum pæne morem, et Antonius Brundusii. Liv. l. XXVIII. Appianus Civil. II. et III. Dio l. XLIII. *Savilius*.

[p] *Sinistra ex urbe fama*] Roma scil. unde sinistri rumores ad exercitus Germanicos afferebantur. Nam de Galba multa fama sævitiæ simul atque avaritiæ, et qui majore adeo et favore et auctoritate adeptus est quam gessit imperium, ut ait Suetonius.

[q] *Infensa Lugdunensis colonia*] Senatus metuens, ne Lepidus et Plancus, a se in Italiam exciti, proditis suis partibus ad Antonium deficerent, in Gallia eos subsistere jusserat, qui condiderunt Coloniam Lugdunensem, ad confinentes Rhodani et Saonæ, seu Araris, recipiendis, quos Allobroges antea Vienna expulerant. Dio l. XLVI.

Postquam autem sub Nerone Lugdunum conflagrasset, *hanc cladem*, inquit Tacitus Ann. XVI. *quadragies* H S. id est, 3125. lib. Anglicanæ monetæ solatus est princeps; ita ut postea, turbante Vindice, sui in Neronem studii justas haberent causas, et odii in Galbam, qui *reditus* ipsorum, *occasione iræ, in fiscum verterat*. Savilius. Quadragies H S. sunt centum millia coronatorum, seu 300,000. libræ.

Infensa Lugdunensis] Juverat eam liberalitate sua Nero; sed magis infensa partibus Galbianis erat, ob æmulationem in Viennenses, quam ex causa communi.

Digitized by Google

pertinaci pro Nerone fide, fœcunda rumoribus. Sed plurima ad fingendum credendumque materies in ipsis castris, odio, metu, et, ubi vires suas respexerant, securitate.

52. Sub ipsas superioris[1] anni Kal. Decembres[2] Aulus Vitellius, inferiorem Germaniam ingressus, hyberna legionum cum cura adierat: redditi plerisque ordines, remissa ignominia, allevatæ notæ:[r] plura ambitione, quædam judicio: in quibus sordem[3][s] et avaritiam Fonteii Capitonis, adimendis assignandisve[4] militiæ ordinibus, integre mutaverat.[t] Nec Consularis Legati mensura,[u] sed in majus omnia acci-

in Neronem. Sed amplissima erat *materies ad ementienda credendaque* vana rumorum *in ipsis castris* legionum, *ex offensione, formidine, et* etiam, *cum ad robur suum adverterant, fiducia.*

Circa easdem prioris anni Kal. Decemb. Aulus Vitellius in inferiorem Germaniam advectus, non sine cura castra legionum perlustraverat: restituta plerisque munia, condonata flagitia, exemtæ notæ: multa dominandi libidine, nonnulla recto consilio: inter quæ juste et recte mutaverat sordes et avaritiam Fonteii Capitonis, in auferendis vel tribuendis belli muniis. Nec pro modo Consularis Legati, sed in

1 *prioris* Budens.—2 *Decembris* Gronovius.—3 Ita libri omnes scripti et editi. Nec necessario *sordes* tentat Acidalius. Singulari Plautus, Cicero, Horatius, aliique scriptores optimi usi sunt. *Brotier.*—4 Ms. Corb. et editio

NOTÆ

Lugdunensis colonia] Lugdunum, urbs Segusianorum populorum, ad Ararim et Rhodanum amnes, in Lugdunensi Prima, Celticæ seu Lugdunensis regionis provincia: hodie *Lyon*, urbs primaria provinciæ *Lyonnois*, in parte orientali et meridionali regni Franciæ. *Tillemon.*

[r] *Notæ*] Multi generis hæ *notæ* militares. Aliis hordeum pro frumento datum, aliquando extra castra tendebant, et sine tentoriis, aliquando balteus ademtus.

Alias a gradu militiæ in inferiores dejecti, vel ad impedimenta remissi; aliquando stantes cœnabant, cum alii sederent; aliquando in carcere detenti.

Alias decimus quisque fuste percussi, vel vicesimus, vel centesimus quisque; aliquando etiam iis sanguis missus, ut contumacia cohibereretur.

[s] *Sordem*] Melius *sordes*, ex Tac. ipso.

[t] *Mutaverat*] Suet. Vitell. 8. 'Castra vero ingressus, nihil cuiquam poscenti negavit: atque etiam ultro ignominiosis notas, reis sordes, damnatis supplicia demsit.'

[u] *Consularis legati mensura*] Quæ gessit Vitellius per hyberna legionum Germanicarum, non quasi pro potestate aut auctoritate consularis legati facta, sed in majus omnia interpretabatur miles.

Quæ cupit vulgus, in immensum verbis et opinione auget. Infra: 'Vitellio tres patris consulatus, censuram, collegium Cæsaris, et imponere jampridem Imperatoris dignita-

Digitized by Google

piebantur. Et[5] Vitellius apud severos humilis.[v] Id[6] comitatem[w] bonitatemque faventes vocabant, quod sine modo, sine judicio donaret sua, largiretur aliena: simul aviditate imperandi.[7] Ipsa vitia[x] pro virtutibus interpretabantur multi in utroque exercitu sicut modesti[8] quietique, ita mali

majus cuncta intelligebantur. Et Vitellius, ut *apud* viros *graves, humilis. Ita urbanitatem facilitatemque faventes appellabant, quia sine mensura, sine prudentia, suas opes largiretur, tribueret alienas: etiam cupiditate dominandi, accipiebant ipsa flagitia pro bonis artibus. Plurimi in utrisque castris, ut boni ac pacifici, ita*

princeps, *adsignandisque.*—5 Malebat Rhenanus, *et ut Vitellius.* In Ms. Agr. secunda manu, *ut Vitellius.*—6 Sic Grotius; quod et recepere Bipont. Vulgo *ita.*—7 Hic locus a Brotiero et ceteris Editoribus, præter Bipontinos, sic interpungitur: *sim. arid. imperandi, ips. vit. pro virt. interpretabantur. Multi, &c.* et *aviditate imperandi* dictum ait Brotier. pro *aviditate ut imperarentur.* Passive enim, inquit, hic dicitur; solito antiquis scriptoribus more gerundia active et passive usurpandi. Nec aliter locutus est Sallustius, Jugurth. 66. 'Igitur Jugurtha, ubi armis, virisque, et pecunia spoliatus est, cum ipse ad imperandum, (*id est*, ut ei imperaretur,) Tisidium vocaretur, rursus cœpit flectere animum suum, et ex mala conscientia digna timere.' Pariter Cicero, Epist. IX. 25. 'Nunc ades ad imperandum, vel ad parendum potius: sic enim antiqui loquebantur.' *Cantando* pro *dum incantatur* dixit quoque Virgilius, Ecl. VIII. 71. 'Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.' Vide Servium ad hunc locum. Perperam ergo Ryckius, præceptorem suum J. F. Gronovium secutus, pro *imperandi*, in Tacito emendavit et edidit, *impetrandi.* Brotier.—8 [Brotier. legit *mod. et quicti.*] Mallet Colerus, *immodesti*, ut *quietis* opponatur. Immo *modesti et quicti* opponun-

NOTÆ

tem, et auferre privati securitatem.'

[v] *Et Vitellius apud severos humilis*] Sic fere Sallustius Catil. 'Jampridem equidem nos vera rerum vocabula amisimus; quia bona aliena largiri, liberalitas; malarum rerum audacia, fortitudo vocatur.'

[w] *Comitatem*] Sic lege, (non *ita com.* ut vulg.): hoc et Grotius notavit. Vitellius, inquit, recta æstimatione hominum gravium, nimis se demittebat abjiciebatque; et, ut ait Suetonius, 'Tota via caligatorum quemque exosculans; perque stabula ac diversoria mulionibus et viatoribus præter modum comis, ut mane singulos, jamne jentassent, sciscitaretur, seque fecisse, ructu ostentaret.'

Idque illi *vilitatem*, alii *comitatem* vocabant: quemadmodum etiam *bonitatem* appellabant, quod sine modo, *sine judicio donaret sua, largiretur aliena.*

Neque *bonitatis* vocabulum pertinet ad humilitatem excusandam, ut viri docti accepisse videntur, sed ad excusandam liberalitatem inordinatam; qua sine judicio donaret sua, largiretur aliena. *Gronovius.*

Severi, id est, graves et honesti viri, *humilitatem* in Vitellio notabant; qua nempe servilitor abblandiretur vilibus capitibus; et hoc idem faventes, *comitatem* et *bonitatem* appellabant.

Forte *ut* ibi subintelligendum. *Et ut Vitellius apud severos humilis, ita, &c.*

[x] *Aviditate imperandi, ipsa vitia*] Sic vulgo interpungitur: Propter cupidi-

Digitized by Google

et strenui.[9] Sed[10] profusa cupidine[7] et insigni temeritate Legati legionum,[8] Alienus[11] Cæcina et Fabius Valens: e quibus Valens, infensus Galbæ, tanquam detectam[12 a] a se Verginii cunctationem,[12 b] oppressa Capitonis consilia in-

improbi et audaces multi. *Sed immensa cupidine, et præcipua audacia legati legionum, Alienus Cæcina, et Fabius Valens; e quibus Valens infestus Galbæ, tanquam abstulisset præmium sibi debitum, ob patefactam Verginii dubitationem, et*

tur *malis et strenuis*, ut recte observat Cl. Ernestus. *Brotier.*—9 Corrupte Mss. Harl. Bodl. *et extremi.* In eorum margine additum, *strenui.* Sic quoque fuit in Ms. Guelf. ut ex Ernesto potest conjici. *Idem.*—10 Male Rhenanus, *et profusa.* Brotier.—11 Sic bene Mss. Flor. Reg. Agr. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *A. Cecina.* Idem.—12 Sic bene Puteolanus et recentiores. Rhenanus, *detecta .... cunctatione.* Ms. Reg. *discretam* pro *detectam.* Editio princeps, *decretam.*

NOTÆ

nem dominandi, ipsa *vitia*, nempe *comitas* et liberalitas effusa, pro virtutibus æstimabantur, quæ certe erant vera vitia; hæc tamen veluti nobilitare Vitellius regnandi cupidine videbatur.

Ipsa vitia] Ipsa et vitia, quia non ex indole Vitellii forte, sed ex aviditate imperandi existere putabant, *pro virtutibus interpretabantur.*

[7] *Sed profusa cupidine*] Bene, *sed profusa:* opponit enim illos legatos plebeiis militibus, quorum virtutes aut vitia nondum eo excreverant, ut adæquarent cupidinem legatorum.

[8] *Legati legionum*] Valens in Germania inferiore, et Cæcina in superiore, ubi penes Hordeouium Flaccum præfectura. *Sarilius.*

[a] *Tanquam detectam*] Teste Plutarch. Galb. 'Aliam et operam magni momenti navarat Fabius Galbæ: nempe primus adegerat legionem, cui præerat in inferiori Germania, in nomen Galbæ. Quod exemplum statim secutæ aliæ legiones et superioris et inferioris exercitus: quod certe maximi momenti fuit.'

[b] *Cunctationem*] Quod nempe conniveret Verginius velut ambiguus, et cunctando aleret discordiam legionum; quasi dubitaret, an ipse imperium sibi oblatum acciperet.

Et certe arbitrium principis eligendi senatui detulerat Verginius; nec tam unum aliquem fovere videbatur, quam alium a Galba.

Irascebatur Verginius, quod novo exemplo provincia principem faceret, non S. P. Q. R. quod legio una in Hispania id sibi arrogaret, veluti spreto robore imperii et exercituum, qui in Germania Verginio parebant, offerebantque principatum.

Et certe modicus honos habitus Verginio, cum obviam Galbæ venisset, ex Hispania venienti.

Quod oriebatur haud dubie ex suspicione senis dominantis, et ex illa cunctatione quam Galbæ renuntiarat iste Valens, qui tamen nullum tulit fructum criminis, præter novas spes aliorum facinorum.

Hinc infensus Galbæ Verginius, qui tamen nihil aliud etiam in castris Othonis, quam ea flagitia militiæ, et imperium ipsum, tum rursus oblatum, sprevit.

Digitized by Google

grate tulisset,[e] instigare Vitellium, 'ardorem militum' ostentans. 'Ipsum celebri ubique fama: nullam in Flacco Hordeonio moram: affore Britanniam: secutura Germanorum[d] auxilia: male fidas provincias:[e] precarium seni Imperium et brevi transiturum: panderet modo sinum et venienti Fortunæ occurreret. Merito dubitasse Verginium,[f] Equestri familia, ignoto patre:[g] imparem, si recepisset Imperium, tutum, si recusasset. Vitellio tres patris Consulatus, Censuram, collegium Cæsaris,[h] imponere[13] jampridem Imperatoris dignationem,[i] auferre[13] privati securitatem.'

cohibita Capitonis cœpta, incitare Vitellium, ipsi favorem legionum *ostendens*. Ipsum illustri ubique existimatione *florere:* nullum ex Flacco Hordeonio impedimentum: secuturam Britanniam: affuturas auxiliares Germanorum copias: ambiguas provincias: precarium *et velut alieni arbitrii esse* principatum senis, nec diu duraturum, *etiam si nemo lacesseret:* offerret tantummodo gremium, et offerenti se fortunæ traderet. Non abs re deliberasse Verginium, equestri loco, ignobili patre; haud parem, si accepisset principatum, securum, si abnuisset. Patrem ter consulem, censorem, collegam *Claudii* principis, Vitellio addere jam diu diguitatem principis, *simul et* adimere pri-

Brotier.—13 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, sine ulla copula, quod placet Cl. Ernesto. *Et impon. et auf.* in Mss. Flor. Reg. Corb. ed. pr.

NOTÆ

[e] *Tulisset*] *Tulisset* ibi, pro *abstulisset*. Sensus videtur esse, quasi Valens diceret, Galbam tanti meriti fructum tulisse; ad ipsum autem solum laborem invidiamque rediisse.

[d] *Germanorum*] Qui nempe socii Romanorum magna ex parte, et inter *auxiliares* legionum fere erant.

[e] *Male fidas provincias*] *Præsertim Treveros*, ac *Lingones*, quia finibus mulctati a Galba, et Agrippinensis Colonia et Lugdunensis, illa ob vicinitatem legionum, ista ob studium in Neronem; utpote cujus pecunia et largitione instaurata erat post incendium.

Infra 57. 'Ardorem exercituum Agrippinenses, Treveri, Lingones æquabant, auxilia, equos, arma, pecunias offerentes, ut quisque corpore, opibus, ingenio validus.'

[f] *Verginium*] Plinius vicina Como urbe genitum Verginium tradidit; quapropter secum habuisse conjunctas possessiones, tum suæ villæ nomen *Alsiam*, ut dubio procul Verginius Mediolanensis fuerit.

Quod ostendunt frequentia marmora, quæ passim hic occurrunt, Virginii nomine inscripto.

Sed et *Alsia* adhuc servat nomen in Varisiensi præfectura; unde et familia est mea. *Alciatus.*

[g] *Ignoto patre*] Id est, obscuro et ignobili. Comparat illum cum patre Vitellii, qui *ter consul, censor, et collega Cæsaris.*

Ignoto] Ignobili scil. quia eques Rom. nec inter *notos* seu *illustres* equites Rom.

[h] *Collegium Cæsaris*] Suet. Vitell. 2. 'L. Vitellius, Imperatoris pater,

Digitized by Google

Quatiebatur his segne ingenium, ut concupisceret[j] magis, quam ut[14] speraret.

53. At in superiore Germania, Cæcina, decora juventa, corpore ingens,[k] animi immodicus,[l] scito[1] sermone,[m] erecto incessu, studia militum illexerat.[2] Hunc juvenem Galba, Quæstorem in Bætica,[n] impigre in partes suas trans-

vati incolumitatem. *Morebatur his tardus* Vitellii *animus, ut desideraret magis, quam ut sperare auderet.*

At in superiore Germania, Cæcina, formosa adolescentia, statura procerus, altos spiritus gerens, promta oratione, elato incessu, sibi *militum animos conciliarat. Hunc adolescentem Galba præfecit legioni, cum quæstor in Bætica haud segniter*

quos sequitur Brotierus, et omnes recentiores.—14 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. A Mss. Corb. Reg. Agr. et editione principe abest, *ut:* quod et omisit Ryckius.

1 Mss. et veteres editiones, *cito sermone:* et sic Gronovius et Ryckius. Conjiciebat Lipsius, *scito.* Ernestus et recentiores recepere. Forte tamen ipsa verborum volubilitas in Cæcina laudabatur. *Brotier.*—2 Rhenanus, *el-*

NOTÆ

cum Claudio principe, duos ordinarios consulatus, censuramque gessit.'

[i] *Imperatoris dignationem, auferre*] Similis sententia lib. seq. Muciani ad Vespasianum: 'confugiendum est ad imperium.' Magni enim viri semper suspecti imperitantibus, et ideo vita eorum perpetuo in discrimine. *Pichena.*

[j] *Concupisceret*] Ut cupere magis auderet, quam id unquam obtenturum speraret: nempe cupiditate, animo et voto magis, quam fiducia aut spe imperium agitabat.

[k] *Corpore ingens*] C. Plinius Ep. Arrio Clementi: 'In Euphrate multa sic eminent, et elucent, &c. Ad hæc proceritas corporis, decora facies, demissus capillus, ingens et cana barba: quæ licet fortuita, et inania putentur, illi tamen plurimum venerationis acquirunt,' &c.

Et certe *inania* hæc sæpe gratiora in vulgus. Curtius l. III. de Alexandro: 'Ætas quoque vix tantis matura rebus, sed abunde sufficiens; omnia etiam ejus opera honestabat, et quæ leviora haberi solent, plerumque in re militari gratiora vulgo sunt.'

[l] *Animi immodicus*] Ne de fortitudine animi præcise intelligas, quamvis ea et homini forte adesset; sed de fastu, de vanitate et ambitione summa, ita ut quemadmodum eminebat corpore, ita et fastu animi *immodicus* esset, ut sublimia quæque et excelsa animo agitaret.

[m] *Cito sermone*] An *scito?* Lipsius. Forte *scito sermone:* hic enim magis valeat conciliandis vulgi animis, quam *citus.*

Magis tamen probem vocem *cito*, quia *animi immodicus* Cæcina, et *citus* sermo conveniat magisque videatur militaris, quam *scitus*, aut venustus; sicque magis accommodatus ingenio castrorum et studiis militum illiciendis.

[n] *Bætica*] Provincia Hispaniæ Ulterioris ad Oceanum occidentalem, et ad mare Mediterraneum: hodie pars major regnorum *Andalusiæ* et *Grana-*

Digitized by Google

gressum, legioni præposuit: mox compertum,[3] [o] publicam pecuniam avertisse,[p] ut peculatorem flagitari jussit. Cæcina ægre passus, miscere cuncta et privata vulnera Reipublicæ malis operire[q] statuit. Nec deerant in exercitu[r] semina discordiæ: quod et bello adversus Vindicem universus affuerat, nec, nisi occiso Nerone, translatus in Galbam,[s] atque in eo ipso sacramento vexillis[t] inferioris Ger-

in partes suas transiisset; dein manifestum subreptæ pecuniæ publicæ, tanquam furem postulari jussit. Cæcina id *iniquo animo ferens, turbare* ac sus deque vertere *omnia, et privata mala publicis calamitatibus obruere decrevit. Nec deerant in castris semina dissensionum; et quod prælio adversus Vindicem legiones omnes affuissent, nec nisi interemto Nerone, transgressæ ad Galbam* forent, *atque* eas *anteverterat* exercitus *inferioris Germaniæ,* priorque *in verba Galbæ* adactus erat.

lexerat; operarum, ut videtur, errore. Nulli enim suffragantur libri. *Idem.* —3 Non male *compertu.* Lipsius.

NOTÆ

tæ, et pars quædam *Castellæ Novæ* sub ditione Regis Catholici, in Hispania. *Tillemon.*

[o] *Compertum*] Cæcina quæstor in Bætica, statim in partes Galbianas transgressus est, et propterea illum legioni præfecit Galba, nondum comperto crimine.

Nam puto, cum adhuc quæstor esset, nutante adhuc fortuna seu imperio inter Galbam et Neronem, avertere atque intercipere ausus est Cæcina pecuniam publicam.

Attamen legatus legionis factus, et nondum criminis manifestus, perstitit in munere, mansit legatus, quia non potuit Galba vindicare scelus, ob brevitatem Imperii. Illum, scil. legatum legioni imposuerat Galba in Germania superiori.

[p] *Avertisse*] Haud dubie in Bætica ipsa: nam penes *quæstorem* pecunia publica, cujus avarus Galba teste Tacito.

[q] *Privata vulnera Reip. malis operire*] Sic dixit orator Rom. pro Sextio: ' Etenim in tanto civium numero, magna multitudo eorum, qui aut propter metum pœnæ, peccatorum suorum conscii, novos motus conversionesque Reipub. quærant; aut qui propter insitum quendam animi furorem, discordiis civium ac seditione pascantur; aut qui propter implicationem rei familiaris, communi incendio malint, quam suo deflagrare.'

Operire] Mederi privatis malis publica clade statuit, seu privatas injurias exitio Reipub. vindicare: sic videri volebat injurias esse, quæ justa supplicia forent, si vindicaret Respub. seu Princeps.

[r] *In exercitu*] Superioris Germaniæ.

[s] *Translatus in Galbam*] Incipiente Fabio Valente, legato legionis *primæ.* Plutarch. Galba.

[t] *Vexillis*] Per *vexilla*, intelligo legiones ipsas inferioris Germaniæ: nam si *vexillarios* tantum innueret, debuit designare pro more suo, quarumnam legionum *vexillarii* essent illi, qui primi jurarunt in verba Galbæ, an Quintanorum, an Secundanorum,

Digitized by Google

maniæ præventus erat. Et Treveri[u] ac Lingones,[v] quasque alias civitates atrocibus edictis[w] aut damno finium Galba perculerat, hybernis legionum propius miscentur. Unde[4] seditiosa colloquia, et inter paganos[x] corruptior miles, et in Verginium favor, cuicumque alii profuturus.

Et Treveri, ac Lingones, aliæque gentes, quas immanibus edictis, aut parte finium agrorumque *Galba mulctaverat, propius se inserunt castris legionum. Unde turbidi sermones, et inter oppidanos flagitiosior miles, et in Verginium inclinatio, qua quilibet alius uti facile potuit.*

4 Ms. Corb. *unde et seditiosa.*

NOTÆ

&c. nisi forte intelligat vexillarios legionum, quæ ibi in statione.

Fortasse sic exprimit, quia apud signa et aquilas sacramento adigebatur miles. Id enim solenne, nec sine religione, idque apud principia peractum haud dubie.

Infra 55. 'Inferioris tamen Germaniæ legiones, solenni Kalend. Januariarum sacramento pro Galba adactæ.'

Forte sic dicit, quia dispersus miles per varia castella seu præsidia, nec in unum contractus exercitus; nec simul sacramento adactus, sed per cohortes et vexilla, prout erant in diversis locis.

Sic intelligit *legiones* et legionarios: nam *vexillarii* vere legionarii, et pars legionum erant.

[u] *Treveri*] Populi provinciæ Belgicæ Primæ, ad Mosellam et Rhenum amnes in Gallia: hodie diœcesis Archiepiscopatus Trevirensis *Treves*. Vel secundum divisiones temporales, pars est ducatus Luxemburgensis *Luxembourg*, aliquid Electoratus *Coloniensis*, pars Archiepiscopatus Trevirensis *Treves*; pars etiam *Palatinatus Rheni*, aliquid Lotharingiæ *Lorraine*, &c. In circulis Burgundiæ, Rheni superioris et inferioris. *Tillemon.*

[v] *Lingones*] Populi provinciæ Lugdunensis Primæ, in Gallia: hodie diœcesis Episcopatus *Langres*. Vel secundum divisionem temporalem, pars est meridionalis provinciæ *Champagne*, et pars septentrionalis ducatus Burgundiæ *Bourgogne*, in latere orientali regni Franciæ. *Tillemon.*

[w] *Atrocibus edictis*] Suet. Galb. 12. 'Præcesserat de eo fama sævitiæ simul atque avaritiæ: quod civitates Hispaniarum Galliarumque, quæ cunctantius sibi accesserant, gravioribus tributis, quasdam etiam murorum destructione punisset.'

[x] *Inter paganos*] Paganus civitatis aut regionis notat incolam, ex oppositione militis. Veget. II. 3. 'Nam si doctrina esset armorum, nihil paganus distat a milite.'

Consentit Suet. Galb. 19. his verbis: 'Dimota paganorum turba.' Pro quo Tacitus: 'Disjecta plebe, conculcato senatu.' Idem histor. II. 88. et III. 24. et IV. 20.

Antonius Primus prætorianos a Vitellio exauctoratos, motu Flaviano ad arma revocatos, per contumeliam *paganos* appellat, ut Cæsar Romæ in seditione. Suet. Cæs. 7. et postea Alexander Severus Antiochiæ, per iram, sacramenti religione milites solvens, *Quirites* eos vocat. Lampri-

Digitized by Google

54. Miserat civitas Lingonum, vetere instituto, dona legionibus, dextras, hospitii[y] insigne.[1] Legati eorum, in

Civitas Lingonum, prisco exemplo, miserat munera legionibus, dextras, hospitii

1 Budens. *insignes.*—2 Ita Mss. Flor. Reg. Pichena et recentiores. In

NOTÆ

dius Severo. *Savilius.*

Paganos] Paganus, quicumque mortalium, non miles est.

y *Hospitii insigne*] Sic Hist. II. 'Centurionem Sisennam dextras, concordiæ insignia, Syriaci exercitus nomine, ad prætorianos ferentem, variis artibus aggressus est.'

Dextras hospitii insigne] *Dextræ* quod insit religio: ea in *fide* porrigitur: et cum *fidem* exigimus, per *dextram* oramus; et cum *fidem* damus, *dextram* conjungimus, ut est passim apud auctores.

Sic *manuum conjunctio*, pignus præsens eorum fuit, qui *pacem* communicarent; cujus in legibus, de mutuo *hospitii jure* et contesseratione hospitalitatis fit quandoque mentio: ut apud Virgilium Æneid. l. III. 'Jungimus hospitio dextras.'

Inde reperias in numismatis Antonini Pii Cons. II. *conjunctas manus*, et in nummo Triumvirali circum eas scriptum: CONCORDIA.

Illo respexit M. Tullius, pro domo; 'Q. Marcius signum concordiæ fecerat, idque in publico collocarat.'

Quare in militare signum cohortium venit *manus hastæ imposita.* Ea *insigne hospitii* est, quod missum Tacitus hic ait, et lib. seq. 8. *Vertranius.*

Fallitur interpres, cum dicit *dextram* illam apici hastæ impositam, quæ signum militare erat, fuisse *hospitii insigne.* Potius ea fuit insigne virtutis ac fortitudinis: nam fuit unica dextra super hastam, et quidem extensa erectaque. At hoc nostro loco et in mente Taciti fuerunt duæ *dextræ*, et duæ esse debuerunt, ut essent insigne *hospitii* et *concordiæ*, inter civitates et legiones.

Putat Florent. interpres, *dextras*, seu donum illud, fuisse aliquod signum, et quidem *argenteum*, quod *duas dextras* sic junctas referret; ut et alia *signa* militaria pleraque *argentea* erant.

Sed quæ similitudo aut relatio sit inter *insignia hospitii* ac pacis, et inter signa militaria, non video, nisi forte talia civitatum *dona* reposita sint per honorem in principiis, ubi signa velut in loco sanctiori, et ubi sanctissima *numina legionum:* et ubi forte deposita dona ac decora publica, ut et privata, quemadmodum et pecunia singulorum militum, et ipsius principis, seu ducis, ibi in fiscis habebatur.

De *donis*, quæ in victoriis et prœliis reportata erant, intelligit Tac. Hist. II. 89. 'Ceteri juxta suam quisque centuriam, armis donisque fulgentes.' Forte *dona* hæc data publice legionibus, potuerunt deponi publice inter signa et aquilas imaginesque principum Deorumque; ut sic etiam privatim et publice sua decora haberent legiones, et ostentarent.

Quicquid sit, certe *dona* illa, seu *insignia hospitii*, prorsus diversa fuerunt a signis militaribus; signa fuerunt *hospitii* et *concordiæ*, nihil aliud. Et cum *dona* ea fuerint, verisimile est, ex auro aut argento fuisse; atque forte inter militaria decora publice esse reposita in principiis legionum.

Dextras] Puto, vetus institutum

Digitized by Google

squalorem mœstitiamque compositi, per principia, per contubernia, modo 'suas injurias,'[1] modo 'civitatum vicinarum præmia,' et, ubi pronis militum auribus[2] accipiebantur, 'ipsius exercitus pericula et contumelias' conquerentes, accendebant animos. Nec procul seditione aberant, cum Hordeonius Flaccus 'abire Legatos,' utque occultior digressus esset, 'nocte castris excedere' jubet. Inde atrox rumor,[3] affirmantibus plerisque, 'interfectos, ac, nisi ipsi[4] consulerent, fore, ut acerrimi militum, et præsentia conquesti, per tenebras et inscitiam[5] ceterorum occiderentur.' Obstringuntur inter se tacito fœdere legiones. Asciscitur

seu amicitiæ *signum*. *Illorum legati in mœrorem tristitiamque subornati, per castra, per tentoria, deflentes modo* ignominiam suam damnaque, *modo* urbium finitimarum opes ac decora, *et postquam æquis manipularium auribus audiebantur*, ipsarum legionum discrimina et injurias *deplorantes, incitabant animos. Nec procul a tumultu aberant, cum Hordeonius Flaccus* abscedere legatos *imperat, et* per noctem castris exire, *ut discessus* illorum *magis lateret. Inde truculentus rumor* oritur, *multis asseverantibus*, trucidatos *fuisse legatos*, ac ni sibi providerent, futurum, ut promtissimi militum, quique præsentem statum defleverant, interficerentur per noctem, et aliis insciis. *Legiones inter se secreto fœdere obligantur. Assumuntur copiæ sociorum; quæ primo suspectabantur,*

aliis Mss. et editionibus veteribus, *militum animis*. In Ms. Jes. altera manu emendatum, *auribus*.—3 Mss. Corb. Reg. et editio princeps, *et affirmantibus*. Copulam recte omisit Puteolanus. *Brotier*.—4 Ita bene Mss. Flor. Reg. Guelf. et editiones veteres ante Rhenanum, qui emendavit, *ni sibi consulerent*. Veterem scripturam merito revocavit Ryckius. In Ms. Harl. *nisi consulerent*.

NOTÆ

fuit, et jam olim usurpatum, ut civitates privatis potentioribus, vel vice versa principes civitatibus *dona* mitterent, *insigne hospitii* et amicitiæ: sic et Romani ipsi misere his, quos appellatos *amicos* et reges vellent.

At vero dubitem, an *dextras* pro donis olim miserint; neque certe ullam mentionem factam video apud auctores.

Itaque *vetus institutum* fuit, quod *dona, hospitii insigne*, mitterentur, sed novum fuit, quod *dextræ* pro tali insigni mitterentur; ut et novum fuit, quod civitates talia dona, *dextras*, scil. mitterent legionibus; ut et novum, quod legiones dispositæ per castra provinciarum mitterent etiam tales *dextras* prætorianis.

Et hoc usurpatum recens putem, novo more, in istis bellis civilibus; ut novum fuit, quod miles crearet imperatorem, in provinciis saltem, aut subverteret pro libito: quod nunquam ante factum erat.

[1] *Suas injurias*] Suæ injuriæ erant præmia vicinarum civitatum, quæ finibus illarum auctæ, et veluti per contumeliam illarum donatæ, simul et tributa eis remissa, quæ aliis adaucta erant; a Galba, nempe, quod sibi cunctanter accessissent.

Digitized by Google

auxiliorum miles; primo suspectus, tanquam, circumdatis cohortibus alisque,[a] impetus in legiones pararetur, mox eadem acrius volvens:[6] faciliore[b] inter malos consensu ad bellum, quam in pace ad concordiam.

55. Inferioris tamen[1] Germaniæ legiones solenni Kalend. Januariarum sacramento pro Galba adactæ, multa cunctatione et raris primorum ordinum[c] vocibus: ceteri silentio proximi cujusque[d] audaciam expectantes: insita[2] mortalibus natura,[e] propere sequi, quæ piget inchoare. Sed ipsis

tanquam circumfusis cohortibus et alis, vis præpararetur adversus legiones: sed ipse mox sociorum miles *eadem vehementius cupiens, promtiore inter improbos consensu ad bellum, quam in otio ad pacem.*

Legiones tamen inferioris Germaniæ, ut fieri ex more solet, Kalend. Januariarum sacramento in Galbæ nomen obstrictæ, magna dubitatione, et invalidis primorum ordinum plausibus: alii per silentium commilitonis sui *quisque audentiam operientes; innata mortalibus indole, confestim sectari, quæ pudet incipere. Verum*

Id.—5 Budens. *inscientia:* unde Rhenan. *inscitia.*—6 Sic bene omnes libri scripti et editi, præter Rhenanum, qui edidit, *acrius volens.* Videbimus infra cap. 64. 'Bellum volvebat.' *Brot.* Ryckius mallet *volvens,* sed retinet *volens.*

1 Ita Mss. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *inferioris inde Germaniæ.*—2 Mallet Lipsius, *insito mortalibus natura.*

NOTÆ

[a] *Cohortibus alisque*] Cohortes erant pedestres copiæ auxiliarium, et alæ equitatus etiam auxiliaris ille miles primo suspectus legionibus, tanquam pararetur ab imperantibus ad eas invadendas opprimendasque.

[b] *Faciliore*] Facilius in seditione mali quique consentiebant ad bellum civile, quam in pace ad concordiam.

[c] *Primorum ordinum*] Vocato apud principia milite, ut dux aut imperator alloqueretur, tum sedebat imperator allocuturus exercitum, apud tribunal in sella curuli. Eum circumstabant Aquilæ, signa, vexilla, puto, et imagines principum; et insignia omnia militaria ac decora tum præcipue fulgebant.

Eam pompam, *honorem pilorum* vocat Plin. paneg. Scilicet aderant signiferi, aquiliferi, et primipili, quorum curæ demandata Aquila, legati legionum, præfecti castrorum, tribuni, centuriones, optiones, et præcipui militum omnes, flosque omnis exercitus ordine suo, et cum militiæ insignibus: hos ibi vocat Tacitus, *primos ordines.*

Ceteri longius amoti a tribunali et a conspectu ducis, minus metuebant, ne silentium in contumaciam acciperetur. Itaque tum prorsus siluere ultimi ordines, cum alii proximi etiam invalidos plausus emitterent, ut in re sibi parum læta.

[d] *Proximi cujusque*] Id est vicini, aut prope astantis sibi commilitonis.

[e] *Insita mortalibus natura*] Facit huc illud Hist. III. 'Dum quæritur tempus locusque, quodque in tali re difficillimum est, prima vox.' *Lips.*

Digitized by Google

legionibus inerat diversitas animorum. Primani quintanique turbidi adeo, ut quidam saxa in Galbæ imagines jecerint:[3] quintadecima ac sextadecima legiones, nihil ultra fremitum et minas ausæ, initium erumpendi[f] circumspectabant. At in superiori,[4] quarta ac duodevicesima[5 g] legiones, iisdem hybernis[h] tendentes, ipso Kalend. Januariarum[i] die, dirumpunt[6] imagines Galbæ: quarta legio prom-

ipsis legionibus inerat varius animorum habitus: primani et quintani adeo seditiosi erant, *ut nonnulli effigies Galbæ lapidibus appetierint: legiones quintadecima et sextadecima, nihil ultra murmur et comminationes ausæ, prorumpendi occasionem circumspiciebant. At in superioribus castris legiones quarta et duodevicesima in iisdem castris agitantes, ipso die Kalend. Januariarum confringunt effigies Galbæ:*

3 Mss. Harl. Bodl. *jecerit*.—4 Gronov. habet *superiore*. Vulgo *sup. exercitu:* at delevimus *exercitu*, auctoribus Mss. Oxon. Guelf. in quo a manu sec. in margine ascriptum est. Ascripserat aliquis, ut intelligendum: inde venit in textum. Ceterum *superior exercitus* recte dicitur c. 56. atque inde forte vitii origo. *Ern.* Bud. habet *exercitu;* quod et Gronovius et Ryckius et Brotier. retinent.—5 Bene Lipsius e Ms. Covarruviæ *Duoetvicesima*. Sic quoque Mss. Flor. et Corb. Perperam Ms. Guelf. Puteolanus et recentiores, *duodevicesima*. Fuit quoque prima manu in Ms. Bodl. *duodevicesima:* sed altera emendatum, *duoetvicesima*. Sic infra Hist. II. 100. Mss. Vatic. Flor. Bodl. habent, *duoetvicesima*, ubi corrupte alii, *duodevicesima*. Brot. Ryckius autem et Gronovius cum Bipont. hic et infra legunt *duodevicesima*.—6 *Deripiunt*

NOTÆ

[f] *Erumpendi*] Ab aliis expectabant initium, vel certe occasionem erumpendi.

[g] *Duodevicesima*] Etiam in Flor. legitur, *duo et vicesima;* idque cum Lipsio verum putabam, nunc falsum, ipso Tacito auctore. Duo exercitus in Germania fuerunt, superior Hordeonio Flacco, inferior Vitellio parebat.

Vitellius ad bellum in Italiam proficiscens, suum militem, aut cum Valente præmisit, aut ipse duxit: et ex superioris Germaniæ legionibus, partem Cæcinæ ducendam tradidit, partem ad tutandam Rheni ripam Flacco reliquit, et inter eas, ut paulo infra ostenditur, *duodevicesimam*.

Nam duo et vicesima cum Vitelliano exercitu in Italia semper fuit, ut l. seq. in fine, et l. III. non semel apparet.

Et quod *duodevicesima* in Germania remanserit, patet l. IV. cum a Civili vetera castra oppressa fuerunt: ubi in optimis exemplaribus legitur: *Dillio Voculæ duodevicesimæ legionis legato*, quod perperam mutavit Rhenanus in vocem *duo et vicesimæ*.

Nam et inferius eodem l. IV. has duas legiones, scil. quartam et duodevicesimam simul nominat; ait enim, 'primani, quartanique et duodevicesimani.' Recte igitur hic, *duodevicesima*, et paulo infra, bene etiam *duodevicesimæ*, et *duodevicesimam*. Pichena.

[h] *Iisdem hybernis*] Ad Moguntiacum nempe.

[i] *Kalend. Jan.*] Et ante hunc diem, teste Plut. exercitus superioris Germaniæ, indignari se Galbæ, non ob-

tius, duodevicesima cunctanter,[7] mox consensu.[8] Ac, ne reverentiam Imperii exuere viderentur,[9] Senatus Populique Romani obliterata jam nomina sacramento[10] advocabant: nullo Legatorum Tribunorumve pro Galba nitente, quibusdam, ut in tumultu, notabilius turbantibus. Non tamen quisquam in modum concionis e[11] suggestu locutus: neque enim erat adhuc, cui imputaretur.[k]

quarta legio audacius, duodevicesima dubitanter, dein concordi animo. Ac ne majestatem imperii detrectare prorsus *crederentur, jurabant in verba senatus populique Rom. quæ vocabula jam* pridem *abolita: nemine legatorum aut tribunorum contendente pro Galba, cum* contra *nonnulli, ut in rebus turbidis, seditionem acrius incitarent. Nemo tamen ad instar concionis,* aut *e tribunali orationem habuit; nondum enim erat, cui facinus meriti loco assignaretur.*

Acidalius et Freinshemius malebant: sed Mss. nihil mutant.—7 Ms. Corb. *cunctatur:* Lipsius *contanter:* Guelf. *constanter.*—8 Sic libri omnes. Frustra tentat Rutgersius, *Lectiones Venusinæ*, cap. 31. *mox consensit.* Brot.—9 *in Sen. Pop. &c.* Ryckius; et sic Gronovius.—10 Sic bene Ms. Corb. editio princeps et recentiores. Puteolanus emendaverat, *in senatus populique Romani obliterata jam nomina, sacramenta advocabant;* et sic Ryckius et Gronovius. *Sacramenta* quidem habent Mss. Harl. Bodl. Jes. Sed in iis deest præpositio, *in.* Abest quoque a Ms. Flor. *Brot.*—11 Sic volebant Groslotius, et Ryckius, et Brotier. at in textu suo cum Gronov. et Bipont. omnes omiserunt præpositionem.

NOTÆ

scure significaverat: 'Illis acclamationes seu vota repetentibus, reclamabant illi, Indignus est.'

Frangendi autem principum imagines usus in omnibus rebellionibus obtinuit Hist. III. 'Trierarchi magno tumultu Vitellii imagines invadunt:' eod. loco: 'simul Vitellii imagines direptæ.' *Savilius.*

[j] *Cunctanter, mox consensu*] Non eadem alacritate legio duodevicesima affixit imagines Galbæ, qua id quartanis factum est: at ii omnes, postea, *consensu;* id est, ne æmulatione principis loci, in discordias traherentur, et ne viderentur a Romanis descivisse, jurant in nomen S. P. Q. R.

Similis æmulatio in seditione Pannonicarum legionum, Ann. I. 18. 'Postremo eo furoris venere, ut tres legiones miscere in unam agitaverint, depulsi æmulatione, quia suæ quisque eum honorem quærebant.' *Salinerius.*

Sueton. Galb. 6. 'Statimque legationem ad prætorianos cum mandatis destinaverunt, displicere Imperatorem in Hispania factum, eligerent ipsi, quem cuncti exercitus comprobarent.'

Sed legationis, ut videtur, revocatæ negotium intercidit, ex seditione in Vitellii favorem mota. *Savilius.*

Nullam ibi video æmulationem inter legiones, ut vult Salinerius. Certe consensus illarum potest cadere in antecedentia et consequentia; ita ut consenserint istæ legiones in projiciendas imagines Galbæ, quarta promtius, duodevicesima lente; mox pariter in id consenserint, simulque et in sacramentum advocandum in nomen S. P. Q. R.

[k] *Cui imputaretur*] In S. P. Q. R.

Digitized by Google

56. Spectator flagitii[l] Hordeonius Flaccus, Consularis Legatus aderat, non compescere ruentes, non retinere dubios, non cohortari bonos ausus: sed segnis, pavidus, et socordia[1] innocens.[2 m] Quatuor Centuriones[n] duodevicesi-

Astabat testis sceleris Hordeonius Flaccus legatus consularis, non comprimere præcipites, non firmare cunctantes, non incitare modestos tentavit; sed iners, trepidus, et ignavia socors. Quatuor Centuriones duodevicesimæ legionis, Nonius Receptus,

1 *Secordia* Mss. Flor. et Ryckii, ut fere semper.—2 Ita libri omnes. Mallet Boxhornius, *inter nocentes:* Gronovius, *nocens.* At dici potuit, *innocens.* Principum enim est duces eligere non socordes. Si socordes elegerint, so-

NOTÆ

obliterata jam nomina juraverant, quia nemo unus erat, cui tale meritum tribuerent, seu quem tali opera demererentur; nondum ad Vitellium advertebant. Et forte tum ad prætorianos misere legationem cum mandatis, ut ipsi eligerent principem, cunctis legionibus gratum.

Haud dubie is habitus animorum fuit, ut quemcumque alium a Galba probassent: quod satis manifestum in electione Vitellii, qui tantæ moli impar, si quis alius, et quem non noverant qui ipsum elegerunt, teste Tacito.

Suet. Vitel. 7. 'Advenientem male animatus erga principem exercitus, pronusque ad res novas, libens ac supinis manibus excepit, velut dono Deum oblatum ter consulis filium, ætate integra, facili ac prodigo animo.'

l *Spectator flagitii*] Attamen relictus erat a Vitellio utriusque Germaniæ rector, Hist. II. postea secutus Vespasiani partes, et tandem a suis militibus cæsus. *Savilius.*

m *Socordia innocens*] Innocens hic dicitur Flaccus, quemadmodum Ann. XIV. tribuitur etiam *segnis innocentia* Fenio Rufo, ob silentium, pavorem et inertiam hominis.

Quemadmodum hic item pavore et socordia *innocens* Flaccus, quia nec probavit flagitium, neque prohibuit. *Innocens* hic, id est, segnis, iners, non promtus aut strenuus, et forte magis *extra vitia, quam cum virtutibus.*

Socordia innocens] Hoc loco *innocens*, id est, ineptus, inhabilis, nullius artis aut industriæ, qui neque se amicis aut inimicis approbat. Hic vere socors, et innocens, qui in tanto tumultu nihil conetur, nihil moliatur, nihil audeat.

Socordia innocens] Plutarch. Galba, eum vocat, *τῶν πραγμάτων ἄπειρον, rerum inscium.* Egregiis tamen viris quandoque etiam contigit, ut miles ipsos aspernaretur: sic Lucullus felix præliis et victoriis; attamen seditione militum exagitatus est.

Livius et exemplum affert paris consternationis, l. II. ubi de milite, qui injussu ducis in castra rediit, et certare noluit; 'Injussu signa referunt mœstique, (crederes victos,) execrantes, nunc Imperatorem, nunc navatam ab equite operam, redeunt in castra: nec huic tam pestilenti exemplo remedia ulla ab Imperatore quæsita sunt, adeo excellentibus ingeniis citius defuerit ars, qua civem regant, quam qua hostes superent.'

n *Quatuor Centuriones*] Qui postea occisi jussu Vitellii ob *fidei* crimen,

Digitized by Google

mæ legionis, Nonius[3] Receptus, Donatius Valens, Romilius[4] Marcellus, Calpurnius Repentinus, cum protegerent Galbæ imagines, impetu militum abrepti vinctique. Nec cuiquam ultra fides aut memoria prioris sacramenti:* sed, quod in seditionibus accidit, unde plures erant, omnes fuere. Nocte, quæ Kal. Januarias secuta est, in[5] coloniam Agrippinensem aquilifer quartæ legionis epulanti Vitellio nuntiat, 'quartam et duodevicesimam legiones, projectis Galbæ imaginibus, in Senatus et Populi Rom. verba jurasse.' Id sacramentum inane visum: 'occupari nutantem[6] P Fortunam, et offerri Principem,' placuit. Missi a Vitellio ad legiones Legatosque, qui 'descivisse a Galba superiorem exercitum,' nunciarent: 'proinde aut[7] bellandum adversus desciscentes, aut, si concordia et pax placeat, faciendum Imperatorem: et minore discrimine sumi Principem, quam quæri.'

Donatius Valens, Romilius Marcellus, Calpurnius Repentinus, quia Galbæ effigies defendebant, violentia militum abstracti et in vincula conjecti sunt. Et nulli postea obsequium, aut memoria primi sacramenti; sed, quod in rebus turbidis evenit, qua parte plures erant, universi stetere. Nocte proxima *Kalend. Januarias sequenti, Aquilifer quartæ legionis in civitatem Agrippinensem cœnanti Vitellio renuntiat,* quartanos et duodevicesimanos, diruptis Galbæ imaginibus, sacramentum advocasse in senatus populique Rom. nomina. *Tale sacramentum vanum creditum est*; amplectique dubitantem Fortunam, et exhiberi imperatorem *placuit. Misit Vitellius ad legiones et legatos, qui monerent,* superioris Germaniæ legiones defecisse a Galba; igitur aut certandum *esse* adversus deficientes, aut si consensus et quies arrideat, creandum *esse* principem; et minore periculo eligi Imperatorem, quam investigari.

cordia sunt innocentes. Brot.—3 Ms. Corb. *Norius.*—4 Ita Mss. Reg. Corb. Beroaldus et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *Romulus.* Et infra cap. 59. Ms. Reg. habet, *Romulum.*—5 Sic bene Mss. Flor. Reg. Corb. editiones veteres et recentiores. Male Beroaldus omisit præpositionem, *in.* Brot.—6 Est qui malit *invitantem:* et Ernesto displicet *nutans fortuna.*—7 *Aut* abest a Ms. Jes. Corrupte Ms. Reg. et editio princeps, *ad bellandum.*

NOTÆ

sed non sine summa vecordia et scelere Vitellii, cui imputare tale suum crimen ultro potuerunt egregii centuriones.

* *Memoria prioris sacramenti*] Quod Galbæ dixerant, urgente Verginio, post mortem Neronis. *Savilius.*

P *Occupari nutantem*] Recte: alii, *invitantem.* Lipsius.

Proprie fortassis est, aut invadere eam prensando, aut dominum se facere huc illuc dubie se versantis fortunæ. *Savilius.*

Digitized by Google

57. Proxima legionis primæ hyberna erant, et promtissimus e Legatis Fabius Valens. Is die postero[1] coloniam Agrippinensem[q] cum equitibus legionis auxiliariorumque ingressus,[2] *Imperatorem* Vitellium[r] consalutavit. Secutæ ingenti certamine[3] ejusdem provinciæ legiones: et superior exercitus,[s] speciosis Senatus Populique Romani nominibus relictis, III.[4] Nonar.[5] Januarias Vitellio accessit: scires

Propiora erant castra primæ legionis, et audacissimus legatorum Fabius Valens. Is postridie civitatem Ubiorum ingressus cum equitatu legionis et sociorum, Vitellium principem *appellavit. Accessere* certatim *magna æmulatione legiones ejusdem provinciæ: et superioris* Germaniæ *miles, omisso*, quod *prætextui* fuerat, *sacramento in senatum populumque Rom.* advocato, *tertium Non. Januarias Vitellio*

1 Ita Puteolanus et recentiores. In Mss. Flor. Reg. Agr. Corb. et editione principe, *die proximo*.—2 Mss. Flor. Corb. *gressus*. Ms. Agr. *egressus*. Inde Ryckius ejusque amicus tentabant, *prægressus*.—3 In Hispano libro, forte Ms. Covarruviæ, apud Lipsium, *ingenti agmine*.—4 *Tertium* Jac. Gronovius e Ms. Flor. et sic Brotier. Vulgo in Mss. et veteribus editionibus, III.: et sic Bipont. Ryckius, sine librorum auctoritate, *tertio* scribit.—5 *Nonas* Jac. Gronovius: quod servat et Ryckius et Brotier. Bipontini

NOTÆ

[q] *Coloniam Agrippinensem*] Colonia Agrippinensis, urbs Ubiorum populorum, ad Rhenum fluvium, in Germania inferiore, provincia Galliæ Belgicæ: hodie *Coln* incolis, *Cologne* Francis, urbs Imperialis circuli Westphaliæ, sed tamen sita in Archiepiscopatu Coloniensi. *Tillemonius.*

Agrippinensem] Quæ condita ab Agrippina matre Neronis, Claudii uxore, Tac. XII. 'Sed Agrippina, quo vim suam sociis quoque nationibus ostentaret, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci imperat; cui nomen inditum ex vocabulo ipsius.'

[r] *Imperatorem Vitellium*] Sic Suet. Vitell. 8. 'Vix dum mense transacto, neque diei neque temporis habita ratione, ac jam vespere, subito a militibus e cubiculo raptus, ita ut erat in veste domestica, Imperator est consalutatus; circumlatusque per celeberrimos vicos, strictum Divi Julii gladium tenens, detractum delubro Martis, atque in prima gratulatione porrectum sibi a quodam; nec ante in prætorium rediit, quam flagrante triclinio ex conceptu camini: tum quidem consternatis, et quasi omine adverso anxiis omnibus, inquit, Bono animo estote, nobis alluxit: nullo sermone alio apud milites usus.' Plut. tum meridiem fuisse dicit.

Sed unde faustum omen aut bonum animum melius sumere potuit Vitellius, quam ex flamma et odore camini, 'qui fortunam principatus inerti luxu ac prodigis epulis præsumebat, medio dici temulentus, et sagina gravis?'

Et eo tempore, vel hora, salutatus Imperator, referente Plut. cum per vinum et epulas incaluisset: hinc grandis illa oratio ad milites, cum velut eructavit hactenus: *bono animo estote, nobis alluxit* caminus.

[s] *Superior exercitus*] Sic Suet. Vitel. 8. 'Consentiente deinde etiam superioris provinciæ exercitu, qui

Digitized by Google

illum priore biduo non penes Rempublicam[t] fuisse. Ardorem exercituum Agrippinenses, Treveri, Lingones æquabant, 'auxilia, equos, arma, pecunias' offerentes, ut quisque corpore, opibus, ingenio[6] validus.[u] Nec principes modo coloniarum[v] aut castrorum, quibus præsentia[7] ex affluenti[w] et[8] parta victoria magnæ spes: sed manipuli quoque[x]

adjunctus est; ut disceres eum superiore biduo non fuisse in potestate senatus populique Rom. Alacritatem legionum æmulabantur Agrippinenses, Treveri, Lingones, suppeditantes viros, equos, tela, opes, *ut quisque præpollebat corpore, divitiis, animo. Nec proceres*, seu primores, *solummodo coloniarum aut exercituum, quibus affatim suppetebat rerum omnium copia*, quibus *et ingentes post victoriam spes;*

habent *Non.*—6 Sic libri omnes. Lipsius tamen, Pichena, Acidalius, et Ernestus non probant, *ingenio.* At et ingenio locus in bellis et civilibus discordiis. *Brot.*—7 Ms. Agr. *præsentes.*—8 Groslotius vult *ex:* sine necessitate.

NOTÆ

prius a Galba ad senatum defecerat, cognomen Germanici delatum ab universis cupide recepit.'

[t] *Non penes Rempub.*] Quid gregario militi cum Rep. cum senatu aut populo Romano? volebant bellum, et ex bello prædam: volebant principem, qui donaret *sine judicio sua alienaque;* qui *perdere sciret, donare nesciret;* qui perdere se et Remp. posset et vellet: tantum aberat, ut Remp. salvam vellent.

[u] *Ut quisque corpore, opibus, ingenio validus*] Cur hic de ingenio? aut quis ejus usus? nisi forte ad orandum, aut impellendum. *Lipsius.*

Recte *ingenio:* respicit enim senes invalidos et tenuiores: qui, cum neque corporibus neque opibus partes juvare possent, juvabant saltem ingenio, scilicet ceteros populares ambitu, concionibus, et consiliis accendendo. *Pichena.*

Ingenio] Ingenio etiam opus, ut dona placeant cum offeruntur; ars et ingenium in donis tribuendis plus quam dona ipsa pollent: ingenio opus, quo multa alacriter pollicearis; et sæpe multo plura, (ut in tanta belli alacritate,) quam exequi possis, ut plerumque fit.

Ingenio] Qui ingenio aut animo præpollerent, poterant etiam se ipsi offerre principi.

In motibus civicis, haud parum pollet lingua, facundia, ingenium, ambitus, audacia, et cetera incitandis animis idonea.

Ingenio] Sallust. bell. Catil. 'Sed diu magnum inter mortales certamen fuit, vine corporis, an virtute animi, res militaris magis procederet. Nam priusquam incipias, consulto; et ubi consulueris, mature facto opus est: ita utrumque per se indigens, alterum alterius auxilio viget.' Vis ingenii et virtus animi differunt; vis ingenii bello, virtus animi et prælii excellit.

[v] *Principes modo coloniarum*] Sunt *decuriones* Principes *castrorum*, quos Veget. quoque II. 9. vocat *milites principales*, et Tac. Hist. III. *primores castrorum*, sunt *aquiliferi, signiferi, optiones, &c.* qui privilegiis muniuntur, cum reliquum vulgus et gregarii milites vocarentur *munifices;* quod *munia facere* coguntur. *Sarilius.*

[w] *Quibus præsentia ex affluenti*] Præsentia ex affluenti, earum rerum sci-

et gregarius miles viatica sua et balteos[y] phalerasque, insignia armorum argento decora, loco pecuniæ tradebant; instinctu et impetu[z] et avaritia.[a]

58. Igitur, laudata militum alacritate, Vitellius, ministeria Principatus, per libertos agi solita, in Equites Romanos[b] disponit: vacationes[c] Centurionibus ex fisco numerat:

verum et ipse *etiam manipularius ac plebeius miles conferebant stipendia sua, et zonas, et phaleras, ornamenta armorum argento micantia, pro nummis tribuebant* ultro; *ardore, et impetu*, simul *et cupiditate.*

Itaque celebrato ardore militum, Vitellius committit equitibus Rom. curas imperii, quæ solebant exerceri per libertos: vacationes centurionibus ex pecunia sua per-

NOTÆ

licet quas tunc largiebantur, affluens seu abundans copia illis suppetebat. Cic. offic. l. I. 'ut omnium rerum affluentibus copiis ditetur.' *Pichena.*

Qui in præsens affluebant copiis opibusque, quibus et in futurum ex victoria magnæ spes opum erant: opponit Tacitus *præsentia* bona, quibus tum affluebant opibus, quas *parta victoria* sperabant.

[x] *Manipuli quoque*] Id est, *manipulares*, contra distincti a *primoribus castrorum.* Savilius.

Manipuli forte toti talia offerebant, et veluti publice, seu communi totius manipuli consensu factæ illæ collationes: nam omnes et singuli contribuebant viatica sua, &c.

[y] *Balteos*] Varro l. IV. de Ling. Lat. '*Balteum*, cingulum e corio bullatum,' plerumque argento aurove pictum. Spartianus Hadriano: 'Vestem humillimam frequenter, et sine auro balteum sumebat.'

[z] *Instinctu et impetu*] *Instinctu*, legatorum nempe, tribunorumque et centurionum: *impetu* proprio. *Freinsh.*

Immo *instinctu* mutuo inter principes, ut etiam inter manipulares, et vere instinctu et motu proprio αὐτομάτως scil. *sponte*, et ultro id agebant: nec instinctu alieno opus.

Sic infra c. 62. 'Mira inter exercitum Imperatoremque diversitas; instare miles, arma poscere:' et mox, 'torpebat Vitellius.' Itaque instinctu suo, et impetu proprio, talia offerebat miles.

Instinctu et impetu] Cicero pro Sextio: 'Majoribus præsidiis et copiis oppugnatur Respub. quam defenditur; propterea quod audaces homines et perditi nutu impelluntur; et ipsi etiam sponte sua contra Rempub. incitantur; boni nescio quomodo tardiores sunt, et principiis rerum neglectis, ad extremum ipsa denique necessitate excitantur,' &c.

[a] *Et avaritia*] Avaritia eo spectabat, ut ea quæ ipsi largiebantur, multiplicata sibi a Vitellio reddi sperarent. Vel potius, ut sibi majorem rapiendi licentiam sumerent, principe, ob accepta dona, connivente. *Pichena.*

Avaritia, nempe ut cum usura longe majori ea munera reciperent. Olim Cæsar pecuniam mutuatus est a suis legatis, sed alia mente, alia virtute et prudentia.

Sic Hist. II. 'Propriis quoque opibus Mucianus bellum juvit, largitus privatim, quod avidius de Rep. sumeret. Ceteri conferendarum pecuniarum exemplum secuti, rarissimus quisque eandem in reciperando licentiam habuerunt.

[b] *In equites Romanos*] Id egit exem-

Digitized by Google

sævitiam militum, plerosque ad pœnam exposcentium, sæpius approbat, partim[1] simulatione vinculorum frustratur. Pompeius Propinquus, Procurator Belgicæ,[d] statim interfectus. Julium Burdonem,[2] Germanicæ classis Præfectum,[e] astu subtraxit.[f] Exarserat in eum iracundia exercitus, tanquam crimen[g] ac mox insidias Fonteio Capitoni struxisset. Grata erat memoria Capitonis: et apud sævientes occidere palam, ignoscere non nisi fallendo, licebat. Ita in custo-

solvit: sævienti militi et multos ad supplicium flagitanti sæpius assentitur, et partim prætextu carceris eludit. Pompeius Propinquus, procurator Belgicæ, statim occisus est. Arte vero *subduxit Julium Burdonem, classi Germanicæ præpositum. Adversus eum flagrabat ira miles, quasi crimen et mox fraudem paravisset Fonteio Capitoni. Læta erat* in vulgus *recordatio Capitonis; et inter grassantes et iratos, publice interficere fas erat, at veniam dare nefas, nisi frustrando. Ita in carcere*

1 Sic recte Lipsius et recentiores. In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *parum simulatione*. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Rhenanus, *pari simulatione*. Brotier.—2 Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *Burdunem*.—3 Ita libri

NOTÆ

plo Galbæ, qui tamen per malos amicos libertosque subversus est. *Evocatos* hos equites vocabat Galba, sed qui forte tantum circa cubiculum et corporis custodiam vigilarent.

Melius Vitellius, qui *ministeria principatus* in illos *disponit*. Nam sic a libertis malisque ministris cavere videbatur.

[c] *Vacationes*] Ut, nempe, sic vulgus militum deliniret, nec tamen centurionibus displiceret.

Vacationes] Hoc sumsit ex Othone, qui primus id instituit, licet non bono exemplo, tamen bono exitu, et utili in Rempub. consilio.

[d] *Belgicæ*] Fuit legatus Belgicæ Valerius Asiaticus, et procurator *Propinquus*, qui ob fidem in Galbam occiditur: et quia infensus haud dubie Asiatico legato, qui nunc se vindicat. Et mox generum Asiaticum ascivit Vitellius, teste Tacito.

[e] *Germanicæ classis præfectum*] Fuit illa classis in Rheno. Plin. Panegyr. 'Cum totus armatis navibus Rhenus instructus sit.' Et classis hæc per partes divisa erat. Floro teste, Drusus 'Bonnam et Geldubam pontibus junxit, classibusque firmavit.'

Ergo his locis pars classis Germanicæ, pars alia ad exitum fluvii, ubi *Pharus* olim, nunc *arcem Britannicam* vocant.

De classe illa, quæ in Oceano Germanico, et hinc in æstuariis et fluviis, jam olim sub Augusto et duce Germanico, Tac. Ann. II. 6. 'Mille naves sufficere visæ, properatæque: aliæ breves, angusta puppi proraque, et lato utero, quo facilius fluctus tolerarent: quædam planæ carinis, ut sine noxa siderent: plures appositis utrimque gubernaculis, converso ut repente remigio hinc vel illinc appellerent.'

[f] *Astu subtraxit*] Nempe vinculis inditis: nam in custodia habitus, et post victoriam demum dimissus est.

[g] *Crimen*] Affectati scil. imperii, sive verum, sive fictum fuerit tale crimen.

Digitized by Google

dia habitus: et post victoriam demum, stratis[3] [h] jam militum odiis, dimissus est. Interim, ut piaculum,[i] objicitur Centurio Crispinus,[j] qui se[4] sanguine Capitonis cruentaverat: eoque et postulantibus manifestior[k] et punienti vilior fuit.

59. Julius deinde Civilis[l] periculo exemtus, præpotens inter Batavos,[m] ne supplicio ejus ferox gens alienaretur. Et erant in civitate Lingonum octo Batavorum cohortes,[n]

detentus: et tandem post victum Othonem, sedata jam militum ira, vinclis *exemtus est. Interea offertur, tanquam victima, centurio Crispinus, qui se cruore Capitonis polluerat: ideoque et flagitantibus insignior, et damnanti contemtior fuit. Mox discrimini ereptus* est *Julius Civilis, præpollens apud Batavos, ne* scil. *bellicosa natio illius nece offenderetur. Et erant in regione Lingonum Octo Batavorum*

scripti et editi præter Ms. Reg. in quo, *statis*; et Rhenanum, qui emendavit, *satiatis*. Rhen. conjectabat *frustratis*.—4 A Mss. Flor. Reg. Corb. et editione principe absunt, *qui se*. Et certe omitti possunt. *Brotier*.

NOTÆ

[h] *Stratis*] Durior metaphora, sed quæ tamen apta videatur ingenio et seditioni militum furentium sævientiumque.

Stratis] Alii legunt, *frustratis*, alii *satiatis*.

[i] *Ut piaculum*] Ὡς ἄγος, ut victima piacularis, iræ et furori militum objicitur centurio.

[j] *Centurio Crispinus*] Quem haud dubie immiserant Cornelius Aquinius et Fabius Valens, legati legionum, et Burdo ille *Germanicæ classis præfectus*. Sicque supplicium luit unus centurio, quod alii, ducesque ipsi, meruerant.

Sic fere rei potentiores ad tempus eludunt leges et principes, suo tamen tempore exitii vicem inventuri, sic ordinante providentia, quæ lente sed dure talia facinora vindicat.

[k] *Manifestior*] Quia nempe cæde nobilissimi legati manus suas cruentaverat.

[l] *Julius deinde Civilis*] Idem, qui postea Batavis sociis, auxiliaribus Gallis, Germanisque, tam diuturnum adversus Romanos bellum gessit, ut docemur tertio et quarto Hist.

Eventus, quem hic locus respicit, apud Tacitum mentio Hist. IV. 'Julius Paulus et Claudius Civilis regia stirpe, multo ceteros, [Batavos nobiles,] anteibant. Paulum Fonteius Capito falso rebellionis crimine interfecit. Injectæ Civili catenæ,' &c. *Sarilius*.

[m] *Batavos*] Batavi populi provinciæ Germaniæ inferioris, in Gallia Belgica: hodie major pars Diœceseos Archiepiscopatus Trajectensis *Utrecht*, et forsan pars Episcopatuum Boscoducensis *Bos-le-Duc* et Ruremondensis *Ruremonde*; vel secundum divisiones temporales, pars est comitatus *Hollandiæ*, et ducatus *Gueldriæ*; necnon dominium *Utrecht*, in regione dicta *les Pays Bas*. Tillemonius.

[n] *Octo Batavorum cohortes*] Cum magnam et memorandam Britanniæ rebellionem virtus Suetonii Paulini, et fortitudo quadragesimæ legionis compressisset, ingenti hominum clade, recentem submittit ex Germania militem Nero, duo millia legionario-

Digitized by Google

quartædecimæ legionis auxilia, tum discordia temporum a legione digressæ,[o] prout inclinassent, grande momentum[p] sociæ aut adversæ.[1] Nonium, Donatium, Romilium, Calpurnium, Centuriones, de quibus supra retulimus, occidi jussit, damnatos fidei crimine, gravissimo inter desciscentes.[q] Accessere partibus Valerius Asiaticus, Belgicæ provinciæ Legatus, quem mox Vitellius generum ascivit: et[2] Junius Blæsus, Lugdunensis Galliæ[r] rector, cum Italica

cohortes, auxiliares quartadecimanorum, et quæ tum dissensione temporum a legione discesserant, et quocumque propendissent, ingens accessio amicæ vel infensæ. Interfici jussit Nonium, Donatium, Romilium, et Calpurnium, centuriones, de quibus supra tradidimus; hi puniti ob fidem, scelus atrocissimum inter deficientes. Adjunxere se partibus Valerius Asiaticus, legatus provinciæ Belgicæ, quem postea Vitellius generum assumsit: et Junius Blæsus, qui præerat Galliæ Lugdunensi, cum

1 Ms. Corb. *aversæ*.—2 Budens. *ut*.—3 In Mss. et veteribus editionibus, *Tauriana*.

NOTÆ

rum, equites mille, octo cohortes auxiliariorum, quas *octo* fuisse *Batavorum cohortes* arbitror hoc loco notatas.

Quicquid tandem fuerit, nihil certius, quam has Batavorum cohortes, ut auxilia, fuisse ascriptas quartædecimæ legioni; et Neronem, perspecta ejus fide et audacia, legionem illam et auxilia, quacumque tandem occasione, in Italiam præmisisse: at Vindice res novas moliente, auxilia, Batavos nempe, se, ex dissidiis obortis, a legione separasse, cum aliquo, ut patet, Neronis incommodo. Et Galba principatum adepto, in Illyricum legionem missam, et Batavos in Britanniam rediisse, atque in itinere, percepta Vitelliani motus fama, transiisse in ejus partes.

Quod clare patet ex Tacit. Ann. XIV. 'Auxitque copias Cæsar, missis e Germania duobus legionariorum millibus, octo auxiliorum cohortibus, ac mille equitibus.' Hist. II. 'Motæ ad imperium Othonis e Dalmatia Pannoniaque legiones, præcipui fama quartadecimani, rebellione Britanniæ compressa.'

Eodem lib. 'Cohortes Batavorum, quas bello Neronis a quartadecima legione digressas, cum Britanniam peterent, audito Vitellii motu, in civitate Lingonum Fabio Valenti adjunctas retulimus, superbe agebant,' &c. *Savilius*.

[o] *Digressæ*] Quia legio quartadecima in partibus Neronis; at vero Batavi in partibus Vindicis et Gallorum.

Alibi gloriantur illæ cohortes, abstulisse Italiam et imperium Neroni, quod præcipue factum, cum discessere a quartadecimanis, quorum decus et robur haud dubie fuerant cohortes illæ hactenus.

[p] *Grande momentum*] Justini simile est; 'ingens momentum futurus, utri parti accessisset.' Lucan. 'Momentumque fuit mutatus Curio rerum.' *Lipsius*.

[q] *Inter desciscentes*] *Fidei* crimen gravissimum *inter desciscentes;* hoc, per Ironiam, dictum puto, quasi vero crimen sit desciscere ab iis, qui desciscunt a principe.

[r] *Lugdunensis Galliæ*] Celtica, sive

Digitized by Google

legione et ala Taurina,[3] Lugduni tendentibus. Nec in Rhæticis copiis mora, quo minus statim adjungerentur. Ne in Britannia quidem dubitatum.

60. Præerat Trebellius Maximus,[1] per avaritiam ac[1] sordes contemtus exercitui invisusque. Accendebat odium ejus Roscius Cælius, Legatus vicesimæ legionis, olim discors, sed occasione civilium armorum atrocius proruperat.[2] Trebellius 'seditionem et confusum ordinem disciplinæ' Cælio; 'spoliatas et inopes legiones' Cælius Trebellio objectabat: cum interim fœdis Legatorum certaminibus modestia exercitus corrupta, eoque discordiæ ventum, ut auxiliarium quoque militum conviciis proturbatus,[3] et, aggre-

legione Italica, et ala Taurina, Lugduni præsidium agitantibus. Nec in Rhætico milite cunctatio fuit, *quin statim* etiam *accederet. Nec cunctatum quidem* est *apud Britanniam.*

Eam regebat Trebellius Maximus, per avaritiam et sordes spretus, legionibus odiosus. Augebat invidiam illius Roscius Cælius legatus vicesimæ legionis, ab eo *pridem dissentiens, sed prætextu bellorum civilium violentius exarserant. Trebellius exprobrabat Cælio* discordiam et turbatum *militiæ* ordinem, *et Cælius Trebellio* objiciebat nudatas et egenas legiones. *Cum interim disciplina castrorum labefacta* est *indecoris legatorum contentionibus, eoque dissensionis processum* est, *ut*

1 *Et* Brotierus habet.—2 Ita bene Mss. Harl. Guelf. editio princeps et Ms. Flor. manu prima. Mss. Corb. Jes. et Puteolanus, *proruperant:* [et sic Ryckius et Gronov.] *Brotier.*—3 Male Rhenanus, *proturbantibus.* In Mss. Bodl.

NOTÆ

Lugdunensis, regio Galliæ Comatæ ad Oceanum Occidentalem sive Atlanticum, a Romanis fuit divisa in quinque provincias, nempe Lugdunensem primam, secundam, tertiam, quartam vel Senoniam, et quintam seu Maximam Sequanorum.

Hodie primatiatus *Lyon*, vel pars provinciæ Ecclesiasticæ *Mayence*, et integræ provinciæ Ecclesiasticæ *Besançon*, *Lyon*, *Sens*, et *Paris*.

Vel secundum divisiones temporales, hic sunt provinciæ integræ, *Normandie*, *Bretagne*, *Maine*, *Perche*, *Vendomois*, *Dunois*, *Beauce* vel *Chartrain*, *Gastinois*, *Orleanois*, *Bourgogne* ducatus et comitatus, *Dombes* principatus et *Beaujolois;* atque partes provinciarum *Anjou*, *Touraine*, *Blaisois*, *Nivernois*, *Bourbonnois*, *Forez*, *Lyonnois*, *Bresse*, *Champagne*, et *Isle de France*, in regno Franciæ; atque pars regionis *Suisse:* ex Geographia Sansonis, &c. *Tillemon.*

[3] *Taurina*] Augusta Taurinorum, urbs Taurinorum populorum in Gallia Transpadana, regione Italiæ, vel in Viennensi, quarta provincia Galliæ Narbonensis: hodie *Turin*, Urbs principatus Pedemontii, et sedes ducis Sabaudiæ. *Tillemon.*

[1] *Trebellius Maximus*] De quo Hist. II. Et vit. Agric. *Savilius.*

Digitized by Google

gantibus se Cælio cohortibus alisque,[u] desertus Trebellius ad Vitellium perfugerit:[4] quies provinciæ, quanquam remoto Consulari,[v] mansit: rexere Legati legionum; pares jure, Cælius audendo potentior.

61. Adjuncto Britannico exercitu,[w] ingens viribus opi-

socialium etiam militum contumeliis perculsus, et adjungentibus se Cælio cohortibus, et alis, destitutus Trebellius confugerit ad Vitellium; ac tranquilla Britannia fuit, *licet ejecto* legato *consulari. Curavere legati legionum; auctoritate pares, Cælius per audaciam validior.*

Additis legionibus Britannicis, ingens viribus et copiis Vitellius, instituit ambos

Jes. *perturbatus.* Idem.—4 Ryckii Ms. *profugerit.*

NOTÆ

[u] *Cohortibus alisque*] Intelligit ipsos *auxiliares*, quorum conviciis proturbatus Trebellius.

[v] *Remoto Consulari*] Regebat Britanniam Legatus Consularis, qui provinciæ, legionibus, et legatis legionum, et summæ rerum præerat. At nunc Britanniam, absente legato consulari, regunt legati legionum, qui prætorii aut certe prætoriis æquales.

[w] *Adjuncto Britannico exercitu*] Si verum, quod *Trebellius desertus* a militibus *ad Vitellium profugerit*, et quod Paulinus affert Hist. II. 'Britannicum militem hoste ac malo distineri,' quod ipse scribit Tacitus: 'in Britannico exercitu nihil irarum: non sane aliæ legiones per omnes civilium bellorum motus, innocentius egerunt;' quomodo a vero non abeunt, quæ hic refert, *adjuncto Britannico exercitu*, et alibi; 'Vitellius e Britannico delectu octo millia sibi adjunxit?' *Savilius.*

Certe ibi non satis cohærere videtur narratio Taciti. Dicit desertum Trebellium, ex Britannia ad Vitellium perfugisse, deinde statim addit: *adjuncto Britannico exercitu:* certe multa præterit, quæ cognitu necessaria forent. Debuit enim ibi dicere, quomodo e Britannico delectu, octo millia sibi adjunxerit, an transierint cum Trebellio, &c. nec ullus aptior locus.

Adjuncto] Cum orta inter legatos discordia, profugisset Trebellius ad Vitellium, tum secum forte traxit in partes Vitellii ipsam Britanniam, et partem saltem exercitus secum transvexit; neque verisimile est solum et destitutum transfugisse in Galliam.

Vel postea illa octo millia accita e Britannia a Vitellio, auctoritate sua et Germanicarum legionum, priusquam expediret in Italiam; tenuis certe ille videtur transfuga, qui nullum donum secum affert.

Dicit autem Tacitus, *nihil irarum* fuisse in *Britannico exercitu;* comparate scil. cum legionibus Germanicis, quæ imagines Galbæ dirupere, quæ in vana nomina S. P. Q. Rom. sacramenta advocavere, suos duces et legatos interfecere.

Et supra c. 60. 'Quies provinciæ, quanquam remoto consulari, legati legionum pares jure,' &c.

Et cum dicit Hist. l. II. *Britannicum militem hoste distineri;* sic vere, quia electos utrinsque exercitus, *Britannici* et *Germanici*, secum avexit Vitellius, et tantum nomina legionum reliquit, vana et vacua; et sic hostem metuebant, sic hoste distinebantur.

Digitized by Google

busque Vitellius, duos Duces, duo itinera bello destinavit. Fabius Valens 'allicere, vel, si abnuerent, vastare Gallias, et Cottianis[1] Alpibus[x] Italiam irrumpere;' Cæcina 'propiore transitu, Peninis jugis[y] degredi'[2] jussus. Valenti inferioris exercitus electi,[z] cum aquila[3][a] quintæ legionis et

duces, duasque bello vias. Fabius Valens jussus est, adjungere sibi Gallias, vel si recusarent, *eas* depopulari et per Cottianas Alpes Italiam invadere; *imperatum est Cæcinæ* breviore trajectu, Peninis, *scil.* montibus descendere. *Valenti tradita* sunt *inferioris* Germaniæ *vexilla, cum aquila quintæ legionis, et*

1 Ms. Guelf. edd. pr. Puteol. *quottidianis;* vitiose. Beroaldus edidit *Cottianis.* Ern. Budens. *Cotianis.*—2 *Digredi* quid. Mss. et Edd.—3 Sic bene Mss. Flor. Guelf. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. Corrupte in Ms. Corb. *aquilis.* In Mss. Reg. Vatic. et editione principe, *aquilex.* Unde

NOTÆ

[x] *Cottianis Alpibus*] Alpis Cottia, vel Matrona, mons Brigantiorum populorum, in Viennensi quarta Galliæ provincia: hodie *le Mont Geneure* in Delphinatu ad Septentrionem et Orientem. *Tillemonius.*

Cottianis Alpibus] Nemo, opinor, vel semidoctus, non cognoscet *Cottianis* legendum: ut inde eorum sententia confutetur, qui Genuam quoque in Cottiis esse dixerunt, nec enim illac transiisse Vitellianos quisquam prodidit. *Alciatus.*

Non abs re fuerit dicere, *Cottiarum* et *Peninarum* Alpium Gallis nostris in Italiam euntibus pervia esse itinera. Cottias vero Alpes, vel, ut vult Tacitus, Cottianas, nostrates *montem Genebræ* vocant, in Delphinatu.

Via militaris et convehendis machinis bellicis accommoda. Ea Carolus Octavus, Italiæ terror, et belli fulmen, primus immensæ magnitudinis tormenta bellica in Italiam transvexit.

Peninæ Alpes sunt in Sabaudia, vulgo *mons Cinis:* eas transcendit Carolus Magnus Regi Longobardorum bellum illaturus. *Lupanus.*

[y] *Peninis jugis*] Alpis Penina, mons Veragrorum et Salassorum populorum, in Viennensi Quinta Galliæ provincia: hodie *le Grand Saint Bernard,* mons comitatus *Wallais,* et ducatus *Aoust,* in Helvetia hodierna, et Pedemontio principatu. *Tillemon.*

Peninis jugis] Ita scribendum ubique, auctore Livio; qui negat eas Alpes sic dici, quod Annibal *Pœnus,* ea transmiserit, sed a jugo excelsi montis, quod *Penum* incolæ dicunt. Fidem ei notæ etiam nostra lingua hodie facit, qui excelsa omnia, et in acutum fastigiata, *Pennas* vocamus sive *Pinnas.* Lipsius.

[z] *Electi*] Sunt cohortes, et vexilla, quæ abstrahebant a legionibus, cum aquilas et fere vacua legionum nomina in provincia relinquerent. Quilibet legatus unam tantum aquilam seu legionem habuit, cum tamen re ipsa robur omnium legionum in Italiam secum traherent.

[a] *Cum Aquila*] Valenti quadraginta millia hominum data; lectis roboribus legionum, et auxiliorum, ex universo inferioris Germaniæ exercitu: nulla integra legione ei data, ut Germanis hostibus, qui ad Rhenum, quatuor legionum nomen fraudem faceret: Aquila tamen unius legionis data, sig-

Digitized by Google

cohortibus alisque, ad XL. millia armatorum data: XXX. millia Cæcina e superiore Germania ducebat, quorum robur legio una, prima et vicesima,[4] fuit: addita utrique Germanorum auxilia,[b] e quibus Vitellius suas quoque copias supplevit, tota mole belli secuturus.

62. Mira inter exercitum Imperatoremque diversitas. Instare miles, arma poscere, dum Galliæ trepident, dum Hispaniæ cunctentur: non obstare hyemem[c] neque ignavæ pacis moras: invadendam Italiam, occupandam urbem: nihil in discordiis civilibus festinatione tutius, ubi facto

cohortibus alisque sociorum, *ad quadraginta millia militum: Cæcina e superiori exercitu trahebat triginta millia* armatorum, *quorum præcipua vis fuit legio una-et-vicesima; adjunctæ utrique* duci *sociæ Germanorum copiæ, ex quibus Vitellius suum etiam exercitum supplevit*, cum *universa belli mole secuturus.*

Maximum discrimen fuit *inter militem et ducem. Urgere miles, prælia flagitare*, dum Galliæ timeant, dum Hispaniæ dubitent; non impedire hyemem, neque inertis otii cunctationes; occupandam Italiam, invadendam urbem; nihil in bellis civilibus properatione melius aut certius; ubi executione ma-

Lipsius frustra tentabat, *aquila Xquintæ*, seu *quintædecimæ legionis*. Brotier.— 4 *Legio unaetvicesima* [Brot. edidit; et] ita Ms. Reg. editio princeps, et Cl. Lallemand; probabat quoque Cl. Ernestus. In Mss. Flor. Corb. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *una pr. et vic.* Inde Puteolanus edidit, *una prima et vicessima.* Non absurdo sensu, si distinguas post, *una:* [et sic edidere Gronov. et Ryckius cum Bipont.] In Ms. Harl. deletum est, *una.* Brotier.

NOTÆ

num præcipuum totius expeditionis.

Cæcinæ triginta millia hominum data, ex lectis seu vexillariis duarum legionum, et auxiliorum inferioris exercitus, addita una legione integra, una-et-vicesima Rapaci: eodem consilio, ut duarum legionum nomen prætexeretur vicinis barbaris.

Inde factum, ut mox in Italia septem legiones Germanicæ numerentur, *prima, quinta, quintadecima*, et *sextadecima*, ex inferiori exercitu; *quarta, una-et-vicesima* excepta; quia ex aliis partem eduxerant in Italiam Vitelliani, partem reliquerant.

In Vaticano, *cum aquilex quintæ legionis;* ex quo Lipsius, *cum aquila x. quintæ legionis*, cui cave credas: non quin de utraque legione id credi possit, ex cetera historiæ serie, sed *decimam-quintam, decimam-quartam*, aliaque ad eum modum, Tacitus et alii veteres omnes consensu minorem numerum præponunt, *quartamdecimam, tertiamdecimam, quintamdecimam.* Mercerus.

[b] *Germanorum auxilia*] Non ex Gallica tantum Rheni ripa, sed et e Transrhenanis, quos præcipue hoc Taciti loco spectari puto. *Savilius.*

Germanorum] Qui nempe ante socii, aliique etiam forte ante ignoti, tum in commilitium asciti sunt a Vitellio: quippe gens, periculorum avida, etiam apud extraneos bellum quærebat.

[c] *Non obstare hyemem*] Excusationes morasque omnes rejiciebat miles, ideo clamabat; Impedimento esse non debere hyemem, neque moras pacis, quæ ab ignavis proponebatur. *Pichena.*

Digitized by Google

magis, quam consulto opus esset.' Torpebat Vitellius, et fortunam Principatus inerti[1] luxu[d] ac prodigis epulis præsumebat, medio diei temulentus et sagina gravis: cum tamen ardor et vis militum ultro Ducis munia implebat, ut si adesset Imperator, et strenuis, vel ignavis spem metumque adderet. Instructi intentique[2] 'signum profectionis' exposcunt. Nomen[3] *Germanici*[e] Vitellio statim additum:[3]

gis, quam consultatione opus esset. *Languebat Vitellius, et opes amplitudinemque imperii segni luxuria profusisque conviviis præcipiebat, sub meridiem vino madidus et satietate ac pinguedine distentus; cum tamen alacritas et impetus militum ultro Imperatoris curas obiret, perinde ac si dux adstaret, et promtis vel segnibus spem, aut formidinem adjiceret. Parati intentique* signum itineris *expostulant. Vocabulo* Germanici *Vitellio propere imposito,* Cæsarem *se nuncupari, etiam post*

1 Sic bene Puteolanus et recentiores. Ms. Corb. *in inerti.* Editio princeps, *in inermi.* Brotier.—2 Sic bene Mss. Corb. Reg. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *instructi interritique.* Idem.—3 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. Guelf. et Puteolanus. Et quidem optime. In editione principe et recentioribus, *nomine Germanici Vitellio statim addito;* [et sic Gronov. cum Ryckio.] Paulo mollius Ms. Corb. *nomine*

NOTÆ

[d] *Inerti luxu*] Sic infra: 'Sane ante utriusque exitum, quo egregiam Otho famam, Vitellius flagitiosissimam, meruere, minus Vitellii ignavæ voluptates, quam Othonis flagrantissimæ libidines timebantur:' et mox; 'Vitellius ventre et gula sibi ipse hostis.'

Libet hic ex Xiphil. addere Vibii Crispi dictum elegans, qui cum ex nimia ciborum ingluvie ægrotasset, respondit, Nisi ægrotasset, se periturum fuisse.

Itaque, ut ipse Xiphilinus scribit, totus Vitellii principatus nihil aliud quam ebrietas fuit: etenim pretiosissima quæque tam studiose undique conquirebantur, et conquisita tam opipare apparabantur, ut omnes cupediæ Vitelliani cibi dicantur. *Lupanus.*

Sic Suet. Vit. 13. 'Sed vel præcipue luxuriæ sævitiæque deditus, epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat: in jentacula, et prandia, et cœnas, comessationesque: facile omnibus sufficiens, vomitandi consuetudine. Indicebat autem aliud alii eadem die: nec cuiquam minus singuli apparatus quadringenis millibus nummum constiterunt.'

Quadringena millia N. sunt nobis 10,000. coronati, seu 30,000. lib.

[e] *Nomen Germanici*] Primus qui apud Romanos expugnato loco cognomen sibi ascivit, fuit Cn. Marcius, a *Coriolis* dictus *Coriolanus.*

Post eum seniori Scipioni a devicta *Africa* hæsit *Africani* cognomen. Lucius quoque ejus frater ab *Asia* sumsit *Asiatici* cognomen.

Ex Metellis multi, sed discernendi se magis gratia, quam ullo insignioris victoriæ merito. Primi Imperatores interdum ex libitu pauca quædam asciverunt nomina, interdum in alios transfuderunt.

Postera ætas, ut virtute degener, ita ambitiosa in titulos. Xiphil. in Commodo: 'Tanta erat futilitas istius monstri abjectissimi Commodi, in hoc

Digitized by Google

Cæsarem se appellari etiam victor prohibuit.[f] Lætum augurium[g] Fabio Valenti exercituique, quem in bellum agebat,[4]

victoriam retulit. Faustum auspicium oblatum *Fabio Valenti, et copiis, quas in*

Germanici statim addito. Brot.—4 Sic bene Mss. Flor. Reg. Harl. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *in bellum*

NOTÆ

stylo exaratas adsenatum literas dederit: Imperator Cæsar L. Ælius Aurelius Commodus, Augustus, Pius, Felix, Sarmaticus, Germanicus, Maximus, Britannicus, concordia orbis terrarum invictus, Romanus Hercules, Pontifex Maximus, Tribuniciæ potest. XVIII. Imperat. VIII. Consul VII. Pater Patriæ.'

Et qui modestiæ laude censetur Justinianus, eadem inflatæ scriptionis ambitione turget. 'Imp. Cæsar Flavius Justinianus, Alemannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, inclytus Victor ac Triumphator, semper Augustus.' *Savilius.*

Nomine Germanici] Tum modeste et sapienter dixit mater Vitellii, se non genuisse Germanicum, sed Vitellium. Ejusdem modestiæ exemplum habes apud Gellium XIII. 4. de Alexandro: 'Cum is ad matrem ita scripsisset: Rex Alexander Jovis Ammonis filius, Olympiadi matri salutem dicit: Olympias ei rescripsit ad hanc sententiam: Amabo, inquit, mi fili, quiescas, neque deferas me, neque criminere adversum Junonem. Malum mihi prorsum illa magnum dabit, cum tu me literis tuis pellicem illi esse confiteris.

'Ea mulieris sciltæ atque prudentis erga ferocem filium comitas, sensim et comiter admonuisse eum visa est, deponendam esse opinionem vanam, quam ille ingentibus victoriis, et adulantium blandimentis, et rebus supra fidem prosperis imbiberat, genitum esse sese de Jove.'

Nomine Germanici] Plut. Galba: 'Primus Fabius Valens Dux legionis postridie multis cum equitibus accurrit, et Vitellium Imperatorem salutavit. At vero Vitellius, qui prioribus diebus recusare eum titulum visus erat, magnitudine imperii deterritus, ut ferunt, vino ciboque meridiano repletus, progressus est, repudiatoque Cæsaris nomine, Germanici accepit.' Sic Sueton. Vitel. 8. 'Cognomen Germanici delatum ab universis cupide recepit: Augusti distulit: Cæsaris in perpetuum recusavit:' at Tac. Hist. II. 'præmisit in urbem edictum, quo vocabulum Augusti differret, Cæsaris non reciperet, cum de potestate nihil detraheret.'

[f] *Prohibuit*] Suet. Vit. 8. *in perpetuum* ait: sed Tac. Hist. III. aliud docet: 'quin et Cæsarem se dici voluit, aspernatus antea. Sed tunc superstitione nominis, et quia in metu consilia prudentium et vulgi rumor juxta audiuntur.'

Sed nomen Cæsaris tum usurpabat cum certe præter nomen nihil illi superesset. Cæsaris vocabulum tum sibi arrogat, cum e solio Cæsaris dejectus fere erat: hinc in nummis ejus neque in marmoribus unquam visum nomen Cæsaris, Augusti sæpe. Sic enim numisma aureum cum liberis ipsius ab una parte: A. VITELLIUS GERM. IMP. AUG. TR. P.

[g] *Lætum augurium*] Fuerit fortasse illa aquila potius manifestus impostor,

Digitized by Google

ipso profectionis die, aquila leni[5] meatu,[h] prout agmen incederet, velut dux viæ, prævolavit: longumque per spatium is gaudentium militum clamor,[i] ea quies interritæ[6] alitis fuit, ut haud dubium magnæ et prosperæ rei omen acciperetur.

63. Et Treveros quidem, ut socios, securi adiere. Divo-

expeditionem ducebat, ipso die profectionis, aquila placido volatu, prout exercitus procederet, quasi dux itineris, præcessit: et quidem *per immensum* viæ *spatium*, et *is lætantium militum plausus, ea tranquillitas impavidæ volucris fuit, ut non ambiguum ingentis et felicis victoriæ augurium intelligeretur.*

Et interriti quidem venere ad Treveros, tanquam earundem partium gentem.

cogebat. Brot.—5 Sic bene Pichena et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *leri meatu*.—6 Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. et Puteolanus, *interrita alitis*. Corrupte Ms. Corb. et editio princeps, *interrita: ea ales*. Melius recentiores, *interritæ*. Brotier.

NOTÆ

aut penitus ignarus futuri, quam ut præbere potuerit *omen haud dubium* duraturæ ad momentum felicitatis. *Savilius.*

Lætum augurium] Opiniones illæ ortæ primo ex religione haruspicina et vana superstitione; pluraque ficta et adornata, potissimum ad inducendum populum, trahendumque in partes.

Dein ea figmenta conscribere coacti sunt auctores, qui scil. res memorare debent prout gestæ, vel saltem ut traditæ sunt.

Nec tamen puto omnia ista falsa: nam vel casu vel alio modo contingere potuerunt; quæ licet fortuita et inania, tamen in suam rem, cum expedit, flectunt proceres, ut sic vulgus alliciant fallantque pro sua libidine et ambitione.

[h] *Aquila leni meatu*] Suet. 'sensim antecessit.' *Acidalius.*

Levi tamen forte dicatur de volucri et de aquila; et τὸ *meatu* satis explicat, ingressos viam sensim aquilam antecessisse: et Suet. 'repente aquila advolavit.'

Bene tamen *leni meatu*, qui apponitur rapido volatui aquilæ; et satis sic innuit Tacitus, aquilam leniter in sublimi evectam, sustinuisse cursum pennis velut immotis, prout agmen incederet, et quasi dux viæ prævolaret.

Quod idem recte explicat Suetonius per *sensim antecessit*: ut sic intelligas non velocem et citatum cursum, sed potius non rapidum, non præcipitem aquilæ volatum. Immo veluti quietum, et liberiore cœlo immotum: 'ea quies interritæ alitis fuit,' inquit Tac.

[i] *Clamor*] Ingens clamor militum, et ex magna alacritate ortus, initio prælii, fuit omen victoriæ, at ibi *gaudentium militum clamor*.

Et quod ingenti illo clamore interrita mearet duceretque ales, id lætum augurium fuit; etsi non duraturæ felicitatis, attamen præsagium magnæ victoriæ esse potuit, et revera fuit.

Et *leni* illo suo *meatu* præsagire potuit aquila celeritatem victoriæ, simul et instabilitatem fortunæ.

Digitized by Google

duri[j] (Mediomatricorum[k] id oppidum est) quanquam omni comitate exceptos subitus pavor[l] exterruit,[2] raptis repente[3] armis ad cædem[m] innoxiæ civitatis: non ob prædam aut spoliandi cupidine,[4] sed furore et rabie et causis incertis, eoque difficilioribus remediis; donec, precibus Ducis mitigati, ab excidio civitatis temperavere; cæsa tamen ad[5] quatuor millia hominum. Isque terror Gallias invasit, ut venienti mox agmini universæ civitates cum Magistratibus et precibus[6] occurrerent, stratis per vias pueris fœminisque;[7]

Divoduri, (Mediomatricorum ea civitas est,) repentinus terror invasit turbavitque illos, licet omni benignitate excepti essent; illi *raptis subito armis* ruebant *ad internecionem innocentis populi; non ob raptus aut prædandi libidinem, sed ira et cæco impetu, et causis ignotis, ideoque difficilius subveniebatur, donec obsecrationibus ducis placati abstinuere ab exitio civitatis; trucidata tamen ad quatuor millia hominum. Tantusque pavor incessit Gallias, ut postea omnes urbes cum magistratibus et precibus obviam venirent exercitui adventanti, provolutis per itinera pueris*

1 Sic bene Ms. Reg. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *Dinodurium*. Ms. Corb. *Devedruros*. Brot.—2 Ita Mss. Reg. Corb. et libri omnes editi, præter J. Gronovium, qui emendavit e Ms. Flor. *terruit*. Sic quoque habent Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Sed in Ms. Harl. emendatum, *exterruit*.—3 Gronovius habet *derepente*, ex Flor. corrupt. *aerepente*.—4 Sic bene Mss. Corb. Reg. Agr. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *cupidinem*; [et sic edidit Gronovius.] *Brotier*.—5 *Ad* abest a Ms. Corb.—6 Hæc *cum mag. et prec.* quidem absunt a Ms. Guelf. At ea habent ceteri libri. Multa id genus in Mss. Taciti omissa. Nec redundat, *et precibus*, ut existimat Cl. Ernestus. *Brot*.—7 In Mss. Flor. Agr. *fæminis puerisque*.

NOTÆ

[j] *Divoduri*] Divodurus, urbs Mediomatricorum populorum in Belgica prima, Galliæ provincia, hodie *Metz*, urbs Episcopatus Metensis, sed in Lotharingiæ statu sita. *Tillemon.*

[k] *Mediomatricorum*] Mediomatrici populi provinciæ Belgicæ primæ, in Gallia: hodie Diœcesis Episcopatus Metensis, *Metz*, in statu Lotharingiæ. *Tillemonius.*

[l] *Subitus pavor*] Ejusmodi pavores describit Dionysius Halic. l. v. post prælium Consulum cum Tarquiniis exulibus: 'Inter hujusmodi cogitationes et colloquia circa primam ferme vigiliam, e sylva ad quam castra habebant, vox quædam ad utriusque partis aures appulsa est, ut ab omnibus exaudiretur: sive ea Herois fuit, cujus istud fanum seu lucus est; sive Fauni quem vocant. Ad hunc enim auctorem Romani solent referre panicos terrores, omnisque generis spectra. Nam si quando insolitæ species oculos hominum exterrent, vocesve divinæ aures eorum percellunt, numini huic opus illud tribuunt.'

Nulla certe vox tunc audita; sed quod pejus est apud ingenia vulgi, arcanus ille pavor fuit, et ex incerta causa. Tacitus; 'Furore et rabie et causis incertis, eoque difficilioribus remediis.'

[m] *Ad cædem*] Non ad cladem dixit, quia non ob prædam.

Digitized by Google

quæque alia placamenta hostilis iræ,[n] non quidem in bello, sed pro pace, tendebantur.[8]

64. Nuntium de cæde Galbæ et Imperio Othonis, Fabius Valens in civitate Leucorum[o] accepit. Nec militum animus

mulieribusque; et omnia alia id genus *velamenta supplicum obtendebantur, quæ placare hostilem iram possent, non certe quod bellum* haberent, *sed* tamen *ut pacem* obtinerent.

Fabius Valens, cum adventasset *in urbem Leucorum, audivit nuntium de nece Galbæ et principatu Othonis. Nec* ideo *militum animus in lætitiam aut metum*

8 In Mss. Reg. Corb. Agr. et editione principe, *tendebant*.

NOTÆ

[n] *Quæque alia placamenta hostilis iræ*] Locus obscurus, sed illustro, (si tamen sincerus:) erant preces et supplicia ut in bello; neque bellum erat, sed tamen timebant hostilia, et pacem sic orabant. *Lipsius*.

Forte sanus erit hic locus, si intelligas civitates Galliarum, nullum quidem bellum habere cum exercitu Valentis, sed ea facere, ne etiam haberent. Sic lib. xv. 'Pavido milite et concedente, ne qua prælii causa existeret.' *Pichena*.

Tacitus hæc ait in invidiam discordiæ Civilis, qua etiam, ubi pax est, belli mores usurpantur. Galliæ enim erant pacatæ, tantumque cunctantes et deliberantes, quem sequerentur: 'Instare miles, arma poscere, dum trepident Galliæ. Et Fabius Valens allicere, vel, si abnuerent, vastare Gallias.'

Admonitæ demum strage Divoduri facta, cunctationem exuerunt, Vitelliique partes amplectuntur. Tacitus, 'Gallis cunctatio exemta, et in Othonem ac Vitellium odium par, ex Vitellio et metus.'

Verum eo terrore civitates adeo perculsæ sunt, ut facie supplicum occurrerent exercitui venienti, quasi ferro ignique is omnia vastaturus esset.

At quænam illa sunt, quæ ab iis *tendebantur?* Dicat noster: 'cum haud ignari discriminis sui Viennenses velamenta et infulas præferentes.'

Eurip. Supplic. 'Ramisque supplicibus circundant me, ut vides.' Scholiastes Aristophanis: *Ικετηρία* est *ramus oleæ lana circumplexus*.

Livius: 'Ramos oleæ ac velamenta alia supplicum porrigentes, orare, ut reciperent se:' et 'velata navis infulis et ramis oleæ occurrit ex portu Carthaginis.' *Salinerius*.

Non quidem in bello, neque propter bellum aut post bellum, quia nullum erat; sed ea placamenta offerebant, ne bellum haberent.

Sic cap. 66. 'Haud ignari discriminis sui Viennenses flexere militum animos.'

Sed alia placamenta iræ forte validiora istis adjecta, ut mox 'addidit Valens trecenos singulis militibus sestertios, dum vetustas dignitasque Coloniæ valuit.'

[o] *In civitate Leucorum*] Suet. Vit. 9. scribit Vitellio innotuisse Galbæ mortem ante Valentis discessum. *Sarit*.

Sueton. 9. 'Ac subinde cæde Galbæ annunciata, compositis Germanicis rebus, partitus est copias, quas adversus Othonem præmitteret, quasque ipse perduceret.'

Digitized by Google

in gaudium aut formidinem[1] [p] permotus: bellum volvebat.[2] [q] Gallis[3] cunctatio exemta,[r] et in Othonem ac Vitellium odium par, ex Vitellio et metus. Proxima Lingonum civitas erat, fida partibus: benigne excepti, modestia certavere;[s] sed brevis lætitia fuit, cohortium intemperie,[t] quas,

excitus est: *bellum cupiebat. Gallis demta dubitatio, et æquale odium in Othonem ac Vitellium*, et *ex Vitellio etiam formido* erat. *Propinqua erat urbs Lingonum, fidelis partibus: comiter excepti, moderationem certatim exhibuere; sed breve gaudium fuit, immodestia cohortium, quas a quartadecimanis, ut antea retulimus,*

1 Ms. Corb. et editio princeps, *in gaudio, aut formidine.*—2 *Bellum volvebat.* Hæc recte distinxit eruditus Grævius, quem recentiores merito sunt secuti. Antea cum superioribus conjungebantur: [et sic edidere Gronovius et Ryckius.] *Brot.*—3 Ryckii Cod. *Sed Gallis.*—4 Male Freinshemius, *jurgio.*

NOTÆ

Attamen non ordine temporum res componit Suetonius: unde sæpe error.

Leucorum] Leuci, populi provinciæ Belgicæ primæ in Gallia: hodie Diœcesis Episcopatus Tullensis *Toul*, in statu Lotharingiæ. *Tillemon.*

p *In gaudium aut formidinem*] Annunciata cæde Galbæ, neque gaudio neque metu permotus miles: quicquid contingeret, vel prosperum vel adversum, promtus et pervicax bellum destinaverat.

Forte sic intelligendum: Nec militum animus in gaudium ob cædem Galbæ, aut formidinem ob electionem Othonis permotus, bellum agitabat: utraque enim simul haud dubie nuntiata.

q *Volvebat*] Malim *volebat*, quasi diceret, Neque Galbæ mortem, neque Othonem principem, aut Vitellium præcise, sed *bellum volebat.*

Nam certe neque Vitellium voluit miles, nisi postquam Verginius abnuit, et cæsus est Capito; et quia nemo alius offerebatur, qui se eorum electioni, seu potius furori ac libidini, permitteret.

Ipsi certe neque Vitellium, neque principem volebant, sed *bellum*, et ex bello prædam, opes, honores, spolia Reipublicæ.

Bellum volvebat] Malim *volebat.* Quicumque nuncius afferretur, quicumque princeps caderet aut imperaret, ad ea miles nec gaudio nec metu permotus; quicquid accideret, *bellum volebat*, non tantum *volvebat.*

Bellum volvebat] Non poneret absolute Tacit. *volvere*, sed *volvere animo.* Sic Hist. lib. I. de Othone 'stupra.... et fœminarum cœtus volvit animo.'

r *Gallis cunctatio exemta*] Vivente enim Galba, nonnihil adversos fecerunt ejus beneficia, sed adacti tamen juvando Vitellio. Nunc Othonis Vitelliique odio, et alterius metu, consultum maxime videbatur in speciem se illi probare, unde præsens periculum timeri poterat. *Savilius.*

Cædes Galbæ nuntiata, et metus ex Vitellio, Gallis cunctationem exemere. Nam cur Othoni faverent, quem solo nominis et flagitiorum odio noverant.

Exemta] Cunctatio Gallis exemta, cæde Galbæ nuntiata, quem amabant, et præsentia armorum Vitellii, quem oderant, simul et metuebant.

s *Modestia certavere*] Nempe, milites Vitelliani, quia benigne excepti;

Digitized by Google

a legione quartadecima, ut supra memoravimus, digressas, exercitui suo Fabius Valens adjunxerat. Jurgia[t] primum: mox rixa inter Batavos et legionarios,[s] dum his aut illis studia[u] militum aggregantur, prope in prælium exarsere; ni Valens animadversione paucorum oblitos jam Batavos imperii[v] admonuisset. Frustra adversus Æduos[w] quæsita belli causa. Jussi 'pecuniam atque arma[x] deferre,' gratui-

separatas, agmini suo Fabius Valens adjecerat. Contentione primum: dein altercatione inter Batavos et legionarios, dum his vel illis favor manipularium adjungitur, fere usque ad certamen erupere; nisi Valens, paucis punitis, immemores jam tum imperii Batavos coërcuisset. Frustra quæsitus est *armorum prætextus adversus Augustodunenses. Jussi* opes et arma afferre, *copias præterea exhibuere*

Brot. At sic Ryckius et Gronovius.—5 Post *legionarios* Brotier. periodum

NOTÆ

et quia jampridem fida partibus civitas illa, et quia vicina hybernis legionum, et quia infensa Galbæ.

[t] *Cohortium intemperie*] Sunt illæ octo cohortes Batavorum, quæ auxiliares additæ legioni decimæquartæ, et ab ipsa postea divisæ *discordia temporum*; eas sibi adjunxit Fabius, quia *prout inclinassent, grande momentum, sociæ aut adversæ.*

[u] *Studia*] Scilicet *auxiliares*, qui multi, e Germania, Belgio; cetera Gallia, et aliis sociis adjuncti Batavis, qui *auxiliares* quartædecimæ legionis, et *electi* seu *vexillarii* legionariis aggregati eodem in suos affectu.

Sed forte quod fuit commune crimen, uni Batavi luere, statim vicem reddituri Civili duce, qui mox vindicabit armis ingenia et ludibria dominantium.

[v] *Oblitos jam Batavos imperii*] Quia separati a signis legionis, a legatis Rom. et etiam ob discordiam principum, fere imperii et disciplinæ obliti; et rebus turbidis, veluti sui juris erant, nimisque jam lasciviebant.

[w] *Frustra adversus Æduos*] Quia Ædui olim in partibus Vindicis et Galbæ; idem ille nunc miles, qui Vindicem profligarat, ultro causam belli quæsisset adversus Æduos, et maxime cupidine prædæ, quia opulentissimi Gallorum Ædui: sed frustra *causa belli quæsita*, cum illi imperata ultro facerent, pecuniam et arma offerrent, et gratuitos insuper comeatus præberent.

[x] *Arma*] Sic infra Viennenses, *publice tamen armis mulctati*, in pœnam *fidei* puto, quia pro Galba steterant. An illa arma rapiebant in bellum, an vero sic ut exarmarent civitates illas quasi adversas?

Forte ex utraque causa, nam et illis opus erat armis, sicque et infestas civitates spoliabant armis opibusque: aut saltem eo prætextu, quasi parum fidas eas et adversas videri cupiebant, et sic vocabant ut spoliarent.

Arma] Haud dubie parum armati auxiliares e Britannia, Germania, et Gallia Cisrhenana tumultuario conscripti. His data arma, dum singulas Galliæ civitates pertranseunt. Sic et Viennenses etiam mulctati pecunia et armis, prætextu belli et partium.

Digitized by Google

tos insuper commeatus præbuere: quod Ædui formidine, Lugdunenses gaudio fecere.[7] Sed legio Italica et ala Taurina abductæ.[2] Cohortem[a] duodevicesimam[6] Lugduni,[7] solitis sibi[8] hybernis, relinqui placuit. Manlius Valens, Legatus Italicæ legionis, quanquam bene de partibus meritus, nullo apud Vitellium honore fuit: secretis eum[9] criminationibus infamaverat Fabius ignarum, et, quo incautior deciperetur, palam laudatum.

gratis: quod Ædui metu, Lugdunenses lætitia præstitere. Sed legio Italica et ala Taurina abstractæ sunt. *Placuit manere cohortem duodevicesimam Lugduni in consuetis sibi castris. Manlius Valens, legatus Italicæ legionis, quamvis partes acribus ministeriis juvisset, nulla* tamen *apud Vitellium dignatione fuit: occultis eum calumniis infamarat Fabius inscium, et quo magis præter opinionem falleretur,* eum *coram commendarat.*

posuit; et sic Bipont.—6 Ita Ms. Agr. Ryckius et recentiores. Mss. Flor. Reg. Corb. *cohortem XVIII.* Editio princeps, *octavam decimam.* Perperam in Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *cohortes XVIII. al.* (id est, in alio Ms.) *XIII.* Una enim cohors præsidium Lugduni agitabat, ut dictum est supra Annal. III. 41. *Brotier.*—7 A Ms. Jes. abest, *Lugduni:* illud quoque omissum volebat Lipsius.—8 Rhenanus, *solitis ibi;* sed adversantibus libris. —9 *Eum* commodius abesset. *Ernest.*

NOTÆ

[7] *Quod Ædui formidine, Lugdunenses gaudio fecere*] Vitellius a Galba missus in Germaniam fuit. Lugdunenses autem acerrimi Galbianarum partium hostes erant, atque ut supra dixit, *pertinaci pro Nerone fide,* quomodo nunc gaudio Vitellianos excipiunt? an simulato? nam cæso Galba, suspectari potius poterant tanquam in Othonem proni.

Vere gavisos crediderim: nam etsi missu Galbæ Vitellius præerat, legiones tamen, atque una Lugdunenses, fuerunt adversus Vindicem et Galbam. Sperabant itaque exercitum contra Viennenses accendere. *Pich.*

Gaudio; quia illi semper in partibus legionum superioris Germaniæ, et Galbianis infensi, et inprimis Viennensibus, quia æmuli et vicini, ideoque privatam causam publicis querelis miscebant Coloniæ, tanto odio, ut essent plusquam *civilia arma,* nec tantum pro principe, aut pro causa publica invicem certarent.

[2] *Abductæ*] Fabius Valens legionem Italicam et alam Taurinam suis copiis adjunxit, et secum abduxit in Italiam.

[a] *Cohortem*] Tuentur nonnulli contra Lipsium mansisse octodecim cohortes Lugduni, quæ saltem inania nomina auxiliorum, et numerus erant, si non robur.

At certe Italica legio tendebat Lugduni, cum suis auxiliis, et ala Petrina: his adde octodecim cohortes, certe sic in una civitate tenderent tres legiones, et insuper auxilia paris roboris, idque in provincia pacata et inermi.

Certius est relictam Lugduni unam tantum cohortem, nempe duodevicesimam; quia legati tum molem omnem belli, viresque, et opes omnes in Italiam trahebant, ibi de summa rerum

Digitized by Google

65. Veterem[b] inter Lugdunenses Viennensesque[c] discordiam proximum bellum[d] accenderat: multæ invicem clades, crebrius infestiusque,[e] quam ut tantum propter Neronem Galbamque pugnaretur. Et Galba reditus[1] Lugdunensium, occasione iræ, in fiscum verterat:[f] multus contra in Viennenses honor: unde æmulatio et invidia et uno amne discre-

Ultimus motus incitarat auxeratque priscam dissensionem, Lugdunenses inter et Viennenses: plurimæ clades mutuo illatæ, *frequentius et acrius, quam ut solummodo pro Nerone aut Galba certaretur. Et Galba, prætextu offensionis, in rem familiarem suam reditus Lugdunensium transtulerat; et vice versa plurimum decus in Viennenses* collatum: *unde* oriebatur *contentio ac livor, et uno flumine divisis*

1 *Redditus* pro *reditus* Guelf. Puteol. quod præferebat Danesius. Male. *Ernest.* Vitiosa scriptura *redditus* medium ævum sapit, quo sic in usu. Sic

NOTÆ

et imperio certaturi.

Cohortem duodevicesimam Lugduni] Puto huc respexisse Josephum, qui tradit totam Galliam mille et ducentis militibus in officio contineri, qui forte omnes apud Lugdunum et Forum Julium locati: nam una cohors, quæ Lugduni *solitis hybernis tendebat*, et ala, quæ Foro Julii, hunc numerum explere possint.

At certe fines Galliæ octo legionibus Germanicis, et ex alia parte legionibus classibusque Britannicis custodiebantur.

[b] *Veterem, &c.*] Cujus hinc origo repetenda: primi Lugduni incolæ, Vienna expulsi, jure oderant, quos iniquissime sua per vim occupasse norant. *Savilius.*

Hæc est origo discordiæ, sed post tot annos vera causa vicinitas; unde æmulatio, et eadem commercii ratio et quæstus. Id odium municipale perpetuum. Sed tandem mutasse sedem bene vertit Lugdunensibus serie temporum.

Veterem.....discordiam] Quas discordias cavere debet princeps ne exardeant. Qua de re laudatur optimus Trajanus Plin. paneg. 'O veri principis, atque etiam consulis, reconciliare æmulas civitates, tumentesque populos non imperio magis quam ratione compescere, intercedere iniquitatibus magistratuum, infectumque reddere quicquid fieri non oportuerit.'

Discordiam] Ad rem Julianus Imperator pro Argivis: 'Omnino necesse est civitates, cum sint ipsæ immortales, habere etiam inter se immortale odium, nisi vir aliquis justo judicio veteres inimicitias invicem reconciliarit.'

[c] *Viennensesque*] Vienna, urbs Allobrogum populorum, in Viennensi prima: hodie *Vienne*, urbs Delphinatus provinciæ ad Rhodanum fluvium. *Tillemon.*

[d] *Proximum bellum*] Nempe Vindicis adversus Neronem, id est proxime præteritum.

[e] *Crebrius infestiusque*] Sic infra lib. III. hist. *Municipalem æmulationem bellis civilibus miscente*, de Capua et Puteolis.

[f] *In fiscum verterat*] Haud dubie consilio T. Vinii, qui talia festinabat, ut apud senem principem.

Digitized by Google

tis[g] connexum odium. Igitur Lugdunenses exstimulare singulos militum, et in eversionem Viennensium impellere, 'obsessam ab illis coloniam suam,[h] adjutos Vindicis conatus, conscriptas[i] nuper legiones in præsidium Galbæ' referendo: et, ubi causas odiorum prætenderant, magnitudinem prædæ ostendebant. Nec jam secreta exhortatio, sed publicæ preces: 'Irent ultores, exscinderent sedem Gallici belli: cuncta illic externa[j] et hostilia: se coloniam Romanam[k] et partem exercitus et prosperarum adversarumque rerum socios: si fortuna contra daret,[2] iratis ne relinquerentur.'

conjuncta ira ac discordia. Itaque Lugdunenses incitare unumquemque manipularium, et in excidium Viennensium instigare, memorantes, obsedisse civitatem suam, fovisse consilia Vindicis, *ibi* delectas proxime legiones in auxilium Galbæ: *et ubi causas irarum prætexuerant, amplitudinem opum ostentabant. Nec jam occulte exhortabantur, sed palam observabant* exercitum: Pergerent vindices, everterent et solo æquarent arcem belli Gallicani: omnia illic aliena et hostilia; se coloniam Rom. et partem exercitus, et participes secundarum adversarumque rerum: et si fors contraria esset, infestis *hostibus* ne permitterentur.

et Bud. *Oberl.*—2 Sic optime Puteolanus. Corrupte Mss. Flor. Corb. *contra-*

NOTÆ

[g] *Uno amne discretis*] Nempe Rhodano fluvio; quinque leucis Gallicis distant invicem illæ civitates.

[h] *Coloniam suam*] Eodem sensu dicunt *coloniam suam*, quo infra cap. 66. 'Addidit Valens trecenos singulis militibus sestertios; tum vetustas dignitasque coloniæ valuit.'

Certe in re perinde *coloniæ* erant *Vienna* et *Lugdunum*: sed æmulatione oppidana et hostili odio, nihil invicem sibi esse videbantur, et sic videri volebant.

Si se amare possent, si toto orbe invicem abessent civitates illæ, jam certe potentissimæ, et florentissimæ coloniæ, dignæque perinde nomine Romano, sibi ipsæ viderentur invicem. Obstat, occæcat æmulatio oppidana, qua nihil infestius, nil malorum fertilius.

[i] *Conscriptas*] Centum millia Gallorum Galbæ Vindex promiserat, si se assertorem orbi accommodaret, teste Plutarch. multa et alia armatorum millia superaddere paratus.

[j] *Cuncta illic externa*] Talis et Vienna. Imperator Claudius, sermone habito in senatu, qui æri incisus etiamnum Lugduni legitur: ORNATISSIMA. ECCE. COLONIA. VALENTISSIMAQUE. VIENNENSIS. QUAM. LONGO. IAM. TEMPORE. HUIC. CURIÆ. SENATORES. CONFERT.

Et ipse Tacitus verbis proxime sequentibus, *tum vetustas dignitasque coloniæ valuit*, ubi de Vienna agit: adeo ut cum utraque tantum esset *colonia*, utraque *externa*, intempestiva fuerit hujus Rhetorica. *Savilius.*

Externa] Quia Viennenses in partibus Galbianis et Gallorum, quos jam non socios, sed *victos* et *hostes* vocabant.

[k] *Se coloniam Rom.*] Equidem haud satis hæc concilio. Nisi si Viennen-

66. His et pluribus in eundem modum, perpulerant, ut ne[1] Legati[1] quidem, ac Duces partium restingui posse iracundiam[2] exercitus arbitrarentur; cum haud ignari discriminis

His et pluribus in eandem sententiam dictis, ita *permoverant* milites, *ut nec legati quidem, ac duces partium existimarent sedari posse indignationem legionum;*

deret. Unde in Ms. Agr. *contra cederet.* In Ms. Reg. et editione principe, *contradiceret.* Brotier.

1 Sic bene Gronovius. In Mss. et veteribus editionibus, *nec legati quidem,* [quod Ryckius servat.] *Brotier.*—2 *Iram* Ryckii Cod.—3 Ita bene Ms. Flor.

NOTÆ

ses prisci, id est, Allobroges, sive Galli, donati colonico jure, etsi militibus aut Romanis civibus non deductis; Lugdunum autem contra, magnam partem Romanis familiis stetit. Nam et hic externos immixtos Dio suadet lib. XLVI. *Lipsius.*

Forte quia minus insignis Vienna jure et privilegiis colonicis; vel forte quia pridem et jam olim deducta ac condita erat, ut vix meminisset, aut meminisse æmuli vellent Colonos eos Romanos esse; aut quia in Allobroges ita degeneraverant serie temporum, ut potius existimandi essent extranei, quam Romana colonia, aut quia nulli aut pauci milites, quod meminissent, huc deducti, et forte nullam prolem reliquerant: cum tamen nuper deducti milites fuissent, condendæ Lugdunensis coloniæ gratia.

Quæ ratio non exigui momenti ad accendendos vulgi animos, in cladem Viennensis civitatis; ' et ubi causas odiorum prætenderant, magnitudinem prædæ ostendebant:' et tamen vetusta colonia Viennensis; sed quia infensi Lugdunenses id suadebant, et sic videri volebant; sic oratorie illi, ut nimio livore exardent adversus finitimos et æmulos.

Se coloniam] Dicunt se coloniam Rom. forte quia recenter structa et condita urbs illa; et si serio advertis, non se dicunt coloniam tantum, sed se simul et *coloniam Rom.* et *partem exercitus* profitentur.

Partem exercitus, puto, quia ibi velut in claustro imperii tendebat semper aliqua legio, aut saltem electæ cohortes cum auxiliis et valido equitatu; ita ut hoc Lugdunenses habeant supra Viennenses, quod sint colonia simul, et pars exercitus Rom.

Sed talia ut plurimum ex ornamentis historiæ, et ex fallacia ingenii talia prætendentium, non ex vero examinanda; aut certe superbia et audaciori jactatione Lugdunensium, qui suas partes et æmulationem acrius ac vehementius asserunt, ac propugnant.

Partem exercitus] Forte quia semper in partibus legionum constantes; non ita Viennenses, qui in partibus Galbanis et Galliarum fuerant; aut quia Veterani huc deducti, aut quia Legionarii ibi præsidium agitabant.

[1] *Legati*] Præcipuus legatus fuit Fabius Valens, qui toti exercitui præerat; dein *legatus* legionis *quintæ.* Per *duces* intelligi possent alii *legati* legionum, qui licet non haberent *aquilam,* tamen habuere secum tantum robur vexillariorum suæ legionis, ut fere id legionem adæquaret: aderant et *præfecti castrorum,* qui etiam vexillariis præfuere, *tribuni, primipili,* &c.

Digitized by Google

sui Viennenses, velamenta[m] et infulas præferentes, ubi agmen incesserat, arma, genua, vestigia prensando,[3] flexere militum animos. Addidit Valens trecenos[4] singulis militibus sestertios:[n] tum vetustas[o] dignitasque[5] coloniæ valuit,

cum haud inscii periculi sui Viennenses, insignia pacis, infulasque prætendentes, ubi exercitus processerat, amplectentes *arma, genua, pedesque* ipsos *prehensantes, iram militum placavere. Adjecit Valens trecenos cuilibet militi sestertios: tum*

In aliis Mss. sueta librariis diversitate, *pressando* vel *prehensando.* Brotier.—4 Ita Mss. Flor. Corb. Agr. Hispan. et recentiores editiones. Non ita bene Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *tricenos.* A Ms. Reg. et editione principe abest numerus. *Idem.*—5 Ryckii Cod. *vetusta dignitas.*—6 Sic scr. (in

NOTÆ

[m] *Velamenta*] *Velamenta et infulæ,* signa sunt se demittentis, et veniam implorantis. Hist. III. Antonius primus cum in muros Cremonentium assultando vim faceret, 'Primores velamenta et infulas pro muris ostentant.' Livius II. de Coriolano: et l. XXX. de navibus Carthaginensium.

Infulæ, teste Varrone et Festo, erant 'velamenta lanea quibus sacerdotes, et hostiæ, templaque velabantur:' ut ex hac descriptione, inter *velamenta* et *infulas* tenuis differentia sit. *Savilius.*

Sic et alibi loquitur Cornelius. Morem autem veteribus etiam Romanis usurpatum significat, quo in belli rebus adversis uterentur: 'Sacerdotes suis insignibus velatos isse supplices ad castra hostium,' traditum Livio lib. II.

Insignia autem erant, 'Infulæ, lanea velamenta, quæ capiti imponerentur,' ut est a Varrone scriptum de Ling. Lat. lib. VI.

Ideo vero cum res in discrimine versarentur, et iracundiæ exercitus restinguendæ, eo amictu sacerdotes prodibant, ait Livius, ut tanta offusa oculis animoque religione hostes moverentur. *Vertranius.*

Velamenta et infulas præferentes] Sic Virgilius dixit: 'Velati ramis oleæ;' et ἱκετηρία intellexit: ea enim dicitur esse Ramus oleæ lana involutus. Alibi etiam habet: 'Præferimus manibus vittas, et verba precantum.'

Illam enim *Lanam, Infulas, Vittas, Velamenta,* tum in Poëtis, tum in Historicis Latinis vocari reperimus. *Turnebus.*

[n] *Trecenos singulis militibus sestertios*] Id est 46. s. 10. d. ob. et sic 40,000.; (in hanc enim multitudinem excreverat exercitus, præter octo cohortes Batavorum, Legionem Italicam, et alam Taurinam,) 93,750. libras. *Savilius.*

Trecenos singulis] Alias *tricenos:* liber Hispanus *trecenos;* melius. Nam prius illud non *congiarium* sit, sed *heminarium,* ut quidam jocabatur: treceni HS. sunt nobis septem Philippici et semis. *Lipsius.* Sunt 22. libræ et 10. asses nostro more.

Trecentos singulis] Quadraginta millia hominum ducebat Valens, quibus adde legionem Italicam ex sex millibus constantem, et octo cohortes Batavorum; si tamen hæ non accensendæ istis quadraginta millibus. Suppono fuisse 500. in qualibet cohorte: puto tamen fuisse validiores seu numerosiores illas cohortes; nam robore æquabant et provocabant suam legionem quartamdecimam:

Digitized by Google

et verba Fabii, salutem incolumitatemque Viennensium commendantis, æquis auribus accepta: publice tamen armis mulctati,[p] privatis et promiscuis copiis[q] juvere militem. Sed fama constans fuit, 'ipsum Valentem magna pecunia emtum.' Is diu sordidus, repente dives, mutationem fortunæ male tegebat,[r] accensis[6] egestate longa cupidinibus

antiquitas et decus coloniæ polluit, et comiter ac favorabiliter audita oratio Valentis, qua celebravit salutem, incolumitatemque Viennensium: palam tamen arma ademtu; et ipsi privatos publicosque commeatus suppeditavere militi. Sed rumor firmavit, ipsum Valentem multis opibus redemtum *esse. Is diu fœde inops*, et *subito locuples, mutationem fortunæ prave occultabat, incitatis diuturna inopia cu-*

his Bud.) et edd. at Guelf. a man. sec. *accensus*, ob interpunctionem post *longa*, quæ a pr. man. est. Vulgatum verum est. *Ernest.*

NOTÆ

sic fuerint in toto exercitu Valentis 50,000. hominum.

Quibus singulis si distribuas 300. nummos, erit tota largitio 375,000. seu libræ 1,125,000.

Quod immensum videtur, si cogites præterea, quanta pecunia fuerit profundenda in ipsum Valentis sinum, et in *Legatos* legionum, in *Præfectos castrorum*, *Primipilos*, *Tribunos*, *Centuriones*, *Optiones*, et alia inexpleta bellorum civilium prodigia; et si profusus fuerit millio librarum in gregarium militem, certe alter millio non suffecerit præpositis explendis.

Itaque forte non male *tricenos* scriptum fuerat: fuerint 45. asses nostræ pecuniæ.

Quidni transeunti ad aliam prædam militi hæc suffecerit largitio? præcipue si spectes tot vastos illos sinus, qui longe aliter explendi fuerunt; et qui colonorum opibus parcebant, ut sibi eas servarent, non caligis.

Et puto suffecerit caligis istis ad novam prædam quotidie transeuntibus largitio *tricenorum nummorum*, seu 45. assium: præsertim plura suffurantibus privatim aut extorquentibus apud hospites in una hac colonia.

[o] *Vetustas*] Vult auctor, flexos quidem fere animos militum habitu illo supplicum, sed tum plene ac bona fide agnovisse quales essent, cum donativum eis obvenisset, omni ratione et affectu valentius. *Gruterus.*

Ex liberalitate et opibus tum sibi amicos et vere Romanam coloniam agnovere. Hic salse deridet Tacitus et ducem et milites.

[p] *Publice tamen armis mulctati*] An quia jussi *præbere arma in expeditionem adversus Othonem*; vel an penitus exarmati?

Puto id intelligendum quidem, ut de Æduis supra: nam in eadem causa et delicto ambæ illæ civitates. Ædui autem 'jussi pecuniam atque arma deferre, gratuitos insuper commeatus præbuere.'

Ex utraque causa *armis mulctati*, nempe in usum militis, et ne rebellare possent.

[q] *Copiis*] Id est annona, et commeatu, ita ut privatim et publice alimenta ceteraque utensilia et victui necessaria militi conferrent Viennenses.

[r] *Mutationem fortunæ male tegebat*] Forte *regebat* seu *ferebat*: difficile enim est diu sordido et inopi, statim

Digitized by Google

immoderatus, et, inopi juventa, senex prodigus. Lento deinde agmine, per fines Allobrogum[s] et Vocontiorum[t] ductus exercitus: ipsa itinerum spatia et stativorum mutationes venditante Duce,[u] fœdis pactionibus adversus possessores agrorum et Magistratus civitatum, adeo minaciter, ut Luco[v] (municipium id Vocontiorum est) faces admoverit, donec pecunia mitigaretur: quotiens pecuniæ materia deesset,

piditatibus immodicus, et, sordida juventute, senex luxuriosus. Postea tardo incessu, ductum agmen per terras Allobrogum et Vocontiorum: ipsa viarum spatia, et mutationes diversoriorum venumdante legato, inhonestis conditionibus erga dominos prædiorum et magistratus urbium, tanta sævitia, ut Luco, quod municipium Vocontiorum est, ignem subjecerit, donec vi nummorum placaretur: et quoties exigi pe-

NOTÆ

opum ac divitiarum amplissimum splendorem sustinere, tantamque fortunam satis prudenter continere aut regere. Quare mutationem fortunæ *tegeret?* immo ostentare debuit, ut sic saltem illustris fieret; nisi forte male tegeret, ut in nova fortuna cupiditatem opum immodicam.

Forte *mutationem fortunæ male*, id est, novis flagitiis tegebat, ut qui novas opes male profunderet; ut quod una manu rapiebat, altera dissiparet.

[s] *Allobrogum*] Allobroges populi Viennensis Primæ: hodie Diœceses Archiepiscopatus *Viennæ* et Episcopatuum *Genevæ*, et Gratianopolis *Grenoble* et Maurianensis, vulgo *Saint Jean de Morienne*. Vel, secundum divisiones temporales, pars Sabaudiæ *Savoye*, Delphinatus *Dauphiné*, Vivariensis agri, *le Vivarais*, *&c.* Tillemon.

[t] *Vocontiorum*] Vocontii populi Viennensis Primæ: hodie Diœceses Episcopatuum *Vaison* et *Die* in comitatu Vindascino *Venaiscin*, et in Delphinatu provincia. *Tillemon.*

[u] *Venditante duce*] Nostri duces hodie vulgo dicunt, *brûler les logemens;* forte orta loquendi ratio ex illa immanitate, qua duces minantur incensuros oppida, nisi pecunia demulceantur. Sic iste præclarus legatus Cæsaris, 'adeo minaciter.... ut faces admoverit, donec pecunia mitigaretur.'

[v] *Luco*] Lucus Augusti, oppidum Vocontiorum populorum in Viennensi Prima: hodie *Luc* villa aut burgus Episcopatus Diensis, in Delphinatu provincia ad Meridiem. *Tillemon.*

Luco] *Municipium* et *Colonia* in eo differunt, quod *municipia* extrinsecus in civitatem assumuntur, et *coloniæ* e civitate educuntur. Gell. XVI. 13. ex oratione D. Hadriani ad Italicenses hoc modo distinguit:

'Municipes sunt cives Romani ex municipiis, suo jure et suis legibus utentes; muneris tantum cum P. R. honorarii participes; a quo munere capessendo appellati videntur, nullis aliis necessitatibus, neque ulla P. R. lege astricti, cum nunquam P.R. fundus factus esset. Coloniarum alia necessitudo est; non enim veniunt extrinsecus in civitatem, nec suis radicibus nituntur, sed ex civitate quasi propagatæ sunt, et jura institutaque omnia P. R. non sui arbitrii habent.'

Quod autem Lucus fuerit *municipium* ex stricto vocabuli usu, discimus ex Plinio, III. 4. 'Vocontiorum civitatis fœderatæ duo capita, Vasio et Lucus Augusti.' *Savilius.*

Digitized by Google

stupris[7] et adulteriis exorabatur. Sic ad Alpes[w] perventum.

67. Plus prædæ ac sanguinis Cæcina hausit. Irritaverant turbidum ingenium Helvetii,[x] Gallica gens, olim[1] armis virisque, mox memoria nominis clara,[2] de cæde Galbæ ignari, et Vitellii imperium abnuentes. Initium bello fuit avaritia ac festinatio unaetvicesimæ[3] legionis: rapuerant[4][y] pecuniam, missam in stipendium castelli, quod olim Helvetii suis militibus ac stipendiis tuebantur: ægre id passi Hel-

cunia non posset, libidinibus et flagitiis adulteriorum placabatur. Sic incessere usque ad Alpes.

At *Cæcina plura rapuit, plusque sanguinis* effudit. *Incenderant Helvetii ferocem* hominis *indolem, Gallica* ea *natio, quondam inclyta armis virisque, dein memoria decoris,* illi *de nece Galbæ inscii, et Vitellii dominationem respuentes. Principium armis fuit cupiditas, et properatio unaetvicesimanorum: interceperant* illi *pecuniam missam in stipendium arcis, quam olim suo milite sumtuque Helvetii defensabant: id cum iniquo animo ferrent Helvetii, interceptis literis, quæ verius*

7 Mss. Harl. Bodl. ac Puteolanus, *et stupris.*

1 Sic bene Rhenanus ac recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Guelf. et editionibus veteribus, *soli in armis.* Brotier.—2 Sic Budens. Male ex Agr. *clari* probat Heinsius. *Oberl.*—3 Ita recte Mss. Flor. Reg. Corb. et editiones recentiores. In Ms. Guelf. *unius et vicesimæ.* In Ms. Bodl. *undevicesimæ.* Editio princeps, *unde et vicesimæ.* Hic agitur de unaetvicesima, seu XXI. legione, non vero de undevicesima, seu XIX. ut patet ex cap. 61. *Brotier.*—4 Male Rhenanus, *rapuerunt.* In Ms. Harl. *rapuerant:* deinde altera manu

NOTÆ

[w] *Alpes*] Montes Galliæ, Italiæ, et Illyrici late sumti: hodie *les Alpes*, in Francia, Italia, et Allemania recentiorum. *Tillemonius.*

[x] *Helvetii*] Populi Lugdunensis Quintæ: hodie diœcesis Episcopatus Lausanensis, *Lausanne*, et pars diœceseos Episcopatus Constantiensis *Constance.* Vel secundum divisiones temporales fere omnis Helvetia hodierna vulgo *Suisse*, et pars dominii temporalis Episcopatus Constantiensis. *Tillemon.*

Helvetii] Livius l. XXI. videtur eos appellare Semigermanos: 'Quæ ad Peninum ferunt itinera, obsepta gentibus Semigermanis fuerunt.' *Savilius.*

Eutropius eorum sedes a Quadis occupatas, satis ostendit: ita ut suspicet omnes deletos esse, cum Quadi Marcomanique sub Aureliano in Italiam prorupere. Extat adhuc in eis vallis *Marcomana* nomine.

Periere et illi. Atque ab Alamannis, (colluvies Germanorum erat,) superati, in eorum nomen concessere. A Theoderico deinde Gotho victi, Francis ex fœdere dediti sunt.

Aucti demum Saxonum accessione, quos ob violatam pluries fidem sedibus ejectos Carolus Magnus in Alpes conjecit, *Suitenses* cœpere dici: paruere deinde regibus Germanorum.

Centum fere anni sunt, cum se, cæsis præfectis, in libertatem asseruere, cum cæde repressis Cæsaribus. *Alciatus.*

[y] *Rapuerant*] Nempe legio una-et-vicesima, seu milites hujus legionis.

Digitized by Google

vetii, interceptis epistolis,[a] quæ nomine Germanici exercitus ad Pannonicas legiones ferebantur, Centurionem et quosdam militum in custodia retinebant.[5] Cæcina, belli avidus, proximam quamque[6] culpam,[a] antequam pœniteret,[b] ultum ibat. Mota propere castra: vastati agri: direptus longa pace[c] in modum municipii exstructus locus,[7] amœno salubrium aquarum[d] usu frequens: missi ad Rhætica auxilia[e] nuntii, ut versos in legionem Helvetios a tergo aggrederentur.

Germanicarum legionum ad Pannonicum exercitum scribebantur, in vinculis habebant centurionem, et nonnullos militum. Cæcina præliorum avidus obvium quodque delictum vindicabat, nullo ad pœnitendum dato tempore. Admotæ statim legiones: direpta prædia: vastatus pagus, qui diuturna pace, instar oppidi ædificatus erat, læto salubrium aquarum potu celebris: missi nuntii ad cohortes Rhæticas alasque, ut oppugnarent a tergo Helvetios, dum in legionem intenti erant.

emendatum, *rapuerat*. Quod non displicet. *Brotier*.—5 Heinsio placebat lectio Agr. Codicis *detinebant*.—6 Heinsius tentabat, *proximum quemque culpæ*. Emendationem probabat eruditus Grævius. Nihil tamen hic vitiosum puto. *Brotier*.—7 Heinsius legit *vicus*.

NOTÆ

[a] *Epistolis*] Vertit interpres Gallicus, quasi aliquem nuntium, seu cursorem intercepissent, qui præter centurionem literas ferret ad Pannonicos exercitus. Sed certe unus fuit centurio nuntius, qui ferret hasce literas ad legiones, stipatus paucis aliquot militibus.

Et ea pars prudentiæ fuit, ut vir militaris ad exercitus mitteretur. Sic et Sisenna centurio missus a Syriacis legionibus ad prætorianos, infra.

[a] *Proximam quamque culpam*] Primum, seu obvium quodque delictum vindicabat. In proximum quemque statim sæviebat, ne materia prædandi deesset.

[b] *Antequam pœniteret*] Statim in vindictam prorumpebat; præveniebat ultio pœnitentiam sociorum; malebat delictum, ut sævire quocumque prætextu posset.

[c] *Direptus longa pace*] De Budensi oppidulo possis intelligere, apud quod haberi solent Helvetiorum conventus. Ibi sunt aquæ calidæ, quas vulgus Helvetiorum a pastore pecorum inventas credit; ut scribit Rhenanus rerum German. lib. III. *Lupan.*

[d] *Salubrium aquarum*] Aquæ Helveticæ, oppidum Tigurini pagi, in Helvetiis populis Lugdunensis Quintæ: hodie *Baden*, urbs Balliviatus cognominis, inter Cantones *Berne* et *Zürich*, et in tractu *Argauv*, Helvetiæ recentioris. Ex Geographia Sansonis. *Tillemon.*

[e] *Ad Rhætica auxilia*] Sic forte vocat, quia procurator regebat Rhætiam cum paucis cohortibus Rom. Itaque tum opus habuere socii et auxiliis Rhæticis.

Et cum dicit infra, *cohortes alasque*, forte intelligit Romanas, quas contradistinguit ab *ipsorum Rhætorum juventute*, de qua statim.

Digitized by Google

68. Illi, ante discrimen feroces, in periculo pavidi, quanquam primo tumultu Claudium Severum Ducem legerant, non arma noscere,[1] [f] non ordines sequi, non in unum consulere: exitiosum adversus veteranos[g] prælium, intuta obsidio, dilapsis vetustate mœnibus: hinc Cæcina cum valido exercitu; inde Rhæticæ alæ cohortesque et ipsorum Rhætorum juventus, sueta armis et more militiæ[h] exercita: undique populatio et cædes: ipsi in medio vagi, abjectis armis, magna pars saucii aut palantes, in montem[i] Vocetium[2]

Illi ante certamen audaces, in discrimine trepidi, quamvis primo motu asciverant ducem Claudium Severum, non tamen *arma nosse, non signa sequi, non in commune consulere: exitiabilis adversus vetustum militem pugna, periculosa obsidio, muris antiquitate dirutis: hinc Cæcina cum validis copiis; inde Rhætica vexilla, et ipsorum Rhætorum juventus armis assueta, disciplina militari,* Romano *more instituta: passim vastitas et cædes; ipsi in medio incerti, projectis armis, et magna ex parte vulnerati aut palabundi, fuga abire in montem Vocetium. Et propere,*

1 Heinsius mallet *poscere.*—2 Ita libri omnes, aut *Vocecium.* Frustra emendabat Andreas Schotus, *Vogesum.* Brotier. Budens. *Vocensium.*—

NOTÆ

[f] *Non arma noscere*] Nullum usum armorum habere, nullam experientiam belli, ut qui longa pace elanguerant, et qui forte a tempore Julii Cæsaris ne quidem bellum audierant.

Longe aliter Catti, de moribus Germ. cap. 30. 'Præponere electos, audire præpositos, nosse ordines, intelligere occasiones, differre impetus, disponere diem, vallare noctem,' &c.

[g] *Exitiosum adversus veteranos*] Veterani hic, non qui militiæ ac stipendiorum tempus absolvissent, sed tantummodo *veteres* milites ad differentiam *tironum.* Notavi etiam Ann. lib. III. et lib. seq. veteranas legiones appellat, ac sæpe veteranum exercitum. *Pichena.*

Veteranos] Non proprie *veterani* illi: opponit illos tantum tironibus, aut certe novis et inconditis copiis Helvetiorum. *Veterani* proprie dicti, qui exauctorati, et licet sub vexillo retenti, tamen omnium munerum belli immunes erant, præterquam propulsandi hostis a suis præsidiis.

[h] *More militiæ*] Romanæ nempe.

[i] *In montem Vocetium*] Quidam libri *Vocetum.* And. Schotus noster *Vogesum* reponebat; quem fateor non quidem in Helvetiis esse, sed nec longe ab iis. *Lipsius.*

Germanis *den Boetzberg* nominari Rhenanus annotavit B. pro V. usurpantibus. Is mons pars est *Juræ* montis, infamis ob lamas et voragines, maxime pluvio tempore. Viculum habet, quem vulgus *Vocecium* vocat, Rauracos versus.

Mons est quoque *Vogesus* in finibus Lingonum, ex quo Mosam profluere Cæsar Comm. lib. IV. scribit; ab aliis *Vosegus* dictus.

Separat Burgundos a Lotharingis. atque Alsatiam ab ipsis Lotharingis. *Lupanus.*

Vocetium] Vogesus, aut Vosagus, mons et sylva provinciarum Lugdu-

Digitized by Google

perfugere. Ac statim, immissa cohorte Thracum,[j] depulsi, et, consectantibus Germanis Rhætisque, per sylvas atque in ipsis latebris trucidati. Multa hominum millia cæsa, multa sub corona venundata.[3 k] Cumque, dirutis[4] omnibus,[l] Aventicum,[m] gentis caput, justo agmine peteretur, missi, qui dederent civitatem: et deditio accepta. In Julium Alpinum, e principibus,[n] ut concitorem belli, Cæcina animadvertit: ceteros veniæ vel sævitiæ Vitellii reliquit.

invadente cohorte Thracum, deturbati, et insequentibus Germanis Rhætisque, per saltus atque in ipsis latibulis obtruncati. Plurima hominum millia trucidata, plurima sub hasta vendita. Cumque, vastatis omnibus, justo exercitu invaderetur Aventicum, metropolis nationis, missi qui traderent oppidum: et accepti sunt in fidem. Cæcina punivit Julium Alpinum, e primoribus, ut auctorem belli; ceteros permisit gratiæ vel iræ Vitellii.

3 Brotier. cum Ryckio et Bipont. scribit *venumdata*.—4 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Agr. editio princeps et recentiores. In Ms. Jes. *dirruptis*. Inde Puteolanus, *diruptis*. Lipsius, *direptis*, [cum Ryckio et Gronovio.] Emendabat Heinsius, *diruptis vicis omnibus*. At intelligi potest, dirutis omnibus, quæ erant munita. Sic ferme Annal. xv. 17. 'dirutaque, quæ ultra Euphraten communierat Corbulo.' *Brotier*.

NOTÆ

nensis quintæ, Belgicæ primæ, et Germaniæ superioris, in Gallia: hodie *Vauge*, in comitatu Burgundiæ, statu Lotharingiæ, et in Alsatia. *Tillemon*.

[j] *Cohorte Thracum*] Qui *Thraces* haud dubie inter auxilia sociorum, in Germania superiore merebant, et erant auxilia alicujus legionis, et tunc forte vexillariorum, pro more hujus ævi.

[k] *Sub corona venundata*] Corona capiti imposita inquit Gell. VII. 4. 'Signum fuit captivorum venalium antiquitus.' Sabinus J. C. 'Mancipia jure belli capta, coronis induta venibant, et idcirco dicebantur, *sub coronis venire*.'

Cato lib. de re militari alludens ad hanc consuetudinem, ait, 'melius esse, ut populus sua opera potius, ob rem bene gestam coronatus supplicatum eat, quam re male gesta coronatus veniat.' *Savil*.

[l] *Cumque dirutis omnibus*] Melius *direptis*. Supra enim dixit: 'plus prædæ ac sanguinis Cæcina hausit.' *Pich*.

Hinc, Cæcina cum valido exercitu: inde, Rhæticæ alæ cohortesque, et ipsorum Rhætorum juventus sucta armis.

Ad quid tanta belli et armatorum moles? ut dirumperent nempe et diruerent.

Et quid diruerent? fugientes insequuntur, et post *multa hominum millia cæsa*, multa capta, direptaque omnia, tandem Aventicum caput gentis petunt.

[m] *Aventicum*] Urbs Verbigeni pagi in Helvetiis populis Lugdunensis quintæ: hodie *Wilflispurg* vel *Avenches*, urbs Cantonis *Bernæ* versus Occidentem et lacum Morati, in Wiflispurgergavia tractu Helvetiæ recentioris. *Tillemon*.

[n] *E principibus*] Civitatis nempe Helvetiorum.

Digitized by Google

69. Haud facile dictu est, legati Helvetiorum minus placabilem Imperatorem, an militem° invenerint: 'civitatis excidium' poscunt, tela ac manus in ora Legatorum intentant. Ne Vitellius quidem minis ac verbis[1] temperabat: cum Claudius[2] Cossus, unus ex Legatis, notæ facundiæ, sed dicendi artem apta[3] trepidatione occultans, atque eo validior, militis animum mitigavit: ut est mox vulgus[4] mutabile subitis, et tam pronum[5] in misericordiam, quam immodicum[6] sævitia fuerat: effusis lacrymis, et meliora[7] constantius postulando, impunitatem salutemque civitati impetravere.

70. Cæcina paucos in Helvetiis moratus dies, dum sen-

Non facile statueris, an *principem minus exorabilem, an exercitum oratores Helvetiorum experti sint:* oppidi eversionem milites *postulant, arma dextrasque in ora* et faciem *oratorum intendunt. Ne Vitellius quidem atrocibus verbis abstinebat; cum Claudius Cossus, unus e legatis, clarus* quidem *eloquentia, sed dicendi facultatem tempestiva consternatione obtegens, atque ideo potentior, militis iram placavit:* qui, *ut solet vulgus, repentinis mobilis, et* nunc *tam proclivis in miserationem, quam nimius immanitate fuerat: effusi in lacrymas, et firmius efflagitando leniora, obtinuere veniam, et incolumitatem urbi.*

Cæcina paucis diebus apud Helvetios cunctatus, dum consilium Vitellii resciret,

1 Ryckii Cod. *Nec Vit. quid. minis ac verbis temp.*—2 Ita libri omnes. In uno Ms Jes. *Cornelius Cossus.*—3 In Budens. *apta* deest.—4 Sic Ryckius e Ms. Agr. In Ms. Corb. *ut est mos vulgus;* Brotier. cum Gronov. *ut est mos vulgo:* Bud. *ut est mox vulgo.* Unde pronum est emendare cum Agr. *ut est mox vulgus,* quod post Ryckium recipio cum Bip. *Oberl.*—5 Sic Mss. Reg. Corb. Bud. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteol. Freinshem. [et Gronov.] *mutabilem.* Emendaverat Rhenanus, *mutabili.... prono.* Brotier. Sic totum locum e libris restituimus. *Oberl.*—6 *immodicus* Gronov.—7 Pichena emendavit, *molliora.* Eleganter quidem, sed non necessario. *Brotier.*

NOTÆ

° *Legati Helvetiorum minus placabilem imperatorem, an militem, &c.*] Verisimile est sponte Cæcinæ legatos Helvetiorum adivisse Vitellium in ipsa Germania, vel in itinere, idque ex more Romano: neque enim licuit hosti mittere legatos ad senatum, aut ad principem, nisi annueret legatus, qui provinciæ præerat.

Difficile dictu est, an ibi invenerint principem immitiorem, an militem. Attamen legati, impetrata venia civitati et genti suæ, rediere; et jam tum profectus erat Cæcina, et transitum Alpium parabat, cum revertere legati.

An militem] Intelligit militem seu exercitum, quem ducebat ipse Vitellius: nam alii jam satiati præda et sanguine. Et haud dubie iter pergebant, cum suo duce, qui permiserat incolis Aventici, ut legatos mitterent ad Vitellium; qui vel illis parceret, vel pro summa potestate, ut egregius Imperator, in rebelles animadverteret, in exemplum aliorum.

Digitized by Google

tentiæ Vitellii certior[p] fieret, simul transitum Alpium parans, lætum ex Italia nuntium accipit,[1] 'alam Silanam,[2] circa Padum[q] agentem, sacramento Vitellii accessisse.' Proconsulem Vitellium Syllani[2] in Africa habuerant: mox a Nerone, ut in Ægyptum præmitterentur,[r] exciti, et ob bellum Vindicis revocati,[3] ac tum in Italia manentes, instinctu Decurionum, qui Othonis ignari, Vitellio obstricti, robur adventantium legionum et famam Germanici exercitus attollebant, transiere in partes: et, ut donum aliquod novo

simul parans transmittere Alpes, faustum ex Italia nuntium accipit, alam Silanam, apud Padum agitantem, partibus Vitellii adjunctam esse. *Syllanis in Africa præfuerat Vitellius imperio proconsulari: postea evocati* fuerunt *a Nerone, ut in Ægyptum præirent, et retenti* erant *ob motum Vindicis; ac tum in Italia agentes, impulsu Decurionum, qui Othonis inscii*, ac *devincti Vitellio, celebrabant vires adventientium legionum, et gloriam Germanici exercitus, transgressi sunt in partes;*

1 Quidam Mss. *accepit*.—2 [Ryckius, Gronov. et Brotier. habent] *Syllanam...Syllani:* et ita Puteolanus, quem omnes sunt secuti. In Mss. Corb. Agr. et editione principe, *Silanam...Silani*. Unde incertum a Sylla, an a Silano hæc ala nuncupata fuerit. Nerone Principe, magna fuit, uti videre est in Stem. Cæs. num. 59 et 107. claritas L. Silani et Cornelii Syllæ, e quibus nomen ducere potuit. Licet enim alæ plerumque a regionibus denominarentur, fuere tamen quæ ab illustribus viris appellarentur: Sic in Inscriptionibus apud Gruterum memorantur ALA FLAVIANA. ALA FRONTONIANA. ALA LONGINIA. ALA LONGINA: quæ forte eadem est ac ala Longinia. Potuisset ergo a Silano ala dici Silana, nec necessario Silaniana, ut vult Cl. Ernestus. *Brotier. Syllanam* si vera scriptura, præfectum *Syllam* habuit. Sed Ms. Agr. (Bud.) ed. pr. habent *Silanam* hic et alibi: quod melius videtur quibusdam. At esse deberet *Silanianam*. Certe mox *Silaniani:* quamquam in his formis non sunt satis constantes scriptores. *Ernest.* Bipont. emendant *Silianam*, forsan a Silio Italico dictam, de quo H. III. 65. *Oberl.*— 3 Ita vulgo Mss. et libri editi. Tamen in Mss. Harl. Bodl. Jes. Rhen. [et Gronov.] *remorati*. Notatum in margine Ms. Harl. *al.* id est, alius liber, *re-*

NOTÆ

p *Dum sententiæ Vitellii certior*] An expectat reditum legatorum, per quos consulebat Vitellium, an exscinderet Aventicum? Haud dubie tale oraculum expectabat; quasi vero tantam armorum molem morari debuerit miserum oppidulum; forte missis legatis, simul transitum Alpium parabat Cæcina. Attamen *paucos in Helvetiis moratus dies*, dum nuntium a Vitellio redeuntem expectaret, nondum procul aberat a Germania; non tamen legatos expectat, ut puto.

q *Padum*] Padus fluvius Galliæ Togatæ in Italia, hodie *le Po*, labitur per Lombardiam et statum Ecclesiasticum, deinde exonerat se in sinum Venetum. *Tillemonius.*

r *Ut in Ægyptum præmitterentur*] Haud dubie, ut præirent ad portas Caspias in expeditione adversus Albanos, ut et vexillarii Germanici, quos reversos Romæ refovebat Galba.

Digitized by Google

Principi,[s] firmissima Transpadanæ[t] regionis municipia Mediolanum[u] ac Novariam[v] et Eporediam[w] ac Vercellas,[x] adjunxere. Id Cæcinæ per ipsos compertum. Et, quia præsidio alæ unius latissima pars Italiæ defendi nequibat, præmissis Gallorum Lusitanorum Britannorumque[4] cohortibus et Germanorum vexillis,[y] cum ala Petrina,[5 z] ipse pau-

et, tanquam munus aliquod novo Imperatori, allexere validissima Transpadanæ provinciæ oppida, Mediolanum, ac Novariam, et Eporediam, ac Vercellas. Id Cæcinæ nuntiatum per ipsos decuriones. *Et quia amplissima* ea *pars Italiæ propugnari non poterat unius alæ præsidio, præire jussis cohortibus Gallorum, Lusitanorum, et Britannorum, et vexillis Germanorum, cum ala Petrina; ipse paulisper dubitavit,*

vocati.—4 Male Ms. Reg. et editio princeps, *Britannicorum.* Brotier.—5 Sic optime hunc locum restituit eruditus Anglus, Savilius. Corruptissime Mss. *cum alpe tarina*, aut *tarima*, aut *triaria*, aut *trianna*, aut *triarina.* Pessime emendaverat Puteolanus, *in Alpe Graia.* Neque enim Graio monte, sed Penino, in Italiam venit Cæcina. De ala Petrina dictum est in notis et emendationibus ad Annal. XI. 4. *Idem.* Lipsii emendationem Ryckius recepit *ala*

NOTÆ

[s] *Novo principi*] Vitellio nempe.

[t] *Transpadanæ*] Gallia Transpadana, regio Galliæ Togatæ, ad septentrionem Padi fluvii ut plurimum, in Italia: hodie pars statuum Pedemontii, *Piemont*, Montisferrati, *Montferrat*, Mediolani, *Milan*, et Veneti, *Venise;* aliquid Helvetiæ hodiernæ *Suisse* et *Grisonum.* Tillemon.

[u] *Mediolanum*] Urbs Insubrum populorum, in Gallia Transpadana regione Italiæ: hodie *Milan* urbs status Mediolanensis, in Lombardia: paret regi Catholico. *Tillemon.*

[v] *Novariam*] Novaria, urbs Insubrum, aut Libicorum populorum, in Gallia Transpadana regione Italiæ: hodie *Novarre*, urbs provinciæ *Novarese*, in statu Mediolanensi, et in Lombardia. *Tillemon.*

[w] *Eporediam*] Eporedia, urbs Salassorum populorum, in Gallia Transpadana regione Italiæ: hodie *Jurée*, urbs Marchionatus cognominis, vel tractus *Canavese*, in Pedemontio, sub dominio ducis Sabaudiæ. *Tillemon.*

[x] *Vercellas*] Vercellæ, urbs Libicorum populorum, in Gallia Transpadana regione Italiæ: hodie *Vercelli* aut *Verceil*, urbs tractus *Vercellese* in Pedemontii statu ad Orientem: paret duci Sabaudiæ. *Tillemon.*

[y] *Germanorum vexillis*] Non intelligit cohortes Germanicarum legionum, sed ipsa auxilia Germanorum: et *vexilla* ista, idem sunt ac cohortes seu *caterræ* Germanorum, si numerum excipias. Nam *caterræ* decem, aut certe sex millia armatorum habuere.

[z] *Cum ala Petrina*] In editis lib. est, *in Alpe Graia;* mendose procul dubio: cum Alpes Graiæ transeuntibus, Sabaudia iter in Italiam aperiant, ut ego quidem existimo, apud montem vulgo *Senise* dictum, aut S. Bernardum minorem, via Lugduno recta Mediolanum ferente.

Ex Helvetia, ubi Cæcina erat, pergenti occurrunt *Peninæ* apud montem dictum S. Bernardi majoris.

Cottiæ ex Delphinatu in Italiam ducunt apud montem *Venetra.*

Vaticanum exemplar habet cum

Digitized by Google

lulum cunctatus, num[6] Rhæticis jugis[a] in Noricum[b] flecteret, adversus Petronium, [urbis][7] Procuratorem,[c] qui concitis auxiliis, et interruptis fluminum pontibus, fidus Othoni putabatur. Sed metu, ne amitteret præmissas jam cohortes alasque,[d] simul[8] reputans, plus gloriæ retenta Italia, et, ubicumque certatum foret, Noricos in cetera[9] victoriæ præmia cessuros,[10] Penino[e] subsignanum militem[f] itinere, et

an Rhæticis montibus verteret ad Noricum, contra Petronium procuratorem, qui, contractis sociorum copiis, et abruptis fluviorum pontibus, favere Othoni credebatur. Verum timens, ne amitteret præeuntes cohortes et alas, simul revolvens animo, plus decoris fore occupata Italia, et ubicumque dimicatum foret, Noricos accessuros tanquam *in reliquæ victoriæ pretium, transmisit Pennis* jugis *militem subsignanum,*

Taurina.—6 Ms. Corb. *ub Rætieis.* Editio princeps, *unde reticis.*—7 In Mss. Corb. Reg. et editione principe, *urbi*, [quod Bipont. servant, uncis inclusum.] Puteolanus emendaverat, *urbis;* [et hæc Ryckii lectio, *ibi* posito in marg.] Quod nemini probatum. Nec melius divinabat Freinshemius, *urbicum.* Vere et egregie Lipsius, *ibi;* [et ita Brotier.] Sic infra Hist. II. 16. 'trierarchum liburnicarum ibi navium.' *Brotier.* Budens. *urbis.*—8 Sic bene Ms. Corb. et recentiores editiones. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et veteribus editionibus, *simul ac reputans.* Idem.—9 Ita bene Mss. Bodl. Jes. Guelf. et editiones veteres. Sine auctoritate ac necessitate emendavit Freinshemius, *ceteræ* [quod habent Ryckius et Gronov.] In Ms. Corb. *in certa.* Ms. Agr. et editio princeps, *incerta.* Brotier.—10 Male Rhenanus, *accessuros.* Idem.

NOTÆ

Alpe Tarina, unde conjicere liceat scriptum fuisse, *cum ala Petrina*, potius quam *ala Taurina*, quæ aliud cum Valente iter ingressa erat.

Meminit Hist. IV. cujusdam Claudii Sagittæ, 'qui e Vitellianis, et præfectus alæ Petrinæ' erat. *Savil.*

Cum ala Petrina] *Ala* illa Romanorum et civium fuit: nam legionariæ conditionis erat. Ceteræ illæ *cohortes*, quæ præmittuntur, pedestres et *auxiliarium* fuerunt.

[a] *Rhæticis jugis*] Alpes Rhæticæ, montes Rhætiæ provinciæ, hodie *Monte del Oro*, et *Bernina*, in regione Grisonum et in Valtellina, partibus Helvetiæ recentioris. *Tillemon.*

[b] *Noricum*] Vide c. 11.

[c] *Urbis procuratorem*] Potius, *ibi procuratorem:* nam l. II. 16. 'Claudium Phirricum, Trierarchum Liburnicarum ibi navium.'

Urbis] Alii legunt *ibi*, alii per τὸ *urbis*, intelligunt *civitatis*, quia tota natio, seu provincia nomine *civitatis* intelligitur; alii legunt *Petronium Urbicum.*

Ego mallem abesse vocem *urbis*, quasi nullam aut adulterinam; nisi forte scriptum fuit, *Galbæ.*

[d] *Alasque*] Una *ala* fuit *Petrina;* sed hoc auctori licuit. Forte tamen etiam intelligit alam Syllanam, quæ et amitti potuit, si moraretur Cæcina.

[e] *Penino*] Vide notas c. 61.

[f] *Subsignanum militem*] *Subsignanus miles et grave legionum agmen*, (cum tamen unica tantum integra legio adesset vigesima prima,) re et significatione, hic idem esse videntur, quæ ab auxiliaribus contra distinguuntur.

Digitized by Google

grave[g] legionum[h] agmen hybernis adhuc Alpibus[11] [i] traduxit.[12]

et legionarium, hyemantibus adhuc montibus.

11 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Guelf. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *hybernis adhuc nivibus.*—12 In Ms. Corb. *transduxit.*

NOTÆ

Sic Hist. l. II. 'Erupere legionarii in perniciem auxiliorum.' Hist. l. IV. 'Id solum, ut in tumultu, monuit, subsignano milite media firmare, auxilia passim circumfusa sunt.' Et alibi tamen reperias, 'quicquid sub signis sociorum.' *Saril.*

Subsignani legionarii non erant, ut hic apparet, nec auxiliares: nam infra l. IV. ait, 'monuit, subsignano milite media firmare, auxilia passim circumfusa sunt.'

Unde non nihil suspicor, eosdem esse, quos sæpe Tacitus *vexillarios* appellat: vere quidem legionarios milites, sed ex absentibus legionibus arcessitos, collectosque, nempe leviores et expeditiores. *Pichena.*

Subsignanum militem] *Subsignani*, veterani, qui exauctorantur, qui solvuntur stipendio, nec tamen dimittuntur: sed habentur sub vexillo, non sub aquila, aut signis legionis: neque jam *legionarii* sunt, retinentur tamen, donec emerita solvantur, aut agri assignentur.

Sed et milites, qui sub signis habebantur a legionariis distinguuntur, et *subsignani* vocantur, quia non sunt sub aquila. Tac. Hist. l. I. 'Pœnino itinere subsignanum militem,' &c. *Turnebus.*

Per subsignanum militem intelligi possunt veterani sub signo retenti, et etiam vexillarii legionum, quarum aquilas et vacua nomina reliquerant in Germania, et quarum tamen vires et lecta robora sub signis secum trahebant in Italiam.

Intelligi etiam possunt cohortes Romanæ, quæ separatæ a suis legionibus vel ad tempus, vel perpetuo separatim merebant, et alæ Romanæ etiam separatæ a suis legionibus vel etiam nulli legioni astrictæ.

Universæ id genus copiæ contra distinctæ sunt a legionibus, licet revera legionariæ et Romanæ copiæ essent; in hoc etiam distinctæ ab auxiliis, quod *subsignanæ* essent, et eadem disciplina qua et ipsæ legiones; numerus tantum deerat et aquila. In re subsignani, vexillarii, et legionarii iidem sunt: distinguuntur tantum, eo quod legio habuerit aquilam, isti vexillum.

[g] *Grave*] Cur hos solos eo itinere traducit? ubi equites seu alares? ubi auxiliares? Puto sic dictum, quia jam præmiserat Cæcina cohortes auxiliarium et alam Petrinam.

Supra: 'præmissis Gallorum, Lusitanorum, &c. vexillis:' ubi *vexillis*, id est, cohortibus, et sic distinguit auxiliares a legionariis.

[h] *Legionum*] Per legiones ibi intellige *electos* ex legionibus; quarum tamen aquilæ relictæ apud Rhenum in speciem ac terrorem. Nam triginta millia armatorum sequebantur Cæcinam, auxilia autem semper æquabant numerum legionariorum.

Itaque existimaverim in illo exercitu fuisse numerum et robur trium legionum, et præterea auxiliares eadem fere vi et numero.

[i] *Hybernis adhuc Alpibus*] Alias *hybernis adhuc nivibus:* iidem libri,

Digitized by Google

71. Otho interim, contra spem omnium, non deliciis, neque desidia torpescere: dilatæ voluptates, dissimulata luxuria, et cuncta ad decorem Imperii composita: eoque plus formidinis afferebant falsæ[j] virtutes et vitia reditura. Marium Celsum,[k] Consulem designatum, per speciem vinculorum, sævitiæ militum subtractum, acciri in capitolium[l] jubet: clementiæ[m] titulus e viro claro, et partibus inviso, petebatur. Celsus, constanter servatæ erga Galbam fidei crimen confessus, exemplum ultro imputavit.[1 n] Nec Otho,[o]

Interea Otho, præter omnium expectationem, non luxu aut inertia hebescere: rejectæ libidines, dissimulatæ deliciæ, et omnia ad splendorem principatus adornata: ideoque simulatæ virtutes et reversura flagitia plus formidinis importabant. Accersi in Capitolium jubet Marium Celsum destinatum consulem, quem ille *prætexta custodiæ, sævienti militi eripuerat: lenitatis fama quærebatur ex viro illustri, et* Othonianis *partibus infesto. Celsus constantiæ* suæ *in Galbam scelus ultro confessus,* similis fidei *exemplum ostentavit. Nec Otho, tanquam parceret, sed, ne*

1 *impetravit* Budens.—2 Ita Puteolanus, et libri ferme omnes postea editi.

NOTÆ

hybernis adhuc Alpibus: quod interpretor Sallustiano verbo; 'Alpibus adhuc hyemantibus:' poëta etiam vetus: 'Jupiter hybernas cana nive conspuit Alpes.' *Lips.*

[j] *Falsæ*] Falsæ virtutes, et veluti coactæ ac dissimulatæ ad tempus; at vera et innata *vitia*, tanquam posito metu, cito reditura metuebantur.

Falsæ virtutes et vitia reditura] Nam ut eleganter Cicero in Verr. act. 2. 'Non potest ea natura, quæ tantum facinus commiserit, hoc uno scelere esse contenta: necesse est, semper aliquid commodi moliatur; necesse est, in simili audacia perfidiaque versetur.'

[k] *Marium Celsum*] Plut. Galba: 'Marius Celsus etiam venit in castra, quem cum multi accusarent, quod ad ferendum Galbæ auxilium milites hortatus esset, et vulgus eum necare vellet, prohibuit Otho: Non tam subito occidendum, dixit, sed prius ex eo quædam scitu necessaria expiscanda; ideoque in vinculis habitus in speciem, &c. Postea enim in Capitolium accivit liberavitque.'

[l] *In capitolium*] Forte ob sanctitatem loci, et ne quid fraudis eo loci, adversus virum egregium moliretur miles; forte et ut sanctior esset reconciliatæ amicitiæ fides. Statim a castris in senatum invectus Otho, et jam ad Othonem in castra venerat Celsus, teste Plut. sed cum suspectaret eum miles ut fidum Galbæ, et sævire vellet, *specie vinculorum* eum subtraxit Otho; et cum postridie in *Capitolium* venisset princeps, non diu passus hærere in vinculis talem virum; eum accersit, et coram Diis ipsis sibi reconciliat, et statim intra intimos amicos habet.

[m] *Clementiæ*] Ingens clementiæ specimen fuit, cum Otho claro viro et suis partibus infenso parceret. Eo exemplo alios sibi parum æquos et infensos pellicere ultro potuit.

[n] *Exemplum ultro imputavit*] *Im-*

Digitized by Google

quasi ignosceret, sed, ne hostis metum reconciliationis[2] adhiberet, statim inter[3] intimos amicos habuit, et mox bello

velut *hosti, formidinem reconciliationis relinqueret, confestim* eum *inter familiares*

Suffragantur Mss. Harl. Bodl. Jes. nisi quod in Ms. Harl. *quasi reconciliationis.* Ryckius e Ms. Agr. edidit, *sed ne hostes metueret, conciliationes adhibens.* Mss. Flor. et Corb. *Sed ne hostes metuerat, conciliationis adhibens.* Ms. Reg. et editio princeps, *sed ne hostes metuere conciliationes adhibens.* Ex hac librorum varietate, forte conjici posset, *sed ne hostes metuerent, conciliationes adhibens;* vel *ne hostes metum reconciliationis adhiberent.* Sed potior adhuc est Puteolani lectio. Frustra emendabat Freinshemius, *sed ne hosti metum reconciliationis adhiberet.* Frustra Lipsius, *sed nec hostis metu, reconciliationi se adhiberet.* Recte enim eruditus Petavius: 'Argutatur Lipsius. Sana lectio. Sensus est: Otho non quasi ignosceret tantum, ceterum negligeret, sed repente ex intimis habuit, ne hostis metu suspectam illam reconciliationem habere videretur. Vel sic, nec ita se gessit, quasi ignosceret, sed perinde ac si semper amicissimus fuisset, atque ut ne metu hostis suspectam illam reconciliationem habere videretur.' Ipsa tamen Petaviana explicatione meliorem crediderim Huetianam, quæ sic se habet: Ne accepto inclementius Celso, metum Vitellio injiceret, quominus sibi reconciliari vellet. *Brotier.* Bud. hic ita: *sed ne hostis metu reconciliationis adhibens.* Inde Rhen. effingebat: *seu hostis metu reconciliationi adnitens.* Satis ingeniose. Reg. Lall. *sed hostes metuere consolationes adhibens.* Gronovius Freinshemium sequitur. Bip. emendant: *sed, ne hostis metueretur, conciliationes adhiberet.* Oberl.—3 Sic Mss.

NOTÆ

putare, apud Tacitum, gemina occurrit significatione, qua in bonam sequioremque partem sumi non repugnat; sed ut sæpius notet *beneficii loco numerare*, aut quicquid in hunc sensum redit. Hist. I. 'neque enim erat adhuc, cui imputaretur;' id est, Non erat, qui ex tumultu rebus suis consultum putaret.

Hoc loco, *exemplum ultro imputavit*, id est, constantem sacramenti semel dicti fidem, beneficium quoque in Othonem interpretabatur, neque exemplum principis ullius indignatione excipiendum.

Sic et Hist. l. II. 'Proditionem ultro imputabant.' Hist. l. V. eodem sensu: 'potuisse tunc opprimi legiones, et voluisse Germanos; sed dolo a se flexos, imputavit Civilis.' Utroque loco significat Tacitus hostium commodo partes suas prodidisse. *Savilius.*

Exemplum] Plin. Epist. III. 9. 'Fides in præsentia eos, quibus resistit, offendit; deinde ab illis ipsis suspicitur, laudaturque.'

° *Nec Otho*] Non quasi ignosceret Celso, non quasi inter cives aut amicos sibi reconciliatos eum haberet Otho, sed nulla criminis fidei, et quasi nullum esset, mentione facta, 'eum statim inter intimos amicos habuit.'

Nam et paris fidei in principem, *exemplum imputabat ultro* Celsus: 'mansitque etiam pro Othone fides integra,' licet *infelix.*

Nec Otho quasi ignosceret] Sic intelligo: Nec Otho cum Celso egit, *quasi* et *ignosceret;* immo, ne ipsi, qui hostis fuisset, metum reconciliationis non sinceræ relinqueret; et sic eum anxium aut solicitum teneret; statim eum, tanquam nunquam hostis fuisset, *inter intimos amicos habuit.*

Nec Othonem respexisse ad Vitellium, hoc loco, censuerim, sed tantum ad Celsum, et ad exemplum in similes, paris clementiæ.

Digitized by Google

inter Duces delegit: mansitque Celso, velut fataliter, etiam pro Othone fides integra et infelix. Læta primoribus[4] civitatis, celebrata in vulgus Celsi salus,[5] ne militibus quidem ingrata fuit, eandem virtutem admirantibus, cui irascebantur.

72. Par inde exultatio, disparibus causis consecuta, impetrato Tigellini exitio. Sophonius Tigellinus,[p] obscuris parentibus, fœda pueritia, impudica senecta, Præfecturam vigilum[1] et Prætorii et alia præmia virtutum quia[2] velocius erat vitiis adeptus, crudelitatem[q] mox, deinde[3] avaritiam et virilia scelera[r] exercuit, corrupto ad omne facinus Nerone;

ascivit, et deinde cum bellum pararetur, inter duces evexit: duravitque Celso, veluti fataliter, incorrupta et infausta etiam erga Othonem fides. Incolumitas Celsi grata proceribus urbis, laudataque in plebem, et *ne militibus quidem invisa fuit, eandem virtutem suspicientibus, cui ipsi* infesti *erant.*

Dein similis lætitia, diversis ex causis nata, obtento supplicio Tigellini. Sophonius Tigellinus ignobili stirpe, turpi adolescentia, et *libidinosa senectute, præfecturam vigilum prætorianarumque cohortium, et alia præmia bonarum artium flagitiis quia brevius erat assecutus, postea sævitiam, dein avaritiam, et virilia facinora usurpavit, polluto pellectoque ad omne scelus Nerone; nonnulla,* et ipso *inscio, molitus,*

Reg. Corb. Agr. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *intra intimos;* [et sic Gronovius.] *Idem.*—4 Sic optime Rhenanus. Male Mss. et veteres editiones, *pro moribus civitatis.* Brotier.—5 Sic bene Ms. Corb. et recentiores editiones. In veteribus editionibus, *Celsi laus.* Idem.

1 Budens. *vigiliarum.*—2 Quidam voluere *qua:* Ursinus et Muretus *quæ.*—3 *Inde* Ryckii Ms.—4 A Ms. Reg. et editione principe absunt, *ac proditor.*

NOTÆ

[p] *Sophonius Tigellinus*] Notissimum omnibus historicis Tigellini nomen Ann. XIV. 'Sophonium Tigellinum ex intimis libidinibus assumtum, qui omnes sui temporis homines impudicitia et crudelitate superabat.'

Et hæ, scil. duæ virtutes erant, per quas apud Neronem gratia valuit. Ann. XV. 'Fenium, vita famaque laudatum, per sævitiam impudicitiamque Tigellinus in animo principis anteibat.' *Savil.*

[q] *Crudelitatem*] Primo stupris, adulteriis, et fœdis libidinibus exercitus, quæ mollitiam corporis arguunt, ut et animi; a quibus flagitiis transiit ad majora et virilia etiam scelera.

Quippe post libidinem atque avaritiam, ille et crudelitatem exercuit; quibus flagitiis insunt omnia scelera et facinora. Hinc nempe furta, sacrilegia, cædes, et quicquid intestabile, immane, et atrox fingi potest.

[r] *Virilia scelera*] Ex opposito *fœdæ pueritiæ;* neque enim omnia vitia in quamlibet cadunt ætatem. *Savil.*

Cædes interpretor, aliaque in perniciem publicam. *Pichena.*

Virilia scelera, hæc sane veri effectus avaritiæ et crudelitatis, quæ opponit Tacitus voluptatibus mollibus, et ingeniis libidinum intimis, ex qui-

Digitized by Google

quædam ignaro ausus, ac postremo ejusdem desertor[3] ac proditor.[4] Unde non alium pertinacius ad pœnam flagitavere, diverso affectu,[5] quibus odium Neronis inerat, et quibus desiderium. Apud Galbam T. Vinii potentia defensus,[6] prætexentis, 'servatam ab eo filiam:' et haud dubie servaverat, non clementia, quippe tot interfectis, sed effugio[7] in futurum: quia pessimus quisque, diffidentia præsentium mutationem pavens, adversus publicum odium privatam

qui *et tandem eundem* principem *destituit, ac prodidit. Quare neminem alium pervicacius ad supplicium expostulavere, vario animorum habitu, et quibus ira adversus Neronem inerat, et quibus grata* illius *memoria* fuit. *Apud Galbam protectus* erat *gratia et auctoritate T. Vinii ostendentis* defensam ab illo filiam *suam; et certe* eam *defenderat, non lenitate, (quippe tot occisis,) sed subsidio in posterum; nam deterrimus quisque, præsentibus haud satis fidens, et instabilitatem* rerum *metuens, privatas amicitias providet adversus offensionem publicam; unde nullus pie-*

Ac forte redundant. Tigellinus enim desertor potius fuit, quam proditor. *Brotier.*—5 In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *sed effugium.*—6 Sic

NOTÆ

bus assumtus Tigellinus.

Sed facilis transitus a stupris ad cædes, a fœda libidine ad cruorem, et a portentosis in naturam criminibus, ad scelera in Remp.

[3] *Desertor*] Scimus cur collega Tigellini Nymphidius Neronem deseruerit, et qua arte. Sed de Tigellino nihil reperi, nec id tribuerim nisi insigni ignaviæ, qui flagitiis et odio publico oneratum principem primus exhorruit, ac prodidit; qui in partem opum et voluptatum ultro veniebat; at curas imperii ne leviores quidem sustinere ausus.

Inter conscios magnorum scelerum rara est perpetua concordia; invicem pavent, invicem se exhorrent, et ex conscientia hominis scelere et facinoribus polluta, quid strenuum aut forte expectes?

Igitur soli pavori et inertiæ Tigellini et scelerum conscientiæ tribuendum puto, quod bonum principem destituerit, vicemque non reddiderit.

Certe reddere non potuit, quia flagitiis et odio infamis, et nulla apud milites auctoritate fuit: unus præcellebat fama Nymphidius; sicque Tigellinus potius fugisse a principe per ignaviam, quam prodidisse videatur: quem tamen et sic prodidit; non aliter potuit.

[5] *Diverso affectu*] Cum et odio esset hostibus, tanquam præcipuum Neronis instrumentum ad flagitia quælibet, et apud amicos transfugio et domini proditione infamis. *Savil.*

Alii eum odio in Neronem, alii desiderio Neronis quem deseruerat, in pœnam flagitabant: et sic idem omnes, sed *diverso affectu* desiderabant.

[6] *Apud Galbam T. Vinii potentia defensus*] Plut. Galba: 'Cum populus in theatris et circis flagitare Tigellini mortem non desineret, edicto eum increpuit imperator, affirmans Tigellino haud diuturnam vitam fore; moxque eum tabe exstinctum iri: populumque deprecando, ne suo imperio sævitiæ labem aspersam vellet.' Sic Galba, aliter Otho.

Digitized by Google

gratiam præparat; unde nulla innocentiæ cura,[7] sed vices[6] impunitatis. Eo infensior populus, addita ad vetus Tigellini odium recenti T. Vinii invidia: concurrere e tota urbe in palatium ac fora, et, ubi plurima vulgi licentia, in circum[w] ac theatra effusi, seditiosis[7] vocibus obstrepere: donec Tigellinus, accepto apud Sinuessanas[8] [x] aquas supremæ

tatis amor, sed vicissim impunitas præparatur. *Eo plebs infestior, adjuncto novissimo T. Vinii odio ad priscam Tigellini invidiam, confluere e tota civitate in regiam et plateas, et, ubi maxima plebeculæ audacia, in circum ac theatra concurrentes, turbidis vocibus infrenere; donec* tandem *Tigellinus, accepto nuntio mortis apud Sinuessanas aquas, inter flagitia libidinum, et complexus scortorum, ac fœdas*

bene et eleganter Mss. Reg. Agr. et editiones veteres ac recentiores. Suffragatur Ms. Corb. in quo, *vices impunitas:* supra emendatum, *impunitatis.* In Mss. Harl. Bodl. Guelf. et Rhenanus, *vitæ impunitatis.* Ms. Jes. *vitæ impunitas.* Frustra emendabat Boxhornius, *vitæ et impunitatis:* Grotius, *sed vitia et impunitates:* Lipsius, *sed vice suæ impunitatis.* Brotier.—7 Budens. *seditionis.*—8 Ita optime Ms. Corb. Male alii *Suessanas,* aut aliquid pejus. Brotier.

NOTÆ

[v] *Unde nulla innocentiæ cura*] Nulla innocentiæ cura; sed *vices impunitatis* solummodo quæruntur, iis nempe scelerum monstris, inter quæ veluti consensio mutua scelerum et impunitatis; quasi ejusdem artis et ingenii sit, scelera facere, simul et sibi gratiam impunitatemque præstruere: sed omnem fraudem vincit Providentia, omni scelerum arte validior.

Præparat: unde nulla innocentiæ cura] Dio notat, cum Menas præfectus Sex. Pompeii in mari 'Helenum cepisset, libertum Cæsari admodum carum, statim sine pretio remissum: qui beneficium hoc multo ante apud Cæsarem deponebat, et perfugium sibi, si res ita ferret, apud eum præparans.' *Lipe.*

[w] *Circum*] Circus Maximus, ædificium regionis cognominis, sive Undecimæ, in parte, quasi media, Romæ antiquæ; hodie *Cerchio Massimo,* ruinis et horti regionis *Ripa,* in Roma hodierna versus orientem et meridiem. *Tillemon.*

[x] *Sinuessanas*] Sinuessa urbs Campanorum populorum ad oram maris Tyrrheni: hodie *Santa Maria Dragone,* vel *Rocca di Mondragone,* villa Terræ Laboris, inter fluvios *Garigliano* et *Liuignano,* urbemque *Carinola* in regno Neapolitano. *Tillemon.*

Sinuessanas aquas] Aquæ autem eæ inter salubres habitæ. Plin. 'In eadem Campaniæ regione, Sinuessanæ aquæ sterilitatem fœminarum et insaniam virorum abolere creduntur.' Et quia ad vitia muliebria, ideo in Martiali: 'Diceret hystericam se forsitan altera mœcha In Sinuessano velle sedere sinu.'

Sed et Claudius apud Tacitum libro XII. 'Refovendis viribus, mollitie cœli et salubritate aquarum, Sinuessam perrexit.' *Lipsius.*

Non *Claudius* Sinuessam perrexit, sed libertus ejus *Narcissus,* ut clare demonstravimus ad hunc Taciti locum lib. XII.

Digitized by Google

necessitatis nuntio,[7] inter stupra concubinarum[8] et oscula et deformes moras, sectis[9] novacula faucibus, infamem vitam fœdavit etiam exitu sero[b] et inhonesto.

73. Per idem tempus expostulata ad supplicium Galvia[1] Crispinilla[c] variis frustrationibus,[d] et adversa dissimulantis

cunctationes, abscissis novacula faucibus, probrosam vitam etiam fine tardo et indecoro dehonestavit.

Eodem tempore Galvia Crispinilla efflagitata ad exitium, discrimini erepta est, diversis ludificationibus, et sinistra conniventis imperatoris fama: arbitra hæc

1 Brotierus legit *Calvia Crispinilla*, et sic Bipont. Dioni, LXIII. p. 720. Καλουΐα Κρισπινίλα. At vulgo Mss. et libri editi, *Galvia Crispinilla*. In Ms. Corb. *Crispinila*. Corrupte editio princeps, *Galliva Crispinilla*. Frequens in veteribus Inscriptionibus mentio Calviorum, et Crispinillarum.—2 Sic Ms.

NOTÆ

[7] *Accepto, &c. nuntio*] Plutar. Oth. 'Otho ad Tigellinum misit, qui Sinuessæ commorabatur, paratis ad ulteriorem fugam navibus: nuntium autem pecunia corrumpere tentabat, ut se dimitteret; et cum non persuaderet, dona nihilominus dedit; rogavitque, illud spatii concederet, quo raderetur barba; sumtaque novacula jugulum sibi præscidit.'

[8] *Inter stupra concubinarum*] De quo non spernendum quod tradit Plutarchus Othone: 'Ille quidem jam pridem animo pœnas luebat, quas tanquam publicum debitum exigebat civitas, ipso pœnæ metu;' et morbis corporis acerbissimis excruciatus, vel etiam ob sceleratas et infandas ejus volutationes, inter scorta et 'mulieres impuras, quas moribundi Tigellini libido deficiens etiamnum affectabat; quæ flagitia hominis, cordati viri, tanquam extrema supplicia, multisque mortibus paria, interpretabantur.'

Græca oratio magis viget: ἰσχάτην τιμωρίαν ἐποιοῦντο, καὶ πολλῶν ἀντάξια θανάτων οἱ σωφρονοῦντες.

[9] *Sectis*] Ipsemet sibi novacula secuit fauces Tigellinus: licet dives, sibi ipse tamen tum tonsor erat: in his angustiis fuit, qui tot civium fauces secuerat.

Scilicet arbitrium mortis dandum fuit tali homini; quo exitii genere æquatus est Thraseæ, Senecæ, Sorano, et aliis viris sanctissimis, ac de Rep. bene meritis: et, quod majus est, ipsi rerum domino Neroni, qui et ipse sua manu periit; pejore non potuit.

[b] *Sero*] Id est lento, et tardo, sicque fœdo, et inhonesto, ut vitæ similis esset exitus: qui tamen Neronis exemplo, fortius mori debuerit, quem turpiter vivere docuerat.

Alludit Tacitus ad ultimum Tigellini flagitium, quo nuntium Othonis corrumpere tentavit, ut nempe, paratis navibus, effugere posset: quod cum non impetrasset, eadem pecunia redemit deformes moras, quibus barbam raderet, et inter oscula concubinarum mollius expiraret.

[c] *Galvia Crispinilla*] *Calvia* verius; et pro *magistra*, an etiam *ministra*? nec tamen illud damno. Ceterum hæc Calvia a veste Sporo fuit, et ejus custos.

Breviarium Dionis in Nerone: 'Seorsum autem et Polycletus et Calvia

Digitized by Google

Principis fama, periculo exemta est: magistra[e] libidinum Neronis, transgressa in Africam, ad instigandum in arma[f] Clodium Macrum, famem populo[g] Rom.[h] haud obscure

voluptatum Neronis, trajecerat in Africam ad incitandum Clodium Macrum ad bellum civile, et famem populo Rom. haud dubie intentaverat, universæ postea

Agr. Ryckius et recentiores. In Mss. Harl. Jes. et veteribus editionibus,

NOTÆ

Crispinilla omnia obvia agebant, ferebant, spoliabant. Ille in urbe, hæc autem cum Nerone, et cum Sabina, (ita Sporum nominabant,) cujus custodia ei concredita fuerat, et simul vestis procuratio, quanquam mulier esset, et quidem nobilis; quo prætextu, omnes ab ea exuebantur.'

Vides ex ea nota, quid fœminæ Calvia hæc fuerit, et cur populo exosa. *Lipsius.*

Ut patet ex loco Dionis, hæc mulier custos fuit Spori. Sed puto servasse vestem Cæsarum, seu regiam et Neronis vestem, non Spori; non enim repetit Dio, τὴν περὶ ἐσθῆτα αὐτοῦ, id esset, *vestem ipsius*, sed περὶ ἐσθῆτα, *circa vestem*, absolute.

Crispinilla] Igitur ipsa in urbem redierat post mortem Macri, et crimen impune habuerat; an sub Galba, forte gratia et opibus suis in amicos Galbæ distributis? an sub Othone, qui in aulam Neronianam pronus ut cum maxime?

Haud dubie fuit Romæ fœmina, cum ad supplicium deposceretur: certe *apud Galbam, Othonem, et Vitellium illæsa* mansit, inquit Tacitus, quia *potens pecunia et orbitate.* Unum Otho concessit plebi Tigellinum, ut deliniret, alterum negavit, nempe supplicium Calviæ, ne offenderet Neronianos, quibus potissimum innitebatur.

[d] *Frustrationibus*] An ipsius Crispinillæ, an ipsius Othonis? forte utriusque; fœmina enim audacia, astu, gratia vota plebis frustrari et eludere potuit, quemadmodum et Otho, qui talia dissimulabat; hincque adversa fama in vulgus fuit, quasi flagitiosæ mulieri ignosceret, quasi ream defenderet.

Potius tamen *frustrationes* illæ Othonis et tergiversatio fuit: hic aulæ Neronianæ fautor adhuc, et vindex, si auderet.

[e] *Magistra*] Fuit magistra, seu internuntia, libidinum et conjugii Neronis cum Sporo, qui Sabina dictus est, ex vocabulo Poppææ Sabinæ; et Tigellinus ejusdem Spori paranymphus erat.

Magistra libidinum] Supra l. XVI. 20. ubi de Petronio, qui magister elegantiæ Neronianæ: 'Ambigenti Neroni, quo modo noctium suarum ingenia notescerent, offertur Silia, &c. ipsi ad omnem libidinem ascita.' Sic Tiberius et alii, *magistros libidinum* sibi ascivere.

[f] *Ad instigandum in arma*] Ut scilicet Neronis ultionem susciperet. *Pichena.*

Et hæc causa cur Clodium Macrum interficeret Galba, quasi novas res molientem: et mirari subit, quod impune abierit hæc *magistra* scelerum Neronis.

Sed evaserat haud dubie eadem porta, qua Halotus et Tigellinus, non

Digitized by Google

molita, totius postea civitatis gratiam obtinuit, Consulari matrimonio subnixa,[1] et apud Galbam, Othonem, Vitellium illæsa: mox potens pecunia et orbitate,[h] quæ bonis malisque temporibus[4 i] juxta valent.

74. Crebræ interim,[j] et muliebribus blandimentis[2] infectæ, ab Othone ad Vitellium epistolæ, offerebant[2 k] 'pecu-

civitatis favorem adepta est, consulari connubia fulta, et Galba, Othone, ac Vitellio dominantibus incolumis: dein florens opibus et orbitate, quæ perinde pollent sub bonis malisque dominationibus.

Interea frequentes literæ, et fæmineis mollibusque *blanditiis inquinatæ, ab Othone ad Vitellium, ostendebant* opes, favorem, amicitiam, et quemvis otii

populi Romani: sic Gronovius.—3 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *innixa:* et sic Gronovius.—4 Sic bene libri omnes, præter Ms. Bud. in quo deest, *temporibus.* Brotier.

1 Ita Ms. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *blandiciis.* In margine Ms. Bodl. *blandimentis.*—2 Sic bene Rhemanus, et recentiores. Perperam in Mss. et veteribus editionibus, *offerebantur:* [Ryckii Cod. *afferebantur.*] Brotier.—3 Ita bene Mss. Corb.

NOTÆ

sine infamia severi senis, qui alios minori mole criminum infames, publice tractos, necaverat. Et forte, quia *consulari matrimonio innixa* erat fœmina.

[g] *Famem populi Rom.*] Tac. Hist. III. 'Africam eodem latere sitam, terra mariqne invadere parabat, clausis annonæ subsidiis, inopiam ac discordiam hosti facturus.'

Ægyptus enim et Africa populi Rom. horrea erant, et Ægypto in cujusque anni quadrimestre conferente frumentum, Africa in reliquos octo menses suppeditabat. Josephus Excidii II. c. 28. *Savilius.*

[h] *Potens pecunia et orbitate*] Divitiis et orbitas duo bona adminicula parandorum amicorum, cum nemo non laboret ei placere, cui sperat se futurum hæredem.

Silvanus sub Nerone accusatus repetundarum, 'valuit,' inquit Tac. Ann. XIII. 'pecuniosa orbitate et senecta.' Et tamen omnium spem elusit, superstes illis, 'quorum ambitu evaserat.'

In civitate nostra (scribit Seneca consol. ad Marciam 19.) 'Plus gratiæ orbitas confert, quam eripit.' *Savilius.*

Orbitate] Artem captandi orbos in matrona eleganter describit Petronius: 'Matrona inter primas honesta, Philumene nomine, quæ multas supe hæreditates officio ætatis extorserat, tam anus et floris exstincti, filium filiamque ingerebat orbis senibus; et per hanc successionem, artem suam perseverabat extendere.'

[i] *Quæ bonis malisque temporibus*] Potentia duobus his cardinibus velati vertitur, nempe *pecunia* et *orbitate,* quæ bonis temporibus præpolleant et perinde malis, ut quibus, largitione et spe, nequissimi facile corrumpantur.

Sic infra de liberto Neronis: 'Nam et hi malis temporibus partem se Reip. faciunt.'

[j] *Crebræ interim*] Sic Suet. Oth. 8. 'Et tamen, per internuntios ac literas, consortem imperii generumque se Vitellio obtulit.'

Digitized by Google

niam et gratiam et quemcumque quietis locum prodigæ vitæ legisset.' Paria Vitellius ostentabat,[3] primo mollius, stulta[1] utrimque et indecora simulatione: mox, quasi rixantes, stupra et flagitia[m] invicem objectavere; neuter falso. Otho, revocatis, quos Galba miserat, legatis, rursus alios[4] ad utrumque Germanicum exercitum et ad legionem Italicam easque, quæ Lugduni agebant, copias, specie Senatus[n] misit.[o] Legati apud Vitellium remansere, promtius, quam

secessum delegisset luxuriosæ vitæ. *Similia Vitellius offerebat, initio lenius, socordi utrimque et inhonesta dissimulatione: dein, veluti rixantes,* sibi *mutuo exprobravere libidines vitiaque,* et *neuter fallebat. Otho, revocatis oratoribus, qui a Galba missi fuerant, rursus* alios legatos *misit, prætextu senatus, ad utrumque militem,* superioris et inferioris *Germaniæ, et ad legionem Italicam, easque quæ Lugduni agitabant cohortes alasque. Oratores mansere apud Vitellium, properan-*

Reg. Agr. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ostendebat,* et sic Gronovius. Prima manu in Mss. Harl. Jes. *ostendisset.* Brotier.—4 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Agr. et veteres ac recentiores editiones. Rhenanus forte operarum errore omisit, *alios;* [at sic Ryckius et Gronovius.] Abest quoque a Ms. Corb.—5 *Addidit* Mss. Corb. Harl. Jes.

NOTÆ

[k] *Offerebant*] Plut. Oth. 'Simul se Vitellio magnam pecuniam daturum promittebat Otho, et urbem, in qua otiosus amœnissimam vitam ageret.'

[l] *Stulta*] Vere *stulta:* quasi vero id sperare anderent aut possent, quasi privatus vivere posset, qui semel delibasset principalem fortunam.

Longe aliud suadebant infra Hist. lib. III. 66. amici Vitellii, qui, nempe, 'pacem et conditiones abnuebant, discrimen ac dedecus ostentantes, et fidem in libidine victoria. Nec tantam Vespasiano superbiam, ut privatum Vitellium pateretur; ne victos quidem laturos. Ita periculum ex misericordia.'

[m] *Stupra et flagitia*] Sic et olim sibi invicem objectavere Augustus et Antonius talia libidinum commercia.

Suet. Aug. 69. 'Adulteria quidem exercuisse, ne amici quidem negant: excusantes sane, non libidine, sed ratione commissa: quo facilius consilia adversariorum per cujusque mulieres exquireret: M. Antonius super festinatas Liviæ nuptias, objecit et fœminam consularem e tricliuio viri coram in cubiculum abductam; rursus in convivium, rubentibus auriculis, incomtiore capillo, reductam,' &c. Sed non tam vere, quam Vitellius atque Otho.

[n] *Specie senatus*] Id est, misit legatos, qui dignitatem senatus præferrent. Sic infra: 'Erat grande momentum in nomine urbis ac prætextu senatus:' aut certe, quasi a senatu missi, et jubente ipso senatu, eam legationem suscepissent.

[o] *Rursus . . . . misit*] Vertit Interpres Hisp. quasi eosdem legatos, qui a Galba missi erant, revocatos a se, rursus miserit Otho, quod falsum.

Hostis sui, et a se occisi Galbæ legatos et amicos miserit Otho! quasi vero! alios delegit e senatu legatos, misitque *specie senatus.*

Digitized by Google

ut retenti viderentur. Prætoriani, quos, per simulationem officii,[p] legatis Otho adjunxerat, remissi, antequam legionibus miscerentur. Addit[5] epistolas Fabius Valens, nomine Germanici exercitus, ad Prætorias et urbanas cohortes, de viribus partium magnificas et concordiam offerentes. Increpabat[6] ultro, 'quod tanto ante[q] traditum Vitellio Imperium ad Othonem vertissent.'

75. Ita promissis simul ac minis tentabantur; 'ut bello impares, in pace nihil amissuri:' neque ideo Prætorianorum

tius quam ut coacti viderentur. Prætoriani milites, *quos Otho apposuerat oratoribus per speciem honoris, repulsi* castris, *priusquam legionario militi jungerentur. Adjicit literas Fabius Valens, nomine Germanici militis, ad cohortes prætorias et urbanas, quibus robur opesque partium* extollebat, *et pacem ostendebat. Incusabant ultro,* quod in Othonem contulissent principatum, tanto ante *tempore* tributum Vitellio.

Ita solicitabantur simul et *promissis et minis;* velut armis impares, et quiete ac concordia nihil perdituri: *neque propterea fidem exuere prætoriani. Sed qui*

editio princeps, aliæque quamplurimæ, et sic edidit Brotier. Puteolanus ac recentiores, *addit.*—6 Ita bene Mss. Corb. Reg. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *increpabant.* Brotier.

NOTÆ

[p] *Quos, per simulationem officii*] Vere enim corrumpendis legionibus submittebantur. *Savilius.*

An prætoriani eo prætextu missi, ut tentarent animos Vitellianorum? apparet, id ipsum forte suspicatum Vitellium, eos, antequam legionibus suis miscerentur, remisisse.

An potius Otho legatorum suorum fidem suspectam habens, prætorianos, qui illos observarent, honoris specie misit? utrumque certe imperatoriis artibus haud alienum.

Tamen hoc postremum verisimilius, ut ex verbis Taciti conjicitur.

Ad idem fere prætoriani ab Othone adhibiti prope finem hujus libri: 'Addidit classi urbanas cohortes, et plerosque e prætorianis, vires et robur exercitus, atque ipsis ducibus consilium et custodes.' *Pichena.*

Per simulationem officii] Specie honoris eos legatis addiderat Otho, sed reipsa eo consilio ut facta dictaque legatorum explorarent, et simul ut ingressi castra legionum Vitellianarum, eas ad defectionem solicitarent: quod postremum prævisum, ideoque et statim remissi ex itinere.

[q] *Tanto ante*] Perperam illis id exprobratur, cum ignoraverint istam electionem prætoriani, aut saltem tantum fama incerta audierint.

Immo scripserant ipsæ Germanicæ legiones prætorianis, ut eligerent Imperatorem, qui omnibus exercitibus gratus esset: nec satis constat, an ipse Otho electum Vitellium sciret, priusquam ipse eligeretur. Certe electus erat Vitellius ante Othonem, sed suppressus erat ille rumor in urbe a Galba, dum adoptionem festinat. Vitellius Imperator salutatus 2. Januarii, Otho 15. die.

Digitized by Google

fides mutata.[1] Sed insidiatores[r] ab Othone in Germaniam, a Vitellio in urbem missi: utrisque frustra fuit; Vitellianis impune, per tantam hominum multitudinem, mutua ignorantia[s] fallentibus: Othoniani, novitate vultus, omnibus invicem ignaris,[2] prodebantur. Vitellius literas ad Titianum,[3] fratrem Othonis, composuit, 'exitium ipsi filioque ejus' minitans, 'ni incolumes sibi mater[t] ac liberi servarentur.' Et stetit domus utraque:[u] sub Othone, incertum an metu; Vitellius victor clementiæ gloriam tulit.

struerent fraudem, missi ab Othone in Germaniam, et a Vitellio in civitatem; utrisque in irritum cessit: Vitellianis impune fuit, *inter tantam populi multitudinem, mutua inscitia latentibus: Othoniani* facile *dignoscebantur, insolita facie*, et *cunctis* Vitellianis *invicem notis. Vitellius scripsit epistolas ad Titianum, fratrem Othonis, intentans* mortem ipsi et ejus filio, nisi parens prolesque illæsa mansisset. *Et incolumis fuit utraque familia: principe Othone, dubium an formidine; Vitellius, victo Othone, clementiæ decus habuit.*

1 Ms. Ryckii *mutari*.—2 Ita vulgo Mss. editiones veteres et recentiores. Rhenanus, *gnaris*, et sic Gronovius et Ryckius. In Ms. Reg. *novitate vultus, invicem ignari prodebantur*.—3 Male Ms. Reg. et editiones veteres, *Tucianum*, vel *Tutianum*. In veteribus fragmentis fratrum Arvalium apud Gruterum, p. 118. sæpe appellatur L. SALVIVS. OTHO. TITIANVS. *Brotier*.

NOTÆ

[r] *Insidiatores*] Variæ insidiæ strui poterant: nempe cœpta et consilia Vitellii explorare, ac solicitare animos militum et trahere in alias partes, et forte etiam insidiari ipsi principi potuere.

[s] *Mutua ignorantia*] Quia cives sibi mutuo ignoti erant, ideo et ignoti erant insidiatores civibus, ut in tam multa plebe. At in castris Vitellii, cum se invicem noscerent Germaniciani, diu fallere non potuerunt insidiatores ab Othone immissi.

[t] *Mater*] Cur de uxore silet? Puto, Galeria uxor Vitellii Romæ fuit, sed modestiæ summæ et pari probitate ac mater Vitelliorum; nec opus fuit commendare fœminam se ipsa commendabilem, præcipue cum liberos commendaret: et quis victor fœminis non parcat?

Duas uxores habuit Vitellius, teste Suet. Vitel. 6. 'Uxorem habuit Petroniam consularis viri filiam,' &c. 'Duxit mox Galeriam Fundanam, prætorio patre.'

Mater et liberi] Lib. II. 47. Otho sic loquitur: 'Fruitur Vitellius fratre, conjuge, liberis,' &c. Is silet de matre Vitellii, in quam sævire indecorum fuisset, ob ætatem, probitatem, et modestiam eximiam.

Commendat Vitellius *liberos*, quia, jure belli, filius occidi potuit: et certe post victoriam Flavianorum occisus est, nec prudentiæ regiæ putant filio hostis parcere; sed filiam ejus amplissima dote ornatam mox locavit Vespasianus.

[u] *Stetit domus utraque*] Nempe Vitellii ac Titiani.

Digitized by Google

76. Primus Othoni fiduciam addidit[1] ex Illyrico[v] nuntius, 'jurasse in eum Dalmatiæ[w] ac Pannoniæ et Mœsiæ[x] legiones.' Idem ex Hispania allatum: laudatusque per edictum Cluvius Rufus: et statim cognitum est, conversam ad Vitellium Hispaniam. Ne[2] Aquitania[y] quidem, quanquam a Julio[3] Cordo in verba Othonis obstricta, diu mansit. Nusquam fides aut amor; metu ac necessitate huc illuc mutabantur. Eadem formido provinciam Narbonensem ad Vitellium vertit, facili transitu ad proximos et validiores. Longinquæ provinciæ, et quicquid armorum mari[4] dirimitur,[5] penes Othonem manebant: non partium studio; sed erat grande momentum in nomine urbis ac prætextu[6]

Primus ex Illyrico nuntius fiduciam adjecit Othoni, sacramento ejus obstrictas esse legiones Dalmatiæ ac Pannoniæ et Mœsiæ. *Idem nuntiatum ex Hispania: et Cluvius Rufus edicto commendatus: et statim compertum est, inclinasse ad Vitellium Hispaniam. Nec etiam Aquitania diu pertitit, licet auctore Julio Cordo in nomen Othonis jurasset. Nusquam pudor aut pietas; formidine ac necessitate huc illuc vertebantur. Idem metus transtulit provinciam Narbonensem ad Vitellium, prono transitu ad propinquos et potentiores. Remotæ provinciæ, et quotquot exercitus pelago separantur, in potestate Othonis erant; non amore partium; sed ingens momentum erat in vocabulo civitatis et specie senatus: et prior nunciatus* Otho

1 Ms. Corb. *attulit Illyrico.*—2 Ryckius, e suo Msto edidit *nec.*—3 Acidalius mallet *Manilio Cordo.*—4 Mss. Harl. Jes. *a mari.*—5 Ms. Jes. *dividitur.*—

NOTÆ

[v] *Illyrico*] Vide notas cap. 2.

[w] *Dalmatiæ*] Dalmatia aliquando Illyrici proprie dicti provincia; deinde *Illyricum* proprie dictum sub *Dalmatiæ* nomine innotuit. Vide notas cap. 2. *Tillemonius.*

[x] *Mœsiæ*] Mœsia, regio Illyrici late sumti versus orientem: hodie partes provinciarum *Dalmatiæ, Albaniæ, Serviæ,* et *Bulgariæ,* sub Turcico imperio Europæo pro majori parte. *Tillemonius.*

[y] *Aquitania*] Regio Galliæ Comatæ ad Oceanum occidentalem: a Romanis in tres divisa provincias, Aquitaniam primam, secundam, et tertiam, sive Novempopulonianam: hodie primatiatus *Bourges,* et ubi provinciæ Ecclesiasticæ, *Bourges, Alby, Aux,* et *Bordeaux.*

Vel secundum divisiones temporales, hic sunt provinciæ integræ, *Poictou, Berry, Auvergne, Franc Allend, Combraille, Velay, Gevaudan, Rouergue, Quercy, Agenois, Bearn, Basque, Guienne, Saintonge, Aünis, Angoumois, Marche, Limosin, Perigort;* atque partes provinciarum, *Anjou, Touraine, Blaisois, Nivernois, Bourbonnois, Languedoc,* cum majori parte provinciæ *Gascogne* late sumtæ, omnes in regno Franciæ ad meridiem et occidentem: ex Geographia Sanseanis. *Tillemon.*

Digitized by Google

Senatus: et occupaverat animos prior auditus. Judaicum exercitum Vespasianus, Syriæ legiones Mucianus sacramento Othonis adegere. Simul Ægyptus omnesque versæ[7] in Orientem provinciæ nomine ejus tenebantur. Idem Africæ obsequium, initio a Carthagine[8] orto. Neque expectata Vipstani[8] Aproniani, Proconsulis, auctoritate, Crescens, Neronis libertus (nam et hi malis temporibus partem se Reipublicæ[9] faciunt)[9] epulum plebi, ob lætitiam recentis Imperii, obtulerat, et populus pleraque sine modo festinavit. Carthaginem ceteræ[10] civitates secutæ. Sic distractis[11] exercitibus ac provinciis, Vitellio quidem ad capessendam Principatus fortunam bello opus erat.

77. Otho,[1] ut in multa pace, munia Imperii obibat: quædam ex dignitate Reipublicæ, pleraque contra decus ex

mentes occupaverat. Vespasianus militem Judaicum, Mucianus Syriæ legiones in verba Othonis obstrinxere. Etiam Ægyptus cunctæque ad Orientem spectantes provinciæ vocabulo illius regebantur. Eadem Africæ fides, principio desumto a Carthagine. Et spreta auctoritate Vipsanii Aproniani, proconsulis, Crescens libertus Neronis (quippe et hi iniquis temporibus partem se Reipub. faciunt,) exhibuerat convivium populo, ob gaudium novi principatus, et vulgus multa properavit ultro, *non sine* nimia *licentia. Reliquæ urbes æmulatæ* sunt *Carthaginem. Sic divisis legionibus et provinciis, Vitellio certe bellum necessario habendum fuit, ut summa rerum potiretur.*

Otho, ut alta pace, curas imperii usurpabat: nonnulla pro decore et amplitudine Reipub., multa præter dignitatem, ex præsenti necessitate festinando. Consul

6 Ita libri ferme omnes. J. Gronovius e Ms. Flor. edidit, *prætexto.*—7 Ita bene Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Agr. et editione principe, *versus Orientem.* Ms. Corb. *versus in Orientem.* In Ms. Flor. *versum in Orientem.* Brotier.—8 Perperam Mss. et veteres editiones, *Vipsani* aut *Vipsanii.* Vipstanus enim est, ut patet ex veteribus fragmentis fratrum Arvalium, apud Gruterum, p. 118. in quibus sæpe memoratur C. VIPSTANVS. APRONIANVS. Consulem eum vidimus supra Annal. XIV. 1. *Brotier.* Gronovius scribit *Vipsanii.*—9 Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. et editio princeps, *nam et in malis temporibus . . . . faciunt.* Inde Pichena, quem recentiores sunt secuti, *nam et hi malis, &c.* In Mss. Hart. Bodl. Jes. et Puteolanus, *nam in malis temporibus . . . . fecerat.*—10 Budens. *multæ.*—11 Idem *distr. ejus exerc.*

1 In pr. ed. *Et Otho.* Melius *At Otho.* Ernest.

NOTÆ

[8] *Carthagine*] Carthago, urbs Africæ provinciæ ad mare Africum: hodie ruinæ visuntur prope urbem Tunis in regno Tunetano, et in Barbaria. *Tillemonius.*

[9] *Partem se Reipub.*] Interpretor: Miscuerat se velut et ipse inter curatores ejus et ministros. Ita supra hoc libro: 'Non senatus et eques modo, quis aliqua pars et cura Reip.' *Lipsius.*

Digitized by Google

præsenti usu properando.[b] Consul cum Titiano fratre[c] in

NOTÆ

Bene, *partem Reipub.* nempe malis temporibus; seu potius partem cladium, quas tulit Respub. nam servus, neque civis neque magistratus est, neque ullum ordinem aut partes in Repub. sustinet; tantum potuit esse pars flagitii et dedecoris publici, et se rebus turbidis immiscere.

[b] *Ex præsenti usu properando*] Multa cogebatur properare contra decus principis et imperii; quæ tamen præsens necessitas aliquatenus excusaret, quia, scil. instabat bellum et hostis. Sic in otio peccatur per *libidinem;* inter negotia et pericula, *necessitate* temporum.

Ex præsenti usu] Nempe ex necessitate rerum et temporis; namque tali bello opus habuit opibus, viris, armis, amicis, fautoribus; ideoque dignitates tribuendæ, magistratus in longum ordinandi, distribuendique consulatus, ut statim facit Otho.

Privilegia tribuenda, immunitates, sacerdotia; asciscendi aut etiam restituendi in senatum multi indigni.

Ideo pari ratione colonias auget, civitatem Romanam dat, novaque jura provinciis, sed in speciem magis, et *ostentui, quam mansura.*

Sic novi dominantes partum scelere imperium novis sceleribus fulciunt; subvertunt jura, leges, Rempub. omnia ex privata utilitate, agunt, ferunt; omnia fœde et *serviliter pro dominatione.*

[c] *Consul cum Titiano fratre*] Libera Rep. duo consules, cum Januarii initio consulatum auspicati; vertente demum anno defungebantur, nisi mors aut alia interveniret causa, quæ successori vacuum faceret.

Post, 'cum belli civilis præmia festinari cœperunt,' ut Tacitus loquitur, cumque excrevisset eorum numerus, quorum meritis rependenda esset dignitas, arctato administrationis tempore, laxanda aliis fuerunt ad explendam ambitionem spatia, et unius anni in plures spargendum beneficium.

Hujus confusionis auctor C. Cæsar, A. U. C. 709. qui consul sine collega, suo anno Fabium et Trebonium substituit, Dio l. XLIII. A. U. C. 715. Postmodum inducta deponendi necessitas, cum antea sponte consulatu abirent. Dio l. XLVIII.

Tempore Augusti, præsertim sub extremum ejus principatum, ut docent Fasti capitolini, quatuor singulis annis designabantur consules, bini ex Kalend. Julii, in finem porro anni.

Post ejus tempus, etsi de initio mihi exacte non constat, *bimestres* fuere consules, eorumque numerus tum in usu crevit ad *duodecim.*

Hoc anno ex Kalend. Jan. Servius Galba II. Titus Vinius; cæsis hisce duobus in consulatu, M. Otho et L. Titianus suffecti in Kalend. Mart. ex Kal. Martii, L. Verginius Rufus, Poppæus Vopiscus: ex Kalend. Maii, Cælius Sabinus, Flavius Sabinus.

Ex Kal. Julii, Arius Antoninus, Marius Celsus: ex Kal. Sept. Fabius Valens, Alienus Cæcina, qui cum perduellionis reus esset, suffectus est ei in unicum diem Roscius Regulus Hist. III. ex Kal. Novemb. Cn. Cæcilius Simplex, C. Quintius Atticus. Xiphilin.

Hic numerus et recepta temporis illa consuetudo, usque ad Dionis ætatem duravit: l. XLIII.

Qui vero cum Kalendis Januarii consulatum auspicabantur, erant *ἐπώνυμοι*, nomen anno dabant, vocabanturque *ordinarii:* reliqui, *minores* et *suffecti* dicti, tanquam obscuri, neque

Digitized by Google

Kalend. Martias ipse: proximos menses Verginio[d] destinat, ut aliquod exercitui Germanico delinimentum. Jungitur Verginio[e] Poppæus[2] Vopiscus, prætextu veteris amicitiæ;[f] plerique, Viennensium honori datum,[g] interpretabantur. Ceteri Consulatus ex destinatione Neronis aut Galbæ man-

ipse cum fratre Titiano in Kalend. Martias; constituit menses proximæ sequentes Verginio, ut blandimentum aliquod militi Germanico. Verginio datur collega Poppæus Vopiscus, specie antiquæ amicitiæ, multi, tributum id ei *in gratiam Viennensium, intelligebant. Ceteri consulatus designati ex constitutione Neronis aut*

2 *Pompeius* habent Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Corb. Agr. et editiones veteres.

NOTÆ

apud exteros celebres, ut quærere liceret, in quorum consulatu illi essent consules: alioquin auctoritate et ceteris pares. Dio l. XLVIII.

Minor tamen hic consulatus numero faciendo valet. Exemplum habemus in Vespasiano, qui consulatum sub Claudio adeptus (Suet. Vesp. 4.) per duos novissimos anni menses, quod antea factum, anno 823. notatus est *Vespasianus iterum*. Tac. Hist. IV. *Savilius*.

Per bella civilia, honores et magistratus festinati ac vulgati, et ad eam indignitatem res pervenit ævo inferiori, ut Commodo imperante, *viginti quinque consules* in unum annum crearentur, teste Lampridio.

Sed tantum primorum consulum nomina in fastos referebantur, iique ad differentiam ceterorum, consules *ordinarii* appellati. *Pichena*.

[d] *Verginio*] Plut. Otho: 'Consulatus sibi destinati partem Verginio Rufo assignat.'

[e] *Jungitur Verginio*] Vopiscus ille forte senator Viennensis origine, vel aliquo alio affinitatis, amicitiæ, hospitii, seu clientelæ jure illis conjunctus, vel forte, quia ibi cum imperio præfuerat, ita ut amicitia Othonis tantum prætextus esset, cum revera id honori celebris coloniæ, et forte totius Galliæ conciliandæ gratia, concessum sit.

Sic Ann. l. II. Asiaticus, decus coloniæ Viennensis, a Claudio interficitur, metu, aut prætextu, ne hos populos, affinitatibus sibi deviuctos, ad res novas solicitaret.

[f] *Prætextu veteris amicitiæ*] Nempe cum Othone exercitæ, non cum Verginio. At si id *datum honori Viennensium*, ut interpretabantur alii, sic et per Verginium deliniti Lugdunenses, Lingones, et aliæ civitates Gallorum, quæ in partibus legionum; ideoque simul et ipsæ legiones Germanicæ: scil. 'ut aliquod exercitui Germanico delinimentum.'

Itaque similiter et per Vopiscum conciliati *Viennenses*, et ceteri Galbianarum partium, quorum honori id concessum.

[g] *Viennensium honori datum*] Vel quia Viennensis fuit Vopiscus, vel quia ipsis Viennensibus imperasset, prætextu veteris amicitiæ, an cum Othone? an cum Verginio? forte tamen sic Otho, prætextu suæ amicitiæ cum Vopisco.

Digitized by Google

sore. Cælio ac Flavio Sabinis in Julias, Arrio[3] Antonino et Mario Celso in Septembres: quorum honori ne Vitellius quidem victor intercessit. Sed Otho Pontificatus[h] Auguratusque honoratis jam senibus[4] cumulum[5] dignitatis addidit: et[6] recens ab exilio reversos nobiles adolescentulos avitis[i] ac paternis Sacerdotiis, in solatium, recoluit. Redditus Cadio Rufo, Pedio Blæso, Sevino Pomtino[7] Senatorius lo-

Galbæ. Cælio ac Flavio Sabinis in Kal. *Julias; Arrio Antonino et Mario Celso in Septembres: quorum decori ne Vitellius quidem post victoriam obstitit. Sed Otho magistratu functis jam senibus*, velut *honoris fastigium imposuit pontificatus et auguratus: et claros juvenes nuper ab exilio revocatos avitis paternisque sacerdotiis exornavit. Senatoria dignitas restituta* est *Cadio Rufo, Pædio Blæso*, et *Se-*

Ryckius et Brotier. Flor. habet *Poppæus:* et ita Lipsius cum Gronov. et Bipont. —3 Sic bene Ms. Reg. editio princeps et recentiores. Corrupte Mss. Harl. Bodl. Jes. *Arrhio Antonio.* Puteolanus, *Archio.* Brotier. Gronov. et Ryckius edunt *Ario.*—4 Gutherius vult *honoratis jam insignibus.*—5 Ryckii Cod. *culmen:* at ceteri nil mutant.—6 *Aut* Budens.—7 Corrupte Ms. Reg. et editio princeps, *Sevino promtius.* Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Sevino* (Ms. Harl. *Scævino*) *Pontio.* Ms. Flor. et Lipsius, *Sevino Promptino*, et sic Ryckius et Gronov. Cum eadem esset nominis varietas apud Sallustium, in Catilin. XLV. eruditus Cortius edidit, *L. Valerio Flacco et C. Pomtino prætoribus*; solitus *p* post *m*

NOTÆ

[h] *Pontificatus*] Vertit nobil. Harlæus, quasi Otho ad summum apicem dignitatis, seu supremum fastigium sacerdotii, evexerit *senes*, qui jam antea ornati erant pontificatu auguratuque.

Sed potius est, ut senes illos his sacerdotiis ornaverit, quibus nempe sacerdotiis cumulus dignitatis inerat: id est, cum jam antea *honorati* senes essent, eos auguratu et pontificatu, quasi cumulo dignitatis auxit.

At quo honore ornati antea? Nempe quia munia reipublicæ et dignitates obtinuerant.

Comparat *senes* cum adolescentibus: jam *honorati* senes erant, eos tamen adhuc nova sacerdotii dignitate exornat, et ipsos adolescentes nullo honore insignes, *avitis* et paternis sacerdotiis auget.

Pontificatus] Otho nemini contulit pontificatum Max. quia reservata illa dignitas soli principi, et ipsi Othoni statim ingesti a senatu erant omnes honores priorum Cæsarum.

[i] *Avitis*] Multa et diversi generis sacerdotia obtineri simul potuerunt. Sic Galba, teste Suet. 8. 'Accepit et sacerdotium triplex, inter quindecim viros, sodalesque Titios, item Augustales cooptatus.'

Avitis] Non quia talia sacerdotia debita essent ipsis, aut annexa essent illorum familiis; sed quia virtute et meritis obtinuerant illa patres avique illorum juvenum; eos etiam provehit Otho.

Puto, quia avitis opibus spoliati senes ac juvenes, utpote damnati, aut ex damnatis orti; idcirco illos sacerdotiis exornat sua clementia Otho, ut nobiles familias erigat atque instauret pro virili parte: et sic, ut opeimos et illustrissimos civium in paresibus haberet, sibique devinciret.

Digitized by Google

cus, qui repetundarum criminibus[j] sub Claudio ac Nerone ceciderant. Placuit ignoscentibus,[8] verso nomine, quod avaritia fuerat,[k] videri majestatem:[l] cujus tum odio etiam bonæ leges peribant.

vino Pomtino, qui subversi erant crimine peculatus sub Claudio et Nerone. Visum est faventibus, quod cupiditas fuerat, mutato vocabulo, majestatem appellari: cujus tum legis *invidia, etiam bonæ leges subvertebantur.*

omittere. A Dione, XXXVII. p. 50. et XXXIX. p. 129. memoratur, Τάβος Πομπτῖνος. Forte ex agro Pomptino ductum nomen, de quo Inscriptiones apud Cl. Bolognini, 'Memorie dell' antico e presente stato delle Paludi Pontine,' p. 7. et 8. TABVLARIVS. A. RAT. POMPTINAE. Paludes illæ dictæ sunt quoque *Pontinæ*. Inde scripturarum discrimina. Et in veteribus nummis atque Inscriptionibus C. Pomptinus, modo laudatus, appellatur C. PONTINIVS. Vide eruditum Vaillant, 'Nummi Familiarum Romanarum,' Vol. II. p. 287. in familia Pontinia. *Brotier.*—8 Mss. Harl. Corb. *ignoscendum.*

NOTÆ

j *Repetundarum criminibus*] Actio repetundarum intentata adversus provinciarum rectores, ob iniquas pecuniarum extortiones, aut crudeliter exercitam jurisdictionem.

Nomen ei inditum a principali parte, quod per eam actionem 'pecunias injuste ablatas; vel si quid aliud abiatum, captum, conciliatum, aversumque siet; provincialibus repetere jus fasque esset.'

Neque sufficiebat extorta per vim refundere, sed et arbitraria infligebatur pœna, *duplum* aut *triplum*, nomine pœnæ.

Lata hæc lex a L. Calpurnio Pisone, anno primo tertii belli Punici; aucta deinde per alios pluribus clausulis, et cum varis sanctionibus resuscitata. Tac. Ann. XV. 'Magistratuum avaritia Calpurnia scita peperit.'

Neque tamen districta constitutionum severitas obstitit, quo minus proconsulum libido grassaretur.

Immo quo pluribus legibus cautum, eo ferocius illi in spolia et provinciarum sanguinem ferebantur; utque illa, quæ violente extorserant apud exteros, Romæ impunita forent, profundebant in corruptelas dona, ex mente Græci senarii: 'per furta dives, pauca donet, salvus est.'

Hinc narrat Tullius, (priore in Verrem, serio aut per jocum,) statuisse provincias supplicare senatui, ut quæ commodo ipsorum lata esset lex de repetundis, aboleretur. Sub imperatoribus lex tantum restringebatur ad *extortiones*, ut videre licet apud Plinium II. c. 11. *Sarilius.*

k *Quod avaritia fuerat*] Indecorum Othoni videbatur, avaritiæ crimine damnatis ignoscere; et fortasse metuebat, ne provincialium animos, ad quos repetundarum lex pertinebat, alienaret. Ideo simulavit senatores illos, non ea quidem lege olim mulctatos, sed majestatis, qua princeps tantum offenditur.

Quoniam autem majestatis lex eo tempore odiosa erat, ob plurima damna quæ urbi intulerat, illius nomine et lex repetundarum, et aliæ justæ destruebantur: adeo ut *majestatis* aliquem damnare, idem esset ac si innocens pronuntiaretur. *Pichena.*

Otho Cadium Rufum, Pedium Blæsum, Sevinum Promptinum restituit, quasi tyrannica majestatis lege per-

Digitized by Google

78. Eadem largitione civitatum quoque ac provinciarum animos aggressus, Hispaliensibus[1m] et Emeritensibus[n] fa-

Eadem munificentia aggreditur etiam coloniarum ac provinciarum animos, permisit Hispaliensibus et Emeritensibus addi certum familiarum, jus Romanæ

1 Sic bene Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus,

NOTÆ

culsos, quo velut innocentibus injuria facta videbatur; ut plerisque qui tum temporis essent ea lege postulati; non autem, ne provincialium animi offenderentur. Horum immo nulla ratio, nulla cura.

Horum ille certe nullam rationem habuit: tantummodo suæ et restitutorum existimationi consultum voluit, ne ipse indignos dignari, illi indigni potiri eo beneficio viderentur. *Gronovius.*

Illi certe repetundarum accusati, damnati, et convicti; sed quod crimen avaritiæ vere fuerat, *placuit ignoscentibus*, videri seu vocari crimen majestatis, cujus prætextu etiam bonæ leges subvertebantur. Si majestas fuisset, et si tantum ea lege damnati forent, venia digni erant; sed certe vera avaritia, verum crimen repetundarum fuit.

Bona lex fuit de *repetundis;* sed quæ tum prætextu *majestatis*, quasi tantum ea lege damnati forent, subvertebatur ab Othone et a Patribus.

Mali principes, cum damnatos nobilissimos civium vellent, prætexebant alia crimina, quæ cum non sufficerent, *majestatem* attexebant, quasi complementum: hinc sæpe odio hujus legis, reos aliorum criminum servabat senatus: sicque odio legis majestatis, *etiam bonæ leges peribant.*

Sic Ann. l. 1. ubi de Tiberio: 'Judiciis assidebat .... multaque eo coram adversus ambitum et potentium preces constituta; sed dum veritati consulitur, libertas corrumpebatur.' Sic dum majestati consulebatur, veritas, et bonæ leges odio isto peribant.

[1] *Videri majestatem*] Lex majestatis primis liberæ Reip. temporibus pauca, sed momenti in rep. maximi complectebatur: 'si quis proditione exercitum, aut plebem seditionibus, denique male gesta rep. majestatem populi Rom. minuisset.' Ann. I. 72.

Augustus eam extendit ad famosorum libellorum scriptores: ante vero, 'facta arguebantur, dicta impune erant,' aut saltem exemta pœnis læsæ majestatis.

Sub Tiberio, Caio, Claudio, et Nerone erat 'unicum crimen eorum, qui crimine vacabant,' ut Plinius loquitur: apud Tiberium accusabatur Falanius Ann. I. et ex lege quidem majestatis, 'quod venditis hortis, statuam Augusti simul mancipasset;' et ibidem Rubrius, 'quod violasset perjurio numen Augusti.' Et infiniti alii ob similes nugas.

Quare cum lex *majestatis* tam diu tamque odiose fuisset exercita, visum fuit illis in veniam pronioribus, quod vere *extortio* erat, *crimen majestatis* vocare; cujus adeo execranda erat memoria, ut bonas etiam leges in neglectum adduceret. *Savilius.*

[m] *Hispaliensibus*] Hispalis, urbs Turdetanorum populorum in Bætica, provincia Hispaniæ: hodie *Seville*, urbs regni Andalusiæ: paret Regi Catholico. *Tillemonius.*

Hispaliensibus et Emeritensibus] Deducendis coloniis certæ assignaban-

Digitized by Google

miliarum adjectiones,[o] Lingonibus universis[p] civitatem Ro-

civitatis cunctis Lingonibus, provinciæ Bæticæ Maurorum oppida: nova privilegia

NOTÆ

tur familiæ, quæ si lapsu temporis, aliove casu decrevissent, aut externis miscerentur, magnum beneficium alii putabant, si novis supplementis augerentur. Livius l. XXXII. 29. et XLIII. 17. Tac. Ann. XIII. 'Ceterum coloniæ Capua atque Nuceria, additis veteranis, firmatæ sunt.'

Hispalim autem coloniam Romanorum fuisse affirmat Plinius III. 2. 'A læva Hispalis colonia, cognomine Romulensis.'

Emeritam vocat Dio l. LIII. Manifesta autem est notatio vocis, *Emerita*, quod *emeriti* milites *ætate affecta* eo deducerentur.

Coloniis autem *militaribus*, (ne de alio nunc earum genere loquar, quod liberæ Reip. temporibus, jussu senatus in exteros deducebatur; cum hanc divisionem innuere videatur Velleius l. I.) ex eo origo; ne militum senectus inopia premeretur, post attritum castrensi labore ætatis florem.

Sylla itaque, Cæsar, et consecuti deinde imperatores, ex assignatis in hæreditatem agris, honeste victitandi facultatem veteranis dederunt.

In tales colonias sub initium, 'universæ legiones ducebantur cum tribunis, centurionibus, et sui cujusque ordinis militibus, ut consensu et caritate quasi Remp. efficerent.' Tac. Ann. XV.

Mela l. II. c. 5. speciatim quasdam exprimit legiones, designatis quoque, quæ occuparunt, locis.

Exolescente sensim probi moris instituto, 'non ut olim universæ legiones, sed ignoti inter se ducebantur, diversis manipulis, sine rectore,' &c. Tac. Neque exemplum deerat, cum milites diffugerent passim *in provincias, in quibus stipendia meruerant*, desertis coloniis. *Savilius.*

[n] *Emeritensibus*] Augusta Emerita, urbs Lusitanorum populorum in Hispania Ulteriore: hodie *Meride* urbs Castellæ novæ ad meridiem, et ad Guadianam fluvium. *Tillemonius.*

Emeritensibus] His adjectæ familiæ ab Othone principatum adepto; nec mirum, cum *Emerita* tum esset clarissima totius Lusitaniæ civitas, teste Pomponio Mela, l. II. capite 6. et Otho quæstorius præfuisset Lusitaniæ, per decem annos, maximo favore provincialium. Nunc autem ipsis vicem reddit, et sic penitus sibi conciliat Hispanos.

[o] *Familiarum adjectiones*] Certus videtur in coloniis fuisse familiarum numerus; cui injussu senatus, adjicere non licebat. Hoc sensu Livius: 'Postulantibus a senatu Aquileiensium legatis, ut numerum colonorum augeret, M. et D. familiæ ex S. C. scriptæ.' *Turnebus.*

Videtur id beneficii exprobrare Julianus Imperator Antiochensibus in Misopog. 'Quam ob causam per Deos ingrati estis, cum vos nutrimus domi, quod nulli adhuc civitati concessum est, cum vos sic splendide ac magnifice alimus tuemurque, et numerum vestrum adauximus.'

Quod, puto, non fiebat, quin et simul augeretur etiam senatus harum civitatum, ut omnes ordines simul crescerent.

Id Antiochenis etiam objectat Julianus ibidem supra: 'Præterea vestri senatus numerum implevi, additis ducentis senatoribus, nulli rei parcens: cogitabam enim, qua ratione vestra civitas major ac potentior

manam, provinciæ Bæticæ Maurorum civitates[q] dono dedit:

NOTÆ

fieret.'

Sic *Novocomenses* a novis colonis appellati, qui adjecti sunt veteribus civibus: hinc Apuleius scripsit; 'ac deinceps et veteranorum militum novoconditi.'

[p] *Lingonibus universis*] Latet mendum. Primum enim, quis locus Lingonibus inter Hispaniæ populos esse potest?

Adde, quod Lingones præcipui in Othonem hostes; qui Vitellium fovere; qui milites turbidis colloquiis ad bellum impulere; qui etiam nunc Othonis partes oppugnant viris, armis, equis. Unde igitur iis præmium? censeam Hispaniæ gentem designasse: *Lusonas*, an *Ilurconas*? Lipsius.

Lingonibus universis] Ego de *Lingonibus* Galliæ populis dictum puto, qui armis, equis, opibus Vitellium juvere, quique Germanicas legiones ad arma impulere.

Quid enim monstri simile, si præcipuos hostium largitione tentat? nonne et Hispania jam ad Vitellium desciverat? Tac. 'statim cognitum est conversam ad Vitellium Hispaniam.' Nihilominus Otho permittit Hispalensibus et Emeritensibus familiarum adjectiones.

Quin immo his non contentus, iisdem artibus aggreditur ipsas Germanicas legiones: 'proximos menses Verginio destinat, ut aliquod exercitui Germanico delinimentum.' *Salinerius.*

Lingonibus] Otho nondum satis imperii certus, vidit nondum adesse tempus ulciscendi hostes, sed potius illos deliniendi illiciendique donis; idque politice.

Itaque delinit Germanicos exercitus, ascito consule Verginio; Viennenses, Vopisco; Hispanos qui jam desciverant, auctis coloniis.

Quidni et *Lingones* eadem via aggrediatur, qui jam olim Galbæ infesti? ut qui eos tributo et finibus mulctarat, qui ipsorum finitimis jus civitatis dederat, in contumeliam Lingonum, cum iis id jus negaret: quidni et ipsis nunc id tribuat Otho liberaliter, quod abnuerat per avaritiam aut severitatem Galba?

At de *universis* dubitant docti viri: quidni et de universis Æduis dubitant? sed multa, licet præter decus Reipub. facta, tamen 'necessitate præsentium rerum et instantibus curis excusata.'

Ex utilitate propria, dominandique libidine, amicos aut inimicos juxta æstimat imperandi cupiens Otho.

Et tunc potuit dici quod Tac. 76. 'Nusquam fides aut amor, metu ac necessitate huc illuc mutabantur.'

Tum septuaginta millia hominum sub armis habuere Lingones, cum orbem et pacem asseruit Vespasianus; ideoque non modo data illis civitas, sed et forte curia, saltem coloniæ principibus.

Lingonibus universis civitatem Rom.] Ad rem Cicero Philip. 2. 'Inspectantibus vobis, toto Capitolio tabulæ figebantur: neque solum singulis veniebant immunitates, sed etiam populis universis. Civitas non tum sigillatim, sed provinciis totis dabatur. Itaque si hæc manent, quæ stante Repub. manere non possunt, provincias universas P. C. perdidistis: neque vectigalia solum, sed etiam imperium populi Rom. hujus domesticis nundinis diminutum est.'

[q] *Bæticæ Maurorum civitates*] Fortasse aliqua ipsis oppida concessit in ora maritima, ad stationem navium;

Digitized by Google

nova jura[r] Cappadociæ,[s] nova Africæ, ostentui[2] magis, quam mansura.[3] Inter quæ, necessitate præsentium rerum et instantibus curis excusata,[4 t] ne tum quidem immemor amorum, statuas Poppææ per Senatus consultum[u] reposuit.[v] Creditus est[5] etiam de celebranda Neronis memoria[w] agitavisse, spe vulgum alliciendi. Et fuere, qui ima-

Cappadociæ, nova Africæ, magis in ostentationem, quam ut duratura essent. *Inter* quas largitiones *quæ excusabantur necessitate præsenti et urgentibus curis, ne tum quidem oblitus amorum, restituit imagines Poppææ ex decreto patrum. Simul etiam existimatus est consultavisse de recolendo Neronis decore, spe deliniendi plebe-*

Hispaniensibus.—2 Ita bene Mss. Reg. Corb. Guelf. editio princeps et recentiores. Male Puteolanus, *ostenta.* Frustra tentat Cl. Ernestus, *ostentata.* Brotier.—3 Ms. Corb. et editio princeps, *quam mensura.* Forte de mensura modoque intellexere. Puteolanus, *mansura.* Idem.—4 Sic bene Mss. Flor. Reg. Guelf. Puteolanus et recentiores. In Mss. Corb. Bud. Agr. et editio princeps, *excusatus.* Male Rhenanus *excusatis.* Brotier.—5 Budens. omisit *est.*

NOTÆ

et velut ad receptaculum, cum in Africam appellerent.

[r] *Nova jura*] Vertit interpres Hispanus, *novas leges*, male: nempe concessit Otho nova privilegia Cappadociæ et Africæ, nec ea *jura* nova, tam *leges* sunt, quam dispensationes a legibus, seu potius dissipationes.

[s] *Cappadociæ*] Cappadocia late sumta, fuit regio Asiæ minoris peninsulæ ad orientem et septentrionem. Nunc hic sunt præfecturæ *Siuvas* et *Marasch* fere integræ, partesque præfecturarum *Caramaniæ* et *Trébisonde*, in Natolia regione, atque pars major præfecturæ *Erzerum* in Turcomania regione; omnes sub imperio Turcarum Asiatico.

Cappadocia vero *proprie dicta*, fuit pars meridionalis Cappadociæ late sumtæ, ubi nunc est pars magna præfecturæ *Caramaniæ* in Natolia, &c. *Tillemonius.*

[t] *Excusata*] Excusata ea dona, ut expressa necessitate rerum, licet præter decus et utilitatem Reipub. concessa: et hæc venia digna censebantur præ avaritia Galbæ, et præ libertorum aut amicorum ipsius rapacitate, aut præ amoribus, quorum etiam tum memor Otho, in tanto rerum motu et metu.

[u] *Per senatus consultum*] Ut senatusconsulto dejectæ erant statuæ Poppææ, post exitum Neronis; ita et decreto patrum restitui debuerunt; nec aliter licuit.

Vel forte, quia solo consensu S. P. Q. R. subversæ erant, et tamen senatusconsulto opus fuit, ut reponerentur.

[v] *Reposuit*] Non forte id ipse Otho postulavit a patribus verecundia libidinum, sed immisit aliquem ex fautoribus, qui, loco sententiæ, proponeret in senatu, restitui debere decus Sabinæ, quasi id e Repub. esset.

Sic matrimonium Agrippinæ propositum olim a Vitellio, adoptio Neronis, et alia flagitia, quæ senatus per adulationem decerneret.

Reponere] In foro, palatio, Capitolio et locis aliis publicis, quibus ante sitæ erant.

[w] *Neronis memoria*] Forte intelligit, quasi etiam statuas, seu decus Nero-

Digitized by Google

gines Neronis proponerent:[6 x] atque etiam Othoni quibusdam[7] diebus[7] populus et miles, tanquam nobilitatem ac decus astruerent, NERONI OTHONI acclamavit.[x] Ipse in suspenso tenuit, vetandi metu, vel agnoscendi pudore.[8 a]

culam. Nec defuere, qui Neronis effigies exponerent publice: *et etiam per aliquot dies populus et miles* NERONI OTHONI *applausit, quasi* sic *ei claritudinem, aut gloriam adjicerent. Ipse in dubio retinuit,* vel *formidine prohibendi, vel rubore approbandi.*

6 Quidam tentant, *reponerent*. Sed frustra. *Brotier.*—7 Lipsius, hoc ita ἀορίστως dici miratus, conjicit, *Quinquatruum diebus*. Quod non satis probabile. *Idem.* Heinsius tentabat *iisdem diebus; iisdem* ludi *diebus.*—8 Ita Pichena e Ms. Flor. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *vetandi metum, et agnoscendi pudorem.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *vel cognoscendi pudorem.*

NOTÆ

nis restituere in animo haberet. Neque puto, ut Vitellius parentare, aut inferias facere Neroni voluisset: quod mox voluere Parthi, qui, legatione missa ad senatum, consecrari Neronem postulabant.

Sueton. Ner. 57. 'Parthorum Rex, missis ad senatum legatis, de instauranda societate, hoc etiam magnopere oravit, ut Neronis memoria coleretur.'

[x] *Proponerent*] Forte nonnulli clam proponebant, ut explorarent animos, eventum speculaturi, et an consensum reperirent eas reponendi palam, ut de Poppææ statuis: dein retrahebant, cum non succederet.

Suet. Ner. 57. 'Et tamen non defuerunt, qui per longum tempus vernis æstivisque floribus tumulum ejus ornarent; ac modo imagines prætextatas in rostris proferrent,' &c.

Proponerent] Male qui volunt, *reponerent;* neque id licebat, nisi per principem aut senatum, ut pluribus ostendi ad Suet. Cæs. 2. 'Tropæa Marii de Jugurtha, deque Cimbris atque Teutonis, olim a Sylla disjecta restituentem.' *Gruterus.*

Plin. l. xxxv. 4. 'Princeps tabulam pictam prælii, quo Carthaginienses et Hieronem in Sicilia devicerat, proposuit in latere curiæ Hostiliæ.'

Suetonius Caligula c. 41. 'Hujusmodi vectigalibus indictis, neque propositis.' *Gronovius.*

Certe si non ipse Otho reposuit statuas Neronis, saltem ab aliis reponi passus est, teste Suet. Oth. 7. 'Certe et imagines statuasque ejus reponi passus est.'

[7] *Quibusdam diebus*] Quibus diebus? Quinquatribus? et cur hoc ita ἀορίστως? Fortasse quinquatruum diebus, quod scriptum initialibus modo literis fuit. *Lipsius.*

Si hoc verum, non causæ erat, cur *Quinquatrua* non nominaret historicus. *Colerus.*

Quibusdam] Quidni per aliquos dies exclamaverint inter turbam et tumultum obstrepentes, ingerentesque id Othoni, tanquam illi decus astruerent? Qui plausus tamen postea obsolevit, cum animadvertissent Othonem talia non approbare; 'nam ipse in suspenso tenuit, vetandi metu,' &c.

[x] *Neroni Othoni acclamavit*] Plut. Othone: 'Cluvius Rufus auctor est, allata esse in Hispaniam diplomata per tabellarios, quibus Othonis nomini Divum Neronis nomen ascriptum

Digitized by Google

79. Conversis ad civile bellum animis, externa sine cura habebantur. Eo audentius Rhoxolani,[1 b] Sarmatica gens, priore hyeme[c] cæsis duabus cohortibus, magna spe[d] ad Mœsiam irruperant: novem[2] millia equitum, ferociora[3] successu et prædæ magis quam pugnæ intenta. Igitur vagos et incuriosos tertia legio,[4 e] adjunctis[5] auxiliis,[f] repente in-

Intentis ad civicos motus animis, externa bella *negligebantur. Eo audacius Rhoxolani, gens Sarmatica, superiore hyeme, profligatis duabus cohortibus, magna spe* prædæ *Mœsiam invaserant: novem millia equitum* irruperant, *ex violentia et ex eventu, magis attenta populationi quam prælio. Itaque tertia legio, additis*

1 Male Mss. et veteres editiones, *Rosolani*, aut *Resolani*. Paulo ante hoc bellum gentes illas composuerat Titus Plautius Silvanus Ælianus, ut accipimus ex antiqua Inscriptione. *Brotier.*—2 Sic libri omnes scripti et editi. Mallet tamen Acidalius: *Mœsiam irruperant, ad novem millia equitum, &c.*— 3 [Brotier. cum Gronov. et Ryckio edidit *ex ferocia;* et] ita Mss. Harl. Jes. Gnelf. Rhenanus et recentiores. In Ms. Bodl. *e ferocia.* In Ms. Reg. veteribusque editionibus, *et ferocia.* Brotier. Cod. Agr. *ferociora successu et.* Hoc Bip. omissa priori copula recepere: recte, ut puto; quos sequor. Ern. posuerat vulgatum *ex ferocia et successu.* Contra Acid. jam emendarat *ferocia ex succ.* Sed comparativo simili modo utitur noster infra IV. 28. *Oberl.*— 4 Sic libri omnes scripti et editi. Emendatum tamen vellet eruditus Savilius,

NOTÆ

fuerit. Tamen cum offendi animos optimatum videret, desiit.' Sic lego.

[a] *Metu . . . pudore*] Forte utroque, et *metu* et *pudore: metu*, ea vetare non ausus est; et talia agnoscere, seu approbare puduit.

[b] *Rhoxolani*] Rhoxolani late sumti, populi Sarmatiæ Europææ ad meridiem: hodie pars regionis Tartarorum Nogajensum *Tartares Noguis*, in parva Tartaria, et pars provinciæ *Ocrainæ* in Moscovia.

Rhoxolani proprie dicti, populi Rhoxolanorum supra dictorum: hodie pars *Ocrainæ* provinciæ, in Moscovia ad meridiem. Ex Geographia Sansonis. *Tillemonius.*

[c] *Priore hyeme*] Id est, hyeme proxime elapsa: nempe, qua principes se invicem jugulabant, et in viscera Reipub. sæviebant, 'externa sine cura habebantur.'

[d] *Magna spe*] Magna spe; nempe, invadendi, ac depopulandi provincias Rom. dum legiones intentæ essent bellis civilibus.

[e] *Tertia legio*] Forte scripserat, *tres legiones;* tot enim Mœsia tum habuit, quarum legati *consularia ornamenta* nacti, hisce rebus intererant; et, quod verisimilitudo persuadet, cum legionibus, quibus præerant. *Savilius.*

Aut certe tantum vexillarii legionum aderant, neque tum consularia ornamenta obtinere difficile: quo sic duces legionesque in partes pelliceret Otho.

Licet tres legati legionum consularia ornamenta adepti sint, non ideo sequitur, ibi fuisse tres legiones integras, præsertim rebus turbidis; sed forte aderant tantum numeri, electi et vexilla legionum. Quæ copiæ simul junctæ cum auxiliis et tertia legione victoriam reportarunt; quippe

Digitized by Google

vasit: apud Romanos omnia prælio apta: Sarmatæ, dispersi[g] cupidine prædæ, aut[6] graves onere sarcinarum, et lubrico itinerum ademta equorum pernicitate, velut vincti cædebantur. Namque mirum dictu, ut sit omnis Sarmatarum virtus velut extra ipsos: nihil ad pedestrem pugnam tam ignavum: ubi per turmas advenere,[7][h] vix ulla acies obstiterit. Sed tum humido die et soluto gelu neque conti, neque gladii, quos prælongos utraque manu regunt, usui, lapsantibus equis et cataphractarum pondere. Id Principi-

sociorum copiis, subito irrupit in palabundos et securos Sarmatas: *apud Romanos cuncta pugnæ opportuna: Sarmatæ dispersi ardore populandi, aut mole sarcinarum impediti, et tenaci limo viarum, ablata celeritate equorum, velut capti ligatique interficiebantur. Etenim mirum dictu* est, *quantum sit omnis fortitudo Sarmatarum, quasi extra ipsos: nihil tam iners ad pedestre prælium; ubi per catervas involavere, vix ullum resistat agmen. Sed tum humido cœlo et liquescente glacie, neque hastæ, neque enses, quos enormes utraque manu temperant,* illis *profuere,* subinde *cadentibus equis, et onere cataphractarum. Hoc proceribus, et clarissimo cuique operimen-*

****

tres legiones . . . . invasere; quod mox tres legati legionum ob victoriam consularibus ornamentis donati dicuntur. Nihil mutandum crediderim. Tertia legio, adjunctis auxiliis, suffecit ut novem millia Sarmatarum reprimerentur. Itaque licet tres legiones forent in Mœsia, ut patet ex Suetonio, in Vespas. VI. una tamen tertia legio bellum profligavit. Tres autem legati consularibus ornamentis donati, tum ad Principis munificentiam, tum ad legatorum gloriam ostentandam. *Brotier.*—5 Ita Puteolanus et recentiores. In Ms. Corb. et editione principe, *junctis auxiliis.*—6 Sic bene Freinshemius, et recentiores plerique. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et veteribus editionibus, *dispersi, aut cupidine prædæ graves, &c.* Quod immerito defendit Jac. Gronovius. *Brotier.*—7 Heinsius volebat *assiluere.*—8 Sic bene libri omnes editi. Mss. Harl.

NOTÆ

pro solito duæ tantum legiones in Mœsia, ut refert Tacit. l. IV. 5.

Et quamvis ibi fuissent tres legiones, potuit tamen fieri, ut tertia legio repente hostes invaderet sola cum auxiliis, et aliæ legiones in aliis stationibus essent. Quia sic, forte, dividere bellum cogebat hostium equitatus, qui per turmas dispersus, regionem passim raptabat.

Sic quartadecimani soli cum auxiliis Britannos profligavere ingenti prælio, et ad vetus obsequium compulere.

[f] *Adjunctis auxiliis*] Quæ scil. robur legionis adæquabant.

[g] *Sarmatæ, dispersi*] Satis constat sententia: quippe Sarmatæ, *cupidine prædæ*, tum erant *graves onere sarcinarum*, et eadem cupidine prædæ, dispersi erant.

[h] *Ubi per turmas advenere*] Hostilem aciem, per densas turmas, et simul conferti perrumpunt Sarmatæ ac proturbant. At hi seorsim et viritim prorsus imbelles sunt, quia virtus omnis extra illos est. Nempe in equo, in tegmine, in agminis impetu, et quasi in procella equestri, tota vis Sarmatarum posita est.

Digitized by Google

bus et nobilissimo cuique tegmen,[8] ferreis laminis aut præduro corio[9] consertum;[10] ut adversus ictus impenetrabile, ita impetu hostium provolutis inhabile ad resurgendum: simul altitudine et mollitia nivis hauriebantur. Romanus miles facili lorica[11] et missili pilo aut lanceis assultans, ubi res posceret, levi gladio inermem Sarmatam (neque enim defendi scuto mos est) cominus fodiebat: donec pauci, qui prælio superfuerant, paludibus abderentur. Ibi sævitia hyemis et vi vulnerum[12] absumti. Postquam id Romæ compertum, M. Aponius,[13] Mœsiam obtinens, triumphali statua,[i] Fulvius Aurelius et Julianus Titius[14] ac Numisius

tum, laminis ferreis, vel durissima pelle consutum; ut adversus vulnera impervium, sic vi hostium prostratis ineptum est *ad se instaurandum:* illi *etiam profunditate et mollitia nivis absorbebantur. Romanus miles apto tegmine, et telis, aut hastis persultans, ubi expediret, modico ense cominus feriebat nudum Sarmatam, (neque enim se tueri clypeo solent;) donec pauci, qui e pugna evaserant, stagnis occultarentur. Ibi atrocitate hyemis, et miseria plagarum perierunt. Ubi id in urbem nuntiatum* est, *M. Aponius, qui regebat Mœsiam, ornatur triumphali imagine, Fulvius Aurelius, et Julianus Titius, ac Numisius Lupus, legati legionum, consularibus insigni-*

Bodl. Jes. *tegimen*. Brotier.—9 Frustra tentat Lipsius, de Militia Romana, Dialog. III. p. 131. *cornu*. Idem.—10 In Ms. Corb. *textum*. In editione principe, *contextum*. Puteolanus, ac ceteri omnes, *consertum*.—11 Ita Ms. Reg. et libri omnes editi. In Mss. Flor. et Corb. *facilis lorica*. Sic ferme infra, de Moribus Germanorum, c. 6. 'nudi aut sagulo leves.'—12 In Mss. Corb. Agr. et Ryckius, *ubi* pro *ibi*. Ms. Reg. *ibi sævitia, ibi mia* (id est, *miseria*) *vulnerum*. Muretus, quem Freinshemius et recentiores sunt secuti, ingeniose emendavit, *sævitia hyemis, et in vulnerum*. Corrupte Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editiones veteres, *ibi sævitia, hic misericordia vulnerum*. In Ms. Bodl. obelo notatum, *hic misericordia*, et margini additum, *hyemis rigore*. In Ms. Agr. *ubi sævitia hyemis et dolore vulnerum;* quod edidit Ryckius. Tentat tamen Cl. Ernestus, *et incuria vulnerum;* ut apud Ciceronem, de Prov. Consular. c. 3. 'Milites *dicuntur* incuria, fame, morbo, vastitate consumti.' *Brotier*.—13 In fragmento fratrum Arvalium laudato supra c. 75. nominatur M. APONIVS SATVRNINVS.—14 Sic libri scripti et editi. Idem, infra Hist. II. 85. appellatur, 'Tertius Julianus.' Vide et infra Hist. IV. 39. ubi corrupte olim, 'Tito Juliano.' Sic Brotierus, qui edidit *Tertius:* at, ut notat Ryckius, 'Videtur *Tertius Titius Julianus* dictus.'

NOTÆ

[i] *Triumphali statua*] Ann. IV. 'tres erant laureatæ in urbe statuæ,' &c. Et quæ in eundem sensum præcesserunt. 'Priores duces impetrando sibi triumphalium insignia, sufficere res suas crediderant.' Rursus Ann. XV. 'Triumphale decus et triumphales in foro imagines.'

Res una et eadem varie significata; ut liceat colligere, triumphalem statuam et triumphalia insignia minime discerni, aut illam horum esse partem; toti tamen exprimendo usurpatam, quia præcipua pars.

Digitized by Google

Lupus, Legati legionum, Consularibus ornamentis donantur: læto Othone et gloriam in se trahente,[j] 'tanquam et ipse felix bello, et suis Ducibus suisque exercitibus Remp. auxisset.'

80. Parvo interim initio, unde nihil timebatur, orta seditio prope urbi excidio fuit. Septimam decimam cohortem[k] e[l] colonia Ostiensi[l] in urbem acciri Otho jusserat: armandæ

bus decorantur: exultante Othone, et decus in se vertente, tanquam et ipse faustus armis, et *quasi* per suos legatos suasque legiones Imperii fines protulisset.

Interea levi de causa, et *unde nihil metuebatur, nata discordia, fere civitati exitio fuit. Otho præceperat accersiri in civitatem ex Ostiensi municipio septimam*

1 Ita Mss. et veteres ac recentiores editiones. Perperam Rhenanus præ-

NOTÆ

Hoc honoris genus, τιμαὶ ἐπινίκιοι, liberæ Reipub. ignotum, primum, ut nonnulli opinantur, ab Augusto tributum Tiberio est, anno U. C. 742. Sueton. Tib. 9.

Dio l. LIV. scribit biennio ante, nec prius cuiquam, id contigisse Agrippæ.

Causam novandi non conjecero aliam, quam quod Augusto videretur, nimium ex majestate habere triumphalem pompam, ei saltem, qui ex prisca rep. nihil superesse pateretur, præter vocabula; idque gravate; et qui propterea ubique libertati nervos incideret, ut tamen prioris temporis umbra superesset, callide *triumphos* mutavit in *triumphalia insignia*.

Tantum decreti solenniter principibus triumphi, aut eorum filiis, ut Germanico, tempore Tiberii.

Proximum decus *triumphalia*, sed loco inferiori erant *consularia insignia*, aut *ornamenta*, τιμαὶ ὑπατικαί, atque etiam *prætoria*, τιμαὶ στρατηγικαί, ex iis quæ, ut puto, illi obtinebant, quos Dio sparsim vocat, τούς γε δοκοῦντας ὑπατευκέναι, ἢ ἐστρατηγηκέναι, *qui æstimabantur, quasi consulatum obtinuissent vel prætoram*. In ultimum rejecta gradum *quæstoria ornamenta*.

Et horum insignium compotes, sic exæquabantur *consulibus, prætoribus, quæstoribus*. Savilius.

[j] *Læto Othone et gloriam in se trahente*] Sic apud Plin. paneg. de Nerva: 'Allata erat ex Pannonia laurea, id agentibus Diis, ut invicti Imperatoris exortum victoriæ insigne decoraret: hanc Imperator Nerva in gremio Jovis collocaret.

[k] *Septimam decimam cohortem*] Hæc cohors non prætoriana fuit, ut neque duodevicesima cohors, quæ Lugduni tendebat *solitis hybernis*. Decem tantum cohortes prætorianæ fuerunt.

Non erat etiam *urbana*, aut *vigilum* illa cohors, quamvis locata esset Ostiæ a Claudio adversus incendia.

Restat igitur, ut fuerit legionaria, scilicet earum cohortium, quæ separatim a legione merebant, et quæ forte nulli legioni annexæ erant.

Haud dubie armabant illam cohortem in urbe, armis ex armamentario prætoriano desumtis, ut ea cohors cum classe militaret.

Eo ducit Suetonius, quamvis paulum dissentiat a Tacito: 'Placuerat,' inquit Sueton. Oth. 8. 'per classiarios arma transferri, remittique navibus.'

[l] *Colonia Ostiensi*] Quæ illic perpe-

Digitized by Google

ejus cura[m] Vario Crispino, Tribuno e Prætorianis, data. Is, quo magis vacuus,[n] quietis castris,[o] jussa exequeretur, vehicula[p] cohortis, incipiente nocte, onerari, aperto armamentario, jubet. Tempus in suspicionem; causa in crimen;[q] affectatio[2] quietis in tumultum evaluit:[3][r] et visa inter temulentos arma[s] cupidinem sui movere. Fremit miles,[t] et

decimam cohortem: demandata Vario Crispino tribuno prætoriano hujusce cohortis *armis instruendæ cura. Is, quo magis per otium, et tranquillis castris, mandata perageret, appetente nocte,* et *reserato armamentario, currus cohortis onerari* armis *jubet. Tempus in diffidentiam; causa in facinus; et captata quietis occasio* usque *in tumultum evasit exarsitque: et aspecta inter ebrios arma,* erumpendi *avidita-*

positionem omiserat. *Brotier.*—2 Sic bene Mss. Flor. Corb. Agr. Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *affectio quietis.* Idem. —3 Ursinus mallet *evadit.*

NOTÆ

tuam stationem habuit ex decreto Claudii, Suet. Claud. 25. 'Puteolis et Ostiæ singulas cohortes ad arcendos incendiorum casus collocavit.' *Lipsius.*

Ostiensi] Ostia, urbs Latinorum populorum in Latio provincia Italiæ: hodie *Ostia*, urbs Campaniæ Romanæ ad ostium Tiberis fluvii, in statu Ecclesiastico. *Tillemontius.*

[m] *Armandæ ejus cura*] An nulla habuit arma miles ille, dum Ostiæ maneret? an togatus ille, ut et prætorianus? qui tamen non omnino sine armis: nam in excubiis gladium et lanceam gestabat, toga indutus, non sago.

Certe vigiles illi, ad arcendos ignes dispositi, eadem saltem, ut puto, arma gerebant quæ prætoriani; aut similia, quæ pacem denotarent.

[n] *Quo magis vacuus*] Quo magis per otium et ex commodo suo id exequi posset.

[o] *Quietis castris*] Quia vigiliæ jam tunc constitutæ, et omnes in contuberniis, exceptis vigilibus. *Lipsius.*

[p] *Vehicula*] Cur *vehicula* ad arma transferenda, si illam accersiri jubet in urbem? Puto, illam cohortem simul accersebat; sed simul armis instruebat apud Ostiam, priusquam inde discederet; aut certe in itinere, priusquam urbem aut castra ingrederetur: nempe expeditionem parabat Otho.

[q] *Causa in crimen*] Si causa hic aliqua contineatur, sensus fuerit, Quicquid tribunus ex mandato principis egisset, sinistre milites interpretatos; quasi non in principis obsequium patraretur, sed potius servitiorum in Imperatorem armandorum gratia.

Plutarchus: 'Illorum audacissimi, una quasi voce exclamabant, aliud intendi Crispino, senatum res novas moliri, armaque non pro, sed in principem expromta.' *Savilius.*

[r] *Affectatio quietis .... evaluit*] Evaluit nempe affectatio illa quietis in tumultum et seditionem; et silentium illud noctis, quod in quietem et otium assumebatur, motus et seditionis causa fuit.

[s] *Visa inter temulentos arma*] Is affectus Homero exprimitur in Odyssea II. ubi Ulysses Telemachum monet,

Digitized by Google

Tribunos Centurionesque 'proditionis' arguit, 'tanquam familiæ[u] Senatorum ad perniciem Othonis armarentur:' pars ignari[4] et vino graves:[v] pessimus quisque in occasionem prædarum: vulgus, ut mos est, cujuscumque[5] motus novi cupidum; et obsequia meliorum[w] nox abstulerat. Resistentem seditioni Tribunum et severissimos[6x] Centurionum obtrun-

tem excitavere. Fremit miles, et tribunos centurionesque fraudis et insidiarum *accusat*, tanquam servitia senatorum armis instruerentur in exitium Othonis: *pars inscii et mero madentes; deterrimus quisque in occasionem rapinarum: vulgus* militum, *ut solet, cujuscumque tumultus novi appetens; et officia modestiorum nox ademerat. Interficiunt tribunum, qui seditioni se opponebat*, simul *et fortissimos*

4 Sic editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *pars ignavi*. In Mss. Bodl. emendatum, *ignari*.—5 Ita bene Mss. et veteres ac recentiores editiones. Male Rhenanus, *cujusque motus*, [at sic edidit Gronovius.] *Brotier*.—6 Sic recte adhuc Mss. et veteres ac recentiores editiones. Male Rhenanus, *severissimum centurionum*: unde tentabat Lipsius, *severissimum centurionem*. Iis sane fucum fecit, c. 83. At duos centuriones occisos fuisse docet ipse Plutarchus in Othone. *Idem*.

NOTÆ

amovenda arma a procis, et causam dat: 'Ne quando temulenti, jurgia deinde seratis:' et causæ causam, 'Mutuo lædentes,... namque viros ferrum trahit ipsum.' *Lipsius*.

[t] *Fremit miles*] Rem sic narrat Sueton. Othon. 8. 'Verum haud dubio bello, jam ducibus et copiis, quas Vitellius præmiserat, appropinquantibus, animum fidemque prætorianorum erga se pæne internecione amplissimi ordinis expertus est. Placuerat per classiarios arma transferri, remittique navibus. Ea cum in castris sub noctem promerentur, insidias quidam suspicati tumultum excitaverunt. Ac repente omnes, nullo certo duce, in palatium cucurrerunt, cædem senatus flagitantes; repulsisque tribunorum qui inhibere tentabant, nonnullis et occisis, sicut erant cruenti, ubinam Imperator esset requirentes, perruperunt in triclinium usque, nec nisi viso destiterunt.' Sic in circumstantiis fere dissentiunt Suetonius et Tacitus.

Forte remittebantur classiarii ad naves, et per illos arma ex castris prætorianis transferebantur ad classem, quibus, scil. armaretur illa cohors Ostiensis, forte et partim classiarii, qui ex remigibus justi milites fiebant: et illa cohors haud dubie sine justis armis incendia procurabat. Et cum addit Tacitus, *de vehiculis cohortis*, non obstat, quin opera classiariorum in id uti potuerint.

[u] *Familiæ*] Sic vocabant mancipia et servos, qui magno numero intra domos. Quandoque 400. erant et amplius, usque ad 20. millia; sed in diversis prædiis et provinciis: quandoque tamen et in eodem comitatu.

[v] *Vino graves*] Quippe in cœna jam, aut potius a cœna: ubi autem vetus disciplina? Sed certe, hæc castra urbana, et cum vitiis urbis. *Lipsius*.

[w] *Obsequia meliorum*] Qui obsequio et exemplo, aut certe vi sua pessimos retinuissent, coërcuissent.

[x] *Severissimos*] Recte *severissimos*; ita ut tum interfecti sint unus tribunus et duo centuriones, teste Plutar. Hinc bene Tacitus, *severissimos centurionum*.

Et cum dicit idem Tacitus infra;

Digitized by Google

cant: rapta arma, nudati gladii, insidentes equis urbem ac palatium petunt.

81. Erat Othoni celebre convivium, primoribus fœminis virisque:[y] qui trepidi, fortuitusne militum furor, an dolus Imperatoris, manere ac deprehendi, an fugere et dispergi, periculosius foret; modo[1] constantiam simulare, modo formidine detegi, simul Othonis vultum intueri: utque evenit, inclinatis ad suspicionem mentibus, cum timeret Otho, timebatur. Sed haud secus discrimine Senatus, quam suo territus, et Præfectos Prætorii[z] ad mitigandas militum iras

centurionum: capta raptim arma, stricti enses, et *expediti in equis civitatem ac regiam irrumpunt.*

Tum celebrabat Otho splendidum convivium, una cum *illustrioribus fœminis virisque; qui pavidi* et incerti, *an fortuita militum insania, an fraus principis* inesset, an *manere atque* ibi *reperiri, an fuga dilabi et dispergi, periculosius esset; modo firmitudinem animi fingere, modo metu prodi*, et *simul ad frontem Othonis advertere: et, ut contingit, pronis ad diffidendum animis, cum metueret Otho, metuebatur. Sed non aliter consternatus* ille *periculo patrum ac proprio* discrimine, *et confestim miserat præfectos prætorii ad sedandos militum animos, et præcepit* omnes nulla

1 *Modo* abest a Ms. Jes.

NOTÆ

'Centurionis ac tribuni sanguine,' &c. indefinite loquitur, ut recte notavit interpres Flor. et hic concionatur Tacitus.

y *Primoribus fœminis virisque*] Plutarch. *Octoginta senatorios;* forte viros intelligit, quamvis simul et adessent fœminæ.

Fœminis] Pro more Romanorum, fœminæ ad convivia vocabantur; at non ita mos Græcis, et veluti mores Latini Græcique permutaverant. Apud Rom. convivia adibant fœminæ, non apud Græcos, apud quos in scenam et theatrum prodire fœminis licuit: non item apud Rom. Quamvis aliquid pejus etiam Romæ postea obtinuerit, sed corruptis moribus, et subversa Repub.

Corn. Nepos in præfat. 'Nulla Lacedæmoni tam est nobilis vidua, quæ non ad scenam eat mercede conducta. Magnis in laudibus tota fere fuit Græcia, victorem Olympiæ citari; in scenam vero prodire et populo esse spectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini; quæ omnia apud nos partim infamia, partim humilia, atque ab honestate remota ponuntur. Contra ea pleraque nostris moribus sunt decora, quæ apud illos turpia putantur. Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut cujus mater familias non primum locum tenet ædium, atque in celebritate versatur? quod multo fit aliter in Græcia. Nam neque in convivium adhibetur, nisi propinquorum; neque sedet nisi in interiore parte ædium, quæ gynæconitis appellatur, quo nemo accedit, nisi propinqua cognatione conjunctus.'

z *Præfectos Prætorii*] Nempe quos sibi delegerat Otho, seu miles, Plotium Firmum, et Licinium Proculum.

Digitized by Google

statim miserat, et 'abire propere[a] omnes e convivio' jussit. Tum vero passim Magistratus, projectis insignibus,[b] vitata comitum et servorum frequentia, senes fœminæque, per tenebras, diversa urbis itinera, rari domos, plurimi amicorum tecta, et, ut cuique humillimus cliens,[c] incertas latebras[d] petivere.

82. Militum impetus ne foribus quidem palatii coërcitus, quo minus convivium irrumperent, 'ostendi sibi Othonem' expostulantes: vulnerato Julio[e] Martiale, Tribuno,[f] et Vitellio Saturnino, Præfecto legionis,[1 g] dum ruentibus obsis-

mora discedere ab epulis. *Tum vero magistratus* passim *positis ornamentis, declinata celebritate clientium et famulorum, senes et mulieres, per tenebras, perque amotos civitatis vicos, pauci in suas ædes* abiere, *plerique intimorum domos, et ut cuique vilissimus cliens, ignotas latendi vias iniere.*

Furor militum, ne portis quidem regiæ cohibitus est, *quin ad epulas perrumperent, efflagitantes* exhiberi sibi Othonem; *sauciato Julio Martiale, tribuno, et Vitellio Saturnino, præposito legionis, dum se furentibus opponunt. Passim tela*

1 Frustra tentat Cl. Ernestus, *legioni*.

NOTÆ

[a] *Abire propere*] Plutarchus: 'aliis emittens ostiis.' *Savilius.*

[b] *Projectis insignibus*] Magistratus loco prætextæ togam induebant, ut vulgus civium, ne agnoscerentur; primores enim præcipue suspectabat vesanus miles. Consules ac prætores, amotis lictoribus, &c. clam aufugere.

[c] *Ut cuique humillimus cliens*] Apud infimæ sortis amicos tutius latebant primarii viri.

[d] *Incertas latebras*] Id est, ignotas insanientibus.

[e] *Vulnerato Julio*] Puto illum tribunum diversum esse ab alio, qui obtruncatus forte in ipsis castris, dum incipienti seditioni obsistit; iste vero vulneratur in foribus palatii, dum irrumpentibus se opponit.

[f] *Tribuno*] Qui eo die excubabat cum sua cohorte pro foribus Palatii: nam quotidie per vices ex more excubabant duæ cohortes, ut duo tribuni, altera cohors apud castra prætoriana, altera in limine regiæ stationem habuit.

[g] *Præfecto legionis*] Modus loquendi, qualem in Tacito observari alibi non memini. *Savilius.*

Forte quid simile reperitur Ann. xv. 28. 'Die pacta Tiberius Alexander, illustris eques Rom. minister bello datus, et Vivianus Annius, gener Corbulonis, nondum senatoria ætate, sed pro legato, quintæ legioni impositus, in castra Tiridatis venere,' &c. Sic, puto, hic præfectus legionis non erat legatus, sed *pro legato legioni impositus.*

Forte ille præfectus legionis classicæ, quæ, quia deterioris conditionis quam vera legio, aut quia recens scripta et sub aquilam composita; ideo sic vocatur *præfectus ille*, non legatus, aut forte tantum adhuc *pro legato* erat hic *præfectus.* Et illa legio maxime fida Othoni.

Digitized by Google

tunt. Undique arma et minæ, modo in Centuriones Tribunosque, modo in Senatum universum: lymphatis cæco pavore animis, et, quia neminem unum destinare iræ poterant,[h] licentiam in omnes poscentibus: donec Otho, contra decus Imperii, toro insistens, precibus et lacrymis ægre cohibuit: redieruntque in castra inviti, neque innocentes.[i] Postera die, velut capta urbe, clausæ domus: rarus per vias populus; mœsta plebs; dejecti in terram militum vultus, ac plus tristitiæ, quam pœnitentiæ.[j] Manipulatim[k] allocuti sunt Licinius Proculus et Plotius Firmus, Præfecti, ex suo quisque ingenio[l] mitius aut horridius.[m] Finis sermonis in eo, ut quina millia nummum[n] singulis militibus

et minæ, modo in centuriones tribunosque, modo in patres universos: vesanis incerto pavore animis, et quia non unum quempiam proponere furori suo poterant, licentiam in cunctos postulabant: donec Otho, contra majestatem imperii, convivali *lecto sublimis, precibus ac fletibus vix* tandem eos *compescuit: reversique sunt in vallum, neque sponte sua, neque sine crimine. Postridie ejus diei, tanquam expugnatu urbe, obseratæ ædes; infrequens per itinera populus; tristis plebecula; defixi in terram manipularium oculi, ac plus iracundiæ, quam pudoris. Per manipulos adhortati sunt* eos *Licinius Proculus, et Plotius Firmus, præfecti* prætorii, *ex sua quisque indole, mollius aut severius. Exitus allocutionis in eo* fuit, *ut quinque millia num-*

NOTÆ

[h] *Quia neminem unum destinare iræ poterant*] Victimam quærunt insanientes quam statim mactent, ne frustra insanisse videantur: et nihil magis iratos irritat, quam si materia seditioni et amentiæ subtrahatur.

[i] *Neque innocentes*] Paucos occiderant. Sed ideo *non innocentes* rediere in castra, quia plures occidere parati erant.

Neque innocentes] Quia cruenti rediere in castra, nempe trucidatis tribunis et centurionibus, et eandem licentiam in senatum universum quærentes, nisi cohibuisset Imperator.

[j] *Plus tristitiæ, quam pœnitentiæ*] Potuerunt esse *tristes*, ob male susceptum facinus, non tamen pœnitere, quod fecissent; tristes scil. et quasi vellent non fecisse, attamen non pœniteret.

[k] *Manipulatim*] Per manipulos et cohortes allocuti prætorianos præfecti prætorii: neque certe privato licuit alloqui milites universos apud principia, aut e suggestu.

[l] *Ex suo quisque ingenio*] Ex sua quisque natura aut temperamento, prout quisque affectus esset, lenius aut asperius apud milites locuti præfecti.

[m] *Horridius*] Severius et asperius, ut fieri debuit, sed alio quam Othonis imperio.

[n] *Quina millia nummum*] Quinque millia HS. id est, 39*l.* 1*s.* 3*d.* *Sapilius.* Sunt nobis 125. coronati, 375. libræ.

Quina millia nummum] Conjiciunt ex magnitudine summæ hic esse errorem. Nam certe maxima illa largitio; sicque magis corrumpebatur miles, et potius aviditas irritabatur: sed, puto, pars fuit donativi, quod nondum ab Othone præstitum militi.

Et quis hoc miretur in Othone, *qui*

Digitized by Google

numerarentur. Tum Otho ingredi castra ausus: atque illum Tribuni Centurionesque circumsistunt, abjectis militiæ insignibus,[o] 'otium[p] et salutem' flagitantes. Sensit invidiam[q] miles, et compositus in obsequium, 'auctores seditionis ad supplicium'[r] ultro postulabat.

83. Otho, quanquam[1][s] turbidis rebus et diversis[t] militum

mum viritim militi tribuerentur. Tum Otho introire munimenta ausus est: atque circumstant illum tribuni et centuriones, projectis militiæ ornamentis, vacationem belli ac salutem *exposcentes. Animadvertit invidiam miles, et flexus in obedientiam,* ipse *ultro* auctores tumultus ad exitium *flagitabat.*

Otho quamvis motis rebus, et dissentientibus inter se militibus, cum modestissimus

1 Immerito Freinshemius omissum vellet, *quanquam.* Non redundat, ut

NOTÆ

perdere sciet, donare nesciet? et qui electus statim affirmavit, nihil sibi reliquum fore omnium opum imperii, nisi quod ipsi concessissent prætoriani.

[o] *Abjectis militiæ insignibus*] Tribunatus insigne dignitatis nota erat παραζώνιον, *pugio.* Mart. lib. XIV. Centurionis erat *vitis,* castigandis qui exorbitarent militibus. Juven. de Mario Sat. 8. 'Nodosam post hæc frangebat vertice vitem.' Tac. Ann. I. 23.

Præfectis prætorio ξίφος *gladius* insigne fuit. Xiphilinus, ubi agit de Licinio Sura, qui prætoriis cohortibus sub Trajano præerat: 'Cum primum ei porrigeret, quem prætoriano militi præficiebat, gladium, quo accingi debebat.' Et Nymphidius apud Plutarch. cum suum socium Tigellinum dignitate exueret, *gladium deponere jussit.*

Gladii gestandi prærogativa secum ferebat jus vitæ et necis in milites. Dio. lib. LIII.

Gladius ξίφος, aut *pugio,* (videntur enim eadem sumi significatione,) supremæ quoque potestatis insigne fuit, more in hoc usque tempus servato. Ideoque *Vitellius* imperio se abdicans, 'coacto senatu, gladium suum consulibus aliisque senatoribus tradidit, abdicata sic suprema potestate.' Tacitus eodem respiciens Hist. III. 68. Sueton. Vitel. 15. *Savilius.*

[p] *Otium*] Id est, vacationem belli. Tribuni se veluti exauctorari, dimitti, removerique ab armis volebant ob immodestiam militum.

[q] *Sensit invidiam*] Scilicet dum Tribuni ac centuriones militiæ *insignia* coram Othone abjicerent, ac tam infestis militibus præesse recusarent: cædes illis exprobrare, et omnem seditionis culpam in eos rejicere videbantur. *Pichena.*

[r] *Auctores seditionis ad supplicium*] Sic fit, cum revocatis a temulentia et furore animis, jam meliora sentit miles. Sic Ann. I. 44. 'Supplices ad hæc et vera exprobrari fatentes, orabant, puniret noxios, ignosceret lapsis,' &c.

[s] *Otho quanquam*] Non intelligo, cui rei sit istud *quanquam:* forte scribendum *quoque,* cum utriusque vocis notæ paulum differant. *Freinshemius.* Forte *tanquam turbidis rebus:* quia, scilicet, diversa militum, et etiam

Digitized by Google

animis, cum optimus quisque 'remedium præsentis licentiæ' posceret; vulgus et plures,[u] seditionibus et ambitioso[v] Imperio læti, per turbas et raptus facilius ad civile bellum impellerentur: simul reputans, non posse Principatum, scelere quæsitum, subita modestia et prisca gravitate retineri; sed[w] discrimine urbis, et periculo Senatus anxius, postremo ita disseruit: 'Neque ut affectus vestros in amorem mei accenderem, commilitones, neque ut animum ad[x] virtutem cohortarer (utraque enim egregie supersunt) sed

quisque coërceri præsentem audaciam *cuperet;* et *vulgus pluresque discordiis, et flexo in ambitionem principatu læti, per tumultus et rapinas promtius ad civilia bella concitarentur: simulque advertens imperium flagitio paratum servari non posse repentina temperantia et antiqua severitate; sed periculo civitatis, et discrimine patrum solicitus, tandem sic locutus est:* Non huc *prodii,* o socii, ut vestras voluntates in mei amorem incitarem, neque ut animum ad fortitudinem impellerem, (utraque enim affatim adsunt,) sed accessi petiturus a vobis modum

patet ex sequentibus, *sed discrimine Urbis et periculo anxius.* Brotier.—2 Bu-

NOTÆ

plebis studia; quia *optimus quisque* militum, *remedium præsentis licentiæ* poscebat; et quia in populo sordida plebs turbas et raptus malebat; anxius, postremo, ita disseruit Otho.

Attamen bene habet vox *quanquam,* et commodus hinc sensus sic elici possit.

Otho, quanquam turbatæ res essent, quanquam diversa militum studia, cum optimus quisque *remedium præsentis licentiæ posceret;* cum etiam vulgus et plures forte etiam e primoribus, seditionibus læti, facile ad civile bellum impellerentur; quanquam simul reputaret, non posse principatum scelere quæsitum, subita modestia et antiquis moribus retineri, attamen discrimine urbis, et his omnibus anxius, ita disseruit.

Nempe dissernit eo modo, eoque temperamento, ut satisfaceret senatui et bonis, et tamen seditiosos castigaret.

Duorum enim militum audaciorum supplicio transacta res est, magna specie clementiæ, ut inter tot furentes; ne, scil. ceteri exasperarentur, et tamen omnes continerentur, cum coërceri non possent.

[t] *Diversis*] Diversi animi militum; alii alia cupiebant; *optimus quisque* præsentem licentiam coërceri cupiebat; alii vero *læti* seditionibus erant, et *ambitioso* dominantis principatu, quia hinc præda, &c. Capio τὸ *vulgus* de solo milite.

[u] *Plures*] Optimus quisque remedium poscebat; sed vulgus, et longe *plures, seditionibus et ambitioso imperio læti, &c.*

[v] *Ambitioso*] Scilicet, quo adularentur ipsi dominantes, et delinirent animos vulgi, et sic, veluti precario, imperarent: et qui potius sic regnarentur, quam regnarent.

[w] *Sed*] *Sed,* pro *tandem;* forte pro, *sed tamen.*

Digitized by Google

veni postulaturus a vobis temperamentum vestræ fortitudinis, et erga me modum caritatis. Tumultus proximi initium, non cupiditate[3] vel odio, quæ multos exercitus in discordiam egere, ac ne detrectatione[4] quidem aut formidine periculorum:[5] nimia pietas vestra, acrius quam consideratius, excitavit. Nam sæpe honestas rerum causas, ni judicium adhibeas, perniciosi exitus consequuntur. Imus ad bellum: num[6] omnes nuntios palam audiri, omnia consilia cunctis præsentibus tractari, ratio rerum aut occasionum velocitas patitur? tam nescire quædam milites, quam scire, oportet. Ita se Ducum auctoritas, sic rigor disciplinæ habet, ut multa etiam[7] Centuriones Tribunosque tantum juberi expediat. Si, ubi[8] jubeantur, quærere singulis liceat, pereunte obsequio etiam imperium intercidit. An et illic nocte intempesta rapientur arma? unus alterve perditus[9] ac temulentus (neque enim plures consternatione proxima insanisse[x]

vestræ virtutis, *simul* et *vestræ* erga me pietatis. Immodica vestra caritas vehementius quam consultius occasionem præbuit novissimo tumultui, non per cupidinem aut odium, quæ plurimos exercitus ad seditionem compulere, ac ne quidem, quod detrectetis aut metuatis discrimina. Sæpe etenim oriuntur infausti eventus ex egregiis rerum principiis, ni adsit ratio et prudentia. Expeditionem paramus: an prudentia rerum aut occasionum celeritas sinit omnes palam nuntios spargi in vulgus, et omnia consulta coram omnibus agitari? tam ignorare nonnulla militem, quam nosse expedit. Sic se habent imperia ducum, sic severitas militiæ, ut pleraque imperari tantum centurionibus et tribunis utile sit. Si, cum imperantur, *hæc* inquirere ac sciscitari singulis fas sit, sublata obedientia simul et imperium subvertitur. An et illic nocte concubia capientur arma? an unus alterve pessimus, et vino gravis, centurionis ac tribuni sanguine manus cruentabit? (neque enim plures

dens. *ut ad anim.*—3 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. Pichena quoque, quod in Ms. Flor. *cupidite.* Editio princeps et Beroaldus, *cupidine*, [quomodo Rhen. dedit.] *Brotier.*—4 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et editiones recentiores. In Mss. Corb. Guelf. et editione principe, *detractione.* Idem.—5 Sic distinguunt veteres ac recentiores editiones; ac bene quidem. In mediis editionibus, *periculorum, nimia;* [et sic Ryckius et Gronov.] Male editio princeps, *periculorum: sed nimia.* Idem.—6 Ita bene Mss. Reg. Corb. Harl. Bodl. Jes. editio princeps et recentiores. In Mss. Bodl. et Guelf. secunda manu, *non omnes.* Sic et Puteolanus, [cum Ryckio.] *Idem.*—7 Sic optime Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. Guelf. et editiones veteres ac recentiores. Rhenanus omisit, *etiam:* deest quoque in Ms. Hispano. Ms. Harl. secunda manu, et Puteolanus, *etiam per centuriones.* Idem.—8 Ita Puteolanus et recentiores, præter Ryckium, qui e Ms. Agr. edidit, *si, cur jubeantur.* In Mss. Flor. Reg. Corb. Harl. Bodl. Jes. et editione principe, *sic ubi jubeantur.*—9 Mallet Lipsius, *percitus:* quod id ad instinctum

NOTÆ

[x] *Neque enim plures, &c. insanisse*] Callide, et pro tempore, Otho paucos

Digitized by Google

crediderim) Centurionis ac Tribuni[y] sanguine manus imbuet? Imperatoris sui[z] tentorium irrumpet?

84. 'Vos quidem istud[1] pro me: sed in discursu ac tenebris et rerum omnium confusione patefieri occasio etiam adversus me potest. Si Vitellio et satellitibus ejus[a] eligendi[b] facultas detur, quem nobis[2] animum, quas mentes imprecentur, quid aliud, quam seditionem et discordiam, optabunt? ne miles Centurioni, ne Centurio Tribuno obsequatur: hinc confusi, pedites equitesque, in exitium ruamus. Parendo potius, commilitones, quam imperia Ducum sciscitando, res militares continentur:[c] et fortissimus in ipso discrimine[d] exercitus est, qui ante discrimen quietissimus.

tumultu novissimo per furorem grassatos fuisse existimaverim.) An in principis sui tabernaculum perrumpet *ultro?*

Vos quidem illud mei gratia *fecistis;* sed *seditioso* concursu et per noctem, et in rerum omnium perturbatione, potest aperiri occasio, etiam contra me. Si penes Vitellium et ministros ejus esset deligendi arbitrium, quam nobis mentem, quam voluntatem *nobis* exoptent, quid aliud, quam tumultum et seditionem *nobis* imprecabuntur? ne miles pareat centurioni, ne centurio tribuno *morem gerat;* exin promiscue pedes et eques, in perniciem *mutuam* erumpamus. Obsequendo potius, o socii, bella constant, quam mandata Imperatorum inquirendo aut examinando; et strenuissimus in ipso certamine exercitus est, qui ante certamen modestissimus. Penes vos sint arma et vir-

quendam et insaniam refertur. At et proba est vulgata scriptura. *Idem.*

1 Sic bene Mss. veteres et recentiores editiones. Frustra Rhenanus emendavit, *istue;* [at sic Gronovius.] *Brot.*—2 Rhen. mallet *vobis:* sed non ne-

NOTÆ

arguit, et certo numero, ne omnes exterreat: 'Paucorum culpa fuit; duorum pœna erit.'

[y] *Centurionis ac tribuni*] Scilicet pro, *centurionum ac tribunorum.* Oratorie loquitur Tacitus, et indefinite.

[z] *Imperatoris sui*] Id dictum generice de quocumque duce, sive princeps sit sive tantum legatus antea: *Imus ad bellum, &c.*

[a] *Si Vitellio et satellitibus ejus*] Hæc ipsa movendi ratio ab hostium affectu et voto usurpata decenter Homero, Iliad. A. 'Ridebit Priamus certe, et Priameia proles, Atque alii Troës gaudebunt gaudia magna, Has inter vos si lites et jurgia norint.'

[b] *Eligendi*] Sic fere in seditione, infra l. III. c. 10. Antonius Primus 'conversus ad signa et bellorum Deos, hostium potius exercitibus illum furorem, illam discordiam injicerent, orabat: donec fatisceret seditio.'

[c] *Continentur*] Id est, stant, conservantur, habentur, reguntur.

[d] *Fortissimus in ipso discrimine*] Verissima gnome: quæ veteri Græcorum dicto firmatur apud Eustathium: Θρασὺς πρὸ ἔργου ἐκ πολλοῦ κακός· *Confidens ante rem plerumque ignavus.*

Aristoteles etiam apte in Nicomachæis l. III. 'Temerarii quidem, promti et volentes sunt ante pericula periclitari, sed in ipsis deficiunt; at

Digitized by Google

Vobis arma et animus sit: mihi consilium et virtutis vestræ regimen relinquite. Paucorum culpa fuit, duorum pœna erit. Ceteri abolete memoriam fœdissimæ noctis: nec illas[3] adversus Senatum voces ullus unquam exercitus audiat.[4] Caput Imperii, et decora omnium provinciarum,[e] ad pœnam vocare, non hercle illi, quos cum[5] maxime Vitellius in nos ciet, Germani audeant.[6][f] Ulli ne Italiæ alumni,[g] et Romana vere juventus, ad sanguinem et cædem deposcerent[7] ordinem, cujus splendore et gloria sordes et obscuri-

tus; at penes me sit prudentia, et fortitudinem vestram regendi auctoritas. Paucorum scelus fuit, duorum supplicium erit. Reliqui obliterate conscientiam turpissimæ noctis: nec ullus unquam exercitus audiat ejusmodi minas adversum Patres. Non certe illi *ipsi* Germaniciani, quos præcipue Vitellius in nos concitat: voluerint ad supplicium flagitare caput Reip. et gloriam omnium provinciarum. An ulli ex Italia oriundi, et Romanus vere sanguis, ad cædem et internecionem efflagitarent Senatum, cujus amplitudine et de-

cesse. *Oberl.*—3 Ita bene Ms. Corb. et editiones recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *nec ullas*. Mss. Harl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *ne illas*. Brot.—4 Mss. Harl. Jes. *audeat*. In margine Ms. Harl. *audiat*.—5 Sic bene Ms. Harl. prima manu: secunda, *cum* deletum est. In Ms. Hispano, *quis cum maxime*. In Ms. Corb. et editione principe, *quibus cum maxime*. Male Puteolanus, *quos nunc maxime*. Brot.—6 Ita bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Ms. Corb. et editione principe, *audiant*. Sic quoque Ms. Reg. secunda manu. Prima, *audeant*. Idem.—7 Sic bene Mss. editio princeps et recentiores. Puteolanus, forte operarum errore, *reposce-*

NOTÆ

fortes, in rebus et factis acres, ante quietissimi.'

Sed et Homerus Græcos semper quietos et tacitos facit ante pugnam: Iliad. Γ. 'Verum ibant taciti, spirantes robur Achivi.' Iliad. Δ. 'Alii taciti ibant, (nec dixisses Hunc tantum populum linguæ usum aut oris habere,) Ibant, quisque ducum reverentes.'

Talis et Livianus Manlius, qui nulla voce aut minis in Gallum ibat: 'sed pectus animorum iræque tacitæ plenum, omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis distulerat.' *Lipsius.*

[e] *Caput imperii et decora omn. provinc.*] *Caput imperii* potius est ipse princeps, sed illud senatui nomen exhibet Otho per adulationem, et necessitate rerum sic exigente.

Caput imperii] In Cicerone leges: 'Senatum principem salutis publicæque mentis.' In Ammiano: 'Asylum mundi totius.' In Petronio: 'Recti bonique præceptorem.'

Plin. paneg. 'Sensisti, Roma, te tandem arcem omnium gentium, et terrarum esse reginam, cum ex omnibus provinciis optimates viros curiæ tuæ pignoraveris, ut senatus dignitas non nomine quam re esset illustrior.'

[f] *Quos cum maxime Vitellius, &c. audeant*] Ne Germani quidem, inquit, illi barbari, quos nunc Vitellius in nos concitat, audeant ad pœnam amplissimum ordinem deposcere. Nedum vos Romana soboles. *Lipsius.*

[g] *Italiæ alumni*] Hoc dicit, quia

Digitized by Google

tatem Vitellianarum partium præstringimus?[g] Nationes aliquas occupavit Vitellius, imaginem quandam exercitus[h] habet: Senatus nobiscum est. Sic fit, ut hinc Respublica, inde hostes Reipublicæ constiterint. Quid? vos pulcherrimam hanc urbem domibus et tectis[i] et congestu lapidum

core sordes et ignobilitatem Vitellianorum obscuramus? Gentes aliquas invasit Vitellius, aliquam speciem exercitus habet: *sed* Senatus a nobis stat. Ita contingit, ut hinc stet Resp. inde *stent* hostes Reip. Quid? *an* vos existimatis præclarissimam hanc civitatem ædibus et ædificiis, et cumulo saxorum

rent. Brotier. *Depoposcerint* Gronov.—8 Sic mallet J. Frid. Gronovius,

NOTÆ

prætoriani delecti ex *Etruria, Umbria, Latio, et coloniis antiquis*, Italicis nempe, teste Tac. ipso Ann. l. IV. Non ergo illis *Italia noverca*, ut objiciebat olim Scipio seditiosis.

[h] *Imaginem quandam exercitus*] Forte vocat *imaginem*, quia non ipsi præerat dux constitutus a senatu populoque Romano, quia non præerat Imperator legitimus, aut sic videri volebat Otho; nec etiam legitimus exercitus videatur, qui detrectat imperium senatus, aut populi Rom. Hinc mox addit: *Senatus nobiscum est, &c. hinc Resp. inde hostes Reip.* aut certe sola invidia imminuit decus legionum Germanicarum.

[i] *Pulcherrimam hanc urbem, domibus et tectis*] Appian. bell. civil. l. II.: 'Et Athenienses urbem reliquerunt, et adversus invadentes pro libertate decertarunt; neque illi domos et tecta, civitatem, sed viros et cives esse urbem arbitrati sunt.'

Hanc urbem, domibus et tectis] Sic tamen apud Livium l. V. Camillus cum cives a Veiorum inhabitatione deterreret: 'Ut virtus vestra transire alio possit, fortuna certe loci hujus transferri hinc non possit. Hic Capitolium est, ubi quondam, capite humano invento, responsum est: Eo loco caput rerum summamque imperii fore. Hic cum augurato liberaretur Capitolium, Juventus Terminusque maximo gaudio patrum nostrorum moveri se non passi. Hic Vestæ ignes, hic ancilia cœlo demissa, hic omnes propitii, manentibus vobis, Dii.'

Idem Livius supra eodem lib. 'Urbem auspicato inauguratoque conditam habemus: nullus locus in ea non religionum Deorumque est plenus: sacrificiis solennibus non dies magis stati quam loca sunt in quibus fiant. An gentilitia sacra, ne in bello quidem intermitti, publica sacra, et Romanos Deos etiam in pace deseri placet? et Pontifices Flaminesque negligentiores publicarum religionum esse, quam privatus in solenni gentis fuerit? Quid alia, quæ auspicato agimus, omnia fere intra pomœrium, cui oblivioni, aut cui negligentiæ damus?' Intelligit Otho, seu Tacitus, de istis *domibus et tectis*, quæ certe *muta et inanima intercidere ac reparari promiscua sunt*; sed tamen eodem loco, non alibi. Alioqui religio et Dii simul cum locis deseri videantur.

Pulcherrimam hanc urbem] Cyneas interroganti Pyrrho, 'quid de hostium sede sentiret; Urbem templum sibi visum, Senatum Regum esse consessum, fatebatur.'

Pulcherrimam hanc urbem] Vere Plin. l. XXXVI. 'Ad urbis nostræ miracula transire convenit, et sic quo-

Digitized by Google

stare creditis? Muta ista et inanima[9] intercidere ac reparari promiscua sunt:[10] æternitas rerum et pax[11] gentium[k] et mea cum vestra salus incolumitate Senatus firmatur.[l] Hunc auspicato[m] a parente et conditore urbis nostræ insti-

contineri? Rudia ista et inanima subverti ac instaurari facile possunt: æternitas imperii et concordia populorum, et mea et vestra incolumitas salute Patrum innititur. Senatum addicentibus auspiciis constitutum a patre et

qnod et probat Ryckius. Vulgo legitur *perstringimus*.—9 Ita optime Lipsius et recentiores. Male Mss. et veteres editiones, *et inania*. In quibusdam etiam, *multa* pro *muta*. Brotier.—10 Ita Mss. Reg. Corb. Bud. Agr. editio princeps et recentiores. Nec immerito placet hic Hellenismus. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *promiscue possunt*. Ms. Flor. *promisce sunt*. Idem.—11 Sic bene Mss. editio princeps et recentiores. Male Puteola-

NOTÆ

que terrarum orbem victum ostendere: quod accidisse toties pæne, quot referentur miracula, apparebit. Universitate vero acervata, et in quendam unum cumulum collecta, non alia magnitudo exsurget, quam si mundus alius quidam in uno loco narretur.'

Fuerunt in ipsa Urbe quadringenta viginti quatuor templa. Sic leges in Notitia Imperii, ita ut urbs ipsa magnum unum opulentissimumque templum videri posset.

At sæpe incendia vanitatem mortalium ulciscebantur, et præcipue Romanorum; sed certe in omnibus incendiis Urbis factum, quod observavit Seneca: 'Timagenes felicitati urbis inimicus, aiebat, Romæ sibi incendia ob hoc unum dolori esse, quod sciret meliora resurrectura quam arsissent.'

[j] *Inanima*] Id exemplo Ciceronis in Verrem act. 3. 'Omnia muta atque inanima, tanta et tam indigna rerum atrocitate commoverentur.' Sic Plin. paneg. 'Muta quidem ista et anima carentia, sentire tamen et lætari videntur.' *Pichena*.

[k] *Æternitas rerum et pax gentium*] Certe ex pace et concordia inter cives Rom. partesque imperii, *æternitas rerum et pax gentium* pendet: quare et *pax* pro *imperio* accipitur, et vicissim; et quo usque extenditur imperium principis, huc usque et pax illius.

Et ex imperio et pace Rom. *pax* omnium fere *gentium* pendebat; ita ut, concussa illa pace, simul moverentur omnes nationes, quarum pax, florente æternitate imperii et pace Romanorum, inconcussa foret. Eo sensu *pax gentium* sociarum, et etiam extranearum, *incolumitate senatus firmatur*.

Pax gentium] Hoc idem intelligit Tac. quod habet infra Hist. IV. 74. 'Nam pulsis, (quod Dii prohibeant,) Romanis, quid aliud quam bella omnium inter se gentium existent? Octingentorum annorum fortuna disciplinaque, compages hæc coaluit: quæ convelli sine exitio convellentium non potest.'

[l] *Incolumitate senatus firmatur*] Cicero pro Sextio: 'Hæc ego cum viderem, (neque enim erant occulta,) Senatum, sine quo civitas stare non posset, omnino de civitate esse sublatum; Consules, qui consilii publici duces esse deberent, perfecisse, ut per ipsos publicum consilium funditus tolleretur.'

[m] *Auspicato*] Id est, addicentibus avibus; quanquam enim nec Livius,

Digitized by Google

tutum, et a Regibus usque ad Principes continuum et immortalem, sicut a majoribus[12] accepimus, sic posteris tradamus. Nam, ut ex vobis Senatores, ita ex Senatoribus Principes nascuntur.'

85. Ea[1] oratio ad perstringendos mulcendosque[2] militum animos, et severitatis modus (neque enim in plures quam in duos animadverti jusserat) grate accepta, compositique ad præsens, qui coërceri non poterant. Non tamen quies urbi[3] redierat: strepitus telorum et facies belli erat:[4] militibus, ut nihil in commune turbantibus, ita sparsis per do-

auctore urbis nostræ, et perpetuum sempiternumque a Regibus usque ad Imperatores, sic nos relinquamus posteris, quemadmodum a patribus *nobis* traditus est. Nam sicut ex vobis patres, ita et ex patribus Imperatores oriuntur, eliguntur.

Et *allocutio hæc ad increpandos leviter mitigandosque militum animos, et modica acerbitas læta* fuit *in vulgus, (neque enim plures quam duos affici supplicio jusserat;) sedatique ad tempus, qui comprimi non poterant. Non* ideo *tamen pax civitati restituta: sonor armorum et species erat belli: militibus, ut nihil in publicum*

nus, *pars gentium*. Brotier.—12 Ms. Corb. *a prioribus*.

1 Ita Mss. Reg. Agr. et editiones veteres. Sic quoque placuit Mureto. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Rhenanus et recentiores, *et oratio;* et sic Gronovius et Ryckius.—2 Mss. Corb. et Agr. *perstringendo mulcendoque*. Corrupte editio princeps, *per perstringendos mulcendosque*.—3 Brotier. habet *Urbis;* et sic lectionem suam defendit: 'Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. et editiones omnes veteres ante Rhenanum, qui sine librorum auctoritate edidit, *Urbi*. *Sed erat strepitus*. Optime Lipsius veterem lectionem et distinctionem revocavit, *redierat: strepitus*. Sed non attendit, *Urbi*, esse quoque ex Rhenani conjectura.' *Urbi* recepere Gronov. Ryckius, et Ernestus cum Bipont.—4 Sic bene Puteolanus et recentiores. In Mss. Flor. Corb. et editione principe, *facies*

NOTÆ

nec Dionysius ritus ejusmodi observatos tradant in legendis senatoribus, cum tamen constet equitum centurias a Romulo *augurato scriptas*, (Livius l. 1.) urbem fundatam nominatamque, *captis ad inaugurandum templis*, Remo Aventinum, Romulo Palatinum occupante; (Livius l. 1. licet Ennius alia iis loca assignet;) cum Romulus 'huic mori successores obstrinxerit, ne regno inaugurarentur aliive dignitati, nisi Diis per auspicia approbantibus;' (Dionys. Halic. l. II.) probabilis conjectura est, id non fuisse neglectum in re tanti momenti, qualis erat lectio senatorum.

Sane postquam Attius Nævius cotem novacula incidisset, tempore Tarquinii Prisci, Livius l. 1. scribit crevisse auguralis disciplinæ existimationem. *Savilius*.

Forte vox *auspicato* hic innuit tantum feliciter institutum fuisse senatum, aut certe non aliis auspiciis constitutum, quam ipsam civitatem: nam simul cum civitate cœpit senatus, et sub eodem conditore Romulo. Nec credibile est Senatores singulos au-

Digitized by Google

mos,[n] occulto habitu, et maligna cura in omnes, quos nobilitas aut opes aut aliqua insignis claritudo rumoribus objecerat. Vitellianos quoque milites venisse in urbem ad studia partium noscenda,[5] plerique credebant. Unde plena omnia suspicionum, et vix secreta domuum sine formidine. Sed plurimum trepidationis in publico. Ut quemque nuntium[o] fama attulisset, animum vultumque conversi,[6] ne diffidere dubiis ac parum gaudere prosperis viderentur. Coacto vero in curiam[p] Senatu,[q] arduus rerum omnium modus,

moventibus, ita dispersis per ædes, simulata veste, et prava curiositate adversus omnes, quos claritudo, aut divitiæ, aut aliqua celebritas eximia, famæ et sermonibus exposuerat. Multi existimabant Vitellianos etiam venisse in civitatem, ad introspiciendos civium animos. Unde referta cuncta suspicionum, et vix arcana familiarum sine metu. Sed maxima consternatio in publico. Ut quemque eventum rumor vulgasset, mentem faciemque mutati, ne suspectare adversa crederentur, et parum lætari rebus *secundis. At vocatis in curiam patribus, difficile inprimis* fuit *servare*

belli et militibus; [et sic Gronovius.] *Brot.*—5 Ita libri omnes editi. In Mss. Harl. Bodl. Jes. *studia partium delenda.* In margine Ms. Harl. *noscenda.*— 6 Sic bene Mss. Flor. Rhenanus et recentiores. In Mss. Reg. Harl. Bodl. et editionibus veteribus, *animum vultumque conversis:* quod et habet Ryckius.

NOTÆ

spicato institutos; de senatu universo, forte verisimile.

[n] *Sparsis per domos*] Significat milites, in plebeia seu pacata veste, sine gladiis, domos perlustrasse, sermones excepisse adversus principem aut statum præsentem.

Arrianus eum morem mihi suggerit dissertation. Epicteti l. IV. c. ultimo: 'Hoc modo Romæ circumveniuntur a militibus, isti proclivis linguæ et effusi: assedit miles tibi quispiam habitu privati: is male loqui de Cæsare incipit: tu, tanquam pignus fidei, id arripiens, quod cœpit prior, ipse quoque effutis, quicquid sentis; deinde vinctus abduceris.'

Et hoc fine præsertim milites qui *Frumentarii* dicti, de quo alias. *Lipsius.*

[o] *Ut quemque nuntium*] *Ut quemque nuntium fama attulisset*, sive lætum sive adversum, eo vultu animoque esse debuerunt proceres, ne dubiis seu adversis rebus Othonis diffidere, aut etiam prosperis ejus rebus parum gaudere viderentur: et sic, metu militum, qui faciem vultumque et animos omnium, et præcipue procerum, intenti speculabantur.

[p] *Curiam*] Curia Julia, in foro Romano, et in octava regione Romæ antiquæ. Vide Nardini Romam antiq. l. v. c. 3. p. 219. *Tillemon.*

[q] *Coacto vero in curiam Senatu*] Ne intelligas de tempore quo primum senatum ingressus est Otho et salutatus est Imperator, et cum omnia vocabula seu decora principum in eum collata sunt; sed postquam descripsit Tacitus, quid in civitate ageretur, nunc describit curiam, et quid aut quomodo se gererent patres erga novum principem in senatu, cum scil. vocaretur: tum certe difficilis agendi modus.

Digitized by Google

ne contumax silentium, ne suspecta libertas. Et privato Othoni nuper, atque eadem dicenti,[7r] nota adulatio. Igitur versare sententias,[s] et huc atque illuc torquere, 'hostem et parricidam' Vitellium[t] vocantes: providentissimus quisque vulgaribus conviciis; quidam vera probra jacere, in clamore tamen, et ubi plurimæ voces, aut[8] tumultu[9] verborum sibi ipsi obstrepentes.

86. Prodigia insuper terrebant, diversis auctoribus vulgata. 'In vestibulo capitolii omissas habenas bigæ, cui Victoria[u] institerat: erupisse cella Junonis[v] majorem hu-

modum, ne pervicax silentium videretur, ne infesta libertas, aut assentatio cognita Othoni nuper privato et similia censenti. Itaque librare sententias, et huc illucque inflectere, Vitellium hostem et patricidam *appellantes: prudentissimus quisque communibus contumeliis; nonnulli veris conviciis insectari, inter strepitum tamen, et ubi confertæ voces, aut in tumultu verborum, cum sibi invicem obstreperent patres.*

Præterea pavorem incutiebant ostenta variis nuntiis publicata. In limine Capitolii dimissas habenas curriculi, quo invecta erat Victoria: e cella Junonis

Beroaldus, *animo vultuque conversis;* uti volebat Muretus. *Brot.*—7 Sic recte Lipsius. Perperam Mss. et veteres editiones, *dicendi*, vel *dicenda*. Mss. Flor. Corb. habent, *nota:* abest a Mss. Harl. Bodl. Jes. et veteribus editionibus. *Brot.*—8 Pro *aut* Grotius mallet *aucto.*—9 Sic bene Puteolanus et recentiores. In Mss. et editione principe, *tumultus*. Brot.

NOTÆ

r *Atque eadem dicenti*] Difficilis, inquit, in senatu rerum omnium modus. Taceres? silentium pro contumacia esset. Diceres libere et censeres? invisa libertas. Ad gratiam loquerere? non faceres fidem: quia privatus nuper Otho, peritus harum artium, et iisdem adulationibus exercitus. *Lipsius.*

s *Versare sententias*] Varie torquebant sententias; ita ut alii patrum, levissimi nempe et imprudentissimi, *hostem et parricidam Vitellium* vocarent; providentissimi *vulgaria* probra jacerent; quidam et *vera* convicia, sed in tumultu, et quasi clam furtimque, cum sibi invicem obstreperent patres.

t *Hostem et parricidam Vitellium*] Sic appellabant cives, qui adversus patriam aut principem rebellarent: et rebellarat Vitellius adversus Galbam, nunc in Othonem, et sic in S. P. Q. R. aut sic videri volebant. Sic appellati Brutus et Cassius, sed postquam victi sunt. Sic et Octavius Cæsar vocaretur, si bello cecidisset. Nunc idem, quia vicit, ex fortuna Augustus et princeps appellatur. Cicero Philipp. 2. 'Nego quicquam esse medium: confiteor eos, nisi liberatores populi Rom. conservatoresque Reipub. sint, plusquam HOMICIDAS, plusquam PARRICIDAS esse: siquidem est atrocius patriæ parentem, quam suum occidere.'

u *Victoria*] In eo prodigium et malum omen, quod victoria currus sui *habenas* omisisset, quasi sic Othonem descrere videretur.

Digitized by Google

mana speciem: statuam D. Julii in insula Tiberini amnis,[v] sereno et immoto die,[t] ab Occidente in Orientem[x] conversam: prolocutum in Etruria[y] bovem: insolitos animalium partus:' et plura alia, rudibus sæculis etiam in pace obser-

exlisse speciem magnam ultra modum humanum: imaginem D. Julii, in insula fluvii Tiberis, conversam *esse* ab Occidente in Orientem, sudo et tranquillo cœlo: profatum bovem in Tuscia; inusitatos fœtus animantium: *et multa alia, prisco ævo etiam in pace annotata, quæ nunc solum in consternatione observan-*

1 Ita Mss. Reg. Corb. et libri editi. A Mss. Harl. Bodl. Jes. et Bud. abest, *die*. Additum est secunda manu margini Ms. Harl. Frustra Rhenanus

NOTÆ

[v] *Erupisse cella Junonis*] Sic Dii, seu Genii, loci præsides, deserebant, aut deserere videbantur templa, cum oppugnarentur civitates ab hostibus. Virgil. Æneid. II. 'Excessere omnes adytis, arisque relictis, Dii, quibus imperium hoc steterat.'

Reperio in Græcorum commentariis, proditum a Poëtis antiquis esse, cum Troja exscidio propinqua esset, visos esse Deos e suis templis sua exportare simulacra.

Interpres Æschyli; 'dictum est in Ἑοανηφόροις, (sic tragœdia Sophoclis vocatur,) quod Dii ab Ilio efferunt suis humeris sua ipsorum simulacra, scientes expugnari et capi debere urbem.' Sed et Æschylus aperte planeque dicit, urbes quæ capiuntur, a suis Diis deseri, et esse illam hominum opinionem.

His adde Julianum Imperatorem in Misopog. ubi de incenso templo Apollinis apud Daphnem Antiochiæ: 'Mihi quidem videtur Deus reliquisse templum ante incendium; significavit enim id mihi, cum primum ingressus sum, ejus effigies: et hujusce rei testem advoco Solem hunc adversus non credentes.'

Erupisse cella] Quasi numen abiret, et templum ac civitatem et partes inhabitantium, seu Othonis, relinqueret. Simile quid tradit Josephus de templo Hierosolymitano, quo tempore expugnata urbs est a Tito Cæsare. Sic et Dio de Capitolio: scil. exterritos nocte milites, qui excubarent, abeuntibus Diis, et valvas mane patentes repertas fuisse, tradit.

[w] *Insula Tiberini amnis*] Fuit in regione decimaquarta Romæ antiquæ, et ad Tiberim fluvium: hodie vocatur *Isola di San Bartolomeo*: est regionis Ripæ, in parte media versus meridiem Romæ modernæ. Vide Romam antiquam Nardini, l. VII. c. 11. *Tillemon.*

[x] *Ab Occidente in Orientem*] Omen pertinebat ad Vespasianum, qui in Oriente bellum gerebat, et ad quem se convertebat victoria, et principatus a Julio conditus.

[y] *Etruria*] Etruria, vel Tuscia, et Thuscia, regio Italiæ, ad mare Tyrrhenum: hodie magnus ducatus *Toscanæ*, Status præsidii ad Orbetellum, vulgo *stato delli præsidii*, Plumbini principatus, *Piombino*, Respublica Lucensis, *Lucques*, Ducatus *Massæ*, aliquid Reipublicæ Genuensis, *Gevres*, vallis *Carfagnanæ*, et pars occidentalis *status Ecclesiastici*; atque nonnulli *minores status* his inserti. *Tillemon.*

Digitized by Google

vata, quæ nunc tantum in metu audiuntur.[a] Sed præcipuus et cum præsenti exitio[a] etiam futuri pavor,[b] subita inundatione Tiberis:[c] qui immenso auctu, proruto[2] ponte sublicio,[d] ac strage obstantis molis[e] refusus, non modo jacentia et plana urbis loca, sed secura ejusmodi[3] casuum implevit. Rapti e publico[f] plerique, plures in tabernis et[4] cubilibus

tur. Sed maxima formido, et cum præsenti pernicie, etiam venturi metus erat, *ex repentina Tiberis restagnatione: is in immensum auctus, prostrato ponte Sublicio, ac ruina obsistentis molis repulsus, non tantum submersit ima et plana civitatis loca, sed* etiam *immunes* alias *ab istiusmodi periculis* regiones. *Multi abrepti e publicis* locis, *plures deprehensi in tabernis et lectis. Fames in plebem, ex egestate*

tentabat, *cœlo*. Brotier.—2 Ita Gronovius et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *prorupto;* et sic Ryckius; at in margine *proruto*.—3 Sic Flor. Bud. Agr. cum Ryckio, et Bipont. Brotierus habet *hujusmodi*.—4 Sic Mss.

NOTÆ

[a] *Tantum in metu audiuntur*] Quippe hoc ingenium vulgi, tunc converti ad religiones, et monstra observare aut fingere. Claudianus apposite de bello Getico: 'Utque est, ingenioque loquax, et plurima fingi Permittens, credique timor: nunc somnia vulgo Narrari, tunc monstra Deum monitusque sinistri.' Propiusque ad Tacitum: 'Et, si quod fortasse quies neglexerat omen, Addit cura novis.'

[a] *Præsenti exitio*] Præsens exitium fuit ipsa inundatio Tiberis, qua *multi rapti e publico;* qua cubilibus intercepti multi mortales, multa tecta subversa, &c.

[b] *Etiam futuri pavor*] Inundans Tiberis, non modo perniciem præsentem affert, sed etiam in futurum præmonet, vel famem, vel bella, aut alia mala.

[c] *Subita inundatione Tiberis*] Plutarch. 'Populus fluvii inundationem habuit mali omiuis loco.' Plin. III. 5. 'Quin immo vates intelligitur (Tiberinus amnis) potius, ac monitor, auctu semper religiosus verius quam sævus.'

Tiberis] Plut. Otho: 'Cum magnam partem urbis inundavit, tum eum præcipue locum, quo frumentum venale reponebatur, opplevit: quod magnam annonæ difficultatem per plures dies effecit.' Hinc *fames in vulgus*.

Tiberis] Fluvius Etruriæ, Umbriæ, Samnii, et Latii provinciarum Italiæ, in mare Tyrrhenum se exonerat: hodie *Tevere* Italis, *le Tibre* Francis: est in magno ducatu Toscanæ et in statu Ecclesiastico. *Tillemon.*

[d] *Ponte sublicio*] Pons Sublicius fuit ad Tiberim fluvium, inter regionem undecimam et decimam quartam, et in parte meridionali Romæ antiquæ. Hodie ruinæ visuntur in Tiberi fluvio, prope Ecclesiam vulgo dictam, *Sancta Maria in Capella*, et locum dictum, *Dogana di Ripa*, inter regiones *Trassevere* et *Ripa*, in Roma moderna, versus meridiem. Vide Nardini Romam antiq. VIII. 3. *Tillemonius.*

[e] *Obstantis molis*] Nempe ruina pontis, qui ceciderat, et alveum impleverat Tiberinum.

[f] *Rapti e publico*] Id tribuendum fluvio, qui subita inundatione multos

Digitized by Google

intercepti. Fames in vulgus, inopia quæstus[g] et penuria alimentorum. Corrupta stagnantibus aquis insularum[h] fundamenta, dein, remeante flumine,[i] dilapsa. Utque primum vacuus a periculo animus fuit, id ipsum,[j] quod paranti expeditionem Othoni,[5] campus Martius[k] et via Flaminia[l] iter belli esset obstructum[m] a fortuitis vel naturalibus causis,[n] in prodigium et[6] omen imminentium[o] cladium vertebatur.

lueri, et ex *inopia cibariorum. Labefacti exundantibus aquis insularum muri: dein redeunte amne proruti. Utque primum libera a discrimine mens fuit, in ostentum et præsagium instantium malorum accipiebatur idipsum, quod exrunti ad bellum Othoni, campus Martius et via Flaminia, qua expediebat, esset occlusa a causis vel fortuitis vel naturalibus.*

Flor. Guelf. Rhenanus et recentiores. Perperam Mss. Reg. Harl. et editiones veteres, *ex cubilibus*. In Ms. Jes. *ex cubiculis*. Brotier.—5 Ita Ms. Reg. et libri omnes editi. *Othoni* abest e Ms. Bud. In Mss. Harl. Guelf. secunda manu additum.—6 Budens. *in omen*.

NOTÆ

e publico abripuit; idque opponit iis, qui in domibus et cubilibus intercepti sunt.

[g] *Inopia quæstus*] Accipio sexto casu, non primo, verba illa, *inopia* et *penuria*: nam famem ortam intelligit ex *inopia quæstus*, et ex alimentorum *penuria*. Ideo melius distinxi: *alimentorum: corrupta, &c.* Pichena.

[h] *Insularum*] Insulæ urbis Romæ antiquæ sunt habitationes plebis: hodie Itali vocant *Case*, Franci vero *Maisons particulieres, ou bourgeoises*. Domus erant habitationes nobilium, hodie *Palazzi* Italis, et *Palais*, sive *Hostels* Francis: alii aliter interpretantur, sed id probat Nardinus III. 4. Romæ antiquæ. *Tillemon*.

[i] *Remeante flumine*] Stagnantibus aquis, et eodem statu manentibus, veluti sustinebatur moles insularum, licet jam emota, quæ mox, abeuntibus aquis, dilapsa, fatiscebat; cum antea velut æquali pondere, aquis insistentibus quasi fulcirentur muri: nempe, hoc corpore amoto, seu pondere, necesse fuit et insulas simul fatiscere atque intercidere.

[j] *Id ipsum*] Alii legunt, *id quod*, vel *id, quoniam*.

[k] *Campus Martius*] Qui haud dubie inundatione Tiberis restagnabat. *Freinshemius*.

Campus Martius] Fuit aliquando extra mœnia Romæ antiquæ, postea vero Nonæ regionis urbis, et in parte occidentali: hodie partes regionum *Campo Marzo, Sant Eustachio, Ponte*, et *Parione* in Roma moderna versus medium et Occidentem. Vide notas ad Annales XIII. 17. *Tillemon*.

[l] *Via Flaminia*] Fuit in Nona regione antiquæ urbis Romæ: incipiebat ad finem Viæ Latæ, ducebat ad portam Flaminiam, deinde ad pontem Æmilium, usque ad Ariminum urbem.

Hodie pars est major Viæ a Romanis vulgo dictæ *Strada del Corso*, et a platea nuncupata *Piazza di Sciarra*, usque ad portam *del Popolo*, in parte media et septentrionali Romæ modernæ.

Extra urbem, nomen antiquum re-

Digitized by Google

87. Otho, lustrata urbe,[p] et expensis belli consiliis, quando Peninæ Cottiæque Alpes et ceteri Galliarum aditus Vitellianis exercitibus claudebantur, Narbonensem Galliam aggredi statuit; classe valida[q] et partibus fida,[r] quod reliquos[1] cæsorum[2] ad pontem Milvium,[3 s] et sævitia Galbæ in

Cum lustrasset urbem Otho, et de summa belli consultasset, quando quidem *insessæ erant Alpes Peninæ Cottiæque, et cetera Galliarum claustra, milite Vitelliano, decrevit adoriri Galliam Narbonensem; classe firma et* suis *partibus fideli,* eo *quod in ordinem legionis instruxisset reliquos* classiariorum *qui interfecti ad pontem*

1 Freinshemius malebat *reliquias:* quod non necessarium puto. *Ernest.*— 2 *Cæsorum,* in Guelf. a manu sec. correctum *Cæsarum.*—3 Est in ed. pr. item in marg. pro var. lect. *ad pontem Æmilium.* Budens. male *cesarum ad p.*

NOTÆ

tinet: ducit ad pontem *Molle,* deinde ad Patrimonium Sancti Petri, &c. in statu Ecclesiastico. *Tillemon.*

[m] *Obstructum*] Suet. Oth. 8. 'Primo egressu, inundatione Tiberis retardatus Otho, ad vicesimum etiam lapidem, ruina ædificiorum, præclusam viam offendit.'

[n] *A fortuitis vel naturalibus causis*] Inter *fortuitas* causas fuit, quod ruina ædificiorum præclusam viam offenderit Otho. Inter *naturales* causas, quod *primo egressu* inundationibus Tiberis retardatus sit.

[o] *Omen imminentium*] Forte tum non defuerunt adulatores, qui principi suaderent ut expediret, his verbis: «ἓς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης· *Optimum et felicissimum omen certare pro patria,* pro imperio.

[p] *Lustrata urbe*] Sic Suet. Oth. 8. 'Expeditionem autem impigre atque etiam præpropere inchoavit: nulla ne religionum quidem cura.'

[q] *Classe valida*] Puto, composita illa classis ex navibus quæ apud Misenum et Ravennam excubabant, ex Augusti instituto: de quibus Vegetius l. VI. 'Apud Misenum et Ravennam singulæ legiones cum classibus stabant, ne longius a tutela urbis abscederent; et cum ratio postulasset, sine mora, sine circuitu, ad omnes mundi partes pervenirent; nam Misenatium classis, Galliam, Hispaniam, Mauretaniam, Africam, Ægyptum, Sardiniam, atque Siciliam habebat in proximo,' &c.

Et apud istam classem disposita *legio* erat, seu decem *cohortes,* quæ robur legionis æquabant: quæ legio *Chiliarchos* habuit pro tribunis, et centuriones suos classiarios. Ad terram et ad portum in proximo classis castra habuere hæ legiones classiariæ.

Neque enim ibi intelligeret solam classem *Forojuliensem,* quæ longe impar viribus. De hac Tacit. Ann. IV. 'Galliæ proximum littus rostratæ naves præsidebant, quas Actiaca victoria captas Augustus in oppidum Forojuliense ... miserat.'

[r] *Partibus fida*] Non quod novi legionarii classe veherentur, (maxima enim pars apud Othonem remanebat,) sed quod alii classiarii in triremibus continuo retenti, spem foverent, prævalituros se favore Othonis sociis suis exhibito. *Savilius.*

[s] *Pontem Milvium*] Milvius, pons Latinorum populorum ad Tiberim

Digitized by Google

custodiam[4][t] habitos, in numeros[5] legionis composuerat; facta et ceteris spe[6][u] honoratioris[7] in posterum militiæ. Addidit classi urbanas cohortes[v] et plerosque e Prætorianis, vires et[8] robur exercitus, atque ipsis Ducibus consilium et custodes.[w] Summa expeditionis Antonio Novello, Suedio Clementi, primipilaribus,[x] Æmilio Pacensi, cui ademtum a Galba Tribunatum reddiderat, permissa. Curam navium[y] Oscus[9] libertus retinebat, ad observandam honestiorum fi-

Milvium, et immanitate Galbæ in carcere detenti erant; *et* sic *data etiam aliis spes honestioris gradus in futurum. Adjecit classi urbanum militem, et plerosque e prætorianis, florem ac robur exercitus, et qui ipsos duces* Othonis *admonerent simul et observarent. Summa* hujus *expeditionis mandata* est *Antonio Novello, ac Suedio Clementi, primipili centurionibus, et Æmilio Pacensi, cui restituerat* Otho *tribunatum ablatum a Galba. Oscus libertus* Othonis *habebat curam classis, immixtus* ducibus, *ad inspiciendam nobiliorum fidem. Suetonius Paulinus, Marius*

milvinum. Oberl.—4 Ryckii Ms. *in custodia;* ut Rhenanus voluit.—5 Sic bene Mss. Reg. Flor. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *in numero.* Unde Lipsius emendaverat, *in numerum.* Brotier. —6 *Spes* bene Mss. Reg. Corb. Agr. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *facta et reliquis spes.* Margini Ms. Harl. additum, *ceteris.* Idem.—7 Ita Puteolanus et recentiores. In Ms. Corb. et editione principe, *honoratæ.*—8 Sic optime Lipsius. Corrupte Mss. et veteres editiones, *viris ut robur.* Brotier.—9 Ms. Reg. et editio princeps, *Oschus.*

NOTÆ

fluvium, in Latio provincia Italiæ: hodie *Ponte Molle*, ad fluvium *Tevere*, in Campania Romana et in Patrimonio Sancti Petri, provinciis status Ecclesiastici. *Tillemon.*

[t] *In custodiam*] Dimissi tamen erant ante ejus mortem, flagitio in ejus caput operam navaturi; constituebantque unam legionem, ut antecedentia probant, adeo ut non Othoni deberent beneficium, quod ordinibus ascripti essent, quod locus hic docet, sed Galbæ. *Savilius.*

Forte eos jam ante dimiserat Galba, nec in custodia semper habuit. Sed Tacitus aperte ibi tradit, classem illam esse fidam Othoni, quia reliquos cæsorum a Galba, *in numeros legionis composuerat*, Otho, nempe.

[u] *Spe*] Vulgo *spes:* sed alii legunt, *facta et ceteris spe.* Sed τὸ *quod* pro genio Taciti ad duo refertur, ad antec. et conseq. Sic nempe, *fida, quod, &c. in numeros legionis composuerat.* Et etiam *fida, quod* sic *facta et ceteris, spes honoratioris militiæ*, esset.

Factæ et ceteris spes] Supple, *erat.*

[v] *Urbanas cohortes*] Nempe quæ parebant præfecto urbis, aut etiam quæ præfecto vigilum: nam hasce *cohortes* ibi distinguit a *prætorianis.*

[w] *Custodes*] Custodes nempe fidei et exactores: ne, scil. ad alias partes desciscerent duces et legati.

[x] *Primipilaribus*] Id est, qui primos pilos duxissent, ut *consularis*, qui consul extitisset. *Savilius.*

[y] *Curam navium*] Nempe huic classi præfectus erat Oscus libertus.

Digitized by Google

dem comitatus.[10 a] Peditum[a] equitumque copiis Suetonius Paulinus,[b] Marius Celsus, Annius Gallus, rectores destinati.[11] Sed plurima fides Licinio Proculo Prætorii Præfecto: is urbanæ militiæ impiger, bellorum insolens, auctorita-

Celsus, et Annius Gallus duces constituti, qui præessent agmini *peditum et equitum. Sed præcipue fidebat* Otho *Licinio Proculo, prætorii præfecto. Ille urbanis in castris audax et strenuus*, sed *præliorum expers, incusando auctoritatem*

—10 *Invitatus* habet Puteolanus [cum Brotiero] ac reliqui omnes. In Ms. Reg. et edit. princip. *imitatus*. Inde Grævio et Ryckio placebat, *incitatus*. Ernestus mallet, *impositus*: quod melius puto. Faërnus, *initio datus*. Brotier. Flor. habet *immutatus*. Inde Pich. conjiciebat *immixtus*, quasi inter Duces additus. Boxh. tuetur vulg. *invitatus*. Muretus et Gruterus deleri vocem jubent; quod mihi satis arridet. Heinsii *imputatus* rejicit Grævius l. c. p. 187. Dum quid melius, recipio cum Bipont. Gronovii *comitatus*. Oberlin.— 11 Unus Ms. Covarruviæ, *rectores constituti*.

NOTÆ

[a] *Ad observandum... comitatus*] Vulgo *invitatus*, quod idem est, quod vocatus Ann. XIII. 'Ad hæc Armenii ambigua fide utraque arma invitabant.' Creditur Osco navium cura, ut impedimento ducibus esset, quin agerent sublesta fide, quia 'nusquam fides aut amor, metu ac necessitate huc illuc mutabantur.'

Ut supra; 'addidit classi urbanas cohortes et plerosque e prætorianis, &c. ipsis ducibus consilium et custodes.' *Salmerius*.

Recte *invitatus*: nam vocantur alii ad dignitates, alii ad eas gerendas, aut retinendas a principibus invitantur. Vocantur ab iis, qui justo et idoneo titulo; invitantur ab iis, qui precario imperant: talis hic Otho.

Vocantur etiam ad dignitates, qui vocantur, ut eas recte gerant; invitantur præsenti vel pretio vel præmio, vel utriusque spe, illi, quos ministros scelerum pessimi principes esse volunt; aut quos optimorum, ne quid illi contra pessimos principes moliantur, acerrimos observatores cupiunt: quod in Osco locum habet. *Boxhornius*.

Si legis *invitatus*, sensus esse possit: Invitatum esse vel ab ipsis ducibus, qui scirent eum ducem gratum esse Othoni; vel etiam ab ipsis prætorianis, qui munia aulæ bellique disponebant pro arbitrio suo, ut patet supra.

Et quibus facile assentiebatur Otho; aut qui etiam caligas ad talia sic ordinanda clam impellebat, cum egregium quemque suspectaret.

Invitatus] Alii *immutatus*, ex Flor. alii *immixtus*; alii *comitatus*, vel *minister bello datus*. Certe immissus est ille libertus, et adjunctus, seu immixtus honestioribus, ac nobilioribus, ut illorum fidem observaret. Quia, scil. bellis civilibus fere *nusquam fides aut amor*, et utrimque corruptores.

[a] *Peditum*] Nempe exercitui, qui terra bellum gerere debuit.

[b] *Suetonius Paulinus*] Othonis præfecti hoc bello erant sex aut septem, *Paulinus, Celsus, Gallus, Proculus*, nominati hic Tacito, et infra *Spurinna et Macer*, et frater principis *Titianus*. Savilius.

Digitized by Google

tem Paulini, vigorem Celsi, maturitatem Galli, ut cuique erat, criminando, quod facillimum factu est, pravus et callidus, bonos et modestos anteibat.

88. Sepositus per eos dies Cornelius Dolabella[c] in coloniam Aquinatem,[d] neque arcta custodia,[e] neque obscura: nullum ob crimen, sed vetusto nomine et propinquitate Galbæ[f] monstratus. Multos e Magistratibus,[g] magnam consula-

Paulini, ardorem Celsi, et judicium gravitatemque Galli, ut sua cuique virtus erat, quod facillime fit et sine cura, ille *malus et astutus, egregios et honestos antecellebat.*

Eo tempore amotus est *Cornelius Dolabella in coloniam Aquinatem, neque stricta custodia, neque caliginosa: nullum ob scelus, sed antiqua stirpe et proximitate Galbæ ostentatus. Secum exire ad bellum jubet Otho plerosque e magistratibus et*

NOTÆ

[c] *Cornelius Dolabella*] Qui postea cæsus jussu Vitellii Hist. II. *Savil.*

Sepositus per eos dies .... Dolabella] Plut. Othone: 'Cum renuntiaretur, Alpes jam a Cæcina et Valente Vitellii legatis occupatas esse, Romæ Dolabella, vir patricius, militibus in suspicionem venit, quasi res novas moliretur; illum Otho, sive ejus sive alterius metu, Aquinum seposuit.'

Forte et Dolabella alium fovere et evehere potuit: sive id egit Otho, ut alios similes exterreret hoc exemplo.

[d] *Aquinatem*] Aquinum, urbs Volscorum populorum, in Latio provincia Italiæ: hodie *Aquino* urbs Terræ Laboris, proviuciæ regni Neapolitani. *Tillemon.*

[e] *Neque arcta custodia*] Non in vinculis, neque in carcere obscuro, neque in custodia militari arcta; sed forte tantum jussus manere in illa civitate, appositis tamen custodibus; ita ut hinc exire ipsi non liceret, injussu principis.

Neque arcta custodia] Jam id usurpatum vetere Repub. adversus cives reos aut suspectos; et senatorum aut magistratuum custodiæ traditi, aut etiam in municipiis habiti.

[f] *Propinquitate Galbæ*] Quo vinculo, nescio: sed ipsi Galbæ suspectum Dolabellam de imperio, in Suetonii Galba, 12. observo. Scribit et Plut. cum de successore Galba deliberaret, 'amicos partim Dolabellæ, plures Othoni studuisse;' non ergo mirum Othoni nunc suspectum, et a Vitellio mox interfectum. *Lipsius.*

Suet. Galb. 12. 'Item Germanorum cohortem a Cæsaribus olim ad custodiam corporis institutam, multisque experimentis fidelissimam, dissolvit, ac sine ullo commodo remisit in patriam; quasi Cn. Dolabellæ, juxta cujus hortos teudebat, proniorem.'

De eu propinquitate, Galba forte obiter indicavit, apud Tacitum, dum adoptaret Pisonem, hoc lib. cap. 15. 'Augustus in domo successorem quæsivit, ego in Rep. non quia propinquos aut socios belli non habeam,' &c. Per *propinquos*, ad Dolabellam respicit, per *socios belli*, ad Othonem.

[g] *Multos e magistratibus*] Nempe ne se absente, novi aliquid molirentur in urbe.

Multos .... secum expedire jubet] Sic et olim, teste Dione l. L. egit Augustus, cum bellum moveret adversus Antonium.

'Cæsar his animo auctus, cupiens-

rium partem, Otho, non participes aut ministros bello, sed comitum specie, secum expedire jubet: in quis et L. Vitellium, eodem quo ceteros cultu,[h] nec ut Imperatoris fratrem, nec ut hostis. Igitur mota urbis[i] cura:[1] nullus ordo metu aut periculo vacuus: primores Senatus ætate invalidi[2] et longa pace desides: segnis et oblita bellorum nobilitas; ignarus militiæ Eques: quanto magis occultare et[3] abdere pavorem[j] nitebantur, manifestius pavidi. Nec deerant e contrario, qui ambitione stolida, conspicua arma, insignes equos, quidam luxuriosos apparatus conviviorum et irritamenta libidinum,[k] ut instrumenta belli, mercarentur. Sa-

consulares fere omnes, non quidem *socios aut administros belli, sed prætextu comitatus: in quibus* etiam *et L. Vitellium, eodem quo reliquos honore* habuit, *nec ut fratrem principis, nec ut* fratrem *hostis. Itaque excita solicitudine urbis; nullus ordo a pavore immunis aut discrimine. Principes senatus imbelles et diuturno otio inertes; ignavi et immemores militiæ nobiles: inscius belli eques: quo magis abscondere ac dissimulare metum conabantur,* eo *apertius trepidabant. Et alii e contra fuerunt, qui stulta ambitione, emerent arma insignia, eximios equos, nonnulli profusos epularum paratus, et incitamenta cupidinum, velut instrumenta mi-*

1 *Motæ Urbis curæ* habet Brotier. et sic Mss. Reg. Corb. Agr. editio princeps, Rhenanus et Cl. Lallemand. In Mss. Bodl. Guelf. Puteolanus, Freinshemius et Cl. Ernestus, *mota urbis cura:* et sic Ryckius et Gronov. In Ms. Harl. prima manu, *mota;* altera, *motæ.*—2 Ms. Agr. *invalida.*—3 Sic bene Mss. et veteres ac recentiores editiones. Male in mediis, *ac abdere:* sic

NOTÆ

que quam primum uti alacritate exercitus egregie exercitati, ac bellum in Græcia, Antoniique regionibus potius, quam in Italia, prope Romam, gerere; Brundusium omnes milites, qui alicujus essent pretii, omnesque senatorum equitumque primores conduxit; alteros, ut eorum opera in agendo uteretur; alteros, ne soli relicti, ad novas res consurgerent: potissimum vero, ut ostenderet hominibus, maximam ac optimam Romanorum partem secum sentire.'

[h] *Cultu*] Ne de veste aut ullis insignibus intelligas: id est, eodem honore fuit apud Othonem, quo ceteri proceres.

[i] *Mota urbis cura*] Nam recens nata illa anxietas de salute et incolumitate urbis, et est veluti novum emergens in Rep. malum: nam sub Cæsaribus, et etiam motu Vindicis et Galbæ, immota et inconcussa pax urbis fuit: nunc vero Germanicianis legionibus Italiam irrumpentibus, cura ipsius urbis Romæ excita. Sic supra dixerat: 'sed discrimine urbis et periculo senatus anxius.'

Cura urbis mota] De re simili olim Lucanus I. 'Nec solum vulgus inani Perculsum terrore pavet; sed curia, et ipsi Sedibus exiluere patres, invisaque belli Consulibus fugiens mandat decreta senatus.'

[j] *Pavorem*] Qui ingruebat ex ferocia Germanicarum legionum: nec abs re.

[k] *Irritamenta libidinum*] Juven. Sat.

Digitized by Google

pientibus quietis et[4] Reipublicæ cura: levissimus quisque[1] et futuri improvidus, spe vana tumens: multi afflicta fide[5] in pace, ac turbatis rebus alacres, et per incerta tutissimi.

89. Sed vulgus, et magnitudine nimia[m] communium curarum expers populus, sentire paulatim belli mala, conversa in militum usum omni pecunia, intentis alimentorum pretiis: quæ, motu Vindicis, haud perinde plebem attriverant, secura tum urbe et[1] provinciali bello, quod inter legiones

litiæ. Prudentibus pacis et Reip. solicitudo fuit: *inconsultissimus quisque, et futuri ignarus, inani spe elatus* intumescebat: *plerique quibus elabefacta fides rebus compositis, turbidis lati, et incerta ac nutante Repub. maxime securi* erant.

Sed plebecula, et qui ob molem nimiam publicas curas omittit populus, sentire paulatim cœpit *ærumnas belli, omnibus opibus collatis in stipendium militum, et aucta annonæ caritate: quæ* mala, *bello Vindicis, non admodum preseverant exhausrantve plebem, quieta ac tranquilla tum civitate, et bello in provinciis moto,* et

antem Ryckius et Gronovius.—4 Male Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *a reip. cura.* Brotier.—5 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. Agr. editione principe, et Rhenanus, *multis afflicta fides.*

1 Ita Mss. Reg. Corb. editio princeps, Rhenanus et recentiores. In Mss.

NOTÆ

II. 102. scribit circumlatum Othoni inter instrumenta belli speculum: testimonium ab hoc Taciti dissidens Histor. II. 'Nec Othoni segne aut corruptum luxu iter.' *Savilius.*

Irritamenta libidinum] Adulaturi, scil. principi, luxum Neronianum æmulanti, talia circumferebant, *ut instrumenta belli.* Tales duces irridet Tacitus.

[1] *Levissimus quisque*] Eos opponit sapientibus, ut parum providentes, ut futuri parum sagaces, qui vana et speciosa pro solidis amplectebantur.

[m] *Magnitudine nimia*] Vel de magnitudine curarum publicarum id intelligitur, vel de multitudine populi, qui ob numerum et turbam a cura Reipub. removetur.

Infra: 'Ex quo D. Augustus.... procul et in unius solicitudinem aut decus, populus Rom. bellaverat.'

Magnitudine nimia] Puto, ob *magnitudinem* nimiam, talium, scil. *curarum;* ideo a publicis curis vacuum fuisse populum. Nam etsi satageret populus urbanus, in tanto rerum omnium animorumque motu, quid proficiat?

Et quia hactenus cives abfuerant procul a malis belli, ideo etiam vacuus et *expers communium curarum populus,* at nunc *sentire paulatim belli mala,* inopia pecuniæ et penuria alimentorum cœpit.

Magnitudine nimia] Sic plebeculam, ob nimiam multitudinem, parum aptam Reipub. gerendæ describit Sallustius orat. 2. ad Cæs. 'Hæc igitur multitudo, primum malis moribus imbuta, deinde in artes vitasque varias dispalata, nullo modo inter se congruens, parum mihi quidem idonea videtur ad capessendam Rempub.'

Digitized by Google

Galliasque velut externum[n] fuit. Nam, ex quo D. Augustus res Cæsarum composuit, procul, et in unius solicitudinem aut decus, Populus Romanus bellaverat. Sub Tiberio et Caio, tantum pacis adversa in Rempublicam pertinuere.[2,o] Scriboniani[p] contra Claudium incepta[3] simul

quod velut extraneum fuit inter legiones et Gallias. Etenim a quo tempore *D. Augustus constituit res principum, populus Rom. bellum gesserat longe et in unius curam, aut gloriam, Tiberio et Caio imperitantibus, solummodo pacis improspera formidavere. Conatus Scriboniani adversus Claudium simul auditi et oppressi*

Gnelf. Agr. Jes. et Puteolanus, *a prov. bel.*—2 Sic in editione principe. Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *Reip. pertimuere.* Ms. Agr. *in Rep. pertimuere.* Ms. Reg. *adversus Remp. pertinuere.* Mss. Corb. et Jes. *Reip. pertinuere.* [Lipsius et recentiores cum Brotiero *Pacis adversa pertimuere.*] Cum in Mstis omnibus mentio sit *reipublicæ*, tentabat Cl. Ernestus, *pacis adversa rempublicam perdidere.* Potior videtur Lipsiana emendatio. *Brotier.*—3 *Incæpta* Ryckius et

NOTÆ

[n] *Velut externum*] *Velut externum* fuit, respectu populi et urbis; at re ipsa *civile* bellum fuit. Nam Gallia pars florentissima totius imperii, et ipsi Galli jam in populo Rom. censebantur, civitate et curia donati. Initio rebellio Vindicis et *Galbianorum* appellabatur; mox bellum civile fuit, aut quasi civile. Vindex quippe civis et senator Rom. licet origine Viennensis.

[o] *Pacis adversa pertimuere*] Fallor aut hoc rectum: etsi a mente tantum nostra, sine libris: nam illi omnes voce auctiores, *adversa Reipub. pertimuere;* quam nos tamen superesse censemus, immo sententiam perdere. *Lipsius.*

Adversa] Omnes libri veteres habent: *adversa Reipub. pertimuere*, nec mutandum fuit. Et certe sub Tiberio et Caio eversa Respub. sub Claudio, sub Nerone item, ut qui cruore et cædibus in optimum quemque civium patrumque grassarentur. Sic de Nerone Tac. Ann. lib. xv. 'Provisum, ut versæ Reipub. pœnas daret.'

Igitur non ab re sub prioribus illis principibus, *adversa Reipub. pertimuere* tantum, non vero adversa ipsius urbis, præcise; at nunc et *Reipub.* timent, et ipsi urbi, quæ *caput rerum.*

Nam, Othone duce, legiones classesque, *prætorianus urbanusque miles in aciem deducti.* Sic timent *Reipub.* et timent etiam *urbi*, cum omnis senatus, omnis nobilitas, flosque omnis, ac præcipue vis urbis et opes auferantur.

Metuunt, ne violentia belli civilis in ipsa mœnia ingrust, ne fame prematur plebecula, amoto senatu et principe.

Et certe postea sub Vitellio contigit pars cladium, quas metuebant: nam pugnatum in ipsa urbe, &c.

Adversa pacis, bono quidem sensu, non tamen Taciti. Nec temere abscedendum a veteribus libris, nisi Mss. jubeant.

Reipub. adversa] Sic legendum: et id clare intelligetur ex altero simili loco supra cap. 50. 'Tum duos (Othonem et Vitellium) velut ad perdendum imperium fataliter electos, non senatus modo et eques, quis aliqua pars et cura Reipub. sed vulgus quo-

Digitized by Google

audita et coërcita. Nero nuntiis magis et rumoribus, quam armis depulsus. Tum legiones classesque, et, quod raro alias, Prætorianus urbanusque miles in aciem deducti: Oriens[q] Occidensque et quicquid utrimque[r] virium est a tergo: si ducibus aliis[4] bellatum foret, longo[5] bello materia.

erant. *Nero deturbatus magis literis et fama, quam bello. Tum legiones et classes, et quod insolitum alias* erat, *urbanæ et prætorianæ cohortes in expeditionem tractæ; Oriens, et Occidens, et quicquid utrobique armorum est a tergoq si Imperatoribus aliis bellum gestum foret, ampla* fuit *bellorum seges. Extitere, qui expedienti*

Gronovius.—4 Ita Mss. Reg. Corb. editio princeps, Pichena et recentiores.

NOTÆ

que palam mœrere. Nec jam recentia sævæ pacis exempla, sed repetita bellorum civilium memoria, captam totiens suis exercitibus urbem, vastitatem Italiæ,' &c. Ut vides, *vulgus* mœret, quemadmodum et hic, *populus sentire paulatim belli mala*, non amplius *secura urbe*, cui præcipue metuebat plebecula. Non jam solum Reipub. timebant, non bella externa, non *recentia sævæ pacis exempla*, ut sub Nerone aut aliis similibus; sed vetera bella civilia recurrebant animo, *captam totiens suis exercitibus urbem, &c.*

Itaque sub malis principibus *Reipub. adversa pertimuere.* At nunc et urbi metuunt proceres, qui Reipub. partem capessunt, metuit et vulgus urbanum, quia sentit *paulatim belli mala*, &c. Certe sub Tiberio et Caio *sævæ pacis adversa pertimuere;* sed certe et longe maxime *Reipub. adversa* metuere: nam quanto contemtui fuerit externis barbarisque gentibus uterque Imperator, sciunt qui vel primoribus labris historiam delibarunt. Infra Hist. lib. IV. 15. 'Pater ejus (Brinionis) Caianarum expeditionum ludibrium impune spreverat.' Et de Tiberio Sueton. 14. 'Regressus in insulam, Reipub. quidem curam usque adeo abjecit, ut....Armeniam a Parthis occupari, Mœsiam a Dacis Sarmatisque, Gallias a Germanis vastari neglexerit, magno dedecore imperii, nec minori discrimine.'

[p] *Scriboniani*] Dalmatiæ præfecti. Dio lib. LX. et Suet. Claud. 35. 'Motu civili, cum eum (Claudium) Camillus, non dubitans etiam citra bellum posse terreri, contumeliosa et minaci et contumaci epistola cedere imperio juberet, vitamque otiosam in privata re agere; dubitavit, adhibitis principibus viris, an obtemperaret.' Hanc historiam haud dubie composuerat Tacitus, sed hæc cum libris periit.

[q] *Oriens*] Oriens pro Othone. Tac. supra 76. 'Judaicum exercitum Vespasianus, Syriæ legiones Mucianus sacramento Othonis adegere. Simul Ægyptus omnesque versæ in Orientem provinciæ nomine ejus tenebantur. Idem Africæ obsequium, initio a Carthagine orto.'

[r] *Et quicquid utrimque*] Ut capias, distingue illa, *et quicquid utrimque virium est, a tergo;* neque enim jungendum est *a tergo.* A Vitellio legiones, ab Othone classis, et prætorius urbanusque miles in aciem deducti. Utrimque a tergo multum virium. Pro Othone Oriens, Occidens pro Vitellio. *Acidalius.*

A tergo Othonis legiones Mœsiæ, Pannoniæ, Dalmatiæ, et transmarinæ

Digitized by Google

Fuere, qui proficiscenti Othoni moras 'religionemque nondum conditorum ancilium,'[6a] afferrent. Aspernatus est[7] om-

Othoni cunctationem injicerent, superstitionemque motorum ancilium, *et* non-

In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *sub ducibus aliis si.*—5 Cum Msto suo Ryckius scribit *longa bello mat.* citatque Hist. III. 15. *immensam belli luem.*— 6 Addunt Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *scutum et arma cœlestia.* Quæ

NOTÆ

provinciæ, quæ sacramento ejus accesserant; a tergo Vitellii Germania, Galliæ, Britannia, Hispania, &c.

Quicquid utrimque virium] *Oriens Occidensque*, idem est ac *quicquid utrimque virium est a tergo.* A tergo Othonis, *Oriens;* a tergo Vitellii in Italiam bellum transferentis, *Occidens.*

Per *Orientem* intelligit omnes provincias transmarinas, præcipue Asiam, Ægyptum, Syriam, Judæam quæ tunc legiones habuit, puto et Pannoniam, Mœsiam, ac Dalmatiam, &c.

[6a] *Religionemque, &c. ancilium*] Mitto te ad ea, quæ scripsi olim antiq. Lect. I. v. c. 16. quibus attexi velim Ovidii locum Fastorum l. III. 'Arma movent pugnam; pugna est aliena maritis: Condita cum fuerint, aptius omen erit.' Quibus versibus vult poëta, ne conjugium quidem dextro pede adiri, cum *mota* sint *ancilia*, sed cum *condita.*

Festus autem ostendit etiam alios aliquot dies fuisse, quibus Romani tenuerint se ab armis: 'Præliares dies,' inquit, 'quibus fas est hostem bello lacessere: erant enim quædam feriæ publice, quibus nefas erat id facere.' *Lipsius.*

Religionem ancilium] 'Ancilia clypei Martis, ab incisu sic dicta, quod ea arma ab utraque parte, ut peltæ Thracum, incisa.' Varro lib. VI. de L. L. Ovid. Fast. III. 'Atque ancile vocat, quod ab omni parte recisum est.'

Dionys. Halic. lib. II. *ancile* Græce vertit, πέλτην Θρακίαν, *clypeum Thracium;* forma quam maxime similem: 'Parmæ figura rhombo simili, cujus anguli contracti.'

Livius lib. I. et V. vocat *cœlestia arma* et *cœlo demissa;* cujus rei historiam fuse describit Ovidius loco supra citato.

Extat eadem historia et apud Dionysium, variatis licet paulisper circumstantiis. Lampridius in Heliogabalo; 'matris typum, et Vestæ ignem, et Palladium, et Ancilia, et omnia Romanis veneranda,' &c.

Quæ vero motus ancilium spectant, in iis duo observari compertum habeo. Servius ad illum Virgilii locum, 'utque impulit arma,' sic scribit; 'Is, qui belli susceperat curam,' (consulem, ut puto, intelligit) 'sacrarium Martis ingressus, primo ancilia commovebat; post, hastam simulacri ipsius Dei; dicens: Mars, vigila.'

Hisce a consule actis, Salii, ut opinor, eorumque ministri protinus *ancilia* publice circumferebant. Istius pompæ solennia enarrat Dionys. et Livius lib. I. Festum illud, testante Dionysio, celebrabatur mense Martio, incipiebatque, ut ex Ovidio discimus, cum ipsis Kalend. Mart.

Festum ergo quod Kalendis Martii auspicabantur, extendebatur *ad multos dies* (Dionys.); atque ex hoc Taciti loco manifestum, non recondi solita ante *quartum decimum* ejusdem men-

Digitized by Google

nem cunctationem, ut Neroni quoque exitiosam: et Cæcina, jam Alpes transgressus, exstimulabat.

90. Pridie Idus Mart.[t] commendata Patribus Republica reliquias[u] Neronianarum sectionum, nondum in fiscum conversas, revocatis ab exilio concessit: justissimum donum et in speciem magnificum, sed, festinata jam pridem[r] exactione,[v] usu sterile.[x] Mox vocata concione,[w] 'majestatem

dum conditorum. *Sprevit ille moram omnem, ut Neroni etiam perniciosam: et Cæcina, jam tramissis Alpibus, urgebat.*

Pridie Idus Mart. commendata senatui Rep. Neronianarum proscriptionum reliquias nondum in fiscum collatas, restitutis exulibus donavit: æquissimum munus, et in speciem amplissimum, sed maturata exactione, re ipsa infructuosum. Deis

e margine irrepsisse nemo non videt. *Brotier.*—7 Sic Mss. Reg. Corb. Agr. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et a Puteolano omissum, *est;* et sic a Gronov.

1 Sic bene Mss. Flor. Agr. editiones veteres et recentiores. A Mss. Harl.

NOTÆ

sis, cum Otho abitus sui solennitate apud senatum et populum fungeretur.

Polyb. fragment. cærimonias illas producit *ad triginta dies:* sed *motus ancilium*, aliquot post istius festi initium dies, exordium habult, ut fidem facit ille Polybii locus, et Livius lib. XXXVII. ubi in eadem versatur materia; quo tempore durante, expeditiones suscipi non solent.

Suet. Oth. 8. Tacito suffragatus, huic loco facem allucet: 'Expeditionem impigre atque etiam præpropere inchoavit, (Otho) nulla, ne religionum quidem, cura; sed et motis, necdum conditis ancilibus, quod antiquitus infaustum habebatur.'

Liv. lib. XXXVII. 'Stativa ad Hellespontum aliquamdiu habuere: quia dies forte, quibus ancilia moventur, religiosi ad iter inciderant.' *Savilius.*

[t] *Pridie Idus Mart.*] Die quartadecima Martii mensis.

[u] *Reliquias*] Sic acciplo, descripta consignataque fuisse ex bonis damnatorum, quæ fisco petebantur; partem eorum statim, aut mox exportatam; partem in ædibus forte priorum dominorum relictam; eam tum Otho restitutis exulibus restitui jubebat.

Sed vanum id beneficium reddebant actores fisci, qui, nimirum, antequam id decretum publicaretur, ea de re certiores facti, mature suis rebus providerunt. *Freinshemius.*

Non forte, quia rescivissent de decreto, quod Otho cogitaret: nam et proceres idem rescire potuissent; nec tale debitum statim exsolvissent.

Et irrideret Otho senatum, si talia edicta ante jactasset, quam promulgaret. Sed certe solo ingenio et sævitia sectorum talia properantur, quia fortunæ et aulæ vices metuunt.

[v] *Festinata jam pridem exactione*] Nempe, ab ipsis qui fisco præerant: qui festinantes, et, ut in talibus, diffidentes, exegerant vel ante diem, pactione etiam aliqua, aut remissione. *Lipsius.*

Duplex potest esse sensus. Prior,

Digitized by Google

urbis et consensum Populi ac Senatus' pro se attollens, adversum Vitellianas partes modeste disseruit:[x] 'inscitiam[y] potius legionum, quam audaciam,' increpans, nulla Vitellii mentione: sive ipsius ea moderatio, seu scriptor orationis, sibi metuens, contumeliis in Vitellium abstinuit: quando, ut in consiliis militiæ, Suetonio Paulino et Mario Celso, ita in rebus urbanis[z] Galerii Trachali ingenio Othonem[3] uti

oratione habita ad populum, *celebrans* amplitudinem ac decus civitatis, et concordiam populi ac patrum *pro se, contra Vitellianas partes cum modestia concionatus est:* imprudentiam potius legionum *incusans*, quam improbitatem, *nulla mentione* facta *Vitellii: sive ipsius* Othonis *ea modestia* fuit, *sive qui orationem formaverat, sibi timens, probris in Vitellium temperavit; quippe existimabant, Othonem uti facundia Galerii Trachali in negotiis civilibus, quemadmodum*

Bodl. Jes. abest, *jam pridem.* Omisit quoque Rhenanus. *Brotier.*—2 Budens. *sterili.*—3 *Othonem* redundare existimant Acidalius et Ernestus.—4 Ita editio

NOTÆ

ut exactio hæc referatur ad exules revocatos, qui ex Othonis concessione modicum emolumentum, dummodo præsens, exigere maluerunt, quam interposito tempore, fructum locupletiorem expectare.

Verior tamen videtur, Fisci procuratores jam antea sectionum illarum festinavisse exactionem; ideoque Othonis donum, quod in fiscum conversa minime comprehendebat, sterile evasisse. *Pichena.*

Cum statim solvendo non essent, qui debebant fisco, novis pactis convertebant illas exactiones in alia nomina; ita ut jam legitimi debiti loco, non jure fisci aut lege majestatis exigi viderentur. Speciem mutabant talia nomina seu debita.

Festinata exactione] Plin. Paneg. 'Alius, ut contumacibus irasceretur, tarditatemque solvendi dupli vel et quadrupli irrogatione mulctaret,' &c. Ea arte festinabant actores fisci: mille et aliæ fallendi artes in hac materia.

[w] *Vocata concione*] Nempe populum Rom. pro rostris allocutus est Otho, et tum consensum senatus populique Rom. pro se celebravit, velut ex more antiquo.

[x] *Modeste disseruit*] Antea vocabat *Vitellii satellites:* nunc modestior est, ingenio suo, vel alieno.

[y] *Inscitiam*] Errorem, potius quam contumaciam aut perduellionem vocat. Ἁμάρτημα non ἀδίκημα fuit; *error* non *crimen.* Sic Otho videri voluit, ut eos flecteret ad obsequium, et sic ignoscendi locus esset, si forte resipiscerent.

[z] *In rebus urbanis*] Nempe, quæ ad forum, senatum, aut populum spectarent; ut sunt orationes, allocutiones, edicta ad populum, epistolæ ad legatos, et ad principes externos.

[a] *Ad implendas aures*] Quintil. XII. 5. 'Habuit oratores ætas nostra copiosiores: sed cum diceret, eminere inter æquales Trachallus videbatur; ea corporis sublimitas erat, is ardor oculorum, frontis auctoritas, gestus præstantia, vox quidem, non ut Cicero desiderat, pæne tragœdorum, sed super omnes, quos ego quidem audierim, tragœdos. Certe cum in basili-

Digitized by Google

credebatur: et erant, qui genus ipsum orandi noscerent, crebro fori usu celebre, et ad implendas[4] aures[a] latum et sonans Clamor vocesque vulgi, ex more adulandi, nimiæ et falsæ: quasi Dictatorem Cæsarem, aut Imperatorem Augustum prosequerentur, ita studiis votisque certabant: nec metu aut amore, sed ex libidine servitii, ut in familiis,[5b] privata cuique[c] stimulatio[6] et vile jam decus publicum.

ntebatur *Suetonio Paulino, et Mario Celso in consiliis belli: et erant, qui genus ipsum concionandi agnoscerent, frequenti usu fori famosum, et vastum ac* late *sonans,* sicque *populi auribus implendis* accommodatum. *Plausus acclamationesque plebis, ex libidine assentandi, immodicæ et falsæ: quasi* Julium *Cæsarem, aut principem Augustum deducerent, sic ambitione, favore votisque contendebant: neque* id *timore aut affectu* ullo, *sed* ingenita *cupidine serviendi,* atque *ut* fit *in familiis,* et inter mancipia, *privatim sua cuique ambitio et cupiditas, et* quia *jam nulla cura decoris*

princeps, Ernestus et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Agr. et Puteolanus, *ad implendas populi aures:* et sic Gronov. et Ryckius.—5 Frustra tentat Gronovius, *sed ex libidine servitii et in tantis malis privata cuique stimulatio et vile decus publicum.*—6 Ita Ms. Reg. et libri omnes editi. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. Guelf. *simulatio.* Altera manu emendatum in Ms. Harl. *stimulatio.*

NOTÆ

ca Julia diceret primo tribunali, quatuor autem judicia, ut moris est, cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, et auditum eum et intellectum, et quod agentibus ceteris contumeliosissimum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini.'

Et infra 11. 'In his etiam, quos ipsi vidimus, copiam Senecæ, vires Africani, maturitatem Afri, jucunditatem Crispi, sonum Trachalli, elegantiam Secundi,' &c.

[b] *Ut in familiis*] Solent adversa ex ebriis facere sobrios, et admonere decoris, atque efficere, ut privata spe neglecta, in publicum consulamus.

At hi adeo, inquit, assuerant servili adulationi, ut etiam, cum cogeret nemo, et tanta imminentia civilis belli mala facile tristiores vultus excusarent, gratiam captarent privatam, nec cogitarent, quid tali tempore Reip. deceret.

Lib. seq. Vitellius Neronem 'sectari cantantem solitus, non necessitate, qua honestissimus quisque, sed luxu et sagina mancipatus emtusque.' *Pichena.*

Ut in familiis] Bene redditur per *servilia:* nam ibi de *servitio* agitur, et de fœdissimis adulationibus vulgi: quamvis forte absolute etiam aliquatenus posset id intelligi de *ingenuis* familiis, in quibus liberi, propinqui, clientes, amici, sua privata quisque ratione seu utilitate ducuntur. Sed melius de *servitiis* intelligas; quia ibi de turpi obsequio agitur.

[c] *Privata cuique*] Privata cuique servulo utilitas, privata cuique cupido et ambitio. Sibi quisque privatim consulebat, nemo Reipub. *Vile jam decus publicum,* cum turpissimo cuique dominanti, *spreta conscientia,* fœde adularentur.

Digitized by Google

Profectus Otho,[d] quietem urbis curasque Imperii Salvio Titiano fratri permisit.

publici. Cum exiret Otho, commendavit pacem tranquillitatemque urbis et munia imperii fratri Salvio Titiano.

NOTÆ

[d] *Profectus Otho*] Roma profectus est Otho, referente Suet. 'Die quo cultores Deum Matris lamentari et plangere incipiunt.' Hoc est, si Marcellinum sequimur, die vigesimo septimo Martii. *Savil.*

Digitized by Google

C. CORNELII TACITI

HISTORIARUM

LIBER SECUNDUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. 1. Titus ad Galbam missus, nuntio mortis ejus accepto, vertit iter. 2. Paphiæ Veneris templum adit. 3. Hujus origo et Deæ cultus. 4. Ibi futura edoctus, acuto animo, ad patrem, qui bellum Judaicum profligaverat, redit. 5. Vespasiani Mucianique ingenium ac mores diversi. Hi Duces, positis odiis, in medium consulunt. Inde 6. 7. civilis belli occasio, intumescentibus Orientis legionibus. 8. 9. Falsi Neronis ludibrium, ab Asprenate compressum. 10. In urbe parvæ res magnis motibus actæ. Vibius Crispus Annium Faustum, delatorem fratris sui, pervertit.

11. Læta Othoni principia belli. 12. Miles ejus in Alpinos sævit, 13. in Albium Intermelium iras vertit. Egregium maternæ pietatis exemplum. 14. Imminet provinciæ Narbonensi Othoniana classis. Vitelliani cæsi, 15. nec Othonianis incruenta victoria. 16. Pacarium Procuratorem, juvare Vitellium Corsorum viribus parantem, insulani necant. 17. Vitellianorum res secundæ in Italia. 18. 19. Spurinna Placentiam munit contra Vitellianos: 20. eam Cæcina dum oppugnat, 21. amphitheatrum urbi proximum conflagrat. 22. Obsidione soluta, Cremonam Cæcina pe-

Digitized by Google

tit, ubi 23. Othoniani prospere pugnant. Vincentium impetum reprimunt Duces, inde suspecti fiunt suis. 24. Cæcinæ insidias in ipsum vertit Suetonius Paulinus, cujus 25. cunctatione Vitelliani servantur. 26. Utrimque tumultuantur milites.

27. Valens in Italiam copias ducit. 28. 29. Gravis in ejus exercitu orta Batavorum seditio Alpheni Vari consilio composita. 30. Junctis armis, æmulatione suppressa, Cæcina ac Valens Vitellium fovent, Othoni probra objectant. Eorum 31. Othonisque et Vitellii comparatio. Otho consultat de ratione belli. 32. Suetonius Paulinus moram suadet. 33. Titiani fratris et Proculi consilia prævalent. Otho cum valida manu Brixellum concedit. 34. Vitelliani transitum Padi simulant; 35. 36. quem prohibentes Othoniani cæduntur. 37. Vanus rumor, pavore belli fastidiove utriusque Principis, pacis consilia inter exercitus fuisse agitata. 38. Excursus de prioribus P. R. civilibus bellis. 39. 40. Titianus et Proculus ad quartum a Bedriaco castra imperite promovent. Ducibus dubiis, rem in discrimen mitti Otho jubet. 41—43. Bedriacensis pugna. 44. Othonianorum fuga et adversus Duces suos ira. 45. Induciæ. Victi cum victoribus, in lacrymas effusi, civilia bella detestantur. 46—49. Accepto cladis nuntio, Otho, consilii certus, spretis amicorum militumque solatiis, seditionem compescit, et in ferrum pectore incumbit. Funus maturatum. Ad rogum quidam militum se interficiunt. 50. Othonis ætas, origo, fama.

51. Novata luctu ac dolore militum seditio. 52—54. Pars Senatus, Othonem secuta, extremum discrimen adit. 55. Romæ trepidationis nihil, spectantur ludi; audita Othonis morte, Vitellio plauditur. 56. Gravis Italiæ victor exercitus. 57. Vitellius nuntium de victoria sua accipit, 58. simulque de transgressa in partes suas utraque Mauretania. 59. Blæsi verniles blanditias odiis pensat. 60. Othonianorum promtissimos Centuriones interficit, Duces absolvit. 61. Maricci, inserere sese fortunæ ausi, supplicium. 62. Vitellii gula, leges. Spretum Augusti Cæsaris-

Digitized by Google

que præconium. Pulsi mathematici. Equites arena prohibiti. 63. 64. Dolabellæ cædes. Triariæ licentia; Galeriæ et Sextiliæ modestia. 65. Cluvius absolvitur; Trebellius removetur. 66. Victæ legiones ferociunt. Quartadecimanorum et Batavorum discordia. 67. Prætorianorum honesta missio. Sparguntur legiones. 68. Luxuriam Principis æmulatur exercitus. Ticini tumultus alio tumultu sedatus. Verginii periculum. 69. Cohortes Batavorum in Germaniam remissæ: amputati legionum auxiliorumque numeri: miles luxu corruptus. 70. Vitellius Bedriacenses campos lætus lustrat, propinquæ sortis ignarus. 71. Neronis libidines æmulatur. Consulatus partitur. 72. Falsus Scribonianus cruci suffixus.

73. Vitellius, ob adactum in verba ejus Orientem superbus et vecors, Vespasiani ad nomen excitatur. 74. Hic bellum armaque parat: 75—78. nutantem firmant Mucianus, Legati alii, vatum responsa et Carmeli Dei Sacerdos. 79. 80. Imperatorem salutant Ægyptus et Syria. 81. Accedunt ad partes ejus Reges Sohemus, Antiochus, Agrippa; Regina Berenice. 82. Belli consilia. Titus instat Judææ. Vespasianus claustra Ægypti obtinet. 83. 84. Mucianus, cum exercitu præmissus, nervum belli conquirit. 85. 86. Mœsicæ Pannonicæque legiones, in partes transgressæ, Dalmaticum militem trahunt. Belli faces Antonius Primus, Cornelius Fuscus.

87. Vitellius, contemtior in dies, gravi urbem agmine petit, eamque, 88. 89. patrata multa militum paganorumque cæde, ut captam, ingressus, 90. magnificam de semetipso orationem promit, 91. humani Divinique juris expers, nonnulla tamen popularia usurpat. 92. Munia Imperii Cæcina ac Valens obeunt. Vitellio auctoritas nihil. 93. Militis in urbe otium, libidines, morbi, mortes, 94. insolentia, paucitas. Vitellii inopia, prodigentia. Duces Galliarum postulati ad supplicium. Militiæ ordo confusus. 95. Natalis Vitellii ingenti paratu celebratus. Inferiæ Neroni factæ. Urbis miseria. 96. Defectionis Flavianæ rumores male coërcet Vitellius. 97. 98. Excita tamen auxi-

Digitized by Google

lia, sed necessitas dissimulata. 99. Irrumpentibus hostibus, Cæcina ad bellum præmittitur; sed is 100. 101. cum Lucilio Basso classibusque Ravennate Misenensique proditionem componit, et ad partes Vespasiani transit. Gesta hæc sunt paucis mensibus anno eodem, Consulibus iisdem et aliis suffectis, de quibus videsis I. 77.

STRUEBAT jam Fortuna, in diversa parte terrarum,[a] initia causasque Imperio,[b] quod varia sorte,[1] [c] lætum[2] Reipublicæ aut atrox, ipsis Principibus prosperum, aut exitio[d] fuit. Titus Vespasianus e Judæa, incolumi adhuc Galba, missus a patre,[e] causam profectionis[f] ' officium erga Principem et

Jam disponebant fata, in alia parte orbis, principia causasque principatus, qui diversa fortuna, faustus Reip. aut sævus, ipsisque imperitantibus felix, aut perniciei fuit. Titus Vespasianus e Judæa missus a parente, imperante adhuc Galba, causam veniendi habebat, honorem erga Imperatorem, et idoneam postulandis dignita-

1 Sic optime Lipsius. In Mss. Reg. Vatic. *vari aborte*. Editio princeps, *vane ortum aborte*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *varie ortum*. Brotier.

NOTÆ

[a] *In diversa parte terrarum*] In Oriente nempe et Judæa, cui præerat Vespasianus.

[b] *Imperio*] Flaviæ scilicet familiæ. *Sarilius.*

[c] *Quod varia sorte*] Recte *varia sorte*, atque ita est: Imperium Vespasianorum felix Reip. et infelix, itemque ipsis principibus fuit. *Lipsius.*

Vere *varia sorte* illud imperium, quod lætum sub Vespasiano et Tito, quod atrox et odiosum sub Domitiano.

Videtur Suetonius idem initium facere vitæ Vespasiani, quod Tacitus hic historiæ: ' Rebellione trium principum, et cæde, incertum diu, et quasi vagum imperium suscepit, firmavitque tandem gens Flavia: obscura illa quidem, ac sine ullis majorum imaginibus: sed tamen Reip. nequaquam pœnitenda; constet licet Domitianum cupiditatis ac sævitiæ merito pœnas luisse.'

[d] *Exitio*] Domitiano scil.

[e] *Missus a patre*] Qua de re Egesippus 4. ' Sententiam novi principis (Galbæ) de bello Judaico sciscitari Vespasiano consilium fuit; misitque Titum filium et regem Agrippam. Titus de Achaia revertit, comperto quod Galba occisus: Agrippa Romam contendit.' *Lipsius.*

[f] *Causam profectionis*] Vera hæc causa fuit, cur Romam veniret Titus; sed vulgus, qui cuncta principum interpretatur pro libito, prætextum tantum esse voluit, et aliam causam hujus profectionis rumoribus differebat; nempe *accitum in adoptionem, &c.*

Digitized by Google

maturam petendis honoribus juventam' ferebat. Sed vulgus fingendi avidum disperserat, 'accitum in adoptionem.'[g] Materia sermonibus, senium et orbitas Principis et intemperantia civitatis, donec unus eligatur, multos destinandi. Augebat famam ipsius Titi ingenium,[h] quantæcumque fortunæ capax, decor[3] oris[i] cum quadam majestate,[j] prosperæ Vespasiani[4] res,[k] præsaga[5] responsa,[l] et, inclinatis ad cre-

tibus ætatem. *Sed populus, rumorum avidus, vulgaverat*, accersitum *esse eo consilio*, ut adoptaretur. *Occasio* talis *famæ, senectus et orbitas Galbæ, et immodestia vulgi, plurimos monstrandi, donec unus assumatur. Intendebat rumorem ipsius Titi indoles, quantolibet fastigio haud impar, dignitas oris cum quadam majestate, secundæ Vespasiani res, vaticinia, oracula, et pronis ad credendum animis,*

—2 *Semen* pro *lætum* habet Budens.—3 Sic bene Rhenanus. In Ms. Reg. et editione principe, *decoris*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *decori*. Brotier. Ryckii Cod. *decorus*.—4 A quibusdam Mstis absunt *Vespas. res*.—5 Ita Mss. et libri editi. Malliet Gronovius *præsagia, responsa*; quod mox sequatur *ominum*, quæ sunt præsagia. *Brotier. Præsagia* etiam vult Ernestus.

NOTÆ

[g] *Accitum in adoptionem*] Sueton. Tit. 5. 'Galba mox tenente Remp. missus ad gratulandum, quaqua iret, convertit homines, quasi adoptionis gratia arcesseretur.'

[h] *Titi ingenium*] Suet. Tit. 3. 'Armorum et equitandi peritissimus, Latinæ Græcæque linguæ, vel in orando, vel in fingendis poëmatibus promtus et facilis, ad extemporalitatem usque; sed ne musicæ quidem rudis, ut qui cantaret et psalleret jucunde scienterque.'

[i] *Decor oris*] Sic Hist. v. 1. 'Atque ipse, ut super fortunam crederetur, decorum se promtumque in armis ostendebat, comitate et alloquiis officia provocans; ac plerumque in opere, in agmine, gregario militi mixtus, incorrupto ducis honore.'

Sic etiam Suet. Tit. 3. 'In puero statim corporis animique dotes exsplenduerunt: magis ac magis deinceps per ætatis gradus: forma egregia, et cui non minus auctoritatis inesset quam gratiæ: præcipuum robur, quanquam neque procera statura, et ventre paulo projectiore: memoria singularis, docilitas ad omnes fere tum belli tum pacis artes.'

[j] *Cum quadam majestate*] Narcissus curiose inquisivit, an imperaturus esset Britannicus, teste Suet. Tit. 'Educatus in aula cum Britannico simul, ac paribus disciplinis, et apud eosdem magistros institutus. Quo quidem tempore aiunt, metoposcopum a Narcisso Claudii liberto adhibitum, ut Britannicum inspiceret, constantissime affirmasse, illum quidem nullo modo, ceterum Titum, qui tunc prope astabat, utique imperaturum.'

[k] *Prosperæ Vespasiani res*] Responsa seorsim sine addito nihil forte ad mentem Taciti. Addendum igitur et leg. *præsaga responsa*, et præsertim cum omnes libri et Mss. consentiant. *Prosperæ Vespasiani res*, erant nempe triumphalia ornamenta, et in spatio brevi duplex sacerdotium acceptum; præterea consulatus, teste Suet. Sed quod majus erat, prosperæ res Ves-

Digitized by Google

dendum animis, loco ominum[6] etiam fortuita.[7] [m] Ubi Corinthi,[n] Achaiæ[o] urbe, certos nuntios accepit de interitu Galbæ, et aderant, qui arma Vitellii bellumque affirmarent, anxius animo, paucis amicorum adhibitis, cuncta utrimque

loco præsagiorum, etiam accidentia. Postquam Corinthi, quæ est Achaiæ civitas, certa nuntia audivit de morte Galbæ, et aderant, qui de rebellione belloque Vitellii asseverarent, pendens animi, paucis familiarium in consilium *vocatis, omnia utrim-*

—6 Sic Mss. Bodl. Guelf. Puteol. et recentiores. Ita quoque emendatum in Mss. Harl. Jes. qui ante habebant *omnium*, ut et ed. pr.—7 Sic Grotius et recentiores. In Mss. Bodl. Jes. Reg. et editionibus veteribus, *etiam fortuna.*

NOTÆ

pasiani in Oriente et in Judæa.

Suet. Vesp. 4. 'Ut primum provinciam attigit, proximas quoque convertit in se, correcta statim castrorum disciplina, uno quoque et altero prælio tam constanter inito, ut in oppugnatione castelli, lapidis ictum genu, scuto sagittas aliquot exceperit.'

Quod idem Tac. hoc lib. cap. 4. 'Profligaverat bellum Judaicum Vespasianus, oppugnatione Hierosolymorum reliqua,' &c.

[l] *Præsaga responsa*] Sic Suet. Vesp. 5. 'Nuntiabantur et ex urbe præsagia, Neronem diebus ultimis monitum per quietem, ut thensam Jovis Opt. Max. e sacrario in domum Vespasiani et in Circum deduceret: ac non multo post comitia secundi consulatus, ineunte Galba, statua Divi Julii ad Orientem sponte conversa; acieque Bebriacensi, priusquam committeretur, duas aquilas in conspectu omnium conflixisse; victaque altera, supervenisse tertiam a solis ortu, ac victricem abegisse.' En *præsagia*, en omina.

Responsa autem multa vatum et oraculorum Suet. Vesp. 5. 'Apud Judæam Carmeli Dei oraculum consulentem ita confirmavere sortes, ut quicquid cogitaret volveretque animo, quantumlibet magnum, id esse proventurum, pollicerentur; et unus ex nobilibus captivis Josephus cum conjiceretur in vincula, constantissime asseveravit, fore ut ab eodem brevi solveretur, verum jam imperatore.'

[m] *Loco ominum etiam fortuita*] Recte *loco ominum etiam fortuita.* Quæ alias casui ascripta fuissent, rapiebantur *in omen* principatus Tito destinati, ex quo semel ista credulitas animos invaserat.

Sic Ann. I. 'Quæ casus obtulerat in sapientiam vertenda ratus.' Et Hist. IV. 'Quod in pace fors seu natura, tunc fatum et ira Dei vocabatur.' *Grotius.*

Loco ominum] Inclinatis semel vulgi ad credendum animis, loco præsagiorum et oraculorum erant, etiam quæ forte et solo casu contingebant.

[n] *Corinthi*] Corinthus, urbs Corinthiacæ regiunculæ, in Achaia regione minore Peloponnesi provinciæ: hodie vocatur *Coranto* et *Corinthe*, a Turcis dicitur *Germen*, urbs parva Clarenzæ regionis minoris, in Morea provincia præfecturæ Romeliæ, sub Turcico imperio Europæo. *Tillemon.*

[o] *Achaiæ*] Achaia regio minor Peloponnesi provinciæ ad Corinthiacum sinum, in Græcia: hodie pars major *Clarenzæ* tractus, in Morea provincia Romeliæ, sub Turcico imperio Europæo. *Tillemon.*

Digitized by Google

perlustrat. 'Si pergeret in urbem, nullam officii gratiam, in alterius honorem[p] suscepti: ac se Vitellio, sive Othoni, obsidem fore.[q] Sin rediret, offensam haud dubiam victoris: sed incerta[8] adhuc victoria, et concedente in partes[r] patre, filium excusatum. Sin Vespasianus Rempublicam susciperet, obliviscendum offensarum[9][s] de bello agitantibus.'

2. His ac talibus inter spem metumque jactatum,[1] spes[t] vicit. Fuere, qui, 'accensum desiderio Berenices Reginæ, vertisse iter' crederent. Neque abhorrebat[u] a Berenice juvenilis animus: sed gerendis rebus nullum ex eo impedimentum: lætam voluptatibus[v] adolescentiam egit, suo

que perpendit: Si iret in urbem, nemini *imputari posse* honorem officii, quod alterius gratia suscepisset: ac se in potestate fore Vitellii, vel Othonis. Sin reverteretur, offensionem haud dubie victoris *incurrere:* sed dubia adhuc victoria, et accedente partibus parente, veniam obtenturum filium. Sin Vespasianus imperium occuparet, spernendas offensiones bellum molientibus.

His et similibus rationibus *spem inter et formidinem anxium ac distractum, spes superavit. Non defuere, qui existimarent,* incitum amore Berenices reginæ, *mutasse consilium* ut rediret. *Et certe amabat Berenicem juvenili ardore* Titus; *sed administrandis rebus nulla ex eo mora: amœnam voluptatibus juventam egit,*

—8 Sic Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *et incerta.* Male editio princeps, *et incertam adhuc victorium.* Brotier.—9 Ita Ms. Corb. editio princeps et recentiores. Male in Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *infensarum.* Emendatum in Ms. Harl. *offensarum.* Idem.

1 Ita Mss. et editi libri. Mallet Cl. Ernestus, *jactatis:* eleganter quidem,

NOTÆ

[p] *In alterius honorem*] Galbæ nempe.

[q] *Obsidem fore*] *Obsidem* nempe, ne ipse aut pater novas res molirentur, et Rempub. occupare vellent: sic filii præsidum ac proconsulum sæpe in urbe retenti ea causa. Et olim magistratus dati apud Athenas, præcipue his qui filios haberent, velut obsides amoris patrum, ac Reipublicæ bene gerendæ pignora.

[r] *Concedente in partes*] Victoris nempe, seu Othonis, seu Vitellii.

[s] *Obliviscendum offensarum*] Id est, abolendas armis offensas, seu de his non magnopere laborandum, si bellum agitarent; tum quippe odia vel negliguntur, vel palam vindicantur armis.

[t] *Spes*] Spes metusque varie distrahebant animum; spes vicit metus ex offensa victoris, spes ex bello, 'si Vespasianus Remp. susciperet.'

[u] *Neque abhorrebat*] Fuisse hanc forma conspicuam, quodam disticho Asclepiades in ejus formam scribit, si modo de eadem sensit. Nam et aliæ hoc nomine celebrantur. 'Ambigo, an hæc Veneris sit imago, vel Berenices: Sit mage utri similis, hospes amice, refer.' *Alciatus.*

[v] *Lætam voluptatibus*] Suet. Tit. 7.

Digitized by Google

quam patris imperio[w] moderatior.[2] Igitur oram Achaiæ[x] et Asiæ,[y] ac læva maris prævectus,*[z] Rhodum[a] et Cyprum[b] in-

suo mox *temperantior principatu, quam paterno. Itaque cum prælegisset oram Achaiæ, et Asiæ, et sinistra pelagi, tendebat Rhodum et Cyprum insulas,* et *hinc*

at non necessario. *Brotier.*—2 Sic Mss. Med. et Agr. Recepere Bipont.: Brotier. ceterique editores dant *modestior.*—* Sic bene Mss. Corb. Harl. Bodl. Jes. Guelf. editio princeps et recentiores. In Ms. Reg. *provectus.* Puteolanus, *præterrectus,* [et sic Ryckius et Gronov. cum Bipont.] *Brotier.*—

NOTÆ

'Suspecta in eo etiam luxuria erat, quod ad mediam noctem comissationes cum profusissimo quoque familiarium extenderet; nec minus libido, propter exoletorum et spadonum greges, propterque insignem Reginæ Berenices amorem, cui etiam nuptias pollicitus ferebatur.'

[w] *Suo quam patris imperio*] Suet. Tit. 1. 'Quando privatus, atque etiam sub patre principe, ne odio quidem, nedum vituperatione publica carnit.'

Suo quam patris] Cic. pro M. Cælio: 'Multos vidi et audivi, non modo qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ voluptuariæ et extremis, ut dicitur, digitis attigissent, sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando, et se ad frugem bonam, ut dicitur, recepisse, gravesque homines et illustres fuisse.'

[x] *Achaiæ*] Achaia tribus modis est consideranda.

Primo *Achaia* sive *Hellas*, et *Græcia* proprie dicta, provincia est Græciæ regionis ad mare Ionium, Siculum, et Ægæum: hodie vocamus *Achaie*, provincia præfecturæ Romeliæ in Turcico imperio Europæo.

Secundo modo *Achaia propria*, regio minor Peloponnesi provinciæ, et ad sinum Corinthiacum; in Græcia regione: hodie pars major *Clarenzæ* tractus, in Morea provincia præfecturæ Romeliæ, &c.

Tertio denique modo, Romani ex Achaia et Peloponneso unicam fecere provinciam sub *Achaiæ* nomine, quæ proconsuli diœceseos Macedoniæ parebat: hodie *Achaie* et *Morée*, in præfectura Romeliæ, &c. *Tillemon.*

[y] *Asiæ*] Intelligit partem occidentalem Asiæ minoris peninsulæ, ad mare Ægænm: hodie pars major præfecturæ *Natoliæ*, et pars quædam præfecturæ *Maris* vel *Insularum* ad Archipelagum, in Natolia regione Turcici Imperii Asiatici. *Tillemon.*

[z] *Læva maris prævectus*] *Læva*, id est, lævas maris partes, aut læva maris littora; illa scilicet maris Mediterranei loca, quæ ex Syria Corinthum petentibus ad lævam sita. *Savilius.*

Maris] Ægæum mare alluit oram orientalem Græciæ regionis, et littora occidentalia Asiæ minoris peninsulæ.

Hodie illud mare vocamus *Archipel*, vel *Archipelague:* est inter Romeliam et Natoliam præfecturas Imperii Turcici Europæi et Asiatici. *Tillemon.*

[a] *Rhodum*] Rhodus una insularum Sporadum prope Asiam minorem: hodie *Rhodes*, contra oram Natoliæ, sub præfecto Maris vel insularum, in Turcico Imperio Asiatico. *Tillemon.*

[b] *Cyprum*] Cyprus insula in parte orientali maris Mediterranei, et contra Ciliciam regionem Asiæ minoris; hodie a Turcis vocatur *Kybros*, et a

Digitized by Google

sulas, inde Syriam, audentioribus[3] spatiis[c] petebat. Atque illum cupido incessit, adeundi visendique templum Paphiæ Veneris,[d] inclytum per indigenas advenasque. Haud fuerit longum, initia religionis, templi situm,[4e] formam Deæ,[f] neque enim alibi[g] sic habetur, paucis disserere.

in Syriam, liberiori egressu, festinabat. *Atque illum intravit cupido adeundi videndique delubrum Paphiæ Veneris, celebre inter incolas alienigenasque. Haud prolixum fuerit memorare paucis principia sanctitatis,* hujus *delubri structuram, ac imaginem Deæ, neque enim alibi sic visitur.*

—3 Ms. Corb. *ardentioribus:* quidam apud Ryckium *lentioribus.*—4 Cum de templi *situ* nihil Tacitus disserat, Dureau legit, *ritum;* ideoque vertit: 'Je vais dire un mot sur l'origine de ce culte, sur les cérémonies qu'on observe dans le temple.' *Brotier.*

NOTÆ

Francis *Cypre* vel *Chipre.*

Vide quæ notavimus ad Annales III. 62. *Tillemonius.*

[c] *Audentioribus spatiis*] Id est, per altum, ut opponat inter se littus et oram legere seu prætervehi, et sensus loci sit: Titum Corintho Cyprum versus oram legisse, atque e Cypro in Syriam mari aperto transvectum. *Savilius.*

[d] *Templum Paphiæ Veneris*] Strabo lib. XIV. Homerus Odyss. Θ. 362. Dionysius Afer totam appellat insulam, 'Veneri pergratis sedibus urbem.' *Savilius.*

Templum in Palæpapho erat promontorio, longe a Papho stadiis 60. *Ferrettus.*

Suet. Tit. 5. 'Sed ubi turbari rursus cuncta sensit, rediit ex itinere: aditoque Paphiæ Veneris oraculo, dum de navigatione consulit, etiam de imperii spe confirmatus est.'

Paphiæ] Paphos, urbs Cypri insulæ in latere occidentali: hodie *Baffo,* urbs insulæ *Kybros* vel *Chipre,* in Turcico imperio Asiatico. *Tillemon.*

[e] *Initia religionis, templi situm*] Notat Interpres Gallicus, Tacitum non descripsisse originem religionis, neque structuram templi. At certe dicit Tacitus, a quo sit situm, conditum, ac sacratum illud templum, scil. *conditorem templi Regem Aëriam.*

Et *initia religionis,* seu cærimoniarum memorat, cum dicit: *Deam ipsam conceptam mari, huc appulsam.* Et præcipue his verbis: *scientiam artemque haruspicum accitam, &c. Atque ita pactum, ut familiæ utriusque,* (Regis nempe, et haruspicis, seu sacerdotis,) *posteri cærimoniis præsiderent.* Ea origo religionis et cærimoniarum.

Neque expectes, ut Tacitus describat formam aut speciem templi externi. Hinc tamen colligi possit, fuisse splendidum templum, ac magnificum, quo, nempe, congesta dona regum et civitatum. 'Titus spectata opulentia donisque Regum,' &c.

[f] *Formam Deæ*] Effigiem Veneris, seu formam statuæ illius, nempe quam describit infra: 'Simulacrum Deæ, non effigie humana,' &c.

[g] *Neque enim alibi*] Id est, ejusmodi forma. Male quidam interpretantur, apud alios scriptores non sic proditum. *Pichena.*

Digitized by Google

3. 'Conditorem templi Regem Ærian'[1] [h] vetus memoria, quidam[1] 'ipsius Deæ nomen id' perhibent. Fama recentior tradit, 'a Cinyra[2] [j] sacratum templum, Deamque ipsam, conceptam mari, huc appulsam. Sed scientiam artemque[3] Haruspicum accitam;[4] [k] et Cilicem[5] [l] Tamiram[6] intulisse: atque ita pactum, ut familiæ utriusque posteri[m] cærimoniis

Prisca historia celebravit, fundatorem delubri regem Aëriam; *nonnulli* vero *dicunt* id vocabulum *esse* ipsius Deæ *Veneris*. *Fama nuperior docet*, delubrum dicatum *fuisse* a Cinyra, et ipsam Deam natam æquore, huc advectam *esse*. Sed doctrinam scientiamque vatum, *seu sacerdotum*, accersitam; et Cilicem Thamyram invexisse. Atque ita conventum *fuisse*, ut gentis utriusque pos-

1 Male Mss. et veteres editiones, *regem Verianum*, aut *Venerianum*. Inde Alciatus tentabat, *Uranium;* quod idem est atque *Aeriam*, ab Οὐράνιος. *Brotier*. Brotierus igitur cum Ryckio legit *Aeriam*. Gronov. cum Bipont. *Aerian*.—2 Male Mss. et veteres editiones, *a Cinara*. In editione principe, *a cura*. Brot. —3 In Ms. Corb. et editione principe, *scientia arteque*.—4 Ms. Corb. *accitum*. —5 Puteolanus, *accitum e Cilicia Myram*. At cum Mss. Harl. Bodl. Jes. habeant, *e cilicenta miram*, nec aliter Mss. Flor. Guelf. editio quoque princeps, *et cilicenta miram*, Rhenanus recte emendavit, *et Cilicem*. Brotier.—6 Sic

NOTÆ

[h] *Regem Ærian*] Libri scripti, *Verianum* hunc nominant, aut *Venerianum:* pro vulgata lectione tamen Tacitus ipse in Annalibus est III. 62. 'Exin Cyprii tribus delubris, quorum vetustissimum Paphiæ Veneri auctor Ærias, post filius ejus, Amathus,' &c.

Ægyptum ipsam olim Æriam dictam fuisse, Isidoro alibi traditum est, et Agellio. *Lipsius.*

Ærian] *Uranium* lego: unde Paphia Venus *Uraniæ* nomen sumsit. Pausanias in Attica *Uraniæ* Veneris templum extitisse auctor est, quam mortalium primi Assyrii coluerint, mox Paphii, dein Phœnices, qui Ascalonem Palestinæ incolunt, a quibus edocti Cytheræi iisdem sacris initiantur. *Alciatus.*

[i] *Quidam*] *Aëriæ* Veneris nomen nusquam legi: *Acreæ* Veneris templum est in monte prope Carpasiam, cui summo nomen Olympus: quod nec adire nec videre mulieribus licet, auctor Strabo. *Ferrettus.*

[j] *A Cinyra*] Cinyras pater Cypri, a quo putant nonnulli insulam accepisse nomen. Eustath. in Dionys. 'Nonnulli vero dicunt Cyprum appellatam esse ipsam a Cypro filio Cinyræ.' *Surilius.*

[k] *Accitam*] Nempe accivit Cinyras Thamyram Cilicem, qui secum haruspicinam disciplinam invexit. Cilices peritissimi haruspices.

Accitam] An ab ipso Cinyra, an ab aliis? potius a Rege: nam *pactum ut familiæ utriusque posteri* sacerdotium obtinerent.

[l] *Cilicem*] Cilicia, provincia Asiæ minoris peninsulæ in latere meridionali: hodie pars *Caramaniæ* provinciæ, vel pars præfecturæ *Kybros* aut *Chypre* insulæ, in parte meridionali Natoliæ regionis, sub Turcico Imperio Asiatico. *Tillemon.*

[m] *Familiæ utriusque posteri*] Nempe

Digitized by Google

præsiderent.' Mox, ne honore nullo Regium[7] genus peregrinam stirpem antecelleret, ipsa, quam intulerant, scientia hospites cessere: tantum Cinyrades[n] Sacerdos consulitur. Hostiæ, ut quisque vovit,[o] sed[8] mares deliguntur. Certissima fides hædorum fibris.[p] Sanguinem[q] aræ offundere[9] vetitum: precibus[r] et igne puro[s] altaria adolentur,

teri religioni rituique præessent. *Dein, ne proles regia nullo decore anteiret alienigenam gentem, peregrini cesserunt arte ipsa quam invexerant;* nunc *solummodo vates*, seu haruspex, *Cinyra ortus interrogatur. Victimæ, ut quisque promisit; sed mares* tantum *immolantur. Certius creditur extis hædorum. Super aram effundere cruorem nefas; votis et flammis puris adolentur altaria, nec ullis pluviis*

Gronovius et Ryckius cum Bipont.: Brotier. scribit *Thamiram*.—7 Ms. Corb. *regum*.—8 Sic bene Pichena et recentiores, e Ms. Flor., in quo, *ut quisque vovit sed mares*. Perperam ceteri Mss. et veteres editiones, ut *quisque novisset*, vel *vovisset, mares*. Brotier.—9 Budens. *effundere*.

NOTÆ

Æriæ Regis, seu Cinyræ et Thamyræ.

[n] *Cinyrades*] Plut. lib. II. de Fort. aut Virt. Alex. 'In Papho, Rege ob flagitia ab Alexandro ejecto, cum Rex alter non reperiretur, quod Cinyradarum gens funditus deleta existimaretur, unum tandem tradunt inventum inopem, ultimique nominis hominem in hortulo quodam neglectum, vixque se ex eo tolerantem. Ad Alexandrum deductus, obsoleta plagula amictus, rex est pronuntiatus, assumtaque purpura, unus eorum esse cœpit, qui regis sodales vocabantur.'

[o] *Hostiæ, ut quisque vovit*] Sensus est: Quascumque hostias, seu quæcumque pecora vovere licet, modo sint potioris sexus: sic debent esse eximiæ hostiæ, ut mares deligantur, Veneris altaribus immolandi.

[p] *Hædorum fibris*] Quis talem ritum aut causam penetret? nisi forte quia maxime lasciviunt hædi, et in Venerem proni sunt. Ob talem indolem forte gratiores Veneri victimæ censentur.

[q] *Sanguinem*] Sævitiam et cruorem horret Venus; precibus flectitur potius et amore, seu *igne puro*.

[r] *Precibus*] Si incruentum fuerit sacrificium, ut ex hisce verbis colligere licet, non vane dubitetur, cur præcesserit mentio de eligendis bestiis, de *hædorum fibris, et cæsis compluribus hostiis* a Tito.

Sed forte sanguinem victimarum spargere ante altare fas erat, dummodo ipsum immolandorum cruore illibatum servaretur. *Savilius.*

[s] *Igne puro*] An quia elicitus e cœlo ignis, et quasi divinitus immissus? quod faciebant multi Ethnicorum sacerdotes, sive magicis artibus, sive quo alio pacto. Puto potius *ignem purum* ibi esse, qui opponitur igniibus quos cæde ac sanguine victimarum adolebant, *sanguinem aræ offundere vetitum: precibus, &c.* ut opponat *sanguinem aræ offusum* (scil. aliis altaribus Deorum) *precibus* et *puro igni*, quo adolebantur hic altaria Veneris.

Digitized by Google

nec ullis imbribus,[t] quanquam in aperto,[u] madescunt.[v] Simulacrum Deæ non effigie humana: continuus orbis[w] latiore initio tenuem in ambitum, metæ modo,[x] exsurgens: et ratio in obscuro.

4. Titus spectata opulentia donisque Regum, quæque

irrigantur, quanquam sub dio sint. *Imago Deæ non specie*, aut forma *humana, perpetuus globus* est, *latiore principio in exiguum circuitum coni instar se attollens: et causa in incerto* est.

Titus inspectis opibus ac munificentia regum, quæque alia Græci homines rerum

NOTÆ

[t] *Nec ullis imbribus*] Veneri aëriæ et cœlesti quasi parcit cœlum, parcit æther. Nec ullis tempestatibus aut imbribus obnoxia ejus altaria. Aëriæ Veneris aram quamvis sub dio sitam veluti venerantur cœlestia meteora; ut illam attingere aut polluere non ausint.

Fuerunt et aliæ aræ fama celebres, quæ sic caræ cœlo, vel sacrosanctæ, et veluti inviolatæ fuerunt, si credimus Plinio et aliis auctoribus.

[u] *Quanquam in aperto*] Eustathius in Odyss. Θ., ubi agit de ara quam Veneri sacravit Paphos: 'Dicta ara sub dio posita erat, eo modo quo aliæ etiam apud Homerum fuisse videntur, in quibus sacra faciebant viatores.' *Savilius.*

[v] *Madescunt*] Idem narrat Polyb. lib. XVI. neque alii fidem denegant: 'Fertur et creditur apud Bargylietas, statuam Dianæ, quæ Kindias vocatur, etsi sub dio positam, nec pluviis nec nivibus madescere.' *Savilius.*

[w] *Continuus orbis*] Figura, quam Tacitus describit, conus est: Maximus Tyrius serm. 38. vocat πυραμίδα; levi discrimine, si urgeatur proprietas: 'Venus magnis apud Paphios afficitur honoribus, statuam ejus non alii rei melius compararis quam candidæ pyramidi, aut potius triangulari pyramidi.' *Savilius.* Non *triangulari:* nam forma Deorum *rotunda;* ut hic *continuus orbis.*

Continuus orbis] Vertit interpres Italus, quasi figura ea esset continuæ pyramidis rotundæ.

Orbis] Ut globus seu sphæra, nisi quod *latiore initio*, tenuem in conum assurgeret instar pyramidis; forte, quia sic ignis, seu amor exprimebatur: *ratio in obscuro* et incerto; talia erant quæ Græci, *incertæ vetustati* affingebant. Forte sic Deum esse infinitum demonstrabant.

Continuus] Non tamen *continuus* ille orbis, si latior in basi, dein metæ instar in conum exsurgit. *Continuus* ille censeri debeat, quia tota illa figura globus est, et quia nullam aliam habet formam seu figuram, præter orbicularem: continuus orbis ille quamvis latior initio, seu in basi, sensim tenuem in ambitum, metæ modo, desinat.

Sic amor, sic flamma ignis latior initio, in pyramidis formam sese attollit: ea natura ignis est, quo forte et amor exprimitur.

[x] *Metæ modo*] Senec. epist. 113., ubi quærit, an virtutes sint animalia, an homines, an Dii? 'Quid porro? non interrogabo illos, quam figuram habeant ista animalia? hominis, an equi, an feræ? Si rotundam illis, qualem Deo, dederint; quæram, an et avaritia, et luxuria, et dementia æque rotundæ sint? sunt enim et ipsa animalia.'

Digitized by Google

alia lætum antiquitatibus Græcorum[y] genus incertæ vetustati affingit, 'de navigatione' primum[z] consuluit. Postquam 'pandi viam et mare[a] prosperum' accepit, de se per ambages[b] interrogat, cæsis compluribus[1] hostiis. Sostratus (Sacerdotis id nomen erat) ubi læta et congruentia exta, magnisque consultis annuere Deam, videt,[2 c] pauca in præsens et solita[d] respondens, petito secreto, futura aperit. Titus,

priscarum avidi obscuræ ac fabulosæ antiquitati assignant, primum interrogavit de profectione maritima. Et *ubi audivit* aperiri iter *sibi*, et secundam *fore* navigationem, *de se per ænigmata consulit, mactatis quamplurimis victimis. Sostratus, (sic vates appellabatur,) postquam animadvertit faustas prosperasque fibras, magnisque consiliis favere numen, pauca tunc coram, et solennia renuntians, postulato arcano, ventura promit. Titus auctus omine ad parentem delatus, erectis*

1 Ita Ms. Corb. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *pluribus*.— 2 Sic Ms. Reg. editio princeps, Rhenanus et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *vidit*. Altera manu emendatum in Ms. Bodl. *videt*.

NOTÆ

[y] *Græcorum*] Græcia, regio et peninsula Europæ in latere meridionali ad mare Adriaticum, Ionium, Siculum, et Ægæum: hodie pars est major præfecturæ *Romeliæ*, cum *insulis* adjacentibus sub præfecto *Maris* vel *Insularum*, in Turcico imperio Europæo. Hæc regio fere tota est sub dominio Turcarum: quod superest, reipublicæ Venetæ paret. *Tillemon.*

[z] *De navigatione primum*] Ut eo prætextu cetera animi seu consilii velaret; ne scil. de se aut fortuna principali inquirere videretur.

[a] *Mare*] Pars orientalis maris Mediterranei circa Cyprum insulam et Syriam regionem: hodie pars maris Orientalis, vulgo *mer du Levant*, inter Natoliam, Souriam, &c. *Tillemon.*

[b] *Per ambages*] Sic Hist. v. 13. 'Pluribus persuasio inerat, antiquis sacerdotum literis contineri, eo ipso tempore fore, ut valesceret Oriens; profectique Judæa rerum potirentur: quæ ambages Vespasianum ac Titum prædixerant.'

[c] *Magnisque consultis annuere Deam videt*] Non iis præcise, de quibus consuleret; non enim fere consulebant oracula, nisi mente et per silentium, aut saltem tantum *per ambages*.

Itaque potius annuebat Dea consiliis Titi, et iis cœptis, quæ animo volvebat, quam iis, de quibus consuluisset ipse palam aut interrogasset. Idcirco quemadmodum silentio et secreto interrogabatur Dea seu sacerdos, ita et *secreto futura aperit*.

Annuere Deam] Titus succedebat Juliis ac Cæsaribus, qui ex Venere se ortos ferebant. Et habuit ipse filiam, quæ Julia vocaretur. Annuit ergo Venus *magnis consultis* Romani principis. Romulidarum origo per Venerem et Iulum.

[d] *Solita*] Nempe quæ solennia, et ut vulgo respondere solebat: Ne quid scil. novum aut insolitum præsentes advertereut, tanquam de re gravi, et ad imperium pertinente, consuleretur sacerdos, aut responderet: quod nefas et impium adversus imperitantes.

Solita respondens] Nempe vage respondebat, in universum felicitatem

Digitized by Google

aucto animo, ad patrem pervectus,[3] suspensis provinciarum et exercituum mentibus, ingens rerum fiducia accessit. Profligaverat bellum Judaicum[4] Vespasianus; oppugnatione Hierosolymorum[5][e] reliqua, duro magis et arduo opere, ob ingenium montis[6][f] et pervicaciam superstitionis, quam quo[7] satis virium obsessis ad tolerandas necessitates[g] superesset. Tres, ut supra memoravimus, ipsi Vespasiano legiones erant, exercitæ bello: quatuor Mucianus[h] obtinebat in pace; sed æmulatio et proximi exercitus gloria repulerat[8] segnitiam:

sociorum legionumque animis, non leve rebus momentum accessit. Vespasianus confecerat jam *patraveratque bellum Judaicum, et supererat* tantum *expugnanda civitas Hierosolymorum, improbo magis et difficili labore, ob indolem gentis, et cærimoniarum pertinaciam, quam quod satis roboris esset oppugnatis ad sustinendas necessitates,* seu belli discrimina. *Tres, ut supra diximus, Vespasianus legiones regebat, easque expertas militiæ; quatuor Mucianus habebat in otio; sed æmulatio* laudis, *et decus propinquarum legionum inertiam exemerat: quantumque illis vigo-*

—3 Mss. Harl. Jes. *prævectus.* Ms. Reg. et Puteolanus, *provectus.* Bene Rhenanus et recentiores, *pervectus.*—4 Ms. Corb. et editio princeps, *bellum cum Judæis.*—5 Corrupte Beroaldus, *Herosolymarum.*—6 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Pichena et recentiores. In Mss. Corb. Reg. et editione principe absurde, *ingenium mentis.* Unde Puteolanus emendaverat, *ingenium gentis.* At optime dicitur, *ingenium montis.* Sic et Plinius, XIV. 1. 'Ad cœli mores, solique ingenia.' et XVII. 2. 'Ad soli naturam, ad loci ingenium, ad cœli cujusque mores dirigenda solertia est.' Porro Hierosolyma montibus, ac maxime monti Sion, erant imposita.—7 Sic bene omnes Mss. et veteres ac recentiores editiones. In mediis, *quam quod satis,* [et sic Gronov. et Ryckius.] *Brotier.*—8 Ms. Corb. et editio princeps, *depulerat.*

NOTÆ

et res prosperas promittens Tito; quemadmodum infra Basilides, Vespasiano.

[e] *Hierosolymorum*] Urbs tribus Benjamin, in Judæa provincia: hodie nomen antiquum retinet apud Europæos: urbs est tractus *Elkods*, et minoris præfecturæ Hierosolymitanæ, sub majori præfectura Dâmasci, in Souria regione. *Tillemonius.*

[f] *Ob ingenium montis*] Alias, *ob ingenium gentis:* nam pervicaces scilicet, et cedere nescii Judæi. Tamen in Flor. est, *ingenium montis,* et scimus Hierosolyma in arduo fere sita. *Lipsius.*

Cum legitur hinc, *duro magis et arduo opere,* inclino ut legam, *ob ingenium montis.* Sed cum attendo ad hæc, *pervicaciam superstitionis;* malim, *ingenium gentis:* et videtur *de gente* intelligere, cum addit, *quam quod satis virium obsessis, &c.*

[g] *Necessitates*] Belli scil. et obsidionis, et longe minus adversus vires imperii Romani.

[h] *Mucianus*] Multa hujus mentio Plinio, qui Licinium ei nomen addit, et titulum ter consulis, l. XII. 'Licinius Mucianus ter Cos. et nuper Lyciæ provinciæ legatus.' Ostenditque doctum et alternum velut Mæcenatem. *Lipsius.*

Digitized by Google

quantumque illis roboris discrimina et labor, tantum his vigoris addiderat integra quies et inexpertus[9] belli labor:[i] auxilia utrique cohortium alarumque, et classes Regesque, ac nomen dispari[j] fama celebre.

5. Vespasianus, acer militiæ, anteire agmen, locum castris capere, noctu diuque[1] consilio, ac,[2] si res posceret, manu hostibus obniti: cibo fortuito, veste habituque vix a gregario milite discrepans: prorsus, si avaritia abesset, antiquis Ducibus par. Mucianum e contrario magnificentia et opes et cuncta privatum modum[k] supergressa extollebant: aptior[3] sermoni,[4][l] dispositu provisuque[5][m] civilium rerum

ris adjecerant pericula et labos, tantum his roboris dederat *illibata pax, et expers prœliorum labor: sociorum copiæ utrique pedestres et equestres, classesque, et dynastæ, ac nomen diversa fama inclytum.*

Vespasianus, promtus bello, prima acie ingredi, locum vallo deligere, noctu diuque consilio, et si expediret, dextra sustinere hostilem impetum: cibo obvio, cultuque et habitu vix a plebeio milite dissentiens: et par omnino priscis Imperatoribus, si cupiditatem exciperes. Contra Mucianus celebratus per splendorem et divitias et cetera quæ privati opes excederent: præstantior oratione, ac providendis disponendis-

9 Sic bene Rhenanus et recentiores. Hæc ceteraque post *discrimina et labor* omissa in Ms. Reg. et editione principe. In aliis Mss. et veteribus editionibus, *inexperti*; [sic Gronov. et Bipont.] Male Lipsius emendabat, *inexpertis belli*, quod *labor* redundare ei videretur. *Brotier.*

1 Gronovius habet *dieque*.—2 *Ac* non est in Budens. deletque Rhen.—3 Ms. Corb. et editio princeps, *aptiori*.—4 Sic vett. edd. Brotier. cum recentioribus habet *sermone*. Bipont. reponunt *sermoni*.—5 Gronovius puncto sejungit *provisuque* et *civilium*, quod placet Ryckio, Brotiero ceterisque. At potior videtur Savilii ratio, qui punctum delet. Sic et Bipont.

NOTÆ

[i] *Integra quies et inexpertus belli labor*] Quod explicat infra c. 76. 'Tibi e Judæa et Syria et Ægypto novem legiones integræ, nulla acie exhaustæ, non discordia corruptæ.'

Et inexpertus] Laboribus, prœliis, periculis aut vulneribus haudquaquam fessi aut exhausti.

[j] *Dispari*] Dispar et diversa fama utrinsque, attamen perinde celebris. Fama belli præcellebat Vespasianus, at facundia, peritia, et provisu civilium rerum præstabat Mucianus.

[k] *Privatum modum*] Fere principem se ferebat. Principali paratu comitatuque prænitebat, aut æquabat principem, cum vocabulo principis abstineret.

[l] *Aptior sermoni*] Aptior colloquio seu congressibus privatis; facundior etiam in concionibus publicis, si populum aut exercitum alloqui necesse foret. Infra c. 80. 'Antiochensium theatrum... concurrentes, et in adulationem effusos alloquitur: satis decorus etiam Græca facundia:' nempe cum militem Syriacum *in verba Vespasiani adegit.*

[m] *Dispositu provisuque*] Significat, Mucianum elegantiorem et diligen-

Digitized by Google

peritus; egregium Principatus temperamentum, si, demtis utriusque vitiis, solæ virtutes miscerentur. Ceterum hic Syriæ, ille Judææ præpositus, vicinis provinciarum administrationibus, invidia discordes, exitu demum Neronis, positis odiis, in medium consuluere: primum per amicos; dein præcipua concordiæ fides Titus, prava certamina communi utilitate[n] aboleverat: natura atque arte compositus alliciendis etiam Muciani moribus.[o] Tribuni Centurionesque

que rebus civilibus expertus; eximium imperii temperamentum, si sublatis utriusque defectibus, solæ bonæ artes in uno *simul jungerentur. Ceterum hic præfectus Syriæ, ille Judææ, finitimis provinciarum curis, per æmulationem dissentientes, morte tandem Neronis, omissis offensionibus, in commune consultavere: primo per familiares; mox sanctissimum concordiæ pignus Titus, improbas contentiones mutuæ utilitate obliteraverat: ingenio et arte flexus factusque conciliandæ etiam Muciani benevolentiæ. Alliciebantur tribuni centurionesque, et gregarii milites, prudentia,*

NOTÆ

tiorem fuisse in dispositione et ordine omnium quæ ageret circaque haberet. Quale est quod de Vespasiano Suetonius c. 21. 'Ordinem una fere hunc tenuit,' &c.

Plinius l. II. epist. 11. 'Salvius Liberalis vir subtilis, dispositus, acer, disertus.' Sic igitur Vespasiano dispositior, vel *aptior* dispositu Mucianus. Idem aptior *provisu*, hoc est, magis providus, et divinus, et pensitator futuri, quicquid ageret. *Gronov.*

Provisuque] Interp. Hispan. Gnarus peritusque providendi res omnes, quæ ad regendam Rempub. et ad sapientiam politicam spectarent.

Quod verum; sed cum hoc discrimine, quod Vespasianus esset 'acer militiæ ... cibo fortuito, veste habituque vix a gregario milite discrepans,' &c. quod subrusticus, et militariter loqueretur, et manu potius ageret, obnitereturque hosti. At Mucianus 'magnificentia' luxuque clarus, 'aptior sermone, et civilium rerum peritus' magis, quam belli.

Sic de Vesp. Suet. 21. et hunc describit vigilantia et providentia acrem. Ita ut nihil inordinatum omitteret, et decideret quæcumque obvenissent negotia: 'In principatu maturus semper ac de nocte evigilabat: deinde perlectis epistolis, officiorumque omnium breviariis, amicos admittebat: ac dum salutabatur, et calceabat ipse sese et amiciebat. Post decisa quæcumque obvenissent negotia, gestationi et inde quieti vacabat,' &c.

Dispositu] Ne intelligas, quasi aptior esset, simul sermone et dispositu provisuque. Is aptior sermone quam Vespasianus, et præterea fuit peritus rerum civilium, dispositu provisuque earum, non indefinite quicquid ageret.

[n] *Communi utilitate*] An *publica* utilitate? puto potius, utilitate communi utrique, nempe Vespasiano et Muciano. Nam antea simultates exercebant, quæ per Titum, communi utriusque utilitate et salute, compositæ sunt. Igitur intelligam, *communi utilitate* partium Flavianarum ea certamina diremta esse; et publica utilitas consequenter tantum hinc emanavit, ut fieri solet.

[o] *Moribus*] Non abs re de *moribus* hic: nam ut in luxum ac libidinem

Digitized by Google

et vulgus militum, industria, licentia, per virtutes, per voluptates, ut cuique ingenium, asciscebantur.

6. Antequam Titus adventaret, sacramentum Othonis acceperat uterque exercitus, præcipitibus, ut assolet, nuntiis, et tarda mole civilis belli, quod longa concordia[p] quietus Oriens tunc primum parabat. Namque olim[q] validissima inter se civium arma, in Italia[r] Galliave,[s] viribus Occidentis cœpta. Et Pompeio, Cassio, Bruto, Antonio, quos omnes trans mare secutum est civile bellum, haud prosperi exitus fuerant. Auditique[t] sæpius in Syria Judæaque Cæsares,

lascivia, per bonas artes, per luxum ac libidines, prout cuique natura, aut indoles erat.

Priusquam advenisset Titus, in nomen Othonis adactus erat uterque miles, pernicibus admodum, ut mos est, nuntiis, gravi et lenta magnitudine belli civilis, *quod tunc primum moliebatur Oriens, diuturna pace deses ac tranquillus. Quippe olim maxima bella civilia initium acceperant in Italia vel Gallia a copiis Occidentis. Nec felices eventus fuerant Pompeii, Cassii, Bruti,* aut *Antonii, quos omnes civilia arma trans pelagus secuta sunt. Et sæpius fama noti Cæsares in Syria et Judæa,*

NOTÆ

effusus Mucianus, ita et Titus 'lætam voluptatibus adolescentiam egit.' Sic nec abhorrebat a *moribus* Muciani; nec vice versa Mucianus a Titi. Infra c. 77. 'absurdum fuerit, non cedere imperio ei, cujus filium adoptaturus essem, si ipse imperarem.'

[p] *Longa concordia*] Jam pridem usque a bello Cassii et Bruti, dein et Antonii immotus bellis civilibus Oriens, *quietusque* sic *longa concordia.* Quod de milite præcipue seu legionibus Rom. intelligendum; nam de bello civili hic agitur. Et bellis externis exercitus, admonitusque identidem Oriens fuerat. Infra: 'nulla seditio legionum, tantum adversus Parthos minæ.'

[q] *Namque olim*] Jam olim quietus Oriens, quia validissima civium bella transacta in Occidente, aut quæ exin translata ultra mare, improspera fuerant, Pompeio, Pharsalicis campis, Bruto et Cassio, Philippicis, Antonio, ad Actium.

[r] *In Italia*] De bello sociali aut civili Cinnæ ac Syllæ et Marii intelligit: quæ bella desævierunt in *Italia.* Aut etiam de sequentibus bellis Pompeii et Cæsaris.

[s] *Galliave*] Inter Cæsarem et Pompeium: nam Galliæ copiis opibusque præcipue fultus Cæsar, Pompeium invasit, vicitque.

[t] *Auditique*] Inde et quietus Oriens, quod spectat ad legiones Rom. et civicos motus. Nam auditi tantum ibi Cæsares, et si forte de principatu certarent illi, sæpius auditi erant in *Syria Judæaque, quam inspecti.*

Hoc dicit de *Syria;* quia ea præcipua pars Orientis et ibi vires imperii: scil. quatuor legiones cum multis auxiliis regum inservientium. Hoc et de *Judæa;* quia tum ibi flagrabat bellum, et aderant tres legiones cum multis alis et cohortibus, quæ robore pares legionibus.

Digitized by Google

quam inspecti. Nulla seditio legionum: tantum adversus Parthos minæ,[u] vario[t] eventu.[v] Et proximo civili bello,[w] turbatis aliis,[x] inconcussa ibi pax: dein fides erga Galbam.

quam spectati. Nulla discordia legionum Orientis: *solummodo adversus Parthos minæ* fuerant, *diverso exitu. Et ultimo bello civium, commotis ceteris* imperii partibus, *immota* fuerat *ibi concordia: mox obsequium in Galbam. Dein, ubi*

1 Acidalius mallet *vano*.

NOTÆ

[u] *Adversus Parthos minæ*] Tac. lib. de mor. Germ. 37. 'Ducenti fere et decem anni colliguntur, tamdiu Germania vincitur. Medio tam longi ævi spatio, multa invicem damna. Non Samnis, non Pœni, non Hispaniæ, Galliæve, ne Parthi quidem sæpius admonuere; quippe regno Arsacis acrior est Germanorum libertas. Quid enim aliud nobis quam cædem Crassi, amisso et ipso Pacoro, infra Ventidium dejectus Oriens objecerit? At Germani,' &c. Minæ sunt, cum *bellum habent*, trahuntque exercitus, non *faciunt;* cum bello, non præliis fortuna seu pax transigitur.

Adversus Parthos minæ] Et tamen multa bella gesta sunt, in quibus et clades legionum, Pæto duce, sub Nerone. Sed sic Tacitus breviter: quia his bellis Parthorum sæpe, potius *admonebantur* Romani, ut ait alibi Tacitus quam vexabantur, et potius tunc *bellum habebant, quam faciebant;* ut sub Corbulone eximio duce contigit. Quæ bella minis et modicis castellorum seu oppidorum cladibus intra Armeniam, non præliis insignibus, transacta sunt, sed fœderibus et pace.

Nam ibi Tacitus jam non extendit se ad Crassos aut Antonios, profligatos olim a Parthis. Nec vicissim ad Pacorum regem cæsum, cum equite Parthico, et triumphatum a Ventidio duce M. Antonii. Respicit tantum ad ea tempora, quæ a bello Actiaco, seu potius a fine Augusti, sibi describenda proposuit.

[v] *Vario eventu*] Præcipue ob Pætum, qui Armeniam amisit sub Nerone, et tum etiam legiones missas sub jugum, fama distulit. Quæ tamen clades a Corbulone, adversus Parthos statim vindicata est, fugato Tiridate, et reciperata Armenia.

Vario eventu] Bene, *vario;* modo enim illæ minæ prosperæ, modo adversæ Romanis. Sic Ann. xv. 24. 'Legati Parthorum, se priora et totiens jactata super obtinenda Armenia, nunc omittere; quoniam Dii, quamvis potentium populorum arbitri, possessionem Parthis, non sine ignominia Rom. tradidissent. Nuper clausum Tigranem; post, Pætum legionesque, cum opprimere posset, incolumes dimisisse.'

Et c. 17. 'Multa Romanis secunda, quædam Parthis evenisse, documento adversus superbiam; proinde,' &c.

[w] *Proximo civili bello*] Intelligit bellum Vindicis et Galbæ adversus Neronem. Nam statim addit: *dein fides erga Galbam*, nempe exstincto Nerone. Dein bello Othonis ac Vitellii, etiam *inconcussa ibi pax. Et bellantibus aliis, placuit expectari bellum, &c.*

[x] *Turbatis aliis*] Nempe bello Vindicis turbata Gallia, Germania, Hispania, Illyricum, et Italia. At interim quietus Oriens, et præda victoris fuit.

Digitized by Google

Mox, ut, 'Othonem ac Vitellium scelestis armis res Romanas raptum ire,' vulgatum est, ne penes ceteros Imperii præmia, penes ipsos tantum servitii necessitas esset, fremere miles et vires suas circumspicere. Septem legiones statim et cum ingentibus auxiliis[y] Syria Judæaque: inde continua Ægyptus duæque legiones:[z] hinc Cappadocia Pontusque[a] et quicquid castrorum Armeniis[b] prætenditur. Asia[c] et ce-

rumor increbuit, Othonem, atque Vitellium scelerato bello raptare imperium Rom. *ne in aliorum manibus opes principatus, et apud ipsos solummodo serviendi necessitudo esset, indignari legiones*, et opes *ac robur suum circumspecture* cœperunt. *Septem statim legiones* aderant, *et cum validis sociorum copiis Syria et Judæa: hinc connexa Ægyptus cum duabus legionibus; dein Cappadocia ac Pontus, et quicquid præsidiorum militarium Armeniis obtenditur. Asia et reliquæ provin-*

NOTÆ

[y] *Cum ingentibus auxiliis*] Quædam cohortes et alæ auxiliarium addebantur cuilibet legioni velut individuæ, ut patet ex octo cohortibus Batavorum, quæ auxilia erant legionis quartædecimæ, et hæ fere æquabant legionem robore; et præterea in bellis civilibus asciscebantur alia auxilia ex sociis extraordinaria, quæ hic intelligit Tac. *cum ingentibus auxiliis Syria Judæaque.* Et talia sunt auxilia, *quæ initio inter inania belli assumta*, remisit Vitellius in Gallias. Hujusmodi auxilia suppeditavere Reges, Tetrarchæ, Dynastæ, socii populi, civitates, &c.

[z] *Ægyptus duæque legiones*] Attamen ait Strabo: 'sunt tres in Ægypto legiones, quarum una in urbe collocata est, aliæ per regionem. Præter has sunt et novem cohortes Romanorum, tres in urbe, item tres in Æthiopiæ finibus ad Syenem, præsidium locis, tres in aliis partibus. Sunt et alæ equitum tres.' Scripsit Strabo, Tiberio imperante. Hæc autem præsidia pro necessitate temporum augentur aut minuuntur. Et Tiberius ipse anno imperii nono, duas ibi tantum legiones habuit, teste Tacito Ann. IV.

[a] *Cappadocia Pontusque*] Quæ regna in provinciæ formam redacta erant, Pontus sub Nerone, post interitum Polemonis regis, Cappadocia sub Tiberio.

Cappadocia] Ubi nondum legiones erant; attamen ea provincia tributa, stipendia, et auxilia suppeditabat. Nec, forte, sine castris et præsidiis cohortium fuit, ob imminentem Armeniam et Parthos: et forte hac necessitate, statim Vespasianus rerum potens, legiones addidit Cappadociæ.

Pontusque] Pontus, provincia Asiæ minoris peninsulæ, ad Pontum Euxinum, fuit aliquando pars Cappadociæ regionis late sumtæ.

Hodie hic sunt præfecturæ *Siuras* et *Trebizonde*, in parte septentrionali et orientali Natoliæ, et ad mare Nigrum seu Majus, in Turcico imperio Asiatico. *Tillemonius.*

[b] *Armeniis*] Armenia duplex est, *Major* et *Minor;* Armenia major, regio Asiæ, versus Pontum Euxinum, et mare Caspium.

Hodie major pars *Turcomaniæ* sub imperio Turcarum Asiatico; et pars quædam provinciarum *Iran* et *Scirvan* sub Rege Persiæ. Apud multos nomen antiquum etiam retinet et vocatur *Armenie* et *Ermenik.*

Armenia Minor, provincia Asiæ

teræ provinciæ,[d] nec virorum inopes et pecuniæ[e] opulentæ: quantum insularum mari cingitur, et parando interim bello secundum[2 f] tutumque[g] ipsum mare.

7. Non fallebat Duces impetus militum: sed, bellantibus aliis, placuit expectari belli exitum:[1 h] 'victores victosque

ciæ, nec viris egenæ, et opibus affluentes: insulæ quotquot ambit pelagus, et moliendo interim bello opportunum securumque ipsum pelagus.

Non latebat duces instinctus et ardor *legionum. Sed aliis bellum moventibus, placuit operiri eventum armorum:* Victores victosque nusquam *inter se* misceri

—2 Sic bene Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps, Pichena et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *seclusum tutumque.*

1 Inter diversas editorum lectiones, Brotierus sic legit: *expectari bellum: victores victosque, &c.* Mss. et veteres editiones, *expectari bellum: cum in vic-*

NOTÆ

minoris peninsulæ ad orientem, et aliquando pars Cappadociæ late sumtæ; hodie præfecturæ *Marasch*, seu *Kulkadriæ*, et *Erzerum* in Natolia et Turcomania regionibus imperii Turcici Asiatici. *Tillemonius.*

Armeniis] De duabus Armeniis cepit interpres Hisp. Potius Armenios intelligam, ob Tiridatem regem Arsacidam: non tamen male interpres.

Armeniis] Non his castris se tuebantur præcise adversus Armenios. Nam utraque Armenia, major minorque, fuit pars imperii, donumque Romanorum. Dabantur reges Armeniis: sed *castra* illa seu castella disposita, quibus scil. tuerentur et Armenios et suas provincias adversus Parthos.

Et cum nuper Nero Tiridatem fratrem regis Parthorum constituisset regem Armeniæ majoris, forte jam prætendebant sua castra Armeniis, ut quibus diffiderent, ob regem Arsacidam. Et ingenio ac fide ambigui ultro Armenii, modo se tuebantur opibus Parthorum, modo vi Romana.

Itaque, forte, et castella ac præsidia habuit miles Romanus, non modo in finibus Armeniæ, sed et interius; ut quasi sic et se et ipsos Armenios tutarentur adversus vim Parthorum. Video apud Melitenem locatam fuisse legionem decimam a Tito Cæs. post victoriam Judaicam, et Zeugena forte etiam non sine præsidio fuit. Hac transmittebatur Euphrates.

[c] *Asia*] Forte Asiam universam intelligit.

[d] *Ceteræ provinciæ*] Nempe in Asia habuere Romani Colchidem, Iberiam, Albaniam, Pontum, Armeniam, Syriam, Arabiam, Palestinam, Bosphorum, Cappadociam, Galatiam, Bithyniam, Ciliciam, Pamphyliam, Lydiam, et Asiam minorem.

[e] *Pecuniæ*] Forte *pecunia:* miscere casus amat Tacitus.

[f] *Secundum*] Alii, *seclusum*, etiam bono sensu.

[g] *Tutumque*] Sic infra 83. 'Simul longis navibus versum in Italiam mare clauderet, tuta pone tergum Achaia Asiaque.' Et c. 98. 'Mare quoque Etesiarum flatu, in Orientem navigantibus secundum, inde adversum erat.'

[h] *Placuit expectari belli exitum*] Puto scripsisse: *placuit expectari bellum, cum inter victores victosque nunquam solida fides coalesceret.*

Digitized by Google

nunquam solida fide coalescere:[2] nec referre, Vitellium an Othonem superstitem Fortuna faceret. Rebus secundis etiam egregios Duces insolescere: discordiam his,[1] ignaviam, luxuriem: et suismet vitiis alterum bello, alterum victoria periturum.' Igitur arma in occasionem distulere, Vespasianus Mucianusque nuper, ceteri[3] olim[j] mixtis consiliis:

certo ac firmo fœdere; et parum interesse, an Vitellium an Othonem incolumem fortuna præstaret. Etiam fortissimos Imperatores rebus prosperis superbire: seditionem his, inertiam, luxum; et suismet flagitiis, alterum, *dum vincitur* bello, alterum, postquam vicerit, periturum. *Itaque bellum in opportunitatem distulere Vespasianus Mucianusque novissime, reliqui olim sociatis*

* * * * * * * * * * * *

tores, &c. Inde conjiciebat Pichena, *expectari belli exitum: victores, &c.* et sic Gronov. Ryckius legit: *expectari bellum: cum victoribus victos.* Male Jac. Gronovius, *belli nutum*, vel *cumulum*. Nostram lectionem a Bipont. recipimus. —2 Optime restituit Pichena, secutus Ms. Flor. *solida fide coalescere.* Sic quoque habet editio princeps. In Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *solida fides coalesceret.* Brotier.—3 Sic bene editio princeps et recentiores. Puteolanus, *ceterum.* Corrupte Ms. Corb. *ceci.* Male Ryckius e suo Ms. Agr. *Titi opera mixtis consiliis.* Brotier. Bipontini ingeniose locum ita constituunt: *Mucianusque. jam perlætari miles in mixtis consiliis.* Acid. volebat *secretis olim, nuper m. c.* Oberl.

NOTÆ

Τὸ *bellum*, prægnantioris sensus est, quam *belli exitum;* licet fere in idem recidere videatur. Sic plura obversantur animo. *Belli exitus* potuit leniter transigi, scil. pace et conditionibus. At *bellum*, non nisi laboribus, prœliis, vulneribus, et cladibus exercituum. Unde *inter victores et victos nunquam solida* pax aut *fides coalescere* potest.

In ultionem resurgere ardent audentque qui victi sunt. Victos se forte et arte putant, non armis aut virtute, quod mox contigit Othonianis Vitellianisque.

Placuit expectari bellum] Alii, *placuit expectari belli exitum:* sed malim, ut in veteribus libris, *placuit expectari bellum:* quod idem est in re, ac *belli exitum;* licet præcise magis vellent Flaviani *bellum*, quam *belli exitum:* ut, nempe, bello et prœliis invicem attererentur, qui tum de principatu certabant.

Parum soliciti erant de *exitu belli*, parum anxii, uter vinceret, Otho an Vitellius. Quippe prævidebant victorem exercitum rebus secundis et contemtu disciplinæ, ducem victorem inscitia, socordia, gula, et aliis libidinum flagitiis, ultro et sine armis mox profligari posse. Quis ducum vinceret, parum solicitl; volebant bellum, et ex bello prædam, prœmia, spolia, &c.

[1] *Discordiam his*] Nempe inter ambos duces esse discordiam, utrique inesse ignaviam et luxuriam: quod verum erat; et suismet vitiis utrumque periturum, alterum bello, nempe qui victus esset; alterum victoria: quod et contigit; nam armis periit Otho, per mollitiam et victoria sua profligatus est Vitellius.

[j] *Nuper, ceteri olim*] Locus subobscuræ sententiæ, immo incertæ. Rodolphus legisse dicitur, *nuper Titi opera mixtis consiliis*, sententia nihil

NOTÆ

aberrante; vereor tamen, ut propria quadam lectione, non a libris.

An *ceteros* intelligimus amicos et familiares Vespasiani, qui jam diu cum eo spem conceperant imperii, et de eo locuti erant? Diu sane spem conceptam, idque ob omina multa et clara, Suetonius declarat Vespas. c. 5. *Lipsius.*

Ceterum olim mixtis consiliis] Scripsimus: *ceteri olim, &c.* Rhenanus.

Interpretor *ceteros*, videlicet, Titum, legatos, tribunos, aliosque fidos ministros et amicos. *Olim*, id est, statim post Neronis exitum, consilia de imperio invadendo miscuisse: Mucianum vero nuper conscium participemque factum; ut qui antea discors, non statim fidus habitus esset.

Nec obstat, quod supra Tac. dixit: 'Exitu demum Neronis, positis odiis, in medium consuluisse.' Intelligo enim rediisse quidem eos in amicitiam, ut Reip. concordibus viribus ab externis motibus caverent: sed nihil tunc de secretioribus consiliis inter eos agitatum. *Pichena.*

Statim post excessum Neronis, per amicos et filium, at tum *in medium consuluere.* Quidnam consuluerunt? ut si casus daretur, imperium aggrederentur. At non prius ausi sunt consilia promere: quia deterruit eos nobilitas Galbæ: 'Cessisti etiam Galbæ imaginibus.'

Verum post ejus cædem, cum imperium a Vitellio et Othone fatigaretur, (quos ut multum infra se despiciebant,) incipiunt exequi destinata. Tribuni centurionesque et vulgus militum, industria, licentia, *per virtutes, per voluptates (ut cuique ingenium) asciscebantur.*

Allecti duces præcipue studio militum. *Mox ut Othonem ac Vitellium scelestis armis, &c.* sed bellum protollunt, ut Othoniani et Vitelliani se prius per cædes mutuas debilitarent. *Igitur arma in occasionem distulere.* Salinerius.

Sic supra Tac. c. 5. 'Ceterum hic Syriæ, ille Judææ præpositus, vicinis provinciarum administrationibus, invidia discordes, exitu demum Neronis positis odiis in medium consulnere, primum per amicos; dein præcipua concordiæ fides Titus, prava certamina communi utilitate aboleverat, &c. Tribuni centurionesque et vulgus militum, industria, &c. asciscebantur.'

Nuper, ceteri] Innuit Vespasianum et Mucianum nuper miscuisse consilia secreta; at *ceteros* jam olim sociasse consilia similia, optimum quemque *amore Reipub. &c.*

Diffidebat cautus senex Vespasianus, nec statim temere consilia miscebat cum Muciano, aut aliis, ad quos prospera cœptorum spectabant, et qui ad clades, et ad adversa belli, non pari cura advertebant.

Patet infra c. 74. viros militares omnes statim voluisse Vespasianum evehere, post Othonem præcipue: 'Miles ipsi adeo paratus, ut præeuntem sacramentum, et fausta Vitellio omnia precantem per silentium audierint. Mnciani animus, nec Vespasiano alienus, et in Titum pronior, præfectus Ægypti Alexander consilia sociaverat:' scilicet secretis adhuc colloquiis.

Dein ait Tac. c. 76. 'Nutantem Vespasianum et alii legati amicique firmabant, et Mucianus post multos secretosque sermones, jam et coram ita locutus;' scilicet Vespasiano *coram* et aliis amicis.

Itaque, *arma in occasionem distulere*, mixtis nuper consiliis Vespasianus Mucianusque, ceteri jam olim sociaverant consilia, scil. de bello et im-

Digitized by Google

optimus quisque amore Reipublicæ: multos dulcedo prædarum stimulabat; alios ambiguæ domi res. Ita boni maliqueᵏ causis diversis, studio pari, bellum omnes cupiebant.

8. Sub idem tempus Achaia atque Asia falso exterritæ, velut Nero adventaret: vario super exitu ejus[1] rumore, eoque pluribus vivere eum fingentibus credentibusque.[1] Ceterorum casusᵐ conatusque in contextu operis dicemus: tunc servus e Ponto, sive, ut alii tradidere, libertinus ex Italia, citharæ et cantus peritus (unde illi, super similitudinem

consiliis: honestissimus quisque cura Reip. plerosque illecebræ præmiorum accendebant; alios angustiæ rei familiaris. Ita probi pravique, disparibus incitamentis, simili ardore, arma omnes volebant.

Eadem tempestate Achaia et Asia inani metu perculsæ sunt, *tanquam Nero adveniret; diversa* sparsa *fama de fine ejus, ideoque multis emeutientibus, existimantibusque illum spirare. Ceterorum* Pseudo-Neronum *casus cœptaque trademus in serie historiæ. Tunc mancipium e Ponto, sive, ut alii scripsere, libertinus ex Italia, lyræ et cantilenæ sciens; (unde illi, præter conformitatem vultus, facilior ad*

1 *Que* abest a Ms. Jes. Forte scriptum olim, *credentibusve.* Aliter durum videbitur, *eoque ... credentibusque ... conatusque.* Pro *eum fingentibus,* in Ms. Agr. *confingentibus.* Brotier.

NOTÆ

pério occupando.

Possit etiam legi: *ceterum,* quæ vetus lectio fuit, hoc eodem sensu, scil. nuper mixtis consiliis Vespasianus Mucianusque, *ceterum olim mixtis consiliis optimi:* seu *ceterum* olim miscuerant consilia, *optimus quisque amore Reipub. &c.*

Igitur secretis sermonibus et mixtis olim consiliis amici, et Vespasianus Mucianusque nuper, etiam secretis colloquiis distulerant bellum in occasionem; at infra, Mucianus, firmato jam Vespasiano, coalitis jam partibus, *post multos secretosque sermones,* tandem *et coramvita locutus:* quo sermone quasi publico, jam Vespasianum audacius ad suscipiendum imperium bellumque accendit.

Nuper] Supra c. 5. ' Exitu demum Neronis, positis odiis, in medium consuluere, primum per amicos; dein præcipua concordiæ fides Titus,' &c.

ᵏ *Maliqué*] Quos nempe *dulcedo prædarum stimulabat,* et quia angustæ domui res, et obærati erant; quæ præcipua incitamenta bellorum civilium.

[1] *Vario super exitu ejus*] Sueton. Ner. 57. ' Et tamen non defuerunt qui ... modo imagines (Neronis) prætextatas in rostris proferrent, modo edicta, quasi viventis, et brevi magno inimicorum malo reversuri.'

ᵐ *Ceterorum casus*] Ceterorum similium, Pseudo-Neronum nempe, casus in contextu operis scribemus. Nam plures alii idem ausi, et vivere Neronem fingebant. Ob claritatem nominis, sic se fortunæ et rebus inserebant: quia scil. minores domini successere, nec statim satis firmata dominatio visa, post nomen Cæsarum.

Digitized by Google

oris, propior[2] ad fallendum fides) adjunctis desertoribus, quos inopia vagos ingentibus promissis corruperat, mare ingreditur: ac, vi tempestatum Cythnum[3] [n] insulam detrusus, et militum quosdam ex Oriente commeantium ascivit, vel[4] abnuentes interfici jussit, et spoliatis negotiatoribus, mancipiorum valentissimum quemque armavit. Centurionemque[o] Sisennam, dextras,[5] concordiæ insignia,[p] Syriaci exercitus nomine ad Prætorianos[q] ferentem, variis artibus[r] aggressus

decipiendum fides,) arcitis desertoribus, quos egestate palantes magnis promissis illexerat, mare conscendit: et, sævitia procellarum ad Cythnum insulam depulsus, adjunxit etiam sibi *nonnullos militum, qui ex Oriente commeabant, et recusantes occidi jussit, direptisque mercatoribus, robustissimos quosque servorum armis instruxit.* Et *variis fraudibus adortus est Sisennum centurionem, qui ferebat dextras, concordiæ insignia, nomine Syriacarum legionum ad prætorianas* cohortes:

—2 Mss. Jes. et Agr. *proprior.* Mallet Freinshemius, *promtior.* Optimum est, *propior;* ut fatetur ipse Cl. Ernestus, qui tentat, *pronior.* Brotier.—3 Mss. Vatic. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Scythinum insulam.* Editio princeps, *Cinthum insulam.* Bene Ms. Flor. et recentiores, *Cythnum.* At cum in Mss. Corb. legatur, *vi tempestatis incynctum insulam,* forte scriptum olim, *vi tempestatis in Cythnum insulam.* Brotier.—4 Sic bene Mss. Flor. Guelf. Harl. Bodl. Jes. Ryckius et recentiores. In editionibus veteribus, *et abnuentes.* Idem. —5 Rhen. conjiciebat *dextera.*

NOTÆ

[n] *Cythnum*] Cythnus, una insularum Cycladum in mare Ægæo: hodie *Fermenia* in Archipelago ad occidentem, versus Romeliam præfecturam imperii Turcici Europæi. *Tillemon.*

[o] *Centurionemque*] Nec ille centurio legatus incedebat sine manipulo aut parte manipuli. Stipatus militibus fuit, et ad honorem, cum ad cohortes prætorianas internuntius concordiæ mitteretur, et ad vim, quæ tamen non sufficeret adversus colluvionem falsi Neronis: quare et clam discessit centurio.

[p] *Dextras concordiæ insignia*] Sic lib. præced. 'Misere civitas Lingonum, vetere instituto, dona legionibus dextras, hospitii insigne.'

Unde conjicere possumus, fuisse aliquod signum: duas dextras simul junctas referens, idque argenteum, ut cetera plerumque militaria signa, quod dono invicem mitteretur, tanquam symbolum hospitii, aut fidei, aut concordiæ. *Pichena.*

[q] *Ad Prætorianos*] Qui tum in fama et ore hominum, postquam occidissent Galbam, Othonemque evexissent. Sed mirari subit, quod talia permitteret præfectus Syriæ Mucianus. An tantum licere debuit militi, ut quasi spreto principe, legatos, dona seu insignia concordiæ, aut potius conspirationis, sibi invicem mitterent? nisi forte omnia licent rebus turbidis, et sub novis ignavisque principibus, et imperium dolo ac scelere adeptis.

Nisi forte talia concederet Mucianus militi, molli imperio regens interim, et nondum parato bello: ut quasi sic velaret consilia paratumque belli, aut ipse in omnem eventum blandiretur suo militi, simulque et

Digitized by Google

est: donec Sisenna, clam relicta insula, trepidus et vim metuens aufugeret: inde late terror, multis ad celebritatem nominis erectis, rerum novarum cupidine et odio præsentium.[s]

9. Gliscentem[t] in dies famam fors discussit. Galatiam[u] ac Pamphyliam[v] provincias Calpurnio Asprenati regendas Galba permiserat: datæ e classe Misenensi[w] duæ triremes ad prosequendum, cum[1] [x] quibus Cythnum insulam tenuit. Nec defuere, qui trierarchos[y] nomine Neronis accirent:[z]

donec Sisenna, secreto omissa insula, paridus et vim timens abscederet. Hinc late sparsus pavor, plurimis excitis ad famam nominis, novorum motuum cupiditate et invidia præsentium.

Casus dissiparit rumorem in dies ingravescentem. Galba imposuerat Calpurnium Asprenatem provinciis Galatiæ ac Pamphyliæ: permissæ illi duæ triremes e classe Misenensi, ad hominem insectandum; cum iis ad Cythnum insulam appulit. Et fuere qui triremium præfectos verbis Neronis solicitarent. Ille in tristitiam subor-

1 Ita Mss. Bud. Reg. Guelf. Harl. Bodl. Jes. Rhenanus et recentiores.

NOTÆ

prætorianis, qui et non mediocre momentum accessere mox partibus Flavianis; nam scil. revocati columen partium fuere.

[r] *Variis artibus*] Ut scil. se ipsi adjungere vellet, eumque verum Neronem agnoscere; quod magni momenti foret in novis cœptis.

[s] *Odio præsentium*] Audacibus et malis præsentia semper odio sunt: attamen id dictum puto, propter Galbam, cujus severitas et avaritia odio fuit. Hunc occisum, nondum in Oriente resciverant.

[t] *Gliscentem*] Id est, crescentem, seu invalescentem famam.

[u] *Galatiam*] Galatia, regio Asiæ minoris peninsulæ ad Pontum Euxinum: hodie pars præfecturæ *Natoliæ*, et ad mare Nigrum, sub Turcico imperio Asiatico. *Tillemonius*

[v] *Pamphyliam*] Pamphylia, provincia Asiæ minoris peninsulæ in latere meridionali, et ad mare Pamphylium, partem maris Mediterranei.

Hodie pars præfecturæ *Natoliæ* ad orientem et meridiem, circa urbes *Termes*, *Sataliyah*, &c. sub imperio Turcico Asiatico. *Tillemonius.*

[w] *Misenensi*] Misenum promontorium Campaniæ provinciæ ad mare Tyrrhenum in Italia: hodie *Capo Miseno* in Terra Laboris, provincia regni Neapolitani. *Tillemonius.*

[x] *Cum*] Alii legunt: *ad prosequendum eum.*

[y] *Qui trierarchos*] Qui nempe regebant duas illas triremes, quibus Calpurnius in insulam advectus erat.

Trierarchos] Scilicet emissarii falsi Neronis, trierarchos Calpurnii accibant, ac solicitabant; neque enim putem in modica illa insula alias fuisse triremes aut trierarchos alios ab illis, quos secum invexerat Asprenas. Licet forte in aliis grandioribus insulis aliquæ triremes haberentur. Infra c. 16. ubi de *Corsica* insula: ' Clau-

Digitized by Google

is in mœstitiam compositus, et 'fidem suorum quondam militum' invocans, 'ut eum in Syria[a] aut Ægypto sisterent,' orabat. Trierarchi[2] nutantes, seu dolo, 'alloquendos[3] sibi milites,[b] et paratis omnium animis reversuros,' firmaverunt. Sed Asprenati cuncta ex fide nuntiata: cujus cohortatione expugnata navis, et interfectus quisquis ille erat. Corpus, insigne oculis comaque et torvitate vultus, in Asiam atque inde Romam pervectum est.

10. In civitate discordi, et ob crebras Principum mutationes, inter libertatem[c] ac licentiam incerta, parvæ quoque res magnis motibus agebantur. Vibius[1] Crispus, pecunia,

natus, et fidem *opemque* suorum olim militum *implorans*, *rogabat*, ut eum deducerent in Syriam, aut Ægyptum. *Trierarchi* sive *ambiguæ fidei, sive arte ac fraude responderunt*, adhortandos sibi milites, et *se*, dispositis omnium animis, redituros. *Sed omnia ex vero renuntiata* sunt *Asprenati: quo exhortante captum* est *navigium, et occisus quisquis ille* mortalium *fuit. Corpus, eximium oculis crineque, et* truci seu *torva facie, delatum est in Asiam, atque hinc in urbem.*

In civitate turbida, et ob frequentes mutationes dominantium ambigua libertatem inter et licentiam, etiam modicæ res magnis motibus agitabantur. Vibius Crispus,

In veteribus editionibus, *ad prosequendum eum, quibus.*—2 Corrupte Ms. Reg. et editio princeps, *trierarchis.* Unde tentabat Ernestus, *trierarchi seu nutantes.* Sed minime necessario, ut fatetur. *Brotier.*—3 Sic bene Puteolanus. Sic quoque omnes Mss. In editione principe, *adequandos.* Unde frustra tentat Gruterus, *adaquandos.* Idem.

1 Male Ms. Corb. et editio princeps, *Jubius Crispus.* Brotier.

NOTÆ

dium Phirrhicum trierarchum Liburnicarum ibi navium .... interfici jubet.'

[2] *Accirent*] Cepit interpres Hispanus, quasi in ejus conspectum acciti fuerint trierarchi.

[a] *In Syria*] Certe cum destitutus Nero est, hanc eandem ipse profectionem meditabatur, citharœdique artem ideo didicerat, ut posset se diurno quæstu alere, si amitteret imperium, quod prædictum illi fuerat; ideoque maxime suam mortem deflebat ille, identidem repetens, 'O qualis artifex pereo!' Flebilius inquirebat voluptatem, qua hisce gentibus transmarinis audiretur citharam pulsans, quam vel cetera vitæ delinimenta, quam vitam, quam Rempublicam aut imperium.

[b] *Alloquendos sibi milites*] Legit Gruterus, *adaquandos milites*, sed recte *alloquendos*: nam mox, *paratis omnium animis reversuros*, quod fit, *alloquendo*, hortando, &c.

[c] *Inter libertatem*] *Inter libertatem;* quia quasi sine principe erant; et licentiam, quia non in libertate erant, et statim sanguine et cædibus sibi dominum comparabant: supra de Armeniis Ann. l. II. c. 4. 'Incerti solutique, magis sine domino, quam in libertate.'

Digitized by Google

potentia, ingenio inter claros magis, quam inter bonos, Annium[2] Faustum, Equestris ordinis, qui temporibus Neronis delationes factitaverat, ad cognitionem Senatus vocabat. Nam recens, Galbæ Principatu, censuerant Patres, 'ut accusatorum causæ noscerentur.' Id Senatusconsultum varie jactatum[d] et, prout potens vel inops reus inciderat,

opibus, auctoritate, ac facundia inter illustres potius, quam inter egregios, ad disquisitionem patrum postulabat Annium Faustum, equestris fastigii, qui, Nerone imperante, delationes exercuerat. Quippe nuper, Galba principe, statuerat senatus, ut delatorum causæ audirentur. *Decretum patrum varie agitatum, et firmum aut invalidum habebatur, prout reus egens aut validus opibus occurrerat. Præterea*

2 Ryckii Ms. *Anneum.*

NOTÆ

[d] *Id senatusconsultum varie jactatum*] Val. I. VII. 'Anacharsis leges aranearum telis comparabat; nam ut illas infirmiora animalia retinere, valentiora transmittere ita his humiles et pauperes constringi, divites et præpotentes non alligari videmus.'

SC. varie jactatum] *Recens Galbæ principatu* id censuerant patres; sed statim sub eodem Galba, vel mobilitate ingenii, vel pravitate magistrorum dominationis, parum valuit, quod ait Tac. Hist. l. IV. 6. 'mox dubia voluntate Galbæ ... omisit Priscus' Helvidius; nempe causam adversus Eprium Marcellum, *delatorem Thraseæ.*

Valuit tantum adversus miserrimum vilissimumque reum 'Publium Celerem, a quo Baream Soranum falso testimonio circumventum arguebat' Musonius. Tacit. Hist. l. IV. 10. Et tamen reum etiam talem defendere ausus Demetrius Cynicus, quo nemo sapientior existimabatur eo ævo: et quod mirum magis videbitur, ipse Demetrius hortatus solatusque erat Thraseam morientem, pari scelere Neronis.

Dein sub Vespasiano, seu potius Muciano, nonnulli tantum ex vilissimis delatoribus senatu moti sunt, minas manusque in eos intentantibus communi consensu patribus, et sacramento se ipsos adigentibus in curia: l. IV. 41. 'Deos testes advocabant, nihil ope sua factum, quo cujusquam salus læderetur,' &c. 'Eaque velut censura in Sariolenum Voculam et Nonium Actianum et Cestium acerrime incubuit.' Dein 'ad Pactium Africanum transgressi,' &c. Mox Curtius Montanus invectus in Aquilium Regulum, qui *Crassorum et Orphiti domum* subverterat.

Et quid tum censuissent Patres statim, *recens, Galbæ principatu*, et quomodo elanguerit ille impetus primi diei, quo *pileati tota urbe discurrebant*, quo recuperata libertas videbatur post Neronem, facunde explicat Montanus ibid. l. IV. Hist. 42. 'Elanguimus, Patres conscripti, nec jam ille senatus sumus, qui, occiso Nerone, delatores et ministros more majorum puniendos flagitabat: optimus est post malum principem dies primus.'

Nempe *optimus* dies, gaudio et impetu recuperatæ libertatis, vindica-

Digitized by Google

infirmum aut validum retinebatur. Ad hoc[3] terroris[e] et propria vi Crispus incubuerat, delatorem fratris sui pervertere: traxeratque magnam Senatus[4] partem, ut 'indefen-

terrore et propria vehementia Vibius ingruerat, ut accusatorem fratris sui subrueret: impuleratque magnam partem patrum, ut causa non cognita, duci *eum* ad

—3 Brotier. habet *ad hæc terrore.* Sic Beroaldus et recentiores. In Mss. Flor. Reg. Bud. *ad hunc terroris.* Ms. Bodl. *ad hoc terroris.* Mss. Harl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *ad hæc terroris.* Ms. Agr. et editio princeps, *ad hunc terrore.* Inde tentabat J. Frid. Gronovius, *ad hunc terrorem.* Bipont. *ad hocce.*—4 Sic bene Ms. Reg. et libri omnes editi. Male Mss. Harl. Bodl. Jes. *magistratus partem.* Sic quoque Mss. Bud. Guelf. manu prima. *Brotier.*

NOTÆ

tarum legum, assertæque Reipub. quasi ex cineribus nova jam resurgeret. *Optimus*, quia alio potiente rerum, statim redeunt novi metus, iterum præpollent sæpe pessimi ac potentissimi delatores, premuntur tantum vilissimi rei: iterum premitur nova libertas, cum erigere caput vellet.

Sic post malum dominum unus dies *optimus*, quia scil. 'diutius durant exempla quam mores:' exsurgunt statim novi malique magistri dominationis, et magis *alii homines quam alii mores. Mores* boni principis statim et paucis annis elabuntur, *durant* in perpetuum *exempla* malorum principum: nec sine exemplo fere peccatur.

Sic 'præter commentarios et acta Tiberii Cæsaris nihil lectitabat Domitianus,' teste Suet. Domit. 20. Debuit ille Augusti, debuit patris fratrisque virtutes sectari, non acta pessimi dominantis pervolvere.

Itaque in tanto impetu Patrum se velut vindicantium, in tanto certamine virtutum et scelerum, in tanta pugna libertatis et malæ dominationis; attamen in senatu retinentur delatores, et quidem opibus summaque gratia et auctoritate florentissimi duo omnium mortalium deterrimi, Vibius Crispus et Eprius Marcellus: et 'censuit Mucianus prolixe pro accusatoribus.' Et 'Patres cœptam libertatem, postquam obviam itum, omisere.'

Et tantum duo remittuntur in insulas, 'Sosianus et Sagitta, viles etiam si restituerentur;' et adhuc, quasi sub Nerone, 'accusatorum ingenia et opes, et exercita malis artibus potentia, timebantur.' En exitus liberrimi gravissimique senatusconsulti.

[e] *Ad hoc terroris*] Quid si, *ad hunc terrorem?* Super hoc terriculamentum SCti etiam, non terriculis, sed vi eloquentiæ et gratiæ suæ annitebatur. *Gronovius.*

Multa fuerunt quæ terrere poterant Annium Faustum, Crispi pecunia, potentia, ingenium pravum; et ipsemet, quia inops reus, et consequenter in ipsum validum erat SCtum.

Ad hæc, id est, præter hæc omnia, terrore proprio, nempe δεινότητι, id est, eloquentia terribili, et propria vi, id est, potentia, auctoritate, gratia, Crispus incubuerat, seu enixus erat, delatorem fratris sui perdere.

Erat enim ultro seipso terribilis Crispus, et tota mole vique auctoritatis et potentiæ velut ingruebat in delatorem miserum et inopem, et eum facile opprimebat.

Digitized by Google

sum[f] et inauditum dedi ad exitium'[g] postularent.[5][h] Contra apud alios nihil æque reo proderat, quam nimia potentia accusatoris: 'dari tempus, edi crimina,[i] quamvis invisum[6] ac nocentem, more tamen audiendum,' censebant. Et valuere primo, dilataque in paucos dies cognitio: mox damnatus est Faustus, nequaquam eo assensu civitatis, quem pessimis moribus meruerat: quippe ipsum Crispum easdem accusationes cum præmio exercuisse[j] meminerant: nec pœna criminis, sed ultor displicebat.

supplicium *flagitarent. Apud ceteros contra nihil perinde favebat sonti, ac nimia auctoritas accusatoris: itaque volebant*, tribui spatium *reo*, promi scelera, et quantumvis infensum ac facinorosum *sontem, pro* more tamen audiendum *esse, statuebant. Et vicere primum, et comperendinata est disquisitio ad aliquot dies: dein condemnatus est Faustus*, sed *non ea consensione civitatis, quam deterrimis flagitiis meruerat: namque recordabantur, ipsum Vibium easdem cum pretio delationes factitasse: nec supplicium, sed vindicem facinoris exhorrebant.*

—5 Sic bene Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *postularet*. Idem.—6 Sic recte adhuc Mss. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *infirmum et nocentem*. In margine Ms. Bodl. *invisum*. Brotier.

NOTÆ

Terrore] Scil. ingenii seu eloquentiæ, quam δεινότητα Græci vocant: *propria vi*, forte intelligitur de opibus et auctoritate Crispi: forte utrumque intelligitur, et eloquentia et opes.

[f] *Indefensum*] Ut qui palam et publice delationes exercuisset sub Nerone; ut qui manifestus esset reus; ut qui in oculis ipsius ejusdem senatus, periculum innocentibus facessisset, et exitium attulisset.

[g] *Ad exitium*] Ad supplicium, nempe ut more majorum puniretur. Id in delatores statutum erat statim post Neronem; quo nempe moris fuit, 'nudi hominis cervicem inseri furcæ, corpus virgis usque ad necem cædi.'

[h] *Postularent*] Scil. ut plerique Patrum id a senatu et consulibus postularent, nempe ut adversus manifestum reum.

[i] *Edi crimina*] Nempe, ut ea diluere liceret, *more tamen audiendum*.

[j] *Cum præmio exercuisse*] Tac. Hist. IV. in oratione Curtii Montani, et paulo post, ubi occurrit junctus *Eprio Marcello*. Savil.

Tac. Hist. l. IV. 41. 'Africanus neque fateri audebat, neque abnuere poterat: in Vibium Crispum, cujus interrogationibus fatigabatur, ultro conversus, miscendo quæ defendere nequibat, societate culpæ invidiam declinavit.'

Mores Crispi culpat Tacitus; at Quintilianus ingenium laudat l. V. 13. 'Quod factum venuste nostris temporibus elusit Vibius Crispus, vir ingenii jucundi et elegantis. Ego vero, inquit, ista non dico, quid enim attinet illa bis dici?' Et l. VIII. 10. 'Et Vibius Crispus compositus et jucundus, et delectationi natus,

Digitized by Google

11. Læta interim[1] Othoni principia belli,[k] motis ad impe-

Fausta interim Othoni initia belli, excitis ad imperium ejus militibus e Dalmatia

1 Ita Mss. et libri editi, præter secundam Rhenani editionem, in qua

NOTÆ

privatis tamen causis quam publicis melior.'

[k] *Othoni principia belli*] Hic Tacitus lectori non satisfacit, ex historiæ legibus. Quoad circumstantias, Othonem, præcipuum actorem, et cujus vel vestigia fuissent numeranda, Tacitus ex urbe deducit, integro pæne senatu stipatum, in fine Martii; atque, ut exploratis aliorum scriptis (Suetonii et Marcellini) conjectare licet, die vigesimo septimo.

Mox narrat, quam animose et militari spiritu plenus antecesserit pedites, qui hic repente cum suis ex conspectu evanescit: cum tamen verum sit, et *Mutinæ* relictum senatum, et ipsum hosti obviam processisse Brixellum usque; quæ civitas Padi ripis assidet. Præmissis centurionibus, ibidem subsistit, ut ex Plutarcho apparet et alibi etiam ex Tacito.

Plutarchus refert, Celsum, Paulinum, Gallum, et Spurinnam, Brixello missos. Tacitus videtur velle Gallum et Spurinnam, jam ante Roma missos, *ad occupandas Padi ripas.*

Si hoc velit, ut Pado occupato, qua Austrum spectat, Vitellianos sisterent, aut saltem prohiberent fluminis transitu, postquam intra montes cohiberi non possent, ubi angustiæ insessæ exiguam manum in repellendo ingentibus copiis æquarent, constat facti ratio: sed Gallo id neglectum.

Sin aliud intendit, ut in utraque ripa victor consisteret, totique oræ, qua fluvius excurrit, dominaretur, quomodo paucæ cohortes integrum Cæcinæ exercitum excipere potuerunt, cum deesset ipsis loci opportunitas?

Gallo autem et Spurinna præmissis, non addito unde, *ad occupandas Padi ripas*, assignat Tacitus *quinque prætorianas cohortes, equitum vexilla, legionem primam adjutricem*, et duo *gladiatorum* millia.

In progressu, *gladiatores* tantum regendos dedit Mario Macro, qui tertius, et post eum Flavio Sabino; interjectoque inter alios duos longo satis intervallo, Spurinnam Placentiæ locat cum tribus prætorianis cohortibus, et mille *vexillariis*, qui nusquam in recensione totius antea exercitus nominati, paucisque equitum, et Gallum cum prima adjutrice; qui nescio ubi, aut quando, aut quibus ex causis divisas duxerint copias; sed ubicumque fuerit, cum Bedriacum occuparet in itinere, quo pergebat Placentiam, omnino in septentrionalibus Padi partibus fuit.

Tres vero alii duces, Paulinus, Celsus, et Proculus, non ignota in apparatu hujus belli nomina, ex hac divisione non habent quod agant, (et profecto, ut verum fatear, non video magnis admodum copiis illos potuisse instructos esse, valido præsertim apud Othonem exercitu relicto,) immo ne quidem nominantur. Probabile est, Proculum prætoriano militi præfectum Brixelli substitisse, expectato Othone.

Sed Celsi et Paulini nomina in prælio *ad Castoris* ante non occurrunt, qui de repente ad duodecimum

Digitized by Google

NOTÆ

a Cremona milliare in conspectum prodeunt, nec procul Bedriaco (ubi Gallus relictus) nulla in antecessum mentione eorum facta; præter multos alios cum *prima legione* ipsis attributa, quæ Gallum proprie ducem habebat.

Adeo ut, cum auctor in culpa sit, quod rem illam perspicue descriptam non habemus, opinari liceat, Paulinum et Celsum postea Brixello missos in castra ad Bedriacum, aut cum Gallo futuros imperio pari, aut datos ei successores, quod vero propius est, et discessisse Gallum, forte curando ex casu vulneri, quem secundo historiarum reperias, cum in prælio *ad Castoris* silentio transmittatur, et illo ad Bedriacum; non deprehendes tamen, ubi Tacitus eum ultimo constituit.

Quod vero auctor noster, ob leves, gladiatores inter et Vitellianos, pugnas, non satis continuo exercitas, ab Othone fratrem Titianum accersi facit, Romæ relictum, ut proximum sibi locum tueretur, Plutarchus longe melius magisque ex vero scribit, factum id post prælium *ad Castoris;* quod ignaviam Paulini incusaret, missum quoque Proculum prætorianis cohortibus præfectum; sed quando Bedriacum venerint, juxta cum ignaris scio.

Jam vero si Otho Brixelli, Paulinus et Celsus Bedriaci fuerint, quem locum designabimus habitis inter Othonem, Titianum, Proculum, Paulinum, et Celsum consiliis, absente Gallo?

Hic novus Taciti lapsus, vindicemque se nodo præstat Plutarchus, qui scribit Othonem Brixello Bedriacum petiisse, adhibendis in consilium præfectis quoad summam rei.

Hactenus de Othone ejusque præfectis. Sequitur, copias expendamus, quæ fuerunt duplices, aut Roma ductæ, aut alinunde advocatæ.

Quas Roma duxerat, sextuplices fuerunt, 1. *quinque prætoriæ cohortes*, 2. *equitum vexilla*, 3. *legio prima adjutrix*, 4. *gladiatores*, 5. *ceteræ prætoriæ cohortes*, et 6. *classici*.

Apud Gallum et Spurinnam fuerunt, 1. *quinque prætoriæ cohortes*, ex quibus tres Spurinna Placentiæ habuit, duas reliquas videtur Gallus habuisse: 2. *equitum vexilla* sine numero: 3. *legio prima adjutrix classica ex reliquis cæsorum a Galba ad Pontem Milvium:* 4. duo millia *gladiatorum*. In obsidione Placentiæ mille *vexillarii* recensentur; an ab omnibus hisce diversi, an aliorum pars fuerint, ignoro.

In Othonis comitatu *speculatorum lecta corpora*, ut opinor, e prætorianis. 5. *ceteræ prætoriæ cohortes*, exceptis quinque cum Gallo missis; et tamen ingens prætorianorum numerus classi Narbonam missæ militabat, adeo ut reliquæ non adessent.

Classici, undecumque tandem emerserint, multos nobis suppeditarunt, et in multos sufficient viros. Septem millia *ad Pontem Milvium* a Galba cæsa, ceteri decimati, *e reliquis prima legio adjutrix constabat*. In classe Narbonensi multitudo eorum æquaverat milites.

Hic ingentem classicorum numerum habemus, cum Othone mille *classici inter Placentiam et Ticinum intercepti*, quos omnes circumstantiæ persuadent non fuisse ex isto agmine.

Plurimis quoque classicis instructus Turullius Cerealis, sed unde acciti fuerint, et quomodo iis præesse cœperit, Tacitus ignorare nos patitur.

Præter illos in tantam multitudinem diffusos, tertius liber integram nobis legionem e classicis exhibet, a *prima adjutrice* diversam, quæ Hispa-

Digitized by Google

NOTÆ

niam tum obtinebat.

Externæ Othonis copiæ fuerunt, quas solum submiserat Illyricum, ubi septem tum legiones, duæ scilicet in Dalmatia, *undecima Claudiana*, et *quartadecima Gemina;* totidem in Pannonia, *septima Galbiana*, et *tertiadecima Gemina;* tres in Mœsia, *tertia Gallica*, *septima Claudiana*, et *octava Augusta*, ut alibi dictum.

Jam vero omnibus illis ab Othone arcessitis, jussu ejus, inquit Tacitus, iter ingrediuntur legiones e Dalmatia et Pannonia; ubi manifesto in vitio hæret, cum et legiones e Mœsia eo contenderent, quæ ad Aquileiam penetrarunt, facili in Othonis partes animo, ut idem narrat Tacitus.

'Adeo ut septem illæ legiones mandato Othonis excitæ, pariter incederent; sed quæ anteverterint eventum prælii ad Bedriacum, quæ non, (si quid video) nodus est inexplicabilis.

Atque ut rem inde repetamus, unde amotis dubii nebulis non infuscata se dat, tres legiones e Mœsia prorsus ab hoc prælio abfuerunt: Tac. l. III. 'Mœsici exercitus vires integræ.'

Affuerunt *duo millia* præmissa e quatuor legionibus, quæ in Dalmatia et Pannonia, ut Tacitus loquitur. Sed Suetonius Vespasiano c. 6. videtur velle ex Mœsia venisse: 'Mœsiaci exercitus bina e tribus legionibus millia missa auxillo Othoni;' et ipse Tac. *præmissi Mœsia.*

Intelligitque, aut eosdem, quos hic e Dalmatia Pannoniaque advenisse scribit, aut qui prælio interfuerant, et cum universus lustraretur exercitus, hic non inveniuntur.

Et lib. III. 'Duæ tunc Pannonicæ ac Mœsicæ alæ perrupere hostem,' ubi agit de levibus equitum pugnis, in principio prælii ad Bedriacum.

Ante quatuor vero legiones e Dalmatia et Pannonia, *alæ cohortesque præveniebant:* quæ verba referenda videntur ad hæc, *bina millia præmissa;* quanquam fieri possit, ut auxiliares alii missi fuerint post *bina millia*, et ante ipsas legiones; quarum adventus quæstionem facit intricatissimam.

In prælio *ad Castoris*, habemus *tertiædecimæ legionis vexillum* ex illis Pannonicis. In atroci ad Bedriacum pugna, *tertiadecima legio* a Tacito recensetur, et Vedius Aquila ejus legatus.

Quartadecimanorum quoque ex Dalmaticis legionibus mentio fit in feroci ad Bedriacum conflictu, et lib. III. 'Quartadecimani campis Bedriacensibus fusi stratique.'

Septimam autem *Galbianam* et *undecimam Claudianam* ante prælium commilitonibus suis junctas fuisse, ut ut in ipsa acie non exprimantur diserte, ex eo patet, quod æque *inter victas legiones* numerentur ac quartadecima et tertiadecima, et jubente Vitellio, 'suis hybernis redditæ,' et 'in Pannonia tertiadecima legio ac septima Galbiana dolorem iramque Bedriacensis pugnæ retinentes.'

Insuper milites prætoriani campis Bedriacensibus cedere coacti, unico se Mœsicarum legionum auxilio solantur; quæ ad Brixellum quoque animando Othoni nominantur; 'præmissi Mœsia eandem obstinationem adventantis exercitus, legiones Aquileiam ingressas, nuntiabant, ut nemo dubitet posse renovari,' &c.

Atque hæc, similemque in sensum loca, persuadent, probabiliter statui posse, quatuor legiones e Dalmatia et Pannonia jam ante venisse, ceterisque junctas fuisse; sed quando venerint, et quomodo, aut ubi se collegerint, quæque aliæ huc faciunt circumstantiæ, ut res tanti momenti perspicua narratione dilucescat, non

Digitized by Google

NOTÆ

excusanda Taciti negligentia, nobis interciderunt.

Contra, quartamdecimam nondum eo venisse, astruunt Taciti verba in Bedriacensi consultatione, vix duobus aut tribus ante pugnam diebus inita; 'paucis diebus quartamdecimam legionem, magna ipsam fama, cum Mœsicis copiis affore;' unde colligere liceat, alias tres jam venisse, sed non quartamdecimam.

E victis legionibus, quartadecima, prima, tertiadecima, septima, undecima, *soli quartadecimani se victos abnuebant;* ut ceteras affuisse, probabilitatis habeat speciem.

Medio inter consultationem et pugnam tempore, altum de adventu silentium, qui omnino, si venerant, memorari debuerat, atque unde Titianus et Proculus suam contra Paulinum et Celsum defensionem muniissent.

Si ex conjecturis hæc petita dixeris, quomodo te expedies ex hoc Taciti loco, 'Cœnus atroci mendacio universos perculit, affirmans, superventu quartædecimæ legionis, versam partium fortunam;' tanquam re certa, quod quartadecima nondum venisset tempore Bedriacensis pugnæ. Et rursus, ubi agit de quartadecima legione, 'Bedriacensi acie vexillariis tantum pulsis, vires legionis non affuisse.'

Præterea Pannonicæ legiones, teste Plutarcho, abfuerunt quoque, cum illa ad Bedriacum consultatio haberetur: 'Quas Otho ex Mysia Pannoniaque expectabat copias, non minores erant iis quas secum habuit.' Tac. lib. III. 'Pannonicæ legiones deceptæ magis quam victæ, resurgere in ultionem properant.'

Sed ut summa sequamur rei vestigia; si quatuor legiones e Pannonia et Dalmatia pars fuerint Bedriacensis prælii, cur ignoramus modum, quo se Vitellio subjecerint, Othoniani exercitus decus numero et virtute.

Et tamen nemo refragetur, quin proxime a pugna quatuor minimum legiones, de quibus disputamus, in Italia fuerint, Vitellii imperio obnoxiæ, ut ipsi Tacito testimonium denuntiamus.

Sed quando in Italiam venerint, an aliis se junxerint, et quando et quomodo se dediderint Vitellio regendas, transmisit silentio iners Taciti labor, qui rem procul dubio gravissimam mutilæ descriptionis ignavia conspurcat.

Quoad Vitellium, nihil non in liquido est, quæstionumque tricis evolutum.

In utraque Germania, *Kalend. Januar. Galba iterum et Vinio Coss.* motus Vitelliani tempore, septem fuerunt legiones, ut alibi diximus: nimirum in Germania inferiori, quinta et quintadecima in stativis *ad Veteras;* primaque *Novesii*, sextadecima *Bonnæ*.

In superiori Germania, quarta Macedonica, et decimaoctava, alias duoetvicesima, positis ad *Mogontiacum* castris, unaetvicesima Rapax, ut arbitror, præsidium *Vindonissæ:* ex illis unaetvicesima Rapax tota, et duæ ad Mogontiacum, Cæcinam comitatæ, cui triginta millium exercitus colligebatur; atque se in Italia sociavit ala Syllana.

Valens secum sumsit *aquilam Quintæ*, cohortesque et alas ex tribus aliis, constituendo quadraginta millium exercitui; aggregantibus se in itinere *legione Italica et octo cohortibus Batavorum*, Tac. Hist. I. et tamen ante Vitellii adventum nulla hic comparet legio, nisi Rapax, et Quintani.

Per *aquilam* autem *Quintæ*, non tota legio, sed magna ejus pars intelli-

Digitized by Google

rium ejus e[2] Dalmatia[1] Pannoniaque exercitibus. Fuere quatuor legiones: e quibus bina millia[m] præmissa; ipsæ modicis intervallis sequebantur: septima a Galba[n] conscripta; veteranæ undecima ac tertiadecima et præcipua[3] fama quartadecumani,[4] rebellione Britanniæ compressa. Addi-

Pannoniaque. Erant quatuor legiones; e quibus præmissa duo millia; haud longis ipsæ spatiis sequebantur: septima delecta a Galba; veteranæ undecima et tertiadecima, et magna belli *fama quartadecima, ob rebellionem Britannorum coërcitam.*

omissum, *interim*.—2 Sic bene Ryckius e Mss. Flor. et Agr. Freinshemius, *a Dalmatia;* [sic Gronov.] *Brotier*.—3 Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Reg. Guelf. et Rhenanus, *præcipui*.—4 In Ms. Corb. et editione principe, *præcipua fama quartadecima*. Puteolanus, *quartadecumana*. In Mss. Harl. Bodl. Jes. ut jam dictum, *præcipui fama XIIII*[a] vel *quartadecuma*. Sed in margine Mss. Harl.

NOTÆ

genda est, *Quintæ* licet nomen gerat, cum multi, eodem tempore, et *Quintæ* nomine, castra *Vetera* tenerent.

Abiturus autem Vitellius secum traxit reliquum Germanici exercitus robur (ait Tacit. lib. II.) remanente in Germania eodem legionum numero et nomine, (Rapace tantum excepta, quæ integra decesserat;) sed imminutis admodum ordinibus, paucisque et pæne nullis militibus.

Ita ut Hordeonius Tac. lib. IV. sub signis habuerit in Germania, quintam et quintamdecimam *ad Vetera*, sextamdecimam *Noresii*, primam *Bonnæ*, quartam et octavamdecimam, alias duo-et-vicesimam, *Mogontiaci*.

Et eodem tempore in Italia sub Vitellio fuerit alia *Quinta*, alia *quintadecima*, alia *sextadecima;* et sic alia *prima, quarta, octavadecima*, alias *duo-et-vicesima;* non integræ legiones, sed binæ ejusdem legionis partes, excepta *Rapace*, quam integram secum sumsit Cæcina, non relicta in Germania legione quæ vocaretur *Rapax;* donec illa legio eodem postea se conferret sub Cereale. *Savilius*.

[1] *Dalmatia*] Sic e Mœsia legiones proficiscebantur, sed ad Aquileiam substiterunt. *Savil*.

Suet. Vesp. 6. 'Mœsiaci exercitus bina e tribus legionibus millia missa auxilio Othoni, postquam iter ingressis nuntiatum est victum eum, ac vim vitæ suæ attulisse: nihilo secius Aquileiam usque perseveraverunt, quasi rumori minus crederent.'

[m] *E quibus bina millia*] Cepit Interpres Hisp. quasi *bina millia* ex qualibet legione *præmissa* fuerint: verisimilius puto, fuisse delectos quingentos vexillarios ex singulis legionibus, ut duo ista bina millia præcederent; eo magis, quod adventabant ipsæ legiones, ut prælio adessent.

[n] *Septima a Galba*] Et inde *Galbiana* dicta: huic præerat legatus Antonius Primus impositus a Galba, qui et tamen se ducem obtulit Othoni, statim post occisum Galbam: sed tum neglectus est, et nullo usu fuit hoc bello Otboniano, spretus ob malam famam; et forte, quia legio hæc tantum Aquileiam usque venit, nec prælio affuit.

Forte et Antonium hunc intelligit Tac. infra Hist. lib. III. 86. 'Imputare perfidiam non possunt, qui Vitellium Vespasiano prodidere, cum

Digitized by Google

derat gloriam Nero, eligendo,[o] ut potissimos. Unde longa illis erga Neronem fides, et erecta in Othonem studia. Sed, quo plus virium ac roboris, e fiducia tarditas[p] inerat: agmen[5] legionum alæ cohortesque[q] præveniebant. Et[6] ex ipsa urbe haud spernenda manus, quinque Prætoriæ cohortes, et equitum[r] vexilla cum legione prima:[s] ac deforme

Adjunxerat decus Nero, quartadecimanos *asciscendo, ut* bello *præcipuos. Unde constans illis in Neronem fides, et* mox *promtus in Othonem favor. Sed quo plus virtutis ac virium*, eo gravius *tardiusque incedebat* agmen *ex fiducia: alæ et cohortes prævertebant. Ex ipsa civitate non mediocre agmen, quinque cohortes prætorianæ, et vexilla equitum cum legione prima: et præterea auxilium indecorum,*

Bodl. emendatum, *quartadecimani*.—5 In Ms. Reg. et editione principe, ac Beroaldus, *eo agmen legionum*. Puteolanus recte omisit, *eo*. In Mss. Harl. et Guelf. altera tantum manu additum. *Brotier*.—6 Sic Budens. Flor. et

NOTÆ

a Galba descivissent:' quamvis præcipue respiciat hic ad Cæcinam, Lucilium Bassum, Burdonem et alios; qui cum exercitibus integris, aut classibus, transiere ad Flavianos.

[o] *Eligendo*] Primo forte adversus Albanos, dein quod majoris momenti fuit adversus Vindicem.

[p] *E fiducia tarditas*] Tarditatem accusat earum legionum, quas jamjam enumeravit, non autem Othonis, aut illius exercitus, aut solius quartædecimæ legionis; non enim de una legione dixisset, 'quo plus virium ac roboris;' præterea mox addit: 'agmen legionum alæ cohortesque præveniebant.' Sicque manifesto convincit, accusari tarditatem quatuor legionum, de quibus hic, et jam dixerat, scil. de iisdem, 'e quibus bina millia præmissa, ipsæ modicis intervallis sequebantur,' id est, lente, tarde veniebant.

[q] *Alæ cohortesque*] Fortasse intelligit duo millia, quorum ante meminit; fortasse etiam, aut potius, alios præterea. *Savilius*.

Alæ cohortesque] Capiunt de auxiliaribus. Attamen et erant eo ævo *cohortes* Rom. quæ separatim merebant, ut et *alæ* multæ. Erant et cohortes Rom. simul et auxiliares. Magis expeditæ illæ cohortes, quam legiones; quare propere et raptim trahebantur ad urgentia belli. Forte et hæ cohortes vexilla legionum erant, saltem ex parte.

Alæ cohortesque] Intellige auxilia quatuor harumce legionum, quæ expedita magis, at legionum agmen gravius. Possint et intelligi forte *vexillarii*, seu electi harum legionum, et eques legionarius, additis tamen auxiliariis, ut qui magis expediti essent.

[r] *Equitum*] Scil. *equitum* prætorianorum; forte et aliorum equitum *vexilla cum legione prima* adjutrice, quæ et suos equites habuit.

Equitum vexilla] Sic dixit, non quia magis propria essent vexilla *equitum*, quam *peditum*, sed quia abstracta erant a legionibus suis illa vexilla, aut a cohortibus prætorianis; nec forte totæ *alæ* erant, sed tantum partes, seu *turmæ*.

[s] *Legione prima*] Quæ *prima adjutrix*, seu *classica* dicta.

Digitized by Google

insuper auxilium, duo millia gladiatorum, sed per civilia arma[t] etiam severis Ducibus[u] usurpatum. His copiis rector additus Annius Gallus, cum Vestricio Spurinna ad occupandas Padi ripas[v] præmissus: quoniam prima consiliorum frustra ceciderant, transgresso jam Alpes[w] Cæcina, quem sisti intra[7] Gallias posse speraverat. Ipsum Othonem comitabantur speculatorum lecta corpora,[x] cum ceteris Prætoriis

bina millia gladiatorum, sed bellis civilibus id *etiam egregiis Imperatoribus factitatum. Impositus his copiis Annius Gallus, cum Vestricio Spurinna præire jussus ad occupanda Padi littora; quia primi conatus in irritum cesserant, cum jam Alpes superasset Cæcina, quem crediderat* Otho *cohiberi posse intra Gallias. Ipsum Othonem stipabant speculatorum delecta robora, cum cetero milite prætorio,* etiam *emeriti*

Agr. Brotier. omisit *et*, et sic Gronov.—7 Sic bene Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. Male Mss. Corb. Reg. et editio prin-

NOTÆ

[t] *Per civilia arma*] Pompeius in bello civili adversus Cæsarem idem meditabatur; sed dissuadentibus amicis ab incepto destitit. Cæsar de bello civili III. 4. *Savilius.*

[u] *Severis Ducibus*] Forte Pompeium tantum intelligit, aut respicit ad Syllam et Marium: nam nec dictator Cæsar, nec Brutus aut Cassius, talibus militiæ flagitiis uterentur.

[v] *Padi ripas*] Quæcumque tandem sententia fuerit, res docet, custodiendæ ripæ non adhibitos, præter gladiatores. *Savilius.*

[w] *Prima consiliorum frustra ceciderant, transgresso jam Alpes*] Sueton. docet fuisse commissum aliquod prælium apud Alpes, sed silet Tacitus. Forte aliquod leve prælium fuit cum ala Sylana aut cohortibus quæ bellum transmisere in Italiam, quod neglexit Tacitus, ut levis momenti, vel forte non advertit.

Transgresso jam Alpes] Suet. Oth. 9. 'Et tribus quidem, verum mediocribus prœliis apud Alpes, circaque Placentiam, et ad Castoris... vicit.' An victus Cæcina apud Alpes? Forte id intelligendum de cohortibus auxiliarium, quas præmiserat; quæ forte vexatæ in transitu, sed tamen perruperunt in Italiam.

Alpes] In quarum transitu commissa pugna, si audimus Sueton. Oth. et hic innuere videtur Tacitus, et si non de pugna, saltem de copiis oppositis intelligit.

Alpes] Vide notas lib. I. cap. 66.

[x] *Speculatorum lecta corpora*] Speculatores, militum genus, ferebant literas publicas, et principis, deputati a præfecto prætorii; quibus et diplomata dabat obsignata suo annulo.

Plut. Galba: 'Cum consules publicos famulos destinassent, qui decreta ad Imperatorem perferrent, iisque obsignata diplomata tradidissent: quibus agnitis, singularum urbium magistratus, dispositis vehiculis, iter tabellariorum accelerarent: Nymphidius haud mediocriter indignatus est, quod non ab ipso militibus sigilloque acceptis, isti missi essent,' &c.

Speculatorum lecta corpora] Cepit interpres Hispanus de personis seu corporis custodibus, ita ut distinguat

Digitized by Google

cohortibus, veterani e Prætorio,[y] classicorum[z] ingens numerus. Nec illi segne aut corruptum luxu iter:[a] sed lorica ferrea usus[8] est,[b] et ante signa pedester, horridus,[c] incomtus, famæque dissimilis.

prætoriani, et *classiariorum ingens multitudo. Nec illi lentum aut molle per voluptates iter; sed tegmen ferreum induerat, et ante agmen pedester, atrox, incultus, et famæ suæ contrarius.*

ceps, *inter*. Idem.—8 Ita Mss. Flor. Reg. editiones veteres et recentiores.

NOTÆ

duo genera custodum, et *speculatores* propius stipent principem; et certe custodiebant illi Claudium epulantem, ita ut alii *prætoriani* in foribus palatii excubarent. Vocat interpres Gall. *speculatores, les archers de la garde.*

[y] *Veterani e Prætorio*] Distinguit veteranos a cohortibus, recte: quia exauctoratos intelligit, et qui post sedecim stipendia habebantur sub vexillo, non aliter quam legionarii, de quibus ad Ann. I. Atqui hi *veterani* nec in legionibus ultra censebantur, nec illi in cohortibus præt. *Lips.*

Veterani] Qui exauctorati, et jam forte belli munerum et excubiarum immunes, nisi spe novæ prædæ allecti ad militiam revocarentur.

Veterani e Prætorio] Qui scil. *evocati*, seu revocati ad militiam, urgente necessitate belli: nam si *veterani* prætoriani, postquam exauctorati sunt, adhuc retinentur sub vexillo, qui differunt ab aliis, nisi forte majus stipendium accipiant? nam quid agunt sub illo vexillo, nisi adhuc excubent principi, et castris suis? et sic ab aliis nullo modo differunt, nisi forte novam cohortem componerent, etiam per vices assidentem foribus principis, quod factum non putem.

Potius est, ut illi velut *evocati* haberentur, quia revocati ad militiam erant, et eodem ordine merebant, quo alii prætoriani, nisi quod altiores forte ordines ducerent, et majora præmia seu commoda adipiscerentur, utpote militiæ veteres et conspicui bello.

[z] *Classicorum*] Qui nondum compositi in numerum legionis, qui forte nondum sub signis; et tamen sic jam nihil pertinebant ad classem; aut mare, sed trahebantur suppleturi legiones, cohortes, aut præsidia. Quamplurimi classici hocce bello reperiuntur.

Galba, si credimus Dioni lib. LV. delegit *primam adjutricem*, et *septimam*, Galbianam. Hæc *prima adjutrix*, haud dubie etiam ex classicis constabat, et tamen tot millia interfecerat Galba.

Vespasianus etiam duas conscripsit, *secundam adjutricem*, et quartam Flaviam; idem Dio. De qua *secunda* mentio Hist. lib. v. 16. 'Illa primum acie Secundanos nova signa novamque aquilam dicaturos:' sed an ex classicis, incertum.

[a] *Nec illi segne aut corruptum luxu iter*] Sic fere Plutarchus de Artaxerxe: 'Neque enim aurum, neque Candys, neque apparatus duodecim millium talentorum, qui semper Regis personæ adhæsit, impediebat, quin ageret et labori incumberet, fere ut e vulgo homines; immo vero, pharetram peltamque gestans, ipse primus ingrediebatur per vias montium arduas et acclives, omisso equo; ita ut alii omnes, ejus vim et alacritatem conspicientes, allevarentur, et, velut alas habentes, incederent.'

[b] *Lorica ferrea usus est*] Alius de-

Digitized by Google

12. Blandiebatur cœptis Fortuna, possessa per mare[d] et naves majore[1] Italiæ parte, penitus usque ad initium maritimarum Alpium:[e] quibus tentandis[f] aggrediendæque[2] pro-

Consiliis arridebat fortuna, occupata per mare et classem majore parte Italiæ, prorsus usque ad principium maritimarum Alpium: quibus lacessendis, oppugnan-

In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Rhenanus tantum, *usus*. Grut. ambas voculas *usus est* deletas cupiebat.

1 Budens. et edd. ante Rhen. *et majore*. Eam particulam connectentem Rhen. delevit. *Oberl.*—2 Sic bene Mss. Farnes. Corb. Lipsius et recentiores. In Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *aggrediendisque*.

NOTÆ

scribitur a Juven. Sat. III. vs. 190. Quid si ex priore fama hæc illi affingantur a poëta? *famæque* sit *dissimilis*. Savilius.

[c] *Horridus*] Vertit interp. Hisp. *terrible y espantable à la vista*, id est, terribilis et visu formidandus: quo mentem Taciti non exprimit. Nam hic squallidum cultum tantum intelligit; qui tamen horror in viro militari et Imperatore Rom. non injucundus. Sic ornatus ille sic formidatus hosti tantum, sic amicis lætus gratusque. Tac. lib. de Mor. Germ. de Suevis. 'Usque ad canitiem, horrentem capillum retro sequuntur, ac sæpe in ipso solo vertice religant. Principes et ornatiorem habent: ea cura formæ, sed innoxiæ. Neque enim, ut ament amenturve, in altitudinem quandam ac terrorem adituri bella comti, ut hostium oculis ornantur.'

[d] *Possessa per mare*] Sic Ann. lib. II. 5. 'At si mare intretur, promtam ipsis possessionem.' *Germaniæ* nempe, non *maris*, ut volunt.

[e] *Maritimarum Alpium*] Alpes maritimæ sic dictæ, quod mari vicinæ sunt: hæ a Varo flumine, quod Italiam a Gallia disterminat, incipiunt. *Lupanus*.

Maritimarum Alpium] Alpes maritimæ, montes Liguriæ regionis Italiæ, et Galliæ Narbonensis, versus mare Ligusticum: hodie vocamus *Alpes Maritimes*. Sunt in parte meridionali status Pedemontii. Provincia Viennensis quarta dicta est *Alpes Cottiæ et Maritimæ* posterioribus temporibus. *Tillemon*.

[f] *Quibus tentandis*] Duplex mandatum Othoniani duces habuerunt, tentandarum Alpium, et Provinciæ invadendæ, quæ ad Vitellium defecerat.

Supra lib. I. 'Narbonensem Galliam aggredi statuit, classe valida et partibus fida.' Infra: 'imminere provinciæ Narbonensi in verba Vitellii adactæ classem Othonis, trepidi nuntii attulere.' *Lipsius*.

Omnes aditus Galliarum, (in quibus *Alpes maritimæ*,) armis Vitellii tenebantur. Tac. 'quando Penina, Cottiæque Alpes, et ceteri Galliarum aditus Vitellianis exercitibus claudebantur:' at Othoni placuerat sistere in Gallia Cæcinam; Tac. 'transgresso jam Alpes Cæcina, quem sisti intra Gallias speraverat.' Eaque de causa Narbonensem provinciam memoratos duces classe aggredi jussit, ut, illa recepta, aditus Alpium maritimarum pateret. *Salin*.

Digitized by Google

vinciæ Narbonensi,[3] Suedium Clementem, Antonium Novellum, Æmilium Pacensem[g] Duces dederat. Sed Pacensis per licentiam militum vinctus:[4h] Antonio Novello nulla auctoritas: Suedius Clemens ambitioso imperio[i] regebat, ut adversus modestiam disciplinæ[j] corruptus,[5k] ita præliorum avidus.[5] Non Italia adiri, nec[6] loca sedesque patriæ vide-

dæque provinciæ Narbonensi constituerat duces Suedium Clementem, Antonium Novellum, et Æmilium Pacensem. Sed Pacensi per insolentiam militum indita vincla: Antonio Norello nihil auctoritatis erat: *Suedius Clemens ambitiose imperabat*, qui, *ut erga severitatem militarem parum intentus, ita in pugnas promtissimus* erat. *Non Italia, non regiones, aut natale solum peti videbantur; incendere, diri-*

Brot.—3 Budens. *aggrediendisque pr. Narbonensis.*—4 Sic bene Mss. Flor. Corb. Pichena et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *junctus.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *victus.* Brotier.—5 Ita libri omnes scripti et editi. Hæc frustra ad milites refert J. F. Gronovius; et emendat, *corruptos . . . avidos.* Idem.—6 Ms. Corb. *neque loca.*

NOTÆ

[g] *Æmilium Pacensem*] Qui tribunus olim urbanarum cohortium et exauctoratus a Galba erat, Tac. Hist. I. 20.

[h] *Vinctus*] Non *victus*, ut volunt: nec is erat, qui vinceretur a milite quamvis immodesto, immo quia disciplinam acerrime usurpabat: *vinctus* est, et sic opponitur Novello, cui *nulla auctoritas*: et Clementi, qui 'ambitioso imperio regebat, et adversus modestiam disciplinæ corruptus erat.'

[i] *Ambitioso imperio*] Quid sit ambitiosum, molle, aut precarium imperium, satis explicat Tacitus, cum addit: 'ut adversus modestiam disciplinæ corruptus,' &c.

[j] *Adversus modestiam disciplinæ*] Unde sæpe et aviditas certandi, aut certe necessitas, de Ceriali Tac. Hist. IV. 71. 'Ipse pugnæ avidus et contemnendis quam cavendis hostibus melior.'

Et l. V. 21. 'Aderat fortuna, etiam ubi artes defuissent: hinc ipsi exercituique minor cura disciplinæ.' Antea: 'parum temporis ad exequenda imperia dabat: subitus consiliis, eventu clarus.'

Sed præcipue ex immodestia militari sequitur, quod statim refert Tacitus, sedes patrias tanquam 'urbes hostium urere, vastare, rapere,' &c.

[k] *Corruptus*] Hæc commodius de militibus quam de duce dici censeo, et sic scripsisse Tacitum: 'Suedius Clemens ambitioso imperio regebat, ut adversus modestiam disciplinæ corruptos, ita præliorum avidos.' *Gronorius.*

Immo Clemens idcirco ambitioso imperio regebat, quod modestiam disciplinæ corrumperet, seu corrumpi pateretur; in eo enim *ambitiosum imperium*, quod veluti precario imperaret; quod nimia indulgentia milites animos illiceret; quod insanire illos pateretur omni modo: nec certe tam corrumpitur miles lascivia aut licentia propria, quam ambitione ducum, auram popularem captantium.

Sic l. I. 60. 'Trebellius seditionem et confusum ordinem disciplinæ Cælio; spoliatas et inopes legiones Cælius Trebellio objectabat: cum interim, fœdis legatorum certaminibus, modestia exercitus corrupta,' &c.

Digitized by Google

bantur: tanquam externa littora et urbes hostium urere, vastare, rapere: eo atrocius, quod nihil usquam provisum adversum metus. Pleni agri,[1] apertæ domus: occursantes domini[m] juxta conjuges[7] et liberos securitate pacis et belli malo circumveniebantur. Maritimas tum Alpes tenebat Procurator Marius Maturus.[n] Is concita gente (nec deest juventus) arcere provinciæ finibus Othonianos intendit. Sed primo impetu[8] cæsi disjectique montani, ut quibus, temere collectis, non castra, non Ducem noscitantibus, neque in victoria[9] decus esset, neque in fuga flagitium.

13. Irritatus eo prælio Othonis miles vertit iras[o] in muni-

pere, agere, et ferre velut externas oras, et civitates hostium: eo immanius, quod nihil usquam præparatum erat *adversum formidines. Referta prædia, reseratæ ædes; obvii possessores una cum uxoribus et filiis, tranquillitate pacis, et belli cladibus intercipiebantur. Marius Maturus procurator tum maritimas Alpes regebat. Is convocata natione* (*nec desunt* capti *juvenes* bello) *voluit prohibere Othonianos ingressu provinciæ. Sed primo congressu fusi fugatique montani, ut quibus, tumultuario conscriptis, non munimenta, non imperia ducis noscentibus, neque in vincendo gloria esset, neque in fugiendo dedecus.*

Exasperatus ea pugna Othonianus miles, sævitiam flexit adversus oppidum Al-

7 Idem *juxta conjuges suas.*—8 Idem *primo ictu.*—9 Ms. Jes. *victoria*, omissa præpositione.

NOTÆ

[1] *Pleni agri*] Id de villis seu prædiis intelligi possit: nam ea incipiente vere transigebantur, quo parum lædi segetes queant.

[m] *Occursantes domini*] Nota morem obviam eundi principibus ac ducibus in lætitia. Tac. l. XIV. cum Neroni obviam itur, ait: 'Conjugum ac liberorum agmina per sexum et ætatem disposita.' Liv. l. XXIII. 'Marius, concione advocata, edicit, ut frequentes cum conjugibus ac liberis obviam irent Annibali.' *Pichena.*

Forte non lætitia, sed necessitate, aut fortuito tantum illi occursabant.

Et vere fortuito tantum, non per officium occursabant. Sic enim infra eod. l. XXVI. 'Ceterum ea ubique formido fuit, apud fugientes, occursantes, in acie, pro vallo, ut deleri cum universo exercitu Cæcinam potuisse ... percrebuerit.'

Occursantes] Quia fuga aut latebris, neque sibi neque suis opibus vel copiis providerant; forte etiam quidam occursabant, ut benigne eos exciperent, velut socios et amicos, et in prædones incidebant.

[n] *Maturus*] Qui Vitellio fidus, eo bello, dein et bello Vespasiani; donec tandem vicinis ad Flavianas partes transeuntibus, *digresso Valente*, etiam ipse sacramento eodem, quo omnes, adactus est.

[o] *Vertit iras*] Et haud dubie vastavit diripuitque oppidum: patet ex sequentibus; 'Calamitatibus insontium expleta ira:' et exemplo fœminæ Liguris, quæ *per cruciatus interrogata*, ubi pecuniam et *filium occuleret?* et mox, c. 16. 'direptos vastatosque

cipium Albium Intemelium:[1] [p] quippe in[2] acie nihil prædæ: inopes agrestes et vilia arma: nec capi poterant, pernix[3] genus et gnari locorum: sed calamitatibus insontium expleta avaritia. Auxit invidiam[q] præclaro exemplo fœmina Ligus,[4] quæ filio abdito, cum simul pecuniam occultari milites credidissent, eoque per cruciatus interrogarent, 'ubi filium occuleret?' uterum ostendens, 'latere'[5] respondit, Nec ullis deinde terroribus,[6] [r] aut morte, constantiam vocis egregiæ mutavit.

14. 'Imminere provinciæ Narbonensi, in verba Vitellii adactæ, classem Othonis,' Fabio Valenti trepidi nuntii attulere. Aderant legati coloniarum, auxilium orantes. Duas Tungrorum[1] [s] cohortes, quatuor equitum turmas,[t] universam

bium Intemelium: namque in prælio nihil præmii aut opum; egeni rustici, et nullius pretii tela: nec attingi aut prehendi poterant, gens cursu levis, et scientes regionis: sed miseriis innocentium satiata cupido. Intendit odium egregio instituto mulier Ligus, quæ occultato filio, cum simul opes abscondi putassent milites, ideoque per tormenta inquirerent, ubi filium obtegeret? *exhibens alvum, illic* occultari *subjecit. Nec ullis postea cruciatibus, aut exitio, firmitudinem vocis eximiæ* in mollius *flexit.*

Pavidi tabellarii nuntiavere Fabio Valenti, classem Othonis instare Galliæ Narbonensi, quæ sacramentum Vitellii acceperat. *Venerant oratores civitatum, suppetias rogantes. Misit duas cohortes Tungrorum, quatuor turmas equitum,*

1 Sic bene Lipsius et recentiores. Male Mss. *Albintimilum, Albuntimilium,* aut quid corruptius. *Brotier.*—2 Budens. *in ea acie.*—3 Bud. *nec pern. τὸ nec* Rhen. vult verti in *et.*—4 Ms. Agr. et editio princeps, *Ligur.* Vulgo Mss. *Lygus.* Sic quoque Virgilius, Æneid. XI. 715. 'Vane Ligus, frustraque animis elate superbis.' *Brotier.*—5 Amicus Ryckii supplebat, *hic latere.*—6 Ita Mss. Flor. Reg. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *tortoribus, aut morte.* In margine Ms. Harl. additum, *terroribus.*

NOTÆ

classe, etiam quos cohortes alæque' Vitellianæ 'protegerent.'

[p] *Albium Intemelium*] Ita quidem e Strabone scripseris l. IV. 'Cum duplices sint Ligures, Intemelii et Ingauni: jure eorum ad mare coloniæ, altera Albium Intemelium dicta, quasi Alpium; altera paulo contractius, Albingaunum.'

Nec aliter in Plinio, quin tamen etiam concise *Albintemelium* dicta fuerit, haud negaverim. *Lipsius.*

Intemelium] Urbs Liguriæ regionis: hodie *Vintimiglia,* urbs oræ Genuensis ad meridiem et occidentem, in Italia. *Tillemonius.*

[q] *Auxit invidiam*] Armorum civilium et partium Othonis; seu magis præcise, calamitatum et rapinarum, quibus Othoniani isti per Italiam grassabantur.

[r] *Terroribus*] Cruciatuum scil. aut vel ipsa morte, quam ipsi intulerunt: sic interp. Hispanus.

[s] *Duas Tungrorum*] Non *Turingorum,* qui longius a Rheno dissiti nec

Treverorum alam cum Julio Classico, Præfecto, misit: e quibus pars in colonia Forojuliensi[u] retenta, ne, omnibus copiis in terrestre iter versis, vacuo mari classis[v] accelera-ret. Duodecim equitum turmæ, et lecti e cohortibus, adversus[2] hostem iere: quibus adjuncta Ligurum[w] cohors, vetus loci auxilium,[x] et quingenti Alpini,[3] qui nondum sub

Totam Treverorum alam cum Julio Classico, qui iis præesset: quarum copiarum *pars in oppido Forojuliensi habita, ne omni milite expeditioni terrestri intento, destituto* sic *pelago, classis approperaret. Duodecim turmæ equitum, et validissimi cohortium contendere adversus hostem: quibus addita cohors Ligurum, priscum regionis præsidium, et quingenti Pannonii nondum sub vexillis. Nec cuneta-*

1 Sic bene Ms. Reg. Rhenanus et recentiores. Editio princeps, *Thuringorum*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Turingorum*. Brotier.—2 Bud. *ad host.*—3 Brotierus cum ceteris legit *Pannonii nondum sub signis*. At Pannonii

NOTÆ

Tacito commemorati sunt. Transrhenani Vitellii partes secuti sunt, sed proximi ripæ, ut Tencteri, Usipii, Tubantes, Chamaui, Bructeri, &c.

Tungrorum] Tungri populi Germaniæ inferioris, in Belgica regione Galliæ; hodie diœceses Episcopatuum Leodiensis *Lyege*, et Namurcensis *Namur*; vel secundum divisiones temporales Namurcensis comitatus *Namur*, Limburgensis ducatus *Limbourg*, et pars dominii temporalis Episcopatus Leodiensis *Lyege*, pars comitatus Hannoniensis *Haynaut*, et pars ducatus Luxemburgensis *Luxembourg*: ex Geographia Sansonis. *Tillemon.*

[t] *Quatuor equitum turmas*] Puto, legionariorum equitum: nam si fuissent externi, eos nominaret quemadmodum et *Treveros*, quorum *alam universam* missam dicit; ut sic distinguat eam a *turmis*, quæ minor pars equitatus quam ala: *cohortes* sunt peditum.

Ala habuit 400. equites, interdum 500.; vel et mille aliquando. Ala divisa in decem turmas, quandoque in sedecim.

Si pro prisca divisione sumitur Tacitus, qua decem turmæ fuerunt in ala, totus ille equitatus 14. turmæ fuerunt, ex quibus duæ remanent in Colonia Forojuliensi, duodecim aliæ eunt ad bellum. Quælibet turma habuit 30. vel 32. equites.

[u] *Forojuliensi*] Forum Julii, urbs Oxybiorum populorum in Viennensi Tertia, Galliæ Narbonensis provincia: hodie *Frejus* urbs Provinciæ *Provence*, in ora meridionali regni Franciæ. *Tillemon.*

[v] *Classis*] Ne classis, destituto navibus aut præsidiis mari, Coloniam Forojul. invaderet.

[w] *Ligurum*] Liguria, regio vel provincia Galliæ Togatæ ad mare Ligusticum in Italia: hodie fere omnis status Gennensis, *Genes*, nonnullique *minores status* in hac Reipublica siti, et major pars ducatus Montisferrati, *Montferrat*, necnon partes meridionales statuum Pedemontii et Mediolanensis, *Piemont* et *Milan*, in Lombardia superiore. *Tillemonius.*

[x] *Vetus loci auxilium*] Nempe Coloniæ Forojuliensis.

Digitized by Google

signis.[7] Nec mora prælio: sed acie ita instructa,[z] ut pars classicorum,[a] mixtis paganis,[b] in colles mari propinquos

tum, quin certaretur: sed acie ita disposita, ut pars classiariorum, adjunctis incolis, se erigeret in montes mari proximos, et prætorius miles occuparet, quantum

Othonis partes sequebantur: v. cap. 11. et 17. Hinc Savilius reponit *Alpini*, et intelligit Ligures. Mox etiam ipse Tacitus memorat *Alpinos*. Sequor Sa-

NOTÆ

[7] *Nondum sub signis*] Qui tirones adhuc et nondum militari disciplina instituti, non statim sub signis militabant. Forte primo adhibiti in præsidiis tantum, et ad sarcinas tuendas in castris etiam veteres *signa* distinguebant.

Suet. Aug. 25. 'Ad tutelam ripæ servos sine mora manumissos sub priore vexillo habuit; neque aut commistos cum ingenuis, aut eodem modo armatos.'

Illi Pannonii sequebantur exercitum, forte ut supplerent legiones, vel cohortes auxiliarium, vel ut armati cohortem ipsi auxiliariam efficerent. Innuit tamen destinatos supplendis legionibus vel cohortibus, cum dicit: *nondum sub signis*.

[z] *Acie ita instructa*] In hoc conflictu distincte apud Othonem memorantur classici, pagani, prætoriani, et classis.

Vitellio militant duodecim equitum turmæ, cohors Ligurum, Tungricarum cohortium delectus, quingenti Pannones, et præter eas copias paulo post *Alpini*, nisi fortassis utroque loco legendum *Albini*, ut forte Ligures designentur, cum nulla assequar imaginatione, quid hic rei sit *Pannonicis*.

Aut si verum id sit, quod tamen mirum videatur, operæ pretium fuisset scire ex auctoris descriptione, quomodo illuc fuerint delati, quæ tamen hic deficit. *Savilius*.

Sed acie] *Acie* scil. Othonianorum.

[a] *Classicorum*] Vertit clar. Harlæus de legione classiaria; sed hæc pugnant inter se, legio et classiarii; quippe sunt duæ militiæ distinctæ: id intelligendum vertendumque ambigue, quemadmodum et narrat Tacitus.

Certe classiarii evecti ab Othone in ordinem et numeros legionis, et potuerunt remitti ad classem, ut ibi etiam legionariam militiam exercerent, quemadmodum et prætoriani, qui etiam vere legionarii et nobilissimi huc missi sunt; sed de ea re nihil clare Tacitus.

Immo patet apud se Othonem retinuisse classiarios, ut sibi fidissimos, et affuit legio *classica* prælio Bedriacensi, a qua strata principia abreptaque aquila unaetvicesimanorum, et quæ postea a Vitellio in Hispaniam remissa, ut otio mitesceret; summa enim ferociæ fuit.

Vocatur *prima adjutrix*, et nulli antea prælio interfuerat; scil. quia nuper evecta ab Othone, ut ante a Nerone, in numeros legionariæ militiæ, respuente Galba hoc militiæ flagitium.

Nisi forte jam et id antea obtinuisset a Galba, qui mobilitate ingenii eos occiderat, decumarat, in vinculis habuerat, dein et libertatem reddiderat, forte et militiam honestiorem concesserat, quam tanta pervicacia flagitabant, ipso adventante in urbem.

Sed nihil refert: nuper condita illa

exsurgeret, quantum inter colles ac littus æqui loci, Prætorianus miles expleret, in ipso mari ut annexa classis[c] et pugnæ parata, conversa et minaci fronte prætenderetur.[d] Vitelliani, quibus minor peditum vis, in equite robur, Alpinos proximis jugis, cohortes densis ordinibus post equitem locant. Treverorum turmæ obtulere se hosti[e] incaute, cum exciperet contra veteranus miles, simul a latere[f] saxis[4] urgeret apta ad jaciendum etiam paganorum manus:[5] qui

justi loci erat *inter montes et ripas*, ita *ut in ipso æquore admota prope classis, et prælio disposita, intenta, et minaci specie obtenderetur. Vitelliani, quibus minus firmum agmen peditum, et vis in equitatu, statuunt Alpinos propinquis collibus, cohortes conferta acie* disponunt *post equitatum. Turmæ Treverorum invasere hostem improvide, cum contra obniteretur vetustus miles, et simul instaret a latere cum lapidibus idoneum ad conjiciendum etiam agrestium indigenarum agmen; qui*

vilium, et cum Bipont. addo *qui*. Oberl.—4 Ms. Guelf. *sax. etiam*. Bipont. ita locum refingunt: *sim. a latere. Saxis etiam, &c.*—5 Ita Ms. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Putcolanus, *simul a latere etiam saxis urgeret apta ad juciendum paganorum manus*. Ms. Flor. *saxis etiam ur-*

NOTÆ

legio, quocumque modo id contigisset. Sed non constat fuisse missam ad naves, neque universam, neque electos ipsius, aut vexillarios.

[b] *Paganis*] *Pagani* a *pagis* dicti sunt; qui ibi habitant, aut inde sunt oriundi; etiam si urbes colant, non recepti in civitatem, nullo prope numero, et plebeii.

Cic. pro domo: 'nullum in hac urbe collegium, nulli pagani aut montani.'

Suetonius Aug. 'Pinarium equitem Romanum, cum, concionante se, admissa turba paganorum, apud milites subscribere quædam animadvertisset:' ideoque infr. eod. lib. prætorianos milites *paganos* appellat, quod vicani urbem colerent: hic vero demonstrantur *pagorum incolæ*.

In libris vero nostris civilibus *pagani* sunt, non milites, quod unde ductum sit, diximus alibi. *Ferrettus.*

[c] *Ut annexa classis*] Id est continua ceteris copiis, et velut aciei terrestri connexa, et velut in partem pugnæ disposita conversaque.

Annexa classis] Quæ prope nempe astaret, velut in eadem acie juxta prætorianos.

[d] *Prætenderetur*] Id est opponeretur, et velut instrueretur secundum longitudinem et spatium oræ maritimæ, qua prælium committeretur.

[e] *Hosti*] Id est, prætorianis cohortibus: nam infra *exciperet veteranus miles*, qui non alius a prætorianis: et alii, scil. pagani et classici, in collibus mari propinquis dispositi; sicque in eos difficile invectus esset eques Tungrorum.

[f] *Simul a latere*] In adversa fronte dispositæ post equitem prætorianæ cohortes; et vincentibus cohortibus, hostemque impellentibus, stabant a latere Alpini *jugis* mari *proximis*. Etiam et a tergo instabat classis. *Ita undique clausi.*

Digitized by Google

sparsi inter milites, strenui ignavique, in victoria idem audebant. Additus perculsis terror,[g] invecta in terga pugnantium classe.[h] Ita undique clausi: deletæque omnes copiæ forent, ni victorem exercitum attinuisset obscurum noctis, obtentui[6] fugientibus.

15. Nec Vitelliani, quanquam victi, quievere: accitis auxiliis, securum hostem ac successu rerum socordius agentem invadunt: cæsi vigiles, perrupta castra, trepidatum apud naves: donec, cedente[i] paulatim metu,[j] occupato juxta colle[j] defensi, mox irrupere. Atrox ibi cædes, et Tungrarum[2] [k] cohortium Præfecti,[l] sustentata[3] diu acie, telis obruuntur. Ne Othonianis quidem incruenta victoria fuit, quorum improvide secutos conversi equites circumvenerunt.[4]

quia *mixti inter manipulares, fortes inertesque, dum vincerent, eandem audaciam præferebant. Adjectus exterritis pavor, irrumpentibus in terga certantium navibus. Ita undique circumdati* sunt; *profligatusque omnis exercitus foret, ni victores* Othonianos *cohibuisset caligo noctis, subsidio et prætextui terga vertentibus.*

Nec Vitelliani, quamvis fusi, inertes mansere: vocatis sociis, invadunt incuriosum hostem, et felici exitu pugnæ negligentius agitantem: occisi qui excubias agebant, penetrata munimenta, terror injectus classi; donec senescente sensim formidine, insesso juxta monte protecti sunt; *dein incurrere. Immanis eo prælio strages, et duces cohortium Tungrarum telis operiuntur, postquam diu prælium sustinuissent. Othonianis etiam multo cruore stetit victoria, quorum eos qui incaute prosequebantur*

geret. Quod mallem. *Brotier.*—6 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *objectum obtentui fugientibus.*

1 Sic Mss. Harl. Bodl. Jes. quod mallet Ernestus, aut *residente.* In Ms. Corb. *sidentes.* Male Ed. pr. *sedentem.* Puteolanus et deinde ceteri omnes *sidente.* Brotier.—2 In Ms. Corb. *Turingorum.* Aberat *cohortium.* Additum est altera manu. In Mss. Harl, Bodl. et editionibus veteribus, *Turingarum cohortium.*—3 Quidam legunt *sust. quidem.*—4 Ms. Corb. *circumvenere.*—

NOTÆ

[g] *Terror*] Ex classicis, qui forte e navibus in eos catapultis, ballistis, et aliis machinis saxa, telaque vibrabant; aut etiam in ripam exponere suos ad oppugnandum a tergo hostes poterant.

[h] *Classe*] Id est, copiis classicis, quæ castra ex more habuere ad littus juxta classem, aut certe tum dispositæ in navibus, tum egressæ, terga hostium jam perculsorum invasere.

[i] *Cedente paulatim metu*] Vulgo *sidente;* id est, cessante paulatim et conquiescente metu.

[j] *Occupato juxta colle*] Qui idem est, ut puto, cum collibus de quibus supra cap. 14. 'Ut pars Classicorum mixtis paganis in colles mari propinquos exsurgeret.'

[k] *Tungrarum*] Vide notas c. 14.

[l] *Præfecti*] Duo præfecti erant ejusdem gentis, duces popularium suorum et pro more, sociorum nobilissimi. Sic florem gentis ac virorum militarium abducebant suis finibus, eosque interim obsides habebant.

Digitized by Google

Ac velut pactis induciis, ne hinc classis,[m] inde eques,[5] subitam formidinem inferrent, Vitelliani retro Antipolim,[n] Narbonensis Galliæ municipium;[o] Othoniani Albingaunum[6 p] interioris[q] Liguriæ,[r] revertere.

16. Corsicam[s] ac Sardiniam,[t] ceterasque proximi maris insulas, fama victricis classis in partibus Othonis tenuit. Sed Corsicam prope afflixit D.[1] Pacarii Procuratoris temeritas, tanta[2] mole belli, nihil in summam[3 u] profutura, ipsi exitiosa. Namque, Othonis odio, juvare Vitellium Corsorum viribus[4] statuit, inani auxilio, etiam si provenisset.

tur, versa fronte equitatus intercepit. Ac velut inito fœdere, ne hinc naves, inde equites repentinum terrorem incuterent, Vitelliani versus Antipolim, Narbonensis provinciæ oppidum, rediere; Othoniani Albingaunum interioris Liguriæ regressi sunt.

Rumor victricium navium in factione Othoniana retinuit Corsicam ac Sardiniam, et alias insulas vicini æquoris. Sed imprudentia Decimi Pacarii procuratoris fere subvertit Corsicam, quæ audacia *in tanta magnitudine belli, nullius in universum* bellum *momenti futura, ipsi* vero *perniciem allatura* fuit. *Quippe, inimicitia in Othonem, decrevit fovere Vitellium copiis atque opibus Corsorum, vano subsidio,*

5 Ita Mss. editiones veteres et recentiores. Frustra Rhenanus emendaverat, *equites.* Brotier.—6 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Pateolanus et recentiores. In Ms. Flor. et editione principe, *Albigaunum.* Idem.

1 *Decumi* Mss. et veteres editiones. In recentioribus, *Decimi*, et sic Ryckius et Gronov. Cl. Ernestus, *D. Pacarii.*—2 Ita libri omnes. Mallet J. F. Gronovius, *tentata.*—3 Ita bene Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *in summa.* Sic jam emendatum supra Annal. XIII. 38. *Brotier.*

NOTÆ

[m] *Ne hinc classis*] Nempe ab Othonianis; *inde eques*, nempe ex Vitellianis castris.

[n] *Antipolim*] Antipolis urbs Deceatum populorum in Viennensi Tertia, Galliæ Narbonensis provincia: hodie *Antibes* urbs Provinciæ, *Provence*, in ora meridionali regni Franciæ. *Tillemon.*

[o] *Municipium*] Ibi municipium et oppidum unum et idem est, nec putes, dum Tacitus gravissimas res narrat, id summa cura distinguere.

[p] *Albingaunum*] Urbs Liguriæ regionis in Italia: hodie *Albenga*, urbs oræ occidentalis Reipublicæ Genuensis. *Tillemonius.*

[q] *Interioris*] Respectu Italiæ.

[r] *Liguriæ*] Vide notas c. 14.

[s] *Corsicam*] Insula Italiæ in mare Mediterraneo: hodie *Corse:* paret Reipublicæ Genuensi. *Tillemon.*

[t] *Sardiniam*] Insula Italiæ in mare Mediterraneo: hodie insula et regnum *Sardaigne:* paret regi Catholico sive Hispaniæ. *Tillemonius.*

[u] *In summam*] Nihil in summam belli profutura illa temeritas: quid enim insulares miselli ad tantam molem belli et præliorum, quibus transigi fortuna partium debuit?

Digitized by Google

Vocatis principibus insulæ, consilium aperit: et contra dicere ausos, Claudium[v] Phirricum,[5] Trierarchum Liburnicarum ibi navium, Quinctium[6] Certum,[w] Equitem Romanum, interfici jubet: quorum morte exterriti, qui aderant, simul ignara et alieni metus socia imperitorum[x] turba, in verba Vitellii juravere. Sed, ubi delectum agere Pacarius, et inconditos homines fatigare militiæ muneribus occepit, laborem insolitum perosi, infirmitatem suam reputabant: 'insulam esse, quam incolerent, et longe Germaniam viresque legionum: direptos vastatosque classe, etiam quos cohortes alæque protegerent.' Et aversi repente animi: nec tamen aperta vi; aptum tempus insidiis legere. Digressis, qui Pacarium frequentabant, nudus et auxilii inops, balineis[7] interficitur, trucidati et comites.[y] Capita, ut hostium,

etiam si successisset. Accitis primoribus insulæ, mentem suam promit; et occidi præcipit Claudium Phirricum præfectum Liburnicarum ibi triremium, et Quinctium Certum equitem Romanum, quia ipsius cœptis *intercedere ausi* fuerant: *quorum nece perculsi, qui intererant, et etiam multitudo ignarorum imperita, et aliena formidinis conscia, sacramentum Vitellii accepere. Sed postquam scribere militem cœpit Pacarius, et rudes homines lassare belli muniis, curam insuetam pertæsi, tenues vires suas revolvebant animo;* insulam esse quam habitarent, et procul *abesse* Germaniam et robur legionum: raptos populatosque navibus, etiam quos cohortes et alæ defenderent. *Et alienati subito* insularium *animi: nec tamen palam aggressi facinus; opportunam occasionem dolo quæsivere. Dilapsis, qui Pacarium celebrabant, veste exutus* ut erat, *et præsidii egens, balneis interimi-*

****

—4 Cod. Ryckii *Cors. navibus.*—5 Ita Mss. Reg. et Flor. In editione principe, *Phirritum.* Puteolanus, *Phirrhicum.* Ms. Guelf. *Pyrricum.* Mss. Harl. Bodl. Jes. *Pyrrhicum.* Quod volebat J. F. Gronovius; et melius puto. In Inscriptione veteri apud Gruterum, p. 597. num. 2. memoratur. PYRRICHE. *Brotier.*—6 Cod. Ryckii *Q. Certum.*—7 Sic Pichena e Ms. Flor. et veterum scriptorum usu. Alii, *balneis.*

NOTÆ

[v] *Claudium*] Puto, is libertus fuit Claudii, qui et originem Græcam redolet ille cognomine *Phyrrhicus.* Forte patroni *Claudii* nomen assumserat ex more.

[w] *Quinctium Certum*] Forte ille eques Rom. classici exactor in hac insula; ut soleant equites tributa redimere; aut forte classicis militibus, qui apud triremes merebant, imperabat; inter duces forte se pro Othone opposuit Pacario. Sic infra cap. 22. Turullius Cerialis *primipilaris,* quæ nobilitas equestris, *pluribus castris* præerat.

[x] *Imperitorum*] Nempe rudis vulgi, qui inscius rerum et expers curarum imperii, quæ turba partim insularium, partim forte et civium, negotiorum et commercii gratia huc commeantium.

Digitized by Google

ipsi interfectores ad Othonem tulere: neque eos aut Otho præmio affecit, aut punivit Vitellius, in multa colluvie rerum majoribus flagitiis[z] permixtos.

17. Aperuerat jam Italiam,[1] bellumque[2] transmiserat, ut supra memoravimus, ala Syllana,[3 a] nullo apud quenquam Othonis favore:[b] nec quia Vitellium mallent; sed longa pax

tur, occisi etiam socii. Ipsi percussores portavere ad Othonem capita occisorum, tanquam hostium; neque illos aut donarit Otho mercede, aut supplicio affecit Vitellius, in maxima colluvie malorum majoribus sceleribus confusos.

Jam ala Syllana, ut ante tradidimus, patefecerat Italiam, bellumque transtulerat, nulla apud quenquam Othonis gratia; nec quia Vitellium magis diligerent; sed

1 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *aperuerat jam in Italia.* Budens. *aparuerat jam in Italia.*—2 Ms. Harl. *bellum quod transmiserat, &c.*—3 Editio

NOTÆ

[z] *Comites*] Intelligendos puto eos qui tum eum forte comitabantur: quorum tamen pars forte socii ac conscii rebellionis erant adversus Othonem. Ideoque occisi sunt, et eorum capita ad Othonem delata.

Comites] Turbam frequentantium ac celebrantium procuratorem vitavere. Ac dein ipse et *comites*, qui pauci, interficiuntur. Forte eum stipabant sectabanturque, ut in bello, isti *comites*, quos simul et occidere coacti sunt, cum ipsum custodirent forte, et armis defenderent; forte sic, quo insignius facinus ac meritum foret. Sed frustra: hæc ut in tanta colluvione facinorum facile obliterata sunt.

[z] *Majoribus flagitiis*] Non quod ipsi majora flagitia fecissent, sed in cumulo aliorum, qui majoribus flagitiis tenebantur, oblivione transmissi. Sic Ann. lib. XVI. 'Mox Neronem circa summa scelera distentum quasi minores evasere.' *Pichena.*

[a] *Ala Syllana*] Sic supra l. I. 70. 'Lætum ex Italia nuntium accipit, alam Syllanam circa Padum agentem, sacramento Vitellii accessisse. Proconsulem Vitellium Syllani in Africa habuerant,' &c.

Ala Syllana] Vertit interpres Gall. *Ala Syllani:* sed incertum, an a Sylla an a Syllano nomen ala desumserit.

[b] *Nullo apud quenquam Othonis favore*] Id cepit interp. Gallicus, quasi nullus horum equitum favore traheretur magis ad Othonem quam ad Vitellium.

Sed hæc de Italia intelligenda sunt, quam *longa pax ad omne servitium fregerat, facilesoccupantibus,* Italos nempe, non de *ala Syllana,* quæ Vitellii partes ultro amplexa erat; quia nempe *Proconsulem* Vitellium *Syllani in Africa habuerant.*

Quod tradit Tac. Hist. l. I. 70. idque 'instinctu decurionum, qui Othonis ignari, Vitellio obstricti, robur adventantium legionum et famam Germanici exercitus attollebant.'

De Italia vero Hist. I. 11. 'Inermes provinciæ, atque ipsa inprimis Italia, cuicumque servitio expositæ in pretium belli cessuræ erant.'

Et hic clare Tac. eosdem intelligit, *nullo favore* inclinasse in Othonem, quos scil. *longa pax . . fregerat,* Italos

Digitized by Google

ad omne servitium fregerat, faciles[4] occupantibus[5] [c] et melioribus incuriosos.[6] [d] Florentissimum Italiæ latus, quantum inter Padum Alpesque[e] camporum et urbium,[7] armis Vitellii (namque et præmissæ a Cæcina cohortes[f] advenerant) tenebatur. Capta Pannoniorum[g] cohors apud Cremonam.[h] In-

diuturna pax ad omnem servitutem molliverat Italos paratos *facilesque præcenientibus, et de melioribus* principibus *haud solicitos. Opulentissimam Italiæ regionem*, hæc *quantum terrarum et civitatum* est *inter Padum et Alpes, præsidiis Vitellius obtinebat; quippe et præmissæ cohortes a Cæcina adventarant. Cohors Pan-*

princeps, *Silana.*—4 Ms. Corb. *fragiles.*—5 Ms. Agr. et editio princeps, *occupationibus.*—6 Ita libri omnes. Ac bene quidem. Minime curabant qui essent meliores. Tentat J. F. Gronovius, *melioribus incuriosis;* Groslotius, *meliorum incuriosos.* At *melioribus* hic dictum, ut supra Annal. XIV. 38. 'serendis frugibus incuriosos.' *Brotier.*—7 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *et urbium est. Est* recte omissum in Ms. Corb. editione principe et recentio-

NOTÆ

nempe, *faciles occupantibus et melioribus incuriosos:* quod non potest dici de Syllanis, qui non fracti *in servitium*, &c. neque adeo *faciles*, &c.

[c] *Faciles occupantibus*] Sic l. I. 70. de ala Syllana: 'Ut donum aliquod novo principi (Vitellio nempe) firmissima Transpadanæ regionis municipia, Mediolanum, ac Novariam, et Eporediam, ac Vercellas adjunxere.' Et ita 'quantum inter Padum Alpesque camporum et urbium, armis Vitellii tenebatur.'

[d] *Melioribus incuriosos*] Hoc est, de causa non erant soliciti, an Othonis an Vitellii justior esset; sed tantum prioribus occupantibus inserviebant. *Pichena.*

Non anxii, an melior foret imperator Otho, an Vitellius; uter præstantior esset armis, uter bello aut pace melius tueri Rempub. posset.

[e] *Inter Padum Alpesque*] Commemorata nobis Mediolanum, Novara, Eporedia, et Vercellæ, lib. I. Aliæ urbes multæ et magnæ, quomodo elegerint Vitellii partes, silentio Tacitus præteriit.

Plutarchus eo inclinat, ut putet, Cremonam, inter Alpes et Padum sitam, aliquamdiu ab Othonianis occupatam fuisse; et Tacitus hic scribit, 'capta Pannoniorum cohors apud Cremonam' a Vitellianis.

Illa autem Pannoniorum cohors, quæcumque tandem fuerit, et undecumque eo delata, ab Othone datum videtur urbi præsidium, atque cum ipsa urbe a Vitellianis capta; licet Plutarchi narratio nonnihil variet temporis hic descripti circumstantiam. *Savilius.*

Non sine magna belli fama capi potuit Cremona; ideoque haud dubie meminisset Tacitus; nisi forte volens utroque accesserit partibus Vitellii, ex fama legionum Germanicarum.

[f] *Præmissæ a Cæcina cohortes*] Sic I. Hist. 'Quia præsidio alæ unius latissima pars Italiæ defendi nequibat, præmissæ Gallorum, Lusitanorum, Britannorumque cohortes,' &c.

[g] *Pannoniorum*] Forte illi sunt quingenti Pannonii, qui nondum sub signis.

Digitized by Google

tercepti[i] centum equites ac mille classici[j] inter Placentiam[k] Ticinumque:[l] quo successu Vitellianus miles non jam flumine aut ripis arcebatur. Irritabat[m] quin etiam Batavos Transrhenanosque[n] Padus ipse: quem repente,[8] contra Placentiam, transgressi, raptis[9] quibusdam exploratoribus, ita

noniorum intercepta prope Cremonam. Circumventi centum equites, et mille classiarii inter Placentiam et Ticinum; quo eventu Vitellianus exercitus non jam retinebatur amne aut littore. Quin et Padus ipse incendebat Batavos et Transrhenanos: hunc amnem *subito trajicientes, juxta Placentiam,* et *abreptis quibus-*

ribus. *Brotier.*—8 Rhenanus, secutus Ms. Bud. omiserat *repente.* Illud merito restituit Pichena. Suffragantur Mss. et veteres editiones. *Idem.*—9 Ita libri omnes. Frustra quidam tentant, *captis.* Idem.

NOTÆ

Pannoniorum] Putet forte aliquis, esse eos, ex duobus his millibus, quæ præmissa erant ex Pannonia et Dalmatia. Immo præmissi illi ex Pannonia *subsignani, vexillarii,* et *electi* ex legionibus erant; immo et robur militum vetustorum illi, non tirones, non socii.

[h] *Cremonam*] Cremona, urbs Cenomanorum populorum in Venetia regione Italiæ; hodie *Cremone,* urbs provinciæ *Cremonese* in statu Mediolanensi, ad meridiem et orientem. *Tillemonius.*

[i] *Intercepti*] Nec deleti, nec interfecti illi: sed intercepti astu, seu vi ac multitudine hostium abrepti; vel in vincula, vel in easdem partes, ut facile fit bello civili; quo scil. caligæ et manipulares ad mutationem dominorum proni, et incuriosi sunt meliorum.

[j] *Mille classici*] Vel isti erant e legione nuper evecta ad honestiorem militiam, et consequenter non remissi ad naves illi; vel certe longe plures numero fuerunt classici, quam ut ex iis una tantum legio conficeretur; ita ut partim remissi sint ad naves, et partim retenti.

Mille classici] Qui haud dubie abstracti ex illo *ingenti numero classicorum,* quos secum raptabat Otho, supra c. 11. qui jam, ut dixi, forte sub signis erant, et nihil pertinebant ad classem, jam legionariæ militiæ ascripti: quod observamus, quia ibi errant interpretes.

[k] *Placentiam*] Placentia, urbs Cenomanorum populorum in Gallia Cispadana regione Italiæ: hodie *Piacenza* Italis, *Plaisance* Francis, urbs ducatus Placentiæ, in Lombardia inferiore: paret duci Parmæ. *Tillemonius.*

[l] *Ticinum*] Urbs Insubrum populorum, in Gallia Transpadana regione Italiæ: hodie *Pavie* urbs territorii *Pavese,* in statu Mediolanensi versus medium. *Tillemon.*

[m] *Irritabat*] Indignati, ne quasi ad injectos a Pado obices hærerent, qui magna apud se Rheni aliorumque fluminum spatia equitando transmittere consuerant. Tac. Hist. IV. 12. 'Batavi præcipuo nandi studio, arma equosque retinentes, integris turmis Rhenum perrumpere.' *Savilius.*

Forte vado transmisere fluvium, ut simul trajicere ac pugnare possent.

[n] *Transrhenanos*] Sunt hi populi Germaniæ magnæ ad orientem Rheni fluvii, et prope Belgicam regionem Galliæ. *Tillemonius.*

Digitized by Google

ceteros[o] terruere, ut, 'adesse omnem Cæcinæ exercitum,' trepidi ac falsi nuntiarent.

18. Certum erat Spurinnæ[p] (is enim Placentiam obtinebat) nec dum venisse Cæcinam, et, si propinquaret, coërcere intra munimenta militem, nec tres Prætorias cohortes et mille vexillarios,[q] cum paucis equitibus, veterano exercitui[r] objicere. Sed indomitus miles[s] et belli ignarus, correptis signis vexillisque, ruere, et retinenti Duci tela intentare,[t]

dam speculatoribus, tanto metu alios perculere, ut pavidi illi *et vani affirmarent,* universas Cæcinæ copias advenisse.

Compertum erat Spurinna, (is enim Placentiam curabat,) nondum Cæcinam adventasse, et, si prope accederet, statuerat *retinere intra castra militem, nec exponere tres prætorias cohortes, et mille vexillarios cum paucis equitibus, veterano exercitui. Sed ferox miles, et belli imperitus, abreptis signis ac vexillis, præceps*

NOTÆ

[o] *Ceteros*] Quosdam exploratorum rapuere, *ceteros* terruerunt ita, ut falsi et trepidi, adesse omnem exercitum nuntiarent.

[p] *Spurinnæ*] Vestricius est Spurinna, egregius dux, et qui ad Taciti medium ævum vixit. Plinii Secundi de eo epistola capienda est. lib. II. 'Heri a senatu Vestricio Spurinnæ, principe auctore Trajano, triumphalis statua decreta est.'

[q] *Vexillarios*] Interp. Hispan. *Iubilados*, seu veteranos: fallitur. *Vexillarii* diversi a veteranis, ut sæpe monuimus.

[r] *Veterano exercitui*] Sic supra: 'triginta millia Cæcina e superiore Germania ducebat, quorum robur legio unaetvicesima fuit.'

[s] *Indomitus miles*] De prætorianis et veteranis præcipue intelligit; et dici potuit illud idem quod Corn. Nepos in Eumene: 'Ipse in finitima regione Persidis hyematum copias dimisit, non ut voluit, sed militum ut cogebat voluntas. Namque illa Phalanx Alexandri Magni, quæ Asiam peragrarat, deviceratque Persas, inveterata cum gloria tum etiam licentia, non parere se ducibus, sed imperare postulabat, ut nunc veterani faciunt. Itaque periculum est, ne faciant, quod illi fecerunt, sua intemperantia, nimiaque licentia, ut omnia perdant, neque minus eos cum quibus steterint, quam adversus quos fecerint. Quod si quis illorum veteranorum legat facta, paria horum cognoscat, neque rem ullam, nisi tempus, interesse judicet.'

[t] *Intentare*] Libenter abjicerem illa verba, *spretis centurionibus tribunisque providentiam ducis laudantibus.* Quæ ex sequentibus forte huc intrusa. Sicque legerem: *retinenti duci tela intentare; quin et proditum Othonem, et accitum Cæcinam clamitabant:* nec certe eadem verba statim repetere solet Tacitus; igitur ea deleri possint.

Retinenti duci tela intentare] Plut. Oth. 'Spurinnam cogere tentantem ad munia belli, parum abfuit quin interficerent, nulloque contumeliæ genere in ipsum abstinuerunt; proditorem, Cæsarisque, ac rerum, et temporum pestem vocitantes: quidam etiam noctu ebrii ad tentorium ejus accesserunt, viaticumque poposcerunt, eundum sibi, ejus accusandi gratia, ad Cæsarem, dicentes.'

Digitized by Google

spretis[1] Centurionibus Tribunisque;[2] quin[3] 'proditionem,[4][u] et accitum Cæcinam,' clamitabant. Fit temeritatis alienæ[v] comes Spurinna, primo coactus, mox velle simulans,[w] quo plus auctoritatis inesset[5] consiliis, si seditio mitesceret.

19. Postquam in conspectu Padus et nox appetebat,[1] vallari castra placuit. Is labor, urbano militi insolitus, contudit[2] animos. Tum vetustissimus[3] quisque[x] castigare

ire, et cohibenti duci arma obvertere, contemtis centurionibus et tribunis, qui prudentiam ducis *approbarent; quin* etiam *vociferabantur, insidias*, proditum *Othonem*, et accersitum Cæcinam. *Socius alienæ imprudentiæ adjungitur Spurinna, primo invitus, dein fingens* idem *se cupere, quo major vis inesset consultis, si tumultus sideret.*

Ubi Padus aspectus est, et nox imminebat, visum est muniri debere *vallum. Id opus urbanis copiis insolens, fregit animos. Tum ignavissimus quisque incusare*

1 Bipont. corrigunt *spreto*.—2 Puteolanus, aliique deinde omnes, *tribunisque providentiam ducis laudantibus:* [et sic Ryckius et Gronov.] Quæ insititia esse, et ex capite sequenti arcessita, merito sensere Pichena aliique viri eruditi. Idque evidentissimum est ex Mss. Reg. Flor. et editione principe, in quibus, *proridentiam ducis laudari*. Ms. Corb. *laudare*. Brotier.—3 Brotierus habet *qui;* et sic Mss. et veteres editiones. In recentioribus editionibus, ex conjectura Merceri, emendatum, *quin:* Bipont. *quidam*.—4 In Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. et editionibus veteribus, *pro Othone*. In Ms. Flor. *per Othonem*. Ms. Corb. *Othonem*, sine præpositione. Tentabat Mercerus, *proditione accitum*. Melius Pichena et recentiores, *proditionem et accitum*. Brotier.—5 Ms. Corb. *esset*.

1 In Ms. Harl. secunda manu emendatum, *apparebat*.—2 Ms. Flor. et editio princeps, *contundit*. Ms. Corb. *contundis*. Ms. Bud. *contundet*.—3 Ita

NOTÆ

[u] *Quin proditionem*] Mercerus ingeniose: *quin proditione accitum:* quasi id crimen Spurinnæ objecerint, ut est in Plut. *Lipsius.*

Ego, *quin proditionem et accitum, &c.* quod a vulgata scriptura minus aberrat, et cum Flor. magis congruit, qui habet, *per Othonem et accitum, &c.* Pichena.

[v] *Alienæ*] Nempe, militum pervicacium, et insciorum ignavorumque ducum culpæ prætendebantur egregii duces; quibus tamen ridere et deridere apud se licuit tales dominantes, talia imperii, atque militiæ flagitia. Fortunæ ludum insolentem interim ad paucos dies taciti despiciebant.

[w] *Mox velle simulans*] Plutarch. Apophth. 'Catulus Luctatius bello Cimbrico, apud Athesim fluvium castra metatus, cum Romani milites, quoniam barbaros transire conantes videbant, retrocedentes contineri non possent, ad primos eorum qui fugiebant cucurrit, ut non hostes fugere, sed imperatorem sequi viderentur.'

Sic Livius l. XLIV. 'Cum adversus tendendo, nihil moveret socios, simulando se transire in eorum sententiam, omnes in assensum consilii sui traduxit.'

[x] *Vetustissimus quisque*] Quidam *inertissimus;* sic, Hist. II. 99. 'Quan-

Digitized by Google

'credulitatem suam, metum ac discrimen' ostendere, 'si cum exercitu Cæcina, patentibus campis, tam paucas cohortes circumfudisset.' Jamque totis castris modesti sermones, et, inserentibus se Centurionibus Tribunisque, laudari 'providentia[4] Ducis,[y] quod coloniam, virium et opum validam, robur ac sedem bello legisset.' Ipse postremo Spurinna, non tam culpam exprobrans, quam ratione ostendens,[5] relictis exploratoribus, ceteros Placentiam reduxit, minus turbi-

facilitatem suam, formidinem ac periculum *monstrare;* ac ponere sibi ob oculos, si cum legionibus Cæcina circumdedisset tam paucas cohortes, latissimis campis. *Jamque toto vallo modeste loqui* miles, *et immiscentibus se centurionibus tribunisque, celebrare* consilium Ducis; quod belli arcem roburque assumsisset, coloniam copiarum et commeatuum firmam. *Tandem ipse Spurinna, non perinde objectans* militi *flagitium, quam ratione demonstrans, relictis speculatoribus, alios Placentiam redire compulit, minus seditiosos et jussis obsequentes.*

Mss. Reg. Flor. Agr. Corb. editio princeps, Ryckius, et Cl. Lallemand. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *mæstissimus.* Inde Freinshemius emendavit, *inertissimus.* Gronovius, *vecordissimus.* Tentabat quoque Lipsius, *modestissimus.* Quidam *inertissimus.* At optime dicitur, *vetustissimus.* Iis enim vulgo sanior mens. Ita quoque vertit Cl. Gordon, 'Theu it was that all they who were most grown in years, condemned their own credulity.' Murphy quoque, 'The veterans in the service condemned their own credulity.' In margine Ms. Bodl. additum, *vetustissimus.* Brotier.—4 *Laudare providentiam* [Ryckius et Brotierus; et] ita Mss. Corb. Agr. et Freinshemius. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres, *laudari providentiam.* Corrupte editio princeps, *provinciam.* Altera manu emendatum in Ms. Harl. *laudare.* Gronovius aliique, *laudari providentia.* Latine quidem. Sed probe quoque, *laudare.* Idem.—5 Budens. *attendens.*

NOTÆ

tumque hebes ad sustinendum laborem miles, tanto ad discordias promtior.'

Inertissimus quisque] Quia magna ex parte miles ille prætorianus, urbania deliciis suetus, belli munia exhorrebat: infra c. 21. 'Illi, ut segnem ac desidem et circo ac theatris corruptum militem,' &c.

Inertissimus] Alii, *mæstissimus:* quæ vetus lectio fuit. Alii, *vetustissimus.* Non male, *modestissimus,* quod magis accedit ad lectionem veterem, *mæstissimus.*

[y] *Laudare providentiam ducis*] Vel scribe: *et inserentes se centuriones tribunique, laudare;* vel potius, *et inserentibus se centurionibus tribunisve, laudari providentia ducis:* quod est, *laudabatur,* nempe ab utroque genere. *Gronovius.*

Bene tamen: *laudare providentiam ducis,* si toti contextui attendis: *tum inertissimus quisque castigare, &c. metum ac discrimen ostendere, &c. jamque totis castris modesti sermones,* nempe militum, *et inserentibus se centurionibus, &c. laudare providentiam ducis:* nempe milites ipsi, quorum jam *modesti sermones;* et centuriones tribunique, qui se militibus inserebant; *laudare,* id est, laudabant.

Digitized by Google

dos et imperia accipientes. Solidati muri, propugnacula addita, auctæ turres, provisa parataque non arma modo, sed obsequium et parendi amor; quod solum illis partibus defuit, cum virtutis haud pœniteret.

20. At Cæcina, velut relicta post Alpes sævitia ac licentia, modesto agmine per Italiam incessit. Ornatum ipsius municipia et coloniæ in superbiam trahebant: quod versicolore sagulo,[z] braccas, tegmen barbarum,[1 a] indutus, togatos alloqueretur. Uxorem quoque ejus, Saloninam, quanquam

Firmata mœnia, munimenta adjuncta, erectæ turres, ordinata dispositaque non arma solum, sed obedientia et obsequendi cupido: quod unum in illis partibus desiderabatur, cum fortitudinis haud pigeret.

At Cæcina, tanquam omissa retro Alpes immanitate et lascivia, modesto incessu per Italiam ingressus est. Vestem seu cultum *ipsius oppida et civitates in fastum accipiebant; quod versicolore sago, et braccis, quæ vestis Germanica est, indutus,* Romanos *togatos affaretur. Conjugem etiam ejus Saloninam, velut offensi iniquo*

1 Jan. Gulielmus Verosim. II. 7. glossemata esse reputat verba ista *braccas tegmen barbarum*, quod ævo Taciti satis notæ fuerint braccæ; legit ergo,

NOTÆ

[z] *Versicolore sagulo*] Gallos veteres sic describit. Virgil. Æn. VIII. 'Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis: Virgatis lucent sagulis; tum lactea colla Auro innectuntur,' &c.

[a] *Braccas, tegmen barbarum, &c.*] Braccæ auctore Diodoro in VI. sunt vestes intonsæ varii coloris, a quibus dicta Gallia *Braccata*, quæ, teste Plinio, *Narbonensis* quoque dicta est.

Neque vero soli Galli braccis usi sunt, sed Scythæ et Sarmatæ. Ovidius de Scythis loquens, 'Pellibus et laxis arcent mala frigora braccis.'

Pomponius de Sarmatis l. II. 1. 'Braccati sunt totum corpus Sarmatæ, et nisi qua vident, etiam ora vestiti.'

Lucanus lib. I. de Vangionibus loquens, 'et qui te laxis imitatur Sarmata braccis.' *Lupanus.*

Braccas .... indutus, togatos alloqueretur] Sic de Philota Curt. lib. VI. 'Ludibrio ei fuisse, rusticos homines, Phrygasque et Paphlagonas appellatos, qui non erubesceret Macedo natus, homines linguæ suæ per interpretem audire.'

Braccas] Plut. Oth. 'Dux Vitellianorum Cæcina, ne habitu quidem popularis, sed molestus peregrino cultu. Vir magna mole corporis, braccas et manicas indutus, Germano sermone et ritu legiones alloquebatur. Uxorem ejus equo insigni vectam splendideque ornatam, delecti equites comitabantur.'

Togatos] Debuit, si pacifice incederet ac modeste ageret, togatus, aut saltem sagulo militari cinctus more Rom. togatos alloqui. Quæ audacia fere similis exprobratur Vitellio: infra c. 89. 'Ipse Vitellius a ponte Milvio, insigni equo, paludatus accinctusque ... quominus ut captam urbem ingrederetur, amicorum consilio deterritus, sumta prætexta et composito agmine incessit.'

Digitized by Google

in nullius injuriam insigni[a] equo[b] ostroque veheretur, tanquam læsi gravabantur: insita mortalibus natura,[c] recentem aliorum felicitatem ægris[3] oculis[d] introspicere, modumque fortunæ a nullis magis exigere, quam quos in æquo[4] videre. Cæcina, Padum transgressus, tentata Othonianorum fide per colloquium et promissa, iisdem petitus, postquam pax et concordia speciosis et irritis nominibus jactata sunt, consilia curasque in oppugnationem Placentiæ magno terrore vertit: gnarus,[e] ut initia belli provenissent,[5] famam in cetera[6] fore.

animo ferebant, quamvis in nullius damnum, conspicuo equo, insignis *purpuraque incederet: innata mortalibus indole, liridis oculis intueri noram aliorum fortunam, modumque felicitatis a nemine magis efflagitare, quam* ab iis *quos in pari* fortuna *conspexere. Cum Cæcina transmisisset Padum, solicitata Othonianorum fide per internuncios et promissa, iisdem lacessitus* artibus, *postquam pax et concordia pulchris et vanis vocabulis ostentata sunt, ingenti terrore transtulit cœpta et conatus in obsidionem Placentiæ: haud ignarus, ut principia belli successissent,* ita *existimationem in reliqua futuram.*

braccatus togatos. Oberl. Gronovius legit *barbarum tegmen.*—2 Sic Puteolanus ac deinde omnes. Brotierus e Mstis dedit *insignis.*—3 Ms. Corb. *acribus oculis.*—4 Ms. Corb. et editio princeps, *in æquis.* Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *viderunt.*—5 Male Ms. Reg. et editio princeps, *prævenissent.*—6 Idem, *fama incerta fore.*

NOTÆ

[b] *Insigni equo*] Virgil. 'Jubet ordine duci Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis. Aurea pectoribus demissa monilia pendent: Tecti auro, fulvum mandunt sub dentibus aurum.'

Insigni equo ostroque] Virg. Æn. IV. 'Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorum expectant: ostroque insignis et auro Stat sonipes, ac fræna ferox spumantia mandit. Tandem progreditur, magna stipante caterva, Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.'

Insigni equo] Suet. Cal. 55. 'Præterque purpurea tegumenta, ac monile e gemmis,' &c. de Incitato equo, cui consulatum destinabat Caius Cæsar.

[c] *Insita mortalibus natura*] Vere hic morbus in nostris animis: nec nescivit Æmilius Probus, sive Nepos in Chabria: 'Est hoc commune vitium magnis liberisque civitatibus, ut invidia gloriæ comes sit: et libenter de his detrahant, quos emergere videant altius: neque enim animo æquo pauperes alienam opulentum intueantur fortunam.'

[d] *Ægris oculis*] Id est, *liventibus* oculis, seu invidia *ægris.* Affectus ille animi præcipue erumpere per oculos videtur: et acre invidiæ venenum est, quod quasi perrumpit omnem splendorem opum et causam introspicit, fortunamque totam introscrutatur, nec sibi latere quicquam patitur. Sic incipiens fortuna lacessitur, laceratur, et firmata tandem, consecratur, adoratur.

[e] *Gnarus*] Sic in Agric. 'non ignarus instandum famæ; ac prout prima cessissent, fore universa.'

Digitized by Google

21. Sed primus dies impetu magis, quam veterani exercitus artibus, transactus: aperti incautique muros subiere, cibo vinoque prægraves. In eo certamine, pulcherrimum amphitheatri opus, situm extra muros, conflagravit: sive ab oppugnatoribus incensum, dum faces et glandes ac missilem ignem in obsessos jaculantur; sive[1] ab obsessis, dum retorta ingerunt.[2] Municipale vulgus, pronum ad suspiciones, fraude illata ignis alimenta credidit a quibusdam e[3] vicinis coloniis, invidia[f] et æmulatione,[4] quod nulla in Italia moles tam capax foret: quocumque casu accidit,[5] dum atrociora metuebantur, in levi habitum: reddita securitate, tanquam nihil gravius pati potuissent, mœrebant.[g] Ceterum multo

Sed primus dies traductus violentia magis, quam industria veterani militis: conspicui et improvidi ad mœnia successere, epulis et mero temulenti. In ea pugna, præclarissimum amphitheatri opus, structum extra mœnia, combustum est; sive ab obsessoribus injectus ignis fuerit, dum immittunt tædas et globos missilemque flammam in oppidanos; sive ab oppidanis ipsis, dum faces rejiciunt. Oppidana plebecula, in credulitatem promta ac facilis, sibi persuasit fomenta ignium fuisse injecta a nonnullis finitimarum civitatum, livore et æmulatu, quod nullum opus in Italia foret capax tantæ multitudinis: qualicumque fortuna id contigerat, vile damnum existimatum est, dum immaniora formidabantur: postquam pax et quies fuit, indoluere, quasi nihil atrocius evenire potuisset. Ceterum repulsus Cæcina magna suo-

1 Ms. Corb. *sin ab obsessis.*—2 [Brotierus cum Ryckio edidit] *dum regerunt.* In Mss. Flor. Reg. Bud. Corb. et editione principe, *dum reportans gerunt.* In Mss. Harl. Jes. *dum per portas egerunt.* In Ms. Agr. *dum in hostes ingerunt.* Rhenanus tentabat, *dum reperta transgerunt:* Gronovius, *dum retorta ingerunt:* Heinsius, *dum per tormenta ingerunt.* Alia multa divinare facile est. At æque placet Puteolanus, *dum regerunt.* Nec aliter libri omnes post Puteolanum editi. Si quid mutandum, malim, *dum in hostes regerunt.* Brotier. Cum Bipont. Oberlinus sequitur Gronovium.—3 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Agr. Puteolanus et recentiores. In Mss. Flor. Corb. et editione principe, *a quibusdam et vicinis;* [et sic Gronovius.] Pichena, *e quibusdam vicinis.*—4 Ita Muretus, Pichena, et e recentioribus plurimi. Sic adhuc infra Tacitus, Hist. II. 101. et III. 67. In Mss. et veteribus editionibus, *invidiæ æmulatione,* quod retinuit defenditque Ryckius; [et sic Gronovius.] *Brotier.*—5 Ms. Bud. *accidat.* Unde Rhenanus emendavit, *acciderat.*

NOTÆ

[f] *Invidia*] Alias, *invidiæ æmulatione.* Sed discrimen est inter *invidiam* et *æmulationem.* Sallustius 2. ad Cæsar. 'Nam hi, si virtute satis valerent, magis æmuli bonorum, quam invidi essent.'

[g] *Tanquam nihil gravius . . . mærebant*] Unde patet, quanto animi ardore etiam municipia et coloniæ hocce genus voluptatum ambierint, quasi æmulatione adversus urbem ipsam. Ita ut etiam nobiles juvenes talibus flagitiis polluerent.

Tac. infra 62. 'Cautum severe, ne equites Rom. indo et arena polluerentur,' . . . . (quod tamen voluerant priores principes) 'ac pleraque municipia et coloniæ æmulabantur, corruptissimum quemque adolescentium pretio illicere.'

Digitized by Google

suorum cruore pulsus Cæcina: et nox parandis operibus assumta.[6h] Vitelliani pluteos[i] cratesque et vineas suffodiendis muris, protegendisque oppugnatoribus; Othoniani sudes et immensas lapidum ac plumbi ærisque moles, perfringendis[7] obruendisque hostibus, expediunt. Utrimque pudor,[j] utrimque[8] gloria, et diversæ exhortationes, hinc 'legionum[k] et Germanici exercitus robur,' inde 'urbanæ mili-

rum cæde: et nox transacta disponendis laboribus. Vitelliani parant pluteos et crates, et vineas subruendis munimentis, defendendisque obsessoribus; Othoniani præparant *sudes, et vasta pondera saxorum et plumbi atque æris, perrumpendis laboribus, obterendisque hostibus. Utrimque decus, et varia incitamenta, celebrantium hinc* vires legionum et Germaniciani militis; *inde laudantium* gloriam urbani mi-

Pariter Jac. Gronovius e Ms. Flor. Alii Mss. editiones veteres ac recentiores, *accidit.*—6 Muretus, J. F. Gronovius, et recentiores cum Brotiero *absumta.* In Mss. et veteribus editionibus, *assumta:* quod et Ryckius cum Bipont. retinent.—7 Ita Mss. Flor. Reg. Bud. Corb. Agr. Guelf. editio princeps, Jac. Gronovius et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *perfringendis operibus, obruendisque hostibus;* [et sic Ryckius.] In Ms. Jes. *perstringendis operibus, &c.* certe *perfringendis operibus* minime displiceret, si plures Mss. consentirent. *Brotier.*—8 Ms. Jes. *utrique pudor, utrique gloria.*

NOTÆ

[h] *Assumta*] Vulgo *absumta:* sed non male *assumta,* quæ prisca lectio: nempe quia non licuisset operibus incumbere interdin, nec forte vacasset: et quædam clam hostibus agenda ac paranda sunt; ideo *nox* istis *operibus assumta* est, ut subsidio tenebrarum facilius peragerentur.

[i] *Pluteos*] Pluteus, inquit Vegetius IV. 15. machina quædam bellica est, moveri apta, 'contexta ad similitudinem absidis, et ciliciis vel coriis tecta, quam obsidentes applicant muris; ejusque munitione protecti, sagittis sive fundis vel missilibus defensores de propugnaculis exturbant, ut scalis ascendendi facilior præstetur occasio.'

Vinea ex Vegetii ibidem descriptione et Lucan. lib. III. Fabrica erat ex ligno aut cratibus terra superingesta, 'sub qua subsidentes, tuti ad subruenda murorum penetrant fundamenta.'

Crates cum alterutro idem est, aut saltem eodem pertinet. *Savilius.*

[j] *Utrimque pudor*] Pudor, si vincerentur; gloria, si vincerent. *Savilius.*

Pudor hic in bonam partem sumitur, pro amore et cura decoris, non pro flagitio: *pudor* hic gradus ad gloriam, et aversio dedecoris ac flagitii.

Utrimque pudor] Ex gloriæ cupidine *pudor;* ex pudore, metu amittendi decoris, *gloria. Utrimque pudor,* quia Germanici, militem prætorianum, *ut segnem ac desidem, &c.* et prætoriani, Germanicianum militem, tanquam *peregrinum et externum increpabant. Utrimque gloria;* nempe hinc, Germanicarum legionum *robur;* inde prætorianæ militiæ decus extollebant.

[k] *Hinc legionum*] Sic, puto, intelligendum: *diversæ exhortationes,* hinc robur legionum et Germanici exercitus attollentium, inde decus urbanæ militiæ et prætoriarum cohortium mire laudantium. *Illi, ut segnem,* nempe Germanici, urbanum et præ-

Digitized by Google

tiæ et Prætoriarum cohortium decus' attollentium: illi 'ut segnem ac desidem et circo ac theatris corruptum militem;' hi 'peregrinum et externum' increpabant:[1] simul Othonem ac Vitellium, celebrantes culpantesve,[9] uberioribus inter se probris[m] quam laudibus stimulabantur.

22. Vixdum orto die, plena propugnatoribus[1] mœnia: fulgentes armis virisque campi, densum legionum agmen, sparsa auxiliorum manus,[n] altiora murorum sagittis aut saxis incessere: neglecta,[o] aut ævo fluxa[p] cominus aggredi: ingerunt desuper Othoniani pila, librato magis[2] et certo ictu,[q]

litis, et cohortium prætorianarum. *Germanici incusabant* militem *urbanum*, tanquam inertem et ignavum, et circo ac theatris infractum; *hi tanquam* barbarum et extraneum *exercitum* incessebant; *et simul laudantes aut vituperantes Othonem ac Vitellium, pluribus et amplioribus inter se conviciis quam laudibus instigabantur.*

Vixdum cœpta luce, referti muri defensoribus: campi micantes armis virisque, confertum legionum agmen, passim dispositæ sociorum copiæ, ardua mœnium telis aut lapidibus impetere: et cominus adoriri quæ aut parum custodita, aut vetustate dilapsa erant. *Othoniani desuper injiciunt crebra missilia, librato magis et ine-*

9 *Culpantesque* Budens.
1 Mss. Harl. Jes. *oppugnatoribus.*—2 Budens. *magna.*

NOTÆ

torianum militem, ut *segnem ac desidem, &c. increpabant; hi*, prætoriani nempe, Germanicum militem ut *peregrinum et externum* incusabant.

[1] *Increpabant*] Plut. Oth. 'Profuit Othonianis et Spurinnæ exprobratio Vitellianorum, qui Placentiam obsidebant; quippe scenicos eos et saltatores et Pythiorum Olympiorumque spectatores vocabant, et qui pugnam nunquam vidissent: superbientes, quod caput imbellis senis (Galbæ) amputassent. His conviciis Othoniani ita inflammati sunt, ut ad Spurinnam, supplicum habitu, venerint, nullumque se laborem aut discrimen detrectaturos professi sint, solummodo duceret ipsos regeretque.'

[m] *Uberioribus inter se probris*] Sic infra c. 80. 'Cum duces partium Othonis, quamvis uberrima conviciorum in Vitellium materia, abstinerent.'

[n] *Sparsa auxiliorum manus*] Non temere sparsa, ut vertunt; sed circumfusa seu ordinata circa legiones: ita ut in pugna suas partes ex æquo sustinerent.

[o] *Neglecta*] Vertunt, Male custodita. Sed potuerunt dici neglecta, alia caussa: scil. quia non restituta, aut firmata solidataque validis munimentis ac propugnaculis. Non tamen male.

[p] *Ævo fluxa*] Vetustate delapsa, aut labentia; sicque intuta atque invalida.

[q] *Librato magis et certo ictu*] Sic Hist. III. 'Majore Flavianorum pernicie, in quos tela desuper librabantur.' Virgil. l. IX. 'Ecce aliud summa telum librabat ab arce.'

Digitized by Google

adversus temere subeuntes cohortes Germanorum, cantu truci, et more patrio nudis corporibus, super humeros scuta quatientium.[r] Legionarius, pluteis et cratibus tectus, subruit muros, instruit aggerem,[s] molitur portas. Contra Prætoriani[3] dispositos ad id ipsum molares ingenti pondere ac fragore provolvunt: pars subeuntium obruti;[4] pars confixi et exsangues, aut[5] laceri, cum augeret stragem trepidatio, eoque acrius e mœnibus vulnerarentur, rediere, infracta partium fama.[t] Et Cæcina,[6] pudore cœptæ temere oppugnationis, ne irrisus ac vanus iisdem castris assideret,[7] trajecto rursus Pado, Cremonam petere intendit. Tradidere sese[8] [u]

luctabili ictu, adversus cohortes Germanorum incaute succedentes, sonore truculento, et more gentis intectis corporibus, super scapulas scuta vibrantium. Legionarius miles, *defensus pluteis et cratibus suffodit mœnia, ædificat aggerem, subruit portas. Ex alia parte prætoriani provolvunt saxa in idipsum parata, immani mole ac terrore: pars succedentium obtriti; pars* telis *confossi et exanimes, aut saucii, cum intenderet cladem consternatio, eoque infestius e muris sauciarentur, revertere, deminuta partium gloria. Et Cæcina* excitus *rumore ac dedecore susceptæ perperam obsidionis, ne illusus et inutilis iisdem castris attineretur, transmisso rursus Pado,*

3 In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *prætorianus*. Puteolanus ac ceteri, *prætoriani*.—4 Ms. Corb. *obruta*.—5 Ita Mss. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *ac laceri*.—6 Sic bene Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Ernestus et recentiores. In veteribus editionibus, *fama et pudore*; [et sic Gronovius et Ryckius.] At *fama et* repetitum e superioribus *fama et Cæcina*. Frustra ergo tentabat Lipsius, *fame*. Brotier.—7 Ms. Corb. *insideret*.—8 Sic bene Mss. Flor.

NOTÆ

Tac. *ingerunt desuper Othoniani pila*, quorum jactus, quanquam *desuper*, patitur moderamen.

Livius l. 1. 'Præter virtutem, locus quoque superior adjuvit, ut pila omnia hastæque, non (tanquam ex æquo missa) varia, ut plerumque fit, caderent; sed omnia librata ponderibus figerentur.' *Salinerius.*

[r] *Super humeros scuta quatientium*] Forte sic, quia lacesserent obsessos, ex altis muris saxa ac tela vibrantes. Sic sese operiebant scutis, quasi vineis aut pluteis, quos structre adhuc nesciebant Barbari.

[s] *Instruit aggerem*] Interp. Hispan. *Van fabricando trincheras, con que repararse.* Immo exstruebant *aggerem*, quo muros altitudine æquarent, sicque propugnatores dejicerent.

[t] *Fama*] Alii leg. *fame*, sed tam uberi Italiæ solo nulla fames. Alii, *jam ira et pudore*, alii, *damno et pudore*, alii approbant τὸ *fama et pudore*: nam infra statim: *ne vanus*; en *fama*: et *irrisus*; en *pudor*.

Timuit nempe vana rumorum, quæ in bellis, et præcipue initio cœptorum, maxime pollent; puduit irrideri, si in irritum caderent primi conatus; infra 24. 'Angebant Cæcinam, nequicquam omnia cœpta, et senescens exercitus sui fama.'

[u] *Tradidere sese*] Utile fuisset addidisse, an a Spurinna defecissent, an a Gallo, aliove quopiam, et quæ illuc

abeunti Turulius[9] Cerialis cum compluribus classicis, et Julius Briganticus[10] [v] cum paucis equitum:[w] hic Præfectus alæ, in Batavis genitus;[11] ille Primipilaris et Cæcinæ haud alienus, quod ordines in Germania duxerat.[x]

23. Spurinna, comperto itinere hostium, defensam Placentiam,[y] quæque acta, et quid Cæcina pararet, Annium Gallum per literas docet. Gallus legionem primam in auxilium Placentiæ ducebat, diffisus paucitate[1] cohortium, ne

Cremonam pergere decrevit. Illi *discedenti dedidere sese Turullius Cerialis, cum multis classiariis, et Julius Briganticus, cum paucis equitibus, hic præpositus alæ, apud Bataros natus; ille primipilaris, et Cæcinæ haud iniquus, quod in Germania stipendia meruerat.*

Spurinna, cognita via hostium, nuntiat per epistolas Annio Gallo, servatam Placentiam, quæque gessisset, et quid Cæcina agitaret. Gallus ducebat primam legionem in subsidium Placentiæ, metuens paucis illis *cohortibus, ne parum susten-*

Corb. Guelf. editiones veteres et recentiores. Beroaldus, *tradidere se.* Brotier.—9 Ms. Bodl. *Turrullius.* Ms. Harl. *Turrillius.* In veteribus Inscriptionibus memorantur TVRVLIVS et TVRVLLIA.—10 Puteol. Alciat. et alii Breganticus.—11 *Genitus* abest a Ms. Corb.

1 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *paucitati:* et sic Gronovius et Ryckius.—

NOTÆ

fortuna detulisset. *Savilius.*

[v] *Julius Briganticus*] Qui ex *sorore Civilis* natus; infra, Hist. IV. 70. *præerat* alæ singularium Julius Briganticus *sorore Civilis genitus . . . invisus avunculo infensusque.* Hic cum ala ista in Vespasiani partes transgressus, mox bello Civilis occisus est Tac. V. 21.

[w] *Cum paucis equitum*] Forte non toti alæ præfuit Briganticus, aut si totam alam habuit, pauci equites cum ipso defecere ad Cæcinam seu Vitellium, ceteri mansere in obsequio Othonis. Certe conscripta est *ala singularium* a Vitellio in Germania, cum expediret ipse; et ipsi alæ præfuit Julius iste Briganticus, sed postea temporis.

Nec habuit Julius illam alam in Italia, qui ante adventum Vitellii et Cæcinæ, in partibus Othonis esset. Hist. IV. 70. 'Accessit ala singularium, excita olim a Vitellio, deinde in partes Vespasiani transgressa.' Quod fecit Julius, odio Civilis avunculi sui, qui in aliis aut certe in suis partibus.

[x] *Ordines in Germania duxerat*] Id est, munus Primipili Centurionis obtinuerat. Non diu tamen merere in Germania potuit cum Cæcina: nam Cæcina legioni impositus erat a Galba nuper, cum expediret in Italiam. Quæstor erat Cæcina in Hispania, cum in Germaniam missus est jussu Galbæ, et per sex menses Cæcina non amplius meruit in Germania.

Et jam, ante adventum Cæcinæ, versabatur ille primipilaris in Italia, et quidem pro Othone. Sed primipilari sufficiebat cognitio, fama, et favor in Germanicianas legiones, ut statim transiret.

[y] *Spurinna comperto, &c. defensam Placentiam*] Ipse Placentiam defenderat adversus Cæcinam; id nuntiat

Digitized by Google

longius obsidium et vim Germanici exercitus parum tolerarent: ubi pulsum Cæcinam pergere Cremonam accepit, ægre coërcitam legionem, et pugnandi ardore usque ad seditionem progressam, Bedriaci[2] sistit.[a] Inter Veronam[a] Cremonamque situs est vicus, duabus jam Romanis cladibus[b] notus infaustusque. Iisdem diebus a Martio Macro haud procul Cremona prospere pugnatum:[c] namque promtus animi Martius transvectos navibus gladiatores in adversam Padi[3] ripam repente effudit. Turbata ibi Vitellianorum

tarent longiorem oppugnationem, et robur Germanicarum legionum: ubi comperit repulsum Cæcinam tendere Cremonam, Bedriaci retinet legionem, quam vix cohibuerat, et quæ ad discordiam usque processerat cupidine decertandi. Situm est oppidulum inter Veronam et Cremonam, duplici jam Romanorum clade insigne et infelix. Eodem tempore Martius Macer non longe a Cremona feliciter certavit: quippe acer belli Martius, trajectos navigiis gladiatores subito immisit in oppositum

2 Brotierus habet *Bebriaci*; et sic lectionem suam defendit: 'Ita Mss. Reg. Corb. Harl. Bodl. Jes. Agr. Puteolanus, Gronovius, aliique plurimi. Laudat Lipsius e Mss. Vatic. et Sambuci, *Bedriaci*. Sic quoque Ms. Flor. editio princeps et recentiores. At cum scripserit Plinius, x. 49. 'Bebriacensibus bellis;' Juvenal. Satir. II. 106. 'Bebriaci campo spolium affectare palati;' et vetus Scholiastes Juvenalis, ad hunc locum, *Bebryaci campum* .... *Bebryacum vicum* memoret; *Bebriacum* probatius videtur. Plutarcho in Othone, p. 1071. Βηβριακόν.'—3 Gronovius habet *Papi*: ceteri *Padi*.—4 Mss. Harl.

NOTÆ

per literas Annio Gallo; et cetera quæ acta fuerant, atque etiam exercitum hostium Cremonam contendere.

[2] *Bedriaci sistit*] Alii auctores *Bebriacum* scribunt. Plut. *Betriacum*.

Bedriaci] Bedriacum, vicus Cenomanorum populorum in Venetia regione Italiæ: hodie *Canero*, oppidum ducatus Mantuæ ad occidentem, et ad fluvium Navilio, in Lombardia: ex Cluverio, Sansone, &c. *Tillemon*.

Bedriaci sistit] Forte ut adventantes e Dalmatia Pannoniaque legiones exciperent; quæ si ultæ fuerint, Gallo se junxerunt, ducibus forte Paulino et Celso. *Savilius*.

[a] *Veronam*] Verona, urbs Cenomanorum populorum in Venetia regione Italiæ: hodie *Verone* urbs provinciæ *Veronese*, in statu Reipublicæ Venetæ. *Tillemon*.

[b] *Duabus jam Romanis cladibus*] Τὸ *jam* non debet sumi pro tempore rerum quas hic describit Tacitus, sed pro tempore quo hæc scripsit; nempe ævo Trajani: non enim notus cladibus vicus, nisi post Othonis et Vitellii; dein et Vitellii et ducum Flavianorum prælia.

[c] *Prospere pugnatum*] Suet. Oth. 9. 'Et tribus quidem, verum mediocribus prælliis, apud Alpes circaque Placentiam et ad Castoris quod loco nomen est, vicit.'

De prælio *apud Alpes* silet Tacitus: et Cæcina illæsus transiisse in Italiam videtur, tanto magis, quod ala Silana jam bellum in Italiam transmiserat, omnesque fere civitates ultra Padum Vitellio asseruerat. Attamen habuit Otho quasdam copias ultra Padum, etiam teste Tacito.

Digitized by Google

auxilia, et, ceteris Cremonam fugientibus, cæsi, qui restiterant.[4] Sed repressus[5] vincentium impetus, ne, novis subsidiis[6] firmati, hostes fortunam prælii mutarent. Suspectum id Othonianis fuit, omnia Ducum[7] facta[d] prave æstimantibus.[8] Certatim, ut quisque animo ignavus, procax ore, Annium Gallum et Suetonium Paulinum et Marium Celsum (nam eos Otho quoque[e] præfecerat) variis criminibus incessebant.[9] Acerrima seditionum ac discordiæ incitamenta, interfectores Galbæ: scelere et metu[f] vecordes, miscere cuncta, modo palam turbidis vocibus, modo occultis[g] ad Othonem literis: qui humillimo cuique credulus, bonos metuens, trepidabat; rebus prosperis incertus,[h] et inter

Padi littus. Perculsæ pulsæque ibi Vitellianorum copiæ auxiliares, et, reliquis Cremonam dilapsis, interfecti, qui se opposuerant. Sed cohibitus vincentium ardor, ne, novis auxiliis aucti, hostes pugnæ vicem inverterent. Id secus interpretati sunt Othoniani, qui cuncta, quolibet modo gesta, sinistre accipiebant. Certatim, ut quisque natura iners, lingua petulans, diversis criminationibus invecti erant in Annium Gallum, et Suetonium Paulinum, et Marium Celsum; hos enim etiam Otho præesse copiis *jusserat. Vehementissimi dissensionum atque turborum concitores* erant ii, *qui Galbam occiderant; facinore et pavore vesani, turbare omnia, modo aperte seditiosis vocibus, modo secretis ad Othonem nuntiis: qui vilissimo cuique fidem habens, honestos timens, pavebat; rebus secundis ambiguus, et improsperis*

Jes. Corb. *resisterent.*—5 Editio princeps, *sed reprehensi.* Ms. Corb. *reprensi.*—6 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *præsidiis.*—7 Sic Freinshemius corrigit. Brotierus cum Gronovio et Ryckio habet *omnia quæcumque facta;* et ita vulgo Mss. Puteolanus et recentiores. In Ms. Flor. *omnia quo cû.* In Ms. Reg. et editione principe, *omniaque vocum factum.* In Ms. Agr. *omnia quæ ducum facta.* Sed *ducum* altera manu. Cl. Lallemand, *omnia quorumcumque facta.* Bipont. Freinshemii emendationem recipiunt.—8 Budens. habet *prava exstimantibus.*—9 Sic bene Ms. Agr. Ryckius et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *incesserant,* [et sic Gronovius.] Editio princeps, *incesserent.*

NOTÆ

[d] *Omnia Ducum facta*] Vulgo *Omnia quæcumque facta.* Neque mihi displicet lectio hæc. *Τὸ quæcumque* possit intelligi, quasi scripsisset, *utcumque* scil. aut quomodocumque facta essent, prave interpretabantur. Sic Græci *πανθ' ὅσα.*

[e] *Eos Otho quoque*] Scil. præter Martium Macrum, Spurinnam, et alios.

[f] *Metu*] Metus ex flagitio, nempe exitii et supplicii; hinc ignavi et scelere vecordes, ut qui principem occidissent, cujus facinoris ultor est quisquis successit. *Metu,* ne in Vitellianorum manus inciderent, et ab illis punirentur.

[g] *Occultis*] Quibus literis duces suos accusabant. *Pichena.*

[h] *Rebus prosperis incertus*] Hucque et illuc agitatus et impulsus *vento nimium secundo;* vel qui tum parum sibi

Digitized by Google

adversa melior.[i] Igitur Titianum, fratrem, accitum[j] bello præposuit. Interea[k] Paulini et Celsi[10] ductu res egregiæ[11] gestæ.

constantior. Igitur fratrem Titianum accersitum bello præfecit. Interea Paulini et Celsi consiliis res eximiæ factæ sunt.

Brotier.—10 Flor. *consilii* pro *Celsi*. Ryckii Cod. *consiliis et duct.*—11 Mss. Harl. Bodl. *egregie*.

NOTÆ

temperaret; vel qui nemini satis fideret, modo in hunc modo in alium pronus parum consilii firmus.

[i] *Inter adversa melior*] Ut qui tum saltem libidines et flagitia contineret, aut certe dissimularet; vel qui in prosperis parum firmus aut constans, inter adversa firmior et constantior videbatur, quod mox ejus morte innotuit, ad quam forte præcipue respicit hic Tacitus.

[j] *Titianum, fratrem, accitum*] Hanc præfectorum mutationem Plutarchus, magis ex vero, post prælium *ad Castoris* recenset, 'cum victoria' (illam *ad Castoris* intelligit) 'non satis uteretur ducum ignavia, Otho Titianum mittit ad exercitum, et Proculum prætoriano militi præfectum.'

Et sane non ita levis mutatio est, ut causam dederit inertia infimi hominis, præsertim cum videas Macrum, culpæ auctorem, loco suo non dejectum; et Paulinum ac Celsum, qui uterque grande momentum Reip. ex alieno crimine quodammodo gratia mulctari, si Tacitum sequimur.

Jam vero post errorem, quocumque tandem modo commissum, allegatos Brixello Romam, tantis locorum spatiis divisam, qui Titianum accerserent, ibi tum agentem, ut ex verbis sub finem libri primi constat, et in Bedriacensi consultatione sisterent, mirum forte illis videatur, qui ad animum revocarint medium, quod inter Othonis ex Roma cum exercitu egressum ejusque mortem effluxit, tempus non excedere viginti quatuor dies, et fortasse pauciores complecti. *Savilius.*

[k] *Interea*] Ab hoc verbo incipere caput debuit. Et sic cohæret sensus ac narratio Taciti: 'Interea Paulini et Celsi ductu res egregiæ gestæ.' Has autem res egregie gestas statim describit: 'Angebant Cæcinam nequicquam omnia cœpta,' &c. Et 'propinquante Fabio Valente, ne omne belli decus illuc concederet.' ... Itaque 'ferocissimos auxiliarium, imminentibus viæ lucis occultos, componit,' &c.

Et duces Othonis Paulinus ac Celsus prudentissimi belli. Insidias in Cæcinam vertere, &c. 'Othonianus pedes erupit, protrita hostium acie, versi in fugam etiam qui subveniebant.' ... Et 'ea formido ubique fuit .... ut deleri cum universo exercitu Cæcina' potuerit.

En egregie res gestæ utriusque ducis, quas exscribere incipit Tacitus, jam ab illa voce *interea*.

Interea] Interp. Hisp. cepit, quasi ea referantur ad superiora: et quasi diceret Tacitus, Hacteuus Paulinus et Celsus res egregias gesserant. Sed potius hoc referendum ad ea quæ sequuntur, quæ, scil. egregie gesta, descripturus est statim Tacitus.

Digitized by Google

24. Angebant[1] Cæcinam nequicquam omnia cœpta, et senescens exercitus sui fama: pulsus Placentia, cæsis nuper auxiliis, etiam per concursum exploratorum, crebra magis quam digna memoratu prælia, inferior; propinquante Fabio Valente, ne omne belli decus illuc concederet, reciperare gloriam, avidius quam consultius, properabat.[m] Ad duodecimum a Cremona, locus[n] Castorum[1] vocatur, ferocissimos auxiliarium, imminentibus[2] viæ lucis occultos, componit:[3] equites 'procedere longius' jussi,[4] 'et, irritato prælio sponte refugi,[5] festinationem sequentium elicere, donec insidiæ[o] coorirentur.'[6] Proditum id Othonianis Ducibus:

Anxium habebant Cæcinam omnia consilia quæ *in irritum* abierant, *et vanescens existimatio suarum copiarum: deturbatus Placentia, profligatis nuper auxiliaribus, etiam in congressu speculatorum invalidior* visus, quæ fuerunt *frequentia magis, quam digna memoriæ certamina; adveniente Fabio Valente, ne omnis gloria belli huc verteret, festinabat recuperare decus, promtius quam prudentius. Ad duodecimum a Cremona* lapidem, *locus Castorum appellatur, promtissimos sociorum instruit, abditos propinquis itineri nemoribus: jussi equites* latius erumpere, et lacessita pugna ultro fugientes, impetum prosequentium illicere, donec in insidiis *dispositi* exsurgerent. *Patefactum id Othonianis legatis: et Paulinus pe-*

1 Male Mss. Harl. Bodl. Jes. et veteres editiones, *castrorum*. Recte emendatum *Castorum*, ut patet ex Suetonio in Oth. IX. Sic et Orosius, VII. 8. 'Circa locum, quem Castoris vocant.' *Brotier.*—2 *Eminentibus* Rhen. e Budens. corrigit.—3 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Pichena et recentiores. In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *imponit;* quod mallet Ernestus.—4 Sic bene Rhenanus et recentiores. Perperam Mss. et veteres editiones, *jussit*. Brotier.—5 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Rhenanus et recentiores. In veteribus editionibus, *refugere*.—6 Male Mss.

NOTÆ

[1] *Angebant*] Multa angebant Cæcinam, omnia frustra incœpta, et senescens exercitus sui fama, ipse pulsus Placentia, cæsis nuper auxiliis inferior, etiam per concursum exploratorum crebra magis quam digna memoratu prælia.

Hæc illum angebant, simul et ne, propinquante Fabio Valente, omne belli decus illuc concederet, reciperare gloriam properabat.

[m] *Properabat*] *Properabat;* ideoque *ad duodecimum a Cremona* lapidem, *locus* ille *Castorum vocatur*, insidias struxit, &c.

[n] *Locus Castorum*] Locus hic *ad Castoris* duodecim milliaribus (inquit auctor,) a Cremona distat, Cæcinæ castris, ut opinor, occupatus, a Bedriaco minimum octo, ubi tendebat Paulini et Celsi miles; ad intervalli tamen medium hic mutuo se occursu excipiunt.

Gallus, ut videtur, regressus erat curando ex lapsu vulneri, aut saltem cum in prælii hic descriptione nusquam se offerat, relictus castrorum custodiæ, ut tempore Bedriacensis pugnæ, de qua postea. *Savilius.*

[o] *Donec insidiæ coorirentur*] Donec

Digitized by Google

et curam peditum Paulinus, equitum Celsus, sumsere. Tertiædecimæ legionis vexillum,[p] quatuor auxiliorum cohortes et quingenti equites in sinistro locantur; aggerem viæ tres Prætoriæ cohortes[q] altis[7] ordinibus obtinuere: dextra fronte[r] prima[8] legio incessit, cum duabus auxiliari-

destre, Celsus equestre agmen, *duxere. Vexillum legionis tertiædecimæ, quatuor sociorum cohortes, et quingenti equites in lævo* cornu *statuuntur; tres cohortes prætorianæ, densis ordinibus occupavere aggerem viæ: dextra fronte prima legio ingressa est, cum binis cohortibus auxiliarium, et quingentis equitibus. Præter hos*

Reg. Harl. et editiones veteres, *coërcerentur*. Ms. Bodl. *coërcerent*. Brotier. —7 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Bud. Guelf. Agr. editio princeps et recentiores. Corrupte Ms. Jes. *altibus*. In Ms. Bodl. et Puteolanus, *arctis ordinibus*: Gronovius *artis* pro *arctis*.—8 Frustra tentat Lipsius, *obtinuere dextra*. A

NOTÆ

in insidiis dispositi consurgerent a tergo et invaderent hostes, qui fugaces insequerentur, ita ut a tergo hostem cingerent, et qui in insidiis erant. Simul et adversa fronte rursus erumperent equites, qui paulo ante fugiebant, seu fugam simulabant.

[p] *Tertiædecimæ legionis vexillum*] Ne sumas de tota legione. Sub illo vexillo dispositi vexillarii hujus legionis; quot autem haberet milites illud *vexillum*, penes duces fuit. Quippe validum ac firmatum fuit copiis, pro necessitate et prudentia præpositorum.

[q] *Tres prætoriæ cohortes*] Quinque prætorias cohortes Gallus et Spurinna ducebant. Tacitus. Earum tres Spurinna secum habebat Placentiæ, tres alias hic in castris Gallus, ut numerus, una superante, non constet.

Sed excusando errori id dabimus, quod non procul abesset Otho, ex aliis suppleturus prætorianæ cohortis defectum. *Savilius.*

Tres prætoriæ cohortes] Ita sumendum, ut *tertiædecimæ legionis vexillum, quatuor auxiliorum cohortes et quingenti equites* in sinistro cornu seu læva fronte locarentur. Et *tres prætoriæ cohortes* in aggere viæ, velut in media acie astarent; et *prima legio dextra fronte* seu dextro cornu disponeretur, *cum duabus vexillaribus seu auxiliaribus cohortibus, &c.*

[r] *Dextra fronte*] Quæ hic frons dextra? haud satis capio, et rescribo, *aggerem viæ tres prætoriæ cohortes obtinuere dextra: a fronte prima legio incessit.* Lipsius.

Bene *dextra fronte*, et apta pro loci opportunitate copiarum dispositio, quam etiam Primus Antonius æmulatus est. Hist. III. 21.

Frons autem cornibus etiam assignabatur. Liv. l. VI. 'Ibi tribuni militum, non loco ante castris capto, non præmunito vallo quo receptus esset, non Deorum saltem, non hominum memores, nec auspicato, nec litato, instruunt aciem deductam in cornua, ne circumveniri multitudine hostium possent.'

Curtius l. IV. 'peditum acies equitatu tegebatur: frons lævi cornu hæc erat.'

At Vir Doctiss. sua distinctione, *aggerem viæ tres præt. cohortes obtinuere dextra:* non bene consultum Cornelio vult, neque Claudiano, cui dicitur *læva frons;* cuique distinguendo nil opis afferri potest. Claudian. in Ruf. l. II. 174. 'Armeniis frons læva

Digitized by Google

bus[9s] cohortibus et quingentis equitibus. Super hos[t] e Prætorio auxiliisque mille equites,[u] cumulus prosperis, aut subsidium laborantibus, ducebantur.

ducebantur mille equites e prætorianis et sociis, complementum victoriæ et rebus *secundis, aut præsidium periclitantibus.*

fronte prima legio incessit, &c. Brotier.—9 In Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. et editionibus veteribus, *vexillaribus cohortibus.* In Mss. Jes. Agr. et Corb. *vexillariis cohortibus.* Mercerus conjecit emendandum, *auxiliaribus;* quod Pichena ac deinde omnes recepere. Nec immerito, cum nusquam in veteribus monumentis occurrant, *vexillariæ cohortes.* Si quod tale monumentum postea reperiretur, tunc sane, ob Mss. codicum auctoritatem, hic reponendum foret, *vexillariis cohortibus.* Idem.

NOTÆ

datur,' &c. *Salin.*

Forte scriptum *dextro, a fronte;* nam antea *quingenti equites in sinistro.* Nec puto scripsisse: *dextra fronte.*

[s] *Duabus auxiliaribus*] Multa suadent, ut substituam *auxiliaribus:* primum, quod perpetuo militiæ Romanæ more, debuerunt legionis latus claudere *auxilia,* ut in sinistro vides quatuor auxiliorum cohortes: deinde, quod vix repereris *vexillarios* in cohortibus censos, semper *auxilia.*

Nam unum, duo, tria millia *vexillariorum* referunt scriptores: nunquam unam, duas, tres *cohortes,* vexillariorum.

Et ita supra mille vexillarios Spurinnæ attribuit; sequenti lib. tredecim millia vexillariorum Muciano.

Postremo *vexillarium* dicunt semper, non *vexillarem,* et *vexillariis* non *vexillaribus.* Mercerus.

Duabus vexillaribus cohortibus] Hæc vetus lectio, quæ suspecta. Attamen vexilla legionum idem sunt ac *cohortes,* et sæpe vexillarii illi vocantur *cohortes.* Sunt et *vexillarii cohortium;* hi nempe delecti ex multis cohortibus, et quidem Romanis; quæ solæ subsignanæ et vexillariæ dici potuerunt *vexilla* seu *vexillarii* cohortium. Num dici potuere *vexillares cohortes,* ut delecti e legionibus, *vexilla* seu *vexillarii legionum* appellantur?

Nihil tamen affirmo: id quippe vocabulum inusitatum prorsus Tacito, et *vexillares cohortes* nusquam reperies apud ipsum, nisi hoc uno loco. Attamen eo nomine distingui possint, quæ seorsim ab aquila mererent, legionariæ cohortes ab auxiliaribus, ut supra distinguit *tertiædecimæ legionibus vexillum* a *quatuor auxiliorum cohortibus.* Erant et *vexilla* cohortium prætorianarum: quid ni *cohortes* et *vexillares* dici potuerint?

[t] *Super hos*] Hisp. *Sobre estos Ivan mil cavallos.* Non super istos supra dictos locati in acie illi mille equites. Sed præter istos jam dispositos, stabant illi equites, non in acie proprie isti, sed in subsidiis erant, quibus nempe sustentaretur, sicubi labaret acies, vel victoria cumularetur: quod Tacito dicitur *cumulus prosperis, aut subsidium,* in periculis scil. *subsidium.*

[u] *E Prætorio auxiliisque mille equites*] Hi scil. delecti partim ex prætorianis, partim ex auxiliaribus seu sociis, inter quos auxiliares bellavit, ut puto, Epiphanes Rex.

Et hi iidem sunt equites, de quibus infra c. 25. *unde* ex vineis scil. 'rursus ausi' Vitelliani, 'promtissimos prætorianorum equitum interfecere. Vulneratur Rex Epiphanes.'

Digitized by Google

25. Antequam miscerentur acies, terga vertentibus Vitellianis, Celsus, doli prudens, repressit suos. Vitelliani temere exsurgentes, cedente sensim Celso, longius secuti, ultro in insidias præcipitantur: nam a lateribus cohortes, legionum[v] adversa fronte,[t] et subito discursu terga cinxerant

Priusquam pugna consereretur, refugientibus Vitellianis, Celsus gnarus insidiarum, retinuit suos. Vitelliani intempestive coorti, pedem referente paulatim Celso, ulterius insecuti, ultro ruunt in insidias: quippe cohortes a lateribus, legionarii adversa fronte, et equitatus repente advolans postremum agmen circumfuderant. Sig-

t Brotier. habet *adversa frons*, et sic lectionem suam defendit et explicat: 'Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Harl. Bodl. Jes. Unde merito Jac. Gronovius distinxit, *legionum adversa frons*. In veteribus editionibus, *a lateribus cohortes legionum, adversa fronte*. Frustra tentabat Lipsius, *a lateribus cohortes, legio adversa fronte*. Nempe Vitellianorum latera cohortes, frontem adversa legionum frons, terga equites Othoniani cinxerant.' Sic Brotier. Budens. et ed. Alc. et Rhen. *legionum adversa fronte*. Et hanc lectionem recepere Bi-

NOTÆ

v *A lateribus cohortes legionum*] Scripsit Tacitus, *a lateribus cohortes, legio adversa fronte*. Ita superior aciei dispositio postulat: et ad circumveniendum hostes, invasionem tripartitam esse oportuit. *Lipsius.*

Doctissimus vir *a lateribus cohortes, legio adversa fronte*. Sed qui melius undique Vitelliani premi potuerunt? contra habuere cohortes, quæ in aggere, *aggerem viæ tres prætoriæ cohortes arctis ordinibus obtinuere:* a tergo Celsum cum equitibus: *et subito discursu terga cinxerant equites.*

A lateribus cohortes legionum, quæ statim atque hostis in insidias devenit, sese utrimque in eum converterunt: *nam a lateribus cohortes legionum adversa fronte.* Salinerius.

Putem *legionarii adversa fronte.* Freinsh. Haud dubie *legio adversa fronte*, ut supra dixit; *fronte prima legio incessit*, et una erat ea legio in castris Othonianis, nec unquam scripsit *cohortes legionum:* non enim sic appellantur.

Certe adduntur cohortes legionibus in subsidium, ut supra octo cohortes Batavorum additæ quartadecimanis sed propterea non vocantur *cohortes legionum*, sed tantum cohortes auxiliares. Forte ibi scriptum *legio una*, vel *prima legio*, ut supra.

Legionum] Recte *legiones:* quia ibi mentio duarum legionum *tertiædecimæ* et *primæ*. Attamen forte melius *legio:* nam proprie tantum ibi astitit in acie unica legio, *prima* scil. *Tertiadecima* tantum *vexillum* fuit, quæ forte *cohors* vocari potuit. Et istud *vexillum* dispositum in acie simul cum cohortibus; nec temere mutavit ordinem aut stationem. Sicque accenseri cohortibus potuit.

Igitur cum tripartita fuerit acies ad circumveniendum hostem et insidias reddendas, jam in eas insidias Othonianorum, insequentibus longius et se præcipitantibus hostibus, et *cedente sensim Celso*, a lateribus, nempe a sinistro, astitere vexillum tertiædecimæ legionis et cohortes, quæ simul dispositæ in latere *sinistro*, et a dextro duæ *auxiliares cohortes et quingenti equites.* In *adversa fronte prima legio;* simul et *subito discursu terga hostium* invade-

Digitized by Google

equites. Signum pugnæ non statim a Suetonio Paulino pediti datum: cunctator natura, et cui cauta potius consilia cum ratione, quam prospera ex casu, placerent, 'compleri fossas,[w] aperiri campum,[2] pandi aciem' jubebat;[3] 'satis cito incipi victoriam,[4] ubi provisum foret, ne vincerentur.'[5] Ea cunctatione spatium Vitellianis datum, in vineas, nexu traducum impeditas, refugiendi. Et modica sylva adhærebat: unde rursus ausi promtissimos Prætorianorum equitum interfecere: vulneratur Rex Epiphanes,[x] impigre pro Othone pugnam ciens.[y]

num prælii non confestim dedit Suetonius Paulinus pedestri agmini: is lentus ingenio, et qui vellet potius provida cæpta ex consilio et prudentia, quam felices eventus ex fortuna, imperabat cumulari fossas, pandi campum, porrigi aciem; satis mature inchoari victoriam, existimans, ubi consultum foret, ne superarentur. *Ea mora tempus concessum Vitellianis, se recipiendi in vineas impeditas et statuminatas:* quibus *parvus lucus contiguus erat: unde rursus invecti* Vitelliani, *audacissimos prætorianorum equitum interemere:* ibi *vulnus excipit rex Epiphanes, qui strenue dimicabat pro Othone.*

pont.—2 Ms. Agr. *campos.*—3 Cl. Lallemand e Ms. Reg. edere voluit, *jubet.* At, ut ceteri omnes, edidit, *jubebat.*—4 In Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *incipi victoriam ratus;* et sic Gronov. cum Ryckio. At cum *ratus* absit a Ms. Reg. et editione principe, nec necessarium sit, illud merito omisit Cl. Ernestus, uti volebat Freinshemius. *Brotier.*—5 Ms. Jes. *vinceretur.*

NOTÆ

bant illi *mille equites,* qui in subsidiis erant locati.

Legionum] Leg. *legiones,* vel *legionarii;* sed melius *legiones:* ut distinguat a cohortibus auxiliarium, quæ ut *a lateribus* urgebant hostem deprehensum insidiis, ita et legiones adversa fronte, quod fortius ac validius, et equites premebant a tergo, subito scil. discursu. Et hæc summa artis imperatoriæ fuit.

Non tamen sine sensu lectio hæc, *legionum adversa fronte,* quasi diceret: Legionibus adversa fronte astantibus: non male etiam *legio,* ut vult Lipsius; et certe unica legio fuit integra.

Legionum] Certe seu legio, seu legiones nondum statim ordinatæ erant *adversa fronte,* ut cohortes et equites. Eæ se interim lente ad prælium comparabant.

Nam 'signum pugnæ non statim a Suetonio Paulino pediti datum.' Is 'cunctator natura,' &c. Et 'ea cunctatione spatium Vitellianis datum,' sese recipiendi ex insidiis, 'in vineas nexu traducum impeditas.'

[w] *Compleri fossas*] Quas fossas? an castrorum? cave credas: nam longe a castris jam aberant. Fossas censeo ab incolis factas ad recipiendas aquas, et ad exsiccandos agros, ut in planis locis mos est, hodieque etiam passim fieri videmus, et in illa Italiæ parte, et in aliis, quæ in planitiem extenduntur.

Firmat ipse Tac. infra: 'mixta vehicula et lixæ et præruptis utrimque fossis, via quieto quoque agmini angusta.' *Pichena.*

[x] *Rex Epiphanes*] Quo supercilio,

26. Tum Othonianus pedes erupit:[1] [2] protrita hostium

Tum Othoniani pedites immissi: proculcata hostium acie, fusi etiam et profligati,

1 Frustra tentat J. F. Gronovius, *irrupit*. In Ms. Reg. *erumpit*. Brotier.

NOTÆ

quo fastu Tacitus, erga regem inservientem, quem in tanta mole belli tantum obiter memorat, fere quasi vile caput! Quam personam ibi sustinebat Rex? an imperabat, an imperabatur? an inter Volones, an cum cohorte amicorum? forte sic, quia Oriens Othonis sacramento accesserat.

Vulneratur Rex] Cepit interpres Gall. quasi pugnaret inter equites prætorianos. Forte tamen stipatus ille nobilioribus amicis et comitibus eximiis, sic certabat pro Othone. Ita ut turmam equitum sibi haberet, aggregatus tamen prætorianis, quæ nobilior militia Rom.

Ille nondum proprie Rex, sed filius fuit Antiochi Regis Comagenorum. Ut conjicere est, missus erat a patre ad officium novi principis, Galbæ scil. sed cum forte Galbam occisum reperisset, stetit pro Othone, pro quo et totus Oriens. Sicque ignoto sibi Vitellio, prælio affuit in acie Othoniana.

Sed, victo Othone, ipse vulnere refectus, statim revolavit in Orientem, priusquam adventaret in urbem Vitellius, monitus haud dubie a suis parari bellum in Syria. Sic et de Agrippa Judæorum rege narrat Tacitus.

Et certe ducebat Epiphanes auxilia patris Antiochi bello Judaico sub Tito, seu ipse, seu frater; et ambo fratres strenui bello et prælii.

Sic vocabantur *reges* filii regum, præcipue natu majores. Sic Pacorus filius Orodis regis Parthorum passim *Rex* vocatur, spirante adhuc patre, quamvis ipse nunquam regnum obtinuerit; cæsus a Ventidio.

Sic et, puto, filiæ regum appellabantur *reginæ*. Et cum Felix dicitur *trium reginarum maritus*, id forte intelligendum de filiabus regum, quæ proprie nondum reginæ essent, si tamen *Drusillam* excipis, quæ *regina*, quia Emesenorum regi nupta, et quam viro abduxerat Felix ille infeliciter et per scelus.

Quippe matrimonia et religionem simul ejuravit Drusilla, dein incendio Vesuvii montis cum filio ex Felice procreato in Italia periit sub Tito principe.

[1] *Pugnam ciens*] Vertit interp. Hisp. quasi suos populares ad prælium strenue capessendum incitaret. Certe quoscumque comites Rex haberet, tum pugnam incitabat acriter. Sic Ann. III. 42. 'Spectatus et Sacrovir, intecto capite, pugnam pro Romanis ciens, ostentandæ, ut ferebat, virtutis.'

[2] *Othonianus pedes erupit*] Puto, *irrupit*, nempe in sylvam et vineas impeditas, quibus defendebantur Vitelliani. *Gronovius.*

Bene *erupit;* nam supra: 'signum pugnæ non statim a Suetonio Paulino pediti datum,' &c. 'Compleri fossas, aperiri campum, pandi aciem jubebat.'

Quibus peractis, *tum Othonianus pedes erupit:* nam antea retinebatur a Paulino duce, qui *cunctator natura*, &c. *Erupit* et *irrupit* pro eodem est apud Tacitum.

Digitized by Google

acie, versi in fugam, etiam qui subveniebant; nam Cæcina non simul cohortes, sed singulas acciverat: quæ res in prælio trepidationem auxit, cum dispersos, nec usquam validos, pavor fugientium abriperet. Orta et in castris seditio, quod non universi ducerentur. Vinctus Præfectus castrorum,[a] Julius Gratus, 'tanquam fratri, apud Othonem militanti, proditionem ageret:' cum fratrem ejus,[2] Julium Frontonem, Tribunum, Othoniani sub eodem crimine[b] vinxissent. Ceterum ea ubique formido fuit apud fugientes, occursantes,[3] in acie, pro vallo, ut, 'deleri cum universo exercitu Cæcinam potuisse, ni[4] Suetonius Paulinus receptui cecinisset,' utrisque in partibus percrebuerit. 'Timuisse se,' Paulinus ferebat, 'tantum insuper[5] [c] laboris ac itineris,[d] ne Vitellianus miles, recens e[6] castris, fessos aggrederetur,

qui subsidio veniebant; quippe Cæcina non simul cohortes, sed seorsim quamlibet vocarat: quæ res in acie tumultum auxit, cum palatos ac vagos, nec usquam satis firmos, metus terga dantium simul traheret. Nata et in munimentis discordia, quod non simul omnes ad pugnam immitterentur. Injectæ catenæ præfecto castrorum, Julio Grato, quasi perfidiam gratificaretur fratri *suo,* merenti in castris Othonis: *cum Othoniani, prætextu ejusdem flagitii, in vinclis haberent Julium Frontonem, tribunum, fratrem illius. Ceterum is ubique pavor extitit inter fugientes, obviam venientes, in prælio, pro castris, ut apud utrosque famæ invaluerit,* profligari potuisse Cæcinam cum universis copiis, nisi Suetonius Paulinus receptui signum dedisset. *Dicebat Paulinus,* se metuisse præterea tantum laboris atque viæ, ne Vitellianæ copiæ recentes e vallo, fatigatos adoriren-

—2 *Ejus* abest a Ms. Bodl.—3 Ita Mss. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *occursantesque.*—4 *Ut* pro *ni* habet Gronovius.—5 Mallet Cl. Ernestus, *tantum super laboris.*—6 Sic bene Ms. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Pu-

NOTÆ

[a] *Præfectus castrorum*] Cepit interpres Gall. quasi Julius remansisset in castris, et ibi imperaret, dum prælio intentus erat Cæcina.

Certe orta videtur seditio ex eo, quod præfectus castrorum militem retineret in castris, quod nec *universi ducerentur;* cum tamen culpa esset Cæcinæ ducis, qui cohortes *non simul,* sed *singulas* accibat ad prælium.

[b] *Sub eodem crimine*] Id est, prætextu ejusdem criminis, nempe *tanquam proditionem ageret.*

[c] *Insuper*] Ferebat timuisse, quod tantum itineris atque laboris superesset, quo se in castra procul amota reciperent.

Insuper] Quod sustinendum adhuc supererat, etiam vincentibus.

[d] *Itineris*] Quod jam toleraverant venientes procul e castris; vel, quod iterare idem iter debuerunt, si fortuna contra daret; quia procul castra sua, et nullum perculsis subsidium; Vitelliani vero recentes, integri, et prope castra sua pugnabant.

Digitized by Google

et perculsis[7] nullum retro subsidium foret:'[8] apud paucos[e] ea Ducis ratio probata, in vulgus adverso rumore fuit.

27. Haud perinde id[1] damnum Vitellianos in metum compulit, quam ad modestiam composuit: nec solum apud Cæcinam, qui culpam 'in militem' conferebat, 'seditioni magis quam prælio paratum;' Fabii[2] quoque Valentis copiæ (jam enim Ticinum venerat) posito hostium contemtu, et recuperandi decoris[3] cupidine, reverentius et æqualius[4] Duci parebant. Gravis alioquin seditio exarserat, quam altiore initio (neque enim rerum a Cæcina gestarum ordinem interrumpi oportuerat) repetam. Cohortes Batavorum, quas bello Neronis a quartadecima legione digressas, cum Britanniam peterent, audito Vitellii motu, in civitate Lingonum Fabio Valenti adjunctas retulimus, superbe agebant; ut cujusque[5] legionis tentoria accessissent, 'coërcitos a se quartadecimanos, ablatam Neroni Italiam,[f] atque omnem

tur, et exterritis nullum a tergo *postea* præsidium foret: *paucis ea Ducis excusatio recepta* est, ea *in vulgus sinistra fama fuit.*

Ea clades non tam exterruit Vitellianos, quam ad obsequium flexit: nec modo in castris Cæcinæ, qui flagitium in militem *refundebat,* ut qui discordiæ magis quam pugnæ promtus *esset, sed etiam Fabii Valentis miles, qui jam Ticinum adventarat, omisso hostium fastidio, et ardore reciperandæ gloriæ, majori respectu et æqualius duci obsequebantur. Atrox alioqui discordia flagrarat,* in exercitu Fabii, *quam altius resumam; neque enim* ante *decebat interpellari seriem rerum a Cæcina factarum. Cohortes Batavorum, quas tradidimus separatas a quartadecima legione bello Neronis, cum in Britanniam irent, nuntiato Vitellii bello, in oppido Lingonum Fabio Valenti accessisse, ferociter agitabant; ut cujusque legionis tabernacula* propius *adiissent, prædicantes* compressisse se quartadecimanos, ademisse *se* Neroni Italiam, atque omnem belli fortunam in ipsorum potestate

teolanus, *recens castris,* omissa præpositione. *Brotier.*—7 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *et periculosis.* Idem.—8 Muretus malebat *fore,* non probante Acidal.

1 Ita libri omnes scripti et editi, præter Rhenanum, qui omisit, *id.*—2 Sic bene Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *sed Fabii quoque.* Brotier.—3 Budens. *dedecoris,* librarii vitio, ut putat Oberlinus.—4 Solus Ms. Agr. *et æquabilius.* Idem significat, *æqualius.*—5 Mss. Flor. Agr. Corb. *ut cujus legionis.* Corrupte editio princeps, *ut cujus regionis.*

NOTÆ

[e] *Apud paucos*] Qui belli prudentes; quibus opponit, ut solet, vulgus imperitum; scil. *in vulgus adverso rumore fuit;* vulgus militum *omnia quæcumque facta* ducum nobiliorum *prare æstimabat.*

[f] *Ablatam Neroni Italiam*] Evocatæ illæ cohortes in Italiam simul cum

Digitized by Google

NOTÆ

quartadecimanis, quocumque prætextu, sive ad bellum in Albanos, sive adversus Vindicem et Galbam, et tum in Italia orta discordia, Batavi coërcuere quartadecimanos, et sic res Neronis afflixere. Itaque separati sunt Batavi a legione, quæ mox missa in Illyricum a Galba principe.

Affuisse autem eas *cohortes* prælio Paulini in Britannia, patet ex Ann. XIV. 37. ubi sic prælium describit Tacitus: 'Ac primum legio' (quartadecima scilicet) 'gradu immota, et angustias loci pro munimento retinens, postquam propius suggressus hostis certo jactu tela exhauserat, velut cuneo erupit. Idem auxiliarium impetus:' (Batavorum nempe: nam ibi pauci, aut forte nulli Britanni, et potius auxiliis sociisque legionis, Batavis, quorum comperta bello virtus, fidere debuit Paulinus) 'et eques, protentis hastis, perfringit quod obvium et validum erat,' etiam et fortissimi equites erant Batavi, quod notandum.

Et cum Savilius vir doctissimus interpretatur sequentem locum l. XIV. 38. 'Auxitque copias' Britannicas 'Cæsar' (Nero) 'missis e Germania duobus legionariorum millibus, octo auxiliariorum cohortibus;' cum, inquam, intelligit illas octo auxiliariorum cohortes fuisse Batavorum, et auxilia legionis quartædecimæ, quæ cohortes advectæ post victoriam Paulini, fallitur.

Et certe, an in tanta mole belli, an in tam feroci provincia separarentur auxilia a sua legione. Et cum dicit Tacitus supra: 'idem auxiliarium impetus,' intelligit haud dubie de *Batavis*.

Et hoc nostro loco Hist. II. 28. patet vicisse in Britannia Batavos auxiliares cum sua legione XIV. Quippe cum separarentur cohortes illæ invicem, et a legionibus; 'mærere socii,' (seu commilitones,) 'fremere legiones: orbari se fortissimorum virorum auxilio. Veteres illos et tot bellorum victores.. .velut ex acie abduci ....non abrumpendos, ut corpori validissimos artus.'

Et diserte Tacit. IV. 14. Batavi 'diu Germanicis bellis exerciti: mox aucta per Britanniam gloria, transmissis huc cohortibus.'

Et cur Batavos rapit in Italiam simul cum sua legione Nero, nisi quia fortissimi viri, et ob victoriæ Britannicæ famam? Illæ cohortes, ut puto, erant adhuc in Italia, ut et legio; sed separatæ agitabant, cum in urbem, aut certe in Italiam adveheretur victor Galba.

Itaque ille discordiam aboliturus, distracturusque partes, *misit* legionem quartadecimam in Pannoniam, et Batavorum cohortes in Britanniam remittebat, jam fatis bellum civile in Gallia præparantibus.

Eæ, audito Vitellii motu, substitere apud Lingones, forte quia hi pro Verginio aut Nerone adversus Vindicem steterant. Tac. Hist. I. 59. 'Et erant in civitate Lingonum octo Batavorum cohortes quartædecimæ legionis auxilia, tum discordia temporum' (intelligit bellum Vindicis et Galbæ adversus Neronem,) 'a legione digressæ:' quod Tac. explicat infra hoc l. II. c. 27. 'Cohortes Batavorum, quas bello Neronis a quartadecima legione digressas, cum Britanniam peterent, audito Vitellii motu, in civitate Lingonum, Fabio Valenti adjunctas retulimus,' &c.

Itaque remeabant cohortes in Britanniam, solita hyberna, jussu Galbæ, sed cum essent apud Lingones, ibi eas deprehendit nuntius belli Vitelliani. Itaque statim accessere partibus Vitellii, 'grande momentum,

Digitized by Google

belli fortunam in ipsorum manu sitam,' jactantes. Contumeliosum id militibus, acerbum Duci: corrupta jurgiis aut rixis disciplina: ad postremum Valens e[6] petulantia etiam perfidiam suspectabat.[8]

positam *esse*. *Probrosum*, seu ignominiosum *id* visum *legionariis*, *molestum duci*: *labefacta severitate militiæ, contentionibus vel altercationibus. Tandem Valens ex lascivia et immodestia etiam proditionem suspicabatur.*

6 Alciat. omisit præpositionem.

NOTÆ

adversæ aut sociæ.'

Etiam Hist. I. 64. mentio fit cohortium et ferociæ ipsarum; 'proxima Lingonum civitas erat fida partibus' (Vitellii, et quia vicina legionibus Germanicis, et quia oderat Galbam,) 'benigne excepti Vitelliani, modestia certavere. Sed brevis lætitia fuit, cohortium intemperie, quas a legione quartadecima, ut supra memoravimus, digressas, exercitui suo Fabius Valens adjunxerat.'

Nempe discordiam illam memoraverat l. I. c. 59. aut potius in libris quos de fine Neronis ediderat, qui periere. En iterum feroces cohortes hoc loco l. II. licet jam ante, scilicet apud Lingones eas Fabius coërcuisset: teste Tac. 'ni Valens animadversione paucorum oblitos jam Batavos imperii admonuisset.' Juxta virtutem ac libertatem periculosa *intemperies* virorum militarium, et *corrupta jurgiis aut rixis disciplina*.

Eas a Fabio Valente in Italiam transvectas, iterum remittebat Vitellius in Britanniam cum sua legione quartadecima: sed apud Augustam Taurinorum, orta rursus discordia, et a conviciis ad cædem transibant; ideoque eos *Vitellius* agmini suo jungi, ut fidos jubet. Hist. II. 66.

Postea tamen rursus revectæ cohortes illæ in Germaniam, et ad Rheuum; ea occasione, quam tradit Tac. Hist. II. 68. 'Duobus militibus, altero legionis quintæ, altero e Gallis auxiliaribus, per lasciviam, ad certamen luctandi accensis, postquam legionarius prociderat, insultante Gallo, et iis, qui ad spectandum convenerant, in studia diductis, erupere legionarii in perniciem auxiliorum, ac duæ cohortes interfectæ.'

Dein infra: Vitellius 'transgressus in castra, ultro pietatem militum collaudavit; frementibus auxiliis, tantum impunitatis atque arrogantiæ legionariis accessisse. Cohortes Batavorum, ne quid truculentius auderent, in Germaniam remissæ; principium interno simul externoque bello parantibus fatis.' Et statim eas revocabat Vitellius in urbem.

At Julio mense, audito Vespasiani imperio, rebellat Civilis, et allicit eas cohortes. Tac. IV. 19. 'Iisdem diebus Batavorum et Canninefatium cohortes, cum jussu Vitellii in urbem pergerent, missus a Civile nuntius assequitur. Intumuere statim superbia ferociaque, et pretium itineris, donativum, duplex stipendium.... postulabant.' Et exin spreto Hordeonio, qui multa promittebat, *inferiorem Germaniam* petunt, seque Civili et bello adjungunt; quo tandem strenuissimæ cohortes ferro, cæde, et prœliis absumtæ sunt.

8 *Suspectabat*] Vertit Davensarius: Metuebat, ne petulantia verteretur in perfidiam; immo suspectabat per-

Digitized by Google

28. Igitur nuntio allato, 'pulsam Treverorum alam Tungrosque a classe Othonis et Narbonensem Galliam circumiri;' simul cura[h] socios tuendi et militari astu cohortes turbidas, ac, si una forent, prævalidas, dispergendi; partem Batavorum 'ire in subsidium' jubet. Quod ubi auditum vulgatumque, mœrere socii,[i] fremere legiones:[j] 'orbari se fortissimorum virorum auxilio: veteres illos et tot bellorum victores, postquam in conspectu sit hostis, velut ex acie abduci: si provincia urbe[k] et salute Imperii potior sit, omnes illuc sequerentur: sin victoriæ[l] sanitas,[l] sustentaculum,

Itaque comperto, fugatam Treverorum alam Tungrosque a navibus Othonis, et ambiri provinciam Narbonensem; *simul studio defendendi socios, et militari arte seditiosas cohortes dividendi, ac si simul forent, præpollentes, partem cohortium* in auxilium provinciæ *mittit*. *Quod ubi cognitum* est *sparsumque in vulgus, indolere commilitones, irasci legiones;* spoliari se subsidio strenuissimorum militum: vetustos illos, et qui tot bella profligaverant, velut e prælio subtrahi, postquam aspicitur hostis: si Gallia carior et antiquior sit Roma et incolumitate reip. universi illuc irent: sin victoria, salus, propugnaculum, caputque

1 Ita Mss. Flor. Reg. Bud. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *sin victoria, sanitas.*

NOTÆ

fidiam inesse Batavis, et sic conjiciebat ex illorum petulantia: falso tamen; nam de partibus bene meriti sunt.

[h] *Simul cura*] Simul et prætextu *socios tuendi*, ac revera *militari astu*, quo *cohortes turbidas* dispergeret.

[i] *Mœrere socii*] De sociis Batavis id intelligi possit, a quibus cohortes suæ separabantur, vel in genere de sociis legionariis, scil. seu auxiliaribus; nam statim addit Tacitus, 'fremere legiones,' quas fere contradistinguit ab auxiliis.

[j] *Fremere legiones*] Mirum videatur, legiones fremuisse eorum discessu, quos sibi invisos reddiderat infamis licentia. *Sarilius.*

Intestinam discordiam premit statim, cum imminet hostis externus; et jam quos pervicaces in agmine et incessu experti sunt, nolunt sibi 'velut ex acie abduci, postquam in conspectu sit hostis.'

Fremere] Invisi Batavi tantum nonnullis legionariis, ut ex. gr. quartadecimanis, non aliis; et licet ferocissimi, tamen et fortissimi erant.

[k] *Urbe*] Quam qui occupasset, simul imperii compos sibi videbatur. Quia urbs *caput rerum*. Ann. I. 47. 'immotum adversus eos sermones fixumque Tiberio fuit, non omittere caput rerum, neque se remque publicam in casum dare.'

[l] *Sanitas*] Alias, *victoria, sanitas*. Simile quid habes Ann. I. 68. 'Nocte demum reversæ legiones, quamvis plus vulnerum, eadem ciborum egestas fatigaret, vim, sanitatem, copias, cuncta in victoria habuere.'

Victoriæ sanitas] Forte melior ve-

columen[m] in Italia verteretur, non abrumpendos, ut[2] corpori, validissimos artus.'

29. Hæc ferociter jactando, postquam, immissis lictoribus,[n] Valens coërcere seditionem cœptabat, ipsum invadunt, saxa jaciunt, fugientem sequuntur, 'spolia Galliarum et Viennensium aurum et pretia laborum suorum occultare,' clamitantes, direptis sarcinis, tabernacula Ducis, ipsamque humum pilis et lanceis rimabantur: nam Valens servili veste apud Decurionem equitum tegebatur. Tum Alphenus[1] Varus, Præfectus castrorum,[o] deflagrante paulatim seditione, addit consilium, vetitis obire vigilias[p] Centurioni-

rerum in Italia positum esset, non abscindenda, tanquam corpori, robustissima membra, *seu lectissima robora.*

Hæc cum superbe jactarentur, ubi Fabius, submissis lictoribus, comprimere discordiam cœpit, in ipsum irruunt, lapides conjiciunt, et fugæ se dantem persequuntur, vociferantes, prædam Galliarum, et Viennensium opes, et præmia laborum suorum *ipsum* celare, *obtegere, spoliatis impedimentis, investigabant tentoria Valentis, ipsamque terram hastis et lanceis* suffodiebant: *quippe Fabius habitu municipii latebat apud decurionem equitum. Tum Alphenus Varus, præfectus castrorum, sidente paulatim discordia, adjicit consilium, prohibitis centurionibus exeubias las-*

2 Mallet Heinsius, *suo corpori.* Non insleganter. At potior adhuc vulgata scriptura. *Brotier.*

1 Codex Ryckii *Alphenius:* sed postea sibi non constat.—2 Ita libri omnes.

NOTÆ

tus lectio: *victoria, sanitas.* Sanitas, nempe, seu salus rerum et imperii. Ut respondeat ad id quod præcessit, *Urbe et salute imperii. Sanitas* idem hic ac *salus.* Sed eandem vocem non statim repetit Tacitus.

[m] *Columen*] Forte non suum, aut partium præcise, sed victoriæ; rerum seu imperii columen in Italia, in urbe.

[n] *Lictoribus*] Sex Lictores habere debuit, ut proconsul aut proprætor, seu legatus Cæsaris. Immissi Lictores, ut prehenderent seditiosos, ac vinclis coërcerent, donec imperio ducis, qui jus gladii habuit, punirentur.

[o] *Varus præfectus castrorum*] Forte ille præfectus castrorum quintæ legionis, quam ducebat Fabius Valens. Potuit etiam præesse vexillarils aliarum legionum. Idque munus spectabat ad præfectum castrorum, præsertim cum non adessent legati.

[p] *Vetitis obire vigilias*] Centurionum erat, non quidem *obire vigilias*, sed Βουκανᾶν, id est, tubæ inflatu vigilias distinguere. Quo sono exciti, penes quos ille labor (Polybio equites quidam, Vegetio circitores) vigilias obibant.

Centurionibus itaque monendi signum intermittentibus, nullæ obibantur vigiliæ. *Savilius.*

Lipsius de mil. Rom. l. v. dial. 9. ait, hoc intelligendum esse de initiis vigiliarum, quæ centuriones procurare solebant. Ut sup. l. xv. 'initia vigiliarum per centurionem nuntiari.'

Itemque de tuba, qua primipili sin-

Digitized by Google

bus, omisso tubæ sono, quo miles ad belli munia cietur.[q] Igitur torpere cuncti, circumspectare inter se attoniti: et id ipsum, quod nemo regeret, paventes: silentio,[r] patientia,[s] postremo precibus ac[t] lacrymis veniam quærebant. Ut vero deformis[t] et flens et præter spem incolumis Valens processit, gaudium, miseratio, favor: versi in lætitiam, (ut est vulgus utroque immodicum,) laudantes[u] gratantesque, circumdatum aquilis[v] signisque in tribunal ferunt. Ille utili

trare, neglecto tubæ clangore, quo miles vocatur ad militiæ curas. Itaque stupere omnes, circumspicere se invicem perculsi: et idipsum metuentes, quod nemo curaret: silentio, modestia, denique obsecratione et fletu veniam orabant. Ut vero squalidus, et plorans, præterque expectationem salvus Valens revertit, lætitia, misericordia, amor; mutati in gaudium, (ut est plebs utrimque nimia,) celebrantes gratulantesque, portant in suggestum, cinctum aquilis et vexillis. Valens utili

nes. Frustra tentat Lipsius, *silentio, pœnitentia.* Brotier.—3 Prius legeba-

NOTÆ

gulas vigilias ordiebantur. Tuba enim adhibebatur ad initia, cornu sive buccina ad finem.

Veget. III. 8. 'A tubicine omnes vigiliæ committuntur, et finitis horis a cornicine revocantur.' *Pichena.*

[q] *Cietur*] Interp. Hisp. *mutatur.* Non satis apte.

[r] *Silentio, patientia*] Recte *patientia,* id est, æquanimitate et tolerantia; donec nempe adesset, qui exoraretur et flecteretur, ut eos regere vellet. Pœnitentia postea precibus et lacrymis innotuit. Sed prius taciturnitas et patientia, dein mox lacrymæ.

Silentio] Silentio veniam motæ discordiæ petebant. Certe facundius sæpe silentium, et efficacius, quam ipsa oratio. Sic l. XV. 1. 'Tiridates quoque regni profugus, per silentium aut modiae querendo, gravior erat.'

[s] *Patientia*] Sic in obsequium jam flexi placatique, a silentio et modestia transeunt ad preces. Sic *absentium æqui, præsentibus mobiles* ad pœnitentiam mutantur.

Patientia] Recte *patientia.* Jam quieti et pacati erant; nec jam insultabant centurionibus et tribunis, quod officio suo deessent, ut potuerant, si turbare perstitissent, aut ipsi sibi præpositos alios elegissent. Jam quieti et patientes, ad preces et ad veniam orandam recurrunt.

[t] *Deformis*] Sordidus, squalidus. Sic l. VI. 43. de Artabano, qui pulsus regno fuerat, 'in Hyrcanis repertus est illuvie obsitus, &c. Neque exuerat pædorem, ut vulgum miseratione adverteret.'

[u] *Laudantes*] Quod non fugisset, quod viveret, et ducem se ipsis accommodaret.

[v] *Circumdatum aquilis*] Honoris simul et defensionis causa: non enim sine summo honore aut favore militari, dux aquilis signisque circumdatus; sic et simul tutus adversus insidias et fraudem audacissimorum.

Sic l. I. 36. 'Haud dubiæ jam in castris omnium mentes, tantusque ardor, ut non contenti agmine et corporibus in suggestu, in quo paulo ante aurea Galbæ statua fuerat, me-

Digitized by Google

moderatione non supplicium cujusquam poposcit: ac ne dissimulans suspectior foret, paucos[4] incusavit:[w] gnarus civilibus bellis plus militibus, quam Ducibus, licere.

30. Munientibus castra apud Ticinum, de adversa Cæcinæ pugna allatum, et prope renovata[1] seditio, 'tanquam fraude et cunctationibus Valentis[x] prælio defuissent.' Nolle requiem, non expectare Ducem, anteire signa, urgere signiferos: rapido agmine Cæcinæ junguntur.[2] Improspera

temperamento, nullius pœnam postularit; ac ne tanquam obtegens iram, magis suspectaretur, paucos reprehendit: haud inscius, civilibus armis plus auctoritatis militibus esse, quam legatis.

Metantibus castra apud Papiam nuntiatum de infelici prælio Cæcinæ, et fere de novo exarsit discordia, quasi *ipsi* perfidia et dubitationibus Valentis certamine abfuissent. *Non ultra ferre moram, non opperiri ducem, præire vexilla, hortari signiferos;* et sic *propero incessu Cæcinæ miscentur. Sinistra Fabii existimatio*

tur *et*.—4 Lipsius mallet *paucis;* dissentiente Ernesto.

1 Mss. Harl. Jes. *revocata*.—2 Ita Mss. veteres ac recentiores editiones.

NOTÆ

dium inter signa Othonem vexillis circumdarent. Nec tribunis aut centurionibus adeundi locus,' &c.

Circumdatum aquilis] Nempe duæ Aquilæ erant; scil. legionis, quam abducebat e Germania, et legionis Italicæ, quam Lugduno abstraxerat.

[w] *Paucos incusavit*] Lego *paucis*, ad brevitatem enim orationis refertur, non ad eos qui peccarant. Et sane omnes in hac culpa, nec excerpi pauci potuere. *Lips.*

Ille utili moderatione neminem supplicio affecit; sed ne dissimulare videretur, et ne omnibus suspectus foret, *paucos* quosdam incusavit; id est leviter et verbis tantum castigavit; ea animadversione contentus, *gnarus civilibus bellis* plus licere militi quam ducibus.

Et licet forte perinde omnes in culpa essent, fuit tamen prudentiæ viri militaris hoc scelus in *paucos* refundere, ut ceteri vere reconciliarentur, et etiam turbatores non alienarentur; præsertim cum nullius supplicium dux posceret, et neminem unum irritaret.

Paucos] Recte *paucos incusavit*, ne in omnes dissimulare videretur et hinc *suspectior* esset. Sic Agric. 22. 'Ex iracundia nihil supererat: secretum et silentium ejus non timeres; honestius putabat offendere, quam odisse.' Hoc vult; *acerbior in contriciis* dicebatur, sed increpare malebat, quam odisse, aut dissimulare. Ne scil. suspicionum conscientiam subeant invicem dux et miles.

[x] *Et cunctationibus Valentis*] Plut. Oth. 'Fabius rapinis domisque sociorum expleri non poterat, quin et pugnæ tempus neglexisse fertur, pecuniæ corradendæ causa lentius incedens. Alii tamen Cæcinæ eam culpam imputant, qui festinans ante adventum Fabii potiri victoria, cum alia leviora commisisset, tum illo prælio, neque tempestive neque strenue facto, res Vitellianas prope afflixerit.'

Digitized by Google

Valentis fama apud exercitum Cæcinæ erat; 'expositos se tanto pauciores integris hostium viribus,'[y] querebantur, simul in suam excusationem,[z] et adventantium robur per adulationem attollentes, ne ut victi et ignavi despectarentur. Et quanquam plus virium, prope[3] duplicatus legionum auxiliorumque numerus[a] erat Valenti, studia tamen militum[b] in Cæcinam inclinabant; super benignitatem animi,[c] qua promtior habebatur, etiam vigore ætatis, proceritate corporis et

apud militem Cæcinæ erat: fremebant, objectos se tanto pauciores illibatis hostium copiis, *simul ut culpam a se transferrent, et celebrabant per assentationem vires advenientium, ne ut superati, et* velut *ignavi contemnerentur. Et licet plus roboris,* et *fere duplo major erat Fabio numerus legionum auxiliorumque, favor tamen militum propendebat in Cæcinam;* qui *præter mansuetudinem animi, qua benignior et facilior existimabatur,* præcellebat *etiam flore juventutis, magnitu-*

In mediis quibusdam, forte operarum errore, *jungitur.* Brotier.—3 Ita Ms. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et

NOTÆ

[y] *Integris hostium viribus*] *Integris* id est, totis, universis. Attamen duæ tantum *integræ* legiones aderant apud Othonianos: quid si tota moles Mœsiacarum ac Pannonicarum legionum affuisset?

[z] *Simul in suam excusationem*] Sensus est, Querebantur se expositos integris hostium viribus, cum essent tanto pauciores hostibus; sic simul se excusabant, et simul *adventantium cum Valente robur* extollebant *per adulationem, ne ut victi et ignavi despectarentur.*

[a] *Prope duplicatus legionum....numerus*] Præter quadraginta millia armatorum, quæ ex Germania trahebat, ex Lugdunensi Colonia abduxit Valens legionem *Italicam et alam Taurinam.*

Huc forte miserat legionem illam Galba, odio in Lugdunenses, eos hoc præsidio afflictnrus; neque enim pro more ulla legio integra in Galliis: nempe steterant Lugdunenses pro Nerone adversus Viennenses et Vindicem.

Hanc Legionem *Italicam* recens conscripserat Nero in Italia, puto, ex melioribus nationibus, Umbria, Etruria, &c. Ex quibus gentibus et prætoriani delecti. Sueton. Ner. 19, 'Parabat et ad portas Caspias expeditionem, conscripta ex Italicis sexum pedum tironibus nova legione, quam Magni Alexandri Phalangem appellabat.'

[b] *Studia tamen militum*] Intelligit milites utriusque exercitus; *Superioris,* cui tum præerat Cæcina, et *inferioris,* cui Fabius imperabat. Attamen gratus præcipue inferioris Germaniæ militi Fabius, teste Tacito, et eum assectabantur mox in urbe.

[c] *Super benignitatem animi*] Intelligo liberalitatem, qua certe promtior quam Valens, qui avaritia aliisque flagitiis *fædus et maculosus* fuit.

Benignitatem] Infra cap. 56. 'minus avaritiæ in Cæcina,' quam in Valente; 'plus ambitionis.'

Digitized by Google

quodam inani[4] favore.[d] Hinc æmulatio Ducibus. Cæcina 'ut fœdum et maculosum,'[e] ille 'ut vanum ac tumidum,' irridebant. Sed condito[f] odio, eandem utilitatem fovere, crebris epistolis,[g] sine respectu veniæ,[h] probra Othoni ob-

dine corporis, et quadam vana specie. Hinc invidia legatis. Cæcina Fabium, tanquam sordidum et scelerosum, arguebat, *ille* Cæcinam, ut inanem ac superbum illudebant. *Sed occultatis inimicitiis, communem causam juvere, frequentibus literis exprobrantes flagitia Othoni, nulla habita ratione* mox *veniæ: cum du-*

Puteolanus, *ac prope duplicatus.*—4 Ita libri omnes. Mallet J. F. Gronovius, *inanium;* ut supra Annal. XIII. 8. de Corbulone: 'Corbulo....corpore ingens, verbis magnificus, et super experientiam sapientiamque, etiam specie inanium validus.' At eodem sensu accipi potest, *inani favore*, id est, favore, qui per inania captatur. *Brotier.*

NOTÆ

[d] *Et quodam inani favore*] Forte *inanium;* quæ fuerint illa *inania*, superiori libro habes: 'Cæcina corpore ingens, animi immodicus, cito sermone, erecto incessu, studia militum allexerat,' ut de Corbulone Ann. l. XIII. 'Omnium in se ora verterat, corpore ingens, verbis magnificus, et super experientiam sapientiamque, etiam specie inanium validus.'

Quodam inani favore] Vertunt quasi esset ille favor militum in Cæcinam. Sed fuit præcise ille favor naturæ in ipso Cæcina, et ex isto favore ortus favor militum. Nempe iste favor causa fuit favoris in vulgus; puta, dignitas oris, proceritas corporis, &c.

Hæc corporis bona, *inania* vocat Tacitus, ut quæ vulgo tantum laudata et vere *inania* sint ex se præcise, nisi solida bona simul adsint, nisi simul eximiis animi dotibus virtutibusque fulciantur.

[e] *Fœdum et maculosum*] Non ignavlam et timorem interpretor, sed libidinem et rapacitatem: quæ in homine arguit et Hist. lib. I. 'Valentem magna pecunia emtum.' Et: 'ipsa itinerum spatia et stativorum mutationes venditante duce, fœdis pactionibus adversus possessores agrorum et magistratus civitatum, adeo minaciter, ut Luco faces admoverit, donec pecunia mitigaretur. Quoties pecuniæ materia deesset, stupris et adulteriis exorabatur.'

Sic Ann. l. XIII. 'Cossutianum Capitonem Cilices detulerant maculosum fœdumque, et idem jus audaciæ in provincia ratum, quod in urbe exercuerat.' Hist. l. I. de alio Capitone: 'ut avaritia et libidine fœdum ac maculosum.' *Gronov.*

Fœdum] De avaritia possit intelligi; et *maculosum* de libidinibus, aut forte utroque vitio simul fœdus et maculosus Valens, et certe utriusque flagitii arguitur apud Tacitum.

[f] *Condito*] Recondito, seu dilato ac dissimulato ad tempus; et certe rediit mox ira, finito bello: infra 92. 'Olim anxii odiis, quæ bello et castris male dissimulata, &c. civitas auxerat.'

[g] *Crebris epistolis*] Quas non Othoni ipsi, sed ducibus Othonianarum partium scribebant; quibus literis Othoni flagitia exprobrabant, cum duces Othonis, cautiores literis quas Cæcinæ et Valenti rescribebant, nihil objectarent Vitellio. Nempe sibi veniæ locum in adversis relinquebant, quamvis non deesset conviciorum materia, si auderent; et nisi in futurum

Digitized by Google

jectantes: cum Duces partium Othonis, quamvis uberrima conviciorum in Vitellium materia, abstinerent.

31. Sane ante utriusque exitum, quo egregiam Otho famam, Vitellius flagitiosissimam,[i] meruere, minus Vitellii ignavæ voluptates,[j] quam Othonis flagrantissimæ libidines timebantur.[k] Addiderat huic terrorem atque odium cædes Galbæ; contra illi initium belli[l] nemo[1] imputabat. Vitel-

ces Othonianarum partium temperarent probris, *quamvis amplissima* esset *in Vitellium contumeliarum materia.*

Et certe ante finem utriusque, quo eximiam famam meruit Otho, Vitellius turpissimam, minus metuebantur segnes Vitellii deliciæ, quam Othonis ardentissimæ cupidines. Occisus Galba huic adjecerat metum atque indignationem; contra Vitel-

1 Cod. Ryckii *nem. non imput.* Male, ut ipse putat.—2 [Brotierus cum

NOTÆ

saluti suæ duces providissent.

[h] *Sine respectu veniæ*] Ita scribebant epistolas, ut sibi, si vincerentur, nullum veniæ locum relinquerent, nec possent in utramvis partem interpretari; ut sæpe faciebant alii legati, qui ambigue loquebantur, non *sine respectu veniæ* in futurum.

Rationem differentiæ reddere videtur Tacitus, quod scil. promtiores essent boni in Vitellium, quam in Othonem: scilicet, ' minus Vitellii ignavæ voluptates, quam Othonis flagrantissimæ libidines timebantur.' *Addiderat* Othoni terrorem majusque odium *cædes Galbæ.*

Sine respectu veniæ] Si forte vinceret Otho: sic nullam in adversis veniæ spem sibi relinquebant. Quasi certi de exitu, jam spem victoriæ animo præsumserant.

[i] *Flagitiosissimam*] Sic infra III. 85. ' Deformitas exitus misericordiam abstulerat.'

[j] *Ignavæ voluptates*] Quibus scil. minus exarderet, magisque segniter erumperet in sævitiam ac facinora, ut qui *ventre et gula sibi ipsi* tantum *hostis* esse videretur, hactenus scil. nam et mox in scelera et cædes prorumpet; clam tamen, et carptim, nec pari audacia qua Otho.

[k] *Libidines timebantur*] Sic et alibi, *reditura vitia metuebantur.* Et quidem unus aut alter princeps meliores facti principatu; ceteri omnes summæ fortunæ licentia profligati sunt.

Et certe quod spectat ad sævitiam et libidines, monuisse principes videtur Sibylla seu vates apud Virg. Æn. VI. ' Sate sanguine Divum, . . . facilis descensus Averni; Noctes atque dies patet atri janua Ditis: Sed revocare gradum, superasque evadere ad auras, Hoc opus, hic labor est.'

Cum semel grassari dominantes cœperint, vix datur regressus ad meliora, et scelera novis sceleribus alantur necesse est. Unde discrimen, tandem et exitium. Pauci regressi ex Averno flagitiorum; ' Pauci, quos æquus amavit Jupiter, aut ardens evexit ad æthera virtus, Dis geniti potuere.'

[l] *Contra illi initium belli*] Hoc dicere videtur, quoniam Vitelliani motus longe ab Italia fuerunt, nec fere in urbe Roma auditi: contra autem cum Otho in oculis omnium adversus Galbam insurrexisset, eoque occiso,

Digitized by Google

lius ventre et gula sibi ipse[2] hostis;[m] Otho luxu, sævitia,

lio nemo attribuebat principium belli. Vitellius largis epulis et ingluvie sibi ipsi

Ryckio habet *sibi ipsi hostis*, et] ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. Rhenanus e Ms. Bud. in quo, *sibim.* conjiciebat, *sibimet hostis;* recepitque Gronovius. Ms. Flor. *sibi inhostus:* unde tentabat Pichena,

NOTÆ

imperium occupasset, tanquam belli civilis auctor habebatur: quamvis revera initium belli ipsi Vitellio fuerit imputandum.

Nam inferius, Otho moriturus, hoc ipsum commemorans, ait: 'Civile bellum a Vitellio cœpit; et ut de principatu certaremus, initium illic fuit.'

Vel potius, hoc dicit Tacitus propter ignaviam torporemque Vitellii, qui a belli cogitationibus alienus, a suis quasi coactus, arma cepit: nam supra ostendit a Fabio Valente instigatum: deinde ait: 'quatiebatur his segne ingenium, ut concupisceret magis, quam ut speraret.' *Pichena.*

Initium belli nemo imputabat Vitellio: nempe præ Othone, qui occiderat Galbam, et primus res turbaverat; et ipse Otho rapuerat imperium, traxeratque in partes militem pretio et libidine corruptum.

At contra raptus est Vitellius a milite in imperium, et magis se permisit legionibus, quam concupivit aut speravit. Neminem occidit aut solio deturbavit, sed veluti vacuum imperium occupavit.

Hinc initium armorum aut causa belli non illi proprie tribuitur; et certe potius occasio fuit armorum civilium, quam causa Vitellius: nam 'instare miles, arma poscere,' &c. At 'torpebat Vitellius, et fortunam principatus inerti luxu ac prodigis epulis præsumebat,' &c. 'cum tamen ardor et vis militum ultro ducis munia implebat, ut si adesset imperator,' &c.

Sic, ut vides, nomen imperatoris, ad bellum expedientis, non munus implebat Vitellius. Et possit hic dici, quod habetur infra l. III. 70. 'Ipse neque jubendi neque vetandi potens, non jam imperator, sed tantum belli causa erat.' Haud igitur mirum, quod in ipsum belli mala non refundantur.

Contra illi] Potius legatis initium belli imputabant, et ferocissimis legionibus Germanicis, quarum pleræque, neque audito Vitellio, rebellabant adversus Galbam, dirumpebant imagines, et sacramenta in S. P. Q. R. advocabant, pridem obliterata nomina.

Supra l. I. 52. Fabius, 'instigare Vitellium, ardorem militum ostentans... quatiebatur his segne ingenium,' &c.

Illi fere adversus Galbam neque votum aut animus initio. Sed impetu legatorum legionumque abstractus videtur. Et licet imperium susceperit, tum tamen innocens præ Othone censebatur.

Quippe ille se cæde principis cruentaverat, et quidem in urbe, in ipso palatio, in conspectu Deorum et ipsius Capitolini Jovis, quem adhuc scelere et sanguine madidus adire ausus est. Hinc terror et odium; ideoque et belli initium ei potius imputabant.

[m] *Gula sibi ipsi hostis*] Sueton. Vitel. 10. 'Inter profusissimos opsoniorum apparatus, nulla familiæ, aut militis disciplina, rapinas ac petulantiam omnium in jocum vertens, qui

Digitized by Google

audacia, Reipublicæ exitiosior ducebatur.[3] Conjunctis Cæcinæ ac Valentis copiis, nulla ultra penes Vitellianos mora, quin totis viribus certarent. Otho consultavit, trahi bellum, an fortunam experiri placeret. Tum Suetonius Paulinus,[n] dignum fama sua ratus, qua[4] nemo illa tempestate militaris rei callidior habebatur, de toto genere belli[o] censere, 'festinationem hostibus, moram ipsis utilem' disseruit.

32. 'Exercitum Vitellii universum advenisse: nec multum virium a tergo, quoniam[1] Galliæ tumeant,[p] et[2] deserere

infestus; Otho luxuria, immanitate, licentia Reip. perniciosior habebatur. Junctis simul *exercitibus Cæcinæ Valentisque, nulla ultra* amplius *cunctatio apud Vitellianos, quin tota mole virium dimicarent. Otho deliberavit* cum legatis, *an expediret magis protrahi bellum*, an summam belli in casum dari vellent. *Tum Suetonius Paulinus dignum existimatione sua ratus, qua nemo eo tempore belli peritior censebatur, de universo ordine belli sententiam* suam *proferre; censuit*, celeritatem Vitellianis, cunctationem ipsis conducere.

Universas Vitellii copias adventasse: nec multum roboris a tergo, quod

sibi inhonestus; [quod recepere Bipont.] Editio princeps, *sibi, mhostus.* Brotier. Puteolani emendationem recipio, nisi quod pro *ipsi* reponam *ipse.* Oberl.—3 Ms. Corb. *exitiosior videbatur.*—4 Mss. Harl. Jes. *quia illa tempestate nemo.*

1 Pro *quoniam* quidam legunt *quanquam.*—2 Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus

NOTÆ

non contenti epulo ubique publice præbito, quoscumque libuisset, in libertatem asserebant, verbera ac plagas, sæpe vulnera, nonnunquam necem repræsentantes adversantibus.' Sic sibi hostis præcipue, dein et Reip. Ita nati principes, ut eorum bona malaque ad Rempub. pertineant.

Gula] Quod velut hauserat a natura, quod ipse et a majoribus habuit. Sueton. Vit. 2. 'Aulus in consulatu obiit... prælautus alioqui, famosusque cœnarum magnificentia.' Aulus ille patruus Vitellii principis.

[n] *Suetonius Paulinus*] Et hic et alibi effuse laudat hunc Suetonium, *vetustissimum consularium*, ut infra vocat, et non una militia clarum. Præfuit Britanniæ, ut habes Annal. XIV. et in Agricola.

Sed et in Africa bellum gessit, e Plinio l. v. 'Suetonius,' inquit, 'Paulinus, quem consulem vidimus, primus Romanorum ducum transgressus Atlantem,' &c.

Nec Paulinus iste pater Suetonii, ut volunt: nam *Suetonius* ille *Lenis*, de quo Sueton. Othon. tribunus fuit; noster belli dux: ille angusticlavius, id est, nondum senator, sed inter equites: iste vero consularis. *Lipsius.*

[o] *De toto genere belli*] Hoc vocat alibi *summam belli*, aut *rerum*, aut *summam* absolute: infra l. III. 50. Duces Flaviani 'ad fanum fortunæ iter sistunt, de summa rerum cunctantur:' et Ann. lib. de Vologeso: 'neque in summam pervicax.'

[p] *Quoniam Galliæ tumeant*] Copu-

NOTÆ

lam apte inserui ex Vatic. *Tumere* autem eleganti metaphora dicuntur, quæ eruptura videntur. Usurpavit Cicero bis in epistolis ad Atticum. *Lipsius.*

Cur aut quomodo *Galliæ tumeant*, quæ profligatæ cum Vindice, quæ fere excisæ et vastatæ a Vitellianis? et quonam erupturæ, an ad Rhenum, adversus castra Germanica? an in Italiam? an adversus Vitellianos? certe potius *timent*, et suspensæ expectant Galliæ, quorsum evadat tanta belli moles.

Igitur lego, *quoniam Galliæ timeant:* sensus est; Exercitus Vitelliani jam advenere in Italiam, non multum virium a tergo, quia non conducit deserere Rheni ripam, irrupturis Germanis in Gallias; hinc Galliæ timent, et quia sibi timent, non multis viribus, aut copiis partes Vitellianas juvabunt.

Potuerunt timere Galliæ, simul et bellum intestinum ex Romanis aut ex sociis, ut contigit, et extraneum, nempe a Germanis irrupturis, si desereretur ripa. Et forte nondum suspecti Batavi; infra: 'Hordeonius Flaccus, suspectis jam Batavis, anxius proprio bello:' quod mox erupit adversus legiones ripam defendentes. Suspectæ et aliæ nationes Galliæ, Vitellianis, ut Viennenses, qui in partibus Galbæ et Vindicis fuerant, et aliæ civitates, jam quæ vexatæ et spoliatæ opibus armisque a ducibus Vitellii, ideoque sibi metuebant. Sicque Galliæ, non in eo statu erant, quo tumerent aut erumpere possent; sed quo sibi timerent, forte præcipue ob infestas nationes trans Rhenum agentes; cujus ripa destituta omni præsidio erat, amotis avectisque legionibus in Italiam.

Tumeant] Lege, *timeant*. Supra l. 1. 64. Gallis, &c. 'in Othonem ac Vitellium odium par, ex Vitellio et metus.'

De toto genere belli censet Paulinus: et exponit, unde supplere possit vires fractas Vitellius. Non ex Gallis, inquit, quia nunc sibi timeant Galliæ a barbaris, deserta nempe ripa Rheni; nec Gallis conducat eam ripam deserere, promtis ad occasionem tot infestis nationibus, et id timebant Galliæ; ideoque sibi vires et opes reservare debuerunt, non suppeditare Vitellio ultra.

Sic dicit, 'provinciam Narbonensem incursu classis,' &c. contremuisse: certe bello semel moto, sibi quisque timet, et vires suas apud se retinet. Sic et Galliæ tueri ripam nunc contentæ sunt; igitur non velut erupturæ Galliæ tumebant, immo paratæ erant se continere intra fines suos.

Infra 57. 'pauci veterum militum in hybernis relicti, festinatis per Gallias delectibus, ut remanentium legionum nomina supplerentur.'

Et hæc uno continuoque sensu dicta videntur: 'quoniam Galliæ timeant, et deserere Rheni ripam, irrupturis tam infestis nationibus, non conducat:' hoc sensu forte, quoniam ipsi Galliæ timeant Romani ad ripam relicti, seu Vitelliani ipsi.

Et videretur Paulinus contraria et inter se pugnantia disserere, *nec multum virium a tergo, quoniam Galliæ tumeant.* Nam quomodo *tumeant* Galliæ, si tenues earum vires et opes?

Certe timebant Galliæ, ut quippe imbelles in tanto motu, et ab interno et ab externo hoste. Tum nondum Gallias pertransierat Vitellius, quem oderant simul et timebant Galli: sic Hist. l. 1. 62. 'instare milites, arma poscere, dum trepident Galliæ,' &c.

Certe amotis seu exhaustis legionibus Rom. jam ipsæ Galliæ ripam tu-

Digitized by Google

Rheni ripam, irrupturis tam infestis nationibus, non conducat: Britannicum militem[q] hoste et mari[r] distineri:[3] Hispanias armis[s] non ita redundare:[4] provinciam Narbonensem incursu classis[u] et adverso prælio[v] contremuisse: clausam Alpibus, et nullo maris subsidio,[w] Transpadanam Italiam,[x] atque ipso transitu exercitus[y] vastam:[4] non frumentum

Galliæ metuant; et *quia* omittere Rheni littus non expediat, imminentibus tam infensis gentibus: legiones Britannicas impediri hoste et pelago: Hispanias copiis haud ita affluere: Galliam Narbonensem exterritam esse irruptione classis, et infelici pugna: Italiam Transpadanam septam Alpibus, et nullo

perperam omittunt copulam, *et*.—3 Sic omnes Edd. Ryckii Cod. habet, *detineri*; quod ille putat *mari* convenientius.—4 Ita Mss. Flor. Reg. Agr. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *vas-*

NOTÆ

eri suo sanguine satagebant: nec ultra commodabant sanguinem suum bello civili et Vitelliano.

Hostes expectabant ac metuebant: tantum abest, ut tumerent erumperentque, aut quærerent hostem, exarmatæ jam et exhaustæ viris, equis, armis, opibus, transitu scil. tot exercituum.

Quoniam tumeant Galliæ] Non diceret Tacitus absolute et sine addito, *tumere:* nam Hist. l. 1. 88. 'Levissimus quisque et futuri improvidus, spe vana tumens.'

[q] *Britannicum militem*] Hunc tamen in suas partes traxerat Vitellius; sed id nondum forte compertum erat ducibus Othonianis in Italia.

[r] *Hoste et mari*] Tacitus, 'in Britannico exercitu nihil irarum,' neque aliæ legiones innocentius egerunt: et ille miles expeditionibus suetus, potius oderat hostem, quam civem.

[s] *Hispanias armis*] Una legio custodiebat pro more, cum aliquot cohortibus.

[t] *Non ita redundare*] Rerum potitus Galba, copias omnes dimiserat, quæ primo Vindicis motu delectæ fuerant.

[u] *Incursu classis*] Othonianæ.

[v] *Adverso prælio*] Vitellianorum nempe.

[w] *Nullo maris subsidio*] Disserit ostenditque facile domari posse universum Vitellii exercitum, qui tum in Transpadana Italia. Nam ex provincia Narbonensi difficile frumentum advehi potuit, quia incursu classis Othonianæ, et adverso prælio consternata et exterrita erat illa provincia; et quia Transpadana regio clausa aliunde Alpibus, et jam ipso transitu Vitellianorum vastata.

Nec etiam mari frumentum importari potuit, quia Otho classe præpollebat, et sic nusquam annona tanto exercitui suppetebat.

Nullo maris subsidio] Quia procul a mari, nullæque naves aderant, quibus adveheretur frumentum, aut quibus bellum juvaretur.

[x] *Transpadanam Italiam*] Pars Galliæ Togatæ ad septentrionem Padi fluvii in Italia: hodie pars septentrionalis *Lombardiæ* usque ad fluvium *Po*, in Italia recentiore. *Tillemon.*

[y] *Exercitus*] Utriusque exercitus Vitelliani, Fabii et Cæcinæ legatorum.

Digitized by Google

usquam exercitui, nec exercitum sine copiis[z] retineri posse. Jam Germanos, quod genus militum apud hostes atrocissimum sit, tracto in æstatem bello,[a] fluxis corporibus,[b] mutationem soli cœlique haud toleraturos. Multa bella, impetu valida,[c] per tædia et moras evanuisse. Contra ipsis omnia opulenta et fida:[5] Pannoniam, Mœsiam, Dalmatiam, Orientem, cum integris exercitibus;[d] Italiam et caput rerum urbem: Senatumque et Populum,[6] nunquam obscura[7] nomina, etsi[8] aliquando obumbrentur; publicas[e] privatasque

maris auxilio *niti*, ipsoque trajectu legionum direptam: nusquam annonam militi, nec exercitum haberi posse sine commeatu. Præterea Germanos, quod genus armatorum apud Vitellianos immanissimum sit, haud perlaturos mutationem regionis et aëris, si bellum in æstatem proferretur, ob invalida adversus æstum sitimque corpora. Plurima bella per ferociam violenta, consenuisse *ultro*, per molestias et cunctationes. Contra Othonianis cuncta affluentia et fidelia *esse:* Pannoniam, Mœsiam, Dalmatiam, Orientem cum illibatis exercitibus; Italiam, et arcem sedemque imperii Romam; patresque et populum, nunquam ingloria vocabula, etsi quandoque obscurentur; divitias publicas privatasque, et immensam vim pecuniæ, inter civilia bella armis

tatam, et sic Ryckius.—5 Ms. Corb. et editio princeps, *opulenta: et fidam Pannoniam, &c.*—6 Cod. Ryckii *pop. R.*—7 Budens. *obscurari.*—8 Ita Ms. Harl. prima manu, Puteolanus et recentiores. In Mss. Flor. Reg. Corb. et editione principe, *etiam aliquando.* Altera manu in Ms. Harl. emendatum,

NOTÆ

[z] *Sine copiis*] Sine annona, aut commeatu. Supra: 'non frumentum usquam.'

[a] *Tracto in æstatem bello*] Sic censebant optimi duces Paulinus et Celsus, at non ipse Otho, teste Suet. Oth. 9. 'Simili temeritate, quamvis dubium nemini esset, quin trahi bellum oporteret, quando et fame et angustiis locorum urgeretur hostis, quamprimum tamen decertare statuit; sive impatiens longioris solicitudinis, speransque ante Vitellii adventum profligari plurimum posse; sive impar militum ardori, pugnam deposcentium.'

[b] *Fluxis corporibus*] Florus de Gallis lib. II. 4. 'Alpina corpora, humenti cœlo educata, habent quiddam simile cum nivibus suis: quæ mox, ut caluere pugna, statim in sudorem eunt; et levi motu, quasi sole, laxantur.'

[c] *Multa bella impetu valida*] Forte respicit ad veteres Germanos, scil. ad Cimbros, qui et in Italia seu provincia Narbon. profligati sunt; et eos comparat cum istis Germanicianis.

[d] *Cum integris exercitibus*] Intelligit legiones Syriacas Muciani, et Vespasiani Judaicum exercitum, et legiones Ægypti.

[e] *Publicas*] Non quod præcise ipsas has opes possiderent Othoniani; sed cum haberent in partibus Italiam, urbem, senatum populumque Romanum, simul et habere videbantur publicas privatasque opes; et sic immen-

Digitized by Google

opes et immensam pecuniam, inter civiles discordias ferro validiorem; corpora militum aut Italiæ sueta,[f] aut æstibus objacere flumen[g] Padum, tutas viris murisque urbes; e quibus nullam hosti cessuram, Placentiæ defensione exploratum. Proinde duceret[9] bellum: paucis diebus[10] quartamdecimam legionem, magna ipsam fama,[11] cum[12] Mœsiacis copiis affore: tum rursus deliberaturum, et, si prælium placuisset, auctis viribus certaturos.'

33. Accedebat sententiæ Paulini Marius Celsus: 'idem placere Annio Gallo,' paucos ante dies lapsu equi afflicto, missi, qui consilium ejus sciscitarentur, retulerant. Otho pronus ad decertandum:[1] [h] frater ejus Titianus, et Præfectus

ipsis præpollentem; corpora suorum Italico cœlo facta, aut caloribus: opponi *hostibus* amnem Padum, et firma viris munimentisque oppida; e quibus nullum se dediturum Vitellio, compertum *erat* obsidione Placentiæ. Itaque bellum traheret: intra paucos dies adventuros quartadecimanos, egregio ipsos decore, cum legionibus Mœsiacis: tum iterum consulturum, et, si pugnam committere placeret, firmioribus copiis dimicaturos.

Paulino assentiebatur Marius Celsus. Idem censere Annium Gallum, *paucis ante diebus casu equi prostratum, renuntiaverant missi qui sententiam ejus rogarent, Otho inclinans ad dimicandum: Titianus frater illius, et Proculus prætorii præfec-*

---

etiamsi. Cod. Ryckii *etiam ut.*—9 Ms. Harl. *ducerent.*—10 Vulgo interpungebatur post *diebus.* Ernest.—11 Ms. Corb. *famam.*—12 In vett. deest *cum* et Budens.

1 Budens. *ad certandum.*—2 Optime dictum. Freinshemius perperam

NOTÆ

sam vim pecuniæ, seu potius totius orbis prædam illuc ingestam olim invectamque.

Publicas] Reipub. nempe reditus, ac tributa et ærarium populi Rom. fiscum principis, &c.

[f] *Corpora militum aut Italiæ sueta*] Quod respondet his, quæ præcesserunt. Nempe supra dixerat de Vitellianis: 'Germanos, quod genus militum apud hostes atrocissimum sit, traeto in æstatem bello, fluxis corporibus, mutationem soli cœlique haud tolcraturos.'

[g] *Objacere flumen*] Non ad Bedriacum, ubi in consilia itum, sed hoc vult, si retrocederent, (quod optabat) in Cispadanam regionem, et defensionis suæ curam capesserent. *Savilius.*

Objacere] Id est, oppositum flumen hostibus, Padum; nempe, qui interfluceret Othonianos Vitellianosque.

[h] *Otho pronus ad decertandum*] Plut. Oth. 'Vicit tamen eorum sententia, qui pugnam volebant. Causæ multæ a multis referuntur. Palam autem prætoriani milites, tunc semel seriam experti militiam, desiderio prioris vitæ, quam in urbe extra bellum, in otio scil. et festivitatibus egerant, contineri nullo modo quibant, pugnam

Digitized by Google

Prætorii Proculus, imperitia properantes, ' Fortunam et Deos[1] et Numen[2] Othonis[3] adesse consiliis, affore conatus, *ignorantia festinantes*, auspicia et Deos et Numen *seu genium* Othonis adju-

NOTÆ

accelerantes, et primo sublimes rapi hostes posse sibi suadentes. Ipse etiam Otho videtur incertitudinem eventus non sustinere amplius expectando potuisse, insolentia belli et mollitia victus, quoties magnitudinem periculi secum perpenderet. Igitur moli curarum impar, et spei æger, quasi de præcipitio quodam, clausis oculis, et se et res in ultimum discrimen immisit: sicque narrabat Secundus Rhetor, qui ab epistolis fuit Othoni.'

[1] *Fortunam et Deos*] Nempe Deos adesse consiliis, affore et consiliorum executioni: vel consiliorum præsides Deos simul et in præliis affuturos.

[3] *Numen Othonis*] Id est auspicia, et idem hic esse puto ac fortunam seu genium imperatoris.

Numen] Puto, non satis attingunt sententiam, qui legunt, aut vertunt, *nomen Othonis:* nihil enim præcise *nomen* facit, quoad *consilia* spectat. Hic genium, auspicia et fortunam Othonis intelligunt mali consultores, *et in adulationem concesserant:* si dixissent tantum, *nomen*, in eo forte nulla adulatio foret.

Sed forte mirabitur aliquis, quod *Numen* tribuatur Othoni viventi: sed satis attendenti nihil mirum. *Fortunam, Deos, Numen*, idem esse constat; et licet non addidissent *Numen*, id subintelligi tamen statim debuit ex antecedentibus et consequentibus.

At Hist. lib. II. 82. ' Sufficere videbantur adversus Vitellium pars copiarum, et dux Mucianus, et Vespasiani nomen.' Sed diversa ratio est; ad bellum ibant Flaviani, ad prælium Othoniani: ibi per *nomen* intelligitur fama, decus belli, et certe *senex triumphalis* Vespasianus.

Et *per Numen Othonis* non intelligitur *Numen Othonianum*, seu ita ut ipse Deus dicatur Otho, sed numen præsidens Othoni, et ejus fortunam ac imperium regens. Non enim dicebatur princeps Deus, aut Divus, dum viveret.

Ita discrimen fuit inter *auspicia et Deos* Augusti, et appellationem, qua Deus aut Divus Augustus vocatus est: quod non contingebat principi, nisi post fata et apotheosin.

Sufficiebat fama Vespasiani et *nomen* inclytum bello: at cum hæc fama deesset Othoni, et clarum bello nomen, ad *Numen* Othonis recurrunt adulantes.

Numen] *Numen* tribuebant ipsi *urbi*, et huic templa statuebant. *Numen* etiam tribuebant senatui. Cicero Orat. post red. ' Pollicebor primum, qua sanctissimi homines pietate erga Deos immortales esse solent, eadem me erga populum Rom. semper fore, Numenque vestrum, æque mihi grave et sanctum, ac Deorum immortalium, in omni vita futurum.'

Numen etiam tribuebant Cæsari seu principi. Martial: ' Cæsar habet Numen, sacra est vis, sacra potestas.' Et inscript. NUM. DOM. AUG. id est, ' Numini domus Augustanæ.'

Sic Varro de ling. Lat. 6. ' Apud Actium, Multeis nomen vestrum Numenque ciendo. Numen dicunt esse imperium dictum ab nutu; omnia sunt ejus cujus imperium maximum esse videatur. Itaque in Jove hoc et

Digitized by Google

tibus,' testabantur: neu quis obviam ire sententiæ auderet, in adulationem concesserant.[k] Postquam pugnari placitum, 'interesse pugnæ Imperatorem, an seponi melius foret,' dubitavere. Paulino et Celso jam non adversantibus,[l] ne Principem objectare periculis viderentur, iidem[3] illi dete-

turum cœpta *prædicabant: et ne quis resistere placitis* eorum *tentaret, in assentationem iverant. Postquam certari placuit*, tum *consultavere. An magis expediret*, principem adesse prælio, an semoveri utilius esset. *Paulino et Celso jam non intercedentibus, ne imperatorem objicere discrimini putarentur, idem illi* ipsi *pejoris*

tentat, *nomen*. Brotier.—3 Sic bene Beroaldus et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Corb. et editionibus veteribus, *idem illi*. Idem.—

NOTÆ

Homerus, et aliquotiens Livius.'

Numen Othonis] *Fortunam, auspicia, Deos, Numen*, unum et idem esse clare patet ex auctoribus. Nam quamvis princeps, seu imperator, unus sit mortalium, attamen illud summum jus, summa auctoritas, summum illud consilium et arcanum imperii, quo se regit princeps et omnia, Genius, ex quo fortuna seu felicitas publica pendet, est supra genium sortemque mortalium; est quid divinum, aut quod certe ad *Numen* propius accedere videatur.

Igitur cum dicit Horatius de Augusto, *tuos præbente Divos*, idem intelligit, ac isti consultores Othoniani, cum dicunt, *adesse Numen Othonis*. Nec id novum, aut absurdum, si adulationem excipis, in tali occasione. Non enim dicunt Othonem esse *Numen*; dicunt tantum adesse genium, fortunam, auspicia, et Deos Othonis: quod apud auctores vulgo usurpatum reperias.

[k] *In adulationem concesserant*] *Concesserant*, id est, iverant: scil. ne quis illorum voluntati aut sententiæ se opponeret, confugiebant ad adulationem, et veritate in adulationem abutebantur. Rem, quæ veri consilii et animi fuit, in fœdum obsequium et assentationem turpem verterant, ne quis contra ire præsumeret; et, ut suo exemplo, sic alios in suam sententiam traherent: magnitudinem enim principis prætendebant, fortunam et Deos et Numen ipsum Othonis. Huic adulationi, et præsertim fratris, quod solidum consilium opponas? verum egregiumque consilium facilius abrumpas aut infringas, quam adulationem: sed certe, his occasionibus, non tam agitur majestas, quam salus principis.

In adulationem] Ubi adulari dominanti tantum licet, admonere nefas et anceps est.

In adulationem] Nitebantur adulatione, non consiliis aut consiliorum causis. Sic interp. Hispanus.

[l] *Non adversantibus*] Aliorum consensu et conspiratione etiam in adulationem illam rapti, ne si quid Othoni contigisset in prælio, causa cladis in ipsos refunderetur. Quippe aulæ flagitia illa, si quid prospere evenerit, id tribuunt Diis, auspiciis, fortunæ principis, et sibi ipsis; adversa vero legatis et ducibus assignant. Cum e contra prospera belli, prudentiæ ducum, adversa malis aulicorum consiliis sæpe tribuenda non absurdum essent: et præcipue hoc loco.

Digitized by Google

rioris[4] consilii[m] auctores perpulere, 'ut Brixellum concederet,[n] ac, dubiis prælionum exemtus, summæ[5] rerum[o] et Imperii se ipsum[6] reservaret.' Is primus dies Othonianas partes afflixit: namque et cum ipso Prætoriarum cohortium et speculatorum[p] equitumque valida manus discessit, et remanentium fractus animus: quando suspecti Duces, et ut Othoni[7] uni apud militem fides, dum et ipse non nisi mili-

sententiæ consultores persuasere, ut Brixellum secederet, et a periculis belli semotus, seipsum reservaret præcipuæ curæ Reip. et imperii. *Ea prima dies Othonianam factionem subvertit. Quippe et cum ipso* simul *abscessit firmum agmen cohortium prætorianarum et speculatorum equitumque, et* sic *remanentium immiuta fortitudo; quoniam suspecti* erant *legati, et Otho, cui uni fidebat miles, dum et ipse nemini* homini *fidem habet, nisi militibus, auctoritatem legatorum in ambiguo*

4 In mediis quibusdam editionibus perperam emendatum, *deteriores*. Brotier. —5 Perperam Mss. Bud. Reg. Agr. Corb. et editio princeps, *summam*. Idem. —6 Cl. Ernestus omissum vellet, *ipsum*. Certe recte abesset. *Brotier.*— 7 Brotierus *et Otho, cui uni*, ut Ms. Reg. Puteol. ac deinde ceteri omnes. In Mss. Flor. Bud. Agr. et editione principe, *et ut Otho*. Inde tentabat Rhenanus, *et Otho, et cui*. Jac. Gronovius, *et sic Otho*. Bip. ne particula *ut* pereat, ita locum refingunt, ut jam hic exhibetur. Sensus a prius vul-

NOTÆ

[m] *Deterioris consilii*] Nempe, quia suadebant, ut statim decertaretur, et prælio amoveretur Otho, et simul robur exercitus abscederet: quo facto *remanentium fractus animus*.

Consiliis deterioris] Præcise hic ultimum consilium intelligit, quo suadebant Othoni, ut seponeretur, nec interesset pugnæ; quamvis et simul intelligi possit aliud consilium, quo *festinationem* suadebant, *imperitia properantes*.

[n] *Brixellum concederet*] Ita factum, ibique se occidit.

Brixellum] Oppidum Boiorum populorum, in Gallia Cispadana regione Italiæ: hodie *Bersello* vel *Brissello*, oppidum ducatus Regiensis ad Padum fluvium, in Lombardia: paret duci Modenæ. *Tillemon.*

[o] *Summæ rerum*] Forte summo ultimoque discrimini, si prælium intelligunt: at si imperium, id est, se necessitati Reip. supremæ, se summo regimini reservaret, et auspiciis principalibus. Alii duces *dubia prælionum* experirentur. Legati copiis et exercitibus præsiderent, ductu præessent, ipse *Deos* suos, *Numen*, et auspicia ducibus accommodaret. Infra lib. II. 77. Mucianus: 'Immo, ut melius est, tu hos exercitus rege, mihi bellum et prælionum incerta trade.' Potuit princeps regere bellum, et prælii non adesse. Sed melius, si utrisque adsit. Nec fortuna sæpe ita secunda est, ut per legatos comparetur, aut conservetur imperium.

[p] *Speculatorum*] Videtur distinguere ibi *speculatores a prætoriis cohortibus*. Et certe fuerunt etiam speculatores in legionibus. Attamen hoc loco, ut puto, distinguit tantum *speculatores* ab aliis prætorianis, tanquam *lecta corpora*, ut qui corpore, specie, et armis præcellerent, et ob id potissimum electi in eam militiam prætorianam.

Digitized by Google

tibus credit, imperia Ducum[q] in incerto[r] reliquerat.

34. Nihil eorum Vitellianos fallebat, crebris, ut in civili bello, transfugiis:[s] et exploratores,[t] cura diversa sciscitandi, sua non occultabant. Quieti intentique Cæcina ac Valens, quando hostis imprudentia rueret,[u] quod loco sapientiæ est, alienam stultitiam opperiebantur,[v] inchoato ponte[w]

reliquerat.

Nec quicquam earum rerum latebat Vitellianos, frequentibus, ut inter civilia arma, perfugiis: et exploratores, studio multa inquirendi, sua non obtegebant. Tranquilli intentique Cæcina ac Valens, quando quidem *hostis temeritate* sua *præcipitaretur, quod loco prudentiæ est, alienam amentiam expectabant, incœpto ponte trajicere*

NOTÆ

[q] *Imperia ducum*] An nesciebant duces, quid imperarent? an Otho ducum auctoritatem et obedientiam apud milites minuit? Potius videtur in incerto eum reliquisse, cui præcipue milites obedirent. *Pichena.*

Imperia ducum in incerto] Id est, incerta, dubia, nutantia, seu incertæ et dubiæ auctoritatis duces reliquerat, quia suspecti militi, quia uni Othoni fidebat miles, et ipse Otho non nisi militi credebat: ut quisque humillimus fuit, ita magis fidus habebatur. Sic imperia ducum incerta, ut quibus non certum ac promtum obsequium apud militem, nec fides apud Othonem, quia nec ipsis ducibus satis firma auctoritas, qua militem continerent regerentque pro arbitrio et pro utilitate communi. *Incerta* erant illorum imperia, quia scil. fides eorum suspecta, et militi et ipsi Othoni.

[r] *In incerto*] Reliquerat imperia ducum minus firma et minus absoluta, ut quæ exquireret miles potius, quam exequeretur.

In incerto] Unus Otho veram fidem auctoritatemque habuit apud milites, ceteri duces incertæ fidei, et ut eorum nutabat auctoritas, ita parum valebat imperium. Ambigue et veluti precario imperabant, nempe invicem suspecti dux et miles. Quod omnia consilia corrumpit.

Adde quod in bellis civilibus plus militi licet, quam ducibus. Clare Tac. infra 39. 'Celsus et Paulinus . . . inani nomine ducum, alienæ culpæ prætendebantur; tribuni centurionesque ambigui, quod, spretis melioribus, deterrimi valebant.'

In incerto] Quippe imminuerat auctoritatem ducum, dum plus credit militi.

[s] *Transfugiis*] Militum, forte et centurionum.

[t] *Exploratores*] Scilicet *exploratores* Othoniani, curiositate *diversa*, id est, ea quæ apud hostes *agerentur*, inquirendi, quod apud ipsosmet gereretur, *non* satis *occultabant*.

Exploratores] Præcise hic sunt *exploratores* Othonianorum. Quamvis propositio hæc in genere sumi possit de exploratoribus utrarumque partium.

[u] *Quando hostis imprudentia rueret*] Dionys. 9. de Tuscis: 'Imprudentiam ducis, ut magnam felicitatem suam reputantes, castris egressi sunt.'

[v] *Opperiebantur*] Ut *alienam stultitiam* opperiri interim possent, et simul, *ne miles segne otium tereret*, et inertia lasciviret, inchoabant pontem, et *transitum Padi* simulabant adversus oppositos gladiatores.

[w] *Inchoato ponte*] In altera Padi ripa, e regione scil. *adversus oppositam*

Digitized by Google

transitum Padi[x] simulantes, adversus oppositam[y] gladiatorum manum, ac ne ipsorum miles segne otium tereret. Naves, pari inter se spatio, validis utrimque trabibus connexæ, adversum in flumen[z] dirigebantur, jactis super[a] anchoris,[9] quæ firmitatem pontis continerent. Sed anchorarum funes non extenti[a] fluitabant, ut, augescente flumine, inoffensus ordo navium attolleretur. Claudebat pontem[b]

Padum velle *fingentes, contra objectum gladiatorum agmen, et* etiam, *ne ipsorum copiæ inerti otio torperent. Navigia, æquali invicem intervallo, firmis trabibus utrimque colligata, contrarium in amnem impellebantur, jactis præterea anchoris, quæ molem pontis firmarent ac retinerent. Sed chordæ anchorarum non protentæ fluctuabant, ut, increscente amne,* simul, *illæsus ordo navigiorum eveheretur. Im-*

gato nihil differt.—8 Sic bene Mss. Flor. Reg. Bud. Agr. editio princeps, Ryckius, [Gronovius,] et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *insuper*. Frustra tentat Rhenanus, *superne*. Brotier.—9 Sæpe legitur *ancoris:* et alibi.

NOTÆ

gladiatorum manum, quasi ea parte gladiatores invadere pararent Vitelliani.

[x] *Transitum Padi*] Plut. Oth. 'Trajectum moliebatur Cæcina, pontemque in id struebat. Othoniani eum prohibere nitebantur. Cumque rescindere opus hostium non possent, fasces pice et sulphure plenos in id jaculabantur, sed ventus trajectui incumbens, materiam præparatam accendit, et fumus primum, dein flamma erumpens a vento, in Othonianos projecta est, ita ut perturbati ac prosilientes in amnem, et naves subverterint, et corpora cum risu hostibus objecerint.'

[y] *Oppositam*] Nempe quæ stationem habuit in opposita ripa.

[z] *Adversum in flumen*] Cur *in adversum flumen* directæ naves, cum totum amnem occupare ponte molirentur? nisi forte ut sic brevius commodiusque hostem propulsarent hac forte parte invadentem; aut forte directæ naves in adversum amnem, ut incurrentes undæ impellerent retinerentque firmius anchoras, et funes fluitantes laxosque.

Et si forte rejicerentur naves incursu fluminis, sic tantum recta via pons constitueretur, ita ut ulterior navis primæ navi recte opposita ac conspicua foret. Forte per *adversum flumen* nihil aliud quam per medium amnem directas naves intelligit: nec certe potuerunt sic dirigi illæ naves, ut resisterent aquis, nisi per *adversum flumen* deducerentur.

[a] *Funes non extenti*] Scilicet funes laxi arbitrio undarum fluitabant, ut crescente aqua simul illæsæ naves attollerentur.

[b] *Claudebat pontem*] Pons ille tantum *inchoatus* adhuc, et illa turris in navem educta, et illa extrema navis, quæ turrem sustinebat, nondum attigerat ripam ulteriorem amnis: dico *ulteriorem*, respectu scil. Vitellianorum. Ad partem tantum fluminis perductus pons ille, seu turris navisque. Et ex illa turre tamen, dispositis ibi machinis, hostes propulsabant Vitelliani.

Digitized by Google

imposita turris[c] et in extremam navem educta: unde tormentis ac machinis hostes propulsarentur.

35. Othoniani in ripa turrim struxerant,[d] saxaque et fa-

munita turris claudebat pontem, quæ *et in ultimum navigium erecta* erat: *unde ballistis et catapultis hostes propellerentur.*

Othoniani turrim ædificaverant in littore suo, *hincque lapides et tædas emitte-*

NOTÆ

Quibus ut occurrerent *Othoniani* et transitum prohiberent, *in ripa* sua *turrim* etiam *struxerant*, et exinde *saxa et faces jaculabantur* in naves et turrim transeuntium hostium, aut certe *transitum simulantium.*

Claudebat pontem] Quomodo pontes Romani struerent, describit Arrianus in gestis Alex. 'Naves,' inquit, 'demittuntur lapsu fluminis, dato signo. Idque non rectæ, sed ut solet in iis quæ inhibent et a puppi remigant. Istas autem deorsum ducit, ut par est, fluminis cursus; retinet vero et sistit remigium obnixum, donec adversa facta sit navis loco designato. Atque ibi demittunt crates vimineas, forma pyramidis plexas, idoneis lectisque ad id lapidibus oppletas. Demittunt autem eas a prora cujusque navis, ut sic obfirment et teneant contra cursum. Simul autem atque una navium ita firmata fuerit, et alia juxta illam, cum intervallo, quantum opus videtur ad firmitatem eorum quæ insternuntur, pariter prora obversa in fluvii cursum statuitur; et in utrisque tigna statim in directum injiciuntur, et tabulæ asseresque transversarii ad connectendum. Ita mox per ceteras naves opus procedit, quantæ opus sunt ad totum pontem. Utrimque autem ad caput pontis gradus in terram depacti adjicinuntur, quo facilior equis jumentisque sit ingressus, et simul ut quasi vinculum sint totius pontis.''

Sic et Eunapius in Suida: 'Sursum paulum in statione sunt naves supra locum eum fluvii ubi pontem facturi sunt. Atque ubi signum datum est, unam solum e navibus demittunt prono flumine ferri juxta suam et amicam ripam: ea ubi ad locum jungendum, pontique destinatum venerit, corbem plenam lapidibus in flumen jacinnt, alligatum fune quodam, velut anchoram, quo navis devincta ac firmata juxta ripam consistit, et sternitur tignis tabulisque.... Dein et aliam, mox aliam navem demittunt similiter, &c. Quæ autem hostili ripæ navis objacet; ea et turres habet, et portam modicam, et sagittarios, et catapultas.'

Pontem] Sic apud Euphratem Corbulo adversus Parthos, Ann. xv. 9. 'Naves magnitudine præstantes, et connexas trabibus, ac turribus auctas, agit per amnem, catapultisque et balistis proturbat barbaros, in quos saxa et hastæ longius permeabant, quam ut contrario sagittarum jactu adæquarentur. Dein pons continuatus,' &c.

[c] *Turris*] Colligi possit ex utraque descriptione pontis, turrem illam in extrema nave ita exstructam esse, ut tamen illa turris, aut extrema navis, non statim ad oppositam usque ripam perduceretur, sed sensim, prout tormentis ac machinis hostes oppositi proturbarentur, prout ripa propugnatoribus nudaretur, tandem pons continuabatur, et sensim ad alterum littus perducebatur turris illa et navis.

[d] *Turrim struxerant*] Nempe quam opponerent Othoniani ponti et turri Vitellianorum: sed primo Vitelliani, tanquam transituri, simulabant ad-

Digitized by Google

ces jaculabantur. Et erat insula amne medio, in quam gladiatores navibus molientes, Germani[e] nando prælabebantur.[f] Ac forte plures transgressos, completis Liburnicis,[g] per promtissimos gladiatorum Macer aggreditur. Sed neque ea constantia gladiatoribus ad prælia, quæ militibus; nec perinde[1] nutantes e navibus, quam stabili[h] gradu e ripa, vulnera dirigebant. Et, cum variis trepidantium[i] inclinationibus, mixti[2] remiges propugnatoresque turbarentur, de-

bant. Et erat insula medio flumine, in quam gladiatores navigiis nitebantur, at *Germani natando invehebantur. Ac forte plures transmiserant*, quos, *impletis navibus, Macer adoritur per ferocissimos gladiatorum. Sed neque ea vis* aut firmitudo *gladiatoribus ad certamina, quæ militibus; nec perinde* facile *vacillantes e navigiis ictus destinabant, ac firmo vestigio e littore. Et cum promiscui nautæ defensoresque obturbarentur diversis paventium trepidationibus, desultare in æstuaris ultro Ger-*

1 Budens. *proinde*. Frequenti errore. *Oberl.*—2 Ita Mss. Flor. Reg.

NOTÆ

movebantque pontem, et interim avertebant hostem, dum Germani nando in insulam prælabebantur.

[e] *Germani*] Intellige auxiliares, qui e proximis Rheno finibus exciti ad bellum Vitellianum, et qui a teneris assueti erant sic nando flumina transmeare. Hi Batavi nempe et Transrhenani.

Et certe Batavi gladiatores Othonianos profligavere in ipso flumine. Infra l. XLIII. 'Varus Alphenus cum Batavis, fusa gladiatorum manu, quam, navibus transvectam, oppositæ cohortes in ipso flumine trucidaverant.' Et hæ erant octo cohortes Batavorum de quibus supra.

[f] *Nando prælabebantur*] Vertunt, quasi Germani prius ad istam insulam nando pervaderent, quam ipsi gladiatores, qui in navibus. At certe patet gladiatores in insulam non descendisse, sed e navibus pugnasse adversus Germanos, qui jam transgressi in insulam erant.

Nando prælabebantur] Vertunt, quasi prævenirent Germani, quod falsum puto. Gladiatores Liburnicis invecti, simul et alii nando. Per τὸ *prælabebantur*, designat, non antecessum, aut quasi præverterent Germani nando, sed tantum designat differentiam penetrandi in eam insulam. Nempe gladiatores, *navibus* eo *molientes*, Germani nando, pervadebant, seu natatu *prælabebantur*. Qua voce designat actionem nandi, nihil aliud.

[g] *Completis Liburnicis*] Nempe Macer, completis Liburnicis, per promtissimos gladiatorum aggreditur Germanos *transgressos*: per *plures*, intelligit, magna ex parte, jam transmisisse Germanos in eam insulam.

[h] *Quam stabili*] Opponit gladiatores militibus, ita ut stabili gradu pugnarent milites e ripa insulæ, quam jam occupaverant: at gladiatores nutantes e navibus, non perinde certo ictu tela dirigebant. Nam Germanos, jam transgressos in insulam illam, Macer per suos gladiatores aggreditur e navibus.

[i] *Trepidantium*] Trepidabant, non tam ex motu navigiorum, quam ex

Digitized by Google

silire in vada ultro Germani, retentare puppes, scandere foros,[j] aut cominus mergere: quæ cuncta, in oculis utriusque exercitus,[k] quanto lætiora Vitellianis, tanto acrius Othoniani causam auctoremque cladis detestabantur.

36. Et prælium quidem, abruptis[1] quæ supererant[2] na-

mani, prehensare puppes, irrumpere tabulata, aut e propinquo deprimere: quæ omnia, in conspectu duorum exercituum, quanto gratiora Vitellianis, tanto vehementius Othoniani causam auctoremque cladis abominabantur.

Et certamen quidem, terga dando separatum, abscissis navigiis, quæ reliqua

Bud. Agr. editio princeps, Ryckius et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *immixti.*

1 Ita Ms. Reg. Puteolanus et libri omnes postea editi. In Ms. Flor. et editione principe, *arruptis.* Unde quidam tentant, *abreptis,* vel *arreptis.* Nempe quassas nondum naves abripuere, vel arripuere, ut fugerent. *Brotier.* —2 Bene Ms. Flor. editio princeps, Ryckius et recentiores, *supererant.* In

NOTÆ

metu, et ex prælio, ac telis quæ immittebant Germani. Hinc trepidant gladiatores, et ex trepidatione illa, variæ fiebant inclinationes navium hominumque. Hinc remiges pugnantibus immixti turbantur, hinc plura audent Germani, et propius invadunt naves gladiatoresque.

[j] *Scandere foros*] Fori sunt tabulata in navi, quibus feruntur nautæ per navim. Cic. de semet: 'Cum alii malos scandunt, alii per foros cursitant.' *Lupanus.*

[k] *In oculis utriusque exercitus*] Quorum alter proxima Bedriaco castra habebat, alter faventibus huic opinioni conjecturis, Cremonæ, intermedio viginti milliarium spatio. *Savilius.*

[l] *Abruptis quæ superfuerant*] Flor. *supererant.* Sed quomodo superfuerant naves, si iisdem fugerunt gladiatores, quibus transvecti? Quis vero abrupit, victoresne, an gladiatores? Nonne utrisque utilius avehere? Intelligo, desertam a gladiatoribus, non solum insulam, sed et ripam quam obtinebant, abruptasque ab ipsis naves, tanquam usui sibi amplius non futuras; et ne hostibus essent.

Fugerunt itaque, ut videtur, non flumine, sed terra. Nec obstat, quod infra in ipso prælio constat gladiatoribus fuisse naves, cum dicat; 'fusa gladiatorum manu, quam, navibus transvectam, oppositæ cohortes in ipso flumine trucidaverant.' Nam credendum est, utrique exercitui naves non defuisse, in sua cuique ripa. *Pichena.*

Videntur potius abruptæ e prælio naves ab ipsis gladiatoribus, cum se in fugam actos videre, ne usui essent hostibus, cum cibariis, armis, aut sarcinis, quæ forte ils navibus transvecta simul fuerant.

Haud dubie Macer voluit insulam occupare, et forte ea vada, ut Germanicos seu Vitellianos flumine et transitu arceret, cum suis gladiatoribus: hi autem profligati terra fugere, qua venerant, abruptis abreptisque e pugna navibus quæ superfuerant e prælio, ceteræ enim vel retentæ a Germanis vel submersæ: et fugere illi in castra Othonis: ibi, clade nuntiata, Macrum ad exitium deposcunt.

Abruptis] Curt. l. IV. 'Plura simul

Digitized by Google

vibus, fuga diremtum: Macer ad exitium poscebatur. Jamque vulneratum eminus lancea[m] strictis gladiis invaserant, cum intercursu[1] Tribunorum Centurionumque protegitur. Nec multo post Vestricius Spurinna, jussu Othonis, relicto Placentiæ modico præsidio, cum cohortibus[n] subvenit.[o] Dein Flavium Sabinum,[p] Consulem designatum,

erant: Macer ad mortem postulabatur. Jamque in sauciatum hasta eminus nudatis mucronibus irruerant, cum accursu tribunorum centurionumque defenditur. Et paucis interjectis diebus, imperio Othonis, Vestricius Spurinna auxilio venit cum cohortibus, relictis Placentiæ modicis copiis. Mox Otho misit Flavium Sabinum

Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *superfuerant*. Brotier.—[1] Sic optime Mss. Flor. Reg. Bud. editio princeps, Rhenanus et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *incursu*. In Mss. Harl. Bodl. altera manu emenda-

NOTÆ

abrupta a ceteris agmina, ubicumque alium alii sors miscuerat, dimicabant.'

Abruptis] Quæ superfuerant e prælio seu clade naves, abruptæ et separatæ a ceteris, quæ prælio mixtæ adhuc pugnabant, fugam capessere; et hac fuga prælium diremtum, et forte his navibus abruptis e prælio, aufugere gladiatores.

Abruptis navibus] Id est, separatis abreptisque ab invicem. Infra c. 53. 'abruptis vitæ blandimentis.'

[m] *Lancea*] Quod telum missile fuit.

[n] *Cum cohortibus*] Apud Placentiam habuit tres prætorias cohortes, et mille vexillarios cum paucis equitibus. Supra c. 18.

[o] *Subvenit*] Nempe gladiatoribus, quibus etiam, proturbato Macro, præficit Flavium Sabinum: qui tamen gladiatores postea profligati sunt a cohortibus Batavorum, duce Alpheno Varo, qui mox prælio Bedriacensi jam pæne profligato supervenit cum cohortibus victricibus et belli avidis.

Sed puto, Spurinna, cum serius advenisset, alio se et cohortes suas convertit. Et illæ copiæ Othonis gladiatoresque ipsi profligati sunt, priusquam adveniret Flavius Sabinus, ut illis præesset.

Et forte eodem fere die et eadem hora cæsi illi gladiatores qua commissum est prælium Bedriacense. Ita ut Batavi matutinis horis eos vicerint, Cæcina et Valens sub meridiem, aut paulo post, Othonianos profligarint.

Nam intento adhuc ponti suo Cæcinæ adesse nuntiantur bostes, nisi forte duo prælia cum gladiatoribus commissa sint: unum, quod paulo præcesserit, alterum, quod eodem tempore factum sit quo prælium Bedriacense. Ita ut ad prælium publicum euntes legati, Alphenum Varum objecerint ad Padum gladiatoribus, quos statim ille fudit profligavitque tanta strenuitate, ut etiam fini pugnæ Bedriacensis intervenerit.

Attamen colligi possit ex istis Taciti, unam pugnam factam esse cum gladiatoribus; 'fusa gladiatorum manu, quam, navibus transvectam, oppositæ cohortes in ipso flumine trucidaverant.'

Forte adhuc eos insequebatur Varus, cum incepit prælium Bedriacense. His copiis Othonianis tamen Sabinus veniam mox impetravit a Vitel-

Digitized by Google

Otho rectorem copiis misit, quibus Macer præfuerat; læto milite ad[4] mutationem Ducum, et Ducibus ob crebras seditiones tam infestam militiam aspernantibus.

37. Invenio apud quosdam auctores, 'pavore belli, seu fastidio utriusque Principis, quorum flagitia ac dedecus apertiore in dies fama[q] noscebantur, dubitasse exercitus, num, posito certamine,[r] vel ipsi in medium consultarent,[s]

consulem destinatum, qui præesset agmini, quod Macer regebat; gaudio gestiente milite ad novitatem rectorum, et ducibus ob frequentes discordias tam invisum bellum spernentibus.

Reperio apud nonnullos scriptores, formidine belli, seu contemtu utriusque imperatoris, quorum vitia atque infamia clariore in dies rumore aperiebantur, deliberasse legiones, num, omissa contentione, vel ipsi

tum, *intercursu.* Brotier.—4 Sic bene Ms. Reg. veteres ac recentiores editiones. In Mss. Flor. Agr. Guelf. Harl. Bodl. Jes. Ryckius ac Jac. Gronovius, *et ad mutationem.* In Ms. Harl. postea deleta copula, *et.* Idem.

NOTÆ

lio post victoriam: unde et illis tum præfuisse colligi possit.

p *Flavium Sabinum*] Qui diversus a Sabino, præfecto urbis, qui frater Vespasiani. Iste, de quo hic Tacitus, consul designatus ab Othone cum Cælio Sabino in Kal. Julias. Nec certe præfectus urbis urbem relinquebat, præsertim absente principe.

Flavium Sabinum] Is alius a fratre Vespasiani, qui forte jam ante triginta annos consulatum obtinuerat, mox proconsulatum Asiæ, dein Mœsiam septem annis rexerat, et per duodecim annos præfectus urbi fuerat: jam sic consulatu major.

q *Apertiore in dies fama*] Quia quo altiore fastigio evecti illi nuper fuerant, eo acrius in eorum flagitia fama inquirebat. 'Et pariter facta atque infecta canebat.' Virg.

r *Posito certamine*] Plut. Oth. 'Marius Celsus, convocatis primariis viris, consultare eos in commune jussit: Quippe, tanta accepta clade, totque interemtis civibus, ne Othonem quidem ipsum, si quidem vir bonus sit, ultra experiri fortunam cogitaturum: quando Scipio etiam et Cato, quod Cæsari, Pharsalico prælio, victori concedere noluissent, male audierunt, ut qui nulla necessitate adacti, multos bonosque viros in Africa perdidissent, tametsi pro libertate certarint; fortunam certe, cum anceps sit, non tantum valere debere in bonos, ut, rebus in adversis, bene consulendi mentem auferat. Quibus Celsi verbis assensi primores milesque, et ipse Titianus, mittendos legatos de pace censebat.'

s *In medium consultarent*] Plutar. Oth. 'Non defuere, qui affirmarent utrimque exercitibus sæpe incidisse cogitationem in unum conveniendi; ac de communi sententia, ex ducibus Romanis ei qui tum maxime gloria floreret imperium deferendi; sin id non succederet, convocato senatu, patribus potestatem deligendi principis committere. Nec certe vero absimile est, cum uterque imperator infamia laboraret, veris expertisque et sana mente præditis militibus ejusmodi cogitationes incidisse, indignum et turpissimum esse, ea quæ cives

Digitized by Google

vel Senatui permitterent legere Imperatorem. Atque eo[t] Duces Othonianos spatium ac moras suasisse,[u] præcipua spe Paulini:[v] quod vetustissimus Consularium,[1] et militia clarus, gloriam nomenque Britannicis expeditionibus me-

in commune consulerent, vel patribus concederent electionem principis. Ideoque duces Othonianos, tempus et cunctationem voluisse; et inprimis Paullinum: quod antiquissimus consularium et bello inclytus, decus et fa-

1 Brotierus legit *præcipue Paulinum*, et sic Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus, Ryckius, Gronovius ac recentiores. Flor. ed. pr. *præcipuus Paulini*: quod J. Gron. putat factum e *præcipue Suetonium Paulinum*. Immo librarius ad *moras* retulit: hinc natum vitium. *Ernest.* Bud. *precipue*. Si Flor. haberet *præcipuus Paullinum*, cum Ernestio sentirem. Nunc gignendi casus aliquid habet in recessu. Forsan Bip. rem acu tetigere, qui ex eo quod mox legitur, *neque P. sperasse reor*, conjectant, hic legendum, *præcipua spe Paulini*, similemque locum firmandæ sententiæ ex Sallustii Fragm. l. III. n. 20. ed. Cortii allegant. Recipio emendationem, licet timidiuscule, nam in vulgato idem sensus latet. *Oberl.*—2 Male veteres editiones, *consiliarium*. Ms. Reg.

NOTÆ

olim propter Syllam et Marium, dein et Cæsarem ac Pompeium, invicem se passos doluerint, nunc ea tolerare; ut vel Vitellio, ebrietatis et gulæ, vel Othoni, luxuriæ prodigentiæque sumtibus serviturum, imperium sanguine suo compararent. Hæc illos sentire animadversum Celso, ideoque sperasse eum, mora injecta, posse sine prælio rem transigi, et ejusdem consensus metu Othonem accelerasse prælium.'

[t] *Atque eo*] Sic capio: Atque ideo duces Othonianos, consilium dedisse trahendi belli, ideo suasisse spatium et moras, ut, nempe, tempus darent exercitibus in commune consulendi, et veluti coalescendi conspirandique simul in electionem boni principis.

[u] *Spatium ac moras suasisse*] Sic supra Paulinus, 'festinationem hostibus, moram ipsis utilem, disseruit:' sed alio prætextu, alio animo consilioque, quantum patet ex Tacito.

[v] *Præcipua spe Paulini*] Plutarchus hoc Celso tribuit, sed minori probabilitate. *Savilius.* Quia scil. belli decore præcellebat Paulinus, idcirco præcipuus fuit consilio. Nisi forte id minus suspectum fuerit in ore Celsi, ut qui fide eximia præniteret erga Rempub. et principem, et qui nullius ambitionis suspectus esset.

Præcipue Paulinum] Quia ipse majoris decoris et famæ militaris; et quia ipsius res præsertim agebatur, si e bonis elegissent principem.

Præcipue Paulinum] Cepit interpres Gall. quasi ideo Paulinus præcipue *spatium ac moras suasisset*, animo alium eligendi principem, quia scil. ille, vetustissimus consularium, et militia clarus, eo casu eligi potuit ab exercitibus.

Sed non eo usque spectavit Tacitus: tantum vult Paulinum, quia vetustissimus ille consularis, et fama belli clarus, ideo *præcipue suasisse spatium*. Quemadmodum supra c. 31. *præcipue* ille suasit, iisdem rationibus, bellum trahendum esse, 'dignum fama sua ratus, qua nemo illa tempestate militaris rei callidior habebatur, de toto genere belli censere.'

Certe, pari et causa, nunc auctores

Digitized by Google

ruisset.' Ego, ut concesserim,[3] apud paucos tacito voto quietem pro discordia, bonum et innocentem Principem pro pessimis ac flagitiosissimis expetitum; ita neque Paulinum, qua prudentia fuit, sperasse, corruptissimo sæculo tantam vulgi[w] moderationem, reor, ut, qui pacem belli amore turbaverant, bellum pacis caritate deponerent: neque aut exercitus linguis moribusque dissonos[x] in hunc consensum potuisse coalescere, aut Legatos ac Duces, magna ex parte luxus, egestatis,[4] scelerum sibi conscios, nisi pollutum obstrictumque meritis[5] suis[y] Principem passuros.

mam comparasset præliis Britannicis. *Ego etsi annuerim, nonnullos secreto affectu exoptasse pacem pro dissensione, probum et insontem imperatorem pro deterrimis ac nocentissimis; ita non putem, Paulinum, qua sapientia fuit, expectasse, flagitiosissimo ævo, tantam gregarii militis modestiam, ut qui* Reipub. *tranquillitatem amore belli turbaverant, studio pacis* et otii *arma relinquerent; neque vel exercitus sermone ingenioque discordes, in hanc concordiam venire potuisse, aut legatos ac duces, maxima ex parte luxuriæ, sordiumque, et flagitiorum sibi conscios,* alium *toleraturos Imperatorem, nisi qui coinquinatus moribus esset,* simulque *et* ipsorum *officiis obligatus.*

consiliorum. Brotier.—3 Cod. Ryckii, *consenserim.*—4 Ms. Agr. *egestatisque et scelerum.*—5 Ita Mss. Flor. Reg. Bud. Agr. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *moribus suis.* Quod quidem approbabat J. Fr. Gronovius, eo sensu: se non passuros, nisi eum, cui malos mores et improbitatem suam imputare possent. In margine Ms. Bodl. additum, *meritis.* Brotier.

NOTÆ

illi affingunt hoc loco c. 37. hoc consilium seu persuasionem; tanquam præcipuo et clarissimo consultori, cum de Repub. dubitaretur, quia vetustissimus ille consularis; et cum de summa belli ageretur, quia militia clarissimus.

[w] *Vulgi*] Militaris scil. cui opponit *paucos*, etiam militares, scil. bonos, qui *tacito voto* pacem præ discordia, et innocentem principem præ pessimis exoptarent.

[x] *Exercitus linguis moribusque dissonos*] Certe *dissoni*, seu diversi ritu et sermone Britannici Germanicique exercitus ab Italicis, Pannonicis, et Mœsicis; quia illic fere delectæ legiones, aut certe suppletæ, in locis ubi tendebant, licet ex civibus Rom. tamen ex cœlo soloque illo quo stipendia merebant multum traxere: et haud dubie legiones Hispaniensis, Syriacæ, Mœsicæ, et Germanicianæ inter se diversæ ingenio et linguis, ac moribus discordes.

Exercitus] Duo scil. exercitus; vix sibi consentiebat ejusdem legionis miles. Et qui conspirare posset in bonum publicum tanta colluvies hominum avidorum belli et prædæ? quam longe facilior consensus fuit in scelus, in perniciem melioruin, et exitium ipsius Reipublicæ!

[y] *Obstrictumque meritis suis*] Tò *moribus* præferam, ut sit, qui non venisset ad imperium, nisi legatorum et

Digitized by Google

38. Vetus ac jam pridem insita mortalibus[a] potentiæ cupido cum Imperii[a] magnitudine adolevit erupitque. Nam rebus modicis, æqualitas[b] facile habebatur: sed ubi, sub-

Antiqua et jam olim ingenita mortalibus dominandi libido, cum amplitudine potentiæ aucta, simul et late *evagata est. Quippe exiguis opibus, jus æquum ultro*

NOTÆ

ducum hi mores fuissent: qui non passuri erant, nisi eum cui malos mores et improbitatem suam imputare possent. *Gronovius.*

Pollutum obstrictumque moribus principem] Sic leg. non *meritis;* ea vetus lectio et præferenda est: vox *moribus* non refertur præcise ad *obstrictum*, sed ad *pollutum*. Sic solet Tacitus, brevitatis causa, referre unam eandemque vocem ad duo disparata. Sic τὸ *moribus* hic ad duo refertur, ad *obstrictum* et *pollutum*, aut vice versa, quamvis præcise referatur tantum ad τὸ *pollutum:* ex qua brevitate Taciti sæpe nascitur obscuritas, nisi sedulo adverteris.

Sic in Agr. vita, c. 41. intelligi debuit ubi habet: *tot militares viri cum tot cohortibus expugnati et capti:* nam vox *expugnati*, non præcise refertur ad vocem *viri*, sed ex se, et significatu proprio refertur ad *cohortes*, seu *castra cohortium:* nam de his ibi agitur.

Itaque vox *expugnati* non referenda est præcise tantum ad *viros militares*, sed ad cohortes directe et castra cohortium; dein et viros militares simul, qui talia castra ac præsidia cohortium curabant. Nam proprie *expugnari* dicuntur urbes, naves, et castella, seu præsidia, dein consequenter et in his duces. Sic tamen et Hist. III. 19. 'Victos in deditionem accipere aut expugnare deposcunt:' victi illi Cremonæ muris se tutabantur.

[a] *Insita mortalibus*] Licet generalis videatur hæc præpositio; attamen restringenda est ad cives Romanos præcise: nam statim: 'subacto orbe et æmulis urbibus....excisis,' non nisi de Repub. aut imperio Rom. hic intelligi potest.

[a] *Cum Imperii*] *Cum imperii*, Romani scil. *magnitudine adolevit* ambitio civium: *vetus*, nempe jam a Sylla et Mario; quod explicat infra: *rebus modicis æqualitas* inter cives *facile habebatur. Sed ubi, subacto orbe, et æmulis urbibus regibusve exscisis*, opes concupiscere liberum fuit: cum de *rebus modicis*, veterem Rempub. intelligit et primos consules, sub quibus modicæ opes et sensim adolevere.

[b] *Æqualitas*] Tenui fortuna et modicis rebus, facile servabatur *æqualitas* inter cives, ex qua pendebat Respub. et libertas apud veteres. Sed rebus auctis, hoc ipso potentiæ et imperii cupido erupit. Et hac dominandi cupidine et impotentiâ procerum, statim sublata *æqualitas* civium, et simul libertas et Respub.

Hinc Tac. Ann. I. 4. ubi de imperio Augusti, 'verso civitatis statu, nihil usquam prisci et integri moris: omnes, exuta æqualitate, jussa principis aspectare,' &c. quo loco male vertunt *æquitas*, seu quod justum et æquum est.

Aliud est enim *æqualitas*, aliud *æquitas: æqualitas civium* sublata est, sublata libertate, et inducto principe: at non ideo sublata *æquitas*, quæ sub bono principe stare potest, et stat, licet *æqualitas* civium inter se sublata sit; sub quo stat et libertas, sublata licentia.

Digitized by Google

acto orbe et æmulis urbibus[c] Regibusque[1] [d] excisis, securas opes concupiscere vacuum fuit, prima inter Patres plebemque certamina exarsere: modo turbulenti Tribuni, modo Consules prævalidi,[e] et in urbe ac foro[f] tentamenta[g] civilium

retinebatur. Sed postquam, domito orbe, et eversis rivalibus civitatibus aut regibus, tranquillas divitias cupere licuit, primæ discordiæ eruperunt inter senatum populumque. Modo seditiosi tribuni exorti, *modo consules prævalluere, et in civi-*

1 *Regibusve* Brotier. ex Mss. Harl. Bodl. Jes. et Edd. vett. cum Ryckio. In recentioribus, *regibusque*, et sic Gronovius. Recte quidem: nam et urbes

NOTÆ

[c] *Et æmulis urbibus*] Ad Romanos tantum hic respicit Tacitus: et per *æmulas urbes*, hic præcipue intelligit Capuam, Carthaginem, et Corinthum, quæ a Romanis excisæ sunt, ob æmulationem imperii, aut certe decoris vindicandi gratia, ut in Numantinos et Samnites factum.

Æmulis] *Urbes* præcipue intelligit. Nam certabant reges de finibus suis tantum, non de imperio; si forte Pyrrhum, aut Mithridatem excipias.

[d] *Regibus*] Ne intelligas priscos reges Romanos, qui pulsi sunt, aut etiam Etruscos reges, qui tantum de angulo quodam Italiæ decertabant; sed magnos reges, Jugurtham, Syphacem, et ipsum Annibalem, qui regibus ipsis terribilior Romanis visus est, Philippum, Perseum, Antiochum, Mithridatem, Tigranem, et alios cum cetero orbe tandem perdomitos.

[e] *Consules prævalidi*] Plin. de Vir. Ill. 73. 'Saturninus trib. pleb. seditiosus, ut gratiam Marianorum militum pararet, legem tulit, ut veteranis centena agri jugera in Africa dividerentur.... Competitore interfecto, tribunus pleb. refectus, Siciliam, Achaiam, Macedoniam novis colonis destinavit.... Tertio tribunus pleb. refectus, ut satellitem suum Glauciam prætorem faceret, Mummium competitorem ejus in Campo Martio necandum curavit. Marius senatusconsulto armatus, quo censetur, ne quid Respub. detrimenti caperet darent operam consules, Saturninum et Glauciam in Capitolium persecutus, obsedit.... Glauciæ fracta cervix. Apuleius cum in curiam fugisset, lapidibus et tegulis desuper interfectus.'

[f] *Foro*] Forum Romanum fuit inter montem Capitolinum et Palatinum, in Octava regione Romæ antiquæ: hodie pars illa Campi *Vaccino*; quæ est inter septentrionem et occidentem, in regionibus *Campitelli* et *Ripa*, inter Ecclesias vulgo dictas, *Santa Maria Liberatrice*, *Sant Adriano*, arcum *Septimii Severi*, et circa Ecclesiam vulgo dictam *Santa Maria della Consolatione*. Tillemon.

[g] *Tentamenta*] Interp. Hispanus: 'Quæ principia fuerunt motuum, civiliumque bellorum in urbe ac foro.' Vult Tacitus, illa *certamina* vetere Repub. seu potius contentiones, quæ minis, rixis, ac jurgiis sæpius diremtæ, quam armis, fuisse præludia, et velut imitamenta *bellorum civilium*; quæ posthac auctis opibus, Mario et Sylla, Cæsare et Pompeio ducibus, ferro ac prælis savissimis transacta sunt: ita tamen, ut etiam bello longe immanior esset victoria, pluresque ac nobiliores cives, proscriptionibus,

Digitized by Google

bellorum. Mox e[a] plebe infima C. Marius,[h] et nobilium sævissimus L. Sylla,[i] victam armis libertatem in dominationem verterunt. Post quos Cn. Pompeius occultior, non melior.[j] Et nunquam postea, nisi de Principatu[k] quæsitum.[l]

tate ac foro visa *imitamenta civilium armorum. Dein e tenui plebecula C. Marius, et optimatum immanissimus L. Sylla superatam bello Remp. in regnum* seu principatum *mutarunt. Post illos Cn. Pompeius dissimulandi peritior, non innocentior. Et nunquam postea certatum, nisi de Imperio. Non deposuere arma civium exer-*

æmulæ fuere, ut Carthago; et Reges, ut Macedonici. *Ernest.*—2 Sic bene editiones veteres et recentiores. In mediis quibusdam editionibus, *a plebe infima.* Brotier.

NOTÆ

quam præliis occisi fuerint.

[h] *E plebe infima C. Marius*] Attamen secundum alios, equestri nobilitate fuit Marius: sed eo ævo expeditissimum iter ad obtinendas populi Rom. dignitates fuit, si quis se plebi infimæ insereret, seque auræ populari permitteret.

[i] *Nobilium sævissimus L. Sylla*] Quia nempe, teste Plin. de Vir. Ill. 75. 'Proscriptionis tabulas primus proposuit. Novem millia deditorum in villa publica cecidit.'

Nobilium] Quibus opponit *plebem infimam*, ex qua Marius; cum Sylla nobili stirpe ortus, patricius et senatorii ordinis esset.

[j] *Pompeius....non melior*] Parem et facit Pompeio Cæsarem Seneca de Beneficiis v. 16. 'Ingratus Cn. Pompeius: qui pro tribus consulatibus, pro triumphis tribus, pro tot honoribus, quos ex maxima parte immaturus invaserat, hanc gratiam Reip. reddidit, ut in possessionem ejus alios quoque induceret, quasi potentiæ suæ detracturus invidiam, si quod nulli licere debebat, pluribus licuisset: dum extraordinaria concupiscit imperia: dum provincias, ut eligat, distribuit: dum ita triumviris R. P. C. dividit, ut tamen in sua domo duæ partes essent, eo redegit populum R. ut salvus esse non posset, nisi beneficio servitutis. Ingratus ipse Pompeii hostis, ac victor, (Cæsar) qui a Gallia Germaniaque bellum in urbem circumegit, et ille plebicola, ille popularis, castra in Circo Flaminio posuit, propius quam Perseunæ fuerant. Temperavit quidem jus crudelitatemque victoriæ. Quod dicere solebat, præstitit: neminem occidit, nisi armatum. Quid ergo est? ceteri arma cruentius exercuerunt, satiati tamen aliquando abjecerunt. Hic gladium cito condidit, nunquam posuit.'

Pompeius] Mirum quod ibi sileat Tacitus de Cæsare. Si forte vicisset Pompeius, perinde sileret et de Pompeio. *Pars victrix placuit superis:* quia victori parcunt fata, colunt fortunam posteri. An quia vicit, ideo innocentior Cæsar? Sic forte quia clementer usus est fortuna ac victoria, et quia vincere coactus est, ut multi tradidere, rationibus forte in *adulationem compositis.*

Meliorum seu fortiorum semper causa melior fuit: attamen tum temporis *inter bonos de imperio* certabatur. Ambo illi fortes egregiique duces. Nec potuit dici quod mox Hist. I. 50. 'Pro Othone an pro Vitellio in templa ituros? ... Detestanda vota inter

Digitized by Google

NOTÆ

duos, quorum bello solum id scires, deteriorem fuisse qui vinceret.'

Occultior] Occultior ambitio, revera non melior. Attamen sic supra distinguit, ubi de Pompeio et de Cæsaribus I. 50. 'Mansisse C. Julio, mansisse Cæsare Augusto victore Imperium, mansuram fuisse sub Pompeio Brutoque rempub.' Ubi notabis *sub Pompeio ... mansuram Rempub.*

Pompeius occultior] Suet. de Ill. Gram. 15. ubi de Lenæo Pompeii Magni liberto: 'Tanto amore erga patroni memoriam extitit, ut Sallustium historicum, quod eum oris improbi, animo inverecundo, scripsisset, acerbissima satyra laceraverit, lastaurum et lurconem et nebulonem popinonemque appellans; et vita scriptisque monstrosum: præterea priscorum Catonisque verborum ineruditissimum furem.'

Pompeius non melior] Mixtus fuit ambitione et virtutibus, et possint utrimque afferri rationes, quibus laudem meruit, et quibus suo ævo culpatus est Pompeius. Jam olim cum eum discedere ab exercitu et provincia juberet Sylla, et manere eum cogerent milites, ipse eos placare, et aliud persuadere conatus est; cum vero urgerent, desiliit ex tribunali, et profusis lacrymis in tabernaculum se recepit. Milites vero vi apprehensum eum in tribunali rursus constituere, et sic magna pars diei absumta est, dum alii manere, et sibi imperare cogunt; et ille rogat, ut absistant, et ne tumultuentur; donec instantibus et succlamantibus, juravit sese occisurum, si vim ultra facerent, si manere cogerent. Plut. in Pompeio.

Laudem meruit summam, cum, victo Mithridate, statim dimisit exercitum, cum jam opprimere facile Rempub. et libertatem posset: laudabilis etiam, cum triumphum abjiceret ultro, potius quam militi adularetur.

Sed contra, in eum præcipue invectus Cato Reipub. et libertatis amantissimus. Apud Plut. 'Pompeius,' inquit, 'dedit, seu accommodavit Cæsari in Gallia bellanti sex millium armatorum exercitum, quod neque ille postulavit a vobis, neque vobiscum dedit; sed copiæ illæ, et arma et equi gratiæ sunt privatorum ac permutationes. Et ipse, qui Dux et Imperator appellatur, aliis exercitus et provincias tradit, dum ipse urbi assidet, dum discordias hic incitat, et seditiones variis artibus, per quas manifeste ambit sibi principatum, postquam dolo machinatus est, ut invalidi aut nulli in urbe magistratus forent.'

Idem Plutarch. in Cæsar. cum scil. daret Cæsar Juliam fil. Pompeio, ante Servilio Scipioni promissam, et filiam Pompeii Servilio, quæ desponsa erat Fausto Syllæ, et ipse Cæsar uxorem duceret Calpurniam Pisonis filiam, simul et Pisonem consulem designaret. Adversus quas artes acriter invehebatur Cato: 'Obtestabatur, clamitabat, tolerari non debere, Imperium sic ambiri, dividi, sic nuptiis ac matrimoniis, quasi per lenocinia: non ferendum duces per mulierculas sibi distribuere invicem exercitus et provincias:' *οὐκ ἀνεκτὸν εἶναι γάμοις διαμαστροπευομένης τῆς ἡγεμονίας, καὶ διὰ γυναικῶν εἰς ἐπαρχίας*, &c.

Et de ultimo tandem bello sic Sallust. Orat. 2. ad Cæs. 'Sed quoniam Cn. Pompeius aut animi pravitate, aut quia nihil maluit, quam quod tibi obesset, ita lapsus est,' &c. Sed non mirum de Sallustio, qui olim infensus Pompeio Magno.

Et cum Pompeius victus Pharsalicis campis, Mitylenem venisset, cum intrare urbem noluisset, accessisset-

Non discessere ab armis in Pharsalia[m] ac Philippis[n] civium legiones:[o] nedum[p] Othonis ac[1] Vitellii exercitus sponte

citus in Pharsalia ac Philippis; tantum abest, ut legiones Othonis ac Vitellii ultro

1 Ryckius e Ms. Agr. *Othonis aut Vitellii.*

NOTÆ

que cum aliis ad portum Cratippus philosophus, tum ad eum conversus Pompeius, culpare cœpit providentiam, concedente Cratippo ac consolante quique eum, et ad meliorem spem excitabat, ne ipsi in tali tempore molestus esset, et ne intempestive insultare afflicto videretur.

Sed postquam interrogasset Pompeium de providentia, ipse vero respondisset, Jam Reipub. necessarium esse principatum, ob intemperantiam magistratuum: tum rogare Cratippus; Sed tu, o Pompei, quonam argumento nobis firmare possis, te melius usurum fuisse fortuna, si vicisses, quam Cæsarem? Certe quæ sunt in potestate Numinum hæc ipsorum arbitrio relinquenda sunt, nec ultra inquirendum. Sic fere Plut. in Pompeio.

[k] *Nisi de Principatu*] Post Marium et Syllam, post Pompeium et Cæsarem, jam inter cives, *nunquam postea, nisi de principatu* certatum est; jam non certabant suo ordini, an senatus vinceret plebem, an plebs senatum, ut haberet sibi honores ac dignitates, sed de principatu.

Jam sibi vincebant principes, jam uni vincebant, non ordini, non reipub. cives jam de domino et de dominatione certabant, *victam armis* rempub. ac *libertatem in dominationem* vertebant: jam cum opum et *imperii magnitudine* adoleverat ambitio, et eo usque eruperat.

Certamina veteris populi Rom. tantum præludia erant, et *tentamenta* veluti puerilia. Et erant, ut ita dicam, incunabula ingentium *bellorum civilium*, quæ postea vidimus.

[l] *Quæsitum*] Certatum, non de pace, non de concordia partium reipub. non de libertate jam, aut de bono publico, sed quis imperaret, armis quæsitum. Cæde, armis, et multo cruore civium dominum sibi comparabant, suisque cervicibus imponebant. Aliter non potuit; *interfuit pacis* unum imperare.

[m] *In Pharsalia*] In Pharsalia, et apud Philippos inter bonos pugnatum de repub. de libertate, et tum tamen ab armis non discesserе. At nunc cum inter malos et scelerosos pugnatur de principatu, tantum abest, ut isti ab armis discedant. Cum etiam boni ab armis civilibus non discesserint, a fortiori nec discessuri fuerunt Otho ac Vitellius; eademque eos rabies, eædem eos scelerum causæ in civilia bella traxerunt.

[n] *Ac Philippis*] Quibus campis certabant tamen optimi et ultimi Romanorum Brutus et Cassius; quorum in castris et optimi civium de repub. et libertate asserenda adversum novos dominos contendebant: his victis tandem victa libertas, exstincta est respublica.

[o] *Civium legiones*] Sic videtur distinguere Tacitus, inter legiones, quæ Pharsalicis Philippicisque campis inter se certarunt, quasi tum temporis adhuc cives Rom. pro repub. certarent, et innocentiores adhuc essent; et inter Othonis ac Vitellii exercitus,

Digitized by Google

pituri bellum fuerint: eadem illos Deum ira,[q] eadem hominum rabies, eædem scelerum causæ[r] in discordiam egere. Quod singulis[s] velut ictibus transacta sunt bella, ignavia Principum factum est. Sed me veterum[t] novorumque morum reputatio[u] longius tulit: nunc ad rerum ordinem venio.

discessuræ ab armis fuerint: eadem illos cælestium ira, idem mortalium furor, eadem flagitiorum incitamenta ad dissensionem impulere. Socordia Imperatorum effectum est, ut, singulis quasi pugnis, profligata sint bella. Sed me priscorum recentiumque flagitiorum consideratio longius abstraxit: nunc ad seriem propositi *operis revertor.*

NOTÆ

qui, quasi jam peregrini, et extranei, alienique a civitate Rom. videbantur, et velut hostes Reip. ac libertatis, incuriosi boni publici, et qui jam non nisi de præda et spoliis Reipub. ac civium Rom. et de evehendo principe pessimo ac sibi simili tantum cogitarent.

Etiam distinguere videtur, quod Pharsalicis campis, boni duces præessent, maxime præ Othone ac Vitellio, quod innuit alibi Tacitus: 'cum,' inquit, 'de principatu inter bonos certaretur.'

[p] *Nedum*] Tantum abesse, ut verisimile sit, Othonis ac Vitellii exercitus sponte posituros bellum fuisse.

[q] *Eadem illos Deum ira*] Cic. pro Marcello: 'Omnes enim, qui ad illa arma fato sumus, nescio quo Reipub. misero funestoque, compulsi, et si aliqua culpa tenemur erroris humani, a scelere certe liberati sumus.' Sed jam utrumque, *culpa* et *scelus*.

[r] *Causæ*] Nempe opes, honores, sacerdotia, consulatus, uno verbo πλεονεκτεῖν. Immo et ipsis sceleribus scelerum licentiam quærebant, emebant. Occidebant in bello, ut in pace cives vel propinquos ipsos occidere liceret.

Sic Marius olim et Sylla, sic et Triumviri postea, et alii, qui de imperio certavere, omnes malo exemplo: ita ut deterrimi mortalium dici possent, qui vicissent, et qui post victoriam imperarent, et semper deteriori deterior esset qui superasset.

[s] *Singulis*] Uno aut altero prælio transactum est inter Othonem et Vitellium, dein et inter Vitellium et Antonium Primum.

Vocat *ictus*, quia statim transacta hæc prælia, quia non diu traxere bellum: quod factum ignavia ducum, non amore Reipub. non modestia vulgi, aut sapientia principum; et Otho ipse bella civilia aversabatur, forte mollitia magis, quam studio boni publici.

[t] *Sed me veterum*] Jam *vetera* vocat discordias civium seu bella civilia, quæ vetere Repub. transacta sunt, qualia sunt Marii et Syllæ, Cæsaris et Pompeii, Cassii et Bruti cum Octavio et M. Antonio. *Vetera* vocat, quia sub prisca Repub. et *vetere pop. Rom.* ut alibi Tacitus, et quia ante principes. Sic Sallustium et Livium vocat *veteres auctores* Agric. 10. 'Livius veterum, Fabius recentium eloquentissimi auctores.'

[u] *Reputatio*] Id est, *computatio*, seu *comparatio: computantes, reputantes*, unum et idem est; veteres enim hic

Digitized by Google

39. Profecto Brixellum Othone, honor Imperii penes Titianum fratrem, vis[1] ac potestas penes Proculum Præfectum. Celsus et Paulinus, cum prudentia eorum nemo uteretur, inani nomine Ducum, alienæ culpæ prætendebantur. Tribuni Centurionesque[w] ambigui,[x] quod, spretis melioribus, deterrimi valebant: miles alacer; qui tamen[2] jussa Ducum[y] interpretari, quam exequi, mallet. Promoveri ad quartum a Bedriaco castra placuit;[z] adeo imperite, ut quanquam verno tempore anni, et tot circum amnibus, penuria aquæ fatigarentur. Ibi de prælio dubitatum:[a] Othone per literas flagitante, ut maturarent; militibus, ut Imperator pugnæ adesset, poscentibus; plerique copias

Cum Brixellum se recepisset Otho, decus imperii fuit penes Titianum fratrem, res et auctoritas penes Proculum præfectum prætorii. *Celsus et Paulinus, cum consilio eorum res non gererentur, vano ducum vocabulo, alienis flagitiis obtenti erant. Tribuni ac centuriones dubii et incerti, quod, contemtis prudentioribus, pessimi præpollebant: miles promtus; qui tamen imperia ducum sciscitari mallet, quam iis obsequi. Placuit duci exercitum ad quartum* lapidem *a Bedriaco; adeo improvide, ut quamvis verna tempestate anni, et tot passim* allabentibus *fluviis, aquæ inopia premerentur. Ibi de pugna consultatum* est; *Othone per epistolas obtestante, ut festinarent; militibus postulantibus, ut princeps prælio interesset;*

1 Mss. Harl. Jes. et editiones veteres, *jus ac potestas.*—2 Male Mss. Harl. Bodl. Jes. *qui tum.* Editio princeps, *qui tam.* Brotier.

NOTÆ

mores novosque inter se comparat Tacitus.

[w] *Tribuni Centurionesque*] Intelliguntur boni et bello conspicui, quorum imperium incertum et ambiguum erat, quia spretis bonis, deterrimi valebant, ut bello civili. Supra, 'imperia ducum in incerto reliquerat.'

Quod non solum ad legatos, sed et ad tribunos centurionesque optimos spectat. Nam ut alii deterrimi, ita turbarum concitores, ac familiares principi, et bello inertissimi.

[x] *Ambigui*] Incerti ac dubii, ut quorum fides suspecta esset, et qui invicem alios suspectarent.

[y] *Jussa ducum*] Id est, inquirere in causas jussionis, et explorare ac ponderare potius, quam simplici obedientia parere. Tale in Agric. 'adeo ut plerique viso aspectoque Agricola, quærerent famam, pauci interpretarentur.' Significat multos ex specie tantum externa judicasse; paucos inquisivisse, aut explorasse. *Lipsius.*

[z] *Promoveri . . castra placuit*] Nempe profecto Brixellum Othone, et imperante Titiano ac Proculo, qui bellorum inexperti, et qui castra tam imperite metati sunt, ac locis adeo iniquis, ut verno tempore aqua deesset, qua tamen tempestate maxime affluit; de terrore prælionum jam conjice.

[a] *De prælio dubitatum*] Id est, deliberatum.

Digitized by Google

trans Padum agentes acciri postulabant. Nec perinde[3] dijudicari potest, quid[4] optimum factu fuerit, quam pessimum fuisse, quod factum est.

40. Non ut ad pugnam,[b] sed ad bellandum,[1] profecti, confluentes Padi et Adduæ[2] [c] fluminum, XVI.[3] inde mil-

multi poscebant advocari militem qui trans Padum agitabat. Nec perinde intelligi potest, quid operæ pretium fuerit, aut quid maxime expedierit facere, quam certum est, *deterrimum fuisse, quod actum est.*

Profecti, non tanquam ad prælium, sed velut *ad bellum, ibant ad confluentem Padi*

3 Budens. *proinde:* solenni confusione.—4 Mss. Bodl. Jes. et editiones veteres, *quod optimum.*

1 Ita quidem libri omnes. Mallet Grotius, *ad debellandum:* nec immerito. Sic enim verbum illud accipitur. Vulgatam tamen scripturam defendit Cl. Ernestus auctoritate Livii, VI. 31. 'Conditiones impositæ Patribus, ne quis, quoad bellatum esset, tributum daret.' *Brotier.*—2 Sic bene Puteolanus et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. *Adue.* Male editio princeps, *Agdæ*, Ms. Corb. *Agile.* Idem.—3 Brotier. legit *sedecim;* et ita editio princeps et

NOTÆ

[b] *Non ut ad pugnam*] Ibant imparati, sarcinis graves et fessi itinere, non ut ad prælium, sed ut ad bellum, et quasi ad incursionem aut populationem aliquam.

Minus est ad bellum ire, quam ad prælium: ad prælium, quæ est summa belli, paratos, integros, et a quiete et cura corporis recentes venire oportuit, non fessos labore et itinere, non ab omni subsidio et a munimentis imparatos.

[c] *Padi et Adduæ*] In Vat. locus hic in litura, sic tamen, ut aperte liceret eruere scriptum antiquitus, *Padi et Agele:* aliena deinde manu factum, *Adduæ;* sed Agela ignotum mihi flumen, et censeam vulgatam esse veram.

De Addua, Plinius l. II. Strabo 3. itemque Sidonius: 'vidimus ulvosum Lambrum, cœruleum Adduam, velocem Athesim, pigrum Mincium.' *Lipsius.*

Padi] Vide notas I. 70.

Adduæ] Hic fluvius Rhætiæ et Galliæ Transpadanæ regionum: hodie *Adda*, labitur per regionem Grisonum, statum Mediolanensem, et in Padum fluvium, vulgo *Po*, se exonerat. *Tillemon.*

Padus et Addua confluunt supra Cremonam; Bedriaco inferius ad vigesimum milliare remoto; ut Othoniani e campis Bedriacensibus excita mole exercitus, pugnæque in Vitellianos accincti, qui circa Cremonam erant, contendere non debuerint ad confluentes Padi et Adduæ; obstat enim loci distantia, cum recta Bedriacum inter et confluentem Adduæ via longius excurrat, quam positi hac descriptione termini patluntur.

Quærendus itaque fluvius Pado confluens, quatuor aut circiter infra Cremonam milliaribus; fortasse *Ollius*, aut alius, ad cujus confluentem Othoniani progrediebantur, et unde haud procul factum prælii initium.

lium[d] spatio distantes, petebant. Celso et Paulino abnuentibus, 'militem itinere fessum, sarcinis gravem, objicere

et Adduæ fluviorum, distantem a castris sexdecim millium intervallo. Celso et Paulino recusantibus, exponere copias labore fessas, sarcinis onustas, Vitel-

recentiores, et Ryckius cum Gronov. In Ms. Reg. *sexdecim.* In Mss. Harl.

NOTÆ

Tacitus vero ignarum dimittit lectorem, (quod summopere miteris,) ubi Vitellianis castra fuerint. Macer suos habuit gladiatores haud procul Cremona, cui Cæcina pontem objecit, structum, ut circumstantiæ suadent, non longe a præcipua castrorum sede. Dispersi quoque fuga Vitelliani Cremonam petunt, munitionis caput, et refugii locum.

Tandem Hist. III. ubi de Cremona, 'eadem rursus belli sedes:' et eod. lib. 'Othoniano bello Germanicus miles mœnibus Cremonensium castra sua, castris vallum suum circumjecerat.' Res animadversione digna, sed gratior, si hic fuisset inserta.

Ex omnibus hisce locis, (si meo stetur judicio,) certius, quam per conjecturas, statuere licet, Vitellianos castra habuisse ad Cremonam, quomodocumque illuc fuerint delati.

Othoniani autem, inquit Tacitus, quatuor progressi milliaria, relictis tamen, quæ castrorum Bedriacensium defensioni sufficerent, multis copiis; cum tamen locus ille, ad quartum a Bedriaco lapidem, in unam tantum noctem eligeretur. Othoniani enim, magna clade accepta, Bedriacum confugiebant.

Longius inde et sexdecim milliarium iter ingressi, non recta, ut præsumere licet, sed ad læva Padi deflectentes, quatuor circiter milliaria infra Cremonam, ad confluentes Padi et Oglio, ut hodie vocant, aut Agele, aut quodcumque fuerit nomen.

Et tamen non videntur ibi consedisse, sed recta in hostem, suis ad Cremonam munitionibus tutum, pergebant. Nam, inquit Tacitus, plerosque Vitellianos equites intra vallum suum redegerant. Prout ergo rem concipio, misellus hic vicus, *Bedriacum,* fuit nomine ita ignoto præteritis consecutisque temporibus, ut situs ejus inter incerta ponatur, dum injusta hujus prælii fama celebratur, præterita Cremona.

Et tamen conspirat scriptorum omnium in illud nomen consensus; nisi forte hæc movet ratio, quod Othoniani in fugam sparsi, eo se receperint. Pugnæ enim initium in vigesimum ab illo milliare incidit, et sub Cremonæ mœnia.

Tempus autem, si Josephum et Egesippum sequimur, in posterum a prælio *ad Castoris* diem. Sed Tacitus, cui hic potior debetur fides, in re magis ei explorata, utpote intra Italiam gesta, alio nobis præit. Suet. Oth. 9. occursum utriusque exercitus longe aliter describit. *Savilius.*

Sueton. Oth. 9. 'novissimo maximoque apud Bedriacum (prælio) fraude superatus est; cum spe colloquii facta, quasi ad conditionem pacis, militibus eductis, ex improviso atque in ipsa consalutatione dimicandum fuisset.'

[d] XVI. *inde millium*] Quatuor leucarum Gall.

Digitized by Google

hosti, non admissuro,[4 e] quo minus expeditus, et vix quatuor millia[f] passuum progressus,[g] aut incompositos in agmine, aut dispersos[h] et vallum molientes aggrederetur.' Titianus et Proculus, ubi consiliis[i] vincerentur, ad jus Imperii[j] transibant. Aderat sane citus equo Numida[k] cum atrocibus mandatis, quibus Otho, increpita 'Ducum segnitia,[5]

lianis, non *id culpæ* commissuris, quin recentes, integri, et vix quatuor millia passuum emensi, aut inordinatos in itinere, aut palantes, et castra metantes adorirentur. *Titianus et Proculus, ubi prudentia inferiores erant, ad vim et auctoritatem principatus confugiebant. Et certe advolarat pernix equo Numida cum violentis jussis, quibus Otho, incusata* cunctatione ducum, prælii fortunam

Jes. *XV. inde millium.*—4 Ita optime Rhenanus. Vulgo in Mss. et veteribus editionibus, *non amissuro.* In Ms. Corb. *non annixuri.* Brotier.—5 Ms. Corb. *segnitie.*

NOTÆ

[e] *Non admissuro*] Eum errorem in bello non admissuris hostibus, quin integri, recentes, et expediti, fessos, inordinatos, et inconditos lacesserent.

[f] *Quatuor millia*] Leuca sit Gallica.

[g] *Progressus*] Nempe e suis castris, unde *expeditus* et recens profectus, fessos incompositosque Othonianos aggrederetur.

[h] *Dispersos*] Erant enim inconditi et velut sparsi disjectique manipulares, nec statim sub signis et armis, qui castra moliebantur: armati certe fodiebant, sed tantum gladio et pugione accincti, non ceteris armis, quæ labori obstitissent: nec sparsi variis locis: sic statim imperia ducum audire et accipere, aut in aciem assistere potuissent.

[i] *Ubi consiliis*] Utrumque forte oppenebant, et jussa Othonis et sua: sed tamen prætendebant præcipue mandata Othonis. 'Aderat sane... Numida cum atrocibus mandatis.'

[j] *Ad jus imperii*] Nam 'profecto Brixellum Othone, honor imperii penes Titianum fratrem, vis et potestas penes Proculum.'

Ad jus imperii] Ad vim dominationis recurrebant, eaque sola nitebantur adversus egregia consilia: *sit pro ratione voluntas.*

[k] *Citus equo Numida*] Quis hic Numida? num inter auxilia Othonis ea gens? Minime, sed inter obsequia. Ne fugiat enim te latens hic ex antiquo mos; quo receptum, ut viris lautioribus ditioribusque *Afri* aut *Numidæ* equites essent ad iter: præcurrebant illi, et agmen ducebant heri sequentis.

Seneca epist. 88. 'O quam cuperem Catoni nunc occurrere aliquem ex his trossulis in via divitibus, cursores et Numidas et multum ante se pulveris agentem!' Idem expressius epist. 124. 'Omnes sic jam peregrinantur, ut illos Numidarum præcurrat equitatus, ut agmen cursorum antecedat.' Sueton. de Nerone c. 30. 'Iter fecisse traditur phalerata cum Mazacum turba atque cursorum:' nam *Mazaces*, Afri. *Lipsius.*

Numida] Numidia provincia Africæ minoris, sub Romanis: hodie *Constantina* provincia regni Alger, in Barbaria. *Tillem.*

Digitized by Google

rem in discrimen mitti' jubebat; æger mora[l] et spei impatiens.

41. Eadem[1] die, ad Cæcinam, operi pontis intentum, duo Prætoriarum[m] cohortium Tribuni, colloquium ejus postulantes,[2 n] venerunt. Audire conditiones ac reddere[o] parabat, cum præcipites exploratores, adesse hostem, nuntiavere. Interruptus Tribunorum sermo: eoque incertum fuit, insidias[p] an proditionem, vel aliquod honestum consilium[q]

experiri *imperabat; moræ impatiens et spei anxius.*

Eadem die, duo tribuni cohortium prætorianarum adierunt Cæcinam, fabricando ponti attentum, petentes congressum, et miscere sermonem cupientes. Jam *accipere conditiones et reddere parabat, cum advolantes exploratores nuntiarunt imminere hostem.* Sic *interpellatum tribunorum colloquium: ideoque ambiguum fuit, an fraudem aut perfidiam, vel aliquod egregium consilium agitaverint. Cæcina,*

1 Ryckii Cod. *eodem die.*—2 Ms. Corb. *expostulantes.*

NOTÆ

[l] *Æger mora*] Polybii verissima gnome: 'Gravissima omnibus hominibus futuri temporis expectatio.' Eo maxime insignis mollitia Othonis, quod inter spem metumque vivere diutius non potuerit, cum tot opes suppeterent, cum tot mortales spem ejus excitarent.

Æger mora et spei impatiens] Virg. 'Nunc nunc o liceat crudelem abrumpere vitam, Dum curæ ambiguæ, dum spes incerta futuri,' &c.

[m] *Prætoriarum*] Prætoriani urbanæ militiæ sueti, maxime cupiebant pacem, et urbem, et sua castra. Labores longinqui belli exhorrebant; et metuendi locus fuit, ne suo gradu et ordine dejicerentur prætoriani, si vinceret Vitellius: quos certe et victor mox uno edicto omnes exauctoravit.

[n] *Tribuni colloquium ejus postulantes*] Majorem fraudem innuit Sueton. quam Tac. et paulo aliter rem describit Oth. 9.

Colloquium ejus] Forte idem aut simile quid tentatum quod supra c. 20. 'Cæcina . . . tentata Othonianorum fide per colloquium et promissa, iisdem petitus, postquam pax et concordia speciosis et irritis nominibus jactata sunt,' &c.

[o] *Audire conditiones ac reddere*] Petron. 'Data ergo acceptaque patrio more fide, protendit ramum oleæ, a tutela navigii raptum, atque in colloquium venire ausa.' Virgil. 'Accipe daque fidem,' &c.

[p] *Insidias*] Incertum fuit, an tribuni illi fraudem aliquam pararent tali colloquio Vitellianis, an forte prodere Othonem vellent, et transire cum sua legione aut legionibus ad Vitellium pararent; sicque tali sermone pacta perfidiæ firmare vellent.

[q] *Honestum consilium*] An e Repub. an honestum quid et utile proponerent Cæcinæ; nem e ut, verbi causa, arma civilia ponerentur; et in medium de bono principe assumendo consuleretur, ut supra c. 37.

Vel aliquod honestum consilium] Ut supra c. 37. v. g. de conciliandis invicem exercitibus, de eligendo principe quem omnes approbarent, aut quid

Digitized by Google

cœptaverint.[3] Cæcina, dimissis Tribunis, revectus in castra, datum jussu Fabii Valentis pugnæ signum[r] et militem in armis invenit. Dum legiones[s] de ordine agminis sortiuntur,[t] equites prorupere:[u] et, mirum dictu, a paucioribus Othonianis quo minus in vallum impingerentur, Italicæ legionis virtute deterriti[4] sunt: ea, strictis[5] mucronibus, redire

tribunis abire jussis, reversus in castra, reperit datum signum prælii, imperio Fabii Valentis, et militem in procinctu. Dum legiones inter se comparant ordinem quo starent in acie, equites irrupere: et, mirum effatu, Italicæ legionis fortitudine impediti sunt, ne a paucioribus Othonianis in castra repellerentur: hæc legio, *nudatis*

3 Ms. Corb. *cœptarent*.—4 Sic bene Mss. ac veteres recentioresque editiones. Forte operarum errore, in quibusdam Rhenani aliisque mediis editionibus, *territi sunt*. Brotier.—5 Ita Rhenanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *et astrictis*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *quæ astrictis*. Emendatum in Ms. Harl. *et*.

NOTÆ

simile quod Reipub. salubre foret. Num volebant ex composito, ut et astu militari, scientes animorum militarium, quod statim contigit, cum in procinctu ad prælium fuerunt?

Nempe *attonitas* Othonianorum *mentes*, pugna subito incipiente, 'falsum gaudium, quasi proposita factaque pace, in languorem vertit, repertis, qui descivisse a Vitellio exercitum ementirentur... quare, omisso pugnæ ardore, Othoniani ultro salutavere' Vitellianas legiones. Unde minus promti, minusque acres ad prælium suscipiendum facti sunt.

Nam et sociis, qui talem rumorem ignorabant, sic salutantes, 'metum proditionis fecere,' præter languorem qui in aliis oriebatur ex falso illo gaudio; scil. quasi Vitellianæ legiones ad Othonem defecissent.

[r] *Pugnæ signum*] Vertunt, quasi velum purpureum expansum fuerit supra tabernaculum ducis, quod certe signum prælii fuit. Sed puto, potest intelligi ibi signum pugnæ datum sine illo apparatu, quia festinabant: et hoc velum inter signa, sed non unum fuit. *Signum* ibi, id est classicum, vel quod voce promeretur, ut Jovis, Apollinis, &c.

[s] *Dum legiones*] Intellige *legiones* Vitellii, et per *equites*, etiam Vitellianos; qui fere rejecti et repulsi in castra sua a *paucioribus* equitibus *Othonianis*, virtute legionis Italicæ absterriti sunt; ne in vallum, scil. Vitellianum suum, impingerentur.

[t] *De ordine agminis sortiuntur*] Puto sic sortitas esse de statione in acie, cum multæ legiones adessent. At cum duæ aut paucæ aderant, verisimile est, jussu ac prudentia ducis dispositas in prælio astitisse, non sorte. Similiter et auxiliares, equites, et subsidiarias copias pro nutu ejus compositas in acie, et imperiis ejus intentas, aut quievisse, aut huc et illuc erupisse.

[u] *Equites prorupere*] Sic III. 2. 'Duæ tunc Pannonicæ ac Mœsicæ alæ perrupere hostem:' quæ alæ Othonis fuerunt, et de his intelligenda ista, 'a paucioribus Othonianis,' &c.

Digitized by Google

pulsos et pugnam resumere coëgit. Disposita Vitellianarum legionum acies[6] sine trepidatione: etenim, quanquam vicino hoste, aspectus armorum densis arbustis prohibebatur: apud Othonianos, pavidi Duces, miles Ducibus infensus, mixta vehicula[v] et lixæ, et præruptis[w] utrimque fossis, via quieto quoque agmini angusta. Circumsistere alii signa sua, quærere alii: incertus undique clamor accurrentium,[x]

gladiis, fusos ac disjectos reverti, et prælium redintegrare compulit. Instructum Vitellianarum legionum agmen sine tumultu; quippe, licet propinquo hoste, conspectus armorum arcebatur crebris ac spissis virgultis. At apud Othonianos, trepidi duces, miles infestus ducibus, promiscui currus et calones, et abruptis utroque latere fossis, iter pacato etiam incessui arctum erat. *Alii circumstare sua vexilla, alii* ea *inquirere: ambiguæ undique voces advenientium, appellantium; et ut cuique strenuitas*

6 *Acie* Budens. et Puteol. Alciat. et Rhenan.

NOTÆ

[v] *Mixta vehicula*] Plut. Oth. 'Nihil ordine gestum; dum et impedimenta pugnantibus permissa, multum confusionis importarent, et ipsa loci natura aciem divelleret, fossis ac sulcis referti, a quibus sibi metuentes, coacti sunt promiscue et catervatim pugnare cum hostibus. Duæ tantum legiones, Rapax pro Vitellio, et Adjutrix pro Othone, justa pugna certarunt.'

[w] *Præruptis*] Vertunt, abruptas abscissasque fossas, et quasi manu militari contra vim hostium præruptæ et præparatæ essent. Sed puto fuisse tantum *agrestes* fossas ex utraque parte viæ, ad tutelam agri et frugum comparatas, quæ tamen ordines legionum dividebant, aut coarctabant, ita ut impeditior esset via, et sic infesta foret agmini legionum etiam pacifice incedentium.

[x] *Incertus undique clamor, accurrentium*] Malo, *vitantium:* nam immo 'circumsistere alii signa sua, quærere alii.' Melius *vocantium* vel *vocitantium;* nam 'incertus undique clamor,' *accurrentium*, eorum qui nempe circumsistebant signa sua; et *vocantium*, eorum, nempe, qui quærebant signa sua.

Nec ibi Tacitus de fortitudine aut metu loquitur, sed tantum postea, cum dicit, 'ut cuique audacia vel formido:' quod nullo modo refertur ad antecedentia.

Et puto eum esse sensum totius hujus loci: Cum miles Othonianus in duces suos pervicax esset, cum permixta essent agmini seu aciei vehicula et lixæ, cum esset via angusta tantæ multitudini ob præruptas utrimque fossas, confusio undique fuit.

Alii circumsistebant signa sua accurrentes, alii quærebant vocitantes; et in tali confusione ac tumultu miles, ut quisque audax vel trepidus fuit, in primam aciem vel in postremam ibant redibantve: nec enim ducibus nisi pro libidine parebant.

Et sic cum non sequerentur signa, aut non invenirent, ipsi pro libito stationem eligebant, pro audacia nempe vel formidine: quod tamen non impedit quin alii clamarent, vocarent, quærerent ubi signa sua, &c. Et necessario debet ibi esse vocantium,

Digitized by Google

vocitantium:[7] et,[8] ut cuique audacia vel formido, in primam postremamve[9] aciem prorumpebant, vel revehebantur.[10]

42. Attonitas subito terrore mentes falsum gaudium in languorem vertit,[1] repertis, qui 'descivisse a Vitellio exercitum' ementirentur. Is rumor, ab exploratoribus Vitellii dispersus, an in[1] ipsa Othonis parte, seu dolo, seu forte surrexerit, parum compertum. Omisso pugnæ ardore, Othoniani ultro salutavere: et hostili murmure excepti, plerisque suorum[2] ignaris, quæ causa salutandi, metum proditionis fecere. Tum[2] incubuit hostium acies, integris ordinibus, robore et numero præstantior: Othoniani, quanquam dispersi, pauciores, fessi, prælium tamen acriter sumsere:

aut pavor, in primos aut extremos ordines procurrebant vel revertebantur.

Inventis qui fingerent, defecisse legiones a Vitellio, *vana* ea *lætitia in segnitiem flexit animos, repentino pavore perculsos. Parum constat*, an *is rumor a speculatoribus Vitellii vulgatus* sit, *an ex ipsa Othonis factione, seu fraude, seu casu percrebuerit. Relicta prælii vehementia, Othoniani* hostes *ultro salutavere: et* illi *infesto fremitu excepti*, ac *multis suorum insciis, quæ ratio salutandi* esset, *timorem fraudis intulere. Tum prorupit hostium exercitus, densis ordinibus, viribus et multitudine validior: Othoniani, quamvis inconditi, ac numero inferiores*, et *fatigati*,

7 Sic bene Pichena et recentiores; præter Ryckium, qui e Ms. Agr. edidit, *volitantium*. In Mss. Farnes. Reg. Corb. et editione principe, *volantium*. Mss. Flor. Guelf. Bodl. et Puteolanus, *clamantium*. Mss. Harl. Jes. *clamitantiumque*. Reperit Lipsius in Ms. Vatic. *vomantium*. Tentabat Petavius, *vagantium*; melius certe, quam Jac. Gronovius, qui divinabat, *morantium*. Brotier. *vitantium* Boxhorn. vult.—8 *Et* abest a Mss. Jes. et Corb.—9 Ms. Corb. *postremamque*; uti volebat Rhenanus.—10 In Ms. Flor. *relabebantur*. At nihil mutat Pichena. Recte quidem.

1 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Agr. Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. editione principe et Rhenanus, *an ipsa*.—2 Ryckii Cod. *tunc*.—

NOTÆ

vociferantium, aut aliquid simile: nam alias quomodo *clamor undique?* non præcise *accurrentium*; igitur *accurrentium* et *vocitantium*.

7 *Falsum gaudium in languorem vertit*] Cic. Philip. 12. cum mitterentur legati ad Antonium de pace: 'Quid? legionum nostrarum nervos nonne his consiliis incidimus? quis est enim, qui ad bellum inflammato animo sit futurus, spe pacis oblata? Ipsa Martia cœlestis et divina legio hoc nuntio languescet et mollietur, atque illud pulcherrimum Martium nomen amittet: excident gladii: fluent arma de manibus,' &c.

2 *Plerisque suorum*] Nempe Othonianorum. Cum inter Othonianos multi salutassent, multi autem ignorarent salutandi causam, timuere isti ne proderentur a salutantibus, cum tamen salutantes nihil tale molirentur; immo sic incitarent Vitellianos ad deserendum Vitellium transeundumque in partes Othonis.

Digitized by Google

et, per locos, arboribus ac vineis impeditos,[3] non una[a] pugnæ facies: cominus eminusque[4] catervis[b] et[5] cuneis[c] concurrebant: in aggere viæ collato gradu[d] corporibus[e] et umbonibus niti,[6] omisso pilorum jactu, gladiis et securibus galeas loricasque perrumpere:[7] noscentes inter se,[8 f] ceteris[9] conspicui,[g] in eventum[h] totius belli certabant.

pugnam tamen strenue susceperunt; et per loca arbustis ac vitibus infesta, non una fuit prælii forma: cominus et eminus per cohortes et globos congrediebantur; in itineris aggere statuaria pugna certantes, *corporibus et clypeis contendere, relicto missilium usu, ensibus et bipennibus cassides et loricas perfringere; agnoscentes invicem, et ceteris insignes, in summam totius belli dimicabant.*

3 Idem *loca* .... *impedita.*—4 Sic Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Guelf. omissa copula, *que.* Omiserunt quoque Puteolanus et Gronovius.—5 Cod. Ryckii *ac.* —6 Sic Mss. Vatic. Farnes. Corb. editio princeps et recentiores. Puteolanus, ut et Mss. Harl. Bodl. Jes. perperam omisere, *niti.* Altera manu additum est in Ms. Harl.—7 Sic bene Ms. Corb. Rhenanus et recentiores. Perperam in Mss. Reg. Bodl. et veteri-

NOTÆ

[a] *Non una*] Non una et eadem, non similis tota acie pugnæ species. Alii *cominus*, alii *eminus* certabant. scil. *catervis* pugnabant *cominus; cuneis, eminus; at in aggere viæ, collato gradu, &c.* Aut forte *cominus eminusque, catervis et cuneis concurrebant*, indistincte: nam per catervas vel cuneos potuerunt cominus aut eminus certare; at *in aggere viæ collato gradu . . . niti, &c.*

[b] *Catervis*] Catervæ sunt Gallorum et Germanorum legiones; sex millia armatorum, quandoque decem, continebant: sed hic intelligit potius cohortes aut certe numeros, qui robur legionis non adæquarent. Sicque ob angustias loci certare coacti sunt.

Catervis] Forte ita ut multæ cohortes se invicem stiparent; sed puto, potius singulæ pugnabant, ob angustias loci.

[c] *Cuneis*] Cunei dispositi in modum literæ delta Δ, ita ut ordine priores aciem hostilem perrumperent, posteriores eminus dimicarent, non impediti a primis ordinibus.

[d] *Collato gradu*] Quod in Agric. vita appellat Tac. *pugnam in aperto*, et *complexum armorum*: scil. ibi *corporibus et umbonibus nitebantur*, quia ille agger viæ angustior quam ut aciem extendi pateretur; quia angustiis loci conflictabantur, umbonibus niti cœperunt, et omisso pilorum jactu, cominus galeas ac loricas hostium gladiis ac securibus perrumpebant.

[e] *Corporibus*] Interp. Hispanus: 'Densi ac conferti invicem, propriis corporibus atque umbonibus sese ipsi firmabant:' non male.

At non id solum agebant, sed etiam et corporibus atque umbonibus nitebantur contendebantque adversos hostem, eumque sic non pilis aut missilibus loco dejiciebant; sed veluti complexi, simul umbonibus nitebantur, simul gladiis et securibus *galeas loricasque* perrumpebant.

[f] *Noscentes inter se*] Othoniani scil. in eadem parte aciei se noscebant invicem, et ceteris conspicui erant; nempe suis, id est, aliis Othonianis:

Digitized by Google

43. Forte inter Padum viamque, patenti campo, duæ legiones congressæ sunt: pro Vitellio unaetvicesima, cui cognomen *Rapaci*,[1] vetere gloria insignis: e parte Othonis,

Forte inter Padum et iter, latissimo campo, binæ legiones concurrerunt: pro Vitellio, Unaetvicesima, cui vocabulum Rapaci, *prisco decore conspicua; pro Othone,*

bus editionibus, *perrupere.* Brotier.—8 In Ms. Agr. *noscentes inter se conspicui. Ceteri in eventum belli certabant.* Ryckio minime placet, *noscentes inter se:* mallet, *noscentes invicem se.*—9 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In margine Ms. Bodl. *ceterum.* Mss. Corb. Reg. Bud. et editio princeps, *ceteri.*

NOTÆ

neque enim de hostibus intelligit; quod aliter expressisset.

[g] *Ceteris conspicui*] *Ceteris*, id est, non modo sibi invicem, sed et etiam forte hostibus conspicui. Quasi diceret: Noti inter se, et Vitellianis conspicui, in summam totius belli pugnabant. Sic infra III. 17. 'Nullum in illa trepidatione Antonius constantis ducis aut fortissimi militis officium omisit: occursare paventibus, retinere cedentes: ubi plurimus labor, unde aliqua spes, consilio, manu, voce, insignis hosti, conspicuus suis,' &c.

[h] *In eventum*] Sic vertit Interpres Gall. Certabant illi in aspectu duorum exercituum, qui prout eorum prælium se haberet, sic de eventu *totius belli* judicabant. Sic illos inter se committit quasi novos Horatios et Curiatios pro toto exercitu certantes, aut instar earum gentium, quæ captivum unum ex hostibus cum aliquo suorum committebant; et ex eo prælio singulari in summam totius belli augurabantur.

Sed certe et alii eodem tempore certabant pari violentia; nec ita attenti aliorum prælio, ut summam belli hinc deciderent: quisque pro se pugnabat in eventum totius belli; id est, toto robore; et sive ceteri judicarent, sive non; nec judicabant, qui simul pari vi pugnabant, ut patet ex prælio legionum *Rapacis* et *Adjutricis.* Certabant in summam belli, non ut exinde de eventu judicarent alii, sed ut fortunam partium feliciter ipsi transigerent. Sic pugnabant, et ea vi, quasi sortem bellumque deciderent.

[i] *Cui cognomen Rapaci*] Non abs re puto proponi hic veterem lapidem qui Romæ in Capitolio, forma columellæ, in quo ea ordine desculpta.

NOMINA LEGIONUM.

II. AUGusta.	II. ADJUTrix.	IV. SCYTHica.
VI. VICTRIX.	IV. FLAvia.	XVI. FLAvia.
XX. VICTRIX.	VII. CLAUDia.	VI. FERRATensis.
VIII. AUGusta.	I. ITALica.	X. FRETEnsis.
XXII. PRIMigenia.	V. MACEDONica.	III. CYRENensis.
I. MINERvia.	XI. CLAUDia.	II. TRAJana.
XXX. ULPia.	XIII. GEMina.	III. AUGusta.
I. ADJUTrix.	XII. FULMinatrix.	VII. GEMina.
X. GEMina.	XV. APOLLinea.	II. ITALica.
XIV. GEMina.	III. GALLicana.	III. PARTHica.
I. PARTHica.	II. PARTHica.	

Velim Dionis recensum legionum, qui est lib. LV. cum hoc lapide conferri, a quo adjuti interpretes, paulo felicius sane eum vertissent. *Lipsius.*

Digitized by Google

prima Adjutrix, non ante in aciem deducta, sed ferox et novi decoris avida. Primani, stratis unaetvicesimanorum principiis,[i] aquilam abstulere: quo dolore accensa legio, et impulit rursus primanos,[k] interfecto Orphidio Benigno Legato,[l] et plurima signa[m] vexillaque ex hostibus rapuit. A parte[2] alia, propulsa quintanorum impetu tertiadecima legio: circumventi plurium accursu quartadecimani.[n] Et, Ducibus Othonis jam pridem profugis, Cæcina ac Valens subsidiis suos firmabant. Accessit recens auxilium, Varus[3]

Prima Adjutrix, *quæ nondum ante in aciem astiterat, sed promta, audax, et novæ gloriæ cupida. Prima, profligatis Unisetvicesimæ principiis, aquilam abripuit: qua contumelia iraque stimulata legio stravit fuditque vicissim Primanos, interemto Orphidio Benigno legato, et multa signa vexillaque Primanis abstulit. In parte alia, tertiadecima legio repulsa Quintanorum ferocia; quartadecima* legio *intercepta* est *plurium incursu. Et, legatis Othonis jam pridem dilapsis, Cæcina ac Valens subsidiarias copias suis addebant. Advenit* et *novum subsidium, Varus Alphenus*

1 Sic bene Mss. Flor. Reg. Corb. Bud. Agr. editio princeps, Rhenanus et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *principibus*. In his vocibus sæpe erravere librarii, ut videre est apud Stewechium, in Commentario ad Vegetium, II. 7. et III. 2. *Brotier*.—2 Sic Rhen. a Budens. Prius legebatur *aperte*.—3 Ita Pichena et recentiores ex Plutarcho in Othone, p. 1072. Οὔαρος Ἄλφηνος. At in Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. et editionibus veteribus, *Varenus Alphenus*. Vareuum memorat vetus Inscriptio apud Grute-

NOTÆ

[i] *Principiis*] Per *principia*, intellige præcipua lectaque robora virorum armorumque totius legionis. Et hæc in prima cohorte disposita cum primipili centurione, qui per omnes militiæ gradus ad istum honorem pervenerat, et cui mandata cura aquilæ. Ibi tribuni, præfecti castrorum, legati, et quicquid fortissimum, splendidissimum, ac nobilissimum fuit.

[k] *Impulit rursus primanos*] Hic *rursus* non significat *iterum*, sed *versa vice*, ut sæpe apud Tacitum. *Pichena*.

[l] *Legato*] Legato scil. legionis Unaetvicesimæ.

[m] *Plurima signa*] Non tamen Aquilam suam recuperavit, sed decus utcumque sic instauravit. Patet infra hanc aquilam mansisse penes Othonianos, seu *Primanos*. Puto, non potuit recipi aquila semel amissa, nisi profligatis principiis hostium, quibus recondita aquila, quæ rapta erat, ut loco sanctiori et validiori.

Et ex hastili statim abripiebant Aquilam et abdebant, nec ultra exponebant. Modica erat aquila sæpius argentea vel aurea, et magni decoris momentique in militia, signumque hoc sanctissimum in castris fuit.

[n] *Quartadecimani*] Id est, vexillarii hujus legionis. Non affuit aquila, seu robur quartadecimanorum. Quare et facilius circumventi sunt, *plurium accursu*.

Digitized by Google

Alphenus[o] cum Batavis, fusa gladiatorum manu, quam, navibus transvectam, oppositæ cohortes[p] in ipso flumine trucidaverant:[4] ita victores latus hostium[q] invecti.

44. Et, media acie perrupta, fugere passim Othoniani, Bedriacum petentes.[r] Immensum id spatium:[s] obstructæ

cum Batavis, cæso gladiatorum agmine, quos, navigiis transgressos, objectæ cohortes in ipso amne obtruncaverant: sic victores a latere Othonianos invasere.

Et medio agmine perrupto, terga vertere passim Othoniani, Bedriacum tendentes.

rum, p. 481. n. 10. *Brotier.*—4 Quidam corrigit *trucidarerunt*. Male. *Ernest.*

NOTÆ

[o] *Varus Alphenus*] Præfectus castrorum Valentis, et nunc jussu Cæcinæ relictus, ut cum Othonianis gladiatoribus manum consereret, ubi res poscere videretur. *Savilius.*

[p] *Cohortes*] Batavorum nempe.

[q] *Latus hostium*] Initio prælii ita dispositi Vitelliani et invicem Othoniani, ut neutri possent invadi a tergo aut a lateribus. Sed victores Vitelliani, simulque adventantes a victoria Batavi, jam non solum adversa fronte hostes, sed et *a lateribus* invadunt; sicque facile perrumpunt.

[r] *Bedriacum petentes*] Ad vigesimum inde milliare distans. Plutarchus scribit 150. stadia; id est, paulo infra nonum decimum milliare. *Savilius.*

[s] *Immensum id spatium*] Sic innuere Tacitus videtur progressos esse usque ad 'confluentes Padi et Adduæ fluminum, XVI. inde millium spatio distantes;' et sic abfuisse a Bedriaco 20. millibus: et videtur ad hos *confluentes* prælium commissum esse, ita ut eadem die confecerint Othoniani 16. milliarium iter, pugnaverint, victique refugerint Bedriacum ad 20. milliaria, ante occasum solis mense Aprili. Et ipsi hostes insecuti victos fuerint eadem die usque ad quintum milliare a Bedriaco; quo loco pernoctarunt sine munimentis, quia fessi prælio et itinere; et præcipue, quia victoria fiduciam addiderat.

Itaque quatuor leucas Gallicas confecerint Othoniani ea die, qua pugnarunt, et refugerunt ad quinque leucas post cladem: quod fieri potest diebus jam longioribus, Aprili mense. At id certe non sine summa ducum imprudentia.

Et quod in ea occasione longius ac molestius est fesso ex itinere militi, antequam pugnarent, vallum munire debuerunt Othoniani. Quod innuit c. 40. Celsus Paulinus: 'hosti, non admissuro quominus .... vallum molientes' Othonianos 'aggrederetur.'

Attamen verisimile est, Othonianos nova vesania percitos, nulla sibi castra immunisse ante prælium. Supra 40. 'Celso et Paulino abnuentibus militem .... sarcinis gravem objicere hosti.' Et infra 41. 'Apud Othonianos .... mixta vehicula et lixæ.' Quas sarcinas, vehicula, lixasque deposuissent in castris, si ante vallassent.

Forte tamen verisimile est, Othonianos non ivisse usque ad confluentes Padi et Adduæ, et mutato forte consilio, quia 'aderat sane citus equo Numida cum atrocibus mandatis,' &c.

Digitized by Google

NOTÆ

recta tendisse ad hostem, qui forte propius aberat quam 16. milliaribus. Hoc forte innuit c. 40. Paulinus: 'hosti, non admissuro, quominus expeditus, (hostis scilicet ipse,) vix quatuor millia passuum progressus, aut incompositos in agmine, aut dispersos et vallum molientes aggrederetur.'

Et videtur colligi posse, ex verbis Taciti, nondum tendisse Othonianos ad hostem, nondum lacessere prælio recta voluisse: nam *confluentes, &c. petebant*, non castra hostium, qui forte propiores confluentibus his, et a quibus oppugnari statim in itinere timet Paulinus, aut cum *vallum molirentur*.

Et cur timeret oppugnari Paulinus ab hoste vix progresso ad quatuor millia passuum, si abesset hostis ad confluentes, ad 16. inde milliaria? Et cur sibi metueret in agmine, si ad hostem recta tenderent Othoniani, et si irent ad *confluentes* consulto, ut prælium ibi committerent?

Igitur, ut puto, relicto consilio et itinere quo tendebant, ad *confluentes* amnium, auditis Numidæ jussis recta ivere ad hostem, et prælium commisere. Et sic propius abfuerint Othoniani a Bedriaco. Sicque minus itineris confecerint ea ipsa die, qua pugnarunt, sive dum irent ad prælium sive dum refugerent.

Sic etiam et forte Vitelliani paulo minus aberant ab eo loco, quo prope Bedriacum pernoctarunt. Et si res transacta esset ad 20. milliaria a Bedriaco, non video cur pugna illa seu clades *Bedriacensis* appellaretur, cur *duabus cladibus infaustus notusque* locus ille diceretur.

Nec refert, *immensum id spatium* vocari Tacito; certe immensum fuit ob fugam, ob cladem, ob stragem corporum etiam si duplo brevius esset iter. Sic vocat immensam stragem, ubi de cæde Galbæ Hist. lib. I. 47. 'per strages jacentium, in Capitolium ..... vectus:' licet tres viri tunc tantum occisi sint in foro.

Non adeo *immensum* fuisse illud spatium colligi posset ex his, cap. 44. de Vedio Aquila, qui multo adhuc die vallum ingressus, quem et vulgus militum præcesserat. Nam 'clamore seditiosorum et fugacium circumstrepitur.' *Vedius*.

Et si recta tendissent ad hostem, statim atque de prælio dubitatum in castris ad quartum a Bedriaco, cur diceret, Tacitus: 'Confluentes Padi .... petebant?' quidni castra hostium? Igitur, quantum conjicio, quatuor millia incessere Othoniani, antequam pugnarent, et post pugnam, per octo millia refugere.

Attamen Plutarchus sic rem narrat fere ut Tacitus, et perinde ambigue, in Othone: 'Cum Bedriaci morantes Othonis milites irati pugnam poscerent, producit eos Bedriaco Proculus ad 60. stadia, et castra posuit adeo imperite, ut quanquam verno tempore anni, et tot circum amnibus, penuria tamen aquæ fatigarentur. Postridie volentem Proculum in hostes, a quibus haud minus centum stadiis aberant, ducere, Paulinus prohibebat, operiendum affirmans; neque defatigandum exercitum, nec statim ex itinere pugnam committendam cum hominibus, qui, dum ipsi tantum iter cum jumentis suis ac calonibus perficerent, interim per otium arma aptare, et aciem instruere possent. Disputantibus adhuc ducibus, eques Numida intervenit, literas ab Othone afferens, quibus jubebat suos, omni sublata mora, in hostem pergere. Illi vero statim profecti sunt.'

Quoad distantiam locorum et itinerum, convenit Plutar. cum Tacito. c. *stadia* sunt 16. milliaria, et tantum

Digitized by Google

strage corporum viæ; quo plus cædis[t] fuit: neque enim, civilibus bellis,[1] capti in prædam[u] vertuntur. Suetonius

Immensum illud iter: impeditæ viæ cadaverum strage; quo major clades fuit: namque, civilibus bellis, captivi non servantur, non venduntur aut emuntur. Sue-

1 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps, Ryckius et recentiores.

NOTÆ

abfuisse hostes dicit. Docetque huic consilio refragatum esse Paulinum; sed disputantibus ducibus adventasse Numidam, nomine Othonis, qui juberet duci statim adversus hostem, qui 16. millibus pass. hinc distabat. Duces igitur statim viam ingressi sunt, et pugnam commisere, ut jussum erat. Igitur ad 16. *milliaria* progressi Othoniani, scilicet 'ad confluentes Padi et Adduæ,' ut castra castris conferrent. Quin prorsus conveniant auctores, tantum obstat id, quod pro consilio affert Paulinus c. 40. 'objicere hosti, non admissuro, quo minus expeditus et vix quatuor millia passuum progressus, aut incompositos in agmine, aut dispersos et vallum molientes aggrederetur.'

Quod non intelligo, nec satis concilio, nisi intelligat Paulinus, hostem occursurum Othonianis, *in agmine* incompositis, *expeditum*, id est, nullis sarcinis gravem aut impedimentis; et *vix quatuor millia passuum progressum*, et quasi recentem e suis castris advectum. Cum contra Othonianus miles jam itinere duodecim milliarium *fessus*, *sarcinis gravis*, lixis, vehiculis, machinis impeditissimus incederet, omnibusque ad vallanda castra necessariis onustus.

Et videtur illustrasse Tacitum Plutarchus, ac firmasse, si bene cepit ipsius mentem, cum diserte et clare dicit, abfuisse hostem 16. milliaribus, et in ipsum Othonianos duces jussu Numidæ, seu Othonis, ipsa eadem die contendisse.

Itaque peritus belli Paullnus prævidebat, hostes, statim atque per exploratores comperissent, esse in itinere Othonianos, non admissuros, quin progressi e castris obviam, expediti et recentes, usque ad 3. aut 4. milliaria, aggrederentur via fessos et sarcinis graves Othonianos, aut in agmine seu itinere, aut dispersos, cum vallum molirentur, si forte ipsa die vallum munire Othoniani, nec statim pugnare vellent. Et ideo nolebat hac de causa objicere hosti militem via fessum, &c.

Vitelliani non obviam issent Othonianis usque ad castra, quæ relinquebant ipsi Othoniani, sed in itinere ex suppositione Paulini, occurrissent ipsis Vitelliani expediti ad 4. millia a suis castris, scil. Vitellianis: quod eo casu contraxisset, brevioremque viam Othonianorum fecisset; sed hostem, cum non obviam veniret, ultro lacessitum iverunt Otboniani usque ad 16. milliaria, quocumque loco essent hostium castra, et quoscumque *confluentes* ipsi adierint; nam de his non satis constat apud Tacitum aut Plutarchum.

[t] *Quo plus cædis*] Videtur afferre hic duplicem rationem cur *plus cædis* fuerit, nempe et quia *obstructæ strage corporum viæ*, et quia *civilibus prœliis capti non in prædam vertuntur*. Forte leg. *neque etiam*, pro *neque enim*.

[u] *Neque enim civilibus prœliis capti in prædam*] Quod antiqui certe moris

Digitized by Google

Paulinus et Licinius Proculus diversis itineribus,[v] castra[w] vitavere.[2] Vedium Aquilam,[3] tertiædecimæ legionis Legatum, iræ militum inconsultus pavor[x] obtulit: multo adhuc die[y] vallum ingressus, clamore seditiosorum et fugacium

tonius Paulinus et Licinius Proculus diversa via munimenta declinavere. Metus imprudens furori militum objecit Vedium Aquilam legatum tertiædecimæ legionis. Is cum multa adhuc luce castra introisset, turbidi et fugaces eum *undique vocifera-*

In Mss. Harl. Jes. et Puteolanus, *cirilibus prœliis.*—2 Male Ms. Farnes. *petivere.* Brotier.—3 Ms. Corb. et editio princeps, *Vedium Aquilum.*

NOTÆ

ac priscæ modestiæ fuit. Sic olim Mariana et Cinnana proscriptione opibus civium abstinuerunt manus: tum nemo inventus qui sic ditari vellet. Val. lib. IV. 'In illa quoque procella, quam C. Marius et L. Cinna Reipub. inflixerant, abstinentia populi Rom. mirifica conspecta est. Nam cum a se proscriptorum penates, vulgi manibus deripiendos, objecisset, inveniri potuit nemo, qui e civili jactura prædam peteret; unusquisque se ab his, perinde ac a sacris ædibus abstinuit.'

[v] *Diversis itineribus*] An *diversis* invicem *itineribus* duces illi *vitavere castra?* an per diversa et avia amotaque a castris itinera, *castra vitavere?* hoc ultimum firmat Plutarchus.

[w] *Castra vitavere*] Plutarch. Oth. 'Ex ducibus, neque Proculus neque Suetonius castra intrare ausi, sed ea declinarunt, metu militum,' &c.

[x] *Inconsultus pavor*] Puto, non pavor ipsius Aquilæ, sed potius terror vanus, et auctore incerto incussus animis militum, ob recentem cladem in metum facile pronis: et seditiosi fugacesque tum absolvi flagitiis videntur, cum aliis suum scelus exprobrant.

Forte Vedium tamen *inconsultus pavor* e prælio ante alios abripuit, et hinc iræ militum offertur, tanquam desertor proditorque partium; et hinc multo adhuc die vallum ingressus est. Erat ipse legatus tertiædecimæ legionis, quæ propulsa fuerat quintanorum impetu, hinc forte *pavor.*

Et addit Tacitus, *ducibus Othonis jam pridem profugis;* igitur vel inter alios duces fugit, vel abreptus est impetu retrocedentis legionis tertiædecimæ; unde pavor, et forte spem victoriæ cito abjecit. Illum tamen absolvit flagitii Tacitus, cum dicit, *nullo proprio crimine ejus, &c.*

Forte jam initio prælii propulsa legio Vedii: qua fuga simul abreptus est, cum fugaces sisteret ac firmaret, et incursum hostium sustineret.

[y] *Multo adhuc die*] Controversiam huic loco movere liceat, quomodo sexdecim milliaria conficere possit exercitus diei unius itinere, in hostem pugnare, cæsusque et in fugam conjectus, viginti emetiri milliarium viam, aut noctem prævertere, suo illuc adventu, medio mense Aprili. *Sarilius.*

Seditiosi sæpe fugacissimi: fugacissimi autem, utpote timidi, finem prælii pro solito antevertunt. Nec de ducibus, ut in equo expeditis mirum, si ante noctem in castra redierint: de pedite magis difficile videatur. Sed puto, illud prælium magis

Digitized by Google

circumstrepitur: non probris, non manibus abstinent: 'desertorem proditoremque' increpant: nullo proprio crimine ejus,[4] sed more vulgi, suum quisque flagitium[a] aliis objectantes. Titianum et Celsum nox juvit, dispositis jam excubiis, compressisque militibus, quos Annius Gallus[a] precibus, consilio, auctoritate flexerat, 'ne super cladem adversæ pugnæ suismet ipsi cædibus sævirent: sive finis bello venisset, seu resumere arma mallent, unicum victis in consensu levamentum.' Ceteris fractus animus.[b] Prætorianus miles, 'non virtute se, sed proditione victum,'[c] fre-

tionibus incadunt: non conviciis, non vi temperant, ut transfugam et perfidum *insectantur; nulla propria culpa ejus, sed pro ingenio vulgi, suum quisque facinus aliis exprobrantes. Tenebris protecti Titianus et Celsus, ordinatis jam vigiliis, sedatisque militibus, quos Annius Gallus lenierat precibus, consilio, auctoritate*, ne præter cladem infelicis prælii, suamet ipsi sævitia grassarentur: sive exitus bello esset, seu redintegrare bellum mallent, unicum victis in concordia solatium. *Reliqui animum despondebant. Prætoriæ cohortes*, non vi se, sed perfidia super-

4 *Ejus* abest a Ms. Corb.

NOTÆ

impetu transactum, quam constantia Romani vetustique militis.

Præterea miles nulli disciplinæ astrictus, et ducibus nequaquam parens, iter fugæ facile arripuit et celeriter confecit: nec impossibile est, quatuordecim horis, quod est spatium diei, mense Aprili, illud iter confecisse et pugnasse.

Hac die confecerint Othoniani ante pugnam 4. leucas Gall. et post prælium quinque: quid mirum de pervicaci et fugace milite?

[a] *Suum quisque flagitium*] Id est, suam fugam ipsi, qui priores e pugna fugerant, duci objectabant. Forte ante fugerant ipsi seditiosi ac *fugaces*, quorum clamore et *probris circumstrepitur* Vedius, aut certe simul fugerant, et receperat ipse ex fuga forte quos potuit, innocens a flagitio, quod omnium fuit: 'nullo proprio crimine ejus,' inquit Tacitus.

[a] *Annius Gallus*] Consultationi ad Bedriacum habitæ non interfuit: quando reversus eo fuerit, et cur, ceteris ad pugnam euntibus, ibidem substiterit, Taciti negligentia intactum reliquit; qui hac narratione ita defunctus est, ut illud solum intelligamus, quid scripserit, non intellexisse.

Et sane quoad particularia, scribit Plutarchus, eos qui in acie versati fuerint, professos sui se ignaros fuisse: 'cum omnia confuse gererentur.' *Sarilius.*

Annius Gallus] Qui forte manserat in castris: alioqui in eadem culpa esset, apud vulgus, vel opportune advenit, cum jam arderet seditio.

[b] *Ceteris fractus animus*] Legionariis nempe et sociis, qui legiones ex more firmabant pari robore.

[c] *Sed proditione victum*] Forte intelligunt, quod habetur supra c. 42. 'Attonitas subito terrore mentes, falsum gaudium in languorem vertit,

Digitized by Google

mebat. ‘ Ne Vitellianis quidem incruentam fuisse victoriam, pulso equite,[d] rapta legionis aquila: superesse cum ipso Othone militum quod trans Padum fuerit:[e] venire Mœsicas legiones: magnam exercitus partem Bedriaci[f] remansisse: hos certe nondum victos: et, si ita ferret,[5g] honestius in acie perituros.’ His cogitationibus truces aut pavidi, extrema desperatione ad iram sæpius, quam in formidinem, stimulabantur.

atas, *jactabant per iram.* Vitellianis etiam multo cruore stetisse victoriam, profligato equitatu, ablata legionis aquila: integras esse adhuc cum ipso Othone copias quæ trans Padum fuerint; adventare Mœsicas legiones; magnam partem exercitus Bedriaci substitisse: illos certe nondum superatos; et, si ita casus daret, gloriosius in prælio morituros. *His consiliis feroces aut trepidi, ultima desperatione ad iram sæpius, quam ad metum incitabantur.*

5 Sic bene Puteolanus et recentiores. Sic jam Tacitus, Annal. III. 15. Id est, si res ita ferret. Perperam Mss. Reg. Guelf. et editio princeps, *si ita ferrent.* In Mss. Harl. Guelf. *fieret.* Ms. Jes. *foret.* Brotier. Acidalius putabat, *si sors ita ferret.* At similiter cum vulgato, III. 15.

NOTÆ

repertis, qui descivisse a Vitellio exercitum ementirentur:’ et ‘ omisso pugnæ ardore, Othoniani ultro salutavere; et hostili murmure excepti, plerisque suorum ignaris, quæ causa salutandi, metum proditionis fecere.’

Vel id ementiebantur prætoriani de legatis et ducibus Othonis, ut facilius incitarent vulgus ad nova bella, instaurarentque sic fortunam partium; seque solos amicos fidissimos Othonis, et robora partium putabant.

Et certe tum res eorum et salus præcipue agebatur in victoria, scilicet, quia occiderant principem: cujus sceleris ‘ ultor est, quisquis successit;’ et si victi forent, sic veniæ spem, omnemque ignominiam consumserant.

Sed proditione] Præcipue suorum ducum, quibus maxime infesti prætoriani, cæde principis et sceleribus vesani.

Proditione] Ducum scil. nam maxime suspectabant honestissimum quemque, ut qui se cæde Galbæ polluissent: et inprimis senatum exhorrebant.

[d] *Pulso equite*] De quo supra c. 41. ‘ Quominus in vallum,’ Vitellianum scil. ‘ impingerentur, Italicæ legionis virtute territi sunt.’

[e] *Quod trans Padum fuerit*] Non tradidit, quot, aut quantæ illæ copiæ essent Othonis: num forte ad Alpes dispositæ illæ copiæ, quo transitum Cæcinæ prohiberent?

[f] *Bedriaci*] In munimentis scil. nempe ad tuenda castra impedimentaque et sarcinas legionum. Quare et in ea castra refugerunt post prælium, quod inde Bedriacense appellatur; et quia ibi se dediderunt Vitellianis ducibus.

[g] *Ferret*] Forte simplex *ferret*, pro *conferret*: quod est, expediret; vel, *si* fors *ferret*.

Digitized by Google

45. At Vitellianus exercitus, ad quintum a Bedriaco lapidem[h] consedit, non ausis Ducibus eadem[1] die oppugnationem castrorum: simul voluntaria deditio sperabatur. Sed expeditis, et tantum ad prælium egressis,[i] munimentum[j] fuere arma et victoria. Postera die, haud ambigua Othoniani exercitus voluntate, et, qui ferociores[k] fuerant, ad pœnitentiam inclinantibus, missa legatio:[l] nec[2] apud Duces Vitellianos dubitatum, quo minus pacem concede-

At Vitellianus exercitus substitit ad quintum milliare a Bedriaco, non ausis legatis obsidere castra eadem die: et sperabant, sponte se dedituros Othonianos. *Sed expeditis, et solum ad pugnam profectis, pro vallo fuere armorum et victoriæ fiducia. Postridie ejus diei, haud incerto Othoniani agminis consilio, et, qui promtiores fuerant,* jam *pronis ad pœnitentiam, missi* sunt *legati: nec apud duces Vitellianos*

1 Ita Ms. Corb. editio princeps et recentiores. In Ms. Harl. et Puteolanus, *eodem die.*—2 Perperam Mss. et veteres editiones, *missa legatione apud*

NOTÆ

[h] *Ad quintum .... lapidem*] Leuca Gallica, et insuper quarta pars leucæ.

[i] *Egressis*] Ut qui egressi essent e castris ad prælium, non ad iter, neque post iter ad vallum nocte muniendum; ideo neque sarcinas nec utensilia, neque ligones, aut cetera vallandis castris necessaria secum attulerant.

[j] *Munimentum*] Hoc dicit, quia traduxerunt noctem hanc sine munimentis. Nulla sibi munierunt castra Vitelliani, quia fessi prælio et itinere serius advenere, et quia sine impedimentis egressi, non ut ad bellum, sed ut ad prælium erant. Pro castris et munimentis habuere victoriam et fiduciam armorum, et metum profligati hostis.

[k] *Qui ferociores*] Prætoriani nempe.

[l] *Missa legatio*] Cur hi legati morati sint, describit Plut. Oth. 'Postquam explorassent militum animos, invenissentque ipsos pacem cupere, Titianus jussit proficisci legatos. Placuit igitur Celso et Gallo ire et colloqui cum Cæcina et Valente. In itinere ipsis occurrerunt centuriones, qui nuntiabant, jam motum exercitum venire Bedriacum, ipsos vero missos a ducibus de concordia. Laudatos ipsos Celsus rogavit, ut secum reverterentur ad Cæcinam; at cum jam prope castra essent, discrimen adiit Celsus. Nam forte occurrerunt illi equites, qui antea per insidias victi ab ipso fuerant; qui, ut advenientem adverterunt, statim in ipsum irruunt: at centuriones et alii ductores ordinum se opponentes, vim arcebant; et simul e castris Cæcinæ cum id audissent, advolantes in equis, audaciam equitum compressere; et, Celso comiter benigneque excepto, simul omnes Bedriacum profecti sunt.'

Et, puto, causa fuit, cur *legati paulisper retenti* sint, nempe illud jurgium equitum, qui Celsum velut hostem invasere, et viæ legationique moram attulere.

Aliam tamen rationem affert Plutar. quia scil. nullum caduceatorem præmisissent, quem forte propius advecti legati præmittere cogitabant.

Digitized by Google

rent. Legati paulisper retenti :[m] ea res hæsitationem attulit ignaris adhuc, an impetrassent. Mox remissa legatione, patuit vallum. Tum victi victoresque in lacrymas effusi, sortem civilium armorum[l] misera lætitia[n] detestantes. Iisdem tentoriis alii fratrum, alii propinquorum, vulnera fovebant. Spes et præmia in ambiguo: certa, funera et luctus. Nec quisquam adeo mali expers, ut non aliquam mortem mœreret. Requisitum Orphidii Legati corpus, honore solito crematur :[o] paucos necessarii ipsorum sepelivere : ceterum vulgus super humum relictum.[p]

cunctatum, quin pacem tribuerent. Legati tantisper detenti erant : *ea res dubitationem importavit insciis adhuc, an* pacem *obtinuissent. Dein remissis legatis, aperta sunt castra. Tum victi victoresque* simul *in fletum prorupere, conditionem civilis belli miserabili gaudio abominantes. Iisdem contuberniis, plagas alii fratrum, alii proximorum curabant. Spes et merces in incerto ; certa, exitia et luctus. Nec quisquam adeo a calamitate immunis, ut non aliquam necem lugeret. Investigatum corpus Orphidii legati solenni pompa conburitur : nonnullos propinqui ipsorum tumulo composuere : cetera plebs per campos* passim *omissa.*

duces. Optime emendavit Pichena, *missa legatio ; nec apud duces ;* ut patet ex Plutarchi narratione, supra memorata. Ms. Harl. habebat quoque, *legationem*: sed altera manu emendatum, *nec.* Brotier.—3 Ms. Corb. et editio princeps, *civilium bellorum.*

NOTÆ

[m] *Legati paulisper retenti*] Plutar. διὰ τὸ ἀκήρυκτον τῆς ὁδοῦ ipse tamen Celsus κῆρυξ *caduceator* fuisse videtur. At *centuriones* obviam facti, et alii *advolantes in equis,* legatos periculo exemere. Sic apud Valer. lib. v. ubi de Pyrrho : ' Ab eadem altitudine humanitatis, legatis Romanorum ad redimendos captivos castra sua petentibus, quo tutius venirent, Lyconem Molossum obviam misit : quoque honoratius exciperentur, ipse cum ornato equitatu extra portam occurrit.'

[n] *Misera lætitia*] *Lætitia* victoribus, sed *misera ;* quia præmia talis victoriæ incerta erant, et certa vulnera : quia fratrum alii, alii propinquorum vulnera fovebant. Et si misera victoribus lætitia, quanto miserior victis fuit, quibus tum etiam nefas erat queri de sua clade !

[o] *Legati corpus, honore solito crematur*] An per *honorem solitum* intelligit, fuisse crematum cadaver solenni ipso more, quo corpora civium Roman. in pace et in urbe?

Num potius intelligit honorem deferri solitum in funere virorum militarium, cum in loco prælii, aut in castris sepelirentur? de quo honore Virgil. vi. ' Ingentem struxere pyram, cui frondibus atris Intexunt latera, et ferales ante cupressos Constituunt, decorantque super fulgentibus armis,' &c. ' Purpureasque super vestes, velamina nota, Conjiciunt ; pars ingenti subiere feretro, Triste ministerium, et subjectam more parentum Aversi tenuere facem : congesta cremantur Thurea dona, dapes, fuso crateres olivo,' &c.

[p] *Ceterum vulgus super humum re-*

Digitized by Google

46. Opperiebatur Otho nuntium pugnæ, nequaquam trepidus, et[1] consilii certus: mœsta primum fama, dein profugi e prælio perditas res patefaciunt. Non expectavit militum ardor vocem Imperatoris:[9] 'bonum habere animum' jubebant: 'superesse adhuc novas vires, et ipsos extrema passuros ausurosque:' neque erat[2] adulatio. Ire in aciem, excitare partium fortunam, furore quodam et[3] instinctu flagrabant: qui procul astiterant, tendere manus, et proximi prensare[4] genua; promtissimo Plotio Firmo.[5] Is Præ-

Expectabat Otho nuntium prælii, minime paridus, et propositi certus: tristis primum rumor, mox fugientes e pugna, amissas res declarant. Tum *non operiebatur militum alacritas hortationem principis: immo* forti esse animo *suadebant:* manere adhuc integras copias, et ipsos ultima toleraturos tentaturosque: *neque erat assentatio. Prodire in aciem, instaurare partium fortunam, rabie quadam et impetu exardebant: qui longe astabant, attollere dextras, et qui propius aderant, complecti genua; flagrantissimo Plotio Firmo. Is præfectus prætorii subinde*

1 Rhen. mallet *sed.*—2 *Erat* abest a Ms. Corb.—3 Ita Ms. Reg. Puteolanus et recentiores. In Ms. Jes. *pavore quodam, &c.* Corrupte editio princeps, *furoreque amenti instinctu.* Inde Ms. Agr. *furore quodam et amenti instinctu.* Brotier.—4 Sic editio princeps et recentiores. Perperam Mss. Reg. et Corb. *pensare.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *prehensare;* et sic Ryckius et Gronovius.—5 Ita Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Mss. Corb. Agr. et editione principe, *promtissimus Plotius Firmus.* Plutarchus, in Othon. p. 1076. Plotium appellat *Pollionem.* At error est; et pro Πολλίωνος emendandum Πλωτίου, ut recte

NOTÆ

lictum] Quo fœdissimo spectaculo 40. postea diebus elapsis, pavit oculos Vitellius, non sine sævitia intestabili, ignarus instantis fati, suique, et fortunæ, dirum jocum jam struentis, immemor.

Vulgus super humum relictum] Quod inhumanum. Sed quis occisos sepeliat? an hostes hoc humanitatis officio defungantur? Sic forte se ulciscuntur, præpostera jam tamen pœna. An amici? Forte non audent, ne exinde captare adhuc vulgi favorem videantur: quod exprobratum olim Germanico, ob sepultas Varianas reliquias post sextum cladis annum.

Forte etiam, ne objectarent iterum cladem suam aspectui militum, et minus exin promti fierent ad prælia. Forte magis, quia jus fasque omne humanum bellis civilibus abruptum ac proculcatum fuit.

9 *Vocem Imperatoris*] Non expectavit miles allocutionem principis, qua solaretur victos: ipse miles solabatur ultro principem, et *bonum habere animum* jubebat. Videtur tamen Otho, non *trepidus*, sed *consilii certus*, tum ascendisse suggestum; a quo, qui milites *procul astiterant, tendere manus*, et *proximi* tribunali seu principi, *prehensare genua, &c.*

E quo suggestu tandem sic orditur, et alloquitur militem Otho: 'Hunc animum, hanc virtutem vestram ultra periculis objicere nimis grande vitæ meæ pretium puto,' &c.

Digitized by Google

torii Præfectus[r] identidem[6] orabat, 'ne fidissimum exercitum, ne optime meritos milites desereret: majore animo tolerari adversa,[s] quam relinqui: fortes et strenuos etiam contra fortunam insistere spei; timidos et ignavos ad desperationem formidine properare.'[t] Quas inter voces, ut flexerat vultum aut induraverat[7] Otho, clamor et gemitus.[u] Nec Prætoriani tantum, proprius Othonis[v] miles, sed præmissi

obtestabatur, ne fidelissimos et bene *de se* meritos milites destitueret: majori virtute sustineri improspera quam deseri: constantes et fortes etiam spe obniti adversus fortunam; pavidos et imbelles ad abjiciendam spem metu festinare. *Quas inter hortationes, ut vultum lenierat Otho vel firmaverat, vociferatio et fletus. Nec prætoriani solum, familiaris Othonis miles, sed et præmissi e*

observavit Lipsius. *Brotier.*—6 Sæpe legitur *idemtidem.*—7 Ms. Agr. *indu-*

NOTÆ

[r] *Is Prætorii Præfectus*] Duo præfecti prætorio sub Othone, Licinius Proculus et Plotius Firmus. *Lipsius.*

[s] *Majore animo tolerari adversa*] Hæc illa sunt, quibus jugulare Stoicos adversa omnis manus solet: pro quibus scutum habeo equidem, quod opponam, nisi religio me vetet. In hanc mentem igitur et Lucanus: 'Fortissimus ille est, Qui promtus metuenda pati, si cominus instent, Et differre potest.' Cæsar. lib. VII. 'Animi est ista mollities, non virtus, inopiam paulisper ferre non posse. Qui se morti ultro offerant, facilius reperiuntur, quam qui dolorem patienter ferant.' *Lipsius.*

[t] *Timidos et ignavos ad desperationem formidine properare*] Sic Nabarzanes Dario, apud Curtium lib. v. 'Fortium virorum est, magis mortem contemnere, quam odisse vitam. Sæpe tædio laboris, ad vilitatem sui compelluntur ignavi: at virtus nihil inexpertum omittit. Itaque ultimum omnium mors est, ad quam ire non pigre, satis est.'

Formidine properare] Plin. Epist. I. 22. ubi de Aristone: 'Nam impetu quodam et instinctu procurrere ad mortem, commune cum multis; deliberare vero, et causas ejus expendere, utque suaserit ratio vitæ mortisque, consilium vel suscipere vel ponere, ingentis est animi.'

[u] *Clamor et gemitus*] Plut. 'Ex gregariis militibus quidam, elato in altum gladio et clamore, Omnes, inquit, o Cæsar, sic affecti sumus, ut, in tuam gratiam, vel in nosmetipsos manus vertere non recusemus.' *Servilius.*

Clamorem accipio lætas acclamationes, cum Otho flexerat vultum: gemitus vero, quando induraverat. *Pichena.*

Clamor et gemitus ibi indistincte vel argumenta fuerunt lætitiæ, si flexerat vultum; vel si induraverat, argumenta mœroris et consternationis.

[v] *Proprius Othonis*] Quia occiderant Galbam, et Othonem evexerant: ideoque Othoni præcipue obstrictus devotusque miles ille, et robur partium censebantur.

Digitized by Google

e[8] Mœsia,[v] 'eandem obstinationem adventantis exercitus, legiones[x] Aquileiam ingressas,'[a] nuntiabant: ut nemo dubi-

Mœsia, referebant eandem pervicaciam advenientis agminis, legiones Aquileiam

ruerat.—8 Sic bene libri scripti et editi, præter Rhenanum, qui omisit præpositionem. *Brotier.*

NOTÆ

[v] *Præmissi e Mœsia*] Ibi juxta dissident auctores in historia, atque ipsi cives bello. Aliud dicit Tacit. aliud Suet. Teste Tacito, missa auxilia Othoni ex Dalmatia et Pannonia, nempe *bina millia;* præmissi etiam ex Mœsia. Et referente Suet. 'Mœsiaci exercitus bina e tribus legionibus millia missa,' &c.

Certe quod asserit Tacitus de Pannonia et Dalmatia, id dicere Suetonius videtur de Mœsia; juxta Tacitum missi ex Pannonia, &c. prælio affuere: præmissi ex Mœsia, non videntur affuisse, si quidem in castris Othonis erant dum pugnaretur.

Forte ibi retenti erant, vel tamen jam ex prælio advenerant nonnulli in castra Othonis.

Cum nihil dicat Suetou. de Pannonia Dalmatiaque, confundit forte illos exercitus Pannoniæ et Mœsiæ; et quod tribuit Tacitus Pannoniæ, id ille tribuit Mœsiæ.

Præmissi e Mœsia] Cepit interp. Gall. quasi bi *præmissi* forent a legionibus, ut talia nuntiarent Othoni: quod falsum. Hi *præmissi*, vexillarii erant legionum, qui ipsas præcesserant: et jam antea cum Othone forte Brixelli partim erant, partim prælio affuerant.

Præmissi e Mœsia] Intelligebam de duobus millibus quæ supra præmissa: et certe dicit Tacitus, duo millia præmissa esse e Dalmatia Pannoniaque: at e Mœsia quot missi sunt, non affirmat. Ut ut sit, illi præmissi numeri legionum et electi erant; prævenerantque grave legionum agmen. Certe etiam præmissi sunt *electi* e Mœsia, seu *vexillarii*, quemadmodum et ex aliis exercitibus, qui a tergo Italiæ, præmissi fuerant: sed quot præmissi sint ex Mœsia, non satis liquet. Dicit Suet. præmissa fuisse bina millia. Tac. de numero silet. Quicquid sit, *præmissi ex Mœsia* aderant in castris Othonis, exhortabantur monebantque adventare integrum exercitum. Verisimile est *præmissos* istos *e Mœsia*, non alios esse a *præmissis* ex Pannonia Dalmatiaque, et ibi confundi propter vicinitatem provinciarum et legionum.

[x] *Legiones*] De Mœsiæ legionibus tribus loquitur, de quibus hoc ipsum infra: 'Aquileiam jam progressæ, rapta pecunia et inter se divisa, hostiliter egerunt.'

Hoc eo noto, quod in Suetonio aliter legas, et duntaxat 'bina ex iis legionibus millia præmissa,' Aquileiam venisse, in Vesp. 6. 'Mœsiaci exercitus bina e tribus legionibus millia missa auxilio Othoni. Postquam iter ingressis nuntiatum est, victum eum, ac vim vitæ suæ attulisse, nihilo secius Aquileiam usque perseveraverunt, quasi rumori minus crederent,' et addit, metuentes ultionem, de alio imperatore cogitasse.

Sed vereor ut Suetonius hallucinetur in *duobus millibus*, qui non e Mœsicis, sed e Pannonicis Dalmaticisque fuere; ita enim idem Tacitus supra: 'læta Othoni principia belli, motis ad imperium ejus e Dalmatia Pannoniaque exercitibus. Fuere quatuor legiones e quibus bina millia præmissa.'

Digitized by Google

tet, potuisse renovari bellum atrox, lugubre, incertum victis et victoribus.

47. Ipse aversus[1] a consiliis belli,[b] 'hunc,' inquit, 'animum, hanc virtutem vestram ultra periculis objicere, nimis grande vitæ meæ pretium puto. Quanto plus spei ostenditis, si vivere

jam introiisse : ita *ut certo constet, potuisse instaurari bellum immane, luctuosum, dubium victis et victoribus.*

Otho alienus a belli consiliis ; Hanc, *inquit*, fortitudinem, hanc strenuitatem vestram prœliis aut discrimini exponere ultra, nimis ingens vitæ meæ pretium existimo. Quanto *mihi* majorem spem exhibetis, si vivere statuissem,

1 Ita Flor. Ven. Puteol. Alciat. Contra *versus* Rhenan. e Budens.—2 Ita

NOTÆ

Nec apud Tacitum leges de præmissis illis e legionibus Mœsicis : sane si et rem vides, probabilius est, tres ipsas legiones illa violenta et hostilia Aquileiæ ausas, et de imperatore deliberasse, quam sola ex iis duo millia electa. *Lipsius.*

[a] *Aquileiam ingressas*] Quod verum fuit, aut certe non procul a vero. Nam infra, c. 66. cum digressus esset Vitellius Lugduno : 'Angebat Vitellium victarum legionum haudquaquam fractus animus : sparsæ per Italiam et victoribus permixtæ, hostilia loquebantur : præcipua quartadecimanorum ferocia, qui se victos abnuebant : quippe Bedriacensi acie, vexillariis tantum pulsis, vires legionis non affuisse.'

Et certe istæ legiones, si audimus Tacitum, nondum ingressæ erant Aquileiam, cum audierunt de Othone victo, et proturbarunt nuntios cladis ; sed mox statim illis proturbatis, huc adventarunt, quasi non crederent : aut certe credere nolebant de victoria Vitellii, ut grassari liceret.

Aquileiam] Urbs hæc Carnorum populorum in Venetia regione Italiæ : hodie *Aquilée*, urbs territorii cognominis ad sinum Venetum : paret domui Austriacæ. *Tillemonius.*

Ingressas] Ut dixi alibi, sæpe conveniunt Tacitus et Suetonius in substantia et in re, at in circumstantiis differunt. Certum est ex utroque auctore *bina millia præmissa*, an e Dalmatia Pannoniaque, an e Mœsia, inter illos dissidium.

At certe ex Tacito fuerunt præmissa bina millia ex Pannonia Dalmatiaque ; ex Tacito etiam *præmissi e Mœsia*, ut patet hoc loco : et sic, vel illos confundit hic Tacitus vel ex utrisque exercitibus *præmissi* erant.

An vero utrique *præmissi* prælio affuerint incertum. Verisimilius est affuisse : nam ideo præmittebantur, ut expeditius incederent, pugnarentque in Italia, si necessitas aut occasio flagitaret.

Sicque falsus esset Suetonius cum dicit bina millia Mœsica fuisse adhuc in itinere, cum pugnatum est ; nam et ecce illi in castris Othonis adventantem exercitum attollunt, auctore Tacito.

Nec certe duo millia auderent tantam vim hostilem apud Aquileiam, et simul de faciendo imperatore cogitare. Potius ipsæ legiones integræ id ausæ sint, ut narrat Tacitus.

[b] *Aversus a consiliis belli*] Plutarch. Oth. 'Si dignus imperio Romano

placeret, tanto[2] pulchrior[c] mors erit. Experti invicem sumus,[d] ego ac Fortuna: nec[3] tempus computaveritis: difficilius est[e]

tanto honestior exitus erit. *Nos* invicem experti, ego ac fortuna: nec spatium

Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. et Puteolanus omisere, *tanto*.—3 Sic bene Mss. editiones veteres

NOTÆ

fui, oportet me vitam patriæ impendere. Neque me præterit, victoriam hostibus neque firmam esse neque constantem. Refertur, exercitum ad nos ex Mœsia venientem, jam mare Adriaticum ascendisse, ac paucorum a nobis dierum itinere abesse: in partibus Asia est, Syria, et Ægyptus, et quæ in Judæa militant legiones; liberi et conjuges hostium in manu nostra sunt. Sed nos, non contra Annibalem aut Pyrrhum aut Cimbros bellum pro Italia gerimus; sed contra, et utrimque vincentes et victi, patriam subvertimus exitiabili victoria. Scitote, mihi mori honestius esse quam imperare; neque me tantum prodesse Romanis posse, si vicero, quam si vitam patriæ impendam: et morte mea pacem et concordiam redimens, efficiam, ne rursus talem diem Italia videat.'

[c] *Pulchrior*] Id est, *honestior*: nempe, ex tali morte major gloria famaque in posteros, ut quæ a florente adhuc Othone libenter accepta sit: quæ non coacta, sed amore militum et Reipub. quæsita; ut quos iterum discrimini objicere noluerit Otho: 'Ne plusquam semel certemus, penes me exemplum erit: hinc Othonem posteritas æstimet,' &c. 'An tot egregios exercitus sterni rursus, et Reipub. eripi patiar?'

[d] *Experti invicem sumus*] Fortunam Otho expertus erat, cum imperium tam brevi duraturum accepisset: Othonem autem fortuna, cum is recte modesteque imperasset, fortiterque abdicasset. *Pichena.*

Quasi diceret, Expertus sum, delibavi supremam fortunam, vidi, qualis et quanta esset. Quid ego cum illa, aut quid mecum ipsa posset, expertus sum. *Nec tempus computaveritis, &c.* satis est.

Experti] Expertus sum quantum potuerit fortuna, cum ascitus sum imperator; et quantum animo valeam, ipsa experta est, cum superatus sum, cum perire statui, et cum eadem ipse animi constantia relinquo imperium et fortunam, qua acceperam.

Experti invicem sumus] Sall. Jug. 'Satis sæpe jam et virtutem militum et fortunam tentatam.'

Experti sumus] Expertus sum, quid potuerit pro me secunda fortuna; jam et satis expertus sum, quid contra possit adversa: statui non ultra fortunam experiri, statui *novissimum casum Reipub. condonare.*

[e] *Difficilius est*] Acute, ut solet, Statius hoc expressit; 'non parcit populis regnum breve:' et est humanum ingenium scilicet avidum tunc et præceps. *Lipsius.*

Aliquid simile Tacitus de Fabio Valente lib. seq. 'aderant vis et pecunia, et ruentis fortunæ novissima libido.' Sed cur breve imperium Otho sibi augurari potuit, cum in ipso ætatis flore, scilicet septimo et tricesimo anno obierit? Credo ea ipsa ratione, quia jam fortunam erat expertus. *Pichena.*

Hæc, *experti invicem sumus, ego ac fortuna*, non discordant ab istis Hist.

Digitized by Google

temperare felicitati, qua te non putes diu[f] usurum. Civile bellum a Vitellio cœpit, et, ut de Principatu certaremus armis, initium illic[4] fuit:[g] ne plusquam semel certemus,[h] penes[5] me

imperii nostri reputaveritis: difficilius est modum adhibere fortunæ, qua te non existimes diu fruiturum. Civilis motus a Vitellio incœpit, et, ut de imperio dimicaremus armis, principium illic fuit: ne plusquam semel dimi-

et recentiores. Rhenanus, *ne tempus*. Brotier.—4 Frustra tentat Rhenanus, *illinc*. Idem.—5 Quidam Mss. *a me*.

NOTÆ

III. 'Secundæ res acrioribus stimulis animum explorant, quia miseriæ tolerantur, felicitate corrumpimur.'

At fortuna exilio per decennium Othonem experta est. Suet. cap. 3. 'Provinciam administravit quæstorius per decem annos, moderatione atque abstinentia singulari.' Contra Otho fortunam, imperio per nonaginta quinque dies modeste administrato. *Salinerius.*

Initio nihil de brevitate imperii augurari potuit Otho, sed tantum in fine, scil. cum mori statuit: nempe, tum vidit clare finem imperii, et simul brevitatem, neque tantum auguratus est; quippe tum clare *introspexit fortunam suam*, quod dixit Tacitus de Messallina, cum occideretur.

Potuit Otho breve imperium sibi ipse augurari, vel a seipso, propter mollitiem et ignaviam, quia æger mora, et curis gravioribus impar; quia per immanitatem et scelus Remp. rapuerat principe trucidato.

Nam ut habet Suet. Oth. 7. 'Dicitur per omnia piaculorum genera Manes Galbæ, a quo deturbari expellique se viderat, propitiare tentasse; postridie quoque in augurando tempestate orta, graviter prolapsum,' &c.

Hinc augurari potuit breve confinium supremi fastigii et exitii. Præterea sibi quisque genius et futura sibi plerumque præsagit ultro, et præcipue adversa; et potest facile augurari sibi brevem vitam qui mori statuit. Tacit. 'operiebatur Otho nuntium pugnæ, nequaquam trepidus, et consilii certus.'

Et Suet. Oth. 9. 'Ac statim moriendi impetum cepit: ut multi nec frustra opinantur, magis pudore, ne tanto rerum hominumque periculo, dominationem sibi asserere perseveraret, quam desperatione ulla aut diffidentia copiarum.'

[f] *Non putes diu*] Vel quia sic ex suis mathematicis acceperat, vel quia principatum scelere partum diu retineri posse non putavit, vel ex sola conscientia et opinione, qua, in tanta difficultate rerum, summam felicitatem et diu duraturam vix sibi promittere potuit.

Vel, quia etiam post cladem, manente principatu, et toto paratu imperatoriæ fortunæ, etiam si certare rursus noluerit, tamen ea fortuna leniter et modeste usus est. Potuit enim etiam tum hostes et sibi infensos, aut ambiguæ fidei suspectos, ulcisci si libuisset.

[g] *Initium illic fuit*] Qui locus repugnare videtur alteri loco lib. I. 'contra illi (Vitellio) initium belli nemo imputabat:' quod explicuimus suo loco.

At cum dicit Otho, *initium illic*

NOTÆ

fuit, ut certaremus; vel se ipse absolvit pro suo jure, et se judice ac principe; vel sic dicit, quia, occiso Galba, res in se transtulit sine bello, sine prœliis, et eo animo videri voluit interemisse Galbam, quasi reddere Rempub. et libertatem populo Rom. vellet; vere an falso, incertum.

Et quia maxime oderat bella civilia, ita ut mori maluerit, scil. ut discrimen ultimum Reipub. condonaret, certe verisimile est Othonem res transferre voluisse sine bello, ac speraſse.

Contra Vitellius rebellavit adversus Galbam, nec sine bello civili Rempub. invadere potuit; interfecit multa millia civium, quos cæsos et insepultos siccis oculis vidit campis Bedriacensibus.

'An .... tot egregios exercitus sterni rursus, et Reipub. eripi patiar?' aiebat Otho moriens. Contra Vitellius: 'insistere Bedriacensibus campis, ac vestigia recentis victoriæ lustrare oculis concupivit; fœdum atque atrox spectaculum .... lacera corpora, trunci artus, putres equorum, virorumque formæ,' &c. At certe Otho exhorruit talia, et perire ante fatum, et integra fortuna maluit: sic, scilicet, velut alter Decius, se pro salute civium morti obtulit.

Non stetit per Othonem, quin transferretur imperium sine bello civili. Sed Vitellius, sive rebellaret adversus Galbam seu Othonem, bello necessario opus fuit, neque fortuna aliter transigi potuit.

Quod maxime advertendum: hæc dicuntur a diversis partibus seu factionibus; nec mirum, si diversa hæc et opposita videantur: certe animi tum maxime diversi et hostiles bellis civilibus. Quæ diversa, hæc historia neque satis expedit, neque forte satis expedire potest aut debet, inter tot tantasque rerum animorumque discordias.

Refert auctor ea, ut sunt dicta, facta, ac transacta. Quis verum aut certum distinguat eruatve ex ingeniis humanis, post multos annos, quæ neque suo tempore satis comperta erant? Tota voluptas hominum est, si dissentiant, si fallant, ac fallantur. Certe tum etiam multa particularia ignorarunt, qui his aderant.

Initium illic] Vulcatius in Avid. Cassio sic habet: 'Quid si ille vicisset? (Cassius scil.) Non sic Deos colimus, nec sic vivimus, aiebat Antoninus, ut ille nos vinceret. Enumeravit deinde omnes principes, qui occisi essent, habuisse causas, quibus merentur occidi; nec quenquam facile bonum, vel victum a tyranno, vel occisum; dicens, meruisse Neronem, debuisse Caligulam, Othonem et Vitellium nec imperare voluisse.' Ubi male reponit Casaubonus, *valuisse*, et dicit, *voluisse* Othonem.

Nam certe neque Otho neque Vitellius satis constanter imperare voluerunt, ut qui se ipsi tantæ moli pares non arbitrarentur. Otho imperium occupavit desperans, et instigante 'magnitudine æris alieni; neque enim dissimulabat, nisi principem se stare non posse; nihilque referre, ab hoste in acie, an in foro sub creditoribus caderet.' Sueton. 5.

Certe adoptari voluit: sed statim pœnituit voluisse τί γάρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς; *quid enim mihi et longis tibiis?* Mox voluit etiam, ut *vulgo jactatum* est, restituere *libertatem et Rempub.* Sueton. Itaque non satis constanter voluit imperare, quia, se judice, summæ fortunæ impar.

Segnius etiam et minus constanter imperare voluit Vitellius: cum urgerent legati, 'quatiebatur his segne ingenium, ut concupisceret magis quam ut speraret.' Tacit.

Digitized by Google

exemplum erit:[i] hinc Othonem posteritas æstimet.[j] Fruetur[6] Vitellius fratre, conjuge, liberis: mihi non ultione,[k] neque solatiis[l] opus est. Alii diutius Imperium tenuerint:[7] nemo tam fortiter reliquerit.[8 m] An ego tantum Romanæ pubis,[n]

cemus, ex me documentum erit: hinc quis *fuerit* Otho, posteri judicent. Habebit Vitellius fratrem, uxorem, et filios incolumes: ego neque vindicta, neque levamentis indigeo. Alii diutius principatum obtinuerint: nemo tam strenue dimiserit. An ego tantum Romanæ juventutis, tot eximios exercitus,

—6 Sic bene Puteolanus et recentiores. In Mss. Harl. Jes. Corb. et editione principe, *frueretur*. Postea emendatum in Ms. Harl. *fruetur*. Brotier.—7 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *tenuerunt*.—8 *reliquerit* deleri vult Rhen. At omnes

NOTÆ

Certe primus movit arma, et ab illo cœpit bellum civile, urgentibus scil. legatis et legionibus, et milite munia ducis implente. Ipse nunquam satis constanter imperare voluit; alieno impetu et instinctu incitabatur.

Nec validius refellebat inscitiam mathematicorum, quam ex eo quod imperaturum ipsum prædicerent: usque adeo se imparem putabat tanto fastigio. Et ipsa 'mater missum ad legiones et appellatum imperatorem pro afflicto statim lamentata est.'

Initium illic] Quia primum electum se putabat Otho, et prior arma civilia capessiit Vitellius. Fere quindecim diebus posterior ascitus in imperium Otho; sed transferre imperium sine bello, trucidato Galba sene imbelli, cupiebat et speraverat.

[h] *Ne plusquam semel certemus*] Virg. 'Satis una superque Vidimus excidia ....Sic o sic positum affati discedite, corpus: Ipse manu mortem inveniam.'

[i] *Exemplum erit*] Et ipsi Vitellio, forte et posteris: 'hinc Othonem posteritas æstimet.'

[j] *Posteritas æstimet*] Sic Hist. l. I. c. 21. 'Mortem omnibus a natura æqualem, oblivione apud posteros vel gloria distingui.' Et infra 53. 'ipsum viventem quidem relictum, sed sola posteritatis cura, et abruptis vitæ blandimentis.'

[k] *Mihi non ultione*] Mori statuenti pro salute civium et Reipub. jam neque *ultione, neque solatiis* aliis opus est.

[l] *Neque solatiis*] Scilicet, quæ ab ipsa ultione accipere potuisset, fratrem, conjugem, ac liberos Vitellii occidendo. *Pichena.*

Neque solatiis aliis opus est, quam moriendo efficere, ne amplius in periculum tales, tamque bene meriti, cives se conjiciant, ut habet Suetonius: neque aliis solatiis opus est, quam ut primus detestari civilia arma incipiam.

[m] *Nemo tam fortiter reliquerit*] Martial. lib. VI. Epig. 22. 'Sit Cato, dum vivit, sane vel Cæsare major: Dum moritur, numquid major Othone fuit?' Dio lib. LXIV. 'Cumque pessime mortalium vixisset, honestissime mortuus est; et cum imperium deterrime rapuisset, illud gloriosissime reliquit.'

[n] *Romanæ pubis*] Per *pubem* intelligitur juventus, seu exercitus; quia præcipue ad militiam deliguntur juvenes.

Digitized by Google

tot egregios exercitus,[o] sterni rursus, et Reipublicæ eripi patiar? Eat hic mecum animus,[p] tanquam perituri pro me fueritis; sed este[9] superstites: nec[10] diu moremur, ego incolumitatem vestram, vos constantiam meam. Plura de extremis loqui,[q] pars ignaviæ est: præcipuum destina-

profligari rursus, et Reip. abstrahi sinam? Abeat hic mecum affectus, tanquam interituri pro me fueritis; sed estote incolumes: nec din retineamus, ego salutem vestram, vos fortitudinem meam. Multa de supremis dicere, pars iuertiæ est: maximum propositi mei argumentum accipite, quod nemi-

Mss. et edd. tuentur.—9 Mss. Corb. et Agr. *estote;* ut volebat Muretus.—10. Ms. Jes. *ne diu.*

NOTÆ

Tantum Romanæ pubis] Apud Dionem sic loquitur Otho: 'Multo melius est et longe justius, unum pro multis, quam pro uno multos interire. Ego quidem Mutius esse malim, aut Decius, aut Curtius, aut Regulus, quam Marius, quam Cinna, aut Sylla, ne ceteros persequar. Itaque nolite me cogere, ut efficiar unus ex iis, quos odi; nolite invidere, si velim eorum æmulari facta quos laudo. Vos ad victorem ite et colite. Ego me ita liberabo, ut omnes sciant, vos delegisse eum imperatorem, qui non vos sibi, sed se pro vobis mactari voluit.'

[o] *Tot egregios exercitus*] Sic Sueton. Oth. 9. 'Nulla diffidentia copiarum: quippe residuis integrisque etiam nunc, quos secum ad secundos casus detinuerat, et supervenientibus aliis e Dalmatia, Pannoniaque, et Mœsia.' Et totus Oriens cum novem legionibus totque auxiliis regum et provinciarum; nam sacramento Othonis accesserant transmarinæ provinciæ.'

Tot egregios exercitus] Cic. pro Sextio: 'Etenim si mihi in aliqua nave cum meis amicis naviganti, hoc, Judices, accidisset, ut multi ex multis locis prædones classibus eam navem se oppressuros minitarentur, nisi me unum sibi dedidissent; si id vectores negarent, ac mecum simul interire, quam me tradere hostibus mallent, jecissem me ipse potius in profundum, ut ceteros conservarem, quam illos mei tam cupidos, non modo ad certam mortem, sed in magnum vitæ discrimen adducerem.'

[p] *Eat hic mecum animus*] Intelligunt de animo Othonis. Potius de animo seu affectu militum cepimus; quod designatur per particulam *hic:* ut *hic animus* respiciat referaturque ad milites, qui se perituros ultro pro Othone profitebantur.

Quasi diceret Otho: Cum meo spiritu, cum animo meo, mecum abeat hic vester animus, seu voluntas pro me perendi, *tanquam perituri pro me fueritis:* idque non mediocre morienti solatium fuit.

[q] *Plura de extremis loqui*] Quintilianus declamator simile, declam. 344. 'Jam mihi narras moras: ipsum illud secretum quærere, et putare interesse, ubi pereas, non est ardentis in mortem impetus. Non fiunt ista nisi subito: nec quisquam, præsertim nulla gravi præcedente causa, spiritum ratione deposuit.

Etiam Ajax apud Sophoclem jam

Digitized by Google

tionis[r] meæ documentum habete, quod de nemine queror; nam incusare[s] Deos vel homines, ejus est, qui vivere velit.'

48. Talia locutus, ut cuique ætas aut dignitas, comiter appellatos,[t] 'irent propere,[u] neu remanendo[1] iram victoris asperarent,' juvenes auctoritate, senes precibus[v] movebat:[2] placidus ore, intrepidus verbis, intempestivas suorum lacrymas coërcens. 'Dari naves ac vehicula'[w] abeuntibus

nem incuso; quippe queri de Diis vel hominibus, illius est, qui vivere cupiat.

Sic locutus Otho, *ut singulis ætas, aut honos, comiter salutatos* hortabatur, irent confestim, et ne cunctando victoris iracundiam accenderent, *adolescentes auctoritate, senes precibus incitabat; quietus vultu, sermone impavidus, importunos suorum fletus cohibens. Imperat* præberi navigia et currus *abscedenti-*

* * * * * * * * * * * *

1 Ita Mss. et editiones veteres ac recentiores. Male Rhenanus, *remorando.* Brotier.—2 Sic bene Mss. Flor. Guelf. Reg. Harl. Bodl. Jes. Pichena et re-

NOTÆ

se interfecturus: 'Sed cui bono sit ista frustra plangere? Res ipsa agenda est, et quidem celeri manu. O mors, adesdum, o mors, veni, atque me vide.' *Lipsius.*

Plura] Satis ampla et facunda allocutio est mors egregia. Vulnus, sanguis sic fusus æternum loquentur. Eo casu longius, aut aliter quam per vulnus loqui, *pars ignaviæ* foret.

[r] *Destinationis*] Certi consilii moriendi certissimum hoc argumentum habete, *quod de nemine queror.*

[s] *Nam incusare*] Qui sic moritur, omne odium iramque remittit aut relinquit. Quis tum animum aut tempus abutatur incusando sortem suam? cum ea nascendi necessitas sit, ut incidamus in pravos homines, velut in scopulos infames, et raro in constantes aut bonos. Sed hæc inania mori volenti.

Incusare Deos vel homines] Virg. 'Quem non incusavi amens, hominumque Deorumque.'

Incusare Deos] *Vel homines* tali occasione, ejus sit, qui adhuc vivere velit, si liceat.

[t] *Comiter appellatos*] Sic Suet. Oth. 10. 'Fratrem igitur fratrisque filium et singulos amicorum cohortatus, ut sibi quisque pro facultate consuleret, ab amplexu et osculo suo dimisit omnes.'

Appellatos] Ne sumas, quasi eos solummodo nomine compellet; eos hortatur, alloquitur, solatur, dolorem et mœrorem levat humano et comi sermone; scil. prout erant ætate graves, aut dignitate illustres, quos alloquebatur.

[u] *Irent propere*] Plut. Oth. 'Rejectis iis qui obstare poterant vellentque, discedere amicos jussit, et quotquot aderant senatorii ordinis, et absentes quoque, per literas ad civitates missas, commendavit, quo tutius et honestius per Italiam redirent.'

[v] *Senes precibus*] Jam Otho illos monuerat: postea vero auctoritate aut precibus impellebat ut abirent. *Pich.*

[w] *Dari naves ac vehicula*] Immo divisit et pecunias domesticis ex copia præsenti, teste Suet. Othon. 10. *dari naves, &c.* idque exemplo Catonis

Digitized by Google

jubet: libellos epistolasque,[x] studio erga se aut in Vitellium[1] contumeliis insignes, abolet: pecunias distribuit, parce, nec ut periturus.[y] Mox Salvium Cocceianum,[z] fratris filium, prima juventa, trepidum[a] et mœrentem, ultro solatus est, laudando 'pietatem'[b] ejus, castigando 'formidinem:[4] an

bus; comburit codicillos literasque notabiles aut caritate erga se, aut probris in Vitellium: opes largitur, frugaliter, nec tanquam moriturus. Dein ultro consolatus est Salvium Cocceianum filium fratris, ineunte adolescentia, pavidum et mœrentem, approbando amorem *illius, et increpando* metum: an Vitellium tam immani

centiores. In veteribus editionibus, *monebat*. Brotier.—3 Sic bene Mss. Flor. Agr. editiones veteres et recentiores. Rhenanus, ut et Mss. Harl. Jes. Reg. omisere præpositionem, *in*. Altera manu addita est in Ms. Harl. In Ms. Bodl. *aut Vitellii*. Brotier.—4 Hæc *laudando pietatem ejus, castigando formi-*

NOTÆ

Otho, cujus vitæ dissimilis, attamen mortis decus et gloriam æmulatus est, etiam dum saluti et incolumitati suorum, in procincta ad mortem, invigilat.

[x] *Libellos epistolasque*] Sic Sueton. Oth. 10. 'Quicquid deinde epistolarum erat, ne cui periculo aut noxæ apud victorem forent, concremavit:' et id etiam magnis exemplis Pompeii et Cæsaris.

Libellos] Certe non omnes libellos exussit Otho, forte quia Romæ talia plurima reliquerat, tanquam reditura, et nondum exspes urbis et imperii; vel quia nonnullos tanquam viles spreverat; vel potius sic volente Deo, scelerum ultore.

Nam supra Hist. lib. I. 44. Tac. de Galbæ interfectoribus: 'plures quam centum viginti libellos præmia exposcentium, ob aliquam notabilem illa die operam Vitellius postea invenit, omnesque conquiri et interfici jussit.' Idem habet Suet. in Vitellio.

[y] *Parce, nec ut periturus*] Eo statu etiam opibus Reipub. parcit, easque distribuit modeste, et quasi immortalis; nec eas temere profundit, *ut periturus*, ut mortalis.

[z] *Salvium Cocceianum*] Suetonius non fratris solum filium, sed ipsum hic fratrem præsentem facere videtur: contra Taciti et Plutarchi narrationem aperte.

Nam ille in castra evaserat e pugna, seque cum aliis dedidit. *Lipsius.*

Cocceianum] Plut. Oth. 9. 'Ideo autem, inquiebat, te nondum adoptavi; sed illud distuli, ut recorderis Cæsarem ideo adoptionem non probasse, ut eo victore, collega imperii esses, et ne si quid illi adversi accidisset, prior perires.'

[a] *Trepidum*] Ut in clade et destinata morte patrui, et quasi in ipsum sævire ob propinquitatem præcipue destinaret Vitellius. Cui *formidini* occurrit ipse Otho: 'an Vitellium tam immitis animi fore, &c. mereri se festinato exitu clementiam victoris.'

Trepidum et mœrentem] *Trepidum*, quia scil. *prima juventa: mœrentem*, quia *fratris filius*.

[b] *Pietatem*] *Pietas* est amor seu caritas propinquorum ac parentum, seu etiam amor et fides erga princi-

Digitized by Google

Vitellium tam immitis animi fore, ut, pro incolumi tota domo, ne hanc quidem sibi gratiam redderet? mereri se festinato exitu[c] clementiam victoris. Non[5] enim ultima desperatione, sed poscente prælium exercitu, remisisse Reipublicæ novissimum casum.[d] Satis sibi nominis,[e] satis posteris suis nobilitatis quæsitum: post Julios, Claudios, Servios,[6] se primum in familiam novam Imperium intulisse: proinde erecto animo capesseret vitam, neu, patruum[g] sibi Othonem fuisse, aut oblivisceretur unquam, aut nimium[7] meminisset.'[h]

49. Post quæ,[1] dimotis omnibus, paulum[a] requievit: atque

animo fore, ut, pro salva tota familia, ne hanc quidem sibi vicem rependeret? mereri se maturata morte mansuetudinem victoris. Quippe, non extrema desperatione, sed flagitante pugnam milite, condonasse Reip. ultimam eladem. Satis sibi gloriæ, satis nepotibus suis claritudinis acquisitum: in gentem novam se primum principatum invexisse, post Julios, Claudios, et Servios. Itaque ingenti animo retineret vitam, et ne patrui Othonis aut immemor unquam esset, aut nimis recordaretur.

Postea, digressis omnibus, paulisper quievit; atque illum extremas jam curas

dinem omittenda immerito censebat Mendoza. *Brotier.*—5 Ms. Corb. *nec ultima.* Editio princeps, *nec enim ultima.*—6 Sic bene Mss. editiones veteres et recentiores. Male in mediis quibusdam editionibus, *Sergios.* In nummis quidem Latinis appellatur SER. GALBA. At in nummis Græcis integrum est nomen ΣΕΡΟΥΙΟΣ ΓΑΛΒΑΣ. *Brotier.*—7 *Nimium* perperam omissum in Ms. Bud.

1 Ita Ms. Reg. et editiones recentiores. In Ms. Corb. et editione

NOTÆ

pem, qui loco parentis esse debet, et qui pater patriæ.

[c] *Festinato exitu*] Sic lib. XIV. 59. Rubellius Plautus, 'seu tædio ambiguæ spei, an amore conjugis et liberorum, quibus placabiliorem fore principem rebatur, nulla solicitudine turbatum.'

[d] *Novissimum casum*] Qui exitiabilis hosti, et felix faustusque Othoni esse potuit: quem tamen ultro remittebat Reipub. amore civium virorumque militarium.

[e] *Nominis*] Satis decoris, satis claritudinis et famæ.

[f] *Post Julios*] Cæsares scil. per *Claudios* intelligit Tiberium et Caligulam, qui Germanici filius ac Drusi nepos, et *Claudium* ipsum, qui ejusdem Drusi filius et Germanici frater. Tiberius adoptatus erat ab Augusto, Germanicus a Tiberio, et consequenter ejus filius Caius Cæsar. Claudius a militibus evectus est. Per *Servios* Galbam intelligit: cui addi forte possit Piso, qui adoptatus a Galba, in familiam Serviorum transierat.

[g] *Neu, patruum*] Sic Plut. 'Neque oblivisci omnino, neque nimis recordari, te Cæsarem patruum habuisse.'

[h] *Nimium meminisset*] Cujus consilii oblitus sub Domitiano, teste Suet. 10. 'Interemit Salvium Cocceianum, quod Othonis imperatoris patrui sui diem natalem celebraverat.'

Digitized by Google

illum, supremas jam curas animo volutantem,[3] repens tumultus[i] avertit, nuntiata consternatione[j] ac licentia militum: namque abeuntibus exitium[4] minitabantur; atrocissima in Verginium vi, quem, clausa domo, obsidebant. Increpitis seditionis auctoribus, regressus, vacavit abeuntium alloquiis, donec omnes inviolati digrederentur. Vesperascente[5] die, sitim haustu gelidæ aquæ[k] sedavit: tum allatis pugionibus duobus,[6] cum utrumque pertentasset,[7] [m] alterum

animo reputantem, repentinus tumultus interpellarit, nuntiata seditione, et audacia militum: quippe proficiscentibus necem intentabant; immanissima in Verginium violentia, quem, obstructis ædibus, circumsidebant. Castigatis discordiæ auctoribus, reversus, adjecit animum consolationibus digredientium, donec omnes incolumes abirent. Inclinante in vesperam die, placavit sitim potu frigidæ aquæ: tum oblatis binis pugionibus, cum utrumque explorasset, alterum cervicibus suppo-

principe, *post que.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *postquam.*—2 Ms. Corb. et editio princeps, *paululum.*—3 Ita vulgo libr. scripti et editi. In Ms. Bodl. *animo volventem.* Rhenanus e Ms. Bud. *jam supremas curas agentem.*—4 Male Beroaldus, *exitum.* Brotier.—5 Ms. Farnes. *vesperante.*—6 Perperam in Mss. Reg. Corb. et editione principe omissum, *duobus.* Brotier.—7 In mediis quibusdam *prætentasset.* Budens. *temptasset.*

NOTÆ

[i] *Repens tumultus*] Sic Suet. Oth. 11. 'Atque ita paratus intentusque jam morti, tumultu inter moras exorto, ut eos, qui discedere et abire cœptabant, corripi quasi desertores, detinerique sensit: Adjiciamus, inquit, vitæ et hanc noctem: his ipsis, totidemque verbis: vetuitque vim cuiquam fieri; et in serum usque patente cubiculo, si quis adire vellet, potestatem sui præbuit.'

[j] *Consternatione*] Id est, seditione: infra 51. 'In funere ejus novata luctu ac dolore militum seditio .... ad Verginium versi,' &c.

[k] *Haustu gelidæ aquæ*] Sic Sueton. Oth. 11. 'Post hæc, sedata siti gelidæ aquæ potione, arripuit duos pugiones, et explorata utrinsque acie, cum alterum pulvino subdidisset, foribus adopertis, arctissimo somno quievit.'

Haustu gelidæ aquæ] Id mense Aprili contigit. Sic fere et Nero moriturus, modo tamen dissimili, teste Sueton. 48. 'Aquam ex subjecta lacuna potaturus manu hausit: et, Hæc est, inquit, Neronis decocta:' quam decoctam sic describit Plinius: 'Neronis principis inventum est decoquere aquam, vitroque demissam in nives refrigerare. Ita voluptas frigoris contingit sine vitiis nivis.'

Gelidæ aquæ] Puto, frigidam tantum et a fonte recentem intelligit; nempe, ut calidæ opponat, qualem bibere vulgo veteres solebant.

Haustu gelidæ aquæ] Forte idem est quod Plinius Epist. VI. 16. de avunculo: 'Surgit ille, ut e sole solebat, frigida gustata; jacens enim studebat.'

Gelidæ aquæ] An nive refrigerata, exemplo Neronis?

[l] *Pugionibus duobus*] Sic et Nero teste Suet. Ner. 50. 'Conterritus duos pugiones, quos secum tulerat, arripuit: tentataque utrinsque acie,

Digitized by Google

capiti subdidit:[8] et explorato, jam profectos amicos, noctem quietam,[n] utque affirmatur, non insomnem[o] egit. Luce prima, in ferrum[p] pectore incubuit. Ad gemitum morientis[q] ingressi liberti servique et Plotius Firmus, Prætorii Præfectus, unum vulnus invenere. Funus maturatum: ambitiosis[r] id precibus petierat, 'ne amputaretur caput, ludi-

suit: et comperto, jam digressos amicos, noctem tranquillam traduxit, et ut asseveratur, non sine somno. Cœpta luce ferrum pectori adegit. Ad suspirium expirantis introëuntes liberti servique et Plotius Firmus, præfectus prætorii, unam plagam reperere. Exequiæ festinatæ: multis id obtestationibus flagitarat, ne abscindere.

8 Quædam editiones *subdit.*

NOTÆ

rursus condidit, causatus nondum adesse fatalem horam.'

[m] *Pertentasset*] An mucro satis acer foret.

[n] *Jam profectos amicos, noctem quietam*] Sic Plutarch. in Catone: 'Deinde dormivit somno profundo, ita ut ab his, qui extra cubiculum erant, audiretur. Circa mediam noctem appellavit libertos, Cleanthem medicum, et Butam, quo ministro præcipue utebatur in rebus gerendis, et eum misit ad mare, ut videret an omnes profecti essent.'

[o] *Non insomnem*] Plin. Epist. VI. 16. Tacito: 'Nam meatus, qui illi, propter amplitudinem corporis, gravior et sonantior erat, ab iis, qui limini obversabantur, audiebatur:' de avunculo suo loquitur.

[p] *Luce prima, in ferrum*] Sic Suet. Oth. 11. 'Et circa lucem demum expergefactus, nuò se trajecit ictu, infra lævam papillam: irrumpentibusque ad primum gemitum, modo celans modo detegens plagam, exanimatus est, et celeriter, (nam ita præceperat,) funeratus 38. ætatis anno et 95. imperii die.'

In ferrum incubuit] Plutarch. Oth. 'Dimissis amicis, reliqua nocte quievit, ita alto somno, ut illum dormientem audirent cubicularii ipsius. Cœpta luce, libertum, cum quo res gerebat, advocat, jubetque, ut ea, quæ ad senatores pertinebant, resciret; et cum audiisset omnia ipsis abeuntibus necessaria subministrata fuisse, Abi igitur, inquit, etiam, et te ostende militibus, nisi velis ab ipsis crudeliter interfici, quasi mihi mortem intuleris. Amoto homine, rectum sustinens pugionem utraque manu in illum incubuit, et semel ingemuit dolore vulneris,' &c.

In ferrum pectore incubuit] Suet. Oth. 10. 'Tum ad despiciendam vitam, exemplo manipularis militis, concitatum; qui cum cladem exercitus nuntiaret, nec cuiquam fidem faceret, ac nunc mendacii, nunc timoris, quasi fugisset ex acie, argueretur, gladio ante pedes ejus incubuerit: hoc viso proclamasse eum aiebat [pater meus] non amplius se in periculum tales tamque bene meritos conjecturum.'

[q] *Morientis*] Otho pugione se confodit, A. U. C. 822. Christi 69. postquam imperasset tribus mensibus, et diebus quinque, anno vitæ suæ undequadragesimo vel trigesimo octavo. *Tillemon.*

[r] *Ambitiosis*] Enixe et quasi per

Digitized by Google

brio[s] futurum.'[9] Tulere[t] corpus Prætoriæ cohortes, cum laudibus et lacrymis, vulnus manusque ejus[10] exosculantes.[u] Quidam militum juxta rogum[v] interfecere se; non noxa,[11] [w] neque ob metum, sed æmulatione decoris et caritate Principis: ac postea promiscue Bedriaci, Placentiæ, aliisque[12] in castris, celebratum id genus mortis. Othoni sepulcrum[x] exstructum est modicum et mansurum.

tur caput, ne contemtui et contumeliis objiceretur. *Extulere corpus cohortes prætorianæ, celebrantes flentesque*, et *plagam manusque ejus exosculabantur. Nonnulli militum juxta pyram interemere se; non culpæ conscientia, neque ob formidinem, sed imitatione gloriæ, et amore Imperatoris: ac deinde passim Bedriaci, Placentiæ, aliosque apud exercitus usurpatum* est *id genus exitus. Othoni conditus est tumulus tenuis et duraturus.*

9 Hæc, *ludibrio futurum*, absunt a Ms. Jes.—10 *Ejus* omittit Ryckii Cod.—11 Bip. legunt *non nexu*, ingeniose, hoc sensu: non quod beneficio *nexi* vel obligati fuissent Principi, quales beneficiarii milites. Sic Cic. ad Fam. VII. 30. 'cujus proprium te esse scribis mancipio et nexu.' In vulgato consentiunt codices. *Oberl.*—12 Budens. et inde Rhenan. delent copulam.

NOTÆ

summum favorem expetierat ambieratque Otho, ne per dedecus et ignominiam capiti ejus illuderetur. Timuit exemplum suum in Galbam, cujus caput calonibus et lixis deridendum ipse permiserat.

[s] *Caput ludibrio*] Plin. de Vir. Ill. 73. ubi de L. Apul. Saturnino: 'Caput ejus Rabirius quidam senator per convivia in ludibrium circumtulit.'

[t] *Tulere*] Pro *extulere;* nempe ad rogum. Sueton. Aug. 100. ubi de ejus funere: 'totidem milites prætoriani extulerunt eum in publicum:' scil. 40. prætoriani.

[u] *Vulnus, &c. exosculantes*] Virg. Æn. IV. 683. 'Date vulnera lymphis, Abluam, et, extremus si quis super halitus errat, Ore legam.'

Vulnus exosculantes] Plut. Oth. 'Nemo militum ad hostes defecit, quamvis proximi essent. Composito cadavere et exstructo rogo, armati funus extulerunt, gloriæque vertebant, qui feretrum subire humeris prævenissent. Alii vulnus imperatoris exosculati sunt in cadaver incumbentes; alii manus prehensabant; pars eminus adoravere; quidam facibus in rogum conjectis, se ipsos interemerunt. Et quidem nullo beneficio, quod appareret, ab illo affecti, nec malum ullum a victore expectabant. Sed nulli principi unquam tam insana fuit imperandi cupido, quam ipsis obsequendi Othoni; ita ut mortui etiam desiderio afficerentur, et hinc odium in Vitellium magis exarderet.'

[v] *Juxta rogum*] Suet. Oth. 12. 'Multi præsentium militum cum plurimo fletu manus ac pedes jacentis exosculati, fortissimum virum, unicum imperatorem prædicantes, ibidem statim, nec procul a rogo, vim suæ vitæ attulerunt. Multi et absentium, accepto nuntio, præ dolore armis inter se ad internecionem concurrerunt.'

[w] *Non noxa*] Non criminis consci-

50. Hunc vitæ finem habuit septimo et tricesimo[7] ætatis

Hunc vitæ exitum habuit, septem et triginta annos natus. Origo gentis ex

NOTÆ

entia: sed æmulabatur miles decus imperatoris.

[x] *Sepulcrum*] Si enim superbum et operosum exstruxissent, Vitellius forte aut alii futuri principes, invidia sustulissent. *Pichena.*

Othoni sepulcrum] Plut. 'Terra condentes reliquias Othonis, sepulcrum neque saxorum mole neque inscriptionis fastu superbum aut magnificum exstruxere. Cum Brixilli essem, vidi mediocre monumentum, et inscriptionem, quæ sic habet Latine: MARCI OTHONIS.'

Sepulcrum] Suet. Vit. 10. 'Lapidem memoriæ Othonis inscriptum intuens, dignum eo mausoleo ait: pugionemque, quo se is occiderat, in Agrippinensem coloniam misit Marti dedicandum.' Forte loco gladii Divi Julii quem abstulerat ferebatque, ut boni ominis, et quasi cum ferro illo haberet simul et fortitudinem et fortunam Cæsaris.

Sic sepulcrum Annibalis inscriptum. Plin. de Vir. Ill. 42. 'Hausto quod sub annuli gemma habebat veneno absumtus est; positus apud Libyssam in arca lapidea, in qua hodie quoque inscriptum est, HANNIBAL HIC SITUS EST.'

Sic et sepulcrum Pompeii. Plin. de Vir. Ill. 77. 'Truncus Nilo jactus, a Servio Codro rogo inustus humatusque est, inscribente sepulcro: HIC SITUS EST MAGNUS P.'

[y] *Tricesimo*] Otho natus erat teste Sueton. c. 2. Camillo et Ahenobarbo coss. vigesimo die Aprilis, A. U. C. 785. denatus 822. Galba iterum et Vinio Coss. Mensem non exprimit Tacitus.

Nihilominus si principatus initium repetas a decimo quinto Januarii, ut habet Tac. hist. 1. et mortuus sit, ut testatur Sueton. nonagesimo et quinto imperii die, computatis in Januarium septemdecim, 28. aut 29. in Februarium, uno et triginta in Martium, incidet mors ejus in decimum octavum aut nonum Aprilis.

Verum quidem est, a Xiphilino et Zonara tribui tantum imperio ejus novem et decem dies, sed ex eodem erroris fonte uterque hausit, ut arbitror. Otho enim Roma profectus est, suffragante Sueton. c. 8. die quo cultores Deum matris lamentari et plangere incipiunt, qui 27. Martii est ex sententia Marcellini: et viginti tres aut quatuor dies videri possunt nimis pauci, quam ut rebus tam arduis suffecerint, quales Tacitus contigisse vult intra istos et mortis tempus.

Jam vero a 28. Aprilis anno 785. usque ad decimum octavum aut nonum Aprilis anno 822. numerantur anni triginta septem, ut hic refert Tacitus (cum quo sentiunt Zonaras et Xiphilinus, non triginta octo, ut vult Sueton. qui utrumque extremum eodem amplectitur, computo), deficientibus novem aut decem diebus, ad explendum numeri integri hiatum: Xiphilinus deesse scribit undecim dies: 'Cum vixisset,' inquit, 'septem et triginta annos, exceptis undecim diebus.' *Savil.*

Computatis pro Januario diebus 16. pro Februario 29. pro Martio 31. pro Aprili 19. reperies 95. dies, quibus imperavit Otho juxta Suetonium. Sicque incidet ejus mors in diem 19. aut 20. Aprilis. Sicque ab ejus expeditione fluxissent dies 23. vel 24. nec id tempus breve magnis rebus, si ejus impatientiam, animi æstus et

Digitized by Google

anno. Origo illi e[1] municipio[2] Ferentino.[a] [a] Pater Consularis:[b] avus Prætorius:[c] maternum genus impar,[d] nec tamen indecorum. Pueritia ac juventa, qualem monstravi-

oppido Ferentino. Parens ejus *consularis; avus prætorius; materna stirps impar* erat, *nec tamen inhonora. Pueritia et adolescentia* fuit, *qualem exhibuimus; dum-*

1 Editio princeps, *a municipio.*—2 In Flor. est *Ferentio.*

NOTÆ

anxietatem perspicias. Nam ut habet Plutarch. capite prono, et, veluti cæco impetu, se præcipitem egit in bellum et prælium: et juxta Dionem, unde et sumsit Zonaras, imperavit 90. diebus, apposito forte numero completo pro incompleto, ut solent historici: scil. 90. pro 95. sed standum potius Suetonio in rebus Romanis.

[2] *Origo illi e municipio*] Tamen Romæ natus est. *Savil.* Sic Sueton. Oth. 1. 'Majores Othonis orti sunt oppido Ferentino, familia vetere et honorata, atque ex principibus Etruriæ.'

Origo illi] Ne sumas, quasi in Ferentino illo municipio natus esset. Avita hæc illi *origo:* avus et pater ejus jam olim translati in urbem, et dignitates populi Rom. adepti erant.

[a] *Ferentino*] Ferentinum urbs Hernicorum populorum, in Latio provincia Italiæ: hodie *Ferretino*, urbs Campaniæ Romanæ versus orientem, in statu Ecclesiastico. *Tillemon.*

[b] *Pater Consularis*] Sic Suet. Oth. 1. 'Pater L. Otho materno genere præclaro, multarum et magnarum propinquitatum, tam carus tamque non absimilis specie Tiberio principi fuit, ut plerique procreatum ex eo crederent. Urbanos honores, proconsulatum Africæ et extraordinaria imperia severissime administravit. Ausus etiam est in Illyrico milites quosdam, quod motu Camilli ex pœnitentia præpositos suos, quasi defectionis adversus Claudium auctores, occiderant, capite punire: et quidem ante principia se coram; quamvis ob id ipsum promotos in ampliorem gradum a Claudio sciret. Quo facto, sicut gloriam auxit ita gratiam minuit: quam tamen mature recuperavit, detecta equitis Romani fraude, quem prodentibus servis necem Claudio parare compererat. Namque et senatus honore rarissimo, statua in palatio posita, prosecutus est eum; et Claudius allectum inter patricios collaudans amplissimis verbis, hoc quoque adjecit; Vir, quo meliores liberos habere ne opto quidem.' Obtinuit honores urbanos et *proconsulatum Africæ:* ergo *consularis* fuit.

[c] *Avus Prætorius*] Sic Sueton. Oth. 1. 'Avus M. Salvius Otho, patre equite Rom. matre humili, incertum an ingenua, per gratiam Liviæ Augustæ, in cujus domo creverat, senator est factus, nec præturæ gradum excessit.'

[d] *Maternum genus impar*] Quomodo, si *splendidissima* ea fœmina fuit, Sueton. testante? scribit enim de patre Othonis; 'ex Albia Terentia splendidissima fœmina duos tulit filios.'

Sed melior ibi scriptura, *splendida fœmina*, quam ex optimo libro Torrentius annotavit: idque non aliud quam ordinem equestrem proprie notat. *Lipsius.*

Digitized by Google

mus; duobus facinoribus,[e] altero flagitiosissimo, altero egregio,[f] tantundem apud posteros meruit bonæ famæ, quantum malæ. Ut conquirere fabulosa, et fictis oblectare legentium animos, procul gravitate cœpti operis crediderim; ita vulgatis traditisque demere fidem non ausim. 'Die, quo Bedriaci certabatur, avem invisitata[3] specie[g] apud Regium Lepidum[h] celebri loco[4][i] consedisse,' incolæ memorant,

bus actionibus, altera scelestissima, altera eximia, tantundem apud posteros adeptus est gloriæ, quantum ignominiæ. Ut a dignitate propositi operis maxime alienum *existimaverim, investigare inania falsaque, et fabulosis* commentis *avocare lectorum mentes; ita non audeam publicatis scriptisque fidem abrogare.* Die, quo dimicabatur Bedriaci, *affirmant indigenæ*, alitem insolita facie apud Regium Lepidum frequenti nemore substitisse, nec postea concursu mortalium, aut cir-

3 Ita Ms. Flor. Ryckius et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteol. *inusitata specie.* Ms. Reg. et editio princeps, *inusitata facie. Invisitata*, merito restitutum. Sic Liv. XXVII. 39. 'Invisitati namque antea alienigenis.' Sic Suetonius in Aug. 43. 'Solebat etiam citra spectaculorum dies, si quando quid invisitatum dignumque cognitu advectum esset, id extra ordinem, quolibet loco publicare, ut rhinocerotem apud septa,' &c. Passim autem Apuleius. *Brotier.*—4 [Brotier. habet] *vico:* et ita Puteolanus, Beroaldus, Ernestus, &c. In Mss. Flor. Reg. Corb. Bud. Guelf. Harl. Bodl. Jes. et editione principe aliisque pluriuis, *celebri luco*, [et sic Ryckius cum Gronov.] In margine Ms. Harl. notatum, 'Alius habet *vico.*' *Vico* quoque superadditum in Ms. Jes. *Idem.* Cum Bipont. reposui *loco*, quod ad Cod. scriptos pro-

NOTÆ

[e] *Duobus facinoribus*] Alterum intelligit, cædem Galbæ, alterum suam ipsius mortem. *Pichena.*

[f] *Altero egregio*] Sueton. Othon. 12. 'Denique magna pars hominum, incolumem gravissime detestata, mortuum laudibus tulit: ut vulgo jactatum sit etiam, Galbam ab eo, non tam dominandi quam Reipub. ac libertatis restituendæ causa, interemtum.'

[g] *Avem invisitata specie*] Sic Sueton. Jul. 81. 'Pridie autem easdem Idus avem Regaliolum cum laureo ramulo, Pompeianæ Curiæ se inserentem, volucres varii generis, e proximo nemore persecutæ, ibidem discerpserunt.'

[h] *Regium Lepidum*] Urbs Boiorum populorum, in Gallia Cispadana regione Italiæ: hodie *Reggio* urbs ducatus Regiensis in Lombardia, paret duci Modenæ. *Tillemon.*

[i] *Loco*] Melius *luco* quam *loco.* Verisimiliter ea avis consedit in *luco*, ubi et circumvolitabant aliæ volucres. Lucus ille *celebris* dicitur, quia vicinus oppido, et forte in suburbio, aut suburbano, et celebratus ambulatione, cœtibus, et congressibus oppidanorum.

Hinc additur: *nec deinde cœtu hominum, &c. territam.* Celebris ergo, quia hominibus frequens et multus *lucus* ille, non forte alia causa. Sic Ann. IV. 67. 'Celeberrimo fori effigiem Divi Augusti amplecti.' Sic infra Hist. II. 64. 'Flaminiæ viæ celebritate vitata.'

Digitized by Google

'nec deinde cœtu hominum, aut circumvolitantium[j] alitum,[5] territam pulsamve, donec Otho se ipse[6] interficeret: tum ablatam ex oculis: et tempora reputantibus, initium finemque miraculi cum Othonis exitu competisse.'

51. In funere ejus, novata luctu ac dolore militum seditio: nec erat, qui coërceret. Ad Verginium versi, modo, 'ut reciperet Imperium,'[k] nunc, 'ut legatione apud Cæcinam ac Valentem fungeretur,' minitantes orabant. Verginius, per aversam[l] domus partem[1 m] furtim degressus,[2] ir-

cumfusarum volucrum, perculsam, aut ejectam, donec Otho se ipse interimeret: tum abductam e conspectu *alitem:* et tempora supputantibus, principium exitumque ostenti, cum Othonis morte convenisse.

In exequiis ejus discordia, seu consternatio *militum iterata* est, *ira ac mœrore, nec erat, qui comprimeret. Ad Verginium conversi, nunc*, ut capesseret principatum, *modo minaces rogabant*, ut legationem obiret apud Cæcinam et Valentem. *Verginius per aversas ædium fores dilapsus, invadentes fefellit. Rubrius*

pius accedit. *Oberl.*—5 Ita Ms. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *alituum*. Rhenanus, *circumvolitantem alitem*, omisso *aut*.—6 Ms. Jes. *se interficeret*. Ms. Corb. *se ipsum*.

1 Ita Mss. Flor. Reg. Guelf. Corb. Harl. Agr. editio princeps et recentiores. In Ms. Bodl. et Puteolanus, *per aversam domus portam*. Notatum quoque in margine Ms. Harl. alius habet *portam*. In editione principe, ut et in Ms. Corb. *adversam* pro *aversam*. Brotier.—2 Ita Ms. Flor. et Ernestus. Vulgo libri scripti et editi, *digressus;* et sic Ryckius.

NOTÆ

j *Circumvolitantium*] Ideo aves circumvolitabant alitem, quia illa inusitata specie, et quasi per miraculum. Sic de Phœnice Tac. VI. 28. 'Advolavisse multo ceterarum volucrum comitatu, novam faciem mirantium.'

k *Ut reciperet imperium*] Plut. Oth. 'Rogabant, ut susciperet imperium, vel legatus causam eorum ageret. At Verginius imperium, quod in victores renuisset, in victos accipere dementis hominis esse rebatur; periculosum vero ad Germanos legati munere defungi, quibus vim multis in rebus fecisse vitlebatur.'

l *Verginius, per aversam, &c.*] Neutrum suscipere voluit Verginius, ne Vitellio suspectaretur, quasi sic sibi conciliaret vulgus, ambiretque imperium, cuperetque, quod ante respuerat; forte et aliis causis.

Omnia suspectari possunt de viro, qui potuit imperare, quasi semper id possit, quod semel potuit. Et certe infra, eum suspectat miles, quasi servum immiserit ad interficiendum Vitellium. Quo magis ignavus princeps, eo pronior est ad credendum de perfidia.

m *Partem*] Sic Hist. l. III. 'Et monuit Martialem, ut per secretam ædium partem occulte abiret.' Alii *domus portam:* sed perinde est. Et tamen sic etiam Plutarch., qui id hausit ex Tac. 'Et simul convivas surgere jussit, et per alteram portam dimisit.'

Per aversam portam] Diceret Suet. 'Postica parte palatii.'

Digitized by Google

rumpentes frustratus est. Earum, quæ Brixelli egerant, cohortium[n] preces Rubrius Gallus tulit. Et venia statim impetrata,[o] concedentibus ad victorem, per Flavium Sabinum, iis copiis, quibus præfuerat.

52. Posito ubique bello, magna pars Senatus extremum discrimen adiit, profecta cum Othone ab urbe, dein Mutinæ relicta. Illuc adverso de prælio[1] allatum: sed milites, ut falsum rumorem aspernantes, quod infensum Othoni Senatum arbitrabantur, custodire sermones, vultum habitumque trahere in deterius: conviciis postremo[2] ac probris causam et initium cædis quærebant: cum alius insuper metus[p] Se-

Gallus earum cohortium quæ Brixelli manserant, preces obtulit. Et venia confestim obtenta est per Flavium Sabinum, his, quibus impositus erat, copiis, quæ tum se victori permiserunt.

Sedato ubique bello, magna pars patrum ingens periculum subiit, digressa cum Othone a civitate, dein relicta Mutinæ. Huc nuntiatum de infelici pugna. Sed milites, ut vanum nuntium temnentes, quia infestos Othoni patres rebantur, observare colloquia; vultum habitumque interpretari in pejus; contumeliis tandem et conviciis occasionem et principium necis captabant; cum alius præterea pavor patres

1 Sic bene Mss. et editiones veteres ac recentiores. In mediis quibusdam, *de adverso prælio.* Brotier.—2 Ita Ms. Corb. editio princeps et recen-

NOTÆ

[n] *Earum, quæ Brixelli egerant, cohortium*] Multi alii milites advolarant ad principem e clade et prælio, in quibus legionarii et prætoriani præcipue tumultuabantur, et alium ducem quærebant, offerebantque imperium, ut hic, Verginio, ut quoquo modo fortunam partium instaurarent, seque tuerentur adversus victorem, et sceleris ac parricidii ultorem.

Per *cohortes*, hic præcipue intelligit prætorianas, quæ cum Othone Brixelli manserant. Forte simul et cohortes legionariæ, aut etiam sociorum aderant: nam videtur sic innuere, nullam fuisse legionem integram, aut aquilam cum Othone.

Supra cap. 33. ubi de Othone Brixellum concedente: 'Is primus dies Othonianas partes afflixit: namque et cum ipso prætoriarum cohortium, et speculatorum, equitumque valida manus discessit;' igitur earum *cohortium* præcipue prætoriarum preces tulit Rubrius.

[o] *Et venia statim impetrata*] Leg. puto: *Cohortium preces Rubrius Gallus tulit: et venia statim impetrata. Concedentibus ad victorem per Flavium Sabinum iis copiis, quibus præfuerat, et posito, &c.* Freinshem.

Et venia] Forte sic scriptum, ut referri possit ad utrumque, ad id quod præcedit, et quod sequitur: ita ut *venia statim impetrata* sit, et cohortibus, *quæ Brixelli egerant*, et copiis, gladiatorum scil. *quibus præfuerat* Flavius Sabinus.

[p] *Alius insuper metus*] Ambiguus, anceps utrimque instabat metus, nempe et ex Othonianis, qui infensos Othoni patres, ideoque falsum spargi

natoribus instaret, ne, prævalidis jam Vitellii partibus, cunctanter[q] excepisse victoriam crederentur: ita trepidi et utrimque[r] anxii coëunt: nemo privatim expedito consilio, inter multos societate culpæ tutior.[3] Onerabat paventium curas Ordo Mutinensis,[s] 'arma[t] et pecuniam' offerendo, appellabatque 'Patres Conscriptos,'[4 u] intempestivo honore.[v]

urgeret, ne, scil. *præpollenti jam factione Vitelliana, dubitanter audiisse victoriam putarentur: ita pavidi et utrimque soliciti conveniunt: nemo seorsim quæsito consilio*, ut *inter plurimos* quisque *in pari culpa securior. Senatus Mutinensis augebat trepidantium metus, exhibendo* arma et opes, *vocitabatque* Patres Conscriptos, *decus* quod *parum pro tempore* deferebatur.

tiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *postremum*.—3 In Ms. Agr. *tutiore;* quod etiam edidit Ryckius. At tunc friget, *inter multos;* ut recte observavit Ernestus. *Tutior* non displicet, si intelligatur, *quisque*. Brotier. —4 Ita bene Mss. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *Patres consultos*. Quod forte olim per literarum compendia scriptum, ut in Ms. Bodl. *con^tos*. Idem.

NOTÆ

rumorem, putabant; et ex Vitellianis, ne senatores minus alacriter *excepisse victoriam crederentur*.

[q] *Cunctanter*] Dubitanter, et parum benevolo animo.

[r] *Utrimque*] Ex utraque parte soliciti, seu inter utramque factionem anxii animis et distracti; scil. inscii et incerti, utra factio vicisset.

[s] *Ordo Mutinensis*] Id est, Decuriones Mutinensium, tanquam publicum loci consilium. *Savil.*

[t] *Arma*] Potuit suspectare miles patrum cœtum, tanquam arma cogerent et pecuniam adversus Othonianos; vel quasi se ipsos partes facerent, quod patribus exitio esse potuit.

[u] *Appellabatque Patres Conscriptos*] Sic salse deridet municipes seu provinciales, qui meditatas graviter orationes incipiebant ab his verbis, P. C. et in his sæpe desinebant, augustissimum ordinem tum plusquam expediret reverentes. Et forte melior saniorque pars orationis fuit, quod eos sæpe *Patres Conscriptos* appellassent.

Conscriptos] Mallent patres incogniti abire, neque *facie*, seu honore *publici consilii* salutari aut interpellari.

[v] *Intempestivo honore*] Quia tum nempe mallent patres ignorari, et metuunt, ne sua ipsis dignitas exitio sit; ne irritetur miles tali nomine ac decore, et in ipsorum perniciem accendatur, quasi prætorianis et Othonianis partibus infensi patres essent.

Nempe, 'infensum Othoni senatum arbitrabantur, custodire sermones, vultum habitumque trahere in deterius.' Hinc periculum, hinc metus, ne decus Mutinensium acciperet miles, tanquam gaudium, quo apud patres illi mutuo collætarentur; vel, pro libidine, alias, id male interpretarentur, ut potuerunt: quærebant tantummodo *causam et initium cædis*.

Intempestivo] Ob ferociam, suspiciones, et odia militum.

Digitized by Google

53. Notabile jurgium inde[1] fuit, quo Licinius Cæcina Marcellum Eprium, 'ut ambigua[w] disserentem,' invasit. Nec ceteri sententias aperiebant:[x] sed invisum memoria delationum, expositumque ad invidiam,[y] Marcelli nomen irritaverat[z] Cæcinam, ut novus[a] adhuc, et in Senatum nuper ascitus, magnis inimicitiis claresceret.[b] Moderatione me-

Deinde insignis contentio fuit, qua Licinius Cæcina invectus est in Marcellum Eprium, ut qui per ambages sententiam proferret. *Nec alii* patres *mentem promebant; sed nomen Marcelli infensum memoria accusationum, objectumque inimicitiis, exasperaverat Cæcinam, ut novus adhuc et recens inter patres ascriptus, magnis offensionibus innotesceret. Modestia prudentiorum compositi* sunt. *Et*

1 Brotierus legit *notabile inde jurgium;* et sic rem fusius explicat: 'Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. Perperam Mss. Corb. Reg. Agr. editio princeps et Ryckius, *notabile in Verginium fuit.* Id quidem probavit Ryckius, quod existimaret Eprium Marcellum ambigua dissernisse de Verginio, quem Principem vellet. At verisimilius est Eprium Marcellum ambigua de Vitellii principatu dixisse, seu Verginio, seu forte jam faveret Vespasiano, apud quem postea gratia valuit; ut videbimus infra in Dialog. de Orator. c. 5 et 8. Quis autem ille Licinius Cæcina, qui Eprium Marcellum invasit? Juxta Ryckium est *C. Licinius Cæcina Largus, qui consul fuit cum Claudio* A. U. C. 795. Quod minime crediderim. Hic enim a Tacito non diceretur *novus adhuc, et in senatum nuper ascitus.* Est ergo omnino diversus. Immo tres homines in unum confundit Ryckius, nempe C. Cæcinam Largum, consulem, de quo diximus in Supplemento Annal. IX. 26. P. Largum Cæcinam, de quo Annal. XI. 33. et Licinium Cæcinam, de quo nunc Hist. II. 53.'

NOTÆ

[w] *Ut ambigua*] Ut vix discerni posset, an sentiret pro Othone, an pro Vitellio: ita ponderabat torquebatque sententiam versutissimus delator, ut posset mox orationem suam flectere in quamcumque partem, et in quem sensum vellet, interpretari, prout res inclinassent.

[x] *Nec ceteri sententias aperiebant*] Id est, Alii patres ambigua etiam disserebant, perinde ac Marcellus: sed non erant perinde invisi.

[y] *Ad invidiam*] Senatus, et omnium bonorum.

[z] *Irritaverat*] Odio sui *irritaverat Cæcinam*, qui novus homo, et haud dubie juvenis, ut ex more prisco Marcellum invaderet; sicque *magnis inimicitiis* inclaresceret facundia.

Et certe magis invehuntur novi homines in tale genus flagitiorum; et divitias malis artibus partas magis execrari solent: 'tanquam læsi' tales gravantur, 'insita mortalibus natura, recentem aliorum felicitatem ægris oculis introspicere,' &c.

[a] *Novus*] Id est, Non nobilis nobilitate prisca, nullis majorum imaginibus clarus; ut qui nuper in senatum evectus esset, et qui id decus in familiam primus ipse transtulisset.

[b] *Magnis inimicitiis claresceret*] Idque ex more veteris Reipub. Sed forte dissimili animo, dispari exitu et fato. Nam quid simile habent delationes innocentium sub principibus, cum accusationibus magnorum olim reorum?

Digitized by Google

liorum[c] diremti. Et rediere omnes Bononiam,[d] rursus consiliaturi:[2] simul, medio temporis, plures nuntii sperabantur. Bononiæ, divisis per itinera, qui recentissimum quemque[f] percunctarentur, interrogatus Othonis libertus 'causam digressus,' 'habere se suprema ejus mandata'[g] respondit:

revertere omnes Bononiam, iterum consultaturi: simul et interposito tempore plura nuntia expectabantur. Bononiæ, distributis per vias, qui recens adventantem quemque sciscitarentur, rogatus Othonis libertus, Cur abiret, Extrema ejus mandata

N. jurg. inde Gronovius et Bipont.—2 Ita Mss. Reg. Corb. et libri omnes editi, præter Ryckium, qui e Ms. Agr. edidit *consulturi*. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *consultaturi*. Miror eruditum Ryckium scripsisse, *consiliaturi, ne Latinum quidem esse*, cum usus sit hoc verbo Horatius, Libr. III. Od. III. 17. *Brotier*.

NOTÆ

Quid et delationes ipsæ, licet in ipsos delatores ingruerent, apud talem senatum, jam servitium ultro volentem, et apud quem prævalidi erant opulenti illi delatores, qui et senatu ipso longe potentiores erant? Sic Ann. III. 66. 'C. Silanum proconsulem Asiæ .. Mamercus Scaurus ... corripiunt, objectumque violatum Augusti numen,' &c.

'Mamercus antiqua exempla jaciens, L. Cottam a Scipione Africano, Ser. Galbam a Catone Censorio, P. Rutilium a M. Scauro accusatos. Videlicet Scipio et Cato talia ulciscebantur,' &c. Certe mutata Repub. quantum mutati jam et perversi animi civium, patrum et ipsorum accusatorum!

[c] *Meliorum*] *Meliores* sunt, qui fama, gratia, et auctoritate sua, tales contentiones in curia, semper exitiabiles publice, coërcent: aut certe *meliores* quam duo isti nebulones, quorum alter delationibus Neronianis jam saginatus erat, alter forte ad similia magnis exemplis properabat.

Neque siluere prorsus delationes sub Muciano aut Vespasiano, ut constat infra c. 84. 'Passim delationes, et locupletissimus quisque in prædam correpti.'

[d] *Bononiam*] Urbs Boiorum populorum, in Gallia Cispadana regione Italiæ: hodie *Bologne*, urbs provinciæ Bononiensis, in statu Ecclesiastico. *Tillemon*.

[e] *Rursus consiliaturi*] Non muto. Sic Horat. 'gratum elocuta consiliantibus Junone Divis;' et alii. *Lipsius*.

Recte *consiliaturi*, id est, Consilium simul inituri rursus. Infra: 'nec ultra in commune congressi sibi quisque consuluere.'

Consiliaturi] Forte *consulturi:* vix ullo loco Taciti simile quid reperias; nam Ann. l. VI. ubi habetur: 'patrem Abdagesem .. consilit;' leg. *consulit*, vel certe *consiliat*, si hoc Taciti videatur.

[f] *Recentissimum quemque*] Supple, *nuntium:* supra: 'plures nuntii sperabantur.'

[g] *Suprema ejus mandata*] Postquam omnes dimisisset senatores. Sueton. c. 10. 'Secreto captato, binos codicillos exaravit ad sororem consolatorios: sed et ad Messallinam Neronis, quam matrimonio destinaverat, commendans reliquias suas et memoriam.' Additis ad Vitellium mandatis, in amicorum suorum gratiam, ait Zona-

Digitized by Google

'ipsum viventem quidem relictum, sed sola posteritatis cura[h] et abruptis vitæ blandimentis.' Hinc admiratio[i] et plura interrogandi pudor:[j] atque omnium animi in Vitellium inclinavere.

habere se *subjecit:* ipsum spirantem quidem reliquisse se, sed sola in posteros cura, et abjectis *omnibus* vitæ delinimentis. *Hinc* subit *admiratio, et plura percunctandi verecundia. Atque omnium studia in Vitellium concessere.*

NOTÆ

ras. *Savilius.*

Suprema mandata] Supremas tabulas, seu testamentum Othonis nonnulli intelligunt; at sunt etiam alia mandata suprema, quæ dari liberto possint, præter testamentum.

Nec, puto, testamentum condidit Otho, nec condere debuit, aut potuit. Quid enim statuat ille, qui fere alieno arbitrio moritur? et cujus opes omnes victoris sunt? Reus majestatis vivit et moritur, qui sic vincitur; et habet tantum arbitrium mortis, si tamen et illud statim occupet.

Teste Suet. Oth. 10. 'Binos codicillos exaravit ad sororem consolatorios: sed et ad Messallinam Neronis,' &c. Et hæc haud dubie *suprema mandata* sunt, quæ liberto dederat perferenda.

Suprema ejus mandata] Sic supra c. 49. 'Supremas jam curas animo volutantem.'

[h] *Sola posteritatis cura*] An de iis quæ post mortem fieri vellet? Verius interpretor, Curam famæ suæ apud posteros. *Pichena.*

Seneca de tranq. animi c. 15. 'Ego Herculem fleam, quod vivus uritur; aut Regulum, quod tot clavis configitur; aut Catonem, quod vulnus suum iteraverit? Omnes illi levi temporis impensa, invenerunt, quomodo æterni fierent: ad immortalitatem morieudo venerunt.'

Sola posteritatis cura] Forte tunc meliori fide Otho, quam Augustus in testamento; de quo Tac. lib. I. 'In spem secundam' assumebantur 'nepotes pronepotesque: tertio gradu primores civitatis scripserat, plerosque invisos sibi, sed jactantia gloriaque ad posteros.'

Forte quasi sic Reipub. odia sua ultro condonaret Augustus, sicque salutí et æternitati imperii moriens etiam consulere voluisset; et ut saltem optimos quosque et illustrissimos totius orbis viros sic sibi suisque et imperio devinciret, ac sui memores in perpetuum relinqueret. Sola 'jactantia .... ad posteros,' inquit Tac.

Sola posteritatis cura] Cic. pro Sextio: 'Consulamus bonis, præsentes fructus negligamus, posteritati et gloriæ serviamus.'

[i] *Admiratio*] Subiit et totum animum occupavit *admiratio*, quod mollis Otho mortem Catonis æmularetur.

Subiit 'pudor plura interrogandi;' nempe, cur statim vitam abjiceret, spemque omnem abrumperet Otho; ut qui posset adhuc Martem experiri, et fortunam partium instaurare; cui tot legiones, tot copiæ, tot opes superessent; cui tantum virium a tergo, cui totus Oriens in partibus.

Puduit interrogare, quare et quo pacto mori destinavisset, an ferro, an veneno, an venis sectis; quid dixisset, quid egisset, quomodo supremum diem ipse transegisset.

Sic Ann. III. 16. de Pisone, qui se occiderat, Tiberius 'crebrisque interrogationibus exquirit, qualem Piso diem supremum noctemque exegisset.'

[j] *Plura interrogandi pudor*] Frustra

54. Intererat consiliis frater ejus L. Vitellius, seque jam adulantibus[k] offerebat, cum repente Cœnus,[1] libertus Neronis, atroci mendacio universos perculit,[2] affirmans, 'superventu XIV. legionis, junctis a Brixello viribus,[l] cæsos victores,[3] versam partium fortunam.' Causa fingendi fuit, ut diplomata Othonis,[m] quæ negligebantur, lætiore nuntio re-

Aderat consiliis patrum *frater ejus L. Vitellius, seque jam assentantibus permitebat, cum subito Cœnus, libertus Neronis, impudenti mendacio cunctos exterruit, asseverans,* interventu quartædecimæ legionis, simul cum copiis Brixellianis, profligatos *esse* victores, *et* mutatam partium fortunam. *Causa mentiendi fuit, ut diplomata Othonis, quæ spernebantur, prosperiore fama rursus vigerent. Et*

1 Ita Ms. Flor. et editiones recentiores. Memoratur quoque CORNVS in Inscriptione veteri apud Gruterum, p. 1130. n. 5. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *Cœnus.* Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *Comenus.* Puteolanus, *Cenus.* Brotier.—2 Ernestus mallet *percutit* vel *percussit.* Budens. *pertulit.* Male. *Oberl.*—3 Hæc *casos victores* absunt in Budens.

NOTÆ

inquiras de eo qui omnia deserit, et post omnia semet ipsum, qui spem omnem abrupit. Quamvis tamen 'furor est, post omnia perdere nullum.'

[k] *Adulantibus*] Jam gratulantibus ob victoriam, et ob principatum fratris clade et exitio Othonis jam firmatum. Certe magis hæc assentandi libidine quam ex animo aut ex vero affectu fiebant.

[l] *Junctis a Brixello viribus*] Id est, junctis cohortibus prætoriis, et ceteris copiis quæ cum Othone Brixelli erant.

[m] *Ut diplomata Othonis*] Institutum erat ab Imperatoribus, ut certis locis dispositi haberentur equi, quorum mutatione celerrime possent rerum gestarum nuntii ad Cæsarem ex provinciis venire. Non dabatur autem hic cursus publicus, nisi ei qui sacrum diploma haberet; ut videlicet ante ceteros omnes, quicquid gereretur, Imperator sciret.

Quapropter præsides provinciarum, nisi ex magna causa, privatis diplomata non concedebant; quod ostendit Plinius in epist. ad Trajanum. *Rhenanus.*

Diploma tum *cursoriam* significat *tesseram*, quam *edicta*; quæ ad naves, commeatus, et cetera temporaria pertinent. *Ferrettus.*

Diploma dictum ἀπὸ τοῦ διπλοῦ, quod in charta duplicata scriptum: idem fuit initio, quod nunc literæ quibus festinatio tabellariorum adjuvatur. Sed imperio constituto, promiscue nomen illud pro rescripto *principali* usurpatum est: ut in Sueton. Ner. 12. 'Diplomata civitatis Rom. singulis obtulit.'

Illa, cum princeps concederet, signabat ipse, ut de Augusto refert Tranquillus c. 50. Cum vero prætores proconsulesve tribuerent, *principem* præscribebant, deinde obsignabant, ut infra eodem lib. Cornelius ait; ubi de M. Cluvio Rufo.

At horum diplomata, præterita scripta die, irrita erant: at principis diplomata, nisi ad tempus data essent, in perpetuum valebant, id est, quam-

Digitized by Google

NOTÆ

diu princeps viveret.

Instituerat enim Tiberius, ut indulta beneficia a defunctis principibus Cæsares aliter rata non haberent, quam si eadem ipsi firmassent; ut Sueton. Tito, et Aurelius Victor retulerunt.

Ex eo instituto descendit, quod *diplomata* Othonis mortui negligerentur hoc loco. *Vertranius.*

Ut diplomata] *Diplomata* sunt, quas *literas patentes* nunc vocamus: cujusmodi sunt edicta et mandata principum regio signo sancta: et quas *bullas pontificias* vocant.

Cic. in epistola: 'Diploma statim non est datum,' de literis Cæsaris loquens, quibus Balbus restituebatur. Verbum est Græcum, quippiam duplicato compositum significans aut complicatum, ut linteum, quod πτύγμα dicitur, &c.

Itaque *diplomata* vocati sunt codicilli, qui dabantur cursoribus, ut liceret eis uti equis et vehiculis publicis. Verum quoniam in iis exigendis interdum fraus committebatur, ideo lege Cornelia constitutum eos teneri qui adulterinis codicillis utuntur, &c.

Antiqui non equis singulis et expeditis, ut hodie, sed vehiculis utebantur, unde cursus vehicularis erat, qui publicus dicitur l. 12. codicis.

Quod planum fit ex Plutarcho in Galba, his verbis: 'Nymphidius vero non mediocri indignatione affectus est, cum consules, servos publicos destinasseut, quibus ferenda ad Imperatorem senatusconsulta præberent, quibus scilicet ipsis ea, quæ diplomata appellantur, ideo dari solent, ut iis statim agnitis, civitatum magistratus tabellariorum cursum accelerent, in commutatione vehiculorum datis deductoribus.'

Julianus Imperator in Epist. 'Ducet te cursus publicus, uno utentem vehiculo, et paripp uno.' *Paripps* et *paraveredus* pro eodem dicitur, hoc est, qui equo seu veredo uno utitur, super numerum diplomate comprehensum, vel super numerum solitum, &c.

Diplomata igitur erant, vel chartulæ signo principali obsignatæ, vel tesseræ, quibus agnitis, qui ἔναρχοι dicuntur, hoc est, præsides, et alii magistratus, præfectique, vehicula cum equis publici cursus accommodabant.

Erant autem ordinata per mansiones, demensaque militum itinera eorum, qui diplomatibus utebantur, et cursu vehiculari, qui *cursus publicus* appellatur 12. cod. *Mansiones* illæ a Græcis σταθμοὶ dicuntur, et στρατιωτικαὶ καταλύσεις, et καταγώγια τῶν ἀγγελιαφόρων. Ita nostri cursores habent sua diversoria seu mansiones designatas, quas *postas* vocamus. Sic fere Budæus.

Attamen liquere videtur ex Tacito, ubi de Sejano agit, non fuisse obsignata a principe ejusmodi diplomata, immo fuisse illud jus præfecti prætorii, saltem quod spectat ad tabellarios et cursores: quia nempe præfectus prætorii in id munus seu ministerium deligebat milites prætorianos, e numero scilicet speculatorum, qui literas principis perferrent.

Quod autem spectat ad alios, qui publice ex provinciis in urbem commearent, vel vice versa, eis diplomata concedi solebant, et obsignari ab ipso principe; res enim non levis momenti fuit; quo scirent quid ubique gentium quisque ageret, aut qua causa in diversa loca commearent.

Et id constare videtur ex Tacito, ubi de Othone; ea quippe *diplomata Othonis* vocat, quia haud dubie concessa et obsignata ab ipso Othone principe. Vel certe cum abesset

Digitized by Google

NOTÆ

princeps, tamen ipsius nomen præscribebatur.

Quod patet ex hoc Taciti Hist. II. 65. ubi de Cluvio Rufo: ' Hilarius Cæsaris libertus detulerat, tanquam audito Vitellii et Othonis principatu, propriam ipse potentiam et possessionem Hispaniarum tentasset: eoque diplomatibus nullum principem præscripsisset.'

Sic forte potuerunt et inscribi illa diplomata, quæ dabat præfectus prætorii speculatoribus suis, quamvis ea obsignaret ipse præfectus, non princeps.

Absente principe, tamen præscribi debuit ejus nomen; sed exstincto eo, aut imperio incerto et nutante fortuna, ut contigit tempore elapso Neronem inter et Galbam, potuit forte pro suo jure præfectus præt. id sibi vindicare, ut nomen suum interim præscriberet diplomatis, et ea obsignaret.

Attamen id sibi tum vindicarunt consules, spreto Nymphidio præf. utpote quorum esset summum in Repub. imperium. Certe sublato principe, et imperio ambiguo inter duos, periculosum fuit, non præscribere nomen dominantis cujuspiam; ut patet exemplo Cluvii Rufi, qui licet insons talis criminis, accusabatur apud Vitellium.

Illa autem diplomata, quæ spectabant ad cursum publicum, habebant certum tempus appositum, ultra quod non valebant; unde sic Trajanus ad Plinium: ' Diplomata, quorum præteritus est dies, non debent esse in usu: ideo inter prima injungo mihi, ut per omnes provincias ante mittam nova diplomata, quam desiderari possint.'

Et quia in exigendis his vehiculis publicis interdum fraus committebatur, ideo constitutum est teneri eos lege Cornelia, qui adulterinis codicillis uterentur: et certe hac lege damnari potuit *Cænus* ille *Neronis libertus*, qui, apud Tacitum, impudenti mendacio finxit vicisse Othonem, et ' versam partium fortunam. Causa fingendi fuit, ut diplomata Othonis, quæ negligebantur, lætiore nuntio revalescerent.' Etenim victi mortuique Othonis diplomata, quasi ficta et adulterina videri potuerunt; alio nempe regnante principe; cujus nomen præscribi novis diplomatis debuit. Et certe statim ' jussu Vitellii pœnas luit' talis criminis, et servili supplicio affectus est.

In usu fuisse videntur ea diplomata, etiam vetere Repub. patet ex eo loco Valerii Max. l. VII. ubi de Sentio Saturnino, ' qui cum a triumviris inter proscriptos nomen suum propositum audisset, continuo præturæ insignia invasit: præcedentibusque, in modum lictorum et apparitorum publicorumque servorum, subornatis, vehicula comprehendit, hospitia occupavit,' &c.

Diplomata] Constat, rebus compositis sub principe, præfectum præt. dedisse milites perferendis literis quæ ad publicum spectarent, et dedisse militibus seu speculatoribus diplomata, præscripto vocabulo principis, ut puto, et sigillo suo obsignata, quibus eos civitatibus et magistratibus commendabat, ut vehicula publica ad celeritatem suppeditarentur.

Et forte proficiscentes speculatores ex urbe, vehicula ex ipsis castris præt. assumebant, sponte et jussu præfecti: quæ vehicula ad primum forte diversorium mutabantur, ut nunc veredarii equi. At duces, seu legati, in castris ac provinciis, cum scribere senatui vel principi vellent, forte etiam milites in id munus as-

Digitized by Google

valescerent. Et Cœnus quidem rapide[4] in urbem[n] vectus, paucos post dies jussu Vitellii pœnas luit. Senatorum periculum auctum, credentibus Othonianis militibus vera esse,[o] quæ afferebantur. Intendebat formidinem, quod publici consilii facie[p] discessum Mutina, desertæque partes

Cœnus quidem raptim in urbem delatus, sed *paucis interjectis diebus, jubente Vitellio, supplicio affectus est.* At *discrimen patrum oneratum* est, *existimante Othoniano milite, certa esse quæ nuntiabantur. Augebat pavorem, quod specie publici consilii abiissent Mutina, relictæque* sic *partes* Vitellianæ *viderentur. Nec em-*

4 Sic Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Rhenanus et Ernestus. In Mss. Reg. Flor. Bud. Agr. et editione principe, *rapidum*. Puteolanus, Ryckius, et Gronovius, *rapidus*, et ita emendatum altera manu in Ms. Bodl. Mallet Jac. Gronovius, *raptim:* Ryckius, *rapidius*. Brotier.

NOTÆ

sumsere, quibus *diplomata*, nomine principis tum imperantis præscripto, concedebant. Etiam personis illustribus talia diplomata dabant rectores provinciarum seu proconsules, sponte tamen et nomine principis, ut patet ex Epistolis Plinii.

[n] *Rapide in urbem*] Ne intelligas vectum jussu Vitellii cum custodibus, sed diplomatum vi in urbem cito pervenisse. *Pichena.*

Puto leg. *rapidius*, non *rapidus:* quasi diceret: Cœnus quidem rapidius et celerius vi diplomatum Othonis in urbem vectus; sed 'paucos post dies, jussu Vitellii' audaciæ 'pœnas luit.' Et nota τὸ *quidem*, cui respondere debet τὸ *sed*, vel quid simile. Infra de Mucciano 84. 'largitus privatim quod avidius de Repub. sumeret;' non *avidus*.

[o] *Vera esse*] Vera hæc esse credebant, quia sic volebant: eo pronior animus ad credendum, quo rem avidius exoptat.

[p] *Consilii facie*] Vertit clar. Harlæus, 'Specie seu prætextu deliberationis publicæ.' Quasi communi totius senatus consensu, seu senatusconsulto, Mutina discessissent patres.

Attamen mallem intelligere præcise eos publici consessus seu ordinis universi specie et agmine discessisse, seu specie senatus. Nam si silentio et seorsim singuli discessissent, si quisque privato consilio sibi consuluisset, sic minus ordini universo metuendum fuit.

At sic, totus ordo auctoritate publica et totius ordinis specie prætextuque discessisse, defecisse, seu deseruisse partes Othonis videbatur; et apud victorem id excusandum fuit, nec sine metu aut discrimine, ne veluti mobiles et parum fidos ulciscerentur.

Igitur intellige publici ordinis, seu senatus specie, quamvis id etiam communi consilio, seu ex auctoritate totius ordinis factum sit. Et patet ex Tacito patres in commune consultasse de suo discessu c. 52. 'Anxii coëunt; nemo privatim expedito consilio,' &c.

Nec reperias Tacitum usurpasse τὸ *facie*, pro *specie* tantum, seu *prætexta* præcise: et pro re hic, pro ipso senatu usurpat.

Publici consilii] Sic Cic. pro Sextio. 'Hæc ego cum viderem, (neque enim erant occulta,) senatum, sine quo ci-

Digitized by Google

forent. Nec ultra in commune congressi, sibi quisque consuluere:[5] donec missæ a Fabio Valente epistolæ demerent metum. Et mors Othonis, quo laudabilior, eo velocius audita.

55. At Romæ nihil trepidationis: Cereales ludi[q] ex more spectabantur. Ut ' cessisse vita Othonem, et a Flavio Sabino, Præfecto urbis, quod erat in urbe militum[r] sacramento[1] Vitellii adactum,' certi auctores in theatrum attule-

plius simul universi patres *convenere, sibi* dein *singuli prospexere: donec literæ a Fabio Valente allatæ, adimerent formidinem. Et exitus Othonis, quo honestior, eo celerius nuntiatus* est.

At in urbe nulla consternatio: edebantur Cereales ludi ex consuetudine. Ut nuntiavere certi auctores apud theatrum, interiisse Othonem, et a Flavio Sabino, præfecto urbis, quotquot erant in civitate copias in verba Vitellii obstrictas,

5 In Mss. Harl. Bodl. *consulere*. Ms. Corb. *consuluerant*.

1 Sic bene Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, in

NOTÆ

vitas stare non posset, omnino de civitate esse sublatum; consules, qui consilii publici duces esse deberent, perfecisse, ut per ipsos publicum consilium funditus tolleretur,' &c.

Publici consilii] Non quod decretum proprie in id fecisset senatus, ut vertunt; sed quia ea pompa discesserant simul patres palam et publice, qua decuit augustissimum ordinem; nempe, *in commune congressi*, et ex communi consensu sic proficiscebantur: postea separati metu, *sibi quisque consuluere*. Itaque consensu tantum non decreto scripto, sic digressi patres.

[q] *Cereales ludi*] Mors Othonis incidit in 12. Kalend. Maias, computatione satis certa, imperavitque XCV. dies: atqui supra notavi, (libro XV. in conjuratione Pisoniana,) *Cereris ludos* pridie Idus Aprilis datos in Circo.

Quod verum est, sed in plures nempe dies, et ad hoc fere tempus productos ex hoc loco constet: adde quæ supra scripsi. *Lipsius.* Hi ludi etiam *Circenses* dicti.

Cereales ludi] Cerealia, quæ duodecimus Aprilis dies inchoabat, XIX. finiebat, ita ut cum Othonis circa Brixellum mors Romæ vulgaretur, Cereales ludi ex more spectarentur, etiam quo obiit die; festinans enim nuntius facile occupavit decimum octavum Aprilis diem; et fieri non potuit, ut decimo nono non adesset Romæ. *Savilius.*

[r] *Quod erat in urbe militum*] Puto, præter urbanas cohortes et vigilum, tum fuere alii milites, qui manerent in castris prætorianis, et interim excubarent pro salute principis et principatus, forte et in palatio: qui omnes, audita morte Othonis, a præfecto urbis in verba victoris adacti sunt. Nam absente principe, omnia curabat in urbe præfectus, et veluti rerum arbiter fuit, jam ab Augusto.

Digitized by Google

runt, *Vitellio* plausere:[2] populus cum lauru ac floribus[t] Galbæ imagines[t] circum templa tulit, congestis in modum tumuli coronis,[u] juxta lacum Curtii, quem locum Galba moriens sanguine infecerat. In Senatu cuncta, longis aliorum Principatibus composita, statim decernuntur. Additæ 'erga Germanicos exercitus laudes gratesque,' et missa legatio,[v] quæ gaudio[w] fungeretur.[3] Recitatæ Fabii Valentis

tum *faustis ominibus prosecuti sunt Vitellium: populus cum lauro et corollis transtulit effigies Galbæ circum delubra, cumulatis ad instar sepulcri floribus, prope locum Curtii, quem locum Galba interfectus sanguine contaminarat. Apud senatum omnia, diuturnis aliorum imperiis reperta* decora, *confestim decernuntur. Adjecta* erga Germanicas legiones laudes gratesque, *et missi legati, qui lætitiam testa-*

sacramento. Ms. Agr. *in sacramenta*, [quod Ryckio placet.] *Brotier.*—2 Ms. Corb. et editio princeps, *Vitellio plausuri.*—3 Heinsius mallet *defungeretur.*—

NOTÆ

[t] *Cum lauro ac floribus*] Capiunt nonnulli, quasi lauro et floribus caput redimiti, Galbæ imagines ferrent; dein eas coronas in modum tumuli congessissent ad lacum Curtii, eo scil. loco, quo interfectus fuerat Galba.

Forte et Galbæ imagines cinxerunt lauro, ornaruntque floribus; dein et corollas floresque, etiam eo loco quo jacuerat, instar tumuli congesserunt, constraveruntque.

Lauru] Id præ gaudio, dein et per honorem. Et eos flores, seu corollas, mox congessere in modum tumuli: sicque et Galbæ imagines circumferendo, memoriam celebrabant, ac decus principi cæso restituebant.

[t] *Galbæ imagines*] Sic l. XIV. 61. de Octavia Claudii filia: 'Octaviæ imagines gestant humeris, spargunt floribus, foroque ac templis statuunt.' Maximus ille honos populi in defunctum principem.

[u] *Congestis .... coronis*] Sueton. Aug. 18. 'Corpus Magni Alexandri, cum prolatum e penetrali subjecisset oculis, corona aurea imposita, ac floribus aspersis, veneratus est.' Juven. Sat. 8. 'Spirantesque crocos, et in urna perpetuum ver.' Tibull. 'Annua constructo septa dabit tumulo.'

Congestis in modum tumuli coronis] Virg. VI. 'Manibus date lilia plenis: Purpureos spargam flores, animamque nepotis His saltem accumulem donis, et fungar inani Munere.'

Et certe verum cenotaphium fuit ille tumulus, quem ex corollis florum plebs Galbæ exstruxit apud Curtium lacum, et in foro; qua non major gloria fuit. Quod olim decus usurpatum tantum in summis ducibus, ut patet ex his Plutarchi Problem. Rom. 'Quid est, quod ejus qui triumphasset, deinde combustus esset, licebat os capere, et in urbem deferre, ac deponere, ut Pyrrho Liparæus scriptum reliquit? An hoc mortui honoris causa factum est? Nam et aliis ducibus, et qui bene rem gessissent, idem tribuerunt; ut non ipsi solum, sed posteri quoque, in foro sepelirentur, sicut Valerio et Fabricio. Ferunt autem horum posteris mortuis, et in forum delatis, ardentem facem subjici, et statim attolli, ut sine invidia honore utantur, et tantummodo sibi licere confirment.'

[v] *Missa legatio*] Scilicet ad Vitel-

Digitized by Google

epistolæ, ad Consules scriptæ[x] haud immoderate:[4y] gratior Cæcinæ[z] modestia fuit, quod non scripsisset.

56. Ceterum Italia gravius atque atrocius, quam bello,[a] afflictabatur: dispersi per municipia et colonias Vitelliani, spoliare, rapere,[b] vi et stupris polluere: in omne fas nefasque

rentur. Lectæ sunt *literæ Fabii Valentis, missæ ad consules, haud superbæ:* sed *jucundior Cæcinæ moderatio fuit, quod non misisset.*

Ceterum Italia crudelius atque immanius, quam bello divexabatur: effusi passim per oppida et municipia Vitelliani, prædari, agere et ferre, vi et libidinibus grassari:

4 Rhenanus, *immoderatæ*. Forte operarum errore. *Brotier.*

NOTÆ

lium. Infra enim ait: 'Senatus legatione, quam ibi opperiri jusserat, audita.' *Picken.*

[w] *Gaudio*] Quæ gaudium de victoria Vitellii, nomine senatus, testaretur; quæ *gaudio*, id est, gratulatione, fungeretur.

[x] *Ad Consules scriptæ*] Scripsit ad consules, absente principe, Fabius Valens, et quasi partes principis procul amoti sustineret, quemadmodum et Mucianus postea, velut alter imperator. Urget occasio, urget aliquando ipsa necessitas, et quæ aliis temporibus crimini darentur, tum certe decori et gloriæ tribuuntur, aut certe facile tolerantur.

Dum nutat principatus, nutat et gloria; et eorum fere est, qui favent, qui dare aut adimere possunt. Modestiores tamen et sapientiores sunt, qui dant omnia principi, et nihil sibi arrogant: in quo graviter erravit Antonius Primus, postquam vicit Vitellianos. Gloria principatus non dividitur; aut Cæsar aut nihil: dignior imperio qui vincit, dein fortunam relinquit aliis, aut spernit. Sed quis mortalium modum teneat in fortuna, in victoria, in gloria belli?

[y] *Immoderate*] Non superbe, non nimio aut immodico fastu, tanquam victoris insultantis aut superbe minantis, scriptæ.

[z] *Gratior Cæcinæ*] Quia invaluerat jam illo ævo, ut publice nemo ad consules aut senatum scriberet, præter principem: alii autem omnes ad istum. Itaque superbe se gessisse Valens visus, qui id fecit; modeste Cæcina, qui omisit.

Tale illud Hist. l. IV. de Muciano: 'Miserat et epistolas ad senatum, quæ materiem sermonibus præbuere. Si enim privatus esset, cur publice loqueretur?' *Lipsius.*

In tantis occasionibus, cum absente principe, plerumque *consilia post res afferantur*, non video cur vituperari debeat Valens, qui scribat, velut ex mandato tacito principis, et quidem modeste; hoc enim legatus agere debuit nomine principis, quod egisset princeps ipse, si præsens adesset. Nisi forte potius scribendum fuerit privatis amicis, senatoribus tamen, qui rem referrent apud senatum, sponte consulum.

[a] *Quam bello*] Quam bello civili vel externo fieri solet. Crudelius grassabantur Vitelliani, quam ob bellum, aut imperium tantum.

[b] *Spoliare, rapere*] Sic Suet. Vitel. 10. 'Nulla familiæ aut militis disciplina, rapinas ac petulantiam omnium in jocum vertens; qui non contenti

avidi aut venales, non sacro, non profano abstinebant. Et fuere, qui inimicos suos, specie militum,[c] interficerent. Ipsique milites, regionum gnari, refertos agros,[d] dites dominos, in prædam, aut, si repugnatum foret, ad excidium[e] destinabant; obnoxiis Ducibus[f] et prohibere non ausis: minus avaritiæ in Cæcina, plus ambitionis: Valens, ob lucra et quæstus infamis, eoque alienæ etiam culpæ dissimulator.

in omne genus flagitiorum promti, aut pretio emti, non rebus *sacris, non profanis* manus *abstinebant. Et extitere, qui sibi invisos* homines, *tanquam milites, occiderent. Ipsique milites, locorum scientes, opulentas villas,* et *locupletes colonos, in prædam, aut, si resisteretur, ad exitium postulabant; indulgentibus ducibus, et impedire non ausis: minus cupiditatis in Cæcina, plus vanitatis: Fabius avaritiæ et sordibus ignominiosus, ideoque alienis etiam flagitiis connivebat. Jam olim*

NOTÆ

epulo ubique publice præbito, quoscumque libuisset, in libertatem asserebant, verbera et plagas, sæpe vulnera, nonnunquam necem repræsentantes adversantibus.'

[c] *Specie militum*] Inimicos occidebant, velut armis civilibus immixtos invenissent: eos, quasi hostes armatos et in adversis partibus certantes, interficiebant: quod nefas.

Sed in id ferrum civile stringitur, ut pateant libera sceleribus spatia. Infra 85. 'Saturninus, Mœsiæ rector, pessimum facinus audet, misso centurione ad interficiendum Tertium Julianum, &c. ob simultates quibus causam partium prætendebat:' nempe privatis odiis diversas partes, ut in civili bello, obtendebat.

[d] *Refertos agros*] Intellige *prædia*, seu *villas*. Nam certe mense Aprili, vel Maio, poterant jam nocere frugibus; sed ea nondum præda fuit, aut opulentia, quam in villis et prædiis quærebant, quæ tum referta prioris anni copiis reperiebantur.

[e] *Ad excidium*] Interpretantur de morte et exitio dominorum. Sed sic capio, ut primo ipsos dominos domosque in prædam, dein si repugnaretur, in excidium destinarent. Nempe subvertere villas, domos, ac prædia vastare et exscindere parabant; non tamen hic præcise intelligi potest mors aut exitium ipsorum dominorum, sed tantum subversio et ruina. Attamen Suet. Vitel. 10. 'Verbera et plagas, sæpe vulnera, nonnunquam necem repræsentantes adversantibus.'

Ad excidium] *Exitium* hominum est, *excidium* agrorum et locorum, igitur vastitati et *excidio* destinabant oppida, municipia, agros, prædia, villas, domos, ni statim præda et opibus exsatiarentur.

[f] *Obnoxiis Ducibus*] Multis de causis obnoxii duces: quia scil. bello civili plus licet militi quam duci: quia duces scelere polluti, milite facinoroso indigent ad majora facinora perpetranda.

Quia iisdem sceleribus et majoribus polluti duces, quomodo arguant, et qua auctoritate prohibeant vesanum militem? quod explicat Tacitus præcipue de Valente: 'Valens ob lucra et quæstus infamis, eoque alienæ,' id est militum, 'culpæ dissimulator.'

Digitized by Google

Jam pridem attritis Italiæ rebus, tantum[1] peditum[g] equitumque, vis[1h] damnaque[i] et injuriæ, ægre tolerabantur.

57. Interim Vitellius, victoriæ suæ nescius, ut ad integrum bellum, reliquas[1] Germanici exercitus vires[2] trahebat. Pauci veterum militum in hybernis relicti, festinatis per

absumtis Italiæ opibus, solummodo peditum equitumque multitudo ingens, jacturæque et contumeliæ iniquo animo ferebantur.

Interea Vitellius victoriæ suæ ignarus, ceterum Germanici militis robur excibat, tanquam ad integrum bellum. Pauci veterani milites in castris seu præsidiis re-

1 Ita Ms. Reg. et libri omnes editi. In Ms. Guelf. *tamen peditum.*—2 In Mss. Harl. Corb. *tantum peditum equitumque jus, damna, &c.* Mallet Acidalius, *tanta peditum equitumque vis. Tantum* omissum vellet Lipsius. Nihil peccat vulgata scriptura. *Brotier.*

1 Budens. *reliquias.*—2 Idem omisit *vires.*

NOTÆ

g *Tantum peditum*] Vulgatam non sperno. Ægre scilicet tolerabat Italia tantum peditum equitumque, atque eorum vim, damna et injurias. Sic supra: 'spoliare, rapere, vi et stupris polluere.' *Pichena.*

Hunc esse sensum puto: Cum jam pridem attritæ, seu absumtæ essent Italiæ opes, jactura bonorum non amplius metuebatur; sed solummodo violentia, sævitia, et injuriæ tot peditum equitumque, nulla disciplina coërcitorum, ægre tolerabantur.

Vel potius, Cum pridem attritæ essent opes Italiæ, jam nunc ægre sustinebatur tanta belli moles; tantaque armatorum multitudo, sævitia, damnaque et injuriæ vix tolerabantur, id est, sustentabantur; nam ægre ferre seu iniquo animo id pati insanum et superfluum. Quis enim tali bello resistat? Sic infra eod. l. 81. 'Tantum simul peditum equitumque, &c. speciem fortunæ principalis effecerant.'

Tantum] Sic capio: jam pridem attritæ opes Italiæ erant; itaque tum solummodo *peditum equitumque vis*, id est innumera multitudo, *damnaque et injuriæ ægre tolerabantur.* Ita tamen ut τὸ *vis* ambigue significare possit, simul et numerum, et violentiam.

h *Vis*] Forte ibi *vis* est tantum præcise numerus, seu multitudo ingens: nam *violentia* satis explicatur sequentibus vocibus: *damnaque et injuriæ, &c. Jam pridem attritis Italiæ* opibus, nunc solummodo *ægre tolerabantur vis*, seu multitudo ingens militum, quos secum trahebat Vitellius, *damnaque;* quæ quidem *damna*, non spectarent ad opes, quæ nullæ aut raræ supererant, sed ad loca ac prædia, seu agriculturæ instrumenta jumentaque; forte et ad personas, ut et *injuriæ.*

i *Damna*] Id est, Non jam metuebant copiis et opibus, quæ pridem exhaustæ erant; timebant incendia villarum, domorum, vim, cædes, stupra, raptus liberorum, servorumque et armentorum. His adde jacturam armorum, seu instrumentorum agriculturæ: hæc sunt *damna*, et *injuriæ.*

Digitized by Google

Gallias delectibus, ut remanentium legionum nomina[j] supplerentur. Cura ripæ[3] Hordeonio[4][k] Flacco permissa: ipse e Britannico delectu octo millia sibi adjunxit: et, paucorum dierum iter progressus, 'prosperas apud Bedriacum res, ac morte Othonis concidisse bellum,' accepit. Vocata concione, virtutem militum laudibus cumulat. Postulante exercitu,[l] 'ut libertum suum, Asiaticum, Equestri dignitate' donaret, inhonestam adulationem[5] compescuit.[6] Dein, mobili-

mansere, copiis propere conscriptis per Gallias, ut relictarum ibi legionum vocabula replerentur. Custodiendo Rheno Hordeonius Flaccus impositus: ipse Vitellius *e Britannico exercitu octo millia assumsit; et cum paucis diebus incessisset*, secundam apud Bedriacum pugnam *accepit*, et exitu Othonis finitum esse bellum. *Convocato exercitu, fortitudinem militum laudibus extollit. Flagitante exercitu*, ut libertum suum Asiaticum equestri decore ornaret, *turpem assentationem*

—3 Sic optime Pichena e Ms. Flor. In ceteris Mss. et veteribus editionibus, *cura belli*. Brotier.—4 Budens. *Phordeonio*.—5 Agr. pro *adul.* habet *petitionem*. —6 *Compescit* bene Mss. et veteres ac recentiores editiones. Male Rhenanus,

NOTÆ

[j] *Ut remanentium legionum nomina*] Recte *nomina*: quia revera *nomina* tantum erant legionum, quæ viribus et milite inanes, et veluti simulacra legionum, ad deterrendos in speciem barbaros, ne Gallias invaderent.

[k] *Cura ripæ Hordeonio*] Itaque tum præfuit ille utrique Germaniæ, et utrique exercitui, superiori et inferiori.

[l] *Postulante exercitu*] Suet. scribit, *primo imperii die*, aliis et in hunc locum pugnantibus circumstantiis. *Savilius.*

Suet. Vitell. 12. 'Hunc adolescentulum mutua libidine constupratum, mox tædio profugum, cum Puteolis poscam vendentem deprehendisset, conjecit in compedes, statimque solvit, et rursus in deliciis habuit: iterum deinde ob nimiam contumaciam et ferocitatem gravatus, circumforaneo lanistæ vendidit, dilatumque ad finem muneris repente surripuit, et, provincia demum accepta, manumisit: ac primo imperii die, aureis donavit annulis super cœnam, cum mane rogantibus pro eo cunctis, detestatus esset severissime talem equestris ordinis maculam.'

Consentiret Suetonius cum Tacito, si per *primum imperii diem*, intelligeret eum diem quo nuntium accepit Vitellius de morte Othonis: sed potius diem eum intelligit quo salutatus est imperator in Germania, apud Coloniam Agrippinensem.

Postulante exercitu] Non exercitu victore, ne erres: sed *vocata concione*, et coram illo exercitu, quem secum trahebat, laudat virtutem militum, qui vicerant in Italia: cujus decoris, quasi participes, etiam Germanici illi et Britannici, quos, velut *ad integrum* bellum, rapiebat.

Nondum advenerat Lugdunum, ubi mox *præsto fuere, &c. victricium victorumque partium duces*. Et ibi iterum victores duces laudat pro concione, et *curuli suæ* circumponit: simul etiam

Digitized by Google

tate ingenii, quod palam abnuerat,[m] inter secreta convivii largitur; honoravitque Asiaticum annulis, fœdum mancipium et malis artibus[n] ambitiosum.

58. Iisdem diebus, 'accessisse partibus[o] utramque Mauretaniam, interfecto Procuratore Albino,' nuntii venere. Luceius Albinus, a Nerone Mauretaniæ Cæsariensi[p] præpositus,

exhibuit. Dein levitate animi, quod publice recusarat, inter privatas epulas concedit: ornavitque Asiaticum annulis, impurum servum, et malis facinoribus ambitiosum.

Eodem tempore tabellarii nuntiavere, adjunctam esse *Vitellii* partibus utramque Mauretaniam, interemto procuratore Albino. *Luceius Albinus procurator datus a Nerone Mauretaniæ Cæsariensi, adjecta per Galbam Tingitanæ provinciæ*

compescuit. Brotier. *Compescuit* habent Gronovius et Ryckius: at hic præfert *compescit* ob sequens *largitur*.

NOTÆ

victos duces absolvit crimine fidei, seu perfidiæ.

[m] *Quod palam abnuerat*] Flagitium ac levitas Vitellii fuit, quod palam pro concione, et exercitui postulanti hoc decus liberto patronoque, negasset; dein statim temulentus, inter scyphos paucis amicis id concederet. Sic sæpe tamen olim data inter epulas servis libertas, sed forte merito, aut certe minore flagitio.

[n] *Malis artibus*] Id est, libidinibus et aliis flagitiis: nempe facilior et brevior via per malas artes ad divitias sub malis principibus. Sic de Tigellino Ann. l. XIV. 57. 'Validiorque in dies Tigellinus; et malas artes, quibus solis pollebat, gratiores ratus, si principem societate scelerum obstringeret.'

[o] *Accessisse partibus*] Vitellii nempe.

[p] *Mauretaniæ Cæsariensi*] Mauretania Cæsariensis fuit pars orientalis Mauretaniæ regionis, et postea in duas provincias partita, nempe *Cæsariensem* et *Sitifensem*. Mauretania Cæsariensis proprie dicta, hodie *Telensis* et *Tenez* provinciæ regni Algeriani ad occidentem. Mauretania Sitifensis, hodie *Gezaira* vel *Alger* et *Bugia*, etiam provinciæ regni Algerii in Barbaria, sub clientela Turcarum. *Tillemonius.*

Mauretaniæ Cæsariensi] Mauretania ab ortu, flumine Mulucha celeberrimo terminatur; ab austro, Atlante monte poëtis decantatissimo: ab occasu, freto Herculeo, (quod nos *Strettum Gibraltar* vocamus,) a septentrionibus, mari Iberico.

Hujus Mauretaniæ Bocchus rex fuit, Jugurthino bello a Sallustio descripto clarus, unde ipsa Mauretania, quæ in ortum spectat, *Bocchiana* dicta, et *Cæsariensis* ab urbe Cæsarea, *Iol* ante vocata.

Quemadmodum regio *Bogudiana* appellata est, quæ in Atlantem et occasum vergit, antea *Sitiphensis* ab oppido *Sitiphi*; post *Tingitana*, ab oppido *Tingi*, cum provincia esse cœpisset sub Caio Caligula.

Infra: 'ipse Albinus, dum e Tingitana provincia Cæsariensem Mauretaniam petit,' &c. ex quo loco differentiam possis colligere. *Lupanus.*

Duæ Mauretaniæ] Quas sic diviserat Claudius, teste Dione l. LX. 'His actis, Claudius Mauros subditos in

Digitized by Google

addita per Galbam Tingitanæ[q] provinciæ administratione, haud spernendis viribus agebat. XVIIII.[1] cohortes,[r] quinque alæ, ingens Maurorum numerus aderat, per latrocinia[s] et raptus apta bello manus.[t] Cæso Galba, in Othonem[2] pronus, non Africa[u] contentus, Hispaniæ, angusto freto[v] diremtæ, imminebat. Inde Cluvio Rufo metus:[w] et ' deci-

cura, haud modicis copiis agitabat. Octodecim cohortes, quinque alæ, multa Maurorum auxilia aderant, per populationes et latrocinia idoneum bello agmen. Interfecto Galba, inclinans in Othonem, nec Africa se continens, Hispaniam, maris angustiis separatam, invadere parabat. Inde Cluvio Rufo timor, et præcepit, deci-

1 Male Ms. Guelf. XIIII. *cohortes.* Et Beroaldus, XVIII. Bene Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, XVIIII. In Mss. Flor. Reg. Corb. et editione principe, *decem novem cohortes,* inverso ordine, quem recte restituit Jac. Gronovius. *Brotier.*—2 Sic bene Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *in Othone.* Emendatum tamen altera manu in Ms. Harl. *Otho-*

NOTÆ

duas provincias divisit, unam ad Tingim, alteram ad Cæsaream, unde et nomen habent, et duobus equitibus Rom. permisit.' Quam tamen divisionem tribuit Plinius Caligulæ l. v. c. 1. qui potior auctor.

Mauretaniæ] Vertit interpres Gallicus, quasi Albinus sub Nerone præfuerit Mauretaniæ Cæsariensi, dein sub Galba, Tingitanæ, et quasi tum Tingitanæ provinciæ tantum præesset: quod falsum. Nam utrique provinciæ præfuit, cum occisus est. Et altera ipsi data a Nerone, altera addita a Galba fuerat.

Mauretaniæ] Vide notas l. I. 11.

[q] *Tingitanæ*] Mauretania Tingitana, provincia occidentalis Mauretaniæ regionis, ad Oceanum occidentalem, et ad mare Mediterraneum: hodie regna *Fez* et *Maroc*, in Barbaria ad occidentem. *Tillemon.*

[r] *XVIIII. cohortes*] Quæ *cohortes* haud dubie partim legionariæ, partim auxiliares erant, ut et *alæ:* quibus accedebat, ut rebus novis, *ingens numerus* indigenarum *Maurorum.* Infra: *Centuriones præmissi,* qui non nisi legionum fuere.

XVIIII. cohortes] Quæ cum quinque alis adæquant, aut etiam superant, numerum ac robur duarum legionum. Scil. utrique Mauretaniæ præerat Albinus.

[s] *Per latrocinia*] Id refertur tantum ad *Mauros,* non ad *cohortes,* seu *alas.* Inter auxiliares aderant Mauri.

[t] *Apta bello manus*] Magis *apta bello,* quam præliis *manus;* nempe *per latrocinia, &c.*

[u] *Africa*] Africa Citerior, quæ etiam *Romana* dici potest, pars est septentrionalior Africæ partis, ad mare Mediterraneum et ad Oceanum occidentalem: hodie *Barbariæ* ora. *Tillemon.*

[v] *Angusto freto*] Fretum Herculeum, quod et Gaditanum, est inter Bæticam provinciam Hispaniæ, et Mauretaniam regionem Africæ Citerioris: hoc freto Oceanus occidentalis sive Atlanticus et mare Mediterraneum junguntur. Hodie vocamus *Détroit de Gibraltar:* est inter Andalusiam regnum Hispaniæ et Fezzanum regnum: vulgo *Fez,* in Barbaria. *Tillemon.*

[w] *Cluvio Rufo metus*] Ne Albinus

Digitized by Google

mam legionem propinquare littori,' ut transmissurus, jussit; præmissi Centuriones, qui Maurorum animos Vitellio conciliarent: neque arduum fuit, magna per provincias Germanici exercitus fama. Spargebatur insuper, ' spreto *Procuratoris* vocabulo, Albinum[1] insigne Regis, et *Jubæ* nomen usurpare.'[x]

59. Ita mutatis[y] animis, Asinius Pollio,[z] alæ Præfectus,[a] e fidissimis[1] Albino, et Festus ac Scipio, cohortium Præfecti,[2] opprimuntur.[b] Ipse Albinus, dum e Tingitana provincia Cæsariensem Mauretaniam petit, appulsus littori, trucidatur:[2] uxor ejus, cum se percussoribus obtulisset,

mam legionem accedere ad oram, *tanquam trajecturus* esset: *præire jussi centuriones, qui Maurorum studia conciliarent Vitellio: neque difficile fuit, ingenti per provincias Germanicarum legionum fama. Præterea vulgabatur*, contemto nomine procuratoris, Albinum diadema regium et Jubæ vocabulum sibi arrogare.

[2] *Sic alienatis animis interficiuntur Asinius Pollio præfectus alæ, fidelissimus Albino, et Festus ac Scipio cohortium duces. Ipse Albinus, dum e provincia Tingitana pergit in Mauretaniam Cæsariensem, advectus ripæ, interimitur; conjux ejus, cum*

nem. Brotier.—3 Agr. *Albinus*.

1 Budens. *et fidissimus*.—2 Sic bene Mss. Guelf. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. Male Mss. Reg. Agr. et editio princeps, *adpulsu litto-*

NOTÆ

simul et Hispaniam invaderet, qui scil. *in Othonem pronus*.

[x] *Albinum insigne regis, et Jubæ nomen usurpare*] Mauretaniæ præfuerunt Bogud et Bocchus reges, quibus deficientibus, Augusti munere, Juba successit, ejus Jubæ filius, qui ante Scipioni junctus, contra Cæsarem dictatorem bella gesserat. Itaque Albinus *Jubæ* nomen usurpabat. *Lupanus*.

[y] *Mutatis*] Nempe ad partes Vitellii.

[z] *Asinius Pollio, ... Scipio .... Præfecti*] Igitur auxiliares tantum regebant *præfecti*. Mirari subit, unde tam magna nomina in Africa? quo fato serviunt Regulo Jubæ, seu Albino Scipiones et Polliones? an cives illi, an socii tantum? Si auxiliares et socii illi, sentiam invaluisse jam apud provinciales, ut proceres etiam nomina Romana induerent, sive ex more et libidine assentandi rerum dominis, sive quia proceres illi civitate Rom. donati; etiam nomina Latina usurpabant, ut civibus Rom. magis decora. Sic Galli jam et Germani proceres civitatem et nomina Rom. usurpabant.

[a] *Alæ præfectus*] Sic dicitur *præfectus*, qui equiti imperat, indistincte, an sint equites auxiliares, an legionarii: sic *cohortium præfecti* dicuntur, cum de cohortibus sociorum agitur, non *tribuni*.

[b] *Opprimuntur*] Ab ipsismet, quibus imperabant; qui nempe conciliati a centurionibus præmissis a Cluvio. Sicque *mutati animi* erant.

Digitized by Google

simul interfecta[c] est; nihil eorum, quæ fierent, Vitellio anquirente:[3] [d] brevi auditu quamvis[4] magna transibat,[5] impar curis gravioribus. 'Exercitum itinere terrestri pergere' jubet: ipse Arare flumine devehitur,[e] nullo Principali paratu,[6]

se interfectoribus exhibuisset, una trucidata est; nihil eorum, quæ gererentur, Vitellio perscrutante: brevi attentione, quamvis magna transmittebat, haud sufficiens curis ingentibus. Agmen via terrestri incedere *jubet: ipse Arare amne defertur,*

ris trucidatus. Ms. Flor. *petiti appulsu littoris, trucidatur.* Brotier.—3 Sic bene Ms. Flor. Lipsius et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *inquirente.* Corrupte Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *acquirente.* Idem.—4 Cod. Ryckii *in quamv. magn.*—5 Ita optime Puteolanus. In Mss. et editione principe, *transibant. Vi* ante *quamvis* addunt Mss. Flor. Corb. Reg. et editio princeps. *Brotier.*—6 Ita Ms. Corb. editiones veteres et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. *apparatu.* At in margine Ms. Bodl.

NOTÆ

[c] *Uxor ejus . . . simul interfecta*] Vanum est irritare velle armatos et cædibus cruentos, idque sæpe exitiosum. Neque enim statim ut strictus est gladius, facile conditur. Sic Cæsonia, uxor C. Cæsaris confossa est, cum corpori mariti assideret ac lugeret, et filia ejus parietibus allisa: nec id simul cum cæde Caii patratum, sed paulo post, Josepho teste.

[d] *Nihil eorum quæ fierent, Vitellio anquirente*] Hoc dicit Tacitus, quia occisa uxor Albini, quasi per scelus, quod scil. debuit inquirere Vitellius, aut etiam punire.

Vel forte potius quia oppressa factio Albini maximi gravissimique momenti fuit pro partibus Vitellii; ideoque *anquirere* debuit. Nempe sic occupata fere tota Africa est, procurante Cluvio Rufo.

Quod tamen eximium facinus Cluvii, neque inquisivit, aut laudavit Vitellius, miro stupore, quia scil. 'impar curis gravioribus.'

[e] *Arare flumine devehitur*] Puto, tum imperii seu victoriæ insignia fluctibus abrepta, Suet. Vit. 9. 'Laurea quam religiosissime circumdederat, in profluentem excidit.' Et addit infra Suet. 10. 'Perque flumina delicatissimis navigiis, et variarum coronarum genere redimitis, inter profusissimos opsoniorum apparatus,' &c. vehebatur.

Puto, *lauream* tum sibi ipse circumdederat cum de victoria legatorum audisset, quam lauream, in urbem advectus, in sinu Jovis Capitolini forte deponeret; quæ *in profluentem* Araris *excidit;* quod omen fuit instabilis fortunæ.

Dederat ipsi coronam Gallia, quam et Gallus ipsi ademit, nempe Antonius Primus, Tolosæ natus, teste Suetonio, quodam fatorum ordine invicto et incomprehenso.

Forte et *lauream* eam induerat, exemplo Julii Cæsaris, ut et gladium ejusdem Cæsaris e templo Coloniæ rapuerat, ut his insignibus tamen Cæsar esset; sic ut orator fuit, qui Ciceronis uxorem duxerat; ut philosophus et sapiens, qui lychno Epicteti utebatur.

Arare] Arar fluvius Belgicæ, Celticæ, sive Lugdunensis, et Narbonensis regionum Galliæ, in Rhodanum fluvium se exonerat. Hodie *la Saone*, in præfecturis majoribus Campaniæ,

Digitized by Google

sed vetere egestate conspicuus:[f] donec Junius Blæsus, Lugdunensis Galliæ Rector, genere illustri,[7] largus animo et par opibus,[g] circumdaret Principi[8 h] ministeria, comitaretur[i] liberaliter; eo ipso ingratus,[j] quamvis odium Vitellius

nullo imperatorio cultu, sed prisca paupertate insignis: donec Junius Blæsus Lugdunensis Galliæ legatus, stirpe nobili, natura munificentissimus, et par divitiis, ministros adjungeret Imperatori, et liberali comitatu stiparet deduceretque; eo ipso invi-

additum, *paratu*.—7 Ms. Agr. *illustris*.—8 Brotierus habet *Principis*, et sic Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus, Ryckius et recentiores. In Mss. Flor.

NOTÆ

Burgundiæ ducatus et comitatus, atque Lugdunensis, in regno Franciæ et acquisitis. *Tillemon.*

[f] *Vetere egestate conspicuus*] Sic dicit Tacitus, quia paupertas præcise non inhonesta est, immo decora ut cum maxime in principe, si *cetera ad hanc formam* essent, si egregiæ artes accederent. Et potuit certe Vitellius imperii potens statim undecumque accipere aut rapere opes, quibus sibi *principalem paratum* circumdaret: sed ut dicit Tacitus, 'si luxuriæ temperaret, avaritiam non timeres.'

Itaque decorus adhuc et *conspicuus* Vitellius priori *egestate*, hoc sensu. Sic Galba antea, neque regium paratum, aut supellectilem, vel ministros Neronis sibi circumdari passus est, nisi cum accessit magister dominationis, T. Vinius; qui magnificentiam decoram esse principi admonebat, forte non tam amore principis, quam cupiditate opum, quas jam rapiebat animo, affectu, oculis.

Et Galba non sine laudabili disciplina severitatem et paupertatem priscam retinebat: quippe qui sic parceret opibus publicis, si perinde ministrorum seu pædagogorum libertorumque manus retinere valuisset.

Prisca egestate conspicuus] Suet. Vit. 7. 'Satis constat, exituro viaticum defuisse, tanta egestate rei familiaris, ut uxore et liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret: utque ex aure matris detractum unionem pignoraverit ad itineris impensas.'

[g] *Par opibus*] Ingens animo, opibus, et qui magnitudine animi fortunam et opes exæquaret. Multi sufficiunt parandis aut perdendis opibus, pauci possidendis aut impendendis, ut decet, magnis divitiis pares. Pauci supra opes, multi infra fortunam, et sæpe nimio ejus splendore perstringuntur, obruuntur.

Par opibus] Vertit Interp. Hisp. quasi pares animo possideret opes. Sed non id præcise Tacitus. Si quidem discrimen est, fuit *largus animo* Blæsus, et *par opibus:* at forte non pares animo opes habuit. Opibus recte et magnifice utebatur; sed potuit ille et majoribus splendidissime uti: nam et imperio ipse par visus postea.

[h] *Circumdaret Principi*] Recte, *circumdaret principi:* neque scripsisset, *principis*, sed ministeria principalia, vel *ministeria principatus*, ut infra de filio Vitellii: cinxitque 'cunctis fortunæ principalis insignibus:' Et l. 1. 'Ministeria principatus per libertos agi solita.'

[i] *Comitaretur*] Vertit nobil. Har-

vernilibus[9] [k] blanditiis velaret. Præsto fuere Lugduni victricium victarumque partium Duces. Valentem et Cæcinam, pro concione laudatos, curuli suæ circumposuit.[l] Mox

sus, quamvis offensionem dissimularet tegeretque Vitellius blandimentis servilibus. Obviam facti Lugduni duces partium victricium victarumque. Valentem et Cæcinam, pro concione celebratos, in tribunali sibi prope assidere jussit. Mox uni-

Corb. et editione principe, *Principi*.—9 Sic optime Ms. Flor. Pichena et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. *juvenilibus*. In Mss. Reg. et editione principe, *humilibus*. Quod quoque additum margini Mss. Harl.

NOTÆ

læus, quasi ipsemet Blæsus Vitellium cum magnifico et splendido paratu comitaretur; seu ipsemet se comitem honorificum adhiberet.

Alii capiunt, quasi comitatum splendidum Vitellio Blæsus adjungeret circumdaretque: et forte utrumque verum est; ita ut simul Blæsus et splendida principi ministeria magnificumque et regium apparatum ipsi circumdaret, et simul se ipsi comitem splendidum adjungeret.

[j] *Eo ipso ingratus*] Gratum Vitellio non erat, privatum hominem ipso principe splendidiorem conspici, eique egestatem quodammodo exprobrare. *Pichena.*

Nonnulla officia meritaque in principem ingrata principi; omnia enim infra fastigium fortunæ suæ putat, eaque vel sibi debita, vel ex suo sibi collata existimat; et qui magnifice meretur de principe, nimis in principem sibi arrogare videtur; sic quasi privato major, et veluti se dominantis principem fert: itaque *eo ipso ingratus.*

Eo ipso ingratus] Quod nempe opibus, paratu, splendore, ac magnificentia præniteret Blæsus privatus, et quod tam *largus animo* esset, ut etiam principi elargiretur opes, quo certe principem præcellebat, non sine æmulatu Vitellii, qui egestate et socordia perinde despiciendus.

[k] *Vernilibus*] *Servilibus:* nec certe aliter abblandiri potuit Vitellius, nisi serviliter et vernarum more; ut qui nec ingenio, nec vi ulla, aut constantia, vel auctoritate, aut fama, existimatione præpolleret, nisi forte flagitiorum, et apud similes flagitiosos.

Audi verniles ineptias hominis. Suet. 7. 'Creditores non nisi terrore calumniæ amovit: cum libertino eaidam acerbius debitum reposcenti injuriarum formulam, quasi calce ab eo perculsus, intendisset,' &c.

Ibid. 'Mulionibus ac viatoribus præter modum comis: ut mane singulos, jamne jentassent, sciscitaretur, seque fecisse ructu quoque ostenderet.'

[l] *Curuli suæ circumposuit*] Ita ut medius inter legatos sederet in curuli Vitellius Imperator, legati vero Fabius et Cæcina sellis, forte minus altis, et quæ forte non curules aut eburneæ essent, aut non eodem ornatu. Nam *curules* etiam floribus et corollis ornabantur; attamen in eodem tribunali sedebant legati victores cum Vitellio principe: id testimonium virtutis, id gloriæ decus victoribus ducibus concedebatur.

Curuli suæ] Etiam imperatorum temporibus consules habuere *sellas curules*, solo forte ornatu dispares.

Digitized by Google

' universum exercitum[m] occurrere infanti filio'[n] jubet: perlatumque[t o o] et paludamento[p] opertum sinu retinens, *Germa-*

versum exercitum obviam ire puero filio *præcipit: circumlatumque et paludamento indutum, gremio complectens,* Germanicum *vocavit, circumdeditque* illi

Bodl. Jes. *Brot.*—10 Ita Mss. Flor. Corb. editio princeps et recentiores.

NOTÆ

Libera Rep. etiam prætores, et ædilium quidam. *Savilius.*

Curuli suæ] Ita ut eodem tribunali adessent legati victores pro concione. Sedebat in curuli princeps Vitellius, legati forte stabant, sed cum insignibus, quibus conspicui forent. Stabant forte; alioquin eos quasi socios ac fortunæ principalis consortes sen collegas sic ascivisset, quod periculosum et æmulatui obnoxium.

[m] *Universum exercitum*] Nempe qui ex Germania cum ipso adventabat. Nam soli duces victricium victarumque legionum ei Lugduni occurrebant, non legiones ipsæ: in Italia remanserant.

Universum exercitum] Rebus prosperis nimius et vesanus Vitellius: non enim mittere debuit universum exercitum obviam νηπίῳ filio, qui adhuc infans, et nondum Cæsar erat: neque sic vocari sustinebat ipse Vitellius.

Debuit tantum mittere cohortes quasdam, ut olim Germanico Tiberius, teste Sueton. Calig. et tamen Germanicus *Cæsar* erat, atque *Imperator* prisco more, et ad secundum consulatum ac simul ad triumphum victor ipse ex Germania revehebatur.

Universum exercitum] Ne etiam intelligas de victore milite, sed tantum de reliquo illo exercitu, quem Vitellius ipse e Gallia seu Germania Britanniaque secum trahebat; ideoque et filium *Germanicum* appellavit: et id factum, dum Lugduni versaretur Vitellius.

[n] *Infanti filio*] Sueton. 6. vocat marem ' titubantia oris prope mutum et elinguem:' tum sex ætatis annos habuit, teste Zonara.

Filio] Puto, veniebat infans ex Italia cum legatis victoribus, et ipsum suum, quem ex Germania trahebat Vitellius exercitum, ire obviam filio jubet Lugdunum adventanti.

[o] *Perlatumque*] Id est, Vitellius, cum adventasset filius Lugdunum, una cum exercitu qui obviam processerat, ipsum perferebat, et *paludamento opertum sinu retinebat, &c.* nam ipse princeps non obviam ivit filio. Sed postquam ad se venisset filius, eum exornavit pallio militari; aut forte jam ante paludamento opertus erat filius, cum apud principia et inter signa incederet, stipante milite, cum ducibus primoribusque castrorum; et tum eum pater exornavit *cunctis fortunæ principalis insignibus.*

Quæ autem illa *insignia* fuerint in puero, parum compertum: nisi forte affuerint duodecim lictores, laureati fasces, et ceteri ministri regii, ut principi; et toga palmata seu triumphalis; forte et laurea in capite, exemplo patris, quam deponeret in Capitolio, ut triumphi, aut quasi triumphi paterni socius ac particeps.

[p] *Paludamento*] *Paludamentum* Varro dixit insignia et ornamenta militaria. Dictum etiam *Sagum*, et *Sagulum*, et *Chlamys*. Nec solum impera-

Digitized by Google

nicum appellavit, cinxitque cunctis fortunæ Principalis insignibus: nimius honos[q] inter secunda, rebus adversis[r] in solatium[11] cessit.[s]

60. Tum interfecti Centuriones[1t] promtissimi Othonianorum: unde præcipua in Vitellium alienatio per Illyricos[u]

omnia fortunæ imperatoriæ decora: quod *nimium decus inter prospera, rebus improsperis* tamen illi *in solatium vertit.*

Tum interemti centuriones strenuissimi Othonianorum: unde maxima in Vitellium offensio per Illyrica castra. Etiam et reliquæ legiones contagione, et amu-

Puteolanus, ut et Mss. Bodl. Harl. Jes. omisere copulam, *que.*—11 Conjicit Dureau, *in exitium:* 'honneur excessivement ridicule, quand même il eût conservé sa fortune; bien funeste, quand il l'eût perdue.' *Brotier.*

1 Perperam Ms. Reg. *interfectis centuriones.* Editio princeps, *interfectis centurionibus.* Inde frustra tentabat Freinshemius, *interfecti ex centurionibus.* Brot.

NOTÆ

torum erat paludamentum, sed etiam tribuitur aliis militibus.

Forma paludamenti erat, ut extrema longitudinis essent utrimque angusta, imis latioribus, color ejus eximius et e cocco: erat etiam aliquando album, sed sæpius puniceum: quo colore, forte et magnitudine, præcellebat haud dubie paludamentum imperatoris.

Paludamento opertum] Dicit *opertum*, quia sex tantum annos natus erat. Sicque puer magis *paludamento opertus* aut involutus, quam indutus videbatur.

Paludamento] Ut in bello, et quia filius imperatoris, ac velut in oculis exercitus recens victoris, et quasi ad triumphum se referentis.

[q] *Nimius honos*] *Nimius*, ut infanti et filio Vitellii; *nimius*, ut inter res summas et arduas et adhuc incertas; nimis tum abblandiente fortuna, ut diu sibi constaret, ac nondum satis firmata, et quæ statim Vitellium desertura fuit.

Nimius honos inter secunda] Virg. Æn. I. 'Hoc equidem occasum Trojæ, tristesque ruinas Solabar, fatis contraria fata rependens.'

[r] *Rebus adversis*] Quemadmodum et pater usurpavit, qui sævienti per ludibrium tribuno respondit, *Attamen tuus Imperator fui:* et hoc solum ex dignitate et prosperis relinquitur, quod rebus adversis tamen splendori et solatio sit ea gloria.

[s] *In solatium cessit*] Non enim longo tempore superstes fuit, imperante ejus cædem Muciano: Hist. lib. IV. *Savilius.*

[t] *Centuriones*] Nempe centuriones legionum quæ pro Othone certarunt. Neque ausi sunt statim interficere centuriones prætorianorum.

[u] *Per Illyricos*] *Electi* Illyrici exercitus tendebant Romæ, cum occisus est Galba ab Othone; et haud dubie promtissima illa *vexilla* pro Othone, et in cædem Galbæ; et horum *centuriones* nunc occiduntur a Vitellio: hinc *alienatio per Illyricos exercitus.*

Per Illyricos] Quia ex Illyrico præsertim excitæ legiones Othonianæ, quæ prælio affuerunt.

Digitized by Google

exercitus. Simul ceteræ legiones[v] contactu,[w] et adversus Germanicos milites invidia, bellum meditabantur. Suetonium Paulinum ac Licinium Proculum, tristi mora squalidos tenuit,[x] donec auditi, necessariis[y] magis defensionibus quam honestis uterentur. Proditionem[z] ultro imputabant; 'spatium longi ante prælium itineris, fatigationem Othonianorum, permixtum vehiculis agmen, ac pleraque fortuita, fraudi suæ' assignantes, et Vitellius credidit de perfidia,[a]

latu in Germanicos exercitus, bellum cogitabant. Suetonium Paulinum ac Licinium Proculum mæsta expectatione, ut reos, *squallentes distulit, donec admissi, necessariam magis defensionem obtenderent quam decoram. Perfidiam* ipsi *ultro imputabant:* spatium immensæ ante pugnam viæ, fessos et exhaustos *labore* Othonianos, *promiscue* locata inter milites curricula, et multa *quæ* fortunæ *erant*, arti et dolo suo *tribuentes, et Vitellius fidem habuit de fraude, et* tamen

NOTÆ

[v] *Ceteræ legiones*] Præcipue legiones Orientis *bellum meditabantur*.

[w] *Contactu*] Vertit clar. Harlæus, quia aliæ legiones prope tendebant, seu propius aberant. Intelligendæ præsertim legiones Mœsiæ, Pannoniæ, et Dalmatiæ. Et *contactus* potius forte intelligendns de labe et contagione animorum, quam de contactu locorum ant castrorum. Et legiones Orientis non admodum vicinæ Illyricis.

Eadem labes civilis, scil. belli, omnium militum animos infecerat: volebant arma civilia, prædam, et præmia, non otium aut stipendia. Erant ægri animi et rerum novarum avidi: idque moliebantur legiones jam olim, cum exstinctus est Augustus.

Quia nempe pertæsi erant viri militares pacem et otium, nisi constanter obstitisset cunctatio seu prudentia senis sagacisque Tiberii. Nunc morte Neronis, ultimi Cæsarum, 'qua data porta ruunt' in scelus, in exitium Reipub.

[x] *Squalidos tenuit*] Quasi rei essent majestatis, aut sic existimarentur: nempe squallorem et sordes induebant rei, donec absolverentur. Magnum *fidei crimen* inter arma civilia; quod tamen sæpe potius fortunæ crimen fuit.

[y] *Necessariis*] *Necessariæ* erant illæ defensiones, quia victi illi, et quia salus agebatur; non autem *honestæ*, quia perfidiam et proditionem ultro fatebantur, ac Vitellio imputabant. Hoc certe fœdum et turpe viris eximiis, attamen necessarium, præsertim apud talem Cæsarem.

[z] *Proditionem*] Prodidisse se Othonem affirmabant, nempe consuluisse *spatium longi itineris, fatigationem, permixtum vehiculis agmen, &c.* quæ fortunæ erant, *suæ fraudi assignabant*. Quæ magis *necessaria* defensio, quam *honesta*.

[a] *Credidit de perfidia*] Credidit, id est, credere se finxit; nam falsa erat perfidia eorum adversus Othonem, vera autem fides.

Ideo Vitellius fidem eorum absolvit, quod scilicet fidi fuissent Othoni contra se ipsum. *Fidei* enim *crimen*, ut ait lib. præced. 'gravissimum' erat 'inter desciscentes.' *Pichena*.

Vitellius vere credidit de fraude: scil. 'pleraque fortnita fraudi suæ assignantes;' hos duces perfidos ad

Digitized by Google

et fidem absolvit.[b] Salvius Titianus, Othonis frater, nullum discrimen adiit, pietate[c] et ignavia excusatus. Mario Celso

fidei veniam condonavit. Salvius Titianus frater Othonis nullum periculum subiit, caritate et inertia defensus. Marius Celsus consularem dignitatem retinet: sed

NOTÆ

ultimum fuisse credidit, et eos absolvit *fidei* crimine, quam Othoni prius præstiterant: quo scil. crimine, nullum gravius inter desciscentes. Hist. l. 1. 59. *Salinerius.*

Quod revera fides fuerat, Vitellius perfidiam fuisse persuasus, sub hujus nomine illam absolvebat. *Acidal.*

Credidit de perfidia] Quia natura facilis et credulus Vitellius, et quia sibi facile quisque persuadet quod sibi utile est. Et præsertim rebus secundis, sibi Vitellius statim adulatur ultro, et a suis partibus stare debere omnes facile sibi persuadet.

Hinc de perfidia credidit Vitellius, et a seipso delusus, *fidem* illorum *absolvit.* Igitur nomine et specie perfidiæ, *crimen fidei* in Othonem ducibus condonavit ac remisit.

Credidit de perfidia] Credidit de perfidia in Othonem: nempe et fidem eorum in eundem Othonem (si fuit) absolvit; vel credidit de perfidia in Othonem, et fidem in se, quæ crimen fuit, absolvit Vitellius.

Credidit] Ducibus credidit de perfidia, et *absolvit* qualem aut quomodocumque *fidem* habuissent.

Credidit de perfidia] *Credidit* nempe de *perfidia* in Othonem, et tamen *fidem* indistincte *absolvit.* Vel sic intellige: si non irridet Tacitus Vitellium, debuit certe ille, et intererat ipsius, *de perfidia* ducum confitentium, saltem palam et in speciem credere, aut videri credere: scil. strictius firmandæ reconciliationis causa cum talibus viris.

Interfuit etiam Vitellii credere et absolvere fidem ducum in Othonem, si forte erat, et sibimet imputare exemplum talis fidei, quemadmodum Celsus exemplum suæ fidei in Galbam imputavit Othoni. Sicque exemplum fidei in priorem principem, similis fidei in Vitellium clarum certumque documentum esse debuit.

[b] *Fidem absolvit*] Quomodo fidem absolvit, si credidit de perfidia? an fidem in Othonem absolvit? an fidem in se? In se fidem non absolvit, quia meritum fuit, non scelus. Puto, Vitellius talia facile transibat, 'impar curis gravioribus.'

Itaque, quia fatebantur *perfidiam*, huc facile inclinavit, ut crederet; at si fides fuit in Othonem, etiam pari facilitate eos absolvit. Immo pari socordia Vitellius, et de perfidia clarissimorum virorum credidit, et fidem eorum in Othonem principem absolvit, quasi fides crimen esset.

Vitellius credidit de perfidia leviter pro ingenio suo, et eos tamen absolvit, et illis condonat fidem quasi scelus.

Forte quasi diceret Vitellius: Crediderim ultro, mihi prodidistis Othonem: quicquid sit, parco vobis, etiam et fidem vestram absolvo.

Debuit certe Vitellius credere de bono affectu ducum in se, aut sic videri, et simul laudare et absolvere indistincte fidem talium virorum, si saperet. Et hoc forte voluit Tacitus.

Fidem] Veræ fidei obtendebant falsam perfidiam. *Credidit* tamen *de perfidia*, aut credere voluit, *et* tamen *fidem*, si quæ fuit, etiam *absolvit.*

[c] *Pietate*] Amore seu caritate in fratrem.

Digitized by Google

Consulatus servatur: sed creditum[2] fama, objectumque mox in Senatu Cæcilio Simplici, 'quod eum honorem pecunia mercari, nec sine exitio Celsi,[d] voluisset.' Restitit Vitellius; deditque postea Consulatum Simplici innoxium et inemtum. Trachalum[e] adversus criminantes Galeria,[3] uxor Vitellii,[f] protexit.

61. Inter magnorum virorum discrimina (pudendum dictu) Mariccus[1] quidam, e plebe Boiorum,[2 g] inserere sese Fortunæ[h] et provocare arma Romana, simulatione Numinum au-

vulgo creditum, exprobratumque mox coram patribus Cæcilio Simplici, quod eam dignitatem pretio redimere, nec sine pernicie Celsi, concupiisset. *Repugnavit Vitellius; concessitque deinde consulatum Simplici, innocentem, nec pecunia emtum. Galeria conjux Vitellii defendit Trachalum adversus accusatores.*

Inter pericula clarissimorum virorum (turpe dictu) Mariccus quidam, e vulgo Boiorum, ausus est immiscere se fortunæ, et lacessere potentiam Rom. assimulata

2 Ita libri omnes. Mallet Freinshemius, *famæ*. Tentat Lipsius, *deditum famæ*. —3 Sic vulgo Mss. et recentiores editiones. In Ms. Bodl. et veteribus editionibus, *Galleria*.

1 Sic Mss. Flor. Guelf. Bodl. Corb. editiones veteres et recentiores. In Ms. Jes. et Rhenanus, *Maricus*. Ms. Reg. *Mauricus*. Ms. Agr. *Mariceus*.

NOTÆ

[d] *Nec sine exitio Celsi*] Quod pronum et facile videbatur ob eximiam Marii Celsi virtutem, cui invidere potuit Vitellius, ultro ac natura sævus, præsertim irrepentibus dominationis magistris. Ille tamen pravitati Cæcilii *restitit* hactenus.

Nec sine exitio Celsi] Infra, vanitatis arguitur Simplex: et forte accusabat Celsum apud Vitellium, ut qui fidus Othoni fuisset, sicque ipsi *exitium* parabat: sed virtus Celsi ac fides ejus eximia in principes, vicit Cæcilii scelus. Et 'restitit Vitellius; ... quanquam ad omnes suspiciones pavidus.'

[e] *Trachalum*] Qui auctor orationis ab Othone Roma profecturo habitæ ad populum, Hist. I. *Suvil.* Hujus Trachali meminit lib. præc. nominis ergo similitudo, et Galeriæ erga Trachalum favor, suadent, ut opinemur fuisse inter eos aliquam propinquitatem. *Pichena.*

[f] *Uxor Vitellii*] Suet. Vit. 6. 'Duxit mox Galeriam Fundanam prætorio patre.'

[g] *Boiorum*] Boii populi, aliquando pars Arvernorum, Biturigum, Cuborum, et Æduorum populorum, in Aquitania prima et Lugdunensi prima Galliæ provinciis. Hodie pars diœceseos archiepiscopatus *Bourges* et pars episcopatuum *Clermont* et *Autun*: vel secundum divisiones temporales, hic nunc est provincia *Bourbonnois* et pars septentrionalis *Arverniæ*. Tillemon.

[h] *Inserere sese Fortunæ*] Vertunt, quasi fortunæ principali se inseteret, quasi de occupando imperio cogitaret: quod falsum. Asserebat Gallias in libertatem; nihil aliud.

Digitized by Google

sus est. Jamque 'assertor Galliarum et Deus,' (nomen[3] id sibi indiderat,) concitis octo millibus hominum, proximos Æduorum pagos trahebat;[i] cum gravissima civitas,[j] electa juventute,[k] adjectis a Vitellio cohortibus, fanaticam[l] multitudinem disjecit. Captus in eo prælio Mariccus ac mox feris objectus,[m] quia non laniabatur, stolidum vulgus invio-

divinitate. Jamque vindex Galliarum, et Deus, *(id vocabulum sibi imposuerat,) commotis octo millibus hominum, vicinos Æduorum vicos raptabat; cum sapientissima civitas, delectu habito, additis cohortibus Vitellio, lymphatam turbam profligavit. Captus in ea pugna Mariccus, ac deinde bestiis expositus, quia non lacerabatur,*

—2 Ms. Agr. *Heduorum.*—3 In omnibus Mss. et veteribus editionibus, *nam id sibi indiderat.* Beroaldus emendavit, *nomen.* Mallet Cl. Ernestus, *nam id sibi indiderat nomen,* vel *nominis.*

NOTÆ

[i] *Trahebat*] Raptabat, deprædabatur. *Trahere,* hic est agere et ferre. Interdum significat trahere in eadem, seu in partes easdem compellere, vi, metu, aut favore.

[j] *Gravissima civitas*] Id est, sapientissima, et quæ omnia summo consilio et prudentia agebat: et hoc dictum non sine magno honore nostræ Galliæ, ut olim de Spartana civitate.

[k] *Electa juventute*] Id est, exercitu.

[l] *Fanaticam*] Sic Florus l. III. c. 19. ubi de bello Servili: 'Syrus quidam nomine Eunus, (magnitudo cladium facit, ut meminerimus,) fanatico furore simulato, dum Syriæ Deæ comas jactat, ad libertatem et arma servos, quasi numinum imperio, concitavit; idque ut divinitus fieri probaret, in ore abdita nuce, quam sulphure et igne stipaverat, leniter inspirans, flammam inter verba fundebat. Hoc miraculum primum duo millia ex obviis; mox jure belli fractis ergastulis, sexaginta amplius millium fecit exercitum,' &c.

[m] *Ac mox feris objectus*] Ex hoc loco potest intelligi, quid sit *objici,* vel *subjici* feris; nam utrumque dicitur. Dicebantur itaque *objici,* vel *subjici* feris, qui eis dilaniandi tradebantur, ut Danielem et Divum Dionysium feris objectos legimus.

Aliud erat in ludum venatorium damnari. Nam tum pugnandum erat cum bestiis, et hi *ad bestias damnati* dicebantur. Unde *bestiarii* vocati a Suetonio, qui cum bestiis pugnabant, et ludus bestiarius, in quo *bestiarii* depugnabant.

Plinius epist. 10. 'Quidam vel in opus damnati, vel in ludum, publicorum servorum officio funguntur.' *Lupanus.*

Sic olim Scipio exemplo patris sui Æmilii Pauli, qui Macedones vicerat, ludos fecit, transfugas atque fugitivos bestiis objecit, auctor Florus ex Liv. 51. Sic apud Sen. epist. 7. 'Mane leonibus et ursis homines, meridie spectatoribus suis objiciuntur.'

Quibus in locis confundunt auctores, *objicere feris* damnatos, et *ad bestias dare,* cum venationis pugna populo exhibetur, ut est ex Appione apud Gell. l. v.

In eo autem discrimen esse videtur, quod *bestiis objectus,* ut Mariccus hoc loco, homo imbecillus a valentissima bestia laniatur: *ad bestias datus,*

Digitized by Google

labilem credebat, donec, spectante[n] Vitellio, interfectus est.

62. Nec ultra in defectores,[o] aut bona cujusquam, sævitum: rata fuere eorum, qui acie[1] Othoniana ceciderant, tes-

imperita plebs sanctum et inviolatum rebatur, donec in conspectu Vitellii interemtus est.

Nec ultra grassatum in rebelles, aut in cujusquam opes: valida fuere testamenta eorum qui in prælio Othoniano cæsi erant, aut rata *lex iis* qui *nullo condito testa-*

1 Ms. Corb. et editio princeps, *in acie Oth.*

NOTÆ

plerumque præclaram bestiam venabulo transverberat: qua vero pugna, docet Cassiodorus Var. l. v. et illo casu, qui certationis discrimine pœnam luisset, culpæ vacuus et pœnæ alterius erat.

Ceterum Mariccus, quod plebem ad arma concitasset, legitime punitus est. Paulus enim ait: 'auctores seditionis et tumultus, populo concitato, pro qualitate dignitatis, aut in furcam tolluntur, aut feris objiciuntur, aut in insulam deportantur.' L. III. 8. D. de pœnis.

Erant autem hæ diversæ puniendi formæ, in furcam sive crucem tolli, et feris objici, quamvis et qui objicerentur cruci affixi forent, quo facilius a bestia laniarentur, ut indicat Martial. l. I. Ep. 7. 'Nuda Caledonio sic pectora præbuit urso, Non falsa pendens in cruce Laureolus.'

At bestiis subjectus Mariccus, non laniabatur, scil. forte, quod citrium dicto pœnæ die sumsisset, vel quod ferarum ora aspergi chalcantho curasset.

Legimus enim apud Hermolaum ex Athenæo, l. III. c. 5. in Ægypto horrendis animalibus objectos prædones, qui theatrum ingressuri citrium a muliercula datum comedissent, mali nihil quicquam ab illis passos esse. Plinius de chalcantho quoque l. XXXIV. c. 12. scribit. *Vertranius.*

Ac mox feris] *Captus* Mariccus, et tractus ad Vitellium, qui nondum in urbem adventarat, quia ipsi feræ pepercissent, et stolidum vulgus inviolabilem crederet: nec occisus, nisi in conspectu Vitellii, cum forte adhuc in itinere esset. Vel tractus in urbem erat et feris objectus, quæ eum eum velut inviolatum non vorarent, mox in oculis Vitellii interfectus est.

[n] *Donec spectante*] Forte fuerat feris objectus, absente Vitellio, sive in urbe sive in provincia: et cum non laniaretur, putareturque inviolabilis apud vulgus, tandem mox, præsente et *spectante Vitellio*, ferro interemtus est.

[o] *Nec ultra in defectores... sævitum*] Cicero pro M. Marcello: 'Non enim jam causæ sunt inter se, sed victoriæ comparandæ. Vidimus tuam victoriam prælioruin exitu terminatam, gladium vaginæ vacuum in urbe non vidimus. Quos amisimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ; ut dubitare debeat nemo, quin multos, si fieri posset, C. Cæsar ab inferis excitaret, quoniam ex eadem acie conservat quos potest.'

Nec ultra in defectores sævitum] Id nihil pertinet ad Mariccum aut Æduos, sed id connectendum statim post ea quæ præcessere, c. 60. Tracha-

tamenta, aut lex intestatis: prorsus, si luxuriæ[2] temperaret,[3] [p] avaritiam non timeres. Epularum fœda et inexplebilis[4] libido: [q] ex urbe atque Italia[r] irritamenta gulæ[s] gestaban-

mento interierant: omnino si luxu abstineret Vitellius, *cupiditatem* ejus *non metueres. Turpis et nusquam satiata cupido conviviorum: ex civitate atque ex Italia incitamenta voluptatum ac luxuriæ afferebantur, strepentibus ab utroque pelago viis:*

2 Sic bene Mss. Flor. Reg. Corb. editiones veteres et recentiores. Male in Mss. Harl. Bodl. Jes. *luxuriam.*—3 Beroaldus, *temperares.*—4 Mss. Harl. Guelf. *inexpiabilis.* Altera manu in Ms. Harl. emendatum, *inexplebilis.*

NOTÆ

lum adversus 'criminantes Galeria uxor Vitellii protexit.' Nec ultra in defectores sævitum,' &c.

p *Si luxuriæ temperaret*] Suet. Vitel. 10. 'Egregie prorsus atque magnifice, et ut summi principis ostenderet spem, nisi cetera magis ex natura, et priore vita sua, quam ex imperii majestate, gessisset.' Hinc etiam c. 17. 'Aliis incendiarium et patinarium vociferantibus:' sic scil. luxuriam et gulam ipsi exprobrabant, cum occideretur, et incendium Capitolii, quod pari audacia exprobrarent Flavianis, si victi fuissent.

Si luxuriæ temperaret] Dio Vitell. 'Addendum videtur, domum auream Neronis non ei satisfecisse: cumque nomen vitamque ejus et mores laudaret, hac in re tantum reprehendebat, quod diceret eum male habitasse, et usum fuisse parvo vilique paratu. Vitellium uxor Galeria irridere solebat, quod raro ornatu regio uteretur.'

q *Inexplebilis libido*] Suet. Vitell. 13. 'Præcipue luxuriæ sævitiæque deditus, epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in jentacula, et prandia, et cœnas, commissationesque: facile omnibus sufficiens, vomitandi consuetudine.'

Idem Suet. Vitel. XIII. 'Ut autem homo non profundæ modo, sed intempestivæ quoque ac sordidæ gulæ, ne in sacrificio quidem unquam aut itinere ullo temperavit, quin inter altaria ibidem statim viscus et farra pæne rapta a foco manderet, circaque viarum popinas fumantia opsonia, vel pridiana atque semesa.'

r *Ex urbe atque Italia*] Simile de Nerone l. xv. 37. 'Volucres et feras diversis e terris, et animalia maris Oceano abusque petierat.' Genus istud hominum sugillat Sen. Epist. 60. 'Quamdiu unius mensæ frumentum' (alii lib. *instrumentum*,) 'multa navigia, et quidem non ex uno mari, subvehent?' *Gruterus.*

Ex urbe] Ex urbe ipsa et Italia, simul et ex omnibus provinciis advehebantur *irritamenta gulæ.* Nam *ab utroque mari* strepebant itinera.

s *Irritamenta gulæ*] 'Patinam quidem unam apparavit, in quam impendit decem millia aureorum, linguis, cerebrisque, et jecoribus piscium, et quarundam avium in eam conjectis. Hanc Patinam, cum fictilis esse non posset, propter magnitudinem, argenteam fecit, eaque diu permansit, veluti res Diis consecrata, quousque Adrianus eandem conspicatus, tolli ac conflari jussit.' X. millia aureorum, sunt 25,000. coronati, seu 75,000. libræ.

Digitized by Google

tur, strepentibus ab utroque mari[t] itineribus: exhausti conviviorum[u] apparatibus principes civitatum:[v] vastabantur ipsæ[5] civitates: degenerabat a labore ac virtute miles, assuetudine voluptatum et contemtu Ducis.[w] Præmisit in urbem edictum,[x] quo vocabulum *Augusti* differret,[y] *Cæsaris*

eversi opibus ac fortunis primores urbium grandi paratu epularum: iisdem *exhauriebantur et ipsa oppida: desciscebat ab opere et fortitudine miles, consuetudine deliciarum et fastidio* ipsius *principis. Præmisit Romam edictum, quo nomen*

5 *ipsæ* deest in Budens. et Puteol.

NOTÆ

[t] *Ab utroque mari*] Utrumque mare vocatur mare Superum, sive Adriaticum, nunc *sinus Venetus*, in cujus intimo sinu Venetiæ sitæ sunt; atque mare Inferum sive Tuscum aut Tyrrhenum. Nisi de Ionio atque Ægæo mari malis intelligi. *Lipsius.*

Quidni Oceanum intelligas et Mediterraneum mare? Id explicare videtur Suet. cum dicit a *Carpathio usque fretoque Hispaniæ, &c.*

[u] *Exhausti conviviorum*] Dio Vitell. 'Fuit tempus principatus Vitellii nihil aliud quam ebrietas et commissationes. Pretiosissima quæque undique terra marique perquisita adeo opipare apparabantur, ut omnes cupediæ ex eo nunc etiam *Vitellianæ* vocitentur.'

[v] *Principes civitatum*] Sic Suet. Vitell. 13. 'Indicebat autem aliud alii eadem die; nec cuiquam minus singuli apparatus quadringenis millibus nummum constiterunt. Famosissima super ceteras fuit cœna ei data adventitia a fratre: in qua duo millia lectissimorum piscium, septem avium, apposita traduntur. Hanc quoque exsuperavit ipse dedicatione patinæ, quam ob immensam magnitudinem *Clypeum Minervæ* αἰγίδα πολιούχου dictitabat. In hac scarorum jecinora, phasianorum et pavonum cerebella, linguas phœnicopterum, murenarum lactes, a Carpathio usque fretoque Hispaniæ per navarchos ac triremes petitarum, commiscuit.' Quadringena millia sunt nobis 10,000. coronati, seu 30,000. libræ.

[w] *Ducis*] Scil. Imperatoris Vitellii. Flagitium ducis æmulantur ignavi et improbi ad tempus; dein tandem boni et improbi pariter eum contemnunt; in id tantum consentientes simul conspirantesque.

[x] *Præmisit in urbem edictum*] Eo edicto respondere videtur Vitellius SCto. super honoribus sibi decretis. Dixit enim superius: 'In Senatu cuncta, longis aliorum principatibus composita, statim decernuntur.' Inter quæ vocabulum Augusti Cæsarisque fuisse credendum est. *Pichena.*

Sic tamen Suet. Vitell. 8. 'Consentiente deinde etiam superioris provinciæ exercitu, qui prius a Galba ad Senatum defecerat, cognomen Germanici, delatum ab universis, cupide recepit, Augusti distulit, Cæsaris in perpetuum recusavit.'

[y] *Augusti differret*] Tanti honores splendorem offundebant tali imperatori, et præsertim ob flagitia; quia *nulla virtute redemtus*, et propria scelerum conscientia maculosus ac pudendus ille.

Et quis non exhorreat ultro *nomen* aut decus *Cæsaris*, in homine qui

Digitized by Google

non reciperet, cum de potestate nihil detraheret. Pulsi Italia mathematici.[2] Cautum severe, ' ne Equites Rom. ludo[6] [a]

Augusti *prolataret*, titulum Cæsaris *non admitteret*, *cum de potentia nihil demeret*. *Mathematici Italia ejecti*. *Stricte vetitum*, ne equites Romani spectaculis

6 Perperam Ms. Reg. et editio princeps, *luto et arena*. Brotier.

NOTÆ

spintria et fellularius olim Tiberii; qui omnis scientiæ aut virtutis bellicæ prorsus expers?

Quis *vocabulum Augusti* in eo approbet? Etiam si demas flagitia et scelera hominis, ubi *acerrima* illa *mens Divi Augusti*? ubi *cautissima Tiberii senectus*? Infra: ipse ' nullis stipendiis, nulla militari fama.'

[2] *Pulsi Italia mathematici*] Summa edicti erat, ut ' intra Kalend. Octob. urbe Italiaque Mathematici excederent.' Proxima nocte astrologi aliud vulgarunt programma, ut scribit Suet. c. 14. ' Bonum factum, ut Vitellius Germanicus intra eundem Kalendarum diem usquam ne esset.'

Quam hoc in ipso verum comprobaverit eventus, qui in finem usque mox secuti Decembris supervixit, velim constaret nobis ex Astrologorum supputationibus ad liquidum deductis: præsertim cum ipsorum libri ambitiose admodum venditent id exemplum.

Ut verum fatear, Zonaras videtur errantibus patrocinari, ut et Xiphilinus, qui edictum scribit propositum, postquam Vitellius Romam venerat, cum ex Tacito colligi possit, Lugduno potius missum fuisse. *Savilius*.

Sive Lugduno miserit edictum, sive edixerit postquam in urbem venit, non video quomodo constet ratio mathematicis seu Chaldæis, cum ad tres menses supervixerit Vitellius ultra quam comminati erant.

Inepte Dio et Zonaras, nec sine errore aut mendacio. Ex edicto tenentur illi exire intra Kal. Octob. Rescribunt mathematici, ne Vitellius usquam esset intra eundem diem. An hoc verum? vane, *insulse*, et oscitanter Græculi auctores sic scripsere: et mendacio astrologorum supervixit illusitque ipse Vitellius.

Sic Suet. Vitell. 14. ' Nullis tamen infensior quam vernaculis et mathematicis, ut quisque deferretur, inauditum capite puniebat: exacerbatus, quod post edictum suum, quo jubebat intra Kalend. Octobris urbe Italiaque mathematici excederent, statim libellus est propositus, et Chaldæos dicere, (vel *edicere*) Bonum factum, ne Vitellius Germanicus intra eundem Kalendarum diem usquam esset.'

Pulsi Mathematici] Qui vicissim edixere, teste Sueton. 14. ' Ne Vitellius ... usquam esset.' Et posset dici, quod Seneca de Claudio in Ludo: ' Quid huic invides? Patere Mathematicos aliquando verum dicere, qui illum, postquam princeps factus est, omnibus annis, omnibus mensibus efferunt: et tamen non est mirum, si errant: horam ejus nemo novit; nemo enim illum unquam natum putavit. Fac quod faciendum est: dede neci; ' melior vacua, sine, regnet in aula.' '

Pulsi Italia] Dio, Vitell. ' Proposito edicto, astrologos urbe ejecit, edixitque, ut intra certum diem, quem ipse præscripserat, ex omni Italia excederent. Illi contra, de nocte di-

Digitized by Google

et arena polluerentur.' Priores id Principes pecunia[b] et sæpius vi perpulerant: ac pleraque municipia et coloniæ æmulabantur,[c] corruptissimum quemque[d] adolescentium pretio illicere.

63. Sed Vitellius, adventu fratris,[e] et irrepentibus domi-

et amphitheatro contaminarentur. *Id superiores Imperatores largitione, et sæpius auctoritate expresserant: ac pleræque coloniæ et oppida* idem *imitabantur*, ita *ut flagitiosissimum quemque juvenum* etiam *pecunia solicitarent.*

Sed Vitellius, adventante fratre, et irrepentibus regnandi magistris, ferocior et

NOTÆ

em ei in tabulis præscribunt, intra quam excedat e vita: isque ante eam diem interfectus est.' Potius credendum Suetonio: et ratio suadet potius de Kalend. Octob. edictum fuisse; ante quam diem non est interfectus Vitellius, qui mox periit mense Decembri.

Mathematici] Dio VI. 'Cum irrideret Vitellius astrologos, hoc argumento confirmabat eos nihil scire, quod dicerent ipsum imperaturum. Idem quoque cum intellexisset Nero, ita risit hominem et contemsit, ut nihil de eo gravius statuerit.'

[a] *Ne Equites Rom. ludo*] Per *ludum* intelligit scholam et locum in quo gladiatores docentur gladiaturam, ut Sueton. in Jul. 31. Caligula 'equestrem ordinem, ut scenæ arenæque devotum, proscidit.'

Atque hoc loco Vitellius pollui arena equites Romanos vetuit. Gladiatoria vero arena significatur, in qua gladiatores depugnabant: unde *Arenarii* dicti, qui arena depugnabant. *Lupanus.*

[b] *Pecunia*] Sic de Ner. Ann. l. XIV. 14. 'Ratusque dedecus amoliri, si plures fœdasset, nobilium familiarum posteros, egestate venales, in scenam deduxit: quos fato perfunctos, ne nominatim tradam, majoribus eorum tribuendum puto: nam et ejus flagitium est, qui pecuniam ob delicta potius dedit, quam ne delinquerent. Notos quoque equites Rom. operas arenæ promittere subegit donis ingentibus; nisi quod merces ab eo, qui jubere potest, vim necessitatis affert.'

[c] *Æmulabantur*] Coloniæ non æmulabantur se invicem, ut vertit nobilis interpres, sed exemplo priorum principum et Rom. civitatis, corruptissimum quemque adolescentem pretio ad talia illiciebant. Id traxerant præcipue ex ingenio aulæ Neronianæ.

Attamen primo id exemplo principum et spectaculorum Rom. forte fecerant, et postea certatim inter se id æmulari cœperunt. Quippe video, fuisse quandam æmulationem inter civitates Italiæ, quod spectat ad amplitudinem amphitheatrorum.

Tac. cap. 21. de Placentina plebe: 'Fraude illata ignis alimenta credidit a quibusdam e viciuis coloniis, invidia et æmulatione, quod nulla in Italia moles tam capax foret.'

[d] *Corruptissimum quemque*] Senec. Epist. 99. 'Aspice illos juvenes, quos ex nobilissimis domibus in arenam luxuria projecit.' *Savilius.*

[e] *Adventu fratris*] Hic ipse est, qui infra l. III. 38. paravit exitium Junio Blæso ipsi, qui Galliam Lugdunensem rexerat. Huic infensus L. Vitellius, 'æmulatione prava, quod eum omni dedecore maculosum egregia fama anteibat.' Hic Blæso triumphali, qui avunculus Sejani fuit, geni-

Digitized by Google

nationis magistris,[f] superbior et atrocior, occidi Dolabellam jussit, quem in coloniam Aquinatem sepositum[g] ab Othone retulimus. Dolabella, audita morte Othonis, urbem introierat: id ei Plancius[1] Varus, Prætura functus,[h] ex intimis Dolabellæ amicis, apud Flavium Sabinum, Præfectum urbis, objecit, tanquam rupta custodia, Ducem se victis partibus[i] 'ostentasset:'[2] addidit, 'tentatam cohortem, quæ Ostiæ ageret:' nec ullis[j] tantorum criminum proba-

immanior, interfici Dolabellam jussit, quem in urbem Aquinatem amotum ab Othone memoravimus. Dolabella, nuntiato exitu Othonis, urbem ingressus erat. Id ei Plautius Varus, qui præturam obierat, Dolabellæ familiaris, coram Flavio Sabino præfecto urbis exprobravit, tanquam perfracta custodia, se ducem exhibuisset profligatis partibus. *Adjecit*, solicitatam *ab eo* cohortem quæ Ostiæ tenderet:

1 Sic bene Jac. Gronovius e Ms. Mediceo. In editione principe, *Plautius Varus*. Puteolanus, *Platius*. Mss. Reg. Guelf. Jes. *Plaucius*. Mss. Harl. Bodl. et Rhenanus, *Plautius*. Verum nomen, *Plancius Varus*; ut confirmat nummus Nicæensium, quem exhibet Cl. Pellerin, Mélange de Médailles, Vol. II. p. 39. Tab. 26. n. 4. ΑΥΤΟΚΡ . . . . . ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΩ. ΝΕΙΚΑΕΙ. Caput Vespasiani laureatum. In aversa parte, ΕΠΙ. ΜΑΡΚΟΥ. ΠΛΑΝΚΙΟΥ. ΟΥΑΡΟΥ. ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. Pampinatum Bacchæ caput. Nummum illum ad Nicomedienses perperam retulere eruditi viri Vaillant, Harduinus, Spanhemius aliique. *Brotier*.—2 Cod. Ryckii *ostentaret*.—3 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. editiones

NOTÆ

tus, sapientia inprimis præcellere debuit ac modestia, qui Tiberii ultionem et tot imperatorum malitiam illæsus evaserat hactenus.

[f] *Irrepentibus dominationis magistris*] Sic infra eodem lib. 84. 'Ipso Vespasiano, inter initia imperii, ad obtinendas iniquitates haud perinde obstinante: donec indulgentia fortunæ et pravis magistris, didicit aususque est.'

Magistris] Qui dominandi artes, superbiam, et præcipue sævitiam monerent.

[g] *Sepositum*] Plut. Oth. 'Dolabella suspectus fuit prætorianis, ut propinquus Galbæ; quare sepositus est Aquinum ab Othone.'

[h] *Prætura functus*] Vertit interpres Gall. quasi nuper præturam obiisset: sed Tacitus stirpem et ordinem seu dignitatem designat hominis, non præturæ adeptæ tempus.

[i] *Victis partibus*] Othonianis nempe.

[j] *Nec ullis*] Plancius objecit Dolabellæ, quod introisset urbem, et 'tanquam rupta custodia, ducem se victis partibus ostentasset,' &c. 'et ille,' nempe Dolabella, 'nullis tantorum criminum probationibus versus in pœnitentiam, seram veniam post scelus quærebat:' id est, postquam admissum probatumque scelus erat, sceleris veniam, sed seram, petebat.

Certe sero petitur venia post scelus compertum, præsertim in crimine majestatis et affectati imperii. Et tum differri Dolabella, non dissimulari potuit.

Puto, Dolabella, dum probationes talium criminum quærebantur afferebanturque, se tuebatur quasi inno-

Digitized by Google

tionibus: in pœnitentiam versus seram,[3] veniam[k] post scelus quærebat. Cunctantem super tanta re Flavium Sabinum, Triaria, L. Vitellii uxor, ultra fœminam ferox, terruit,[l] ne 'periculo Principis famam clementiæ affectaret.'[4] Sabi-

nec ullis tantorum scelerum argumentis revocatus ad meliorem mentem, tardam veniam petebat post facinus. Triaria, L. Vitellii conjux, magis quam mulierem deceat violenta, perterruit deliberantem super tanto negotio Flavium Sabinum, tanquam e discrimine Imperatoris famam lenitatis captaret. *Flavius, suapte indole man-*

veteres et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. et Rhenanus, *secundam veniam.* Inde tentabat Acidalius, *veniam secundum scelus quærebat.* Brotier. Præclaram Bip. medelam ambabus amplector, restituta interpunctione post *probationibus,* et voce *seram* præcedenti reddita. *Oberlin.*—4 Sic bene Ms. Reg. editio princeps et recentiores. Sic Horatius, I. Od. II. 5. 'Terruit gentes, grave ne rediret Sæculum Pyrrhæ.' Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *terruit e periculo .... affectare,* [sic et Gronov. et Ryckius.] Ms. Agr. *terruit tamquam e periculo .... affectaret.* Rhenanus, *terruit periculo .... affectaret.* Brotier.

NOTÆ

cens esset, et tanquam scelus haud probari posset; nec etiam dum afferuntur illæ probationes, in pœnitentiam convertebatur, nullamque petiit veniam; at post scelus factum, et probationibus evictum compertumque, sero ad veniam et gratiam principis confugiebat.

Forte solicitabat Dolabella pietatem conjugis Vitellii Galeriæ, et Sextiliæ matris, et aliarum illustrium fœminarum, quæ etiam tum se magnis fortunis et negotiis immiscebant: sic antea molitæ imperium Nymphidio fœminæ Rom. insignes. Sed audacior Triaria, impulit Sabinum, ut ruentem Dolabellam desereret, immo et impelleret.

Nec ullis] Hæc omnia, quæ sequuntur, refert interpres Gall. ad Plancium Varum; qui scil. accusavit Dolabellam *apud Flavium Sabinum;* qui *addidit tentatam cohortem, &c.* qui *nec ullis tantorum criminum probationibus* inventis, quo facto reus delator fuit, nec ideo *in pœnitentiam versus,* Plancius scil. *seram veniam,* post commissum nempe *scelus* falsæ delationis, *quærebat.*

Sed potius hæc ultima verba, *nec ullis tantorum criminum, &c.* intelligenda sunt de Dolabella, qui postquam accusatus esset a Varo, et allatæ essent *probationes* criminum, tum tamen *nec in pœnitentiam* versus erat: sed *post scelus* patratum probatumque, *seram veniam* quærebat.

[k] *Seram veniam*] Sic forte intelligit Tacitus: si Dolabella statim se in coloniam Aquinatem recepisset, nec ita vulgari probarique scelus passus esset, aut statim confessus foret, facilem ipsius veniam futuram fuisse; at cum non mutasset consilium, immo perseverasset tentare animos, et restituere fortunam partium victarum, certe tum Dolabella seram veniam quærebat.

Seram post scelus veniam] Virg. 'Furto lætatus inani, Distulit in seram commissa piacula mortem.'

[l] *Terruit, ne*] Alii *tenuit, ne, &c.* sed recte pro genio Taciti, *terruit,* et etiam pro natura Sabini, qui *suopte ingenio mitis,* et pro indole mulieris, quæ *ultra fœminam ferox.* Sic capio: *terruit* dicens, *affectare* ipsum famam clementiæ e periculo principis.

Digitized by Google

nus, suopte ingenio mitis, ubi formido incessisset, facilis mutatu, et in alieno discrimine sibi pavens, ne allevasse videretur, impulit ruentem.[m]

64. Igitur Vitellius, metu et odio, quod Petroniam, uxorem ejus,[n] mox Dolabella in matrimonium accepisset, vocatum per epistolas, 'vitata Flaminiæ viæ celebritate, devertere[1] Interamnium[2][o] atque ibi interfici' jussit. Longum

metus, ubi pavor animum *intrasset, mutatu haud difficilis, et in alieno periculo sibi* ipse *metuens, ne adjuvisse* reum *crederetur, labentem impulit.*

Itaque Vitellius, formidine et offensione, quod Petroniam, conjugem ipsius, mox Dolabella uxorem duxisset, accitum per literas, declinata frequentia viæ Flaminiæ, migrare Interamnam, atque ibi occidi *præcepit. Longius* id *percussor*

1 Sic bene Mss. Flor. Agr. Corb. editio princeps et recentiores. In aliis Mss. et editis libris, *divertere.* Brotier.—2 Ita Mss. Reg. Flor. Agr. Bodl. et editiones recentiores. Perperam in editione principe, *intra Annium.* Mss. Harl. Jes. *Interannium.* Puteolanus emendavit *Interamnam;* [et sic scribit Ryckius.] Sic enim infra Hist. III. 63. 'Interamnæ subsistere' legitur. Ut ut est, Interamnium est ipsa Interamna, hodie *Terni,* quæ in Antonini Iti-

NOTÆ

[m] *Impulit ruentem*] Favere videtur hosti principis et eum fovere, qui in eum pro viribus non insurgit. Qui tum silet, etiam perinde reus majestatis censetur.

Impulit ruentem] Cic. pro Rabirio Posth. 'Satis est homines imprudentia lapsos non erigere; urgere vero jacentes, aut præcipitantes impellere, certe est inhumanum.'

Impulit ruentem] Retulit nempe crimen Dolabellæ principi, prout perpetratum, probatum, et compertum fuerat: quod dissimulare et mollire tamen literis et sua auctoritate forte potuit præfectus urbis, nisi obstitisset audacia Triariæ, pessimæ fœminæ.

Quædam crimina deferebantur ad præfectum urbis, et habuit suum tribunal. Idque jus detraxerat Augustus prætori urbano, ut novum magistratum, præfectum scil. urbis, augeret.

Præcipue ad illum pertinuit, compescere motus urbanos et mala consilia adversus Rempub. aut principem; ideoque habuit quatuor cohortes, *urbanas* dictas; etiam et vigilum cohortes penes ipsum erant, cum uti vellet.

[n] *Petroniam, uxorem ejus*] Sueton. Vitel. 6. 'Uxorem habuit Petroniam, consularis viri filiam, et ex ea filium Petronianum, captum altero oculo. Hunc hæredem a matre sub conditione institutum, si de potestate patris exisset, manu emisit; brevique, ut creditum est, interemit, insimulatum insuper parricidii, et quasi paratum ad scelus venenum ex conscientia hausisset.'

[o] *Interamnium*] Urbs Umbriæ regionis ad Narem fluvium, hodie *Terni,* urbs Ombriæ sive ducatus Spoleti ad fluvium *Nera,* in statu Ecclesiastico. *Tillemon.*

Digitized by Google

interfectori visum:[3] in itinere ac taberna[p] projectum humi jugulavit: magna cum invidia novi Principatus, cujus hoc primum specimen noscebatur. Et Triariæ licentiam modestum e proximo exemplum onerabat,[q] Galeria Imperatoris uxor,[r] non immixta[4] tristibus:[5] et pari probitate mater Vitelliorum, Sextilia,[t] antiqui moris. Dixisse quin etiam, ad primas filii sui epistolas,[u] ferebatur, 'non Germanicum a se,[v] sed Vitellium genitum.' Nec ullis postea fortunæ ille-

ratus: in via atque diversorio prostratum humi interfecit; cum ingenti odio adversus recentem dominationem, cujus hoc primum experimentum perspiciebatur. Et Triariæ audaciam gravabat e propinquo specimen modestiæ, Galeria principis conjux, non atrox mæstis: et pari virtute parens Vitelliorum, Sextilia, priscæ sanctimoniæ fœmina. *Quin etiam dicebatur respondisse* ipsam *primis filii sui literis,* non gennisse se Germanicum, sed Vitellium. *Nec ullis mox fortunæ blandi-*

nerario dicitur, *Interamnia civitas.* Brotier.—3 Ita bene libri scripti et editi, præter Rhenanum, qui invertit, *in itinere visum.* Idem.—4 Ita recentiores e conjectura J. F. Gronovii, et corrupta scriptura Ms. Flor. *non immix tristibus;* et editionis principis, *non immixtricibus.* Pichena emendaverat, *non immitis tristibus,* [et sic Gronovius et Ryckius.] Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *non minax tristibus.* In Ms. Corb. *non minus.* Rhenanus tentabat, *nun minis.* Brotier. Ms. Agr. *non immanis.* J. Gronov. dabat *non*

NOTÆ

[p] *In itinere ac taberna*] Divertere Interamnium, atque ibi interfici Dolabellam jusserat Vitellius. At cum longum id interfectori visum esset, non ivit usque Interamnium, sed eum statim in itinere atque in taberna jugulavit.

Divertere eum a via Flaminia jusserat Vitellius, ut cædes illustris viri et crimen novi principatus fama minus notesceret. Quasi vero! sæpe quo magis supprimitur rumor, eo magis augetur.

[q] *Onerabat*] Intendebat, augebat, graviorem exhibebat.

[r] *Galeria Imperatoris uxor*] Suet. Vitel. 6. 'Duxit mox Galeriam Fundanam prætorio patre: ac de hac quoque liberos utriusque sexus tulit: sed marem, titubantia oris prope mutum et elinguem.'

[s] *Tristibus*] Alii aliter reponunt: *non minis tristibus:* alii, *non nimia tristibus,* seu *non immitis.* Alii, *non minima ex tristibus;* alii, *non immixta tristibus.* Sed quia cod. Flor. habet, *non immix.* et antiqui libri, *non minax,* hæc lectio retinenda: quia nempe muliebri fastu non insultaret afflictis. At *non immixta tristibus,* explicant, non fuisse participem ullius crudelis facti aut acerbi consilii.

[t] *Sextilia*] Suet. Vitel. 3. L. Vitellius 'decessit paralysi altero die quam correptus est, duobus filiis superstitibus, quos ex Sextilia probatissima, nec ignobili fœmina editos, consules vidit,' &c.

[u] *Ad primas filii sui epistolas*] Quibus nempe se principem electum, et quibus *Germanici* cognomen præscripserat, et sic se appellatum ab exercitu, nuntiabat.

[v] *Non Germanicum a se*] Sic Suet.

Digitized by Google

cebris, aut ambitu civitatis, in gaudium evicta,[5 v] domus suæ tantum adversa sensit.

65. Digressum a Lugduno Vitellium M. Cluvius Rufus[1] assequitur, omissa Hispania; lætitiam[x] et gratulationem[y] vultu ferens, animo anxius et petitum se criminationibus gnarus. Hilarius, Cæsaris libertus, detulerat, 'tanquam, audito Vitellii et Othonis[z] Principatu, propriam ipse poten-

mentis, aut ambitione urbis, in lætitiam elata aut excita, *familiæ suæ improspera tantum experta est.*

Profectum Lugduno Vitellium attingit M. Cluvius Rufus, relicta Hispania; gaudium et gratulationem ore præferens, sed *mente solicitus, et qui oppugnatum se calumniis comperisset. Hilarius, libertus principis* eum *accusaverat,* quasi nunciato Vitellii et Othonis imperio, propriam ipse potestatem, et dominationem

juncta.—5 Sic bene Mss. Flor. Harl. Jes. Agr. Jac. Gronovius et recentiores. In Mss. Reg. Bodl. et editionibus veteribus, *evecta.* Mallet Nicolaus Heinsius, *erecta.* Sed *evicta* hic usurpari videtur, ut supra Annal. XI. 37. 'Supremis ejus necessitatibus ad miserationem evicta erat.' *Brotier.*

1 In Ms. Ryckii desideratur τὸ Rufus.

NOTÆ

Vitel. 3. 'Genituram ejus prædictam a mathematicis, ita parentes exhorruerunt, ut magno opere semper contenderit pater, ne qua ei provincia vivo se committeretur: et mater missum ad legiones, et appellatum imperatorem, pro afflicto statim lamentata sit.

[v] *In gaudium evicta*] Sic apud Curt. l. IV. 'Sysigambis, hortantibus captivis, ut animum a mœrore allevaret, in eodem quo antea fuit perseveravit. Non vox ulla excidit ei, non oris color, vultus ne quidem mutatus est. Sedit immobilis, præcoce gaudio verita fortunam irritare; adeo ut, quid mallet, intuentibus eam fuerit incertum.'

Evicta] Alii *evecta*, ex Mss. sed bene *evicta*: tantæ enim modestiæ fuit, ut in lætitiam evinci non potuerit, quantacumque arridente fortuna, et quæ semper fuit infra virtutem et mores illius.

[x] *Lætitiam*] Gaudium vultu ferens, quamvis animo mœstus et anxius.

[y] *Gratulationem*] Scil. gratulaturus Vitellio, quod hostes vicisset, jamque esset *rerum dominus*, posito ubique bello.

[z] *Audito Vitellii et Othonis*] Cluvius a Galba impositus erat Hispaniæ; ille, occiso Galba, statim pro Othone fuit, quia forte primum auditus erat; dein quippe post paucos dies Hispania in partibus Vitellii fuit, ob vicinas Gallias et legionum Germanicarum famam.

Haud dubie tali mutatione principum, et adeo subita, ac velut interregno anxius legatus, et varias in curas distrahitur, et quem tueatur, aut cujus nomen edictis seu diplomatis præscribat, incertus æstuat; et quamvis Reipub. magis consulat, quam sibi, tamen haud unquam satis innocens videtur: suspectatur, aut etiam accusatur ab obtrectatoribus.

Et hi genus liberti, statim sese procuratores Cæsaris, quem voluerint,

Digitized by Google

tiam et possessionem Hispaniarum tentasset: eoque diplomatibus[a] nullum Principem præscripsisset.' Interpretabatur[2] quædam ex orationibus[3] ejus,[b] contumeliosa in Vitellium, et pro se ipso[c] popularia. Auctoritas Cluvii prævaluit, ut puniri[4] ultro[d] libertum suum[e] Vitellius juberet.

Hispaniarum sibi asserere voluisset: ideoque diplomatis nullum principis vocabulum apposuisset. *Explicabat nonnulla ex concionibus illius*, ut *probrosa in Vitellium, et pro seipso civilia. Auctoritas Cluvii præpolluit, ut animadverti in libertum suum Vitellius ultro præciperet. Cluvius agmini Imperatoris adjunctus,*

2 Mallet Ernestus, *et interpretabatur*, vel *interpretabaturque*.—3 Sic bene Rhenanus et recentiores. Sic quoque emendatum in Ms. Harl. Perperam Mss. et veteres editiones, *exhortationibus*. Brotier.—4 Ms. Corb. *puniri vel*

NOTÆ

ferunt. Duces tum sunt rebus turbidis, et quidem egregii in vulgus ac verendi; et importuni illi præcipue nobilioribus et consularibus viris; quod nunc Cluvio optimo viro contigit. Sic IV. 48. 'Quia minoribus major æmulandi cura: proconsulum splendidissimus quisque securitati magis quam potentiæ consulebant.'

[a] *Diplomatibus*] Quæ a præfectis licet concessa, et impressis eorum sigillis munita essent, stylus tamen velut ex principis persona loquebatur, cujus nomine quodcumque istius generis mandatum concipiebatur. *Savilius.*

Diplomatibus nullum] Certe debuit legatus suis edictis ac diplomatibus semper præscribere nomen principis cum titulis Cæsaris, Augusti, et aliis honoribus. Quod reprehensum mox et objectum Helvidio, quia scil. teste Sueton. Vesp. 15. 'Reversum ex Syria, solus privato nomine Vespasianum salutaverat, et in prætura omnibus edictis, sine honore ac mentione ulla transmiserat,' &c.

[b] *Ex orationibus ejus*] Eloquentia præcellebat Cluvius, et laudatur infra ab Helvidio laudatissimo viro, quod tanta facundia eximius, neminem sub Nerone detulerit, et in salutem civium ea tantum usus sit.

Pravo huic liberto facile fuit deligere ex facundissimis *orationibus* quasdam sententias, quæ *populares*, seu conciliandis vulgi animis compositæ viderentur, et alias, quæ in perversum sensum trahi possent, scil. maligne interpretari volentibus, per livorem et invidiam.

Nempe sæpius infensi nobilioribus legatis tales liberti Cæsariani: his perpetuo obtrectabant, et isti longe magis amici malorum principum, quam egregii aut honesti viri: unde exitium Reipub. et Principis.

Quod facunde Plinius exequitur in Paneg. Trajani. 'Reddita est amicis fides, liberis pietas, obsequium servis; verentur et parent, et dominos habent. Non enim jam servi, principis nostri amici, sed nos sumus,' &c.

[c] *Pro se ipso*] Id est, pro ipso Cluvio Rufo: quasi per hæc favorem populi ac militum aucuparetur, et propriam potestatem sibi arrogare vellet.

[d] *Ultro*] Etiam si non rogaret aut flagitaret Cluvius, et cum forte tan-

Digitized by Google

Cluvius comitatui[5] Principis adjectus, non ademta Hispania, quam rexit absens, exemplo L. Arruntii. Eum[6] Tiberius Cæsar ob metum, Vitellius Cluvium nulla formidine[f] retinebat. Non idem Trebellio Maximo honos:[g] profugerat Britannia, ob iracundiam militum: missus est in locum ejus Vettius[7] Bolanus e præsentibus.[8 h]

66. Angebat Vitellium victarum legionum haudquaquam fractus animus: sparsæ per Italiam et victoribus permixtæ, hostilia loquebantur: præcipua quartadecimanorum[i] ferocia,

non ablata Hispania, cui præfuit absens, ad instar L. Arruntii. Eum Tiberius Cæsar per formidinem attinebat, Vitellius Cluvium nullo metu. Non idem decus Trebellio Maximo: digressus erat Britannia ob seditionem militum; suffectus est in ejus locum Vectius Bolanus ex iis qui in comitatu *aderant.*

Anxius animi Vitellius, quod superbiam ac ferociam adhuc retinerent victæ legiones: dispersæ per Italiam, et promiscue tendentes cum victoribus, hostilia disserebant: maxima quartadecimanorum superbia, qui se superatos *negabant;* namque

ultro.—5 Ita Mss. Flor. Bodl. Corb. Rhenanus et recentiores. In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *comitatu.*—6 Ita bene Pichena et recentiores. In Mss. Flor. Reg. et editione principe, *Arruntium Tiberius:* duabus nempe vocibus in unam conflatis, *Arruntii: eum.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *quem Tiberius.* Brotier.—7 Budens. *Betius.* Alc. Rhen. *Vectius.* Puteol. *Bectius.*—8 Sic bene Mss. Flor. Reg. editio princeps et recentiores. Male distinxerat Puteolanus, *Bolanus. E præsentibus, &c.* Idem.

NOTÆ

tum dilueret ille crimen, suamque innocentiam tueretur, tamen et ultionem obtinuit.

[e] *Libertum suum*] Sic vocat, quia Cæsar erat seu princeps Vitellius; et qui liberti fuerant priorum Cæsarum, hi certe principis erant, quisquis successisset. Hi liberti præcipue rem familiarem principis curabant, et licet libertate donati, tamen officia quædam et operas præstare adhuc patrono suo tenebantur.

[f] *Nulla formidine*] Forte magis stupore animi, quam ulla morum constantia. Attamen egregius Cluvius, et nullis malis artibus ambitiosus; et qui 'non tam fatuus, ut regnare posset.' Senec.

[g] *Non idem Trebellio Maximo honos*] Quia certe majus discrimen fuit ex rebellione Britannorum aut ipsarum legionum Britannicarum discordia, quam ex Hispania, quæ retentu facilis, utpote pacata, et quæ media inter Africam et Galliam. Infra 66. 'Legio in Africam missa, ut pace et otio mitesceret.' Nec aptus Trebellius huic provinciæ regendæ, aut continendis legionibus, ut qui iracundia militum jam exturbatus esset.

[h] *Vettius Bolanus, e præsentibus*] Vult Bolanum e comitatu principis in Britanniam missum. *Lipsius.*

[i] *Præcipua quartadecimanorum*] Acciti erant in Italiam ab Othone, et jam remittebantur in Britanniam a Vitellio. His adduntur cohortes Ba-

Digitized by Google

qui ‘ se victos’ abnuebant: ‘ quippe Bedriacensi acie, vexillariis tantum pulsis, vires legionis non affuisse.’ Remitti eos in Britanniam,[j] unde a Nerone exciti erant, placuit; atque interim Batavorum cohortes una tendere, ob veterem adversus quartadecimanos discordiam. Nec diu, in tantis armatorum odiis, quies fuit. Augustæ Taurinorum, dum opificem quendam Batavus ut fraudatorem insectatur, legionarius ut hospitem tuetur, sui cuique commilitones aggregati, a conviciis ad cædem transiere: et prælium atrox exarsisset,[1] ni duæ Prætoriæ cohortes,[k] causam quartadecimanorum secutæ, his fiduciam et metum Batavis fecissent: ‘ quos’ Vitellius ‘ agmini suo jungi,’[l] ut fidos;[2 m]

prælio Bedriacensi, vexillariis tantum victis, robur legionis non affuisse. *Placuit illos remitti in Britanniam, unde a Nerone evocati erant; atque interim cohortes Batavorum simul diversari, ob antiquam dissensionem adversus quartadecimanos. Nec diu, in tantis* virorum *militarium offensionibus, concordia fuit. Apud Augustam Taurinorum, dum Batavus insequitur quendam artificem, tanquam deceptorem, et legionarius* eum *defendit, ut hospitem, sui cuique socii adjuncti, a contumeliis et verbis ad verbera processere; et immane certamen efflagrasset, nisi duæ cohortes prætorianæ, factioni quartadecimanorum accedentes, his audaciam et pavorem Batavis intulissent.* Quos *Vitellius* addi suo exercitui, *ut fideles*, jubet;

1 Mss. plerumque habent *arsisset:* et sic Edd. cum Gronovio, Ryckio, et Brotiero: at Ms. Agr. *exarsisset*, quod Ryckio placet: et sic Bipont.——2 Sic bene Mss. et veteres ac recentiores editiones. In mediis editionibus,

NOTÆ

tavorum, ut una tenderent, quia fidi Vitellio Batavi: ne quid scil. in itinere moliretur legio, in Othonem aut quemcumque alium similem prona.

[j] *Remitti eos in Britanniam*] Id ita intellige, ut non statim abirent aut proficiscerentur, sed interim simul et una tenderent cohortes Batavorum, atque etiam in itinere individuæ essent, ut veluti specularentur, quid agerent quartadecimani; et ipsis opponerentur, si quid anderent.

[k] *Ni duæ Prætoriæ cohortes*] Scil. Neronis, dein et Othonis: nondum enim sibi prætorianos delegerat Vitellius. Forte ibi expectabant advenientem Vitellium, aut sequebantur inter victores; donec tandem exauctorati, mox arma ad tribunos ferrent, cum partes distractæ sunt. Primo separati fuerant prætoriani, quare et hic *duæ* tantum *prætoriæ cohortes:* dein exauctorati sunt.

[l] *Jungi*] Ob discordiam, quæ renovata rursus est Augustæ Taurinorum inter quartadecimanos et Batavos, suo agmini seu comitatui Batavos adjungit Vitellius, ut fidos sibi: sicque eos separat a legione, ne rixa et clades aliqua major oriretur.

Attamen quartadecimanos vitare Viennam jubet, ne simul conspirarent cum Viennensibus, qui et metuebantur. Hi namque in Galbianis partibus fuerant cum suo Vindice.

[m] *Fidos*] Fidi Vitellio Batavi, quia

Digitized by Google

'legionem, Graiis Alpibus[n] traductam, eo flexu itineris ire' jubet, 'quo Viennam vitarent:' namque et Viennenses timebantur.[o] Nocte,[p] qua proficiscebatur legio, relictis passim ignibus, pars Taurinæ Coloniæ ambusta: quod damnum, ut pleraque belli mala, majoribus aliarum urbium cladibus[q] obliteratum.[3] Quartadecimani postquam Alpibus

et legionem, per Graias Alpes transmissam, eo circuitu viæ ingredi *jubet*, quo Viennam declinarent; *quippe etiam Viennenses metuebantur. Nocte qua digrediebatur legio, omissis undequaque ignibus, pars Taurini oppidi incensa: quæ clades, ut pleræque belli miseriæ, inter majores aliarum civitatum calamitates, obli-*

ut fidos jungit. Brotier.—3 Ita Ms. Guelf. Rhenanus et recentiores. In Mss.

NOTÆ

proximi Germaniæ, vel et Germani ipsi; etiam et propter odium adversus quartadecimanos, qui jam olim affectu studioque Othoniani erant.

[n] *Graiis Alpibus*] Montes Centrorum et Salassorum populorum in Viennensi quinta provincia Galliæ: hodie vocamus *Alpes Grajennes*. Sunt in statu Sabaudiæ et Pedemontii, versus septentrionem et orientem. Provincia Viennensis quinta dicta est etiam *Alpes Grajæ et Penninæ*, posterioribus temporibus. *Tillemonius.*

[o] *Namque et Viennenses timebantur*] Quia nempe ipsi jam olim in partibus Galbianis, et adversus Galbam rebellaverat Vitellius; et certe omnes Galli metuebant Vitellium, et metuebantur.

Quare et quartadecimani, postquam Alpibus degressi sunt, conscii timoris et odii Viennensium adversus Vitellium, *signa Viennam ferebant*.

Timebantur] Ideo, puto, metuebantur Viennenses, quia favore Galbæ imbuti, et summi fautores Vindicis fuerant, multaque privilegia acceperant a Galba.

Et robore legionis fulti, ceteram Galliam facile traxissent in res novas. Et eo facilius, quod fere nihil virium relictum esset in ripa, aut in Britannia.

Et Vienna tum valida colonia, quæ viris, armis, copiis, opibusque eo ævo floruit. Nec procul Lingones, qui ipsi tum 70. millia armatorum habuere: neque refert quod Quartadecimani illi adversi Galbianis et Gallis ante fuissent; nam facile mutabantur eo, unde spes prædæ et instaurandæ fortunæ affulgeret, nulla fide, nulla cura partium aut Reipub.

[p] *Nocte*] Non, puto, quod nocte proficisceretur legio, sed forte nocte præcedente profectionem illi ignes accensi erant, dedita opera, ut ipsis profectis absumeretur colonia. Vel potius fortuitum incendium fuit. Idque Junio aut Julio mense contigit, quo tempore brevissimæ noctes. Nocte accensi ignes, qui mane et de die exarserunt, cum *proficiscebatur legio*.

[q] *Majoribus aliarum urbium cladibus*] Quia nempe mox excisa Cremona et solo æquata: quia prælia commissa in ipsa urbe, et Tarracina capta ac vastata. Et apud Mediomatrices occisa quatuor millia civium. At Augusta Taurinorum *ambusta* tantum erat.

Digitized by Google

degressi sunt,[4] seditiosissimus quisque signa Viennam ferebant: consensu meliorum compressi et legio in Britanniam transvecta.

67. Proximus Vitellio e Prætoriis cohortibus[r] metus erat: separati[1] primum, deinde, addito honestæ missionis[s] lenimento, arma ad Tribunos suos deferebant:[2] donec motum a Vespasiano bellum crebresceret: tum, resumta militia, robur Flavianarum partium fuere. Prima classicorum legio[t] in Hispaniam missa, ut pace et otio mitesceret: undecima[u] ac septima[v] suis hybernis[w] redditæ: tertiadeci-

vione spreta est. *Quartadecimani postquam Alpes transmisere, turbidissimus quisque signa Viennam vertebant:* sed *concordia modestiorum cohibiti* sunt, *et legio in Britanniam translata* est.

Proxima Vitellio ex prætorio milite formido erat: segregati primum erant, *mox, adjecto honestæ missionis solatio, arma tribunis suis reddebant: donec vulgaretur concitum a Vespasiano bellum: tum, rursus capessitis armis, grande momentum Flavianis partibus accessere. Prima classiariorum legio missa* est *in Hispaniam, ut concordia et quiete mansuesceret: undecima ac septima remissæ in sua castra,*

Reg. Harl. et editionibus veteribus, *obliteratum est.*—4 Ita bene Ms. Flor. Pichena et recentiores. Vulgo *digressi sunt.* Brotier.

1 Sic bene Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Bud. Corb. Guelf. Rhenanus et recentiores. In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *separatæ.* Brotier.—2 Ita

NOTÆ

[r] *E Prætoriis cohortibus*] Suet. Vitel. 10. idem scribit, neque ulterius procedit: 'quicquid prætorianum cohortium fuit, uno exauctoravit edicto:' sed conscripto recens exercitu, qua de re agit Tacitus, etiam urbanæ cohortes videntur dimissæ. *Savilius.*

Sic Suet. c. 10. 'De Bedriacensi victoria et Othonis exitu, cum adhuc in Gallia esset, audiit: nihilque cunctatus, quicquid prætorianarum cohortium fuit, ut pessimi exempli, uno exauctoravit edicto, jussas tribunis tradere arma.' Non patet, dimissas esse urbanas cohortes: nam quid peccarant illæ, aut cujus illæ momenti in tanto bello? auxit eas, Vitellius, non dimisit: prioribus alias addidit.

[s] *Honestæ missionis*] Missio alia *honesta*, alia *ignominiosa* est. *Honesta* ex valetudine, ex stipendiis confectis, et libera, nisi fallor, rep. pro hæreditate adeunda, pro honoribus petendis, &c. *Savilius.*

Constat tria esse missionum genera, *honestam, causariam,* (unde Livio *causarii* milites, qui ea se excusant,) et *ignominiosam.* Lupanus.

[t] *Prima classicorum legio*] Ipsa est, quæ vocatur *Prima adjutrix,* et quæ pro Othone prælio Bedriacensi affuit, cum nulli certamini antea interfuisset, et quæ *ferox* dicitur Tacito; quare hic addit, 'in Hispaniam missa, ut pace et otio mitesceret.'

[u] *Undecima*] Septima et tertiadecima legiones Othonianæ fuerunt suis hybernis *redditæ,* nempe apud Illyricum. Septima Galbiana in Pan-

Digitized by Google

mani[3] struere amphitheatra[x] jussi:[3] nam Cæcina Cremonæ,[y] Valens Bononiæ,[z] spectaculum gladiatorum edere parabant: nunquam ita ad curas intento Vitellio, ut voluptatum[4] obliviscerentur.

68. Et quidem[a] partes modeste distraxerat:[1] apud victores orta seditio, ludicro[2] initio,[b] nisi numerus cæsorum invidiam bello auxisset.[3][c] Discubuerat Vitellius Ticini,[d]

seu præsidia solita: *tertiadecimanis ædificare amphitheatra imperatum: quippe Cæcina Cremonæ, Valens Bononiæ, celebrare certamen gladiatorium destinabant; nunquam adeo curis* imperii *distento Vitellio, ut voluptates omitteret.*

Et sane factiones prudenter diduxerat: at *inter victores exorta* est *discordia, ridiculo* sane *principio, nisi multitudo interfectorum odium belli adauxisset. Diver-*

Mss. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *ferebant.*—3 Sic Ms. Flor. Rhenanus et recentiores, cum Ryckio et Gronovio. Ceteri scripti et editi libri, *tertiamdecimam...jussit.*—4 Ita Mss. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *voluptates.*

1 Sic bene Mss. Vatic. Flor. Harl. Jes. Guelf. Lipsius et recentiores. In Mss. Reg. Bodl. et editionibus veteribus, *distinxerat.* Brotier.—2 Ita Ms. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ludicrorum.*—3 Mss. Flor. Reg. Corb. Bud. et editio princeps habent

NOTÆ

nonia, et eo etiam remissa tertiadecima, donec excitæ sunt a Flavianis. In Mœsia tres legiones, tertia, octava, et septima Claudiana: in Pannonia duæ, tertiadecima et septima Galbiana, in Dalmatia undecima, cum suis auxiliis.

[v] *Septima*] Claudiana, neque enim acciretur septima Galbiana pro Othone.

[w] *Hybernis*] Nempe in Pannonia.

[x] *Struere amphitheatra*] Ad breve tempus; et statim remissa in Pannoniam, ubi denuo conspicitur, cum primum a Vitellio Illyricum deficeret. *Savilius.*

[y] *Cremonæ*] Vide l. II. c. 17.

[z] *Bononiæ*] Vide l. II. c. 52.

[a] *Et quidem*] Hæc verba per mentem statim jungenda sunt post ea, quæ præcedunt: *Tertiadecimani struere amphitheatra jussi.* Et quæ sequuntur: *Nam Cæcina Cremonæ, &c.* usque ad hæc; *Et quidem partes,* quasi per parenthesim intelligenda sunt.

Itaque sic capio: *Undecima ac septima suis hibernis redditæ. Tertiadecimani struere amphitheatra jussi. Nam Cæcina Cremonæ: Valens Bononiæ, &c. Et quidem* sic *partes modeste distraxerat* Vitellius, ita ut inter victores victosque nihil jam discordiæ exarderet. *Apud victores orta seditio, ludicro* certe *initio, nisi numerus cæsorum,* nempe duarum cohortium auxiliarium, *invidiam bello* civili, seu Vitelliano, *auxisset.*

[b] *Ludicro initio, &c.*] Non invidia bello e numero cæsorum in acie, ultra quam non sævitum a Vitellianis; sed e numero cæsorum post pacem partam, sociorum: quia duæ cohortes auxiliarium Gallorum cæsæ. *Mercerus.*

[c] *Auxisset*] Jam invidia et odium magnum erat belli civilis, sed adhuc major invidia fuit, ex *numero cæsorum* tali seditione, non bello: ne erres.

Initium seditionis ex re ludicra

Digitized by Google

adhibito ad epulas Verginio.[e] Legati Tribunique, ex moribus Imperatorum, severitatem æmulantur, vel tempestivis conviviis[f] gaudent: perinde[4] miles intentus, aut licenter agit.[5] Apud Vitellium omnia indisposita, temulenta, pervigiliis[g] ac Bacchanalibus, quam disciplinæ et castris, pro-

satus erat Vitellius Ticini, et Verginium convivio exceperat. Legati et tribuni, ex indole principum, disciplinam imitantur, vel tempestivis epulis indulgent: ita pariter miles sedulus et intentus est, aut per lasciviam agitat. Apud Vitellium omnia inordinata, mero insana, et similiora pervigiliis ac Bacchanalibus, quam militiæ aut

quidem, *auxisset:* at omisere, *nisi;* quod merito supplevit Rhenanus. Idque innuunt Mss. Agr. et Corb. licet corrupte habeat hic, *in motus....auxisset.* Ille, *nisi metus.* Puteolanus tamen, Ryckius, ut et Mss. Harl. Bodl. Jes. *ludiero initio: numerus....auxit.* Margini Ms. Bodl. additum, *auxisset.* Totum locum invertit Lipsius, *et quidem partes modeste distraxerat, nisi numerus casorum invidiam bello auxisset. Apud victores orta seditio, ludiero initio. Discubuerat Vitellius, &c.* Ferri potest vulgata scriptura, licet paulo abruptior videatur oratio. Nempe Vitellius partes modeste distraxerat. Apud victores orta est seditio luctandi studio; ludiero quidem initio, nisi numerus cæsorum invidiam bello civili auxisset. At cum in hoc tumultu duæ cohortes auxiliarium fuissent interfectæ, detestabile videbatur bellum civile, hujus strâgis causa. *Brotier.* Cum Brotier. consentiunt Bipont.—4 Mss. Corb. Bodl. et editio princeps, *proinde.*—5 Sic Mss. Reg. Flor. Guelf. editio princeps et recentiores. In Mss. Corb. Agr. *aut licenter agere.* Ms. Bodl. et Puteolanus, *aut licentiosus,* omisso verbo, *agit.* Emendaverat Rhenanus, *aut licentior. Licenter* habent Mss. Harl. Jes. sed verbum omisere. Altera tantum manu additum in Ms. Harl. *agens.* Brotier.—6 Ms. Jes. *propriora.* Mss. Bud. Agr

NOTÆ

cœptum, sed numerus cæsorum ob tale ludicrum talemque discordiam inter victores, auxit invidiam belli civilis, seu Vitelliani: quia illa seditio, quamvis ex re ludicra orta esset, tamen veram causam habuit ex licentia armorum civilium, et ex socordia temulentiaque Vitellii.

[d] *Ticini*] Vide l. II. c. 17.

[e] *Adhibito ad epulas Verginio*] Cur hic mentio Verginii, potius quam aliorum ducum? forte ob dignationem viri præcipuam: forte quia inter legatos fuit, quos miserat senatus, et quos se opperiri Ticini jusserat Vitellius.

Aut forte tantum mentio hic Verginii, quia inter has epulas ' Verginii servus forte obvius, ut percussor Vitellii insimulatur: et ruebat ad convivium miles, mortem Verginii exposcens.'

[f] *Tempestivis conviviis*] Convivia tempestiva sunt, quæ ante consuetam horam inchoata, longius protrahendæ hilaritati instruuntur. *Savilius.*

Tempestivis conviviis] Forte convivia *tempestiva* sunt, quæ ante tempus, seu ante horam nonam aut decimam incipiebantur, quæ nobis tertia seu quarta post meridiem. Et *intempestiva,* quæ in multam noctem protraherentur. Vide nos libris Ann.

[g] *Pervigiliis*] Vigiliæ et solennia noctu peragi solita in honorem Deorum quorundam, interdum in noctes aliquot continuas protracta, qualibet sane insolentia licentiaque infames: ' cum vinum et nox, et misti fœminis

piora.[6 h] Igitur duobus militibus, altero legionis quintæ, altero e Gallis auxiliaribus, per lasciviam, ad[7] certamen luctandi accensis, postquam legionarius prociderat,[8] insultante Gallo, et iis, qui ad spectandum convenerant, in studia diductis,[9] erupere legionarii in perniciem auxiliorum, ac duæ cohortes interfectæ.[i] Remedium tumultus fuit alius

severitati castrorum. Itaque binis militibus, altero quintæ legionis, altero e Gallorum auxiliis, petulantia ad contentionem luctandi incitatis, postquam legionarius prolapsus erat, persultante Gallo, et iis, qui ad spectaculum confluxerant, in partes diremtis, exarsere legionarii in exitium sociorum, ac duæ cohortes cæsæ. Reme-

et editio princeps, *promtiora*.—7 Sic bene Mss. et veteres ac recentiores editiones. Perperam in mediis quibusdam editionibus, *et certamen*. Brotier. —8 Ms. Corb. *ceciderat*.—9 Male Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *de-*

NOTÆ

mares, ætatis teneræ majoribus, discrimen omne pudoris exstinxissent,' ait Livius.

Abundarunt tali sacrorum genere Græcorum civitates, infundente se pariter vitiorum comitantium multitudine, ut comœdiæ istius temporis docent, atque ex Plauti Aulularia perspicere licet: 'Ego me injuriam fecisse fateor filiæ tuæ, Cereris vigiliis, per vinum atque impulsu adolescentiæ.'

Sed hæc Cereris sacra videntur præ ceteris castius habita, ut locum suum tueri potuerint, multis aliis rejectis apud Tullium, II. de legibus; 'Nocturna sacrificia mulierum ne sunto, præter illa quæ pro populo rite fient; neve quem initianto, nisi, ut assolet, Cereri Græco sacro.' *Savilius.*

Sic Suet. Vitel. 10. 'In Apennini quidem jugis etiam pervigilium egit.' Sic et Cal. 54. 'Nec alia de causa videtur eo die quo periit, pervigilium indixisse, quam ut initium in scenam prodeundi licentia temporis auspicaretur.'

Sic et in Galb. de simulacro fortunæ; 'In parte ædium consecratum, menstruis deinde supplicationibus et pervigilio anniversario coluit.' Sic et Tacit. Ann. XV. 44. 'Pervigilia celebravere fœminæ, quibus mariti erant.'

Nempe, ritu quo placarent Deos. Sic puto, pervigilium celebravit Vitellius in Apennino, in honorem Dei Penini. At pervigilia de quibus ibi Tacitus, existimem fuisse tantum voluptatis, et temulentiæ, ac veluti bacchanalia noctu celebrata, nullo Deorum aut religionis prætextu.

[h] *Castris propiora*] Sic ibi Suet. 'Namque itinere inchoato, per medias civitates ritu triumphantium vectus est: perque flumina delicatissimis navigiis, et variarum coronarum genere redimitis, inter profusissimos opsoniorum apparatus, nulla familiæ aut militis disciplina, rapinas ac petulantiam omnium in jocum vertens,' &c.

[i] *Duæ cohortes interfectæ*] Putant fuisse *Gallorum:* quia scilicet, 'legionarius prociderat, insultante Gallo.' Et infra: 'cohortes Batavorum, ne quid truculentius anderent, in Germaniam remissæ,' &c. Non præcise tamen et clare de Gallis asserit Tacitus: dicit tantum: 'erupere legionarii in perniciem auxiliorum;' et

Digitized by Google

tumultus: pulvis procul et arma aspiciebantur; conclamatum repente, 'XIV. legionem, verso itinere, ad prælium venire:' sed erant agminis coactores:[j] agniti demsere solicitudinem. Interim Verginii servus forte obvius, ut 'percussor Vitellii' insimulatur: et ruebat ad convivium miles, 'mortem Verginii'[k] exposcens. Ne Vitellius quidem, quanquam ad omnes suspiciones pavidus, de innocentia ejus dubitavit: ægre tamen cohibiti, qui exitium viri[10] Consularis,[l] et quondam Ducis sui, flagitabant. Nec quenquam

dium seditionis fuit alia trepidatio. Pulvis e longinquo, et armati animadvertebantur. Exclamarunt subito, quartamdecimam legionem, mutato incessu, ad certamen redire: *sed hi* Vitellii *postremum agmen cogebant:* illi *cogniti ademere formidinem. Interim servus Verginii casu occurrens, accusatur, tanquam* interfector Vitellii: *et irrumpebat miles in convivium, efflagitans* necem Verginii. *Ne Vitellius quidem, licet ad omnem suspicionem trepidus, de inculpata ejus conscientia dubitavit: vix tamen compressi, qui exposcebant mortem viri consularis, et olim*

ductis. Brotier.—10 *Viri* abest a Mss. Corb. Agr. Bud. et editione principe. Omisit etiam Gronovius.

NOTÆ

infra, 'frementibus auxiliis tantum impunitatis atque arrogantiæ legionariis accessisse,' &c.

Duæ cohortes interfectæ] Puto, Gallorum: nam infra, 'Gallorum auxilia, ingens numerus....remissa,' &c. neque Batavorum cohortes perinde lacessebant legionarii: sed tamen inter alios auxiliares fremunt Batavi: 'tantum impunitatis atque arrogantiæ legionariis accessisse.' Et statim, 'cohortes Batavorum, ne quid truculentius auderent, in Germaniam remissæ.'

[j] *Coactores*] An coactores agminis seu legionis quartædecimæ? potius sunt Vitelliani agminis coactores. Vitellius, puto, Ticinum advenerat, forte multa adhuc die, ut ad tempestiva seu potius intempestiva convivia promptus et strenuus; at postremum agmen tam vasti comitatus tardius adventabat.

[k] *Verginii*] Abductus a Galba in urbem erat e Germania, et ibi per otium egerat, usque ad expeditionem Othonis, et tunc tractus forte cum ceteris Patribus, in comitatu Othonis fuit apud Brixellum, omnis tamen imperii ac prælii expers: et ibi etiam eum infestavit seditio militum, offerebantque rursus imperium.

Ecce etiam Vitellio victori occurrit per honorem, forte inter legatos, senatus: iterumque irruit importune miles *in exitium viri consularis,* quem et oderant, simul et mirabantur.

[l] *Viri consularis*] Jam obtinuerat consulatum sub Nerone. Nam legionibus Germanicis non nisi consularis præfici debuit; et hoc vult ibi Tacitus. Mox concesserat ipsi secundum consulatum Otho a Kal. Martiis in Maias. Et tum consulatu exierat, cum adventaret Vitellius, quadragesimo die post victoriam, quæ contigit 17. vel 18. die Aprilis.

Fuit et mox etiam tertium consul sub Trajano: in quo consulatu

Digitized by Google

sæpius, quam Verginium, omnis seditio infestavit: manebat admiratio viri[m] et fama: sed oderant, ut fastiditi,[n]

ducis sui. Nec seditio omnis quenquam magis divexavit, quam Verginium. Admirabantur adhuc virum et decus illius; *sed aversabantur, tanquam contemti.*

NOTÆ

plenus honorum et gloriæ defunctus est, et ipsi in eo consulatu successit Tacitus.

Teste Plutarchò, tranquilla senecta fruitus est Verginius, dum imperium quod recusarat multiplici motu et fere funesto quateretur; dum imperandi avidi duces, se invicem pellerent interficerentque, et quasi tragici scenicique Reges desultarent theatro, simul et perirent.

[m] *Manebat admiratio viri*] Plin. l. IX. Epist. 19. 'Significas legisse te in quadam epistola mea, jussisse Verginium Rufum inscribi sepulcro suo: 'Hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam Imperium asseruit, non sibi, sed patriæ.' Reprehendis quod jusserit....miratus sum magis, quem tu reprehendis et miraris; atque ita ut non putarem satis unquam posse laudari, cujus nunc mihi subeunda defensio est. Omnes ego, qui magnum aliquod memorandumque fecerunt, non modo venia, verum etiam laude dignissimos judico, si immortalitatem, quam meruere, sectantur, victurique nominis famam supremis etiam titulis prorogare nituntur. Nec fere quenquam, nisi Verginium, invenio, cujus tanta in prædicando verecundia, quanta gloria ex facto. Ipse sum testis, familiariter ab eo dilectus probatusque, semel omnino, me audiente, provectum, ut de rebus suis hoc unum referret, ita secum aliquando Cluvium locutum, Scis, Vergini, quæ historiæ fides debeatur: proinde si quid in historiis meis legis aliter ac velles, rogo ignoscas. Ad hoc ille, Tune, Cluvi, ignoras, ideo me fecisse quod feci, ut esset liberum vobis scribere quæ libuisset?'

Admiratio viri] Plin. lib. II. Epist. 1. 'Post aliquot annos insigne atque memorabile populi Rom. oculis spectaculum exhibuit publicum funus Verginii Rufi, maximi et clarissimi civis, et perinde felicis. Triginta annis gloriæ suæ supervixit. Legit scripta de se carmina, legit historias, et posteritati suæ interfuit: perfunctus est tertio consulatu, ut summum fastigium privati hominis impleret, cum principis noluisset. Cæsares (Neronem, Othonem, Vitellium, scil. et dein Domitianum) quibus suspectus, atque etiam invisus virtutibus fuerat, evasit. Reliquit incolumem optimum (Trajanum scil.) atque amicissimum, tanquam ad hunc ipsum honorem publici funeris reservatus. Annum tertium et octogesimum excessit in altissima tranquillitate, pari veneratione. Usus est firma valetudine, nisi quod solebant ei manus tremere, citra dolorem tamen. Aditus tantum mortis durior, longiorque, sed hic ipse laudabilis. Nam cum vocem præpararet, acturus in consulatu principi gratias, liber, quem forte acceperat grandiorem, et seni et stanti ipso pondere elapsus est. Hunc dum consequitur, colligitque, per læve et lubricum pavimentum, fallente vestigio, cecidit, coxamque fregit, quæ parum apte collocata, reluctante ætate, parum coiit. Hujus viri exequiæ magnum ornamentum principi, magnum sæculo, magnum etiam foro et Rostris attulerunt. Laudatus est a consule Cornelio Tacito. Nam hic

Digitized by Google

69. Postero[1] die, Vitellius, Senatus legatione, quam ibi opperiri jusserat, audita, transgressus in castra, ultro 'pietatem[o] militum' collaudavit: frementibus auxiliis, 'tantum impunitatis atque arrogantiæ legionariis accessisse.' Cohortes Batavorum,[2] ne quid truculentius anderent, in Germaniam remissæ; principium interno[p] simul externoque

Postridie ejus diei, Vitellius, admissis patrum legatis, quos ibi expectare præceperat, ingressus castra, ultro studia militum *celebravit; indignantibus sociorum cohortibus,* eo impunitatis et superbiæ legionarios processisse. *Cohortes Batavorum remissæ* sunt *in Germaniam, ne quid immanius tentarent; jam moliente*

1 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *postera.* Ms. Corb. et editio princeps, *postremo.* Recentiores, *postero.*—2 Gronovius scribit *Batavorum cohortes.*

NOTÆ

supremus felicitati ejus cumulus accessit, laudator eloquentissimus; et ille quidem plenus annis abiit, plenus honoribus, illis etiam quos recusavit.'

[n] *Fastiditi*] Quia respuerat imperium quod ipsi offerebant. Haud dubie vir egregius oderat talia militiæ flagitia. Voluit imperium cum disciplina, non licentia militari emtum, non scelere quæsitum, non invitis bonis susceptum.

[o] *Pietatem*] Idque arguit summam in Vitellio socordiam. Laudat pietatem militum, eoque pacto irritat licentiam quam verbis pœnisque severissimis cohibere debuit: hinc fremunt auxiliares, 'tantum impunitatis atque arrogantiæ legionariis accessisse.'

Nempe sociis ultionis exemplum debuit Vitellius. Sed postea vindicabunt Batavi, et legionarios vicissim inactabunt, ut sunt vices scelerum et ultionum.

Sic vocabant legiones, quæ fidem aut victoriam præbuissent, *pias* et *fideles.* Dio de Claudio: 'jussit duas legiones, septimam et undecimam, Claudianas, et *fideles et pias* etiam a senatu agnominari.'

Pietatem militum] Suet. Vit. 3. Patri Vitellii, L. Vitellio, decreta 'statua pro rostris, cum hac inscriptione: PIETATIS IMMOBILIS ERGA PRINCIPEM.' Sic amorem et fidem singularem in principem, *pietatem* appellabant: scil. quasi pater patriæ, et servator communis colebatur.

Pietatem militum] Non forte, quod interfecissent auxiliares; sed quod ejus saluti invigilarent, cum scil. 'Verginii servus .... ut percussor Vitellii insimulatur.'

Quod utrumque tamen arguere et punire debuit, si imperatorem ageret, si priscam disciplinam æmularetur. Sed omnia in castris Vitellii *indisposita, temulenta,* &c.

[p] *Interno*] *Interno,* id est, civili: *externo,* nempe quod suscepere Germani et Galli, Civili Batavo duce, et aliis; scil. mixtum illud bellum ex civili et externo fuit.

Interno] *Internum* et civile bellum fuit, quia socii civesque certabant invicem; et *externum,* quia uni factioni accessere Germani.

Digitized by Google

bello parantibus fatis. Reddita civitatibus Gallorum auxilia, ingens numerus, et prima statim defectione[q] inter inania[3] belli[r] assumtus. Ceterum, ut largitionibus[s] affectæ[t] jam[4] Imperii opes sufficerent, ‘amputari legionum auxiliorumque numeros’[u] jubet, vetitis supplementis: et promiscuæ[v] missiones[5] offerebantur. Exitiabile[6] id Reipublicæ,[w] ingratum

ac destinante fortuna initium intestinis simul et externis armis. Remissæ civitatibus Gallorum copiæ, magna multitudo, et prima statim rebellione ostentui virium ascita. Ceterum, ut donativis exhaustæ tamen Reip. opes sufficerent, arctari numeros legionum sociorumque *præcipit, prohibitis supplementis: et passim concedebantur missiones. Perniciosum id imperio, invisum militi, cui iidem labores,*

3 Sic bene Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. Perperam editio princeps, *munia belli.* Ms. Agr. *initia belli.* Unde frustra quidam tentavere, *immania;* alii, *minas belli.* Brotier.—4 Sic recte Mss. Flor. Agr. et Ernestus. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *tam.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *tamen,* [et sic Ryckius.] *Idem.*—5 Perperam Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *emissiones:* ultima prioris vocis litera temere repetita. *Brotier.*—6 Ita Mss. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *exitiale.*

NOTÆ

[q] *Defectione*] Nempe Vitellii electi adversus Galbam.

[r] *Inter inania belli*] Recte *inania:* scil. assumta a Vitellio Gallorum auxilia, ut speciem magni exercitus facerent, cum revera nihil aliud esset, quam inane et inutile vulgus. *Pichena.*

Inter inania] Nempe ad pompam, ad speciem, et ut ita dicam, *minas:* quibus, scil. copiis magis bellum haberent quam facerent. Sensim tamen redit victis animus, et redire virtus Gallis potuit si alium ducem haberent.

Inania] Sic dicit, præcipue, quia jam olim pacatæ Galliæ et inermes, quia pridem Galli insueti armis. Quare nunc tantum *inter inania belli,* et in ostentationem virium assumti erant.

[s] *Largitionibus*] Nempe in duces fautoresque et in vulgus militum, a quibus emendum fuit imperium donativis immensis; itaque ut possint retento militi sufficere opes imperii jam ante exhaustæ, amputatur legionum auxiliorumque numerus.

Longe diversus Vespasianus, infra 82.: ‘Ne quidem plus civili bello obtulit, quam alii in pace: egregie firmus adversus militarem largitionem; eoque exercitu meliore.’

[t] *Affectæ*] *Affectæ* præcipue sub Nerone *opes imperii,* sub Othone, dein et Vitellio: forte et sub Galba per pædagogos senis principis.

[u] *Legionum auxiliorumque numeros*] Cepit interp. Hisp. quasi minueretur numerus legionum et cohortium auxiliarium: quod falsum. Manebant eædem, et pari numero ac vocabulo legiones: sed *numeri,* seu cohortes, minuebantur: ita ut non perinde replerentur milite. Quare addit, *vetitis supplementis,* et quia *promiscuæ missiones* concedebantur.

Numeri hic, sunt cohortes, vexilla, alæ, et quodcumque corpus militare, quod non legio sit.

[v] *Promiscuæ*] Omnibus passim indistincte, et nullo discrimine: quod *exitiabile Reipub.* et quo decus castrorum statim convulsum est.

[w] *Exitiabile id Reipub.*] Vel, quia

militi,[x] cui eadem munia inter paucos, periculaque ac labor crebrius redibant: et vires luxu[y] corrumpebantur, contra veterem disciplinam, et instituta majorum; apud quos virtute, quam pecunia,[z] res Romana melius stetit.

70. Inde Vitellius Cremonam flexit, et, spectato munere Cæcinæ, insistere Bedriacensibus campis, ac vestigia recentis victoriæ lustrare oculis concupivit. Fœdum atque atrox spectaculum: intra[1] quadragesimum pugnæ diem lacera corpora, trunci artus, putres virorum equorumque formæ, infecta[2] tabo humus, protritis arboribus ac[3] frugibus dira

ut *inter paucos, discriminaque et munia belli sæpius recurrebant; et vigor per lasciviam labefactabatur, adversus antiquam severitatem, et mores majorum; apud quos Resp. melius stetit fortitudine quam divitiis.*

Hinc Vitellius Cremonam divertit, et conspecto certamine Cæcinæ, voluit invisere Bedriacensem campum, et monumenta nuperæ victoriæ præsens ipse *inspicere. Turpe et horrendum spectaculum: post quadraginta dies a prælio* elapsos, *laniata cadavera, mutila membra, putida hominum equorumque simulacra, polluta sanie tellus, proculcatis arbustis et segetibus atrox vastitas. Nec minus horrenda pars itineris,*

1 Ita libri omnes. Hæc tamen insititia putat Cl. Ernestus; aut emendatum vellet, *ultra quadragesimum diem*, ut diuturnitate temporis crescat spectaculi fœditas.—2 Ita Mss. et veteres ac recentiores editiones. Cl. Ernestus, *infesta*.—3 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In

NOTÆ

sic non sufficiebant legiones obtinendis provinciis, et tuendis finibus imperii, et quia munia belli et pericula inter paucos divisa, nimis fatigabant militem. Forte etiam et quia viri militares tali largitione ac luxu corrumpebantur.

Exitiabile] Id exitiabile Reipub. quia inquit Tacitus, sic *munia* belli *inter paucos crebrius redibant*, et præmia seu commoda etiam *inter paucos illos* partita. Unde et 'vires luxu corrumpebantur.' Nam disciplina et paupertate melius stetit *res* Romana, quam *pecunia* et opibus.

Addi possit, sic et misso milite, subministrari materiam novis motibus bellisque civilibus: quod certe statim contigit. Infra 76. 'Cum interim spargit legiones, (Vitellius) exarmat cohortes, nova quotidie bello semina monstrat.'

[x] *Ingratum militi*] Qui nempe relinquebatur in castris.

[y] *Vires luxu*] Infra scil. 'immixtis histrionibus et spadonum gregibus.' Et mox, 'sævitia, libidine, raptu, in externos mores proruperant,' disciplina Rom. penitus obliterata.

Vires luxu corrumpebantur] Respicit ad id quod præcesserat cap. 62. 'Degenerabat a labore ac virtute miles, assuetudine voluptatum.' Et cap. 76. 'Si quid ardoris ac ferociæ miles habuit, popinis et commissationibus, et imitatione principis deteritur.'

[z] *Quam pecunia*] Sic inter paucos divisa belli munia, sic ad præpositos pertinebant pecunia et opes imperii. Sic 'vires luxu corrumpebantur.' Et

Digitized by Google

vastitas: nec minus inhumana[4][a] pars viæ,[b] quam Cremonenses lauro[5] rosisque[c] constraverant, exstructis altaribus

quam Cremonenses lauru floribusque cooperuerant, statutis aris, mactatisque hostiis,

Mss. Harl. Bodl. Jes. ac Puteolanus, *atque.*—4 Male Mss. Reg. Corb. Agr. et editio princeps, *minus humana.* Frustra tentat Rhenanus, *minus inamœna.* Bene Puteolanus et recentiores, *inhumana.* Brotier.—5 *Lauru rosisque* Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *laurus rosasque.* Rhenanus, *lauro.*

NOTÆ

tamen Romana res melius staret armis et virtute, quam opibus, quas nunc cumulare statuebant magistri dominationis, amputatis *legionum auxiliorumque numeris.*

[a] *Inhumana*] Fere conspirant interpretes, ut inhumana fuerit illa via, quia Cremonenses in illa exstruxerant altaria, victimasque occiderant regium in morem, quasi regi Persarum aut Parthorum occurrerent. Attamen ego aliud suspicabar: quid enim inhumanum in eo, quod lauro rosisque sternatur via? quod exstruantur altaria, victimæ cædantur more regio? quo more jam excepti erant alii principes Romani.

Sic Cæsar olim ex Gallia rediens, sic Caligula, sic Galba et alii jam: quid in eo novum, aut inhumanum? nisi forte ob flagitia Vitellii, quibus vel optima instituta dehonestabantur? nisi forte ob talem victoriam, et ob trucidatos cives, id decus non meruit?

Potius putem, superfuisse adhuc vestigia vastitatis, et cruoris in illa parte viæ, qua via nempe ibatur ad locum, quo pugna commissa fuerat; quam penitus obtegere non potuerunt Cremonenses, licet illam lauro rosisque constravissent, et alia magnificentiæ regiæ decora usurpassent. Et ex eo inhumana illa via dicitur, quod per cadavera civium trucidatorum, lætitia velut insultans cladi publicæ Cremonam inveheretur fœdissimus princeps. Attamen res in medio sit.

[b] *Pars viæ*] Illa via Cremonensis non tam fœda strage et cædibus, quam inhumana fuit; quia scil. tali victori, lauro rosisque, aris et victimis sternebatur. Quis enim mortalium, nisi *inhumanus* sit, in tanta clade Reipubl. lætetur? quis potius non exhorrescat, aut gemat?

Pars viæ] Scil. quia regio more excipiebatur, et divinos honores sibi vindicabat Vitellius, id inhumanum in tanta clade Reipub. videri potuit: ea perversa et inhumana lætitia fuit Vitellio, et ipsis Cremonensibus; quod et mox ipsis exitio fuit.

Intempestivum decus, *inhumana* illa lætitia magis intelligetur ex simili loco lib. III. 83. cum scil. pugnaretur in urbe ipsa. 'Sæva ac deformis urbe tota facies. Alibi prælia et vulnera; alibi balineæ popinæque, simul cruor et strues corporum, juxta scorta et scortis similes... Inhumana securitas, et ne minimo quidem temporis voluptates intermissæ, velut festis diebus id quoque gaudium accederet, exultabant,' &c. En deformis, en intempestiva, et *inhumana* lætitia.

[c] *Lauro rosisque*] Principes et tali fastigio proximi excipi solent, sparsis per vias, quacumque incederent, floribus. Herodian. lib. IV. de Caracalla Alexandriam ingrediente: 'He-

Digitized by Google

cæsisque victimis,[d] Regium in morem: quæ, læta in præ-

more externorum *regum: quæ, grata impræsentiarum, dein ipsis exitio fuere.*

NOTÆ

norabant imperatorem accensis facibus sparsisque floribus.'

Et lib. I. 'Cum Romam Commodus appropinquaret, totus senatus, et quotquot Romam incolebant, urbe egressi, obviam procedebant quam longe poterant, lauros gestantes, et flores, quos anni tempestas dabat.' Claudian. Paneg. 2. de Stilicone. 'Spectabunt cupidæ matres, spargentur et omnes Flore viæ.' *Savilius.*

Lauro rosisque constraverunt] Curt. lib. VIII. 'Cum rex sane in publico conspici patitur, thuribula argentea ministri ferunt, totumque iter, per quod ferri destinavit, odoribus complent.' Idem Curt. lib. V. 'Totum iter floribus coronisque constraverat, argenteis altaribus ab utroque latere dispositis, quæ non thure solum, sed omnibus odoribus cumulaverat.'

[d] *Exstructis altaribus, cæsisque victimis*] Aræ istæ et victimæ Vitellii Gemio et victoriæ. Fœda sed vetus adulatio, quam in adventu Regum aut principum usurparunt Græci Latinique.

Justinus lib. XXIV. 'Arsinoë prægressa virum, festum diem urbi indicit; domos, templa, ceteraque omnia exornari jubet; aras ubique hostiasque disponi.'

Valer. lib. IX. De Luxuria: 'Quid sibi voluit princeps suorum temporum, Metellus Pius, cum in Hispania adventus suos ab hospitibus aris et thure excipi patiebatur?'

Factum et Cæsari e Gallia reduci. Hirtius lib. VIII. 'Multitudo obviam procedebat, hostiæ omnibus locis immolabantur: tricliniis stratis, fora templaque occupabantur.'

Et passim deinde principibus. In Calig. Sueton. cap. 18. 'Inter altaria et victimas, ardentesque tædas, densissimo et lætissimo obviorum agmine incessit.' In Galba idem cap. 18. 'Cum per omne iter, dextra sinistraque, victimæ oppidatim cæderentur.'

Plinius Panegyrico de adventu Trajani: 'Ut plena altaribus, augusta victimis cuncta.'

Alius panegyristes ad Maximianum: 'Totamque hanc urbem repentina tua in hostes eruptione solicitam, lætitia et exultatione et aris flagrantibus et sacrificiis et odoribus accensis numini tuo implesti.' *Lipsius.*

Exstructis altaribus. Sic cum corollis et thure consuli obviam itum jam olim, Dionys. ubi de Valerio Cos. 'Venienti populus ad multum viæ coronatus occurrit, suffitum thuris transeunti faciens, et mulsi poculis militem excipiens.'

Exstructis altaribus] Simile quid actum jam vetere Repub. Sallust. apud Macrob. Saturn. lib. III. 13. de Metello. 'Eum ultra Romanorum et mortalium etiam morem curabant, exornatis ædibus per aulæa et insignia, scenisque ad ostentationem histrionum fabricatis: simul croco sparsa humus, et alia in modum templi celeberrimi. Præterea, cum sedenti transenna demissum victoriæ simulacrum, cum machinato strepitu tonitruum, coronam capiti imponebat, tum venienti thure quasi Deo supplicabatur, &c.

'Quibus rebus aliquantam partem gloriæ demiserat, maxime apud veteres et sanctos viros, superba illa, gravia, indigna Romanis existimantes.'

Et licet in summa lætitia populi Rom. cum scil. triumpharet de exter-

Digitized by Google

sens, mox perniciem[e] ipsis fecere. Aderant Valens et Cæcina, monstrabantque pugnæ locos:[f] 'hinc irruisse[6] legionum agmen, hinc equites coortos: inde circumfusas[g] auxiliorum manus.' Jam[7] Tribuni Præfectique,[h] sua quisque facta extollentes, falsa,[8] vera, aut majora vero miscebant. Vulgus quoque militum, clamore et gaudio deflectere via, spatia certaminum recognoscere, aggerem armorum, strues corporum intueri, mirari.[9] Et erant, quos varia fors[10] rerum, lacrymæque et misericordia subiret: at non Vitellius

Aderant Valens et Cæcina, ostendebantque prælii vestigia: Hinc irruisse legiones, hinc equites prorupisse: inde circumvectas sociorum cohortes. *Etiam tribuni et præfecti sua quisque facinora celebrantes, ficta, vera, aut ampliora vero interserebant. Etiam miles plebeius, clamore et lætitia a via divertere, intervalla præliorum agnoscere, spectare* et *admirari congeriem armorum, molemque cadaverum. Et erant, quos diversa sors mortalium, fletusque et miseratio incesserat.*

6 Brotierus habet *erupisse;* et sic Mss. Harl. Bodl. Guelf. Puteolanus et recentiores. In Ms. Jes. *erumpisse.* Mss. Flor. Corb. Reg. Bud. et editio princeps, *irrupisse;* et sic Ryckius et Gronov. cum Bipont.—7 Ms. Corb. *ita tribuni.*—8 Sic bene Mss. Flor. Reg. Bud. editio princeps, Pichena et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *falso vera.* Brotier.—9 Sic bene Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *mirarique.* Idem.—10 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus; Mss. Corb. Agr. ed. pr. et recentiores cum Gronov. Ryckio et Brotiero habent *sors.*

NOTÆ

nis hostibus, cum imperii fines augeret, id tamen incivile et superbum visum est, et præter morem mortalium, (quidni et *inhumanum* videatur?) sterni floribus et rosis viam, cæde et sanguine civium pollutam, cruentam, et adhuc sanie ac tabo madentem. Ideoque addit Tacitus: 'Nec minus inhumana pars viæ, quam .... lauro rosisque constraverant,' &c.

[e] *Mox perniciem*] Quasi proniores in Vitellium essent, mox subversa flammisque hausta colonia scelere Antonii Primi.

[f] *Monstrabantque pugnæ locos*] Sic et Ann. I. 61. ubi de clade Vari: 'Et cladis ejus superstites, pugnam aut vincula elapsi, referebant, hic cecidisse legatos: illic raptas aquilas: primum ubi vulnus Varo adactum: ubi infelici dextra et suo ictu mortem invenerit,' &c.

[g] *Circumfusas*] Vertit Clar. Harlæus, quasi hostem circumdediissent. Sed auxiliares pro more militiæ circumfundebantur legionariis, et erant velut alæ legionum: socii disponebantur ordinabanturque in acie circa legiones Romanas, scil. in cornibus et alis.

[h] *Jam Tribuni Præfectique*] Tribuni nempe legionum seu cohortium Rom. *præfecti* auxiliarium.

Præfectique] Pertinet ad cohortes auxiliarium, vel ad equitatum indistincte.

Digitized by Google

flexit oculos,[i] nec tot millia insepultorum civium exhorruit:[j] lætus ultro, et tam propinquæ sortis ignarus,[k] instaurabat sacrum Diis loci.[l]

71. Exin[1] Bononiæ[m] a Fabio Valente gladiatorum spectaculum editur, advecto ex urbe cultu. Quantoque[2] magis propinquabat, tanto corruptius iter, immixtis histrionibus et spadonum gregibus[n] et cetero Neronianæ aulæ ingenio;[o]

At Vitellius non avertit oculos, nec tot millia civium insepultorum flexere animum: exultans ultro, et tam proximi fati inscius, rem divinam faciebat Numinibus loci.

Postea Bononiæ Fabius Valens gladiatorum certamen exhibet, allato ex urbe paratu. Et quanto propius accedebat, tanto flagitiosior ingressus, adjunctis mimis et eunuchorum gregibus, et reliquo Neronianæ aulæ flagitio; quippe etiam Vitellius

1 Ms. Corb. *exinde.*—2 *Que* aberat a Ms. Bud. Additum est altera manu.—

NOTÆ

[i] *At non Vitellius flexit oculos*] Suet. Vitel. 10. 'Utque campos in quibus pugnatum est adiit, abhorrentes quosdam cadaverum tabem detestabili voce confirmare ausus est: Optime olere occisum hostem, et melius civem.'

[j] *Nec tot millia . . . . exhorruit*] Sic Suet. ibidem. 'Nec eo secius ad leniendam gravitatem odoris, plurimum meri propalam hausit, passimque divisit, pari vanitate atque insolentia.'

[k] *Lætus ultro, et tam propinquæ sortis ignarus*] Virg. 'Quo nunc Turnus ovat spolio, gaudetque potitus! Nescia mens hominum fati, sortisque futuræ, Et servare modum, rebus sublata secundis.'

Tam propinquæ sortis] *Ignarus*, iisdem locis eosdem Deos ipsi ablaturos victoriam, vitam, imperium, omnia.

[l] *Diis loci*] Illorum religio sylvis et campis suum tribuit peculiarem Deum, quo non favente, nihil non isto loco sinistre tentarent homines.

Sic Æneas apud Virg. lib. VII. vers. 136. Italiam ingressus, 'Geniumque loci, primamque Deorum Tellurem, Nymphasque, et adhuc ignota precatur Flumina.'. Orestes in Sophoclis Electra: 'me patria tellus, vosque præsides Dei, Excipite me.'

Apud Xenophontem I. Παιδ. Cambyses et Cyrus, cum Persiam relinquerent, 'Deos Persiæ tutelares rogabant, ut faverent, et feliciter propositum iter conficere paterentur.' Mediam ingressi, 'iterum orabant Deos &c. ut propitii acciperent.' *Savilius.*

Diis loci] Quia vicisset hisce campis, quasi grates referebat Diis seu Geniis loci.

[m] *Bononiæ*] Vide cap. 52.

[n] *Immixtis histrionibus et spadonum gregibus*] Sic Hist. III. de Fabio Valente: 'Multo ac molli concubinarum spadonumque agmine.' *Savil.*

Sueton. Vitel. 12. 'Talibus principiis, magnam imperii partem non nisi consilio et arbitrio vilissimi cujusque histrionum et aurigarum administravit.'

[o] *Cetero Neronianæ aulæ ingenio*]

Digitized by Google

namque et Neronem ipsum Vitellius admiratione celebrabat,[p] sectari cantantem solitus,[q] non necessitate, qua[r] honestissimus quisque,[s] sed luxu et saginæ[3] mancipatus emtusque. Ut Valenti et Cæcinæ[t] vacuos honoris menses aperiret, coarctati[4][u] aliorum Consulatus, dissimulatus[v] Martii[5]

per miraculum laudabat extollebatque ipsum Neronem, frequentare canentem suetus, non quasi ri adactus, *ut optimus quisque, sed gulæ et luxuriæ addictus venditusque. Contracti ac restricti aliorum consulatus, ut vacuos dignitatis menses exhiberet Valenti et Cæcinæ, dissimulatione* præteritus consulatus *Martii Macri, tanquam*

3 Corrupte Mss. Corb. Reg. et editio princeps, *sanguine*. Brotier.—4 Sic Rhen. Puteol. a Budens. *cohartati*. Alciat. *cohortati*.—5 Perperam Mss. et

NOTÆ

Suet. Vitel. 11. 'Solenni convivio citharœdum placentem palam admonuit, ut et aliquid de Domitio diceret; inchoantique Neroniana cantica, primus exultans etiam plausit.'

[p] *Celebrabat*] Id est, frequentabat, colebat: nempe olim Neronem Vitellius celebrabat laudabatque, cantantem *sectari solitus*. Neque τὸ *celebrabat*, referendum ad tempus de quo hic Tacitus; sed ad præteritum; nempe sub principatu Neronis id agebat.

Quamvis etiam princeps ipse Vitellius a tali admiratione Neroniana non abhorreret; at certe non id nunc dicit Tacitus, sed ad præterita tempora et ad Neronianam aulam respicit.

[q] *Sectari cantantem solitus*] Sueton. Vitell. 4. 'Caio per aurigandi, Claudio per aleæ studium familiaris: sed aliquanto Neroni acceptior, cum propter eadem hæc, tum peculari merito: quod præsidens certamini Neroneo, cupientem inter citharœdos contendere, nec quamvis flagitantibus cunctis, promittere audentem, ideoque egressum theatro revocaverat, quasi perseverantis populi legatione suscepta, exorandumque præbuerat.'

[r] *Non necessitate, qua*] Quia scilicet, si jussui aut libidini principis non obtemperassent, opes, dignitates, gratiam dominantis, forte et vitam amissuri erant.

[s] *Honestissimus quisque*] Ut Vespasianus, Burrhus, Thrasea, Helvidius Priscus et alii boni, qui talia flagitia aversabantur.

[t] *Ut Valenti et Cæcinæ, &c.*] Cessit consulatu ipse Vitellius, et aliorum quorundam consulatus amputavit, ut vacuos legatis honoris menses aperiret. Sic et Otho apud Plutarch. 'Quo tempore ipse consulatum obtinere debuit, hujus scil. temporis partem tribuit Verginio Rufo.'

Potuit Otho diutius retinere consulatum, sed eum deposuit Kalend. Martiis.

Tac. 'Proximos menses Verginio destinat,' nempe a Kal. Martiis ad Maias.

[u] *Coarctati*] Nonnulli sane loco dejecti; sed quisque, ut patet, binos menses explevit, quod receptum erat istius temporis consuetudine. *Sarilius*. Non coarctati consulatus eorum qui obtinuere. Sed coarctati consulatus, quia non omnes designati consules obtinuerunt: sic destinati ab Othone consulatus coarctati sunt.

Coarctati] Si vera et genuina illa vox, *coarctati*, id debet intelligi de

Digitized by Google

Macri, tanquam Othonianarum partium Ducis: et Valerium Marinum, destinatum a Galba Consulem, distulit, nulla offensa, sed mitem et injuriam segniter laturum. Pedanius[w] Costa omittitur, ingratus Principi, ut adversus Neronem ausus,[x] et Verginii exstimulator:[y] sed alias pro-

ducis Othonianæ factionis: et prolatavit Valerium Marinum, designatum a Galba consulem, nulla culpa, sed lenem, et offensionem ignave toleraturum. Pedanius Costa transmittitur, invisus Vitellio, ut qui rebellasset adversus Neronem, et Vergi-

veteres editiones, *M. Macri.*

NOTÆ

istis consulatibus in genere, non de singulis, ita ut longa illa series consulum, seu consulatuum designatorum, ab Othone, coarctata sit.

Igitur Kalendis Jan. seu paulo post, in annum integrum consules duodecim, nempe binos ad duos quosque menses, designaverat Otho: se ipsum consulem et fratrem Titianum designaverat feceratque ad duos menses, *Januarium* scil. et *Februarium.*

Dein Verginium et Vopiscum in menses *Martium* et *Aprilem*, mox Cælium et Flavium Sabinos in *Maium* et *Junium*, dein Arium Antonium et Marium Celsum in *Julium* et *Augustum*, seu in Kalendas Septemb.

At hic *coarctati* cohibitique consulatus Othonis a Vitellio, 'ut Valenti et Cæcinæ vacuos honoris menses aperiret.'

Itaque designati suffectique consules Valens et Cæcina *ex Kal. Septemb. ad Kalend. Novemb.* Dein ex Kalend. Novemb. suffecti Cæcilius Simplex et Quintius Atticus, nempe in Kalend. Jan. sequentes: sicque orbis anni impletus.

Eoque sensu *coarctati* et cohibiti sunt *consulatus aliorum*, nempe eorum qui in reliquum annum designati primum fuerant ab Othone; *aliorum* nempe qui suffici postea consules debebant, si mansisset principatus Othoni.

Coarctati] Quod explicat statim: 'Dissimulatus Martii Macri .... et Valerium Marinum .... distulit .... Pedanius Costa omittitur,' &c.

Coarctati] Multi consulatus destinati multis: illi consulatus *coarctati* et ad pauciores redacti. Designatorum consulum, quibus scil. consulatus destinati erant, alii *dissimulati*, alii *dilati*, alii prorsus *omissi*: sicque *coarctati consulatus*, non quoad tempus, sed quoad personas.

[v] *Dissimulatus*] Dissimulatus, dilatus, omissus, perinde repulsam patiuntur; et pro eodem est: nisi forte aliqua spe in futurum lactatus sit Valerius Marinus, ut cui nihil flagitii objectari posset.

[w] *Pedanius*] De quo forte memoraverat Tacitus in motu Vindicis et exitu Neronis, scil. in libris qui fato intercepti sunt, ut et de tribus ducibus Gallis quos nunc rabiei militum permittit Vitellius.

Quasi uni Vitellio datum esset vindicare Nerones et Tigellinos. Ille orbis vindices occidit, quasi Respub. ageretur. Sed in exitium suum similis Neroni præmature inferias mactat Vitellius.

[x] *Ut adversus Neronem ausus*] Cujus criminis et odii 'ultor est quisquis successit' princeps. Forte præerat

Digitized by Google

tulit causas:[2] actæque insuper[3] Vitellio gratiæ, consuetudine servitii.

nium instigasset; sed alias rationes attulit: redditæque præterea Vitellio grates ingenio ac libidine serviendi.

NOTÆ

Pedanius alieni legioni in superiore Germania, legatus scil. cum exstimulavit Verginium in Neronem, ut legati mox incitavere Fonteium Capitonem in Galbam, dein et ipsum Vitellium.

[1] *Verginii exstimulator*] Haud dubie illum stimulabat, hortabaturque ad suscipiendum imperium; hinc parum gratus Vitellio, ut fautori Neronis jam olim: hinc omittitur, scil. consul non designatur.

[2] *Alias protulit causas*] Ne vindicare, sicque æmulari Neronem videretur, quo bonos offendisset.

[3] *Actæque insuper*] Seneca de tranquil. animi. 13. ubi de Caligula: 'agebant enim gratias, et quorum liberi occisi, et quorum bona ablata erant.' Sic supra l. XIII. 'Seneca, qui finis omnium cum dominante sermonum, grates agit.' Et in vita Agric. 'Agi sibi gratias passus est, nec erubuit beneficii invidia.'

Seneca de ira II. 33. 'Notissima vox est ejus, qui in cultu regum consenuerat, cum illum quidam interrogasset, Quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset, senectutem? Injurias, inquit, accipiendo, et gratias agendo.' *Pichena.*

Insuper] Puto intelligendum, quasi diceret: Præter dedecus illud Reipub. illatum a Vitellio, præter injuriam factam egregiis viris qui consulatu pellebantur, etiam tali probro id additum ex libidine adulandi serviendique *consuetudine*, ut et gratias ipsimet agerent dominanti, qui injuriam patiebantur.

Actæque insuper ... gratiæ] Capiunt, quasi singuli, qui aut omissi aut dilati erant, gratias Vitellio egerint. Puto, ipsi dominanti gratias egerunt apud senatum; quo *servitii* flagitium augebatur.

Et ut consules electi, cum inirent magistratum, gratias referebant principi in senatu, ita et isti, quibus negabatur consulatus, perinde grates agebant palam in curia, indomita serviendi libidine: *nec erubuit* Vitellius talis *beneficii invidia.*

Actæque, &c. gratiæ] Ipse Pedanius gratias egit Vitellio, cum repulsam pateretur; forte et amici illius in senatu et e senatu. Sic cum injuria fieret, gratias dominanti agebant, *consuetudine servitii*, forte sic ut tantum differrentur, et ne silentio suo iram promerent, simul et irritarent dominantem, unde offensio et repulsa in perpetuum: ut, scil. per eam adulationem, sic utcumque repulsam lenirent, nec prorsus alienarent principem; scil. ut non prorsus eos repelleret, sed tantum differret.

Gratiæ] Puto, gratias Vitellio egere ipsimet candidati qui repulsam patiebantur.

Et hic pridem mos inoleverat, ut quo major esset injuria dominantis, eo majus servitium exhiberetur; immo et in summis Reipub. cladibus grates Diis agebantur et principi.

Vel in commune, seu publice et consensu totius senatus, actæ gratiæ Vitellio pro tali ordinatione consulatuum.

Puto tamen id egisse canditatos, vel libidine servitii, vel spe obtinendi postea consulatum; ad quem designatio illa tamen viam utcumque sternere videbatur.

Digitized by Google

72. Non ultra paucos dies, quanquam acribus initiis cœptum, mendacium valuit. Extiterat quidam, 'Scribonianum se Camerinum ferens, Neronianorum temporum metu in Istria[b] occultatum, quod illic clientelæ et agri veterum Crassorum ac nominis favor manebat.' Igitur deterrimo quoque in argumentum fabulæ[c] assumto, vulgus credulum et quidam militum, errore veri, seu turbarum studio, certatim aggregabantur: cum[1] pertractus ad Vitellium interrogatusque,[2] 'quisnam mortalium esset,' postquam nulla dictis fides, et a domino noscebatur, conditione fugitivus,[d] nomine *Geta*, sumtum de eo supplicium servilem in modum.[3] [e]

73. Vix credibile memoratu est, quantum superbiæ socordiæque Vitellio adoleverit, postquam speculatores e[1]

Non nisi ad paucos dies invaluit falsus rumor, licet vehementibus initiis incœpisset. Emerserat quidam, Scribonianum se Camerinum vocans, qui in Istria latuisset, formidine Neronianæ sævitiæ, quod in illa provincia clientes, et prædia priscorum Crassorum, ac gentis *istius* favor supererat. *Itaque pessimo quoque adjuncto in documentum mimi* seu mendacii, *suaderi plebecula facilis, et nonnulli militum*, seu *ignorantia veri, seu rerum novarum desiderio, certatim adjungebantur; cum perductus ad Vitellium, inquisitusque*, quisnam mortalium esset, *postquam sermoni* ejus *non credebatur, et dominus* eum *agnovit, sorte fugitivum, vocabulo* Getam, tum *supplicio affectus* est, *quo more servi* plectuntur.

Vix credibile dictu est, quantum arrogantiæ vesaniæque Vitellio accesserit, post-

1 Ms. Corb. *tum pertr.*—2 Ita vulgo Mss. editio princeps et recentiores. Ms. Corb. et Puteolanus omisere, *que.*—3 Sic Ryckius e Ms. Agr. Brotierus cum Gronov. *in serv. mod.*

1 Rhenanus omisit præpositionem; quam habent Mss. et editi libri. At

NOTÆ

[b] *Istria*] Histria, provincia Venetiæ et Histriæ regionis Italiæ, ad mare Adriaticum: hodie pars major *Istriæ* peninsulæ, sub dominio Reipublicæ Venetæ et Domus Austriacæ, ad sinum Venetum. *Tillemonius.*

[c] *Fabulæ*] Fabula mera fuit, qua se Crassum fingebat, et vere theatralis ac mimicus ille Crassus. Itaque deterrimum quemque ille assumebat *in argumentum* talis *fabulæ*, quo nempe comprobaret se esse verum Scribonianum; sed larva histrioni statim detracta est.

[d] *Fugitivus*] *Fugitivus*, id est, servus qui dominum fugit: nec potest dici *fugitivus*, nisi servus. Fuga præcise non est vitium aut conditio, nisi servi.

[e] *Sumtum de eo supplicium servilem in modum*] Id est, virgis cæsus extremo supplicio affectus est, ut ostendit Acron. in comm. Horatii. Nam domini servos ad trabem suspensos flagellabant; atque in media domo, ad terrorem incutiendum, servis habenas pendebant. *Lupanus.*

[f] *Speculatores e Syria*] Igitur speculatores in Syriacis Judaicisque legionibus, nec solum in prætoriis cohortibus.

Digitized by Google

Syria Judæaque, 'adactum in verba[2] ejus Orientem,' nuntiavere. Nam, etsi vagis adhuc et incertis auctoribus, erat tamen in ore famaque Vespasianus,[g] ac plerumque ad nomen ejus[h] Vitellius excitabatur. Tum ipse, exercitusque, ut nullo æmulo, sævitia, libidine, raptu, in externos mores[i] proruperant.[3]

quam nuntii e Syria et Judæa attulere, obstrictum in nomen ejus Orientem. *Nam quamvis incertis adhuc et dubiis auctoribus*, jam *tamen sermonibus et fama* differebatur *Vespasianus, et sæpe ad vocabulum ejus excitabatur Vitellius. Tum ipse, milesque, ut nullo rivali, in externa flagitia ruebant, immanitate, cupidinè*, et *prædandi licentia.*

Budens. Puteol. Alciat. Rhenan. *de Syr.*—2 Sic bene Mss. et veteres ac recentiores editiones. In mediis quibusdam editionibus, *in verbis.* Brotier.—3 *Proruperunt* Brotier.

NOTÆ

[g] *Erat tamen in ore famaque Vespasianus*] Suet. Vesp. 5. 'Nuntiabantur ex urbe præsagia, Neronem diebus ultimis monitum per quietem, ut thensam Jovis Opt. Max. e sacrario in domum Vespasiani et in Circum deduceret. Ac non multo post, comitia secundi consulatus incunte Galba, statua Divi Julii ad Orientem sponte conversa: acieque Bebriacensi, prinsquam committeretur, duas aquilas in conspectu omnium conflixisse; victaque altera, supervenisse tertiam a solis ortu, ac victricem abegisse.'

Sic infra Tac. 'Has ambages (oraculorum) et statim exceperat fama, et tunc aperiebat: nec quicquam magis in ore vulgi.'

Erat tamen in ore] Non quod moliretur aliquid; nihil quippe adhuc auditum Vitellio. Immo et legiones Orientis adactæ in verba Vitellii, unde superbia et socordia accrevit. Sed *erat in ore famaque Vespasianus*, quasi suscipiendo imperio par esset; quasi posset occupare Rempub. Nam neminem sine æmulo relinquit fama, nec semper errat ipsa, quandoque eligit.

[h] *Ad nomen ejus*] Sueton. Vesp. 6. 'Plurimum cœptis contulerunt, jactatum exemplar epistolæ, veræ sive falsæ, defuncti Othonis ad Vespasianum, extrema obtestatione ultionem mandantis, et ut Reip. subveniret optantis: simul rumor dissipatus,' &c.

Et supra ibid. 'Propositis itaque nominibus legatorum consularium, quot ubique tunc erant, cum ceteros alium alia de causa improbarent, et quidam e legione tertia, quæ sub exitu Neronis translata ex Syria in Mœsiam fuerat, Vespasianum laudibus ferrent, assensere cuncti, nomenque ejus vexillis omnibus sine mora inscripserunt.'

[i] *Libidine, raptu, in externos mores proruperant*] Per *barbaros* et *externos*, intelligendi præcipue Orientales. Nam in Oriente semper magna imperia, ibique ambitio et impotentia regum præcipue grassata est. Virgil. ubi de pugna Actiaca: 'Hinc ope barbarica, variisque Antonius armis, Victor ab auroræ populis et littore rubro, Ægyptum viresque Orientis et ultima secum Bactra vehit.' Sic et intelligendus locus, c. 70. ubi aræ structæ et

74. At Vespasianus bellum armaque, et[i] procul[j] vel juxta sitas vires, circumspectabat. Miles ipsi adeo paratus, ut præeuntem sacramentum, et fausta Vitellio omnia[2 k] precantem, per silentium[l] audierint. Muciani animus nec Vespasiano alienus, et in Titum pronior.[m] Præfectus Ægypti,[n] Ti. Alexander, consilia sociaverat.[o] Tertiam legionem,[p]

At Vespasianus circumspiciebat bellum, castraque et copias, quæ longe, vel prope positæ erant. *Miles in ipsum adeo promtus* erat, *ut silentio exceperint* illum, *cum præiret sacramento, et læta prosperaque omnia Vitellio oraret. Nec Muciani voluntas Vespasiano adversa*, ille *et in Titum promtior. Rector Ægypti, Tiberius, consilia miscuerat.* Vespasianus *tertiam legionem* ut *suam reputabat, quod e*

1 Sic Gronov. et Ryckius. Brotierus omisit *et:* sic Rhenan. duce Budens. —2 Ita libri scripti et editi. Frustra tentat Freinshemius, *omina.* Brotier.

NOTÆ

mactatæ hostiæ, adventante Cremonam Vitellio, scil. more regum Orientalium. Quare et addit: 'nec minus inhumana pars viæ quam Cremonenses, &c. regium in morem.' Namque id *Barbarum* et *externum* fuit; atque etiam tunc *inhumanum* visum est, nec id Græci aut Romani moris.

In externos mores proruperant] Id est, in regum externorum libidines ac flagitia proruperant. Sic Ann. l. XVI. de Poppæa: 'Corpus non igni abolitum, ut Romanus mos; sed, regum externorum consuetudine, differtum odoribus conditur,' &c. Sic externi reges, 'nullo æmulo, sævitia, libidine, raptu,' grassantur. Sic alibi dixit: 'et aliæ regum libidines.' Quod maxime Vitellio convenit. Ibi præcipue Persarum, seu Parthorum reges intelligit.

[j] *Et procul*] Præsertim in Illyrico, in Italia, in Urbe ipsa, in Germania et Britannia: nam totus Orieus statim in ipsius partibus.

[k] *Fausta Vitellio omnia*] Alii volunt, *omina:* sed infra de Vespas. 80. simili occasione, 'læta omnia et affluentia excepit:' et forte dicere auctor possit, *fausta precari*, non vero, *omina precari.*

[l] *Per silentium*] Nullo plausu excepere, nullis lætis vocibus aut clamoribus, quibus electum principem gratularentur, exultarent; quibus scil. fausta et affluentia omnia Vitellio precarentur, ut decuit, si electionem hanc suffragiis et favore suo approbassent legiones Orientis.

[m] *Et in Titum pronior*] Ob juventam, et ingenium a voluptatibus non alienum, quia Muciani moribus accommodum; quia nullæ causæ odii aut rixæ, sicut in senem Vespasianum, ob vicinitatem provinciarum, quibus illi præerant. Infra Mucianus: 'absurdum fuerit, non cedere imperio ei, cujus filium adoptaturus essem, si ipse imperarem.'

[n] *Præfectus Ægypti*] Suet. Vesp. 6. 'Tiberius Alexander, præfectus Ægypti, primus in verba Vespasiani legiones adegit, Kalend. Julii: qui principatus dies in posterum observatus est.'

[o] *Consilia sociarerat*] Cum Vespasiano nempe, Tito, et Muciano.

[p] *Tertiam legionem*] Tertia legio, jam

Digitized by Google

quod e Syria in Mœsiam transisset, suam numerabat: ceteræ Illyrici legiones[3] secuturæ sperabantur. Namque omnes exercitus flammaverat[q] arrogantia[4] venientium a Vitellio[r] militum; quod truces corpore, horridi sermone, ceteros, ut impares, irridebant. Sed in tanta[5] mole belli[s]

Syria in Mœsiam traducta esset: reliquæ legiones Illyricæ accessuræ credebantur. Quippe ferocia, seu superbia, *adventantium a Vitellio militum, incenderat omnes legiones; quod truculenti corpore, immanes lingua, alios ut inferiores spernebant.*

—3 Sic bene veteres et recentiores editiones. In Ms. Corb. et mediis quibusdam editionibus, *Illyrici regiones.* Idem.—4 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. Bud. et editione principe, *omnis.* Ms. Bud. *flammarerat ad arrogantiam:* uti volebat Muretus. *Brotier.*—5 Sic bene editio princeps, Pichena et recentiores. Suffragantur Mss. Flor. et Corb. licet corrupte habeant ille, *intant a,* hic, *iniant a.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *inerat a mole belli, &c.* Ms. Agr. *in tanta mole belli plerumque cunctatio oberat.* Unde amicus Ryckii tentabat, *in tanta mole belli operumque cunctatio oborta.* Idem. Budens. *sed inerat amor belli,* unde Rhe-

NOTÆ

Antonio rerum ad Orientem potiente, in Syria fuerat, ut colligere est ex Hist. III. 24. ibique postea quoque mansisse argumento est, quod Corbuloni affuit Ann. XV. 6. Hist. III. 24. cui successerit Mucianus, cujus beneficiis devinctam legionem in Mœsiam Nero transtulerit: ubi legato, seu duce Aponio Saturnino, Sarmatas vicit. Hist. I. 79. III. 24.

Mox 'transgressa' (sic lego Hist. II. 85.) 'in partes' Vespasiani, 'exemplum ceteris Mœsiæ legionibus præbuit;' et duce Duillio Aponiano Veronam venit. Hist. III. 10. Capuæ hyemavit. Hist. IV. 3.

Deinde iterum in Syriam remissa est Hist. IV. 39. nempe quod olim ibi fuisset: unde et morem, qui in Syria, retinuerat, solem salutandi, Hist. III. 24. hinc ergo Mucianus eam *suam numerabat,* ut ait auctor hoc loco. *Freinshem.*

Tertiam legionem] Quæ translata, ut puto, a Nerone erat; vel dum Syriæ præesset Corbulo, ut sic vires imminueret ducis egregii, quem criminatus erat Arrius Varus: vel adversus Albanos, aut in Vindicem evocata erat, ex magna belli fama sub Corbulone.

[q] *Flammaverat*] Simplex pro composito, pro *inflammaverat:* sic l. XV. *flammandi,* pro *inflammandi,* ubi de Christianis, in quos sæviit Nero.

[r] *A Vitellio*] Puto, qui cum Cæcina et Valente advenerant a Vitellio, qui tota mole belli sequebatur. Eo autem arrogantiæ processerat ille miles Germanicianus, qui nempe ingenio cœli solique, quo militaverat, atrox ultro, etiam longe magis propter victoriam superbiebat; hinc spernebant alios milites, sed et vicissim exhorrebantur. Hinc odium publicum, et rursus arma civilia.

[s] *Sed in tanta mole belli*] *In tanta mole belli,* sic magis ad genium Taciti. Suet. Vesp. 6. 'Nec tamen quicquam ante tentavit, promtissimis atque etiam instantibus suis, quam solicitatus quorundam et ignotorum et absentium fortuito favore.'

Sic Tac. Ann. XII. 66. 'In tanta mole curarum Claudius Narcissus

plerumque cunctatio: et Vespasianus, modo in spem erectus, aliquando adversa[t] reputabat: ' Quis ille dies foret, quo LX.[6] ætatis annos[u] et duos filios[v] juvenes bello permitteret? Esse privatis cogitationibus progressum,[7 w] et, prout velint,[8]

Sed in tanta tamque ingenti *mole belli, sæpe dubitatio; et Vespasianus modo spem* mente *præsumens, interdum* etiam *improspera* animo *revolvebat.* Quis ille dies foret, quo se *jam* sexaginta annorum ætate provectum et duos filios adolescentes belli casibus committeret? Esse privatis consiliis receptum, et,

nan. conjiciebat, *sed inerat timor belli.*—6 Brotierus cum Gronovio et Ryckio legit totidem literis *sexaginta ætatis annos.* Mss. Harl. Jes. Corb. *XL. ætatis annos.* Mallet Freinshemius, *sexagesimo ætatis anno se et duos filios, &c.*—7 Ita in Mss. et veteribus Edd. quod Pichena, Acidalius, et Gruterus defendunt, Bipont. recipiunt. Freinshemius e conjectura Lipsii legit *regressum;* ac deinde recentiores omnes cum Gronovio, Ryckio, et Brotiero.—A codicum lectione nolim recedere, restitui ergo *progressum.* Pichena bene: in hac privatorum Principumque comparatione nihil de *regressu* agitur. Sensus: Privatos homines, cum cogitationem suscipiunt, eatenus *progredi* posse, quatenus ipsis videatur. Quod Bip. addunt, si *regressum* ponas, scribendum fuisse *a cogitat.* mihi secus videtur; dandi casus hic scite locaretur. *Oberlin.* —8 Male Ms. Corb. *velit.* Brotier.

NOTÆ

valetudine adversa corripitur:' ubi reposui *Claudius Narcissus.* Nam certe Narcissus æger ad Sinuessanas aquas ivit, non Claudius: et vocabatur Narcissus nomine patroni sui *Claudius.*

[t] *Aliquando adversa*] Nempe improspera belli, ac prœliorum clades, &c. Reputabat *fluxam fidem* inter bella civilia legatorum militumque, posse se occidi vel a gregario milite.

Quod explicat statim: ' quid enim profuturas cohortes alasque, si unus alterque præsenti facinori,' nempe, occidendo rebellionis ducem, ' ex diversa' factione ' præmium petat?'

[u] *Quo LX. ætatis annos*] Hoc dictum eodem genio, quo supra Ann. l. vi. c. 20. dixit de Caio Cæs. ' qualem diem Tiberius induisset, pari habitu,' &c. Et lib. de Mor. Germ. ' disponere diem, vallare noctem.' An vallatur nox?

[v] *Duos filios*] Potius juvenibus filiis metuebat, quam sibi soli. Metuebat, ne occiderentur, si fortuna contra daret, quemadmodum filius Galbæ adoptatus, Piso occisus est.

Quemadmodum filius et frater Vitellii; quemadmodum et Flavius Sabinus Vespasiani frater; ut et ipse Domitianus perire potuit eodem casu, nisi majore fato, mox tamen Reipub. exitio, latuisset.

[w] *Progressum*] Lipsius, *regressum:* tamen si attendas, in hac privatorum et principum comparatione, nihil de *regressu* agitur, et sententia videtur: Privatos homines, cum cogitationem aliquam, seu vitæ institutionem sibi proponunt, eatenus progredi posse, quatenus ipsis videatur, et in medio cursu quiescere, et intra mediocritatis terminos consistere, atque ex fortuna plus minusve ad libitum sumere.

At qui imperium concupiscunt, arbitrium progressumque nullum habent: quoniam aut summum contingent, aut ruent in præceps. *Pichena.*

Digitized by Google

plus minusve sumi ex Fortuna:[x] Imperium cupientibus nihil medium inter summa et[9] præcipitia.'

75. Versabatur ante oculos Germanici exercitus robur, notum viro militari:[y] 'Suas legiones civili bello inexpertas;

prout cupiant, plus aut minus accipi ex fortuna: principatum ambientibus, nihil medium inter supremum fastigium aut exitium.

Obversabantur animo Germanicarum legionum vires, ut *viro belli experto cognitæ:* Suas copias civilibus armis insuetas; Vitellii, victrices: et apud victos

9 Ita Ms. Reg. editio princeps et Cl. Lallemand. Sic quoque volnere Rhenanus et Gruterus. Puteolanus, *aut præcipitia*, et sic Ryckius et Gronovius.

NOTÆ

Privatæ cogitationes etiam ambitiosissimæ cuivis licitæ sunt; nec peccatur, aut metuenda est pœna, etiam si votis et conatibus non responderit eventus.

Regredi enim tum impune licet. Si summas dignitates cogitaveris, nec acceperis, ut consulatum, licet ad secundas aut tertias resilire, ut Senatoriam, Prætoriam, Ædilitatem, Quæstoriam; et quæ aliæ sunt infra consulatum.

At qui ad imperium semel aspiravit, nec accepit, ab incœpto regredi impune non potest. Nihil ei restat, nisi præcipitium et ultima pernicies. Hinc Tacit. 'Imperium cupientibus, nihil medium inter summa et præcipitia.' *Boxhornius.*

Lege, *progressum* vel *regressum:* idem fere sensus erit; nam certe *privatis cogitationibus* progredi licet vel regredi. Possunt privati conatus, *prout velint, plus minusve* sumere *ex fortuna.* At imperium cupientibus, non idem licet, si semel incœperint, sistere gradum non possunt. In summo stare debent, aut *statim* præcipitari: quia 'nihil medium inter summa et præcipitia.'

Itaque in privatis cogitationibus datur *progressus;* datur et *regressus;* datur quid medium. Nihil vero tale dominationem appetentibus licet, nihil medium est. Vel stare in summo fastigio debent, vel ruere in exitium.

Attamen, quia Veteres editt. habent *progressum*, quidni eam lectionem retineas? vetus editio ex Ms. Vat. orta.

Regressum] Sic fere Plutarch. in Artaxerxe, ubi Tiribasus sic Darium alloquitur: 'Haud idem esse Ocho, non obtinere regnum, atque illi, dejici principatu; Ocho certe licere privatam vitam agere et quidem feliciter. At illi, qui electus rex fuerit, jam prorsus imperandi necessitatem incumbere, aut non vivendi.'

[x] *Ex Fortuna*] Quæ se ipsis offert, *plus minusve* sumunt privati pro libito: altissimos magistratus, consulatus ipsos ultro abdicare possunt. At in summa fortuna *nihil medium*, vincendum, aut pereundum est.

[y] *Viro militari*] Sueton. Vesp. 4. 'Claudio principe, Narcissi gratia, legatus in Germaniam missus est; inde in Britanniam translatus, tricies cum hoste conflixit; duas validissimas gentes, superque viginti oppida, et insulam Vectem Britanniæ proximam, in ditionem redegit: partim Auli Plautii consularis legati, partim Claudii ipsius ductu. Quare triumphalia ornamenta,' &c.

Digitized by Google

Vitellii, victrices: et apud victos plus querimoniarum, quam virium: fluxam per discordias[a] militum fidem, et periculum ex singulis. Quid enim profuturas cohortes alasque, si unus alterque præsenti facinori[1] paratum ex diverso[a] præmium petat? Sic Scribonianum sub Claudio interfectum: sic percussorem ejus, Volaginium,[2 b] e gregario ad summa militiæ[c] provectum. Facilius universos impelli, quam singulos vitari.'

plus iræ quam roboris: ambiguam bello civili militum fidem, et discrimen ex unoquoque. Quid conducere, quid juvare cohortes et alas, si unus et alter, scelere patrato, præsens ex altera factione pretium quærat? Sic Scribonianum trucidatum sub Claudio; sic interfectorem ejus, Volaginium, e plebeio ad præcipua belli *munia* promotum. Facilius omnes illici *aut incitari*, quam singulos declinari.

1 *Facinore* Rhenanus et recentiores e Ms. Bud. cum Brotiero, Gronov. et Ryckio. In Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et veteribus editionibus, *facinori*.— 2 In Mss. Reg. Corb. Agr. et editione principe, *Volaginum*.

NOTÆ

[a] *Fluxam per discordias*] Cepit interp. Hisp. de discordiis superioribus. Sed intelligit Tacitus, omnibus omnino discordiis civilibus *fluxam* esse *militum fidem;* absolute scil. et indistincte.

[a] *Ex diverso*] Phrasis Tacito peculiaris, pro *ex parte altera*. Sic lib. seq. 'ac majore ex diverso mercede,' &c. et infra; 'quas enim ex diverso legiones?' l. XIII. 'assultare ex diverso Tiridates.' *Pichena*.

[b] *Volaginium*] Haud dubie hic unus ex istis quos punivit L. Otho, pater Othonis principis. Sueton. Oth. 1. 'Ausus etiam est in Illyrico milites quosdam, quod motu Camilli ex pœnitentia præpositos suos, quasi defectionis adversus Claudium auctores, occiderant, capite punire; et quidem ante principia se coram; quamvis ob idipsum promotos in ampliorem gradum a Claudio sciret.'

Et forte ille *Volaginius*, unus et præcipuus auctor sceleris, tali præmio ornatus a Claudio. Nam solet Suetonius de uno tanquam de pluribus loqui, ut constat multis exemplis. Et certe unum Volaginium recenset Tacitus, et is haud dubie præcipue ausus est in Camillum, licet alii forte milites conscii audaciæ et affines essent.

Volaginium] Puto primum pilum obtinuisse. Colligo ex Sueton. Oth. 1. 'Quamvis ob idipsum promotos in ampliorem gradum a Claudio sciret.' Sic Arrius Varus, apud Tacitum, *pilum* adeptus est sub Nerone, quod Corbulonem secretis criminationibus infamasset.

[c] *Ad summa militiæ*] Primipilaris factus, vel tribunus, aut præfectus castrorum, vel præfectus equitum, vel forte etiam legatus legionis, ut decus ac fama talis facinoris in magnum exemplum inclaresceret. Primipilari fastigio tamen potius evectum putem.

Digitized by Google

76. His pavoribus nutantem, et alii Legati amicique firmabant, et Mucianus, post multos secretosque[d] sermones, jam et[1] coram[e] ita locutus: 'Omnes qui magnarum rerum consilia suscipiunt, æstimare[2] debent, an, quod inchoatur,[3] Reipublicæ utile, ipsis gloriosum, aut promtum effectu, aut certe[4] non arduum sit. Simul ipse, qui suadet, considerandus est, adjiciatne consilio periculum suum: et, si Fortuna cœptis affuerit, cui summum decus acquiratur. Ego te, Vespasiane, ad Imperium voco, tam salutare Reipublicæ,

His curis dubitantem, etiam alii legati et intimi hortabantur, ut auderet, *et Mucianus post multa arcanaque colloquia, tum et palam sic affatus* est: Omnes qui magnæ molis cœpta agitant, reputare animo debent, an *id* quod suscipitur, *sit* utile Reipub. ipsis decorum, aut facile factu, aut sane non admodum difficile sit. Etiam ipse, qui consilium dat, æstimandus est, an addat consilio discrimen suum: et, si fortuna votis annuerit, cui principale fastigium comparetur. Ego te, Vespasiane, ad principatum voco, qui perinde utilis

1 *Et* abest a Mss. Reg. Corb. et editione principe. In Ms. Flor. *jam et coronam.* Inde tentabat Jac. Gronovius, *jam ad coronam.* Quod frigidum ac minime Cornelianum. Ms. Jes. *jam et contra.* Brotier.—2 Male Ms. Reg. *existimare.* Mss. Jes. Guelf. et editio princeps, *extimare;* vulgari librariorum errore. *Idem.*—3 Ms. Agr. *inchoaturi.*—4 Ita vulgo Mss. et libri omnes

NOTÆ

[d] *Post multos secretos*] Conjicio aliquid hic fuisse de amicis. Hoc enim ait, prius multos cum Vespasiano sermones secreto habuisse; denique *et amicis coram*, (sic forte leg.) ea, quæ subjicit, locutum esse.

Pluribus enim præsentibus hanc orationem habitam patet ex Hist. II. 77. 'Nobis nihil ultra arrogabo, quam ne post Valentem ac Cæcinam numeremur:' et Hist. II. 78. 'post Muciani orationem, ceteri audentius circumsistere.' *Freinshem.*

Post multos secretosque] Nempe vel per se et coram, vel per literas, vel per Titum et amicos.

[e] *Coram*] Hic significat palam, multis audientibus, et quasi in publico. Ita ea voce usus Tac. Ann. VI. ubi M. Terentius; 'Spectamus porro, quæ coram habentur.' Id est, quæ publica, et oculis judiciisque omnium offeruntur. Vides igitur aliud hic esse, *secretos sermones*, aliud, *coram loqui*. Boxhornius.

Mucianus potuit illos *secretos sermones* habere cum Vespasiano, vel per se, vel per amicos seu internuncios. At jam *coram* et aperte loquitur, quia jam consensio partium coaluerat, et firmata erat inter duces et exercitus pactio incipiendi belli, resque transferendi. Jam omnes consilii et destinationis certi erant.

Coram] Jam palam loquitur Mucianus, nec amplius secessum solitudinemve consiliis suis vel colloquiis captat. Primo et secreto miscuerant consilia, vel per se, vel per amicos; nunc palam se profert Mucianus, et publice hortatur Vespasianum, ut meliorem, ad capessendam Rempub.

Digitized by Google

quam tibi magnificum.[5] Juxta Deos,[f] in[6] tua manu positum est. Nec speciem adulantis expaveris:[g] a[7] contumelia,[h]

Reipub. ac tibi gloriosus, et post Deos in tua potestate positus est. Neque me quasi assentantem exhorrueris: longius abfuerit a decore, quam a flagitio,

edili. In Ms. Flor. *aut non certe non arduum.* Inde male tentat Jac. Gronovius, *aut non, certe non arduum.* Brotier.—5 Sic bene Mss. Puteolanus et recentiores. In editione principe, *magnificum juxta Deos: in tua, &c.* Brotier.—6 Amicus Ryckii legebat *id in tua, &c.*—7 Sic recte adhuc Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. et

NOTÆ

[f] *Juxta Deos*] Puto, hoc sibi vult Mucianus; Ejusdemque momenti fere tua voluntas est, ac Deorum favor. *Pichena.*

Juxta Deos] Id est, Post Deorum numen, seu potentiam, penes te est assumere imperium, ad quod te voco. Ita tibi omnia favent, ita pro te militant totius orbis, seu generis humani vota, ut, post Deos, sis jam imperii arbiter, ut imperium in tua manu positum sit, si suscipere velis.

Juxta Deos] Id est, proxime post Deos. Quasi jam secundo loco esset, secundamque post Deos potestatem haberet. Sic supra de legionibus Germanicis, I. 51. 'Secundum avaritiam et arrogantiam.... contumacia Gallorum irritati.' Id est, post *avaritiam, &c.*

Juxta Deos] Hic deesse videtur particula *et*, vel *quod*, aut quid simile. *Te...ad imperium voco*, quod *juxta Deos in tua manu positum est.* Vel suppleri per mentem debet. Respondet his verbis, 'promtum effectu, aut certe non arduum.'

[g] *Nec speciem adulantis expaveris*] Discrimen est inter *adulationem*, et *speciem adulationis.* Plin. Epist. VI. 27. ubi de Trajano: 'Rogas ut cogitem, quid designatus consul in honorem principis censeas. Facilis inventio, non facilis electio. Est enim ex virtutibus ejus larga materia. Scribam tamen, vel, quod malo, coram indicabo...Designatus ego consul, omni hac, etsi non adulatione, specie tamen adulationis, abstinui: non tanquam liber et constans, sed tanquam intelligens principis nostri: cujus videbam hanc esse præcipuam laudem, si nihil quasi ex necessitate decernerem.'

Sic adulatio in optimum principem a vera laude fere non differt, et quamvis ea sit adulatio, non habet tamen, qui laudat, *speciem adulantis*, sed vere et ex animo laudantis imaginem præfert, et vere laudat.

Sicque nulla flagitii servitiive species inerat consuli, qui multos honores decerneret Trajano principi: scil. quia eos digno imperatori decernebat, et quia nihil ex necessitate censeret.

Quare addit Plinius ibid.: 'Recordabar etiam, plurimos honores pessimo cuique delatos; a quibus hic optimus separari non alio modo poterat, quam diversitate censendi, &c. Recentia opera maximi principis præbent facultatem nova, magna, vera censendi.'

[h] *A contumelia*] Hinc, Vespasiane, videas, me tibi non adulari, cum quod contumeliosum est, tibi suadeam, scilicet *post Vitellium eligi:* id enim laudem et gloriam tibi minuere poterit, potius quam augere. *Pichena.*

Id est, Nec per adulationem tibi offero imperium; propius enim dedecori fuerit quam laudi, post Vitelli-

Digitized by Google

quam a laude propius fuerit,[i] post Vitellium eligi. Non adversus D. Augusti acerrimam mentem, nec adversus cautissimam Tiberii senectutem, ne[8] contra Caii quidem, aut Claudii, vel Neronis, fundatam longo Imperio domum exsurgimus: cessisti etiam Galbæ imaginibus.[j] Torpere ultra, et polluendam perdendamque Rempublicam relinquere, sopor et ignavia videretur, etiam si tibi, quam inhonesta, tam tuta servitus esset. Abiit jam[k] et transvectum est tempus, quo posses videri concupisse:[9] confugiendum est

evehi post Vitellium. Non rebellamus adversus validissimum ingenium Divi Augusti, nec contra callidissimam Tiberii senectam, nec *certe* adversus stabilitam longo principatu familiam Caligulæ, vel Claudii, vel Neronis: concessisti etiam nobilitati Galbæ. Sed nunc stuporis et inertiæ flagitium videretur, languere et marcere adhuc, et contaminandam evertendamque Rempub. permittere, etiam si tibi tam tutum servitium esset quam turpe *est*. Transiit nunc, et elapsum est tempus illud, quo credi posses ambiisse;

editione principe, *tam a contumelia*. Brotier.—8 Sic bene Ms. Flor. Ryckius et recentiores. Vulgo in Mss. et veteribus editionibus, *nec*. Idem.—9 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. Puteolanus et recentiores. In Ms. Bud. *conce-*

NOTÆ

um assumi. Id facio serio et ex animo, quia id salutare, et tibi et Reipub. existimo.

Contumelia] Reddit rationem, cur non adulatur ipsi, cum eum ad imperium vocat: *Ego te... ad imperium voco;* neque sic tamen *adulantis speciem expaveris*. Nam certe ad contumeliam propius quam ad laudem accesserit, nunc *post Vitellium eligi* in principem.

[i] *Fuerit*] Intellige, quasi scriptum esset *abfuerit:* vel sic; Propius contumeliæ fuerit, quam laudi, eligi principem, post Vitellium.

[j] *Galbæ imaginibus*] Id est, nobilitati: stirpe enim nobilior Galba, quam Vespasianus. Suet. Galb. 2. 'Neroni Galba successit, nullo gradu contingens Cæsarum domum: sed haud dubie nobilissimus, magnaque et vetere prosapia, ut qui statuarum titulis pronepotem Q. Catuli Capitolini semper ascripserit,' &c.

[k] *Abiit jam*] An hoc vult? Jam senem esse Vespasianum, et in hac modesta ætate nihil juveniliter, aut cupide atque ambitiose, visum iri agere, sed omnia studio et amore Reipub.

An potius alio telo et proprio periculo excitat? Abiit jam tempus, nec in tua manu est dissimulare aut tegere cupidinem imperii: jam innotuit multis signis, et ut salvus sis, 'confugiendum est ad imperium.' *Lipsius*.

Potius standum primæ sententiæ: scil. non ambitiose suscipiebat imperium; senex quasi diceret: Abiit jam, et elapsa est ea ætas, qua ambitionis accusari potuisses. Jam ea ætas tua, qua non potes videri concupisse, sed potius ad imperium confugisse, quasi ad id necessitate sis compulsus. Nempe jam eandem for-

Digitized by Google

ad Imperium.[l] An excidit[m] trucidatus Corbulo?[n] splendidior origine,[o] quam nos sumus, fateor: sed et Nero, nobilitate natalium, Vitellium anteibat.[p] Satis clarus est apud

jam confugere debes ad principatum. An oblitus es interfectum *esse* Corbulonem? *qui certe* illustrior stirpe, quam nos sumus, fateor: sed etiam Nero, claritudine stirpis, Vitellium antecellebat. Satis nobilis est apud formidan-

pisse; quod immerito probat Jac. Gronovius. Ms. Reg. et editio princeps,

NOTÆ

tunam habes cum imperio; utriusque salus agitur. Aut forte de utroque sic intelligi possit: Ea ætas tua, ea inclinatio temporum, qua jam videri potes non concupisse, sed confugisse ad imperium.

[l] *Confugiendum est ad Imperium*] Ita confugiebat ad imperium, ut imperium invicem et Respublica in ejus sinum etiam confugeret. Quod expressit Plinius Paneg. 'Expectatum est tempus, in quo liqueret, non tam accepisse te beneficium, quam dedisse. Confugit in sinum tuum concussa Respub. ruensque imperium super imperatorem, imperatoris tibi voce delatum est.'

[m] *An excidit*] An excidit tibi e memoria, trucidatum esse Corbulonem? Interp. Hisp. 'Forsan te retinebit, quod trucidatus sit Corbulo;' non satis ad rem.

[n] *Trucidatus Corbulo*] Scil. apud Cenchreas prope Corinthum, cum rediret e Syria. Monstratus ille Neroni ab Arrio Varo, qui sub ipso meruerat in Oriente, quasi magnæ nimiæque famæ, et quasi res novas moliretur, aut moliri posset.

De Varo sic infra, l. III. 6. Antonio 'comes fuit Arrius Varus, strenuus bello; quam gloriam ei dux Corbulo et prosperæ in Armenia res addiderant. Idem secretis apud Neronem sermonibus ferebatur Corbulonis virtutes criminatus: unde infami gratia pilum adepto, læta ad præsens male parta, mox in perniciem vertere.'

Forte Varus postea occisus a Vespasiano, aut a filiis ipsius, propter novum aliquod scelus. Neque enim pravum ingenium uno scelere alitur aut continetur: sed intercepta fatis adversis hæc historia.

[o] *Splendidior origine*] Fatebatur ultro et ipse Vespasianus. Suet. Vesp. 12. 'Mediocritatem pristinam neque dissimulavit unquam; ac frequenter etiam præ se tulit. Quin et conantes quosdam originem Flavii generis ad conditores Reatinos, comitemque Herculis, cujus monumentum extat via Salaria, referre, irrisit ultro.'

Splendidior] Nobilior Corbulo quam Vespasianus; at etiam Nero nobilior Vitellio. Et tamen Nero nobilissimus timuit Corbulonem, et occidit. Quidni et Vitellius etiam timeat Vespasianum, et ea causa interficiat?

[p] *Nobilitate .... Vitellium anteibat*] Suet. Vitel. 1. 'Vitelliorum originem alii aliam, et quidem diversissimam tradunt: partim veterem et nobilem: partim vero novam et obscuram, atque etiam sordidam.' Qui nobilem, asserunt 'Vitellios, Fauno Aboriginum rege et Vitellia, quæ multis locis pro numine coleretur, ortos, toto Latio imperasse.' Alii contra, 'auctorem generis libertinum prodiderunt. Cassius Severus, nec minus alii, eundem et autorem veteramen-

Digitized by Google

timentem, quisquis timetur. Et posse ab exercitu Principem fieri, sibi ipse Vitellius documento;[10] nullis stipendiis,[q] nulla militari fama, Galbæ odio[r] provectus. Nec Othonem quidem Ducis arte, aut exercitus vi,[11 s] sed præpropera

tem, quisquis formidatur. Et posse a legionibus imperatorem eligi, sibi ipse Vitellius exemplo *est*; expers præliorum, nullo decore militiæ *insignis, et* invidia adversus Galbam promotus. Ne Othonem quidem *superavit* imperatoria prudentia, aut virtute militum, sed præmatura ipsius desperatione

concupiscere. Brotier.—10 Sic bene Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Corb. Guelf. Ernestus et recentiores. In veteribus editionibus, *documento est*. Idem.—11 Sic bene Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *exercitus sui*. Brotier.

NOTÆ

tarium: cujus filius sectionibus et cognituris uberius compendium nactus, ex muliere vulgari, Antiochi cujusdam furnariam exercentis filia, equitem Rom. genuerit.'

Quod certius est in re controversa, præcipuam nobilitatem habuit Vitellius ex Lucio patre, qui, teste Suet. 'Ex consulatu Syriæ præpositus, Artabanum Parthorum regem summis artibus, non modo ad colloquium suum, sed etiam ad veneranda legionum signa pellexit. Mox cum Claudio principe duos insuper ordinarios consulatus censuramque gessit. Curam quoque imperii sustinuit, absente eo expeditione Britannica,' &c.

Vitellius collega Claudii; at Nero Claudii filius, et Cæsarum Drusorumque et Germanicorum nepos, et ex sanguine Augusti per matrem Agrippinam Germanici filiam. Itaque dubia fere nobilitas Vitelliorum ante L. Vitellium patrem principis; et sic Vitellius princeps una illa imagine præcipue nobilis: et ea potius nova claritudo dici debuit quam nobilitas; præsertim si spectentur Nerones aut Galbæ, qui avita nobilitate et multis imaginibus præeminebant.

Nobilitate] Intellige, quasi scripsisset, *Nero nobilitate natalium Vitellium anteibat;* et tamen Vitellius Neroni succedere, defuncto Galba, ausus est. Quidni et tu nunc succedere possis famæ et decori Corbulonis? cui sicut non pepercit Nero, ita neque tibi Vitellius. Itaque tibi necessario 'confugiendum est ad imperium.'

[q] *Nullis stipendiis*] Teste Suet. 3. 'Pueritiam primamque adolescentiam Capreis egit, inter Tiberiana scorta, et ipse perpetuo spintriæ cognomine notatus,' &c.

[r] *Galbæ odio*] Oderant Galbam Germanicæ legiones, quia electus erat ab Hispaniensi legione; quia a Vindice ascitus, quem occiderant; quia non statim steterant pro Galba, etiam exstincto Nerone; quia dubitaverant, obtulerantque imperium Verginio, et cunctanter sacramento Galbæ adactæ sunt.

Etiam quia abductus esset Verginius, ut crimen suum interpretabantur: sed longe maxime oderant Galbam ob senium et avaritiam, quia a pædagogis regeretur, et quia frustrati erant in bello, quod adversus Galbam gesserant, donativo, quod sibi ut debitum, vel in pace, expectabant.

[s] *Nec Othonem quidem Ducis arte, aut*

Digitized by Google

ipsius[t] desperatione victum, jam desiderabilem[u] et magnum Principem fecit. Cum interim[v] spargit legiones, exarmat cohortes,[w] nova quotidie[x] bello semina ministrat: si quid

profligatum, jam amabilem et clarum imperatorem effecit. Cum interim distrahit legiones, exauctorat cohortes, novamque in dies armis materiam

NOTÆ

exercitus vi] Si locus integer sit, sensus est: Postquam Mucianus, ut facilem belli exitum Vespasiano proponeret, dixisset, nullas esse in Vitellio virtutes: sequitur, illum ignavia ac vitiis suis effecisse, ut jam Otho princeps desideraretur, ac magnus præ Vitellio haberetur. Qui quidem Otho, non ipsius Vitellii arte ac viribus, sed sua desperatione victus fuerit.

Constituitur autem sic: Vitellius fecit jam desiderabilem et magnum principem, Othonem, non quidem victum ducis Vitellii arte, aut exercitus vi, sed præpropera ejus desperatione.

Ad hæc Mucianus, vires Vitellii extenuans, addit legiones ab illo sparsas, cohortes exarmatas, et quæ sequuntur. *Pichena.*

Nec Othonem quidem] Sic intellige: Ipse Vitellius, *nulla militari fama*, et tantum *Galbæ odio provectus*, jam *desiderabilem* in vulgus, et *magnum principem fecit* Othonem; qui ne quidem Vitellii arte, aut exercitus illius vi, sed tantum præpropera sua desperatione victus est.

[t] *Ipsius*] Othonis.

[u] *Jam desiderabilem*] Suet. Oth. 12. 'Magna pars hominum, incolumem gravissime detestata, mortuum laudibus tulit.'

[v] *Cum interim*] Dum interim cunctamur et deliberamus.

[w] *Exarmat cohortes*] Præcipue cohortes prætorianas, quas uno edicto exauctoravit. Etiam possit intelligi de cohortibus auxiliaribus, forte et de legionariis, quæ separatæ merebant.

[x] *Nova quotidie*] Cum supra ostenderit, plures legiones a Vitellio in suas provincias remissas, et cohortes prætorianas exarmatas, consequens erat, ut omnium illorum militum animos sibi adeo alienaverit, ut bellum cuperent. Ea ergo erant præcipua novi belli semina. *Pichena.*

Sic et supra: 'Ceterum ut largitionibus affectæ tamen imperii opes sufficerent, amputari legionum auxiliorumque numeros jubet,' unde nova belli semina.

Nova...bello semina] Vertit interp. Gall. quasi ea semina discordiæ spargeret in suis castris suoque exercitu Vitellius. Certe nulla inter victores discordiæ semina proprie. Offerebantur *promiscuæ missiones*, sed nemo, qui Vitellianus miles, cogebatur deserere militiam. Nemo talis exauctorabatur invitus; *missiones* illæ ultro acceptæ pro cujusque libito.

Sed intelligit id Tacitus de victis. Nempe Vitellius spargebat legiones victas, et sic distrahebat partes, non imprudenter, si ducem ac rebellandi auctorem auferret. Exauctoravit certe et exarmavit *cohortes* prætorianas; sed ex diversa factione. Unde *nova bello semina*, audito Vespasiani motu.

Sicque non suo exercitui nova discordiæ semina ministrabat, sed legionibus seu cohortibus Othonianis; quæ prælii Bedriacensis iram retinebant, et resurgere in ultionem properabant. Forte et illi tamen, qui mis-

Digitized by Google

ardoris ac ferociæ miles habuit, popinis et comissationibus[12] et Principis imitatione deteritur. Tibi e Judæa et Syria et Ægypto novem legiones[y] integræ, nulla acie exhaustæ, non discordia[z] corruptæ: sed firmatus usu miles, et belli domitor externi:[a] classium, alarum,[b] cohortium robora; et fidissimi Reges:[c] et tua ante omnes experientia.

77. 'Nobis nihil ultra arrogabo, quam ne post Valentem ac Cæcinam numeremur. Ne tamen Mucianum socium[d] spreveris, quia æmulum non experiris: me Vitellio antepono, te mihi. Tuæ domui triumphale nomen,[e] duo ju-

suppeditat: si quid alacritatis ac strenuitatis exercitus habuit, infringitur mero, luxu, temulentia, et æmulatione imperatoris. Tibi *adsunt* e Judæa, et Syria, et Ægypto novem legiones illibatæ, nullo prælio lassæ *aut absumtæ*, non bello civili labefactæ: sed vetus experimento miles, et belli externi profligator: vires classium, cohortium, alarum; et Reges fidelissimi; et tua præ ceteris *ducibus* experientia.

Nobis nihil amplius vindicabo, quam ne Valenti et Cæcinæ existimemur impares. Ne tamen contemseris Mucianum commilitonem, quia rivalem non habes: præfero me Vitellio, te mihi. Tuæ familiæ triumphale decus,

12 Budens. et Edd. vet. *comessationibus*.

NOTÆ

sionem acceperant, ad militiam mox mobilitate ingenii et nova spe redire cupiebant, ut bello civili, quo spolia et præda passim.

[y] *Novem legiones*] Nempe tres e Judæa, quatuor e Syria, et duæ ex Ægypto.

[z] *Discordia*] Dissensione seu bello civili, quo maxime corrumpitur miles et disciplina.

[a] *Belli domitor externi*] Judaici nempe.

[b] *Classium, alarum*] Id intellige de sociis seu auxiliaribus. Nam de legionibus dictum antea.

[c] *Fidissimi Reges*] Nempe Sohemus, Antiochus, Agrippa, Regina Berenice, et etiam Rex Regum Parthus, qui quadraginta millia equitum offerebat. Sic infra: 'Missi ad Parthum Armeniumque legati, provisumque, ne versis ad civile bellum legionibus, terga nudarentur.'

[d] *Socium*] Non quidem proprie socium imperii, sed periculorum et victoriæ. Sic olim socius victoriæ Augusti M. Agrippa, non imperii. Infra Mucianus: 'Si vincimus, honorem, quem dederis, habebo; discrimen ac pericula ex æquo partiemur.' Attamen infra, 83. 'socium magis imperii quam ministram agens.'

Socium] Socium belli, socium victoriæ, et imperii parandi, non imperii præcise. Ante fortunam egregii duces socii belli ac victoriæ novi principis. Post victoriam, post fortunam transactam, inserviunt, ut omnes. Illi tamen præmiis atque honoribus vulgus præcellunt, ut par est.

[e] *Tuæ domui triumphale nomen*] Quod decus ipse Vespasianus in domum invexerat: sic innuit utcumque Mucianus, nobilitatem Vespasiani ma-

Digitized by Google

venes, capax jam Imperii[f] alter, et primis militiæ annis apud Germanicos[g] quoque exercitus clarus. Absurdum fuerit, non cedere Imperio ei, cujus filium adoptaturus essem, si ipse imperarem. Ceterum inter nos non idem prosperarum adversarumque rerum ordo erit. Nam, si vincimus, honorem, quem dederis, habebo: discrimen ac pericula[1] [h] ex æquo patiemur:[2] immo, ut melius est, tu hos[3]

tibi duo filii, *quorum* par jam principatui alter, et primis belli stipendiis apud Germanicas etiam legiones illustris. Haud conveniens fuerit, non cedere principatu illi, cujus filium arrogaturus essem, si ipse rerum potirer. Ceterum non eædem partes nostræ rebus secundis et improsperis. Nam si victoriam referimus, *ego*, quod concesseris, decus retinebo: *at* dividemus ex æquo prælia atque discrimina. Quin tu, ut magis expedit, has legiones

1 Recte Mss. Flor. Reg. Harl. Corb. Guelf. editio princeps et recentiores, *pericula*. Puteolanus, *periculum*.—2 Sic Mss. et editiones veteres ac recentiores. Male Beroaldus, *partiemur*, quod tamen Ryckius servat.—

NOTÆ

jorem fuisse quam Vitellii: sed nova tamen hæc et recens nobilitas, et ex ipso, non ex majoribus.

Tuæ domui] Cave accipias, quasi avitum decus fuerit, et quasi majores Vespasiani olim triumpharint. Ipsemet triumphale decus in suam familiam invexerat, nempe expeditione Britannica, sub Claudio principe. Potuit deberi triumphus ipsius majoribus, ut innuit Suet. 12. illum tamen honorem nullatenus obtinuerant.

Suet. 'Ut non reticuerit (Vespasianus) merito se plecti, qui triumphum, quasi aut debitum majoribus suis, aut speratum unquam sibi, tam inepte senex concupisset.'

Debitus nempe triumphus majoribus, sed in persona Vespasiani, qui tale decus ipsis et sibi obtinuit. Sic Epaminondas de victoria sua præcipue lætabatur, quia pater viveret; ut, scil. eo decore frueretur in victore filio.

Tuæ domui triumphale] Cepit Interp. Gall. quasi e familia triumphali ortus esset Vespasianus: immo ipse decus illud domum invexerat et consulatum. Pater ejus *primipilarem* gradum non excesserat, et maternus avus ipsius *ter tribunus militum, præfectusque castrorum* fuerat, et frater matris fuit senator ac *prætoriæ dignitatis*. His debitum *triumphum* utcumque, interpretari potuit jam pro fortuna sua Vespasianus.

Infra, ubi de fortuna et claritudine Vespasiano ominibus seu prodigiis destinata: 'triumphalia et consulatus...implesse fidem ominis videbantur;' quod de Vespasiano ipso intelligitur, non de majoribus illius.

[f] *Capax jam imperii*] Annum agebat vigesimum septimum.

[g] *Apud Germanicos*] Idque dicit propter legiones Germanicas, quibus maxime nitebatur victoria et imperium Vitellii: et fama belli apud istos exercitus magni momenti fuit.

Titus, teste Sueton. 4. 'tribunus militum in Germania et in Britannia meruit, summæ industriæ nec minore modestiæ fama: sicut apparet statuarum et imaginum ejus multitudine ac titulis per utramque provinciam.'

Digitized by Google

exercitus[i] rege; mihi bellum et præliorum incerta trade. Acriore hodie disciplina victi, quam victores agunt: hos ira, odium, ultionis cupiditas ad virtutem accendit: illi, per fastidium[j] et contumaciam, hebescunt. Aperiet[k] et recludet[l] contecta et tumescentia[m] victricium partium[4] vulnera

cura; mihi arma et certaminum ambigua permitte. Severiore nunc disciplina victi, quam victores agitant: hos indignatio, invidia, et vindictæ cupido ad fortitudinem incitat; illi per contemtum et pervicaciam torpent. Bellum ipsum patefaciet et reteget occulta et ægrescentia victricis factionis

3 Mss. Harl. Jes. Corb. et editio princeps, *tuus exercitus*.—4 Sic bene Ms. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteola-

NOTÆ

Forte meruit tribunus in secunda legione, cui legatus erat Vespasianus in utraque provincia.

[h] *Discrimen ac pericula*] Forte id interest inter *discrimen* et *pericula*, quod *discrimen* sit bellum seu summa belli, *pericula* vero, prælia, aut utrumque indistincte. Et certe paulo post: 'Mihi bellum et præliorum incerta trade.'

[i] *Tu hos exercitus*] Nempe, qui remanebant in Oriente; qui pacatus, quod ad civilia bella spectabat.

[j] *Fastidium*] Ex victoria, et ex nimia prosperitate, superbia, lascivia, contumacia, discordia, et cetera licentiæ militaris flagitia.

Per fastidium et contumaciam] Quæ individuæ comites militis victoris, et prosperis rebus lascivientis, simulque fastidientis legatos inter arma civilia, et per contumaciam mandata ducum sciscitantis, ac pro libidine interpretantis.

Per fastidium] Principis forte, aut saltem disciplinæ. Unde et *contumacia* adversus duces et imperia.

[k] *Aperiet*] Forte ad hæc Demosthenis aspectum in Olynthiaca: 'Ut in corporibus nostris, dum valet aliquis, nullum dolorem sentit e partibus affectis; cum autem morbus supervenit, omnia commoventur, sive ruptura, sive luxatio, sive alia imbecillitas sit: ita se res habet in urbibus et regibus; qui donec foris belligerant, mala sua secreta habent; ubi vero vicinum bellum conflatum est, omnia aperiuntur et elucescunt.'

[l] *Recludet*] Interp. Hisp 'Recludet vulnera etiam tum recentia victarum partium, quæ hactenus contecta erant, et quæ paulatim intumescunt.'

Sed nihil Tacitus hic de victis. *Vulnera* vocat discordiam victricium legionum, *fastidium*, *contumaciam*, raptus, popinas et commissationes, *imitatione principis*. Quibus suas legiones opponit: 'Tibi novem legiones integræ....non discordia corruptæ:' quibus adde torporem, inscitiam, sævitiamque Vitellii.

Hæc et similia flagitia *vulnera* sunt, quæ *contecta* victoria erant, et quæ tumescentia tandem bellum *recludet*. Hinc infra cap. 86. 'Igitur movere et quatere quicquid usquam ægrum foret, aggrediuntur.'

[m] *Tumescentia*] Plagæ et cicatrices, quæ nondum satis obductæ fuerint, ulcera infecta sanie et tabo ac male tecta intus cito intumescent, si tangantur, statim data occasione recludentur ac recrudescent.

Digitized by Google

bellum ipsum. Nec mihi major in tua vigilantia, parsimonia,[5 n] sapientia, fiducia est, quam in Vitellii torpore, insci-

vulnera. Nec mihi plus fiduciæ est in tua providentia, frugalitate, usu rerum et experientia, quam in Vitellii inertia, socordia, immanitate. Sed etiam

nus, *contecta victricium partium et tumescentia.* Brotier.—5 Male tentat Lipsius, *acrimonia.* Idem.

NOTÆ

n *Parsimonia*] Ambigo de voce *parsimonia:* convenit in Vespasianum, scio; quem sordidum avarumque omnes faciunt, non solum parcum. Sed cur inter principes et illustres virtutes, hanc domesticam privatamque nominet? aut cur in ea fiduciam boni eventus collocet?

Non digna videtur, quæ ad imperium adjuvet, aut ad id gradum struat: nisi fortasse comparatione Vitellii dictum, qui natus ad prodigendum. *Lipsius.*

Mihi tamen videtur, Mucianum non temere inter alias virtutes etiam Vespasiani *parsimoniam* laudare, atque in ea victoriæ fiduciam reponere, cum belli nervos pecuniam esse constet, ut inferius dixit: ac si ea prodigeretur, ut a Vitellio fiebat, frustra in aliis virtutibus atque in cetero bellico paratu spes relinquebatur. *Pichena.*

Quin disertus ille Mucianus publicam Vespasiani parsimoniam Reip. maxime utilem censebat. Unde de eo Xiphil. ' Mucianus vero undecumque poterat, immensam pecuniam in ærarium congerebat, ut promtum bello subsidium, vituperium in se loco Vespasiani recipiens. Quippe nervus imperii, pecunia semper esse dicitur.' *Colerus.* Potuit Mucianus celebrare parsimoniam Vespasiani, quæ forte nondum avaritiæ nomine audiebat.

Nam de eo sic Suet. Vesp. 4. ' Exin sortitus Africam integerrime, nec sine magna dignatione administravit: nisi quod Adrumeti seditione quadam, rapta in eum jacta sunt. Rediit certe nihilo opulentior, ut qui prope labefactata jam fide, omnia prædia fratri obligarit, necessarioque ad Mangonicos quæstus, sustinendæ dignitatis causa, descenderit,' &c.

Potuit, inquam, Mucianus celebrare inter alias virtutes ejus parsimoniam, utpote quam judicaret omnino necessariam et ad adipiscendum et ad conservandum imperium.

Hoc patet ex his quæ infra: ' Donativum militi neque Mucianus prima concione nisi modice ostenderat.'

Et paulo inferius: ' Sed nihil æque fatigabat, quam pecuniarum conquisitio: eos esse belli civilis nervos dictitans Mucianus,' &c. Ex his clare patet, quanto opere amplexus sit et celebraverit parsimoniam, seu modum habendi Mucianus.

Quæ, ut dixi, tum virtus, nondum avaritia fuit in Vespasiano, ut ait Tac. ' Inter initia imperii ad obtinendas iniquitates haud perinde obstinato, donec indulgentia fortunæ, et pravis magistris didicit, aususque est.'

Et quamvis avaritia vocaretur, tamen ea egregie usus est. Suet. 16. ' Male partis optime usus est. In omne hominum genus liberalissimus... ingenia et artes vel maxime fovit, primus e fisco Latinis Græcisque rhetoribus annua centena constituit: præstantes poëtas necnon et artifices coëmit.'

Digitized by Google

tia, sævitia. Sed et meliorem in bello causam, quam in pace[o] habemus: nam qui deliberant,[p] desciverunt.'

78. Post Muciani orationem ceteri audentius[1] circumsistere, hortari,[2] 'responsa vatum et siderum motus' referre.' Nec erat intactus tali superstitione, ut qui mox, rerum dominus, Seleucum quendam, mathematicum,[q] rectorem et præscium palam habuerit. Recursabant animo vetera

melius se habent res nostræ in bello, quam in otio. Nam qui cunctantur, qui dubitant, *jam* defecerunt.

Post hortationem Muciani reliqui promtius circumstare Vespasianum, *incitare, memorare* sortes oraculorum et astrorum motus. *Nec erat exemtus tali opinione, ut qui postea, imperii compos, aperte* apud se *retinuerit Seleucum quendam astrologum, qui regeret et vaticinaretur. Recurrebant animo antiqua præsagia:*

1 Pro *audentius* Budens. habet *audientium.*—2 Sic Ryckius et Gronovius

NOTÆ

[o] *Quam in pace*] Pax exitiabilis deliberantibus, qui jam eodem loco habentur quo rebelles: sicque his utilius bellum, et necessarium. Illustrium reorum causa melior in bello quam in pace.

[p] *Nam qui deliberant*] Fidem enim jam fregit, qui deliberat an servet, Plutarchus exprimere in Galba voluit, ubi Vinium facit Galbam excitare, et sic alloqui: 'O Galba, quomodo deliberas? nam quærere, an Neroni fidi maneamus, jam non manentium est.'

Alludit et hoc Taciti in Agricola: 'Jam ipsos, quod difficillimum est, deliberare. Porro in ejusmodi consiliis periculosius esse depreheudi quam audere.' *Lipsius.*

'Dubitatio,' ut scribit Cicero, 'cogitationem habet injuriæ.'

[q] *Seleucum quendam, mathematicum*] Hunc eundem (si tamen idem sit) Seleucum Suetonius Othoni attribuit, de quo sic Oth. 4. 'Eodemque momento et ipse spem imperii cepit: magnam quidem et ex conditione temporum, sed aliquanto majorem ex affirmatione Seleuci mathematici,' &c.

Alii hoc idem tribuunt Ptolemæo, qui comes Othonis in Hispania. Forte id principes, ostentatione magis quam re, ut sic fidem faciant, se velnti divinitus assumtos, et Deo curæ esse salutem suam ac fortunam, persuadeant.

Seleucum, &c. rectorem] An momenta et tempora opportuna cœptis admonebat ille Seleucus? An forte in speciem magis tale hominum genus alebant? ut quæcumque ageret princeps, quasi præscita cœlitus, et præmonita ex astris viderentur.

Rectorem et præscium] Vertit interpres Gall. quasi nihil susciperet aut ageret Vespasianus, nisi consilio et arte hujus mathematici admonitus: quod indignum foret egregio duce.

Forte in præcipuis rebus, quæ ad genitalem horam spectarent, Seleuci artem consulebat, aut certe simulabat. Nam genituræ suæ certissimum fuisse Vespasianum asserunt auctores. Eo usque invaluerat doctrina illa, aut superstitio temporum.

Digitized by Google

omina:[3] [r] cupressus[s] arbor in agris ejus, conspicua altitudine, repente prociderat;[t] ac postera die, eodem vestigio resurgens, procera et latior virebat: grande id prosperumque, consensu Haruspicum: et summa claritudo juveni admodum Vespasiano promissa. Sed primo triumphalia[u] et Consulatus[v] et Judaicæ victoriæ decus, implesse fidem ominis videbantur:[4] ut hæc adeptus est, portendi sibi Imperium

cupressus arbor in prædiis ejus, insigni proceritate, subito corruerat; ac postridie, eodem loco se de novo attollens, sublimis, excelsa et magis patula revirescebat: ingens id, faustumque ex *communi sententia augurum: et magnum decus adolescenti Vespasiano prædictum. Sed primo triumphi insignia, et consulatus, et Judaicæ victoriæ gloria, implevisse fidem auspicii credebantur: postquam hæc obti-*

cum Bipont. Brotierus cum Bipont. omisit *hortari*.—3 Sic bene Pichena e Ms. Flor. Vulgo in Mss. et veteribus editionibus, *omnia*. Brotier.—4 Ita Puteolanus et recentiores. Sic quoque prima manu Ms. Harl. In Mss. Flor. Reg. Corb. Bud. et editione principe, *videbatur*. Quod æque dici po-

NOTÆ

[r] *Vetera omina*] Adipiscendi scil. olim imperii.

[s] *Cupressus*] Sic Suet. Vesp. 5. 'Arbor quoque cupressus in agro avito, sine ulla vi tempestatis, radicitus evulsa atque prostrata, insequenti die viridior ac firmior resurrexit.'

Cupressus arbor in agris ejus] In agris, id est, prope domum, seu prædium. Virg. Æneid. II. 'Juxtaque antiqua cupressus, Religione patrum multos servata per annos.'

Cupressus] Si ea inter arbores, quæ semel amputatæ, aut eradicatæ, nunquam reviviscunt, majus ex eo portentum fuerit.

[t] *Repente prociderat*] Forte respiciebant harioli isti ad id quod contigit Vespasiano; nempe triumphalia adeptus erat, jam sub Claudio: quod *grande et prosperum*, ut in homine novo.

Sed sub Nerone exturbatus aula, seu contubernio principis, quod canenti Neroni non satis intentus, dormitaret: et sic *repente* magna *arbor procidit*, seu magna gloria.

At cum postea electus est a Nerone ad bellum Judaicum profligandum, jam sic *eodem vestigio resurgebat* arbor, ac procera et latior virebat. Quod explicare videtur Tac. infra: 'primo triumphalia et consulatus, &c. ut hæc adeptus est, portendi sibi imperium credebat.'

[u] *Primo triumphalia*] Suet. Vesp. 4. 'Inde in Britanniam translatus, tricies cum hoste conflixit: duas validissimas gentes,' &c. 'Quare triumphalia ornamenta, et in spatio brevi duplex sacerdotium accepit. Præterea consulatum, quem gessit per duos novissimos anni menses,' &c.

[v] *Consulatus*] Unum consulatum gesserat Vespasianus, neque illum ordinarium, sub Claudio. Nempe suffectus consul fuerat ex Kal. Novemb. in Kal. Januar.

Igitur hic *consulatus* ἐνικῶς intellige, quamvis etiam in plurali id exprimere potuerit veritate illæsa Tacitus; oratoria scil. facilitate et facundia.

Digitized by Google

credebat.[w] Est Judæam inter Syriamque Carmelus,[x] ita vocant montem Deumque:[y] nec simulacrum[z] Deo aut templum situm[5] tradidere[a] majores; aram tantum et reverentiam.[6 b] Illic sacrificanti Vespasiano, cum spes occultas versaret animo,[c] Basilides Sacerdos,[a] inspectis identidem[6]

nuit, præsagiri sibi principatum putabat. Est inter Judæam et Syriam Carmelus, sic appellant montem Numenque: nec imago Numini, aut delubrum, (sic veteres prodidere;) altare tantum, et veneratio. Illic operanti sacris Vespasiano, cum vota secreta mente agitaret, Basilides sacerdos, sæpius spectatis victimarum *fibris,*

test, si indefinite dici accipias. *Idem.*—5 Bene Bip. ex vulg. *templum, sic* fecere *templum situm*, ut Ann. II. 7. 'aram Druso sitam.' *Oberlin.*—6 Brotierus edidit, *ara tantum et reverentia*, et sic Ms. Agr. et Ryckius. In ceteris Mss. et veteribus editionibus, *aram tantum et reverentiam*: quod Gruterus et Jac. Gronov. defendunt, et cum *tradidere* conjungunt. Bipont. *aram tant. et reverentiam.*

NOTÆ

[w] *Credebat*] Ut supra l. I. 22. 'Cupidine ingenii humani, libentius obscura credi.' Majore tamen fato fultus Vespasianus; quod *post fortunam credidimus.*

[x] *Carmelus*] Mons tribus Isachar in ora, postea Galilææ provinciæ, in Judæa regione: hodie *Carmain*, et Arabes vocant *Gebel Kerme*, a Francis dicitur *Carmel*: est in Terra Sancta hodierna, sub præfecto Damasci. *Tillemon.*

[y] *Montem Deumque*] Sic et alii populi mari porrectum collem velut præsentem Deum coluerunt, quod eo occlusa vallis æstu Oceani non inundaret. Cappadocibus quoque mons Deus habebatur: et de gentibus recens cognitis idem narrant.

[z] *Nec simulacrum*] Simile quod de Herculeo fano ad Gades tradit Silius l. III. 'Sed nulla effigies simulacraque nota Deorum; Majestate locum et sacro implevere timore.'

[a] *Tradidere*] Instituere, docuere majores. Ante Numam nulla effigies Deorum fuit Romæ.

[b] *Aram tantum et reverentiam*] Ego *simulacrum ac templum* recte quarto casu accipi puto, regique a verbo *tradidere*: id est, Majores tradidere, non esse Deo simulacrum aut templum, sed *aram tantum et reverentiam.* Pichena.

Sensus postulat: *ara tantum et reverentia:* nam et illa, *simulacrum* et *templum* nominativi hic sunt. *Grotius.*

Quidni sic intelligatur? *nec simulacrum Deo, aut templum* esse, sic tradidere majores, sed *aram tantum et reverentiam.*

[c] *Cum spes occultas versaret animo*] Ambigue consulebantur oracula, et ambigue respondebant. Plutarch. lib. Cur Pythia non respondeat carmine: 'Non itaque miror, si veteribus opus fuit ambiguitate, circuitione, et obscuritate quadam. Neque enim privatus aliquis profecto de emendo mancipio oraculum consulebat, aut de conducendo operas; sed civitates admodum potentes, regesque et tyranni, nihil moderatum cogitantes, Deum interrogabant de rebus: quos irritare, multa respondendo, eorum voluntatibus adversa, non erat ex usu eorum qui oraculum procurabant.' Hi sciscitabantur oracula, silentio, vel saltem dissimulantes ea quæ potissimum agitarent animo, et de quibus præscire volebant.

Digitized by Google

NOTÆ

Dionysius de quibusdam conjuratis: 'Ad vaticinia et oracula conversi, cogitationem certe facinoris secretam custodiebant, et hoc solum scire cupiebant, an jam tempus esset agendi ea quæ animo meditabantur.'

Cum spes occultas versaret animo] Sall. Jug. 'Per idem tempus Uticæ forte C. Mario, per hostias Diis supplicanti, magna atque mirabilia portendi haruspex dixerat: proinde quæ animo agitabat, fretus Diis ageret, fortunam quam sæpissime experiretur, cuncta prospere eventura.' Ubi nota hæc, *quæ animo, &c.*

[n] *Basilides sacerdos*] Idem est *Basilides* de quo Suet. Vesp. 7. et qui *libertus* vocatur: quod nullatenus convenit sacerdoti Hebræo, aut Ægyptio. Nam hi sacerdotes ex nobilibus assumti.

Sic autem Sueton. 'Suscepto igitur civili bello, ac ducibus copiisque in Italiam præmissis, interim Alexandriam transiit, ut claustra Ægypti obtineret. Hic cum de firmitate imperii capturus auspicia, ædem Serapidis, summotis omnibus, solus intrasset, ac propitiato multum Deo, tandem se convertisset, verbenas coronasque et panificia, ut illic assolet, Basilides libertus obtulisse ei visus est: quem neque admissum a quoquam, et jam pridem propter nervorum valetudinem, vix ingredi, longeque abesse constabat.'

Hanc vocem, *libertus*, intrusam putat interpres. Quid enim, inquit, Romani hominis liberto cum Judæorum aut Ægyptiorum sacris?

Sed arguere etiam licet, cur *coronas et panificia* obtulisse visus est Basilides, nisi quia *libertus?* Nam simul servus seu libertus, et minister publicus esse potuit. Et forte libertus ille sæpius aderat Vespasiano rem divinam facienti, si verum est, quod tradit Suetonius.

Quantum liquere potest ex Tacito et Suetonio, suo ritu et tanquam ethnicus, pro jure victoriæ, (nam omnia sacra et profana victoris erant,) sacrificabat Vespasianus in monte Carmelo, et cum suo sacerdote, qui inspiciebat victimarum exta; quod non fecisset sacerdos Hebræus: aut saltem suo modo et opinioni suæ historiam accommodantes, rem sic descripserunt auctores Ethnici.

Et verisimile est, neque templum hic aut oraculum consultum vulgo fuisse, more Græcorum seu Latinorum, sed more Orientalium, qui in montibus Deum colebant, remque ibi divinam faciebant, ut in templis: ita ut mons Carmelus simul templum et Deus esset, et Dei simulacrum et ara, in sententia Taciti.

Basilides sacerdos] Ineptum sit hoc loco conciliare velle auctores. Certe conveniunt illi in substantia rei, nempe præmonstrata fuisse Vespasiano fausta omnia. Sed in circumstantiis prorsus differunt.

Suetonius vult Basilidem fuisse *libertum*, Tacitus *sacerdotem* et virum primarium inter Ægyptios. Sacerdos Ægyptius certe inter nobiles, nec plebeius fuit, aut libertinus.

Suetonius vult affuisse, aut affuisse visum Vespasiano in Ægypto, moranti, scil. in templo Serapidis; Tacitus duobus locis, scil. in monte Carmelo et in Ægypto, factum vaticinium tradit: cetera conveniunt.

Quod certius putem: Basilides ille, qui in monte Carmelo fuit, idem est, qui et adesse visus in templo Serapidis. Idem est Basilides, qui memoratur Tacito et Suetonio, cum hac differentia, quod *vir primarius* appelletur Tacito, et Suetonio dicatur *libertus*.

Suetonius etiam videtur afferre

Digitized by Google

NOTÆ

rationem seu argumentum libertinæ ejus sortis, cum dicit, eum visum esse *verbenas coronasque et panificia* Vespasiano sacrificanti *obtulisse*, quod libertorum et ministerii fuit. Et Græculum nomen, *Basilides*, id etiam innuere videtur.

Cum dicunt interpretes, Basilidem fuisse sacerdotem Hebræum, et verum Deum adoratum in monte Carmelo, errant. Nam sacerdos Hebræus non consuleret exta victimarum, nec responderet per sortes aut ambages.

Neque verus Deus, qui mons simul et Deus sit: errant saltem quoad mentem Taciti hic. Nam Carmelus apud Tacitum simul mons et Deus et templum et simulacrum censetur. At quis hoc fingat de Deo vero?

At dices, fuisse *ibi aram tantam et reverentiam;* quo innuitur verus Deus, verus cultus, &c. sed id etiam falsum. Nam sic etiam Tacit. de Germanis: 'Deorumque nominibus appellant' illud 'secretum, quod sola reverentia vident.' Igitur ibi in lucis et nemoribus *sola reverentia*, ut et in montibus Orientis, et tamen non adorabant Germani verum Deum, ut neque Ethnici Orientales.

Etiam Paulus, cum Athenas adventasset, invenit aram dicatam Deo ignoto. Et ibi igitur etiam *ara tantum et reverentia*. Neque enim pingere Deum ignotum poterant, aut *in ullam humani oris speciem assimulare*. Et tamen non agnoscebatur Athenis verus Deus. Et quamvis verus Deus, sit Deus ignotus, et quamvis verus Deus in re, sub nomine ignoti Dei coleretur Athenis, nondum tamen veri et sine fine viventis Dei nomine colebatur apud Athenas: nam sic jam non opus haberent Paulo prædicante, qui doceret cultum veri Dei.

Basilides] Duos homines diversos astruit Tacitus, et in duobus etiam locis diversis eos constituit, in sententia Freimshemii.

Sic Tac. Hist. lib. II. ubi de monte Carmelo: 'Illic sacrificanti Vespasiano, cum spes occultas versaret animo, Basilides sacerdos, inspectis identidem extis,' &c.

Et Hist. IV. 82. 'Altior inde Vespasiano cupido adeundi sacram sedem, ut super rebus imperii consuleret. Arceri templo cunctos jubet, atque ingressus, intentusque Numini, respexit pone tergum e primoribus Ægyptiorum, nomine Basilidem, quem procul Alexandria plurium dierum itinere et ægro corpore detineri haud ignorabat. Percunctatur sacerdotes, num illo die Basilides templum inisset; percunctatur obvios, num in urbe visus sit: denique missis equitibus, explorat illo temporis momento, octaginta millibus passuum abfuisse. Tunc divinam speciem, et vim responsi ex nomine Basilidis, interpretatus est.'

Certe ex Tacito videntur esse duo Basilides, alter sacerdos in monte Carmelo, alter e primoribus Ægyptiorum, et in Ægypto degens.

Attamen non absolute repugnat, quin potuerit affuisse idem sacerdos in Carmelo monte, simul et apud Ægyptum in templo Serapidis videri adesse; et id innuere videtur Tacitus; quia ille ex *primoribus Ægyptiorum;* et *percunctatur* Vespasianus, *an illo die Basilides templum inisset*. 80. mill. sunt 20. leucæ Gall.

Basilides] Forte talia ministeria in libationibus et sacrificiis Serapidis exhibebantur ab istiusmodi libertis; quod certe obtinuit apud Romanos. Et in ea tantum circumstantia pugnat Sueton. cum Tac. quod *Basilides* ille Suetonio *libertus* sit, Tacito *sacerdos* et vir primarius: in ceteris consentiunt auctores.

Digitized by Google

extis,[d] 'Quicquid est,'[e] inquit, 'Vespasiane, quod paras, seu domum exstruere, seu prolatare[7] agros, sive ampliare servitia, datur tibi magna sedes, ingentes termini, multum hominum.' Has ambages[f] et statim exceperat fama, et tunc aperiebat:[g] nec quicquam magis in ore vulgi: crebriores apud ipsum sermones: quanto sperantibus[h] plura dicuntur.

79. Haud dubia destinatione discessere: Mucianus An-

quicquid est, *ait*, Vespasiane, quod moliris *animo*, seu *destinas* ædificare prædium, seu extendere arva, sive augere familiam, conceditur tibi ampla sedes, *tibi* immensi fines, *tibi* vis ingens hominum *promittitur*. *Hæc ambigue dicta etiam confestim rumor vulgaverat, et tunc* ea interpretabatur fama ac *retegebat: et nihil magis in ore hominum; frequentiora apud ipsum colloquia: quanto cupientibus plura ostentantur.*

Haud dubio proposito sese recepere: Mucianus Antiochiam, Vespasianus Cæsa-

7 Ms. Agr. *plantare agros.*

NOTÆ

Nec assentior his, qui apud Suet. delent vocem *libertus*. Debuit enim Suetonius designare sortem hominis et conditionem, cum ejus ministerium descripsisset.

Igitur in sorte et conditione hominis dissentiunt *auctores*; at certe conveniunt in nomine *Basilidis*, quod unum hic quærebatur, nempe ut felix auspicium ex tali nomine captaretur. Omnes omnino libri habent vocem *libertus*; quod non foret, si librarii manus errasset: et qui libros corrigunt critici, sæpius corrumpunt.

[d] *Extis*] Victimarum scil. quas mactaverat sacerdos.

[e] *Quicquid est*] Sic Suet. Vesp. 5. 'Apud Judæam Carmeli Dei oraculum consulentem, ita confirmavere sortes: ut quicquid cogitaret volveretque animo, quantumlibet magnum, id esse proventurum pollicerentur.'

Silet de Basilide, quem hic adesse facit Tacitus, et qui sacerdos Carmeli Dei tale oraculum pronuntiat: nec ideo dissentit Sueton. a Tac. hoc loco; sed tantum in assignanda sorte hominis discrepant auctores.

[f] *Has ambages*] Virg. Æneid. v. 'Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla Horrendas canit ambages, antroque remugit, Obscuris vera involvens.'

[g] *Aperiebat*] Quæ primum ut incerta et ambigua vaticinia initio exceperat fama; at tunc, moto Oriente, et conversis ad bellum animis pro Vespasiano, jam eadem fama illa oracula ut certa *aperiebat*, et facile explicabat. Neque solum ea vulgabat, sed sensum videbat, elucidabat, et jam clare interpretabatur.

[h] *Sperantibus*] Cepit clar. Harlæus, quasi id dicerent Vespasiano, 'cui plura dicunt, quanto plura sperat.' Sed puto, ii, qui loquuntur apud Vespasianum, ipsimet etiam sperant, et eo plura ipsi dicunt, quo majora sperant: spes enim certe eos lætitia et alacritate evehit. Hinc crebri lætique sermones apud ducem, quo plus sperare et audere velit.

Sperabant ipsi partem victoriæ, partem fortunæ, ac prædæ. Nec

Digitized by Google

tiochiam,[i] Vespasianus Cæsaream :[j] illa Syriæ, hæc Judææ caput est. Initium ferendi[1] [k] ad Vespasianum Imperii Alexandriæ cœptum,[2] festinante Tiberio Alexandro, qui Kal. Jul. sacramento[3] ejus legiones adegit. Isque primus[l] Principatus dies in posterum celebratus, quamvis Judaicus

ream : illa Syriæ præcipua sedes, hæc Judææ. Principium deferendi Vespasiano principatus Alexandriæ cœpit, properante Tiberio Alexandro, qui Kal. Jul. jurare in verba ejus legiones compulit. Eaque prima imperii dies posthac observata, quam-

1 Mallet Cl. Ernestus, *deferendi ... imperii ;* quod certe usitatius foret. *Brotier.*—2 Cl. Ernestus tentat *captum.* Non ita tamen displicet, *cœptum.* Idem.—3 *In sacram.* Budens.

NOTÆ

ipse Vespasianus loquitur, consilia tantum versat animo. Sed crebri apud ipsum sermones aliorum, etiam multa sperantium. Intellige igitur, quasi scripsisset Tacitus : *eo crebriores apud ipsum sermones, quo a sperantibus plura dicuntur.*

[i] *Antiochiam*] Antiochia Epidaphne, urbs Cassiotidis tractus, in Syria provincia : hodie *Antiocha*, urbs præfecturæ Aleppi, in Souria regione imperii Turcici Asiatici. *Tillemonius.*

[j] *Cæsaream*] Cæsareæ multæ fuerunt. Una in Mauretania, unde ipsa *Cæsariensis* dicitur. Altera est Cæsarea, quæ cognominatur Philippi, cujus Matthæus c. 16. mentionem facit, quam exstruxit Philippus tetrarcha Iturææ, et Trachonitidis, Herodis majoris filius, et frater Herodis minoris, in honorem Tiberii Cæsaris. Ea mutato nomine *Paneas* dicta, in provincia Phœnices, ad radices Libani.

Tertia est Cæsarea in Cilicia, Cæsarea ad Anazarbum dicta. Quarta, de qua hic loquitur, quam hoc loco Tacitus Judææ, alii Palestinæ attribuunt. Hæc prius *Turris Stratonis* vocabatur : deinde ab Herode majore instaurata, *Cæsarea* nuncupata est in honorem Augusti, cui etiam templum erexit, et ludos quinquennales dicavit. *Lupanus.*

Cæsarea jam ante excidium Hierosolymorum caput Judææ fuisse videtur ex Josepho, forte jam ab Herode fundatore, vel quia ibi conventus agebant legati Cæsaris, et sic disposuerant Romani, ut opes Hierosolymæ imminuerent, vel ob situm oppidi commodioris.

[k] *Initium ferendi*] Sic Suet. Vesp. 6. 'Ceterum, divulgato facto, Tiberius Alexander præfectus Ægypti primus in verba Vespasiani legiones adegit Kalend. Julii : qui principatus dies in posterum observatus est. Judaicus deinde exercitus quinto idus Julii apud ipsum juravit.'

Sueton. referente Savilio, scribit inchoatum id ab Illyrico exercitu. Inchoatum certe, sed non peractum : nam ibid. Suet. 'et tunc quidem compressa res est, revocatis ad officium numeris parumper.'

Verum igitur initium transferendi imperii fuit Alexandriæ, incipiente Tiberio Alexandro : quia in posterum ille primus imperii dies celebratus est, nempe Kalend. Jul.

[l] *Isque primus*] Dies ille Natalis imperii decore dictus. Spart. Hadrian. 'Tertio iduum earundem Nata-

Digitized by Google

exercitus v. Non. Jul.[m] apud ipsum jurasset, eo ardore,[4] ut ne Titus quidem filius expectaretur, Syria remeans, et consiliorum inter Mucianum ac patrem nuntius: cuncta impetu militum acta: non parata[5] concione,[6 n] non conjunctis legionibus.[o]

vis Judaicus miles quintum nonas Jul. apud ipsum sacramentum appellasset, eo impetu et instinctu, ut ne Titum quidem filium opperirentur, e Syria redeuntem, et internuntium consiliorum Muciani ac parentis. Omnia ardore militum transacta sunt: non disposita concione, non convocatis legionibus.

4 Ita libri omnes, præter Rhenanum, qui illa omisit.—5 Amicus Ryckii mallet *imperata*.—6 Sic bene Ms. Agr. Ryckius et recentiores. Perperam in Mss. et veteribus editionibus, *parata cognitione;* [sic tamen Gronovius.] Emendabat Lipsius, *paratu ac concione*. Brotier. Bipont. *consensione*.

NOTÆ

lem imperii statuit celebrandum.' *Lipsius.*

[m] *V. Non. Jul.*] Suet. *V. Idus;* sed eum ad exemplar Taciti emendandum videri, non vane pronuntiat clarissimus Torrentius. *Lipsius. V. Idus* dies undecimus est mensis Julii. *Savilius.*

Cum vicina sit Ægyptus Judææ, verisimilius est tertio post die jurasse legiones Judaicas: non tamen corrigendus Suetonius; sibi relinquendus est.

Non. Jul.] Tertia die Julii mensis.

[n] *Non parata concione*] Sic legerim cum Pichena, non *cognitione*, ut vulgo. *Freinshemius.*

Cognitio ibi, pro *concione*, improprie tamen, et vox ea translata a judiciis. Fuit quasi cognitio aut quæstio illa concio seu convocatio militum legionumque ad principia, cum scil. apud milites concionari vellet dux seu imperator; et cum de aliqua re gravissima deliberaret et consultaret. Is igitur cœtus, seu convocatio seu concilium, dici potuit *cognitio*, licet improprie.

Sic infra Mucianus Antiochiæ apud theatrum, *ubi illis consultare mos est*, idem peragit, quod Vespasianus Cæsareæ. Erat igitur velut consultatio illa convocatio legionum. Quidni igitur et *cognitio* rite vocabitur?

Sic autem infra: 'Namque id ipsum opperiens Mucianus, alacrem militem in verba Vespasiani adegit. Tum Antiochensium theatrum ingressus, ubi illis consultare mos est, concurrentes et in adulationem effusos alloquitur,' &c.

Hunc cœtum tamen infra *concionem* vocat: 'Donativum militi neque Mucianus prima concione, nisi modice, ostenderat:' nec recte dicitur, ut puto, *parata concione*. Non enim paratur, sed vocatur concio; sed bene dicitur *parata cognitio*.

Decuit enim, ut puto, disponi et præparari militum animos, ante vocari, et alia etiam multa præparari. Quo tamen nihil opus fuit, cum summo ardore, instinctu, et impetu omnia perageret miles. Ita ut ne legiones quidem convocatæ aut conjunctæ fuerint.

Cognitione] Alii, *non parata concione*. Ex *concione*, et pro *concione* cognitio, ita ut unum pro alio usurpari possit. *Concio* importat locum, populum, orationem, et cognitionem

Digitized by Google

80. Dum quæritur tempus locusque,[1] [p] quodque in re tali difficillimum, prima vox, dum animo[q] spes, timor, ratio, casus obversantur; egressum cubiculo Vespasianum pauci milites, solito assistentes[2] ordine,[r] ut Legatum salutaturi, 'Imperatorem' salutavere.[3] [s] Tum ceteri accurrere, 'Cæsa-

Dum investigatur occasio et opportunitas, quodque in tali casu maxime arduum est, prima vox, dum recurrunt animo, spes, metus, causa, pericula; pauci milites pro solito more astantes, exeuntem cubiculo Vespasianum, tanquam legatum salutaturi, principem *appellavere. Tum reliqui affluere,* Cæsarem *et* Augustum, *et*

1 Jac. Gronovius omisit, *que;* quod in Ms. Flor. tres postremæ literæ desint. Nihil mutavi ob ceterorum librorum consensum, Taciti, Scriptorumque usum. *Brotier.*—2 Sic bene Pichena et recentiores e Ms. Flor. Male in Mss. et veteribus editionibus, *adsistunt.* Idem.—3 Ed. pr. et Puteol. *salutari.*

NOTÆ

rei de qua deliberatur aut judicatur; et sic potuit sumi *cognitio* pro ipsa concione. Infra 84. 'Non jus aut verum in cognitionibus,' seu judiciis, scil. quæ in theatro sæpe et pro concione fiebant.

Non parata cognitione] Vertit interpres Gall. quasi nulla fuerit concio militum, quasi nulla oratio habita sit; quod falsum. *Nam militariter locutus* Vespasianus. Non certe *parata cognitio,* seu concio, quia scil. *cuncta impetu militum acta:* sed tamen concio, fuit, et oratio, licet incomta et militaris, nec ante præparata fuerit.

[o] *Non conjunctis legionibus*] Sumsit interp. Gall. quasi non conjuncti essent exercitus Orientis, præcipue scil. Judaicus et Syriacus. Sed Tacitus intelligit tantum de legionibus exercitus Judaici, qui Vespasiano præsens aderat, quod satis patet ex sequentibus: 'Dum quæritur tempus... prima vox, &c. egressum cubiculo Vespasianum pauci milites... imperatorem salutavere.' Singuli exercitus, sive in Judæa, in Ægypto, aut Syria, seorsim imperatorem Vespasianum salutavere, ut et seorsim sacramento ejus adactæ sunt.

Non conjunctis] Non vocatis in concionem legionibus Judaicis apud principia et tribunal.

[p] *Tempus locusque*] Quo nempe convocarentur legiones, *salutarent*que legatum *imperatorem:* quod non temere aut quocumque loco et tempore fieri decuit, præsertim in nova electione; quæ firmari sacramento, bello, ac præliis debuit.

[q] *Dum animo*] Distractus animus inter spem metumque, inter prudentiam et fortunæ casus. Sic ancipiti ducis animo varieque exagitato, tandem cunctationem abrumpunt *pauci milites.*

[r] *Solito assistentes ordine*] Manipuli vicissim suo ordine apud tentorium prætoris seu legati excubabant, et pauci erant præ custodibus prætorianis, qui facto principi assistebant. Et illi pauci milites Vespasianum tanquam *legatum* salutare solummodo debuerunt. At flagrantes animis hi legiones prævenere, et *imperatorem salutavere:* quorum clamore ac lætitia exciti *ceteri,* statim *accurrere.*

[s] *Ut legatum salutaturi, imperatorem salutavere*] Sic apud Curt. l. v.

Digitized by Google

rem' et 'Augustum,' et omnia Principatus vocabula[t] cumulare: mens a metu[u] ad fortunam transierat. In ipso nihil tumidum,[v] arrogans, aut in rebus novis novum fuit. Ut primum tantæ vicissitudinis[4] [w] offusam oculis caliginem

cuncta imperii decora congerere: animus a formidine ad fortunam transmiserat. In ipso nihil vanum, superbum, aut in novis honoribus novum extitit. Statim atque tantæ multitudinis obversantem aspectui splendorem discussit, militari gravitate

---

—4 Brotier. cum omnibus fere aliis dedit *multitudinis*, et sic disserit: 'Ita quidem libri omnes. At sensus postulat, *tantæ mutationis;* ut recte monuit J. F. Gronovius. Ita quoque vertit Cl. Gordon: 'As soon as he had recovered the full use of his sight, dazzled at first by the glare of a change so sudden and so mighty, he spoke to them in the language and spirit of a soldier.' Murphy quoque: 'The change, as was natural, dazzled his imagination; but he took time to allay the hurry of his spirits, and then calmly addressed the men in the language of a soldier.' Mallet quidem Trillerus, *tantæ altitudinis;* laudatque Livium XXVI. 45. ubi in describenda mœniorum oppugnatione ait: 'Quidam stantibus scalis, cum altitudo caliginem oculis offudisset, ad terram delati sunt.' Verum diversa narrantur. Et certe *mutatio*, quam *altitudo*, Taciti loco accommodatior. Jam enim dixerat: *Mens a metu ad fortunam transierat.* Sunt tamen, qui *tantæ multitudinis* retineant, et velint caliginem tanta militum multitudine oculis Vespasiani fuisse offusam.' Sic Brot. Dotteville dedit *vicissitudinis*, quod facile potuit a librario in *multitudinis* verti. Reddi meretur Tacito. *Oberl.* Bipont. retinent *multitudinis.*

NOTÆ

'Sub lucis ortum Nabarzanes cum Bactrianis militibus in vestibulo prætoris aderat, titulum solennis officii occulto scelere præferens. Darius signo ad eundem dato,' &c.

Ut legatum] Cæsaris: rectorem scil. provinciæ et exercituum.

[t] *Omnia Principatus vocabula*] Ut Cæsaris, Augusti, Imperatoris, Tribuni, Patris patriæ, Pontificis maximi, &c.

[u] *Mens a metu*] Jam minus metuit adepta fortuna, ea jam se tuebatur. Jam *meliorem*, licet *in bello, causam* habere cœpit. 'Tantum simul peditum equitumque, et æmulantium inter se regum paratus, speciem fortunæ principalis effecerant.' Jam sui, jam imperii securus fuit: sic jam *a metu ad fortunam transierat.*

[v] *In ipso nihil tumidum*] Ita decuit per se magnum animum, non attolli per fortunam. Claudiani illud pulchrum et hic aptum: 'Frons privata manet: non se meruisse fatetur, Qui crevisse putat.' Sulpicius tamen Severus scribit assumsisse diadema: quod falsum, nec mos ævi hujus. Mos cœpit a Valeriano, et primus ille principum diademate revinctus.

Nihil tumidum] Sic supra Hist. I. 17. de Pisone Cæsare ascito a Galba: 'Pisonem ferunt statim intuentibus, et mox conjectis in eum omnium oculis, nullum turbati aut exultantis animi motum prodidisse.'

[w] *Tantæ vicissitudinis*] Sæpe legitur *multitudinis;* nempe militum, et populi, qui ad tantam rei novæ lætitiam ac famam undique affluxerant. Nempe, *tantæ multitudinis*, præ pancitate eorum militum, qui *solito assistentes ordine*, illum ut legatum Cæsaris antea salutabant mane, ex more militiæ. At nunc eum Cæsarem ipsum et principem salutant omnes. Tanta

Digitized by Google

disjecit,[x] militariter locutus,[y] læta omnia[z] et affluentia exce-

locutus, fausta omnia et prospera audivit. Quippe id ipsum expectans Mucianus,

NOTÆ

multitudo offundebat splendorem novo Cæsari, et ex splendore caliginem, quam tandem oculis offusam ut disjecit, militariter *locutus* est.

[x] *Caliginem disjecit*] Vertit interpres Gall. 'Ut prima nubila discussit, sive pulverem disjecit, quem tanta multitudo excitasset.' Nihil ad rem.

Caliginem disjecit] Qui locus ex altero, An. III. 1. intelligendus est, ubi de Agrippina Germanici: 'Postquam duobus cum liberis, feralem urnam tenens, egressa navi, defixit oculos.' Quod alii intelligunt, quasi defixisset seu convertisset in se oculos astantis multitudinis: sed melius est, oculos, seu vultum composuisse ipsam, cum e navi exiret, ut tantam scil. multitudinem mœrentem, mœrens ipsa intueri ac sustinere posset. Aliud mœstitiæ summæ argumentum, alind summæ lætitiæ ac fortunæ specimen et splendor fuit: et utrinque confusio ac caligo oborta.

[y] *Militariter locutus*] Significat orationem ejus castrensem horridamque fuisse, non cultam forensi aut urbano more. *Lips.*

Militariter locutus] Talia deridet in principe Julianus imperator. Certe doctus et facundus ille supra principem, ideoque indoctos et subrusticos Cæsares facunde illusit; quasi princeps debeat esse ex utroque Cæsar.

Quales certe fuerunt primi principes Romani, quibus *imperatoria virtus* ita dilecta fuit, ita Mars lætus, ut tamen optimas artes, et eloquentiam præcipue, exercerent.

Nec multis id improsperum. Sæpe armis, sed tamen quandoque et verborum lenociniis prensanda retinendaque fortuna est, ut sibi constare et remanere velit.

Testis noster Hercules Gallicus, qui catenis aureis ex ore pendentibus trahit ad se populos, auribusque devinctos ipsos, ac velut ultro captivos, leniter ac feliciter sibi obstringit.

Militariter locutus] Livius l. II. ubi de Lætorio tribuno pleb. 'Rudis in militari homine lingua, non suppetebat libertati animoque.' Sic Galba supra, 'apud frequentem militem imperatoria brevitate' locutus est.

[z] *Læta omnia*] Non *omina*, sed *læta omnia et affluentia*: et rationem reddit; *namque id ipsum operiens Mucianus, &c.* Et forte idem est, quod antea habet: 'et omnia principatus vocabula cumulare.'

Læta omnia] Intellige ab exercitu Judaico, qui tum læta, prospera, et affluentia omnia Vespasiano precatus est et acclamavit, ut etiam mox statim ab exercitu Syriæ, qui eadem alacritate in verba Vespasiani juravit, præeunte Muciano. Et etiam simul a legionibus Ægypti, quæ jam præiverant, pari sacramento, nec impari ardore.

Explicat Clar. Harlæus, quasi læta undique nuntia accepisset Vespasianus. Sed sic partem sententiæ Taciti tantum capit: nam ab exercitu suo primo 'læta omnia et affluentia excepit,' dein et a Syria, &c.

Sic supra, c. 74. 'Fausta Vitellio omnia precantem:' nempe Vespasianum, qui tum talia precabatur Vitellio, idemque exigebat ab exercitu præsente.

Læta omnia] Quæ intelligenda ex mente et historia Josephi, l. IV. 38. Nam ipso teste, tanto ardore tantaque alacritate excepta est fama electi Vespasiani, ut omnes Orientis civitates, hunc diem festum celebrarent,

Digitized by Google

pit: namque[5] id ipsum opperiens Mucianus, alacrem militem in verba Vespasiani adegit. Tum Antiochensium theatrum ingressus, ubi illis consultare mos est,[a] concurrentes et in adulationem[b] effusos alloquitur: satis decorus etiam Græca facundia,[c] omniumque, quæ diceret atque ageret, arte quadam ostentator. Nihil æque[d] provinciam exerci-

lætum militem sacramento Vespasiani obstrinxit. Tum iniit theatrum Antiochensium, ubi pro more concionem habent oppidani, illosque *confluentes, et in assentationem ultro pronos affatur: satis facundus* et eruditus *etiam Græca eloquentia, qui et omnia, quæ proferret ac faceret, gratia quadam* extollebat atque *ostentabat. Nihil perinde incitavit provinciam legionesque, quam quod affirmabat Mucia-*

5 *Jamque* habent Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps, Pichena et recentiores, quos secutus est Brotier. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *nam*. Lipsius, *jam*.

NOTÆ

et sacrificia facerent, quibus prospera omnia imperatori precarentur. Et cum Berytum advectus esset, multi legati e Syria et aliis provinciis ipsi occurrere; qui nomine civitatum ipsi coronas offerrent, et epistolas quibus ipsi læta faustaque omnia precabantur.

Læta omnia et affluentia excepit] Diceret Plutarchus εὐτυχίαν ἐυχομένων τῷ αὐτοκράτορι, *Felicitatem omnem precantibus imperatori*. Cui clamori, quibus votis opponitur silentium et indignatio militum, qui pervicaciter silent, etiam, fausta omnia precantibus ducibus, et proximis tribunali. Vocat Plutarch. in vita Galbæ, τὰ τῶν στρατιωτῶν βουλὰ καὶ σκυθρωπὰ, *Ægros subitus et tacite infensos militum animos*. Quo silentio et contumacia legiones Vespasiani excepere Vitellium, cum sacramento præivit Vespasianus, et cum fausta omnia Vitellio ipse precaretur.

[a] *Consultare mos est*] Qui mos scilicet plerisque Græcorum et qui oriundi a Græcis. Frontinus 3. Strateg. cap. 2. 'Alcibiades in theatro disseruit, ubi ex more Græcorum locus consultationi præbebatur.'

Justinus l. XXII. 'Agathocles velut Reip. statum formaturus, populum in theatrum concionem vocari jubet.' Inde illud Satyrici de principe oratore, 'et pleni moderantem fræna theatri.' Meminit ejusce ritus Cicero pro Flacco, et alii. *Lipsius.*

[b] *In adulationem*] Hi longe callidissimi assentatores: et certe in eo genere multo maxime Romanis præcellebant Græculi.

[c] *Facundia*] Facundus certe et eruditus Mucianus doctissima commentaria scripserat, quæ sæpe laudat Plinius, et quibus utitur haud dubie Tacitus. Mucianus alter Mæcenas sui ævi.

[d] *Nihil æque*] Sueton. Vesp. 6. 'Plurimum cœptis contulerunt jactatum exemplar epistolæ, veræ sive falsæ, defuncti Othonis ad Vespasianum, extrema obtestatione ultionem mandantis, et ut Reip. subveniret optantis. Simul rumor dissipatus, destinasse Vitellium victorem permutare hyberna legionum, et Germanicas transferre in Orientem ad securiorem mollioremque militiam.'

Digitized by Google

tumque accendit, quam quod asseverabat Mucianus, 'statuisse Vitellium, ut Germanicas legiones in Syriam, ad militiam opulentam[e] quietamque, transferret; contra Syriacis legionibus Germanica hyberna,[6] cœlo ac laboribus dura, mutarentur.' Quippe et provinciales sueto militum contubernio gaudebant, plerique necessitudinibus[f] et propinquitatibus mixti; et militibus vetustate stipendiorum nota et familiaria castra in modum Penatium diligebantur.[7]

nus, decrevisse Vitellium, ut Germanicus miles transmitteretur in Syriam ad militiam divitem et otiosam: contra Syriaco militi permutarentur castra Germanica, sæva cœlo et laboribus aspera. *Namque et provinciales* ipsi *solito militum consortio delectabantur, multique affinitatibus et cognationibus devincti; et legionibus antiquitate militiæ sueta et amica hyberna instar domorum amabantur.*

6 Ita Rhenanus et recentiores omnes, præter Jac. Gronovium, qui veterum editionum scripturam defendit, *Germanica hyberno cœlo:* sic quoque habent Mss. Vera tamen videtur Rhenani emendatio. Favet Suetonius in Vespas. VI. 'Simul rumor dissipatus, destinasse Vitellium victorem permutare hyberna legionum, et Germanicas transferre in Orientem ad securiorem molliorem que militiam.' Passim ipse Tacitus legionum hyberna memorat. *Bretier.*—7 Male Rhenanus, *dirigebantur*. Idem.

NOTÆ

[e] *Opulentam*] Sic supra Ann. l. XIII. ubi de Corbulone Armeniam reciperante, Syriaci milites 'nitidi et quæstuosi' vocantur, 'militia per oppida expleta.'

[f] *Plerique necessitudinibus*] Provinciales militibus familiarissimos, et milites provincialibus necessitudine, affinitate, et omnibus rebus conjunctos fuisse Cornelius ait: sed hoc posterius quis illi crediderit? 'Provincialis mulier ei, qui ibi meret, contra principum mandata, si nubat,' inquit Ulpianus, 'nuptiæ non sunt.'

Nullæ igitur fuere ex hujusmodi conjunctionibus necessitudines affinitatesve contractæ: nisi in Syria supplendis legionibus, dicamus indicta fuisse per provinciam tirocinia: quemadmodum apud Livium Annali XXXVII. legitur: 'C. Atinium Labeonem, cum provinciam Siciliam et in ea exercitum regeret, jussum in supplementum scribere ex ipsa provincia, si vellet, peditum duo millia, et centum equites.'

Illud si est, eos, qui in patria sua militarent, non videri contra mandata ex eadem uxorem ducere, idque etiam quibusdam mandatis contineri, quod Julius Paulus l. v. responsorum scripsit, huic loco aptissime accommodatur. *Vertran.*

Necessitudinibus] Non quia uxores ducerent ex Syria, sed quia delecti in Oriente milites ex civibus Romanis ibi degentibus: sic habuere familiam, propinquitates, ac necessitudines in hisce locis, et quia ibi omnia aut certe multa stipendia meruerant, *nota his et familiaria castra*, et quasi domus propria diligebantur.

Vel etiam forte quandoque ex sociis asciti in legiones, in cives, et militia Rom. instituti. Sic l. XIII. 35. 'Habiti per Galatiam ac Cappadociam delectus.'

Digitized by Google

81. Ante Idus[1] Jul.[2] [g] Syria[h] omnis in eodem sacramento fuit. Accessere cum regno Sohemus,[i] haud spernendis[3] viribus; Antiochus,[j] vetustis[k] opibus ingens[4] et inservientium Regum ditissimus: mox per occultos suorum nuntios excitus ab urbe[l] Agrippa,[m] ignaro adhuc[5] Vitellio,[n] celeri navigatione properaverat: nec minore animo Regina Bere-

Ante Idus Jul. Syria universa in iisdem partibus fuit. Adjuncti cum regno, Sohemus, haud exiguis opibus; Antiochus, avitis divitiis potens, et obsequentium regum longe *opulentissimus: dein secretis suorum nuntiis evocatus ex civitate Agrippa, inscio adhuc Vitellio, propero navium cursu advectus erat: nec minori*

1 Budens. *Kal.*—2 Gronovius et Ryckius scribunt *Julias:* Brotierus cum Homero *Julii.*—3 Sic bene Ms. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *cum viribus.* Ms. Jes. *spernendus.* Brotier.—4 *Ingens,* Lipsio displicet; et attextum videtur. Certe abesse posset. *Idem.*—5 Sic Rhen. a Budens. Prius erat *ad hoc.*

NOTÆ

[g] *Idus Jul.*] Ante diem quintam decimam Julii mensis.

[h] *Syria*] Id est, Syriacæ legiones et auxilia.

[i] *Sohemus*] Quem Regio insigni decoraverat Nero, cum bellum pararet adversus Parthos, Armeniæ reciperandæ causa.

Sohemus] Ille modo *Rex Libani,* modo Emesenorum appellatur apud Joseph. nisi forte duo sint.

[j] *Antiochus*] Rex Comagenorum, cujus filius Epiphanes pugnam ciens pro Othone vulneratus erat.

[k] *Vetustis*] Id est, *avitis;* et hic errat clar. Harlæus qui vertit, quasi Antiochus pridem opes ipse comparasset. Jam olim longe opulentissimi regum Orientis majores ipsius Antiochi.

[l] *Excitus ab urbe*] Quomodo aut quando ergo illuc venerat? Ex Egesippo disce l. IV. 21. 'Sententiam novi principis de bello Judæorum sciscitari, Vespasiano consilium fuit; misitque Titum filium, et Regem Agrippam. Titus de Achaia revertit, Agrippa Romam contendit, ut apud novum principem locaret gratiam.' *Lipsius.*

[m] *Agrippa*] Agrippa simul veniebat cum Tito ad officium et cultum novi principis, Galbæ nempe: at Titus, audita morte Galbæ, et Vitellii armis, e Corintho in Syriam revertitur; Agrippa Romam venit ad venerationem Othonis.

Sed moto confectoque isto bello civili, puto, priusquam Vitellius Romam adventaret, et accederent magistri dominationis, Agrippa, audito moveri Orientem, et parari bellum pro Vespasiano, mature in patriam revolavit, excitus a partibus Flavianis, et secretis amicorum nuntiis; nempe ne factioni Orientali deesset: et ille reginæ Berenices sororis favore præcelluit apud Vespasianum.

[n] *Ignaro adhuc Vitellio*] *Ignaro,* non certe profectionis Agrippæ, quam tamen et forte ignoravit Vitellius; sed hic aliud vult Tacitus, nempe ignorasse adhuc Vitellium quid in Oriente ageretur. *Ignaro* nempe rebellionis Muciani ac Vespasiani: eo magis, quod *speculatores* nuper nun-

Digitized by Google

nice[o] partes juvabat, florens ætate formaque, et seni quoque Vespasiano magnificentia munerum grata. Quicquid provinciarum alluitur mari, Asia atque Achaia tenus,[p] quantumque[6] introrsus[q] in[7] Pontum et Armenios patescit, juravere: sed inermes Legati regebant, nondum additis[r] Cappadociæ[s]

affectu, regina Berenice partes fovebat, florens juventa et pulchritudine, et seni etiam Vespasiano non injucunda per splendorem ac magnitudinem munerum. Omnes provinciæ, quas allambit pelagus Asiam usque et Achaiam, quantumque terrarum *introrsus Pontum et Armeniam extenditur, idem sacramentum appellavere: sed legati præerant sine præsidio militari, nondum adjectis legionibus Cappadociæ.*

6 Ms. Flor. et Agr. *quantuncunque.*—7 Sic bene Mss. et veteres recentioresque editiones. In mediis editionibus omissa præpositio, *in.* Brotier.

NOTÆ

tiarant, in ejus verba adactas legiones Orientis.

[o] *Regina Berenice*] De qua Sueton. Tit. 7. 'Nec minus [suspecta] libido, propter exoletorum et spadonum greges, propterque insignem reginæ Beronices amorem, cui etiam nuptias pollicitus ferebatur.' Et infra: 'Beronicem statim ab urbe dimisit, invitus, invitam:' de qua vulgatus est rumor, quod cum Agrippa fratre coiret.

[p] *Asia atque Achaia tenus*] Quæ et aliis provinciis Orientis se adjunxere, et juravere in eadem verba: nam mari etiam alluuntur.

[q] *Quantumque introrsus*] Quotquot erant provinciæ intra seu citra Pontum et Armeniam utramque. Neque enim ultra Pontum aut Armeniam tum Rom. imperii reverentia.

[r] *Nondum additis*] Ex Tacito tamen non apparet penitus inermis 'Cappadocia Pontusque et quicquid castrorum Armeniis prætenditur.' *Sarit.* Suet. Vesp. 8. 'Cappadociæ propter assiduos barbarorum incursus legiones addidit: consularemque rectorem imposuit pro equite Rom.' Quod factum puto, cum Alani in Armeniam irrupere. Vere *inermis* Cappadocia, et legiones raro ibi in hybernis: eam tutabantur Syriæ legati et reges vicini sociique et auxiliares: forte et quædam cohortes Rom. dispositæ per præsidia, scil. pro necessitate rerum ac temporum.

Nondum additis] Nobilis interpres cepit, quasi legiones Cappadociæ nondum adjunctæ essent ceteris Flavianorum copiis. Intellige, nondum fuisse additas legiones Cappadociæ, id est, nullas fuisse tum legiones in illo tractu. Dicit *nondum*, quia postea Vespasianus princeps ipse armavit Cappadociam, ibique in castris seu præsidiis legiones collocavit.

Antea Syriæ et Orientis legiones, Cappadociam defendebant. Tac. Ann. VI. 5. 'Dehinc initio ab Syria, usque ad flumen Euphratem, quantum ingenti terrarum sinu ambitur, quatuor legionibus coërcita,' &c. His adde auxilia et accolas reges, imperio Rom. inservientes: qui ipsi et 'inter instrumenta servitutis.'

Nondum additis] Fallitur interpres Gall. qui cepit, quasi ideo *inermes* essent illi *legati*, quia nondum advenissent legiones: quod intelligit de

Digitized by Google

legionibus. Consilium de summa rerum[t] Beryti[u] habitum: illuc Mucianus, cum Legatis Tribunisque et splendidissimo quoque Centurionum ac militum, venit: et e Judaico exercitu lecta decora. Tantum simul peditum equitumque, et æmulantium inter se Regum paratus, speciem fortunæ Principalis effecerant.

82. Prima belli cura, agere delectus: revocare[1] vetera-

Consilium de universo bello Beryti habitum. Illuc venit Mucianus, cum legatis et tribunis, et clarissimo quoque centurionum ac militum. Et e Judaicis legionibus, quicquid decorum maxime ac splendidum fuit. *Tanta vis simul peditum equitumque, et comitatus* tot *contendentium certatim regum, Imperatorii fastigii speciem exhibuerant.*

Præcipua belli solicitudo, conscribere militem; excire veteranos: designantur

1 Ita Mss. et libri omnes editi. Cf. Ruhnken. ad Vell. Paterc. II. 3. Laudat tamen Lipsius ex nescio quibus libris, *evocare*. Quod immerito illi probabile videtur: licet enim qui revocabantur, vulgo dicerentur, *evocati*, ap-

NOTÆ

legionibus, quæ tum in Oriente. Sed non nisi post aliquot abhinc annos additæ legiones Cappadociæ a Vespasiano jam principe. Forte cum de irruptione Alanorum per Portas Caspias auditum est, (vide Joseph.) et cum auxilia et filium Vespasiani adversus hosce hostes postularent Parthi, tunc tutelæ forte provinciarum vicinarum, et præcipue Cappadociæ, invigilatum est.

[s] *Cappadociæ*] Cappadociam in formam provinciæ redactam regebat eques Rom. jam a tempore Tiberii, et erat inermis, donec Vespasianus ipse legiones addidit, quibus barbarorum incursus reprimeret, forte Alanorum, forte et quibus Parthos retunderet, Armenios ipsos, Iberos, Albanos, &c.

[t] *De summa rerum*] Id est de universa Repub. seu potius de universo bello, quod hic fere idem est.

Sic supra Hist. l. II. 32. 'Suetonius Paulinus dignum fama sua ratus, quia nemo illa tempestate militaris rei callidior habebatur, de toto genere belli censere.' Sic Hist. III. 50. 'ducesque [Flaviani] ad Fanum fortunæ iter sistunt, de summa rerum cunctantes.'

[u] *Beryti*] Ex iis quæ Josephi nobis prodit descriptio, apparet Beryti primo Vespasianum et Mucianum convenisse, et ante actum fuisse inter illos, Tito internuntio, quem Tacitus cum Muciano in Syria locat; prorsus præter necessitatem, si ante fuerint congressi, et aliquid de summa rei decretum.

Sane nihil in Tacito reperias de priore conventu; mirumque videatur, quomodo bini exercituum ductores coram se invicem potuerint compellare, nondum suscepto bello. Si non convenisse statuas, prinsquam arma ex publico decreto sumta sint, perierit optimæ orationis materies, quam Tacitus Muciano tribuere omni modo conatur. *Savilius.*

Berytus] Urbs Phœniciæ provinciæ ad oram, in Syria regione: hodie *Bayrut* vel *Berul*, urbs præfecturæ Damasci, in Souria regione imperii Turcici Asiatici. *Tillemonius.*

Digitized by Google

nos:[v] destinantur validæ civitates exercendis armorum officinis:[w] apud Antiochenses aurum argentumque signatur: eaque cuncta per idoneos ministros, suis quæque locis, festinabantur.[a] Ipse Vespasianus adire, hortari, bonos laude, segnes exemplo, incitare sæpius, quam coërcere; vitia magis amicorum, quam virtutes dissimulans. Multos præfecturis[x] et procurationibus; plerosque Senatorii ordinis honore[y] percoluit, egregios viros et mox summa adeptos;[z]

opulentæ civitates fabricandorum armorum officinis: apud Antiochiam cuduntur nummi aurei et argentei: eaque omnia properabantur per egregios ministros in suis quæque civitatibus. Ipse Vespasianus invisere, incitare, honestos decore, ignavos exemplo, hortari sæpius, quam castigare; dissimulans potius delicta amicorum, quam bonas artes. Plerosque auxit *præfecturis et procurationibus; multos senatori fastigii decore* seu dignitate *exornavit, eximios viros, et qui postea summas digni-*

pellabantur quoque, *revocati;* ut patet ex veteri lapide apud Gruterum p. 524. n. 7.

D. M.
ET MEMORIAE AETERNAE
ATTONI. CONSTANTIS
VET. LEG. XXXII. REMISS
VS. HONESTA. MISSIO
NE. CASTRIS. INTER. CE
TEROS. SVOS. REVOCATVS
QVIQVE. BELLO. INTER
FECTVS. OBIIT. ATTIA
FLORENTINA. CON
IVGI. CARISSIMO
ET. SIBI. VIVA. PONEN
DVM. CVRAVIT. ET. SVB
ASCIA. DEDICAVIT *Brotier.*

2 Ms. Agr. a prima manu, *festinantur.*

NOTÆ

[v] *Revocare veteranos*] Non solum veteranos prætorianos, qui a Vitellio exauctorati fuerant, sed et veteranos legionum, qui honestæ missionis commodis seu præmiis jam fruebantur. Et præcipue de veteranis Orientis hic agitur.

Veteranos] Non modo, qui stipendia mernerant, et qui adhuc sub vexillo habebantur; sed etiam emeriti revocabantur, et qui ideo *Evocati* dicebantur.

[w] *Exercendis armorum officinis*] Virg. 'Omnes arma requirunt, Pars leves clypeos, et spicula lucida tergent Arvina pingui, subiguntque in cote secures; Signaque ferre juvat, sonitusque audire tubarum. Quinque adeo magnæ, positis incudibus, urbes Tela novant,' &c.

[x] *Præfecturis*] Intellige *præfecturas* provinciarum.

Digitized by Google

quibusdam fortuna[a] pro virtutibus fuit. Donativum[3] militi neque Mucianus prima concione, nisi modice, ostenderat; ne[4] Vespasianus[b] quidem plus civili bello obtulit, quam alii in pace: egregie firmus adversus militarem largitionem,[c] eoque exercitu meliore. Missi ad Parthum[d] Armeniumque legati, provisumque, ne, versis ad civile bellum legionibus, terga nudarentur. Titum instare Judææ,[e] Vespasianum ob-

tates obtinuere; nonnullis fortuna pro bonis artibus fuit. Neque largitionem militi Mucianus ipse exhibuerat prima allocutione, nisi modicam; et ne Vespasianus quidem plus ostendit civilibus armis, quam alii in pace: eximie validus adversus militarem donationem, ideoque copiis melioribus. Missi oratores ad Parthos et Armenios; prospectumque, ne, intentis ad civicos motus legionibus, relicta a tergo destituerentur. Visum est, ut Titus instaret Judaico bello, Vespasianus occuparet

---

—3 Sic bene Pichena e Ms. Flor. Vulgo in Mss. et veteribus editionibus, *donativa*. Brotier.—4 Sic bene Ms. Corb. Rhenanus et recentiores. Ms. Reg. *neque*. Alii Mss. et veteres editiones, *nec*. Idem.

NOTÆ

[1] *Plerosque senatorii ordinis honore*] Sueton. Vesp. 9. 'Amplissimos ordines et exhaustos cæde varia, et contaminatos veteri negligentia, purgavit supplevitque, recensito senatu et equite; submotis indignissimis, et honestissimo quoque Italicorum ac provincialium allecto.'

Scio ea post victoriam maxima ex parte peracta fuisse: sed haud dubie etiam multos participes victoriæ statim in senatum allegit.

[2] *Summa adeptos*] Intellige summa imperia, seu primos in Repub. honores; præturam, consulatum, præfecturas provinciarum majorum. Inter quos forte fuit et Nerva mox princeps, et pater Trajani, qui mox consularis et triumphalis.

[a] *Fortuna*] Plerosque *egregios viros* ex virtute evexit, quosdam ex sola *fortuna*. Nova dominatio omnibus indiget, etiam malis ministris.

[b] *Ne Vespasianus*] Sueton. Vesp. 8. 'Participibus autem victoriæ adeo nihil extra ordinem indulsit, ut etiam legitima præmia non nisi sero persolverit.'

[c] *Adversus militarem largitionem*] *Largitio* hic indefinite sumi debet, nec restringenda ad civile hoc bellum; sed quocumque modo, quacumque occasione, sic firmus fuit.

[d] *Missi ad Parthum*] Suet. Vesp. 6. 'Et e regibus Vologesus Parthus, &c. hic quadraginta millia sagittariorum' promisit.

Ad Parthum Armeniumque] Tum regebat Parthos Vologesus, Armenios Tiridates, ambo fratres Arsacidæ, tum æqui rebus Rom. ut qui pacem et Armeniam a Nerone nuper obtinuissent: et certe illi statim, ut in Oriente, Flavianis partibus accessere.

Misitque rex regum legatos ad Vespasianum, qui 40. equitum millia ipsi offerrent; quos non accepit, ut neque etiam Sarmatas et Jazigas in commilitium ascire voluit Mucianus, ne scil. inter bella civilia aliquid externum molirentur.

[e] *Instare Judææ*] Ut nempe Judaicum bellum patraret profligaretque, expugnata arce seu metropoli, Hierosolymis nempe.

Digitized by Google

tinere claustra Ægypti[f] placuit. Sufficere videbantur adversus Vitellium pars copiarum et Dux Mucianus et Vespasiani nomen,[g] ac nihil arduum fatis.[h] Ad omnes exercitus Legatosque scriptæ epistolæ, præceptumque, 'ut Prætorianos Vitellio infensos, reciperandæ militiæ[i] præmio invitarent.'

83. Mucianus cum expedita manu,[j] socium magis Imperii, quam ministrum agens, non lento itinere, ne cunctari videretur, neque tamen properans, gliscere[k] famam ipso spatio sinebat: gnarus, modicas vires[l] sibi, et majora credi de absentibus. Sed legio sexta et tredecim[2] vexillariorum millia ingenti agmine sequebantur. Classem e Ponto[l] By-

claustra Ægypti. Adversus Vitellium sufficere videbantur pars militum, et dux Mucianus, et Vespasiani fama; ac nihil difficile fortunæ. Compositæ literæ ad omnes legiones præfectosque, imperatumque ut prætorianos Vitellio infestos, resumendi belli pretio ac mercede incitarent.

Mucianus cum expedito agmine, magis se ferens collegam principatus, quam administrum, non tardo incessu, ne dubitare crederetur, neque tamen festinans, patiebatur increscere famam ipso temporis intervallo: haud ignarus, modicas sibi copias, et ampliora credi de absentibus. Sed legio sexta, et tredecim millia vexillariorum magna specie sequebantur. Naves e Ponto Byzantium advehi jusserat: incertus

1 Sic bene Mss. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *esse sibi*. Brotier.—2 Male Beroaldus, *octo*

NOTÆ

[f] *Claustra Ægypti*] Joseph. l. iv. 37. Excidii, fuse hanc materiam exequitur: quam Italiæ necessaria sint hæc horrea, quantum undique Ægyptus difficillimos habeat aditus, et quam plenus periculis fuerit portus Alexandrinus, facunde describit. *Savilius.*

[g] *Vespasiani nomen*] Fama belli majus illud *nomen* quam *Numen* aut Dii adulatorii Othonis: quod tamen potentibus fatis adjutum, quibus scil. 'nihil arduum.'

[h] *Nihil arduum fatis*] De ramo aureo Virg. vi. 'Namque ipse volens facilisque sequetur, Si te fata vocant; aliter, non viribus ullis Vincere, nec duro poteris convellere ferro.'

[i] *Militiæ*] Prætorianæ, quam victore Vitellio amiserant.

[j] *Cum expedita manu*] Cum cohortibus et alis, quæ nullis sarcinis aut machinis graves, et sic magis expeditæ erant, quam legionarii. Et *vexillarii* illi, qui sequuntur, e legionibus delecti.

[k] *Gliscere*] Scil. augeri, et crescere famam, ipso temporis ac locorum spatio sinebat.

[l] *Classem e Ponto*] Intelligo classem, quæ Romanis etiam illic ordinaria ad tuendam Ponti oram. Quanta ea fuit? hauries e solo Egesippo l. ii. in oratione (cui pulchra placent, eam legat,) Agrippæ: 'Mœotia regna Bosphoranique omnes Romano subji-

Digitized by Google

zantium[m] adigi jusserat: ambiguus consilii, num, omissa Mœsia,[n] Dyrrhachium[o] pedite atque equite,[3] simul longis navibus versum in Italiam mare clauderet,[p] tuta pone tergum

animi, num, relicta Mœsia, Dyrrhachium tenderet cum *pedite et equite; eodemque tempore insideret occuparetque versum in Italiam pelagus longis navigiis, secura*

vexillariorum millia. Idem.—3 Male Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *equite peteret.* Verbum hoc recte omisere Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps et recentiores. Id enim ad *clauderet* referendum. *Brotier.*—

NOTÆ

ciuntur imperio; et illud ante innavigabile pelagus quadraginta naves ad pacem exercent.' *Lipsius.*

Ponto] Pontus Euxinus, mare alluens oras Illyrici late sumti, Sarmatiæ Europææ et Asiaticæ, Colchidis, et Asiæ minoris peninsulæ. Hodie vocamus *Mer Noire, Mer Majeure*, et *Pont Euxin.* Est inter Turcicum imperium Europæum, Poloniam, parvam Tartariam, Circassiam, Georgiam, et Natoliam, regiones Europæ et Asiæ recentiorum. De *Ponto* provincia vide notas l. II. c. 6. *Tillemonius.*

[m] *Byzantium*] Deinde Constantinopolis, urbs Europæ provinciæ, in Thracia regione, et ad Bosphorum Thracium. Hodie a Turcis vocatur *Stampol*, et a Francis *Constantinople.* Urbs est Romaniæ provinciæ in Turcico imperio Europæo, et ad fretum Constantinopolitanum, atque ad mare Marmaræ. *Tillemonius.*

[n] *Ambiguus consilii, num omissa Mœsia*] Duobus consiliis inter se diversis distractus Muciani animus, an scil. peteret Mœsiam, ut se Dacis opponeret, vel an omissa Mœsia, contenderet in Italiam, adversus Vitellium. Sicque tunc *Dyrrhachium* venire necessario debuit, quod oppidum in ora Dalmatiæ seu Epiri positum est.

Dubitabat igitur, an iret in Mœsiam, Dacos hostem externum propulsurus, an in Dalmatiam seu Dyrrhachium veniret, Italiam terra mariqne oppugnaturus: nempe an ea parte, 'pedite atque equite' irrumperet, et 'simul longis navibus versum in Italiam mare clauderet,' ut sic nempe Achaiam Asiamque tueretur a tergo, talibus præsidiis firmatas adversus Vitellium, qui alioqui *inermes* provincias istas invadere potuisset.

Præterea *Vitellium in incerto fore, quam partem Italiæ* ipse *protegeret, si simul* terrestri exercitu *Brundisium Tarentumque*, simul et *infestis classibus* Lucaniæ Calabriæque littora peterentur.

Quod intelligendum, ita ut ille terrestris exercitus, navibus etiam inveheretur Dyrrhachium, aut Brundisium, et dein terra Italiam invaderet. *Lucaniæ* littora hodie oram Neapolitanam appellant.

Num omissa Mœsia] De qua re Josephus l. IV. 39. 'Misit Vespasianus Mucianum in Italiam cum exercitu adversus Vitellium, et cum propter hyemem mari proficisci non sine periculo posset, terra iter facere jussit;' scil. per Cappadociam et Phrygiam.

[o] *Dyrrhachium*] Urbs Taulantiorum populorum in ora occidentali Macedoniæ. Hodie *Durazzo* urbs Albaniæ provinciæ ad sinum Venetum, in præfectura Romeliæ, sub Turcico imperio Europæo. *Tillemonius.*

[p] *Mare clauderet*] Mare Ionium et Adriaticum, inter Græciam, Italiam,

Digitized by Google

Achaia Asiaque: quas inermes exponi Vitellio, ni præsidiis firmarentur: atque ipsum Vitellium in incerto fore, quam partem Italiæ protegeret, si sibi[4] Brundisium[q] Tarentumque[r] et Lucaniæ[s] Calabriæque[5t] littora[6] infestis classibus peterentur.

84. Igitur navium, militum, armorum, paratu strepere[u] provinciæ. Sed nihil æque fatigabat,[v] quam pecuniarum

post tergum Achaia et Asia; quæ nudæ objiciebantur Vitellio, nisi copiis munirentur: atque ipsum Vitellium in dubio fore, quam regionem Italiæ defenderet, si simul infensis classibus adirentur Brundisium Tarentumque, et littora Lucaniæ atque Calabriæ.

Itaque strepebant provinciæ apparatu classium, virorum, armorum. Sed nihil

4 Ita Mss. editionesque veteres et recentiores. Rhenanus, *si simul Brundisium;* quod tuetur Ryckius.—5 Ryckius et Gronov. habent *Calab. Lucaniæque.*—6 Ms. Flor. *in litt.*

NOTÆ

et Illyricum. Hodie *Mer Ionienne* et *Golfe de Venise*, inter Turciam Europæam, Italiam recentiorem, &c. *Tillemonius.*

[q] *Si sibi Brundisium*] Nonnulli, *si simul Brund.* i. e. Si simul Brundisium Tarentumque terrestribus copiis, simul 'et Lucaniæ Calabriæque littora infestis classibus peterentur.'

Brundisium] Urbs Calabrorum populorum in Messapia provincia Italiæ. Hodie *Brindisi* Italis, *Brindes* Francis, urbs Terræ *Otranto*, in regno Neapolitano, ad sinum Venetum. *Tillemonius.*

[r] *Tarentum*] Urbs Salentinorum populorum in Messapia provincia Italiæ, et ad mare Ionium. Hodie *Taranto* Italis, et *Tarente* Francis, urbs Terræ Hydruntinæ seu *Otranto*, in regno Neapolitano. *Tillemonius.*

[s] *Lucaniæ*] Lucania, provincia Italiæ regionis ad mare Tyrrhenum Ioniumque. Hodie magna pars Principatus *Citerioris*, cum *Basilicata* fere integra. Hæ sunt regni Neapolitani provinciæ, et parent regi Catholico. *Tillemonius.*

[t] *Calabriæque*] Calabri populi Messapiæ provinciæ in Italia, et ad mare Adriaticum. Hodie pars septentrionalis Terræ Hydruntinæ *Otranto*, in regno Neapolitano ad Orientem, paret regi Catholico. *Tillemonius.*

[u] *Paratu strepere*] Deducto prius in iter destinatum Muciano, redit, ac sermonem de apparatu repetit, non sine turbis; et fortassis, ut Muciani dicta comprobet, 'pecunias esse belli civilis nervos.' *Saril.*

[v] *Fatigabat*] Adhuc in paratu, adhuc in procinctu Mucianus ad expeditionem, et nondum expedit, sed se viæ et expeditioni accingit; ideoque expeditam manum parat, nec admodum properat, ut sic gliscere sui famam ipso tempore sinat.

Fatigabat] Fatigabat præcipue populos et ditissimos provincialium, sociorum et etiam civium, qui vel procurationibus, vel aliis muniis publicis, aut commercio locupletes erant. Et in prædam illi per fas et nefas rapti, per delationes, et similes iniquitates spoliati sunt.

Digitized by Google

conquisitio: 'eos esse belli civilis nervos,' dictitans Mucianus, non jus aut verum in cognitionibus,[w] sed solam magnitudinem opum spectabat. Passim delationes:[x] et locupletissimus quisque in prædam correpti:[y] quæ gravia atque intoleranda, sed necessitate armorum excusata, etiam in pace mansere:[z] ipso Vespasiano, inter initia Imperii, ad obtinendas iniquitates[a] haud perinde obstinante:[1] donec in-

perinde angebat, quam pecuniæ inveniendæ modus: Mucianus prædicans, non alia esse belli civilis robora, *non jus, aut fas in judiciis respiciebat, sed solam magnitudinem divitiarum. Passim* intentæ *accusationes; et opulentissimus quisque in prædam abripiebantur; quæ molesta et intolerabilia, sed* tamen *necessitudine belli tolerata, etiam rebus compositis duravere: ipso Vespasiano, inter primordia principatus, non admodum pervicaci ad exercenda* iniquarum *exactionum flagitia: do-*

1 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps, Ryckius et recentiores, qui intelligunt, *se.* Dixit quidem Plautus, Aulular. Act. II. Sc. II. 89. 'Id inhiat, ea affinitatem hanc obstinavit gratia.' Placet tamen magis, *obstinato;* ut habent Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus. *Brotier.* Budens. habet, *aut*

NOTÆ

[w] *In cognitionibus*] In judiciis, quæ scil. ad fiscum spectarent.

[x] *Delationes*] Etiam delationes sub Vespasiano! quis non obstupescat, aut indignetur? Igitur similis Neroni Vespasianus! etiam inter arma civilia, quibus forum et lites silent, delatores arrepunt!

Puto, id Mucianus primum ausus, et necessitate belli excusatus est, dein et ipse Vespasianus rerum potitus, facilitate et indulgentia fortunæ, corruptus, et accedentibus magistris dominationis, tandem ausus est in pace, quod alii in bello cœperant: scil. ausus ipse injurias et *iniquitates obtinere.*

Initiis imperii, in multis novo principi condonabat innocentiam Mucianus, ut delationum, cædium, rapinarum, &c. quæ non infima pars sapientiæ politicæ.

[y] *Correpti*] Quasi deliquissent adversus novum principem, aut quasi dissimularent, et alias partes tuerentur: quod tamen exitiabile novo principatu videri potuit. Sed 'nihil arduum fatis.'

[z] *Etiam in pace mansere*] Interp. Gall. Etiam in pace et usque in finem imperii.

[a] *Ad obtinendas iniquitates*] Sic dicitur, 'obtinere injuriam,' Livius l. XXIX. 'Omnium primum ratus tueri publicam fidem, partim edicto, partim judiciis etiam in pertinaces ad obtinendam injuriam redditis, res suas Syracusanis restituit.' Confer, quæso, 'ad obtinendas iniquitates,' cum istis: 'in pertinaces ad obtinendam injuriam.'

Vespasianus inter initia principatus, pervicax non erat ad divites subvertendos, rei pecuniariæ causa, sed nonnunquam necessitati manus dabat, quandoque prædis obviam ibat, donec usus pravis magistris, pessima quæque ipse admisit.

De ejus initio hæc legas. Suet. 16. 'Sunt contra qui opinentur, ad manubias et rapinas necessitate compulsum, summa ærarii fiscique inopia,'

Digitized by Google

dulgentia fortunæ et pravis magistris didicit aususque est. Propriis quoque opibus Mucianus bellum juvit, largus[2] privatim, quod[3] avidius[4] de[5] Republica sumeret. Ceteri conferendarum pecuniarum exemplum secuti: rarissimus[6] quisque eandem in reciperando licentiam habuerunt.

85. Accelerata interim Vespasiani cœpta, Illyrici[b] exercitus studio, transgressi[1] in partes.[c] Tertia[2] legio exemplum

nec arridente fortuna, et accedentibus *improbis magistris, assuerit* tandem *et ausus est. Propriis etiam divitiis, Mucianus bellum sustinuit, exhibens privatim, quod largius de Rep.* mox *acciperet. Reliqui contribuendarum opum exemplum æmulati* sunt; sed *paucissimi eandem in resumendo libertatem usurparunt.*

Approperata interim Vespasiani consilia, favore Illyricarum legionum, quæ trans-

per vim obstinate.—2 Sic optime Mss. et veteres ac recentiores editiones. Male Rhenanus, *largitus* [quod Ryckius habet.] Frustra tentat Heinsius, *largus privati.* Brotier.—3 Melius, *quo avidius;* ut multis jam observatum. *Idem.*—4 In Ms. Jes. *aridus.*—5 Ms. Reg. *in republ.*—6 Ita Ms. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *carissimus.*

1 Ita vulgo Mss. editiones veteres et recentiores. Rhenanus perperam omisit, *transgressi.* In Ms. Corb. *transgressa,* uti volebant Freinshemius et Ryckius. Tunc sic distinguendum: *Transgressa in partes tertia legio, &c.* Brotier. Atque ita vertit Cl. Gordon: 'In Mœsia, the third Legion revolting to his party, afforded thence an example to the others there,' &c. Murphy quoque: 'In Mœsia, the third Legion revolted, and drew after them the eighth, and also the seventh,' &c.—2 *Tertiadecima* Budens.

NOTÆ

&c. Suetonius etiam testatur, eundem, progressu temporis, eandem semitam non trivisse: 'creditur etiam procuratorum rapacissimum ad ampliora officia ex industria solitus promovere, quo locupletiores mox condemnaret:' hæc quam nostro consona! *Saliner.*

Sic et Cicero dixit: 'obtinere mendacium,' 'obtinere injuriam.'

Iniquitates] Plin. Paneg. 'Nunquam principibus defuerunt, qui fronte gravi et tristi supercilio, utilitatibus fisci contumaciter adessent; et erant principes ipsi sua sponte avidi et rapaces, et qui magistris non egerent: plura tamen semper a nobis contra nos didicerunt.'

[b] *Illyrici*] Nomine Illyrici intelligitur Pannonia, Mœsia, ac Dalmatia.

[c] *Transgressi in partes*] Illyricum dividebatur in tres provincias; Mœsiam, cui datus hoc tempore præses aut legatus Aponius Saturninus; Pannoniam, cui T. Ampius Flavianus præerat; Dalmatiam, quam Poppæus Sullanus, (nam utriusque nominis dispar occurrit scriptura,) regebat.

In Mœsia tres erant legiones, tertia Gallica, octava Augusta, et septima Claudiana, cum totidem *legatis legionum:* Dillio Aponiano tertiæ, Hist. III. Numisio Lupo octavæ, Histor. III. et Tertio Juliano septimæ legionis legato: atque ille, cum suo munere sponte abiret, ut docet hic locus, suc-

Digitized by Google

ceteris Mœsiæ legionibus præbuit. Octava erat ac septima Claudiana,[d] imbutæ favore Othonis, quamvis prælio non interfuissent.[e] Aquileiam[3] progressæ,[f] proturbatis, qui de

iere in partes. Tertia legio exemplo fuit ceteris Mœsiæ copiis. Octava legio erat ac septima Claudiana, pronæ in partes Othonis, licet pugnæ non affuissent. Aquileiam jam advectæ, exterritis rejectisque, qui de clade Othonis admonebant,

3 Sic Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Aquil. jam progr.*

NOTÆ

cessorem habuit Vipsanium Messalam. Hist. III.

In Pannonia quoque tunc erant duæ legiones; septima Galbiana, cui legatus Antonius Primus; et tertiadecima Gemina, ab exstructis amphitheatris ex Italia remissa, cui legatus hoc bello Vedius Aquila, qui ultimo quoque bello legatum egerat. III. Hist. et II.

In Dalmatia unica duntaxat legio erat, undecima nempe Claudiana; (decimaquarta in Britanniam traducta;) et legatus ejus Annius Bassus. Hist. III.

Quoad tempus Illyricæ a Vitellio defectionis, Sueton. Vit. 15. faculam allucet, 'octavo imperii mense desciverunt ab eo exercitus Mœsiarum atque Pannoniæ;' ut in Augusti mensis principium aut Julii finem incidisse videatur. *Savilius.*

[d] *Claudiana*] Quia a Claudio principe delecta erat.

[e] *Quamvis prælio non interfuissent*] Igitur non interfuere prælio Bedriacensi tres istæ legiones, *tertia, octava* et *septima Claudiana.* Unde colligi possit, huic affuisse tres alias legiones, duas Pannonicas, *septimam* scil. *Galbianam,* et *tertiamdecimam,* et Dalmaticam, scil. *undecimam Claudianam.*

Abfuit *quartadecima,* quæ item in Pannonia; missi *vexillarii* ex quartadecima, et hi prælio affuerunt, teste Tac. *Præmissi* vexillarii ex tribus legionibus Mœsicis, qui *præmissi* affuerunt prælio, vel partim Brixelli mansere cum Othone, partim pugnavere ad Bedriacum.

Intelligunt, bina millia præmissa esse ex qualibet legione, ita ut sex millia Mœsicorum affuerint; quod tamen repugnare videtur verbis Taciti; etiam et Suetonii. Non enim *bina e tribus legionibus millia,* sed bina e singulis legionibus præmissa diceret Suetonius. Ipsæ legiones Aquileiam tantum advenere, unde in hyberna remissæ sunt.

[f] *Aquileiam progressæ*] Suet. Vesp. 6. scribit non tres legiones, sed duo millia ex tribus legionibus Aquileiam progressa. Sed in dubio errore deductus. *Savilius.*

Legiones Mœsicæ, sive *bina millia* ex unaquaque earum, (utrumque enim boni æquique facio, nam minimum id discrimen et scriptoribus crebrum, vel eæ eodem intervallo iter fecere, quo Dalmatiæ et Pannoniæ miles: 'fuere quatuor legiones, e quibus bina millia præmissa, ipsæ modicis intervallis sequebantur:' Tacitus.) obvios Vitellianos habuerunt, qui victum et fato functum Othonem nuntiabant, seque ad transitionem hortabantur; quo ægre accepto, laceratis Vitellii vexillis, nuntiisque fugatis, Aquileiam sese receperunt:

Digitized by Google

Othone[g] nuntiabant, laceratisque vexillis,[h] nomen *Vitellii*

discerptisque signis, quibus nomen Vitellii *inscriptum* erat, *tandem abrepta pecunia,*

NOTÆ

ubi post sacrilegia rapinasque, sibi metuentes, in Vespasiani verba juraverunt.

Suet. c. 6. 'Mœsiaci exercitus bina e tribus legionibus millia missa auxilio Othonis, postquam iter ingressis nuntiatum est, victum eum, ac vim vitæ suæ attulisse, nihilo secius Aquileiam usque perseverarunt, quasi rumori minus crederent: ibi per occasionem ac licentiam omni rapinarum genere grassati,' &c. Noster: 'tertia legio exemplum ceteris,' &c.

En Tacitus affluenter, dum Mœsici essent in itinere, *proturbatis qui de Othone:* quæ jejune a Sueton. dicta sunt: 'nihilo secius Aquileiam usque perseverarunt, quasi rumori minus crederent.' Contra Suetonius diffuse narrat militum gesta, in Aquileia, *ibi per occasionem, &c.* quæ Tacitus scripsit nimis astricte, *Aquileiam progressæ hostiliter egerant.* Salinerius.

Aquileiam progressæ] Forte verisimile est, legiones Mœsicas nondum ingressas fuisse Aquileiam tunc cum hortantur Othonem, supra c. 46. 'Præmissi e Mœsia ... legiones Aquileiam ingressas, nuntiabant.' Sic bonum animum habere jubebant, et vero addebant. Forte nec satis verum, quod habet Tacitus hocce loco 85. si sequimur Sueton. Oth. 6. 'Mœsiaci exercitus bina e tribus legionibus millia missa auxilio Othonis, postquam iter ingressis nuntiatum est, victum eum ac vim vitæ suæ attulisse, nihilo secius Aquileiam usque perseverarunt, quasi rumori minus crederent: ibi .... omni rapinarum genere grassati,' &c.

Itaque, teste Sueton. videntur accepisse nuntium cladis, et mortis Othonis, nuntiosque proturbasse, priusquam ingrederentur Aquileiam.

Sed cum etiam dissideat Suetonius in aliis circumstantiis a Tacito, ut cum tribuit *præmissis*, vim illam, furta, et raptus, quos tamen Tacitus tribuit ipsis legionibus, standum Tacito nostro.

Et verisimilius videtur, esse præmissa, vel e tribus Mœsicis legionibus duo millia vexillariorum, ut vult Suetonius, quæ affuerunt prælio, aut e quatuor legionibus, ut vult Tacitus; quibus sic et vexillarii Quartadecimanorum accersendi fuerint: ita ut quatuor hæ legiones, *Tertia, Octava, Septima Claud.* et *Quartadecima* præmiserint bina millia vexillariorum; aut si sentis cum Suetonio, bina millia præmissa sint ex tribus Mœsicis legionibus: ita ut vexillarii Quartadecimanorum diversi ac distincti a vexillariis Mœsicis fuerint. Quæ Suetonii maxime pugnant cum Tacito, qui vult præmissos illos affuisse præsentes Othoni ad Brixellum, et Quartadecimanos vexillarios prælio Bedriacensi victos esse.

Et frustra miscentur aut conciliantur auctores: sicque historiam magis obscurant interpretes. Distinguendæ sunt tantum circumstantiæ, in quibus dissident, et quilibet auctor sibi relinquendus.

[g] *Proturbatis, qui de Othone*] Id est, Spretis rejectisque, qui victum eum, et vixisse dicebant. Quod Suet. dixit, 'rumori eos non credidisse,' ut solent homines in spem suam proni. *Lipsius.*

Proturbatis, id est, disjectis, propulsis, fugatisque: est enim hoc plusquam *spretis.* Violentiam quippe arguit clare, cum addit: 'laceratisque

Digitized by Google

præferentibus, rapta postremo pecunia[i] et inter se divisa, hostiliter egerant. Unde metus, et ex metu consilium:[j] 'posse imputari Vespasiano, quæ apud Vitellium excusanda[k] erant.' Ita tres Mœsicæ legiones per epistolas alliciebant Pannonicum exercitum, aut abnuenti vim parabant.[4] In eo motu[5] Aponius[l] Saturninus, Mœsiæ rector, pessimum facinus audet, misso Centurione[m] ad interficiendum Tertium[6]

et inter se partita, hostili animo egerant. Unde timor, et ex timore consultum: posse meriti loco tribui Vespasiano *ea*, quorum venia postulanda a Vitellio foret. *Sic tres legiones Mœsicæ solicitabant per literas Pannonicum militem, aut recusanti vim intentabant. In eo tumultu Aponius Saturninus, præfectus Mœsiæ, deterrimum scelus molitur, misso centurione ad occidendum Tertium Julianum, lega-*

4 Sic Mss. et libri editi. Omisit Rhenanus, *Pannonicum exercitum, aut abnuenti vim parabant.* Restituit Lipsius.—5 Sic bene Mss. editiones veteres et recentiores. Male Beroaldus, *metu.* Brotier.—6 Male Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Tectium Julianum.* Idem.

NOTÆ

vexillis,' &c. Sic supra l. 1. 'Celsum infestis pilis proturbant.'

Qui de Othone nuntiabant] Id est, qui mortem Othonis nuntiabant. *Pich.*

[h] *Vexillis*] Hinc observandum vexilla imperatoris nomine inscribi solita. Sic et Suet. Vesp. 6. 'Nomenque ejus vexillis omnibus sine mora inscripserunt.' *Vertranius.*

[i] *Pecunia*] An pecuniam publicam Aquileiæ civitatis et provinciæ interverterunt? an pecuniam, quæ pro more militiæ apud principia cujusque legionis in fiscis deponebatur? Certe ex Sueton. Vesp. 6. 'Omni rapinarum genere grassati sunt.'

Forte potius in socios et paganos aut etiam publici exactores grassati illi: et pecuniæ apud principia depositæ, ut patrimonio suo, parcere debuit miles; ibi viaticum ducis et stipendia militum.

Rapta ... pecunia] Cepit interpres Gall. quasi pecuniam solvendo stipendio destinatam rapuissent. Forte rapuerunt pecuniam publicam, aut eam quæ apud principia in usus belli deponebatur. Sic supra de seditione qua vexatus Germanicus Ann. 1. 37. 'Legiones reduxit turpi agmine, cum fisci, de imperatore rapti, inter signa interque aquilas veherentur.'

[j] *Unde metus, et ex metu consilium*] Sic Suet. Vesp. 6. 'Cum timerent, ne sibi reversis reddenda ratio ac subeunda pœna esset, consilium inierunt eligendi creandique Imperatoris.'

[k] *Quæ apud Vitellium excusanda*] Id est, posse Vespasianum iis obligari, quæ contra Vitellium, etiam si non pro ipso Vespasiano facta fuissent. *Ferrettus.*

[l] *Aponius*] Hic filius Aponii, de quo Sueton. Calig. 38. 'Aponio Saturnino inter subsellia dormitante, monitum a Caio præconem, ne prætorium virum ... præteriret: nec licendi finem factum, quoad tredecim gladiatores HS. nonagies ignoranti addicerentur.' Nonagies sestertium sunt 225,000. coronati.

[m] *Misso Centurione*] Qui haud dubie secum trahebat agmen, centuriam

Digitized by Google

Julianum, septimæ legionis Legatum,[n] ob simultates, quibus causam partium prætendebat. Julianus, comperto discrimine, et gnaris locorum ascitis, per avia Mœsiæ, ultra montem Hæmum[o] profugit: nec deinde civili bello interfuit, per varias moras susceptum ad Vespasianum iter trahens, et ex nuntiis[p] cunctabundus, aut properans.

86. At in Pannonia XIII. legio ac VII. Galbiana, dolorem iramque Bedriacensis pugnæ retinentes, haud cunctanter Vespasiano accessere, vi præcipua Primi Antonii. Is legibus nocens et tempore Neronis falsi damnatus, inter alia belli[q] mala, Senatorium ordinem reciperaverat. Præpositus a Galba septimæ legioni, scriptitasse Othoni credebatur, Ducem se partibus offerens:[r] a quo neglectus,[s] in nullo

tum septimæ legionis, ob inimicitias, quibus causam factionum obtendebat. Julianus, audito periculo, et assumtis qui regionem noscerent, per amota loca aversaque itinera *Mœsiæ, fugit ultra juga Hæmi montis: nec postea civilibus prœliis affuit, differens viam* seu profectionem *ad Vespasianum susceptam per varias cunctationes, et ex rumoribus nectens moras, aut festinans.*

At in Pannonia tertiadecima legio et septima Galbiana, quæ tristitiam et iram Bedriacensis prœlii retinebant, haud mora, Vespasiano adjunctæ sunt, opera præcipue Antonii Primi. Is juxta leges, imperante Nerone, falsi convictus, inter alias belli calamitates, senatoriam dignitatem receperat. Præfectus a Galba septimæ legioni, ferebatur sæpe scripsisse Othoni, ducem se factioni ostendens: a quo spre-

NOTÆ

seu manipulum militum. Neque unus centurio sine milite tale facinus ausus foret: sic fieri solere et in talibus facinoribus, patet ex Tacito, multis locis.

[n] *Septimæ legionis Legatum*] Nempe *septimæ* legionis Claudianæ, quæ in Mœsia. Nam infra Antonius Primus præpositus a Galba septimæ legioni, quæ *Galbiana* dicebatur, et quæ in Pannonia merebat.

[o] *Per avia Mœsiæ, ultra montem Hæmum*] Quatuor Mœsias Ptolemæus facit; in Europa duas, superiorem et inferiorem; in Asia majorem et minorem. De Europæa hic loquitur, quæ *Bosnia*, et *Servia*, et *Bulgaria* vulgo dicitur, ditionis Turcarum. *Lupanus.*

Hæmum] Hæmus, mons Macedoniæ, Thraciæ, et Mœsiæ: hodie *Monte Argentaro* vel *Costegnas* in Macedonia, Romania, et Bulgaria, provinciis præfecturæ Romeliæ, sub Turcico imperio Europæo. *Tillemon.*

[p] *Ex nuntiis*] Scil. prout res succedebant, prout res Flavianis secundæ aut adversæ ei renuntiabantur, cunctabatur in via, aut properabat: quare et illi ademta prætura; quæ mox tamen reddita.

[q] *Belli*] Intelligit bellum Galbæ adversus Neronem, cui se hostem profitebatur Antonius, forte quasi vi ac sævitia Neronis, non jure ejectus senatu esset. *Inter alia* hujus *belli mala*, restitutus ordini Antonius, dein et præpositus septimæ Galbianæ legioni.

[r] *Ducem se partibus offerens*] Haud

Digitized by Google

Othoniani belli usu fuit: labantibus Vitellii rebus, Vespasianum secutus, grande momentum addidit; strenuus manu, sermone promtus,[t] serendæ in alios invidiæ artifex, discordiis et seditionibus potens, raptor, largitor, pace pessimus, bello non spernendus. Juncti inde Mœsici ac Pannonici exercitus, Dalmaticum militem traxere, quanquam Consularibus Legatis nihil turbantibus. Titus Ampius Flavianus[1] Pannoniam, Poppæus[2] Silvanus Dalmatiam tenebant,[u] divites senes. Sed[3] Procurator[v] aderat[4] Cornelius Fuscus,

tus, nullo usu fuit bello Othoniano: nutante Vitellii fortuna, Vespasiano accedens, ingens momentum adjecit; fortis prælio, oratione promtus, serendi in alios odii peritus, dissensionibus et bellis civilibus prævalidus, prædator, munificus, pace deterrimus, bello non temnendus. Dein junctæ simul *Mœsicæ ac Pannonicæ legiones, Dalmaticum exercitum allexere, quamvis legati consulares nihil moverent. Titus Ampius Flavianus obtinebat Pannoniam,* et *Poppæus Silvanus Dalmatiam, senes locupletes. Sed aderat Cornelius Fuscus procurator, florens ætate, nobilis stirpe.*

1 Sic bene Lipsius et Pichena e Ms. Farnes. et ipso Tacito, Hist. III. 4 et 10. A Ms. Reg. et editione principe abest, *Ampius*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Titus Fabianus*. Infra Hist. III. 4. iidem Mss. Harl. Bodl. Jes. habent, *Tum pius Flavianus*, et Hist. III. 10. Ms. Corb. *Titum Ampium Flavianum*. Brotier.—2 Brotier. habet *Pompeius*, et ita lectionem suam defendit: 'Sic bene Mss. Reg. Corb. Agr. et editio princeps. Ms. Flor. et Pichena, *Poppæus*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Pompeius Syllanus*; at iidem Mss. infra Hist. III. 50. et IV. 47. habent, *Pompeius Silvanus*. T. Ampius Flavianus et Pompeius Silvanus inter curatores aquarum memorantur, sed corrupte, ut recte monuit Ryckius, apud Frontinum, de Aquæductibus, lib. II. p. 251. *Vespasiano tertium et Cocceio Nerva consulibus, Pompeius Silvius*, corrige, *Silvanus: Silvino*, corrige, *Silvano*, successit, *Valerio et Messalino*, corrige, *Domitiano secundum et Valerio Messalino, consulibus, T. Anius Flavianus*, corrige, *T. Ampius Flavianus*.' Sic *Brot.* Bipont. habent *Poppæus*.—3 Rhenanus, *et procur.*—4 Ms. Corb. *sed procur. erat.*

NOTÆ

dubie post cædem Galbæ: sed *neglectus* est ab Othone, qui raptum per scelus imperium, tamen per bonos retinere maluit, et scelerosum perfidiosumque hominem vitavit.

[u] *Neglectus*] Haud dubie, quia ab exilio revocatus a Galba, et restitutus ordini erat; hinc metuendus Othoni, et etiam spernendus; et quia olim flagitii seu falsi damnatus, Ann. I. XIV. sic ille tenui auctoritate et mala fama in vulgus: nam licet injustis armis, tamen afferri obtendique bonas artes utile fuit.

[t] *Sermone promtus*] Facundus, et qui facile ac scite loqueretur, ut patet infra.

[u] *Tenebant*] Id est, regebant, ut legati consulares; qui nempe legatis legionum, legionibusque, et ipsis provinciis præerant: et ipsi, quia *senes*, et *divites*, non turbabant; prudenter quidem: *sed procurator . . . vigens ætate* Fuscus, *acerrimam bello faciem prætulit*. Igitur bene, *sed, &c.*

[v] *Sed Procurator*] Cujus provinciæ

vigens ætate, claris natalibus. Prima juventa, quietis[5] cupidine,[w] Senatorium ordinem exuerat: idem[6] pro Galba Dux[x]

Initio juventæ, senatorium decus reliquerat, otii desiderio: is dein *pro Galba dux*

5 Ita libri omnes. Tentant quidem eruditi viri Grotius et Huetius, *quæstus cupidine;* quod olim Mela petitione honorum abstinuerat, ut per procurationes pecuniam certius citiusque quæreret; ut dictum est supra Annal. XVI. 17. Nihil tamen mutaverim. Nihil quoque mutavit Cl. Gordon: 'He had in his early youth, from a passion for solitude and repose, divested himself of the dignity of a Senator.' Murphy sic vertit: 'In his youth he had resigned his Senatorian rank, to seek in solitude a retreat from public business.' Et certe id quietem innuit, quod dux coloniæ suæ pro Galba steterit. Mutantur autem hominum studia. Potuit ergo Fuscus prima juventa quietem, deinde pericula sectari. *Brotier.*—6 Male Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *idemque pro Galba.* Idem.

NOTÆ

procurator esset, Pannoniæ, an Dalmatiæ, minime traditur; ideo credendum est, utriusque; nam inferius apparet, eum apud utrumque exercitum auctoritatem habuisse. *Pichena.*

Sed procurator aderat] Vertunt, quasi procurator esset utriusque provinciæ. Sic Albinus utriusque Mauretaniæ procurator fuit. Infra tamen *procurationem adeptus*, non *procurationes.* Attamen, quia audaciæ promtæ Fuscus, et magnæ statim auctoritatis, ut inter senes et cunctantes legatos, facile pro suo jure se multis non modo provinciis, sed et classibus, immiscuit. Rebus turbidis procuratores se magnam Reipub. partem faciunt, simul et magnam partem cladium.

[w] *Prima juventa, quietis cupidine*] Non sane quieti hic homo ingenii, ut sequentia osteudunt. Lege *quæstus cupidine*, et expone ex illo loco Ann. XVI. 'Mela quibus Gallio et Seneca parentibus natus, petitione honorum abstinuerat, per ambitionem præposteram, ut eques Rom. consularibus potentia æquaretur: simul acquirendæ pecuniæ brevius iter credebat per procurationes administrandis principis negotiis.' *Grotius.*

An prima juventa quietis cupidus Fuscus? sed quis etiam prima juventa tantopere lucri cupidus, ut ideo senatorium ordinem exuat? Nihil mirum de Mela, qui tantum eques Rom. et cum præcipue vectigalia curarent, et procurationes haberent equites Romani, et quia fratres Melæ summis honoribus evecti erant: quod nobilitati familiæ sufficiebat.

At mirum hic, quod juvenis claris natalibus, senatoriam dignitatem, et, ut ita dicam, nobilitatem suam exuat, ut procurator fiat, ut ingentem vim pecuniæ cumulet; hoc stupendum in juvene nobili, et quidem *prima juventa.*

Certe puto fuisse illum natura et ingenio mobilem, ita ut prima juventa otium et quietem amarit, quam tandem pertæsus, postea sese rebus turbidis immiscuit, eo animo et impetu, qualem hic describit Tacitus.

Sæpe enim fit, ut qui in pace nullius auctoritatis aut momenti sunt, in turbis ac motibus audacissimi sint et acerrimi instigatores, ut malint *nova*, licet *ambigua* et periculosa, quam certas et olim partas opes, quibus quiete et tranquille frui possent.

Itaque *prima juventa* cupidus quietis Fuscus, dein post otium, avidus turbæ, discordiarum, et belli. Sunt

Digitized by Google

coloniæ[7] suæ, eaque opera Procurationem adeptus,[7] susceptis Vespasiani partibus, acerrimam bello facem prætulit: non tam præmiis periculorum, quam ipsis periculis lætus: pro certis et olim partis nova, ambigua, ancipitia[8] malebat. Igitur movere et quatere, quicquid usquam ægrum[x] foret,

civitatis suæ, eoque officio meritus procurationem, amplexusque Vespasiani partes, acribus ministeriis bellum adjuvit; non tam discriminum pretio, aut præda, *quam ipsis discriminibus lætus:* ille *pro certis opibus et olim acquisitis, recentia, incerta, periculosa præferebat. Igitur incipiunt turbare, et moliri,* ac labefacere *quicquid*

7 Male Ms. Corb. et editio princeps, *adeptus est.* Brotier.—8 Brotierus habet *et ancipitia:* et ita Mss. et editiones veteres. In recentioribus editio-

NOTÆ

qui inter negotia exoptent otium, quod si adepti sint, tamen eos statim pœnitet prioris voti. Sic est ingenium hominis; in bello, in negotiis quietem cupimus, dein et in otio negotium: ita qui quietem prius amavere, data occasione, maxime prorumpunt in bella ac turbas.

Quietis] Potuit Fuscus primo amare quietem ob atrocitatem temporum, et præsertim imperante Nerone: tum enim exitio erat stirpis claritudo, ut et magna virtus atque industria.

Sed rebus motis contra Neronem, se statim ducem coloniæ suæ accommodavit pro Galba, et tum meliora altioraque sperare cœpit. Nec defuit fortuna. Galba quippe eum statim procuratione amplissima exornavit; deinde et pro Flavianis etiam majora molitus est.

Repete ex Ann. XVI. 35. ultima verba Thraseæ ad Quæstorem consulis, qui senatusconsultum ei attulerat: 'Specta, juvenis, et omen quidem Dii prohibeant. Ceterum in ea tempora natus es, quibus firmare animum expediat constantibus exemplis.' Et ibid. 26. ad Rusticum Arulenum: 'Multum ante secum expenderet, quod tali in tempore capessendæ Reipubl. iter ingrederetur.'

Id evincit, potuisse Fuscum juvenem, respicientem ad tempora sua, *cupidine quietis*; *senatorium ordinem* exuere. Et certe tum quiescebat, 'beatus procul negotiis' in provincia, ubi *pro Galba dux coloniæ suæ* fuit, rebus motis adversus Neronem.

Quietis cupidine] Cujus statim pœnituit. Nam statim novo motu Vindicis, 'pro certis et olim partis opibus, nova, ambigua, ancipitia malebat;' periculis magis lætus, quam præmiis: quibus scil. præmiis jam fruebatur, si frui partis sciret aut posset vir animi inquies: 'Serviet æternum qui parvo nesciet uti.'

x *Pro Galba Dux*] Forte aliquid susceperat adversus Neronem, cum ille destitutus est: forte tum in Galbianas partes traxerat coloniam, simulque provinciam.

7 *Dux coloniæ*] Non, ut vult Clar. Harlæus, a Galba institutus est dux coloniæ suæ; sed se ipse Fuscus ducem fecerat pro Galba contra Neronem, ut fit *turbidis rebus.* Tum quisque se pro libito *partem Reipub.* facit; in cujus rei gratiam, procurationem a Galba accepit, non coloniæ solum, sed totius provinciæ.

8 *Ægrum*] Quotquot nutabant, dubitabantve, et in res novas proni e-

Digitized by Google

aggrediuntur.[9a] Scriptæ in Britanniam ad quartadecimanos, in Hispaniam ad primanos[b] epistolæ: quod utraque legio pro Othone, adversa Vitellio fuerat. Sparguntur per Gallias literæ:[c] momentoque temporis flagrabat ingens bellum, Illyricis[d] exercitibus palam desciscentibus, ceteris fortunam secuturis.[e]

usquam ægrum esset, aut nutaret. *Missæ in Britanniam literæ ad quartadecimanos, in Hispaniam ad primanos; quod ambæ hæ legiones pro Othone stetissent adversus Vitellium. Passim scriptæ per Gallias epistolæ; et breri tempore exardebat immensum bellum, Illyrico milite aperte rebellante, reliquis, ut fortuna daret, accessuris.*

nibus omissa copula, *et*.—9 Sic bene Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. editiones veteres et recentiores. Male Beroaldus, *aggreditur*. Hæc enim non ad unum Fuscum, sed ad Vespasianum ceterosque Flavianarum partium duces pertinent. *Brotier*.

NOTÆ

rant. Hæc enim præcipua ægritudo in membris partibusque Reipub. cum nempe nihil certum usquam fidumque imperantibus existat, cum partes imperii in se ipsas dissideant certentque, cum in sua viscera civitas arma induit, velut a semet abrupta et distracta.

Sic supra Hist. I. 4. 'Repetendum videtur .... quid in toto terrarum orbe validum, quid ægrum fuerit.'

[a] *Aggrediuntur*] Ad Vespasianum ceterosque suarum partium duces respicit. *Pichena*.

Hoc forte referendum ad illa verba quæ supra: 'accelerata interim Vespasiani cœpta,' &c. et ad illa sequentia: 'dum hæc per provincias a Vespasiano ducibusque partium geruntur,' &c.

Aggrediuntur] De Vespasiano, Muciano, aliisque magistris seu ministris novæ dominationis id intelligendum.

Aggrediuntur] Præcipue Antonius et Fuscus, qui veluti faces belli, quicquid ubique ægrum fuit, movebant, excitabant, quatiebant, ut tandem res in bellum invalescerent, erumperent.

[b] *Ad primanos*] Vocatur legio hæc supra, *prima Adjutrix*, seu *prima Classica*.

[c] *Per Gallias literæ*] Nempe ad proceres Galliarum, ut scil. res turbarent, faverentque partibus. Quem prætextum arripuit Civilis et alii Belgicæ principes. Ad Civilem proprias in id literas scripserat Antonius.

[d] *Illyricis*] Intelligit duas legiones Pannoniæ, *septimam Galbianam* et *tertiam decimam Geminam*; tres Mœsicas, scil. *septimam Claudianam*, *tertiam Gallicam*, et *octavam Augustam*: quibus additæ 16. alæ et multæ cohortes. Nam post victoriam Cremonensem adjunxit se *undecima Claudiana* e Dalmatia.

[e] *Ceteris fortunam secuturis*] Nempe *quartadecimanis*; qui simul et traxere alias legiones Britannicas: et etiam *primanis*; qui et allexere decimam ac sextam in Hispania.

Galliæ inermes erant, sed tributis opibusque juvare partes poterant. Et certe dictæ hæ legiones victoriam tantum et *fortunam* secutæ sunt, nondum tamen profligato prorsus bello.

Digitized by Google

87. Dum[1] hæc per provincias a Vespasiano Ducibusque partium geruntur, Vitellius contemtior in dies segniorque, ad omnes municipiorum villarumque amœnitates[f] resistens, gravi urbem agmine petebat. Sexaginta millia armatorum[g] sequebantur, licentia corrupta: calonum numerus amplior: procacissimis[h] etiam inter servos[2] [i] lixarum ingeniis: tot

Dum hæc per provincias aguntur a Vespasiano et ducibus factionis, Vitellius vilior in dies et inertior, ad omnes coloniarum prædiorumque delicias divertens desidensque, tendebat Romam cum importuno comitatu. Sexaginta millia militum sectabantur, lascivia depravata: lixarum multitudo major; petulantissimis etiam

1 Ms. Corb. *Cum hæc.*—2 Ita libri omnes. Male tentat Lipsius, *inter severos.* Servorum enim procacissimi lixæ. *Brotier.*

NOTÆ

[f] *Villarumque amœnitates*] Suet. Vitell. 10. 'Namque itinere inchoato, per medias civitates, ritu triumphantium vectus est: perque flumina delicatissimis navigiis, et variarum coronarum genere redimitis, inter profusissimos opsoniorum apparatus.'

[g] *Sexaginta millia armatorum*] Valens e Germania collegerat quadraginta millia armatorum, præter legionem Italicam, et octo cohortes Batavorum, &c. Cæcina triginta millia, præter alam Syllanam, &c. 'Vitellius tota mole belli secuturus,' ait Tacit. Hist. I. 61. et hoc lib. 'Reliquas Germanici exercitus vires trahebat,' præter octo millia e Britannico delectu.

Ex multitudine in hunc locum collecta, nihil in Tacito occurrit, quod persuadeat, quicquam dimissum, præter cohortes Batavorum; et tamen sexaginta tantum armatorum millia hic numerantur. *Savil.*

Sexaginta millia] Omnia auxilia Galliæ ad suos remissa, et forte quædam legionariorum vexilla, simul et ad ripam tuendam, et ad victos ipsos custodiendos; eos enim *modeste distraxerat* Vitellius supra.

Forte in municipiis Galliæ et Italiæ partem cohortium seu vexillorum reliquerat: vel forte intervenit error ex notis numeralibus.

Certe si annumeres quadraginta millia Valentis, octo cohortes Batavorum, legionem Italicam, et triginta millia Cæcinæ; dein et exercitum Vitellii cum octo millibus Britannicorum, reperies, habuisse centum millia armatorum: nisi forte sexaginta illa millia intelligantur de solis legionariis; quod non puto.

[h] *Procacissimis, &c.*] Rescribo: *procacissimis etiam inter severos*, (hoc est, retinentes disciplinæ,) *lixarum ingeniis:* hoc ait, ut intelligatur, quantum damni intulerit ista hominum fæx, inter omnigenam omnium licentiam; quæ etiam inter *severos* disciplinæ custodes vix continetur.

Similia fere statim subjicit: 'Tot legatorum amicorumque comitatus inhabilis ad parendum, etiam si summa modestia regeretur.' Adde infra Hist. IV. 20. 'Lixarum procax manus.' *Freinshemius.*

Procacissimis] Calones lixæque mali et procaces, præsertim armis civilibus, et corrupta militia; sed longe

Digitized by Google

Legatorum[j] amicorumque comitatus, inhabilis ad parendum, etiam si summa modestia regeretur. Onerabant multitudinem obvii ex urbe Senatores Equitesque: quidam metu,[k] multi per adulationem, ceteri ac paulatim omnes, ne, aliis proficiscentibus, ipsi remanerent. Aggregabantur e plebe, flagitiosa per obsequia Vitellio cogniti, scurræ, histriones,

inter mancipia calonum ingeniis: tot legatorum et amicorum agmen, haud idoneum obsequio, etiam si severissima disciplina contineretur. Graviorem efficiebant multitudinem occurrentes ex urbe patres equitesque: nonnulli formidine, plerique per assentationem, reliqui ac sensim universi, ne, aliis abeuntibus, ipsi morarentur. Adjungebantur e vulgo, scelerosa per officia Vitellio noti, mimi, saniones, aurigæ,

NOTÆ

pessimi et procacissimi illi, servis tot legatorum amicorumque, qui ad officium et honorem novi principis occurrebant, immixti. Tum in illa colluvie lixæ confusi longe audacissimi, et quasi nova lues ac nova audacia addita foret, longe pessimi erant. Videtur Tacitus reddere rationem, cur tum procacissima essent lixarum ingenia, quia scil. inter servos, seu in turba servorum; quia scil. tantus ille comitatus, id est, servi seu liberti 'legatorum et amicorum inhabilis ad parendum, etiam si summa modestia regeretur.' Quod addit, quia tali principe, et bello civili, corrupta prorsus disciplina castrorum erat.

[i] *Inter servos*] Non quod præcise lixæ sint hic procacissimi servorum, ut vertunt; sed quia mixti servis lixæ, seu calones, longe magis lasciviunt; ut qui tum licentiam et audaciam castrensem urbanæ lasciviæ adjungant, et servile ingenium tum æmulentur, aut etiam superare gaudeant. Sicque illi pravitati pravitatem, et veluti veneno novum virus adjiciebant.

[j] *Tot Legatorum*] Non legatos accipio, a civitatibus Vitellio missos, honoris et obsequii causa, sed legatos legionum. *Pich.* Quidni etiam legatos sociorum regum et civitatum? Non potuit esse numerus ingens legatorum legionum, quarum vexillarii fere tantum aderant. Tantum tres aquilæ advectæ fuerant.

Tot legatorum] Intellige legatos seu oratores missos a senatu, provinciis, civitatibus, et regibus, qui colere novum Cæsarem festinabant, aut necessitate negotiorum in comitatu erant. Et hi *legati*, tali nomine distinguendi ab illis, qui sua sponte et privato officio adveniebant. *Obvii* scil. *ex urbe Senatores equitesque, &c.* quibus tamen et ingens agmen servorum assistebat.

Legatos] Legionum, seu vexillariorum. Nam haud dubie legati legionum ducebant vexillarios suarum legionum. In quibus forte intelligendi etiam præfecti castrorum, et præfecti sociorum, seu alarum.

[k] *Quidam metu*] Neque certe fas proceribus tunc abesse, et veluti crimen fuit tum non occurrere, non colere officiis novum principem. Quod firmat Plinius l. III. Epist. 7. ubi de Silio Italico: 'Seque in Campania tenuit. Hoc liberum fuit, ac ne adventu quidem novi principis inde commotus est. Magna Cæsaris (Trajani) laus, sub quo liberum fuit; magna illius, qui hac libertate ausus est uti.'

Digitized by Google

aurigæ, quibus ille amicitiarum dehonestamentis[l] mire gaudebat. Nec coloniæ modo, aut municipia, congestu copiarum,[m] sed ipsi cultores arvaque, maturis jam frugibus, ut hostile solum vastabantur.

88. Multæ et[1] atroces inter se militum cædes, post seditionem Ticini cœptam manente legionum auxiliorumque discordia; ubi adversus paganos certandum foret, consensu. Sed plurima strages ad septimum[n] ab urbe lapidem. Singulis[o] ibi militibus Vitellius paratos cibos, ut gladiatoriam saginam,[p] dividebat: et effusa plebes[2] totis se castris miscuerat. Incuriosos milites, vernacula utebantur[3] urbani-

quibus ipse amicitiarum flagitiis admodum delectabatur. Nec civitates solummodo, aut oppida, præbendis copiis et commeatibus, *sed* etiam *ipsi coloni et agri, flavis jam messibus, ut hostiles terræ diripiebantur.*

Multæ et immanes neces militum inter se, post discordiam Ticini ortam, durante dissensione legionum sociorumque; concordia vero, *cum adversus paganos pugnandum foret. Sed maxima clades cædesque ad septimum a civitate lapidem. Ibi Vitellius viritim militi distribuerat provisas epulas, quasi saginaret gladiatores; et erumpens confluensque populus, promiscue se totis castris effuderat. Nonnulli*

1 Ms. Agr. *ad* vice *et*.—2 Ita quidem Ms. Corb. et editiones recentiores. Æque bene Ms. Harl. et veteres editiones, *plebs*. Brotier.—3 Sic Mss. et vet. edd. Quod quidem ferri posset. At cum id tamen Cornelianum stylum minime sapiat, recte conjecit Lipsius, *ut rebantur;* et sic scribit Ryckius, Gronovius, et Brotier. In mediis quibusdam editionibus, *vernacula urbani-*

NOTÆ

[l] *Amicitiarum dehonestamentis*] Suet. Vitell. 11. 'Magnam imperii partem non nisi consilio et arbitrio vilissimi cujusque histrionum et aurigarum administravit.' Et c. 18. 'Alterum femur subdebile, impulsu olim quadrigæ, cum auriganti Caio ministratorem exhiberet.'

Amicitiarum] Tales homines agnoscere palam non erubescebat Vitellius; 'nec se gerebat ille,' inquit Dio, 'ut multi alii, qui, præter expectationem ad dignitatis fastigium evecti, spernunt eos qui humillimam eorum fortunam olim cognovere.' Hoc quidem recte: probaturque in bonis et egregiis viris; at in gaeconibus, quid nisi flagitium?

[m] *Congestu copiarum*] Nempe ad epulas et comissationes Vitellii, simul et comitum militumque, quibus 'cibos, ut gladiatoriam saginam, dividebat.'

[n] *Ad septimum*] Sunt duæ leucæ Gallicæ.

[o] *Singulis*] Scilicet, Per cohortes et manipulos compositis; ut sic saltem distinguerentur.

[p] *Gladiatoriam saginam*] Gladiatores et athletæ apud veteres delicate habiti, et quodammodo saginati. Atque eo digitum velut intendit usitata phrasis: 'athleticus habitus et gladiatoria sagina.'

Cic. 'cum gladiatoria totius corporis firmitate.' Cyprianus: 'impletur in succum cibis fortioribus corpus, et

Digitized by Google

tate,[q] quidam spoliavere, abscisis[4][r] furtim balteis, [s] an accincti forent,'[s] rogitantes. Non tulit ludibrium insolens contumeliæ animus: inermem populum gladiis invasere: cæsus inter alios pater militis, cum filium comitaretur;[5][t] deinde agnitus: et, vulgata cæde, temperatum ab innoxiis. In urbe tamen trepidatum,[u] præcurrentibus passim militibus. Forum maxime petebant, cupidine visendi locum, in quo Galba jacuisset.[v] Nec minus sævum[6] spectaculum erant

urbanis, ut putabant, *facetiis, negligentes milites discinxere, clam abruptis balteis, postulantes*, an cingulum haberent. *Non tolerarit contumeliam insuetus convicii miles: inermem plebem* strictis *mucronibus involavere: occisus inter alios parens militis, cum in consortio filii esset; postea cognitus; et, sparso rumore necis, abstinuere ab insontibus. In civitate tamen formidatum, prævenientibus undequaque militibus. In forum præcipue tendebant, desiderio spectandi locum, in quo Galba*

tate, omissis, *ut rebantur*. Brotier. Bipont. servant *utebantur*.—4 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *abscissis*. Brotier.—5 Frustra tentabat Reinesius, *conviciaretur*. Patet ex iis quæ sequuntur, patrem illum fuisse filio suo comitem, non vero conviciatorem. Unde cum temere in hoc tumultu, non a filio, sed ab aliquo milite, fuisset interfectus, deinde agnitus, et vulgata cæde, temperatum est ab innoxiis. *Brotier*.—6 Habent quidem Mss. Flor. et Harl. *Scævum*; ediditque Jac. Gronovius. Id tamen librariorum rusticitati potius, quam

NOTÆ

arvina assidui nidoris moles membrorum robusta pinguescit, ut saginatus in pœnam carius pereat.' *Savilius*.

[q] *Vernacula urbanitate*] Illi jocari se urbanatim censebant; at milites rusticatim tetigerunt. *Lipsius*.

[r] *Abscisis*] Nempe, a tergo forte abscindebant balteos interim, dum lasciviret miles.

[s] *An accincti forent*] Nempe ignominiosum, et instar flagitii fuit militi, non esse accinctum, nec sufficiebat pugio; simul requirebatur et gladius: quare *non tulit ludibrium insolens* talis *contumeliæ miles*.

[t] *Cum filium comitaretur*] Pater undecumque filium prosecutus, non a filio, sed ab alio milite, hominem ignorante, cæsus est: deinde intellectum est, non hunc in ea culpa, neque e scurris istis fuisse, sed filio comitem hæsisse. *Gronovius*.

[u] *In urbe tamen trepidatum*] Ob cædem nempe plebeculæ urbanæ; et quia Germaniciani milites, adhuc a cæde rubentes, præcurrerent in urbem.

[v] *In quo Galba jacuisset*] Infesti illi Othoni, ut quem armis profligarant, et quia occiderat Galbam; et profligato Othone, jam deplorabant, et quasi desiderabant Galbam; licet etiam in ipsum rebellassent, licet neutrum vellent, nec Galbam nec Othonem; neque vel ipsum Vitellium, nisi simul cum illo bellum, prædam, et spolia obtinuissent.

In quo Galba] Rebellarant adversus Galbam et eum oderant; sed statim propior iræ et injuriæ Otho, qui Galbam occiderat; statim carior Galba, quia occisus fatoque defunctus.

Digitized by Google

ipsi,[7] tergis ferarum et ingentibus telis horrentes, cum turbam populi per inscitiam[w] parum vitarent, aut, ubi lubrico viæ vel occursu alicujus procidissent, ad jurgium, mox[8] ad manus et ferrum transirent. Quin et[x] Tribuni Præfectique[y] cum terrore et armatorum catervis[z] volitabant.

89. Ipse Vitellius, a ponte Milvio,[a] insigni equo, paludatus[b] accinctusque, Senatum et Populum ante se agens,

interfectus esset. Nec minus atrox spectaculum præbebant ipsi, spoliis ferarum et enormibus hastis terribiles, cum multitudinem plebis per imprudentiam non satis declinarent, aut, cum prolapsi essent lubrico itineris, vel offensione alicujus, ad rixam, dein ad vim et ad arma irent. Quin etiam tribuni et præfecti, illato pavore, et multo confertoque milite stipati, passim *vagabantur.*

Ipse Vitellius, a ponte Milvio, conspicuo equo, cum paludamento et armis, ante se

antiquitati tribuerim. Ceteri omnes libri habent *sævum*. Brotier.—7 *Ipsi* deest in Budens.—8 Et in eodem deest *mox*.

NOTÆ

Post Neronem, oderant Vindicem. Post Vindicem, Verginium; post Verginium, Galbam; dein Othonem. Etiam et in Vitellium rebellaturi, nisi flagitiis et licentia placeret.

[w] *Per inscitiam*] Urbanitatis ignari, aut quia non satis adverterent vitandæ turbæ, tantæ multitudinis insueti.

[x] *Quin et*] Quin et pavorem augebant tribuni, &c.

[y] *Tribuni Præfectique*] *Tribuni* cohortium legionariarum vel prætorianarum: *præfecti*, duces cohortium quæ extra legionis corpus merebant, seu auxiliarium. Vel *præfecti* sunt, quicumque præpositi: erant enim *præfecti castrorum*, præfecti legionum, qui nempe vicem legatorum obirent; *præfecti* vexillariorum, auxiliarium, aut etiam equitum utriusque generis, sive legionariorum sive sociorum.

[z] *Catervis*] Sic forte vocat, quia Germaniciani erant illi; et ut sic distinguat a cohortibus et alis Romana disciplina *ordinatis*. Catervæ barbarorum 6000. milites habuere, ut legio Rom. sed de istis non intelligendus hic Tacitus: innuit tantum de globis, qui pares sint centuriis aut manipulis. Aut sic tantum spernit, quasi barbaros.

[a] *Ponte Milvio*] Vide l. I. c. 87.

[b] *Paludatus*] Videtur hic mos fuisse introëundi urbem armis victam. Josephus, Excid. IV. c. 35. hujus quoque ingressus meminit. *Savilius.*

Ex his verbis satis patet, inter *prætextam* et *paludamentum* longam esse differentiam. Nam *paludati* erant consules, exercituum duces, et ipsi imperatores.

Valerius de Crasso loquens, cum in Parthos proficisceretur: 'Pullum ei traditum est paludamentum; cum in prælium exeuntibus album et purpureum dari soleret.'

Id quoque melius Plinii exemplo in Paneg. demonstratur: 'Gestus consulatus, non hoc urbis otio, et intimo sinu pacis, sed juxta barbaras gentes, ut illi solebant quibus erat mos paludamento mutare prætextam.' *Lupanus.*

Paludatus accinctusque] Dissentit

Digitized by Google

quo minus, ut captam, urbem[c] ingrederetur, amicorum consilio deterritus, sumta prætexta[d] et composito agmine, incessit. Quatuor legionum aquilæ[e] per frontem, totidem-

pellens patres plebemque, amicis monentibus absterritus, ne velut expugnatam civitatem introiret, accepta prætexta, et pacato incessu ingressus est. Aquilæ

NOTÆ

Suet. a Tacito. Sic enim Vitell. 19. ' Urbem denique ad classicum introiit paludatus, ferroque succinctus, inter signa atque vexilla, sagulatis comitibus, ac detectis commilitonum armis.' Sagulati illi, ut bello, et, *detectis armis*, quasi bello captam aut rebellem urbem intrarent. Sic in Tib. 37. ' Cum Polentina plebs,' &c. cohortes ' detectis repente armis, concinentibusque signis, per diversas portas in oppidum immisit, ac partem majorem plebis ac decurionum in perpetua vincula conjecit.'

[c] *Ut captam, urbem*] Quia nempe paludamento seu sago militari opertus, accinctusque gladio fuit, quasi urbem expugnasset armis. Pro *paludamento* tamen, *sumta prætexta*, ingressus est *composito agmine:* quod opponitur hostili agmini; quo scil. paludatus succinctusque ferro incedebat.

[d] *Sumta prætexta*] Toga scil. prætexta, quæ pacis insigne. Et cur, *ut captam urbem ingrederetur*, in quo nemo rebellabat? quid opus sago et paludamento, ubi nullum jam diu bellum? Prætextam induebant omnes magistratus ac sacerdotes; at Vitellius jam princeps, et eo ipso magistratuum supremus ut et sacerdotum, quia Pontifex Maximus, quæ dignitas principatui annexa.

Fuit et proconsul, et tribunus pleb. perpetuus. Itaque princeps, ut tot dignitatibus exornatus, et etiam ut senator ipse, et ut princeps senatus, *prætextam* indnere debuit.

Igitur composito ac pacato agmine incedens princeps, pacis insignia habere, et quia princeps coram senatu, prætextam induere debuit.

Forte ea causa apud Sueton. Ner. 57. ' Non defuerunt, qui imagines prætextatas (Neronis) in rostris proferrent, modo edicta, quasi viventis;' scil. quasi adhuc imperaret et princeps esset, *prætextatus* pingebatur, et *edicta* proponebat. Scil. leges omnesque magistratus in se traxerat princeps; ' omnia Cæsar erat.'

[e] *Quatuor legionum aquilæ*] Octo legiones, quæ hic et alibi velut in partibus Vitellianis notantur, fuerunt *Italica*, Lugduno advecta, et septem legiones e Germania, nulla licet integra, nisi sola Rapax. Ceteræ omnes imminutæ, relicta militum parte, quibus tamen divisis nomen utrimque priscum, et velut suo toti, manet. *Sevilius.*

Quatuor legionum aquilæ] Sic capiunt, quasi Aquilæ et signa sola invecta fuerint per frontem, prope astantibus præfectis tribunisque et primis centurionibus; non autem milites seu legiones hoc loco, aut eo ipso ordine incesserint.

Nempe, quasi aquilæ ac vexilla peditum et signa equitum simul et per frontem ferrentur, in speciem ac pompam; dein legionum seu *peditum ordines;* et post pedites, *eques* succederet; dein ingrederentur cohortes, seu auxiliares; ut sic nomina gentium armorumque discernerentur. Ita ut clarissimi præfecti tribunique et centuriones soli aquilæ astarent, seu propius vexillis incederent; centu-

Digitized by Google

que circa e legionibus aliis vexilla, mox XII. alarum signa,[f] et post peditum[g] ordines, eques: dein[1] quatuor

quatuor legionum in fronte, totidemque circum vexilla aliarum legionum, dein signa duodecim alarum, et post pedestre agmen, equitatus: postea quatuor et triginta

1 Ms. Reg. et editio princeps, *dehinc.*

NOTÆ

riones ceteri juxta suam quisque centuriam, et reliquus miles ordine quo dictum est.

Quibus non assentior: quasi vero separata ab Aquila seu legio seu miles incederet. Certe primæ per frontem incedebant aquilæ; sed suo solitoque ordine militiæ, quasi in aciem assisterent, ita ut quatuor illæ aquilæ seu legiones componerent agmen, cujus duo cornua erant, seu duo latera, scil. aliud dextrum, aliud sinistrum. In dextro latere incessit una legio, ita ut prima cohors legionis prior ordinata esset in dextro, ex more; et ibi aquila, ibi principia, ibi et præfecti, tribuni, et nobiliores omnes.

Sic et secunda legio suo ordine etiam habuit in prima cohorte suam Aquilam, et sua principia, duces, tribunos, &c. Sic tertia legio etiam per frontem et suo ordine in lævo latere; ita ut in prima etiam ipsius cohorte Aquila esset.

Sic et quarta legio, quæ remotior in sinistro: et illæ aquilæ, seu principia locata in prima cohorte, et prima cohors semper in primis ordinibus; ita ut illæ quatuor Aquilæ recta linea incedentes *per frontem*, scil. singulæ in prima cohorte, seu in primis ordinibus, possent uno intuitu conspici populis civibusque obviam venientibus; idque non sine magna pompa et eximio spectaculo. Et sequebantur eodem ordine vexilla quatuor aliarum legionum, dein *eques*, et *auxilia* suo loco. Ita igitur incessere aquilæ seu legiones, ut v. g. *Quinta* prima esset in dextro cornu, *Prima* prope adesset in eodem latere, *Italica* incederet in sinistro, dein ultimo *Rapax* etiam in lævo cornu, sic procedendo a dextro in sinistrum latus, ordine militiæ. Certe *Aquilam* quintæ legionis habuit Fabius Valens, dein et *aquilam Italicæ*, quam Lugduno advexit. Cæcina vero habuit aquilam unaetvicesimæ seu Rapacis; quam *aquilam* secum invexerit ipse Vitellius, non reperi. Habuit tamen *aquilam* unam ex Germanicis. At nullam avexit aquilam ex Britannia. 'E Britannico delectu octo millia sibi adjunxit,' inquit Tacitus, id est, octo millia vexillariorum, quæ scil. ipse delegerat e tribus legionibus Britannicis, *Nona* scil. *Secunda*, et *Vigesima*.

[f] *Mox* XII. *alarum signa*] Præcedebant aquilæ seu legiones integræ quatuor, dein vexilla etiam legionum quatuor. En pedites legionarii, et *post* illos *pedites, eques*, seu XII. *alarum signa*, quod idem est ac *eques*: dein sequebantur *quatuor et triginta* cohortes, auxiliarium nempe.

[g] *Post peditum*] Sic cepit Clar. Harlæus, quasi post XII. *alarum signa* incederent *peditum ordines*, mox *eques*, *dein quatuor et triginta cohortes*, discretæ per *nomina gentium*, aut per *species armorum*.

Aliud tamen innuere videntur verba Taciti, ita ut post quatuor aquilas et totidem vexilla, incederent XII. alarum signa, quæ erant copiæ eques-

Digitized by Google

et XXX. cohortes,[h] ut nomina gentium, aut[2] species armorum[1] forent,[3] discretæ. Ante aquilam[4] [j] Præfecti castrorum

cohortes, ut vocabula nationum, aut genera armorum forent, distinctæ. Ante aqui-

2 Ms. Reg. *ut* pro *aut*.—3 *Forent*, videtur redundare. *Brotier*.—4 Flor. *aquila*. Lipsius vult *aquilas*.

NOTÆ

tres legionum, seu vexillariorum, ideoque Tacitus dicit, 'mox XII. alarum signa, et post peditum ordines, eques.'

Ita ut harum alarum signa et eques hic unum et idem sint; ita ut post grave agmen legionum vexillorumque, immediate sequatur eques legionarius, forte et alæ sociorum; dein auxiliarii pedites succedant; nempe, 34. *cohortes*, quæ discretæ agmine et incessu, pro nationibus, aut armis.

Seu potius ita incedebant aquilæ, vexilla, et alæ seu eques, dein et 34. cohortes, sociorum nempe, ut eo incessu nomina gentium et species armorum distinguerentur: nisi forte alæ illæ fuerint separatæ a corpore legionum, ut *ala Petrina*, et *ala Syllana*, de quibus supra; ita ut nulla ibi mentio sit equitis legionarii, ut qui forte tum idem corpus constitueret cum legione.

Et si separatæ alæ istæ sint, idem sensus recurrit, de quo modo diximus: ita ut post aquilas et vexilla, seu post pedites, incederent duodecim alæ, et, si vis, reliquus equitatus.

Et de 34. cohortibus idem dici potest, quod dixi de alis. Vel illæ cohortes seorsim merebant, et Romanæ tamen erant; vel partim Romanæ illæ, partim auxiliares fuere.

Sed ubi vexilla Britannica? vel inter illas *cohortes* seorsim merentes annumerati, seu potius quatuor vexillis additi Britannici illi.

Et ibi haud dubie inter *cohortes* istas, Lusitani, ac Thraces, de quibus supra Tacitus, ut et Gallorum ac Germanorum auxilia, nisi forte jam remissa in patriam, aut in aliqua parte Italiæ habita sint.

[h] *Quatuor et* XXX. *cohortes*] Auxiliares erant, ut puto, et hæ æquivalent tribus legionibus. Erant ibi octo legiones, (nam nomine vexillariorum ipsæ legiones intelliguntur,) et par auxiliarium numerus adesse debuit, sed jam auxilia pleraque dimissa erant. Ut pari pompa incederent quatuor aquilæ et quatuor vexilla per frontem, plures vexillares cohortes sub uno insigni vexillo ordinatæ sunt: nam aderant septem legionum vexillarii, qui sub quatuor vexillis instructi sunt in majorem pompæ speciem. Ita ut 34. cohortes, quæ sequuntur, sint tantum sociorum. Et illa duodecim alarum signa, capio fuisse, partim alas Romanas, partim auxiliares. Post peditum ordines eques; id est, incedebat eques post aquilas et vexilla; nam triginta cohortes illæ agmen claudebant: et hæ forte partim Romanæ separatæ, forte omnes sociorum erant.

[i] *Species armorum*] Alia arma induebant Lusitani, alia Britanni, Thraces, Galli, Germani, &c.

[j] *Ante aquilam*] Accipe, ante quamque suam aquilam; alioqui verius *aquilas;* nam quatuor erant simul. *Lipsius.*

Ante aquilam Præfecti castrorum] Præfecti castrorum ordine et digni-

Digitized by Google

Tribunique et primi Centurionum, candida veste:[k] ceteri juxta suam quisque centuriam, armis donisque fulgentes.[l] Et militum phaleræ[m] torquesque splendebant: decora facies,

lam præfecti castrorum et tribuni, et præcipui centurionum, alba veste: reliqui apud suam quisque centuriam, splendentes armis donisque. Et fulgebant militum phaleræ et monilia: egregium atque insigne spectaculum, et agmen, non Vitellio

NOTÆ

tate antecedebant tribunos, et sæpe pro legatis legioni præerant.

Itaque legati legionum non ad aquilam tum assistebant, sed simul cum legatis exercituum Fabio Valente et Cæcina, et cum consularibus et proceribus haud dubie latus principis tegebant in ea pompa.

Et hinc patet, fuisse in qualibet legione suum præfectum castrorum. Nam singuli præfecti hic ante suam quamque aquilam; ordine enim suo incedebant aquilæ seu ordine militiæ, ut et vexilla, non simul.

Ante aquilam præfecti castrorum] Qui, ut puto, totidem erant, quot aderant legiones et vexilla. Nam loco legatorum præerant legionibus, et vexillarios legionum ipsi ducebant. Nulla hic mentio legatorum cujuslibet legionis, qui pauci forte, et in Germania apud aquilas in castris remanserant: non *ante aquilam* stabant, sed principis latus cingebant, qui aderant legati, per honorem, ut Fabius et Cæcina: qui ea causa non in vulgo comitum censebantur.

[k] *Primi Centurionum, candida veste*] Scil. primipili: nam centuriones 'ceteri juxta suam quisque centuriam.'

Candida veste] Ut togati scil. seu Romani, et præcipue nobiliores et vetusti moris retinentes. Nam vulgus mox pullatum. Plin. l. VII. Epist. 17. 'Nam illos quoque sordidos pullatosque reveremur.'

Candida veste] Romana nempe toga induti velut in pace, ne sagis seu paludamentis operti, togatos civesque sic exterrerent, ne veluti *captam urbem* ingrederentur: et quia proximi principi incedebant, qui eadem veste utebatur.

Nam Vitellius 'sumta prætexta et composito agmine incessit.' Et supra reprehenditur Cæcina ut vanus, qui versicolore sago indutus et braccis, more barbarorum, togatos alloqueretur.

[l] *Donisque fulgentes*] Id est, militiæ præmiis; quæ insignia virtutis et decora, ut torques, coronæ, phaleræ, &c.

Armis donisque fulgentes] Sic Sueton. Vitell. 11. 'Detectis commilitonum armis.' Conveniunt auctores in eo, quod introierit cum legionibus armatis et sub signis et ad classicum; an vero *paludatus* ipse et cum comitibus sagulatis, dissentiunt. Attamen cum dicit Sueton. *detectis . . . armis*, sic magis invehitur in Vitellium, quasi captam urbem ingressus sit. At lenius clementiusque Tacitus, qui dicit *armis . . . fulgentes*, scil. ut in pace, ut in triumpho.

[m] *Militum phaleræ*] Quomodo militum? nam videntur ea esse tantum ornamenta equorum, aut saltem equitum: equi veluti torques gestabant, ex Lipsio l. v. dial. 17. *Phaleræ* distinctæ a torquibus; illæ demissæ ad pectus pendebant; hi stringebant magis, et ambiebant ipsum collum.

Diversitas etiam in forma, quod illæ pleniores et magis jacentes; isti contorti, et ex annulis aut catellis plexi.

Digitized by Google

et non Vitellio Principe dignus exercitus.[5] Sic Capitolium[n] ingressus, atque ibi matrem complexus, Augustæ nomine honoravit.[6]

90. Postera die, tanquam apud alterius civitatis Senatum Populumque, magnificam orationem de semetipso[o] promsit, industriam temperantiamque suam laudibus attollens: consciis flagitiorum ipsis, qui aderant, omnique Italia, per quam somno et luxu pudendus[p] incesserat. Vulgus[q]

Imperatore dignum. Sic iniit Capitolium, atque ibi cum salutasset matrem, Augustæ vocabulo exornavit.

Postridie ejus diei, quasi apud alienæ urbis patres plebemque, splendidam orationem de semetipso pronuntiavit, laudibus celebrans ingenium et continentiam suam: testibus vitiorum ipsis, qui audiebant, universaque Italia, per quam ingressus erat sopore et luxuria erubescendus. Plebs tamen, cui nulla Reip. *cura, et sine discre-*

5 Hæc quidem, *decora facies . . . dignus exercitus*, absunt a Ms. Bud. librarii errore, cum ea habeant ceteri omnes libri.—6 Sic Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Corb. Guelf. Rhenanus et recentiores. In veteribus editionibus, *decoravit*.

NOTÆ

Forte hic per τὸ *militum*, intelligit equites et quoscumque armatos; ita ut equitibus tribuat *phaleras*, militibus torques.

Phaleræ] *Decora* hæc *facies*: nempe velut in triumpho dona militaria et præmia virtutis ostentabant viri militares.

[n] *Capitolium*] Vide l. I. c. 2.

[o] *Magnificam orationem de semetipso*] Dio l. LXV. Vitellius 'etiam plerisque risum excitabat. Cum enim viderent gravitatem et majestatem ejus in publicis conventibus, cujus stupra ante cognoverant, sedereque in equo regio, ornatum chlamyde purpurea eum, quem sciebant Veneto vestitu certatores equos in certaminibus abstersisse; deinde cum tanta manu militum conscendere in Capitolium, quem nemo ante videre poterat in foro, propter multitudinem creditorum; postremo adorari ab omnibus, quem ne osculari quidem libenter voluerat quisquam; teneri non poterant, quin riderent.'

[p] *Omnique Italia, per quam somno et luxu pudendus, &c.*] Sive cum ambularet cum Nerone per amœna Campaniæ littora, vel in Achaiam iret, vel cum in Africam, dein et in Germaniam commearet.

Per quam somno . . . pudendus] Forte non semel: sed præcipue dum rediret nuper e Germania, 'ad omnes amœnitates villarum resistens,' et medio die sæpe temulentus; et sic perpetuo *tempestiva convivia* celebrabat; seu potius, perpetua Bacchanalia. *Pervigilia* celebravit, sed ut luxum sic magis intenderet, dein et somnum.

[q] *Vulgus*] Forte et vulgus militum; sed præcipue lues illa grassata est in urbanam plebeculam.

Vulgus . . . vacuum curis] Publicis nempe. Sic l. I. 'Vulgus expers curarum ob magnitudinem.' Nempe curæ publicæ vulgi ingenium excedunt; majores sunt, quam ut iis at-

Digitized by Google

tamen, vacuum curis, et sine falsi verique discrimine[1] solitas adulationes edoctum, clamore et vocibus astrepebat: abnuentique[r] nomen *Augusti*,[s] expressere, ut assumeret: tam frustra,[t] quam recusaverat.

91. Apud civitatem, cuncta interpretantem, funesti ominis loco[u] acceptum est, quod, maximum Pontificatum[v] adeptus,

tione falsi aut veri, suetis assentationibus erudita, voce et clamoribus applaudebat: recusantique vocabulum Augusti, *extorsere, ut admitteret: tam incassum quam abnuerat.*

Apud urbem, omnia sciscitantem, infausti ominis loco sumtum est, quod eum maxi-

1 Ms. Corb. *verique distinctione*

NOTÆ

tendere et incumbere possit aut velit privata plebecula. Certe curæ illæ publicæ populi animos non excedunt, sed rudis vulgi.

Vacuum curis] Reipub. nempe, vel ob magnitudinem curarum, vel ob multitudinem imperitæ et alio distractæ plebeculæ, vel ob tenuitatem fortunæ. Non talia satagit plebs, nisi convocata, nisi simul adsint populus et proceres.

[r] *Abnuentique*] Vertunt, quasi nutu id respueret: sed quidni etiam manu ac voce aspernaretur adulantem insane plebeculam?

[s] *Nomen Augusti*] Augusti nomen felix faustumque habebatur, et ut bonum aliquod omen, atque etiam honoris causa, imperatoribus a populo Rom. tribui solebat. Vitellio autem parum congruens fuit, cum infelicem exitum brevi sortiturus esset.

Frustra ergo illi tributum, ab eoque assumtum, quia nihil ei profuit, et frustra recusaverat, quia mox assumsit.

Vel potius intelligas, *tam frustra;* id est, tam temere, eademque levitate. *Pichena.*

[t] *Tam frustra*] Augusti nomen religiosum faustumque habitum. Suet. Aug. 'Prævaluit, ut Augustus vocaretur; non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine: quod loca quoque religiosa, et in quibus augurato quid consecratur, Augusta dicantur.'

Frustra recusavit Vitellius nomen Augusti, et frustra assumsit: quia ignavis vana et infausta omnia omina nominaque, quantumvis sacra et amplissima.

Quia impar tantæ moli tantoque vocabulo Vitellius: quia impar imperio, ideo frustra cumulata ipsi principatus decora et vocabula. Torpentem et ignavum dominantem, 'non, ipsa si velit, servet salus.'

Tam frustra] Nempe in vano homine, et qui nullius constantiæ, famæ, vel auctoritatis sit, sive per superbiam, sive modeste agat, perinde frustra est. Et ut habet Tac. infra: 'Quæ grata saue et popularia, si a virtutibus proficiscerentur,' ut in tali principe, 'indecora et vilia accipiebantur.'

[u] *Funesti ominis loco*] Livius l. VI. 'Tum de diebus religiosis agitari cœptum, diemque A. D. XV. Kal. Sextiles duplici clade insignem, (quo die ad Cremeram Fabii cæsi, quo deinde ad Allium cum exitio urbis fœde

Digitized by Google

Vitellius de cærimoniis publicis XV. Kal. Aug.[v] edixisset, antiquitus infausto die Cremerensi[x] Alliensique[1 y] cladibus:

mum Pontificatum iniret Vitellius, edictum publicasset de cærimoniis publicis quinto decimo Kal. Aug. jam olim infelici die adversis prœliis Cremerensi Alliensique:

1 Male Ms. Jes. *Aliensi*. Brotier.

NOTÆ

pugnatum,) a posteriore clade Alliensem appellarunt, insignemque nulli rei publice privatimque agendæ fecerunt.'

Dionys. l. IX. de clade Cremerensi: 'Diem, in quem incidit ista clades, populus Rom. infelicem et nefastum dixit; neque quicquam rei seriæ illo die inceptari voluerunt.' *Savilius.*

[v] *Pontificatum*] Post Augustum, princeps quisquis successerat, Pontificatum maximum in se transferebat. Is autem juris divini scientiam habere debuit, vel per se, vel per amicos saltem, seu ministros, instrui.

[w] *XV. Kal. Aug.*] Die decima octava mensis Julii.

[x] *Cremerensi*] Plin. de Vir. Illust. 14. 'Romani cum adversum Veientes bellarent, eos sibi hostes familia Fabiorum privato nomine deposcit, et profecti trecenti sex, duce Fabio consule, fuerunt. Cum sæpe victores extitissent, apud Cremeram fluvium castra posuerunt. Veientes ad dolos conversi, pecora ex adverso in conspectu illorum posuerunt; ad quæ progressi Fabii, in insidias delapsi, ad unum occisione perierunt. Dies, quo id factum, inter nefastos relatus; porta qua profecti fuerant, Scelerata est appellata.'

Cremerensi] Cremera, amnis Etruriæ regionis ad orientem, labitur in Tiberim fluvium. Hodie *la Varca* vel *la Valca*, et *la Valcha*, seu potius *Baccano*. Labitur per ducatum Bracciani et patrimonium Sancti Petri, ad orientem in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

[y] *Alliensi*] Sueton. Vitell. 11. 'Magis deinde ac magis, omni divino humanoque jure neglecto, Alliensi die Pontificatum maximum cepit.'

Cic. 'Majores nostri funestiorem diem esse voluerunt Alliensis pugnæ, quam urbis captæ, quod hoc malum ex illo. Itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus.'

Alliensique] Plin. de Vir. Illust. 28. 'Cum Galli Senones, relictis ob sterilitatem agris suis, Clusium Etruriæ obsiderent, missi sunt Romani tres legati, qui Gallos monerent, ut ab oppugnatione desisterent. Ex his unus contra jus gentium in aciem processit, et ducem Senonem interfecit. Quo commoti Galli, petitis in deditionem legatis, nec impetratis, Romam petierunt, et exercitum Rom. apud Allium fluvium occiderunt, die XVI. Kal. Augusti; qui dies inter nefastos relatus, Alliensis dictus. Victores Galli urbem intraverunt,' &c.

Alliensique] Allia fluvius Sabinorum populorum, in Samnio regione, labitur in Tiberim fluvium. Hodie quid sit, certo non constat. Holstenius in notis ad Italiam Cluverii p. 127. credit esse rivulum Sabinæ provinciæ, qui inter prædium S. Columbæ et S. Joannis, paulum ultra Marcigliannum, præalto alveo, defluit in Tiberim; Kircherus in suo Latio p. 216. dedit chartam Sabinæ provinciæ,

Digitized by Google

adeo omnis humani divinique juris expers, pari libertorum amicorumque socordia, velut inter temulentos agebat. Sed comitia Consulum cum candidatis[2] civiliter celebrans,[3] om-

adeo inscius omnium humanarum divinarumque legum agitabat, velut inter ebriosos, simili libertorum familiariumque imprudentia. Sed comiter seu popularí animo *transigens comitia consulum cum candidatis, omnem sordidi vulgi plausum laudemque*

NOTÆ

ubi *Allia* nunc vocatur *Cortese Fiume:* alii aliter. Quocumque nomine vocetur, certum est nunc esse amnem parvum Sabinæ provinciæ, in statu Ecclesiastico. Vide Livium l. v. c. 37. Clades Alliensis contigit anno Romæ conditæ 364. ante Christum 390. *Tillemonius.*

Alliensi] Duplici clade insignis dies ille; namque eodem ipso die olim trecenti ad Cremeram Fabii cæsi: deinde ad Alliam, cum exitio urbis, fœde pugnatum est adversus Gallos. Romani hunc diem a prima clade *Cremerensem*, a posteriori *Alliensem* appellarunt, insignemque re nulla publice privatimque agenda fecerunt.

[2] *Cum candidatis*] Vertit interpres Gall. *alios candidatos*, sed perperam. Nam Vitellius non fuit unus e candidatis: neque enim consulatum aut præturam ambiit ipse sibi, sed candidatis suis, quos scil. commendabat populo aut patribus. Tum, puto, Vitellius principali fastigio contentus, eam dignitatem suis legatis victoribus Cæcinæ et Valenti reliquit; et eo magis quod imperium adeptus mense Aprili, potuit tantum sufficere consules, non vero potuit se, aut alios ἐπωνύμους, seu ordinarios consules facere; et indignum foret principe, sufficí consulem, nec dare nomen suum fastis.

Et forte expectabat ipse initium anni sequentis, quo se Kalendis Jan. faceret consulem ordinarium, et daret nomen anno: sed victus, spe, vita, et imperio ac consulatu frustratus est.

Itaque Vitellius comiter transigit *comitia* consularia *cum candidatis suis;* nempe, quos senatui commendabat.

Comitia, quibus fiebant consules, cum translata a populo ad patres essent, et sibi principes id reservassent, ut certum numerum candidatorum sine ulla repulsa provehere sibi liceret, debuit princeps, qui comis et civilis ingenii haberi vellet, hosce candidatos offerre et commendare patribus civiliter, (id est, nihil sibi arrogare, quo se supra civem ferret, quo se dominum, non principem ostentaret,) ut et a fortiori alios candidatos, qui repulsam pati poterant, quos etiam forte commendabat.

Nam, puto, tum princeps victor bello civili, qui omnia omnibus debuit, remunerare multos cogebatur, et sic commendare plurimos, illosque in multos menses ordinare.

Itaque sibi potissimum id vindicabat, ut posset evehere ad consulatum quos vellet; ideoque *candidatos* consulatus senatui commendabat. At illa commendatio, seu precatio principis, fere necessitatis locum habuit, quia imperare potuit. Tum ergo agebatur tantum de modo, an id civiliter peteret princeps, obtineretque; an superbe et vi dominationis id extorqueret.

Fuerat consul, jam vivente patre, Vitellius, et quidem ordinarius, et per sex menses, jam sub Claudio, teste Sueton. Vitell. 3.

Cum candidatis] Cepit Interpres Gall. quasi inter alios candidatos et

Digitized by Google

NOTÆ

ipse coleret plebeculam, et quasi ipse etiam ambiret sibi magistratum. Certe cum candidatis suis populum aut senatum ambibat, nempe, ut eos commendaret patribus aut populo, si quid jam valeret populus in comitiis consulum, sive candidatos consulatus commendaret sine repulsa, sive non; quocumque modo comitia illa, *civiliter*, id est, sine superbia aut arrogantia dominantis, et quasi se ipse non supra civem efferret, favorem et suffragia ambibat, non sibi arrogabat vi dominationis; ita ut imaginem libertatis, et æqualitatis civium retineret, quasi vetere Repub.

Quod spectat ad *comitia prætorum*, translata jam a Tiberii ævo ad patres erant, quibus nonnullos candidatos commendabat princeps sine repulsa, alios liberis patrum suffragiis relinquebat.

[a] *Civiliter celebrans*] Vitellius nempe cum suis candidatis circumibat et prensabat patres, penes quos tum erant comitia.

Livius 39. 'Claudius consul sine lictoribus cum fratre toto foro volitando, clamantibus adversariis et majore parte senatus, meminisse eum debere prius, se consulem populi Rom. quam fratrem P. Claudii esse; quin ille sedens pro tribunali aut arbitrum aut tacitum spectatorem comitiorum se præberet, coërceri tamen ab effuso studio nequiit.'

Val. Maximus I. v. 2. 'Metellus non dubitavit consul pro Q. Calidio præturæ candidato supplicare populo, quod tribunus plebis legem, quo pater ejus in civitatem restitueretur, tulerat.'

Cicero pro Plancio c. 6. 'Si quotiescumque præteritus erit is, qui non debuit præteriri, toties oportebit eum, qui factus erit, condemnari; nihil jam est, quod populo supplicetur; nihil quod diribitio, nihil quod suffragatio magistratuum, renuntiatio suffragiorum expectetur:' sic enim legendum.

Et in eadem: 'precibus aliquid attulimus etiam nos; appellavi populum, tribunus submisi me, et supplicavi: ultro, mehercules, se mihi etiam offerentes, ultro pollicentes rogavi.'

Sueton. Aug. 86. 'Quoties magistratuum comitiis interesset, tribus cum candidatis suis circumibat, supplicabatque more solenni.' Prorsus sic postea civiliores principum agebant inter patres.

Plinius III. ep. 20. 'Excesseramus sane manifestis illis apertisque suffragiis licentiam concionum: non tempus loquendi, non tacendi modestia, non denique sedendi dignitas custodiebatur. Magni undique dissonique clamores: procurrebant omnes cum suis candidatis: multa agmina in medio, multique circuli, et indecora confusio.'

Unde facile colligere est, simile quid, licet non tam vehemens, etiam severos principes fecisse.

Idem Plinius Paneg. 69. 'Nec ideo segnius juvenes nostros exhortatus es, senatum circumirent, senatui supplicarent: atque ita a principe sperarent honores, si a senatu petissent. Quo quidem in loco, si quibus opus exemplo, adjecisti, ut te imitarentur.'

Cap. 71. 'Quo gaudio exceptum est, cum candidatis, ut quemque nominaveras, osculo occurreres, devexus quidem in planum, et quasi unus ex gratulantibus?'

Et mox: 'Contigit ergo oculis nostris insolita facies, Princeps et candidatus æqui tum et simul stantes;

Digitized by Google

nem infimæ plebis rumorem, in theatro ut spectator,[b] in circo ut fautor,[c] affectavit: quæ, grata sane et popularia, si

ambiit, apud theatrum ut spectator, et *apud circum ut fautor: quæ, læta qui-*

NOTÆ

intuerique parem accipientibus honorem, qui dabat.' Denique, 'cum orationi oculos, vocem, manum commodares: ut si alii eadem ista mandasses, omnes comitatis numeros obibas: atque etiam, cum suffragatorum nomina, honore quo solent, exciperentur, tu quoque inter excipientes eras, et ex ore Principis ille senatorius assensus audiebatur.'

Hoc est, civiliter cum candidatis comitia celebrare: et sic gratiam quærebat in senatu. Quod sequitur, *in theatro ut spectator, &c.* hoc delinimentum ad plebem est, et a præcedenti differt toto genere. *Gronovius.*

Comitia... civiliter celebrans] Quem ambitum candidatorum facunde descripsit Ausonius in gratiarum actione Gratiano principi pro consulatu: 'Quot quidem et ipse sibi invenit gradus? Cum clarissimo viro collega meo honore conjunctus, nuncupatione prælatus, consul ego, Imperator Auguste, munere tuo non passus septa, neque campum, non suffragia, non puncta, non loculos; qui non prensaverim manus, nec consalutantium confusus occursu, aut sua amicis nomina non reddiderim, aut aliena imposuerim; qui tribus non circumivi, centurias non adulavi, jure vocatis classibus non intremui, nihil cum sequestre deposui, cum diribitore nil pepigi. Romanus populus, Martius Campus, et equester ordo, rostra, ovilia, Senatus, Curia, unus mihi omnia Gratianus.'

[b] *In theatro ut spectator*] Interesse spectaculis in principe arguebat animum popularem. Xiphil. de Othone: 'In theatra continuo veniebat, sicque vulgus demulcebat.' Sueton. de Augusto 15. 'Ipse Circenses spectabat: spectaculo plurimas horas, aliquando totos dies aderat.' Tac. de eodem: 'Civile rebatur misceri voluptatibus vulgi.'

Ita et raro ibi conspici, arrogantis fuit tetricique animi; qualis Julianus in Misopog.: 'Fugio Circenses, ut qui in ære alieno sunt, conventus; raro itaque interesum.' Aut si intraverit princeps et aliud agat; ut Cæsar, qui reprehensus est, teste Sueton. 'quod inter spectandum, epistolis libellisque legendis ac rescribendis vacaret.'

In theatro igitur et circo, famam popularis civilisque ingenii affectavit Vitellius; sed frustra, cum *memoria vitæ prioris* hæc dehonestarentur. Quippe iisdem spectaculis et locis olim vitam famamque ea labe polluerat, quæ nunquam eluí posset.

[c] *In circo ut fautor*] Venetæ factioni favebat. Suet. Vit. 7. 'Adjutum putant T. Vinii suffragio, tunc potentissimi, et cui jam pridem per communem factionis suæ (alii legunt, Venetæ,) favorem conciliatus esset.'

Et teste Dione, ita favit isti factioni, ut Veneto indutus habitu aliquando abstergendis equis operam suam in circo præstiterit. Et Sueton. Vitell. 14. 'Quosdam et de plebe, ob id ipsum, quod Venetæ factioni clare maledixerant, interemit,' &c.

Ut fautor] Nempe factioni alicui certatim favebant, ut *Prasinæ, Venetæ, &c.* Infra Tac. 'Ipse sola perdendi cura, stabula aurigis exstruere,' &c. quod gratum plebi sordidæ, ac Neronianis flagitiis imbutæ.

In circo] Talia spernit Plinius lib. IX. Epist. 6. 'Circenses erant, quo

Digitized by Google

a virtutibus[d] proficiscerentur, memoria vitæ prioris, indecora et vilia accipiebantur. Ventitabat in Senatum; etiam cum parvis de rebus Patres consulerentur. Ac forte Priscus Helvidius, Prætor designatus,[e] contra studium ejus censuerat. Commotus primo Vitellius, non tamen ultra, quam 'Tribunos plebis[f] in auxilium[g] spretæ potestatis'

dem et civilia, si a bonis artibus orirentur, sed *recordatione vitæ anteactæ*, ut *inhonesta et vilia habebantur. Sæpe veniebat in curiam; etiam cum referretur apud patres de modicis negotiis. Et casu Priscus Helvidius, prætor destinatus, censuerat contra voluntatem ejus. Concitus primo Vitellius, non tamen ultra prorupit, quam ut* Tribunos plebis *advocaret* in subsidium contemti principis. *Dein, placanti-*

NOTÆ

genere spectaculi ne levissime quidem teneor. Nihil novum, nihil varium, nihil quod non semel spectasse sufficiat. Quo magis miror, tot millia virorum tam pueriliter identidem currentes equos, insistentes curribus homines, videre. Si tamen aut velocitate equorum aut hominum arte traherentur, esset ratio nonnulla. Nunc favent panno, pannum amant, et si in ipso cursu medioque certamine, hic color illuc, ille huc transferatur, studium favorque transibit, et repente agitatores illos, equos illos, quos procul noscitant, quorum clamitant nomina, relinquent. Tanta gratia, tanta auctoritas in una vilissima tunica.'

[d] *Si a virtutibus*] Si a bonis artibus hæc orirentur, ut olim contigit Julio et Augusto Cæsaribus, ea placere possint etiam viris honestis: at cum e flagitiis, ut in Caligula, Nerone, Vitellio, hæc certe *vilia* et *indecora*. Quis Vatinii, Tigellini, et talium portentorum spectacula, quamvis popularia, quamvis civilia, probaverit, nisi pariter flagitiosus?

[e] *Prætor designatus*] De consule designato certum est, quod ex more primus sententiam rogaretur a consulibus; at de *prætore designato*, nihil tale reperi.

Forte tamen locum habuere prætores designati post consulares, et ante prætura functos, ut consulares præibat consul designatus et modicos senatores.

Verisimile est, hoc loco censuisse Helvidium post Vitellium, qui, ut puto, primus rogatus est a consule; et tum non fuit consul Vitellius, nec retulit apud patres: et si referret princeps, non statim proferret sententiam suam, ut nec consul qui referebat.

[f] *Tribunos plebis*] Horum potestatem describit eleganter Plin. lib. I. Epist. 23. 'Plurimum refert, quid esse tribunatum putes; inanem umbram et sine honore nomen, an potestatem sacrosanctam, et quam in ordinem cogi, ut a nullo, ita ne a se quidem deceat. Ipse cum tribunus essem . . . abstinui causis agendis, primum quod deforme arbitrabar, cui assurgere, cui loco cedere omnes oporteret, hunc, omnibus sedentibus, stare; et qui jubere posset tacere quemcumque, huic silentium clepsydra indici; et quem interfari nefas esset, hunc etiam convicia audire; et si inulta pateretur, inertem, si ulciscereturur, insolentem videri. Erat hic quoque æstus ante oculos, si forte me appellasset, vel ille, cui adessem, vel ille, quem contra, intercederem, auxilium ferrem? an quiescerem, sile-

advocavit. Mox, mitigantibus amicis, qui altiorem iracundiam ejus[a] verebantur, 'nihil novi accidisse,' respondit, quod duo Senatores in Republica dissentirent:[h] solitum se etiam Thraseæ contradicere.' Irrisere plerique[i] impuden-

bus amicis, qui metuebant majorem indignationem illius, subjecit, nihil novum *aut insolitum* contigisse, quod duo senatores in Repub. diversa censerent: sanctum *et* se *alias* quoque a Thrasea dissentire. *Multi risu excepere insolentiam* exem-

2 Brotierus habet *alt. ejus irac.* et sic Ms. Bodl. et editio princeps. Vulgo

NOTÆ

remque, et quasi ejurato magistratu, privatum ipse me facerem?'

Tribunos pleb.] Nonne ipsemet princeps tribunus plebis perpetuus? Num unus sufficiebat ad prohibendam injuriam? puto, sufficiebat unus tribunus, sed validius obstabant, si tribuni communiter conspirassent, quia unus ceteris omnibus obstare potuit.

Forte sic, quia contemta erat potestas principis et quidem tribuni, ideo alios tribunos advocat *in auxilium spretæ potestatis.* Forte potestate tribunicia perpetua, annexaque principi, quæ eadem cum vi dominationis, uti noluit. Sed civilis ingenii videri se voluit in senatu.

Forte quemadmodum ut senator sententiam suam proferebat in senatu, sic et ut senator tantum advocat tribunos; quod senatori licuit, si vis ipsi inferretur; et si loqui de Reipub. prohiberetur, ut probavi alibi ex Dionysio Halic. Quare et infra Vitellius, 'nihil novi accidisse, respondit, quod duo senatores in Repub. dissentirent.'

Igitur, ut puto, tantum ut senator dissentit Vitellius, certatque cum Helvidio: igitur, pari modo, ut senator advocat tribunos pleb. in auxilium.

Certe quocumque modo, sive ut senator, sive ut princeps Vitellius, sive ut tribunus, perinde stolide agit, aut loquitur. Stolide dissentit ab Helvidio, stolide invocat tribunos pleb. et pari vecordia se cum Thrasea comparat.

[g] *In auxilium*] Plin. lib. IX. epist. 13. 'Obstrepitur; adeo quidem, ut diceret: Rogo, P. C. ne me cogatis implorare auxilium tribunorum. Et statim Murena tribunus: Permitto tibi, vir clarissime Veiento, dicere. Tum quoque reclamatur.'

[h] *Quod duo Senatores in Repub. dissentirent*] Suet. August. 54. 'In senatu verba facienti dictum est: Non intellexi: et ab alio, Contradicerem tibi, si locum haberem. Interdum ob immodicas altercationes disceptantium e curia per iram se proripienti quidam ingesserunt, Licere oportere senatoribus de Repub. loqui.'

Quod duo Senatores] Sueton. Tib. 29. 'Dissentiens in curia a Q. Haterio, Ignoscas, inquit, rogo, si quid adversus te liberius, sicut senator, dixero.'

[i] *Irrisere plerique*] Cum Helvidius a Vitellio dissensisset, dixit Vitellius, *solitum se etiam Thraseæ contradicere.* Quo dicto, a plerisque irrisus est; non quod Thraseam et Helvidium contulisset, ut alii putant, sed quod a Thrasea integerrimo viro ipse dissimillimus, impudenter illius similis videri vellet, cui sic contradiceret Helvidius, ut Thraseæ olim ipse.

Aliis id ipsum placebat, quod pro exemplari veræ gloriæ Thraseam

Digitized by Google

tiam[3] æmulationis:[j] aliis id ipsum placebat, quod neminem[4] ex præpotentibus,[k] sed Thraseam, ad exemplar veræ gloriæ[l] legisset.

pli et *æmulatus: aliis id ipsum non displicuit, quod nullum ex præpollentibus, sed Thraseam, assumsisset in æmulationem veri decoris.*

in aliis libris, *altiorem iracundiam ejus.*—3 Ferrettus malebat *imprudentiam.* —4 Sic bene Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps, Pichena et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *quod non ex præpotentibus.* Brotier.

NOTÆ

sumsisset, non eorum quenquam, qui plus quam Thrasea apud principes superiores potuissent: fuerat autem, ob virtutes et invictam libertatem animi, invisus Neroni Thrasea, ideoque in minori dignatione. *Vertranius.*

Irrisere] Et quidem summa impudentia Vitellii, quod auderet comparare se sanctissimo viro Thraseæ, renitente propria conscientia, et tot testibus consciisque flagitiorum Neronianorum præsentibus. Et qui Thraseam ne quidem forte contueri ausus esset, nedum ipsi respondere.

Haud dubie respiciebat Vitellius ad causam Antistii, qui 'majestate delatus est' a Cossutiano Capitone, quod scil. 'probrosa adversus principem carmina' factitasset.

Sic Tac. Ann. XIV. 48. et 49. 'Censuitque Junius Marullus, consul designatus, adimendam reo præturam, necandumque more majorum. Ceteris inde assentientibus, Pætus Thrasea, multo cum honore Cæsaris, et acerrime increpito Antistio, non, quicquid nocens reus pati mereretur, id, egregio sub principe, et nulla necessitate obstricto senatu, statuendum, disseruit,' &c.

'Libertas Thraseæ servitium aliorum rupit. Et, postquam discessionem consul permiserat, pedibus in sententiam ejus iere, paucis exemtis; in quibus adulatione promtissimus fuit A. Vitellius, optimum quemque jurgio lacessens, et respondenti reticens, ut pavida ingenia solent.' Sic Thraseæ contradicebat Vitellius, ita tamen ut statim reticeret paveretque.

[j] *Impudentiam æmulationis*] Nempe quod Vitellius stolidus, flagitiis infamis ac scelerosus, auderet æmulari et accipere in exemplum vitæ anteactæ, seu gestæ Reipub. doctissimum optimumque et sanctissimum virum Thraseam.

[k] *Quod neminem ex præpotentibus*] Quod scil. Vitellius ter consulis censorisque et collegæ Cæsaris filius, et qui inter proceres præpotentesque censeri potuit, etiam ante principatum, neminem ex præpotentibus consularibus, et sibi æqualibus, *sed Thraseam*, qui modicus senator, (sicque invidia tamen dominantium,) *ad exemplar* virtutis et *veræ gloriæ elegisset*, cui se hac in re compararet.

Quod neminem ex præpotentibus] Qui nempe solis opibus et avorum imaginibus, non virtute sua præniterent; sed potius Thraseam in exemplum virtutis ac veræ gloriæ sibi proposuisset ad æmulandum.

[l] *Ad exemplar veræ gloriæ*] Quomodo ad exemplar gloriæ, si contradiceret Thraseæ magis moribus factisque, quam verbis aut rixis? Attende: non sibi Thraseam exemplar gloriæ sumebat aut legebat. Sed elegit eum, quem potius nominaret laudaretque,

Digitized by Google

92. Præposuerat Prætorianis P. Sabinum, a Præfectura[l] cohortis;[m] Julium Priscum, tum Centurionem :[n] Priscus

Præfecerat prætorio militi P. Sabinum, antea *præfectum cohortis*; et *Julium Priscum, qui tum centurio* fuit. *Sabinus Cæcinæ auctoritate nitebatur; Priscus*,

1 Corrupte Mss. et veteres editiones, *ad præfecturam cohortis*. Primo emendatum, *ac præfecturæ cohortis*. Melius postea Mercerus, *a præfectura cohortis*. Mox volebat, *et Julium Priscum*, ut sensus postulat, ni intelligatur. *Brotier*.—2 In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *dum centurio est*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *dum centurio esset*. At cum Mss. Flor. et

NOTÆ

tanquam exemplar veræ gloriæ, quam aliquem ex *præpotentibus*.

Exemplar] Quod potius elegisset Thraseam, cum quo se compararet, et quem potius æmularetur ac laudaret, quasi exemplar veræ gloriæ. Id alii aliter accepere; at re ipsa Vitellius innuere tantum voluit, licere senatori dissentire ab alio senatore, cum de Repub. censerent: sic olim et ipsum pariter dissensisse privatum et senatorem a Thrasea, quemadmodum et nunc senator ipse (licet nunc princeps senatus et Reipub.) dissentit a senatore Helvidio Prisco.

Et potius meminit Thraseæ, ob Helvidium Priscum, generum ipsius Thraseæ, vel ob similem sapientiam utriusque; vel etiam, quia non modicæ claritudinis fuit, quod se opposuisset ipse facundiæ et ingenio Thraseæ, et civi recti bonique amantissimo, ac vel pervicacissimo.

Vel vere et simpliciter prorsus id dixit. Nam certe constat ex Tacito ipso XIV. 49. olim Vitellium contradixisse Thraseæ in senatu, nempe in causa Antistii Sosiani, qui capite damnabatur sententia consulis designati et universi senatus, ob probrosa carmina in Neronem factitata; nisi tali decreto Patrum se opposuisset Thrasea, cujus libertas 'servitium aliorum rupit,' &c.

[m] *P. Sabinum a præfectura cohortis*] *P. Sabinum*, non fratrem Vespasiani, ut viri docti, repugnante historia, scribunt. Ille Sabinus in carcerem conjectus erat *ob amicitiam Cæcinæ* Hist. III. Vespasiani frater erat *præfectus urbis*, et libertate fruebatur, donec in Capitolio obsideretur et caperetur. *Savilius*.

Voluit hic Tacitus ludere in verbis, ut et in re ludebat fortuna. Componit *præfecturam cohortis cum præfectura prætorii*: dicitque P. Sabinum transiisse a minima parte ad totum, ab imo ad summum, a præfectura cohortis auxiliaris ad præfecturam cohortium prætorianarum. Apud auxiliares *præfecti*, apud legionarios *tribuni* dicti.

Et iste P. Sabinus alius a fratre Vespasiani: nam prænomen *Publii*, non fuit Flavianæ Gentis: et perpetuo *Flavius Sabinus* vocatur frater ille Vespasiani, qui præfectus *urbis*, non prætorii.

Præfectura cohortis] *Cohortis*, non *prætorianæ* quidem; alioqui vocaretur *tribunus*; sed *cohortis* auxiliaris, cui qui præest, *præfectus* vocatur, ejusque munus *præfectura*.

Præfectura seu præfectus certe dici potest de eo, qui omnibus cohortibus prætorianis præponitur; non autem de eo, qui esset tantum tribunus prætorianæ cohortis.

Præfectura] Non fuit præfectus cohortis prætorianæ. Neque etiam, puto, Jul. Priscus fuit centurio præ-

Digitized by Google

Valentis, Sabinus Cæcinæ gratia pollebant. Inter discordes[n] Vitellio nihil auctoritatis :[o] munia Imperii Cæcina ac Valens obibant; olim anxii odiis, quæ, bello et castris male dissimulata,[p] pravitas amicorum, et fœcunda gignendis inimicitiis civitas auxerat, dum ambitu, comitatu, et immensis salutantium agminibus contendunt comparanturque;[q] variis in hunc aut illum[3] Vitellii inclinationibus. Nec unquam satis fida potentia,[r] ubi nimia est.[s] Simul ipsum

Valentis. Inter dissentientes, Vitellio nulla auctoritas: Cæcina ac Valens curas imperii sustinebant; pridem soliciti et ægri inimicitiis, quas in expeditione et castris male occultatas intenderat improbitas amicorum, et Urbs incitandis offensionibus fœcunda, dum certant invicem studiis, *ambitu, stipantium caterris, et ingenti salutantium turba, conferunturque* inter se; *diverso favore Vitellii in hunc, aut illum. Nec unquam satis tuta potestas, cum immodica est.* Et *etiam spernebant*

Farnes. habeant, *centurionem*, recte emendatum est, *tum centurionem.*—3 Ms.

NOTÆ

torianorum, ut volunt; id enim indecorum fuerit forte et periculosum, subito evehere hominem ad eam dignitatem, nullo ordine militiæ, et intra eadem castra. Et certe uno edicto Vitellii exauctorati erant veteres prætoriani.

Itaque suffecti legionarii eorum loco, et ascitus sua virtute et gratia Valentis Priscus ille, nempe e legionariis, quemadmodum et P. Sabinus etiam gratia Cæcinæ ex aliqua cohorte ascitus est. Forte fuerat Sabinus præfectus cohortis legionariæ, sed separatim ab aquila merentis.

n *Inter discordes*] Nihil auctoritatis Vitellio, neque in legatos dissentientes, neque in ulla parte Reipub. Legati curas et munia imperii sustinebant, spreto tali principe.

o *Vitellio nihil auctoritatis*] Cic. in L. Pisonem: 'Nunquam ego sanguinem expetivi tuum: nunquam illud extremum, quod possit esse improbis et probis, commune supplicium legis ac judicii; sed abjectum, contemtum, despectum a ceteris, a te ipso desperatum et relictum, circumspectantem omnia, quicquid increpuisset pertimescentem, diffidentem tuis rebus, sine voce, sine libertate, sine auctoritate, sine ulla specie consulari, horrentem, trementem, adulantem omnibus videre te volui, vidi.'

p *Male dissimulata*] Forte non tam prudenter dissimulabant legati, quin emicarent indicia iræ, et quandoque in invicem erumperent. Quæ cum nossent amici, pravitate sua inimicitias auxerant. Vel *male*, forte est, pravis animis, ita ut odia et ultionem invicem in aliud tempus differrent, pravo consilio.

q *Comparantur*] Comparabantur inter se *ambitu, comitatu, &c.* simul et *variis in hunc, aut illum Vitellii inclinationibus.*

r *Nec unquam satis fida potentia*] Quia nimia potentia legatorum, hinc suspecti sibi invicem, et amicis ipsorum, qui eos comparabant.

Forte et *nimia* ea potestas videri potuit ipsi Vitellio. Unde suspicio in alterutrum, aut favor et confidentia major, unde 'comparantur, variis in hunc vel illum Vitellii inclinationibus.'

Digitized by Google

Vitellium, subitis offensis aut intempestivis blanditiis mutabilem, contemnebant metuebantque. Nec eo segnius invaserant domos, hortos,[t] opesque Imperii: cum flebilis et egens nobilium turba, quos ipsos liberosque patriæ Galba reddiderat, nulla Principis misericordia juvarentur. Gratum primoribus civitatis, etiam plebes approbavit, quod reversis ab exilio jura libertorum[u] concessisset: quanquam id omni modo[4] servilia ingenia corrumpebant, abditis pe-

formidabantque ipsum Vitellium, facilem ac mobilem repentinis odiis, aut ineptis blandimentis. Nec ideo tardius insederant ædes, hortos, et divitias principatus: cum miserabilis, et inops nobilium multitudo, quos simul *cum filiis restituerat civitati Galba, nulla imperatoris gratia levarentur. Lætum proceribus, etiam vulgus celebravit, quod jus in libertos tribuisset revocatis exulibus: licet* flagitio ac servili

Corb. *aut in illum.*—4 Ita Mss. Flor. Reg. Guelf. Harl. Bodl. Jes. Pichena et recentiores. In veteribus editionibus, *omnino.*

NOTÆ

Unde et ipsi Vitellium suspectabant *metuebantque*, ut qui subito irasci posset, aut etiam sæpe irasceretur; scilicet, *ut subitis offensis mutabilem*; aut rursus eum *contemnebant*, ex *intempestivis blanditiis.*

Horum quippe tum temporis, licet non prorsus fideret, ministerio indigebat. Et ille inter duos legatos, licet prævalidos, sed dissentientes, stare tutius potentiam suam arbitrari potuit.

[s] *Ubi nimia est*] Eo ipso suspicax invicem, et infida magis potentia inter duos, quo *nimia* est. Olim moderata legatorum odia, aut saltem dissimulata, dum in bello, dum in castris, dum metuebant hostem; at nunc, amoto hoste, se invicem timent, et odia tota prorumpunt: quo majus fastigium et nimia potentia, eo acrior æmulatio est inter pares.

[t] *Domos, hortos*] Distingue inter *domos hortosque* illos, et inter *opes imperii. Domus* illæ *hortique* fuerant forte magna ex parte *nobilium* illorum, quos occiderat Nero, aut exilio damnarat. Hos nobiles *liberosque* ipsorum *patriæ reddiderat Galba.* Sed eos juvandi opibus spatium non fuit, vel avaritia propria, vel rapacitate pædagogorum, aut brevitate imperii, aut quia subitis exactionibus exhaustæ eæ opes erant; at nunc Vitellius *reversis ab exilio jura libertorum* reddit, sed frustra.

Forte *domus* illæ et *horti* fuerant Othonis et Othonianorum, quas opes, ut perduellium, confiscatas, sibi facile arrogabant superbi victoria legati, haud memores prope instantis similis fati.

[u] *Reversis ab exilio jura libertorum*] Interpretor: Cum Galba exules restituisset, non tamen etiam bona reddiderat: credo, quia in fiscum illata, et pleraque jam per prodigentiam Neronis consumta. Sed nec pars, quæ accusatoribus sententia judicum semel donata erat, temere eripienda videbatur; itaque egebant.

Vitellius eos miseratus, huc decurrit, ut largiretur jura libertorum, dupliciter quidem; ut redderet, in-

Digitized by Google

NOTÆ

quam, jura libertorum veterum, daret et eorum, qui postea manumissi; non aliter, quam si ab illo justo domino manumissi fuissent.

In speciem igitur ingens hoc donum. Nam operas liberti domino debebant, et alimenta, si egeret; denique testamento, bonorum semissem.

Hoc vulgo etiam appellant *jus patronatus*, et *jus patronorum*, Plinius, lib. x. epist. 11. Ejusdem sententiæ versus illos Martialis censeo, (princeps Jurisconsultorum hodie varie eos tamen traxit) ad Trajanum: 'Qui sua restituis spoliato jura patrono, Libertis exul non erit ille suis.'

Non dissimilis; immo major benignitas Augusti in Julum Antonii hostis sui filium. De quo Dio, lib. LI. 'Julo, Antonii et Fulviæ filio, libertos ejus, quicquid mortuos relinquere ex legibus conveniebat, statim dare jussit.' Non enim dedit solum ea jura, sed repræsentavit. *Lipsius.*

Libertus alere Patronum tenebatur, si quæcumque illum bonis fortuna evolvisset; post mortem quoque jubent priscæ constitutiones facere ex semisse hæredem. Si fraus intervenisset, patrono lex dabat *omnium bonorum possessionem, etiam contra tabulas.*

Atque hæc dico, præter alia obsequia, (lex vocat *operas*,) præcipue constituebant *libertorum jus*, ut docet 38. Digest. Vitellius autem, ut 'reversis ab exilio jura libertorum concessit' ex beneficio, ita consecutis temporibus in sua venisse videntur ex jure communi. Ulpian. Dig. 38. tit. de bonis libert. l. III. et eodem tit. l. IV. Paulus. *Savilius.*

Alendi etiam libertis erant Patroni egentes: Modestini verba sunt: 'Cum probatum sit contumeliis patronos a libertis esse violatos, vel illata manu atrocius esse pulsatos, aut etiam paupertate, vel corporis valetudine laborantes, relictos; primum eos in potestatem patronorum redigi, et ministerium præbere dominis cogi: sin autem, nec hoc modo admoneantur, a præside emtori addicantur, et pretium patronis tribuatur.'

Ex quibus puto facile intelligi, quid senserit Cornelius. Nam cum exulibus quibusdam bona ablata fuissent, et jus in libertos, iis ab exilio reversis *jura libertorum* Vitellius concessit; hoc est, inter cetera, ut alere patronos egentes tenerentur: quod tamen corrumpebant ingenia servilia abditis pecuniis. *Ferrettus.*

Patrono egenti tenebatur alimenta præbere libertus l. II. c. de libert. et eorum lib. Tenebantur et libertorum filii petere tutorem a Patronis, l. II. §. liberti. C. qui pet. tut. Libertus quoque tenebatur obsequia honoremque et reverentiam præstare patrono, l. V. C. de obseq. a lib. pat. præst.

Item lis a liberto moveri adversus patronum non poterat; nec eundem actione famosa in jus vocare poterat, saltem nisi venia a Prætore impetrata, l. IV. §. 1. D. de in jus voc. l. II. C. eod.

Poterat et patronus libertum ingratum ac contumacem in servitutem revocare l. I. C. de ingrat. lib. Tenebatur et libertus operas præstare ad nutum patroni, l. I. et III. et XXII. D. de oper. lib.

Sed quod magis ad rem præsentem facit, erat et successionis jus patronis in bonis liberti, ex l. duodecim tab. si is decessisset sine legitimo hærede, §. I. de succ. libert.

Dein L. Papia cum filiis patroni libertus in virilem partem vocatus, si HS. C. esset patrimonium, §. postea: eodem.

Digitized by Google

cuniis per occultos aut ambitiosos[5] sinus;[v] et quidam in domum Cæsaris transgressi,[6] atque ipsis dominis potentiores.

93. Sed miles, plenis castris, et, redundante multitudine, in porticibus aut delubris et urbe tota vagus,[1] non principia noscere, non servare vigilias, neque labore firmari: per illecebras urbis et inhonesta dictu, corpus otio, animum libidinibus imminuebant.[2] Postremo, ne salutis quidem cura,

perfidia *liberti omni arte destruerent*, occultis *abditisque opibus per secretos aut ambitiosos sinus; et nonnulli transierant in familiam principis, atque ipsos patronos potentia superabant.*

Sed miles, refertis castris, et, immenso numero, in basilicis aut templis, et civitate universa palabundus, non signa nosse, non agere excubias, neque belli *muniis exerceri; per delicias urbanas et indecora memoratu, infringebat corpus inertia, animum voluptatibus. Demum ne valetudinis quidem cura* habita, *pestilenti regione Va-*

5 *Ambitiosissimos* Bndens.—6 Ms. Corb. *ingressi.*
1 Ms. Corb. *vagans.*—2 Sic Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps,

NOTÆ

Justinianus, decedentibus libertis sine liberis, ab intestato patronis ex l. duodecim tabb. delatam successionem reservavit. *Sed nostra constitutio*, eod. Succedebantque liberto, non solum patronus, sed etiam conjuncti, vel proximi patrono, usque ad quintum gradum, §. *sed nostra.*

His stantibus, cum Galba nobiles exules patriæ reddidisset, minime tamen bonis restitutis, egenique ideo essent, nec a Vitellio bonorum traditione juvarentur, tamen jus libertorum illis concessit. *Marc. Donatus.*

[v] *Per occultos, aut ambitiosos sinus*] Capio, Vitellium quidem exulibus reversis jura vetera reddidisse in libertos: sed non cum magno fructu: quia pecunias suas occultabant per varias artes et recessus. Ita in alimentis aliisque Patronos fraudabant, ut modici ipsi et inopes. Voci *sinus* ea vis subest fraudandi, subtrahendi, occulendi.

Tacit. l. IV. infra. 'Tradi se præfectis, centurionibusque; quos ubi spoliis expleverunt, mutari, exquirique novos sinus, et varia prædandi vocabula.'

Plin. l. XXXVI. 'Unde M. Scaurus pater, toties Princeps civitatis, et Marianis sodalitiis rapinarum provincialium sinus?' *Sinum* vocat hominem ipsum, in quem rapinæ omnes collatæ, velut in sinum. Plura exempla vide apud Brissonium. *Lipsius.*

Sinus ambitiosi] Sinus ambitiosi videntur, cum pecuniæ depositæ essent apud potentiores. *Pichena.*

Ambitiosos] Ambigue dictum. Potest τὸ *ambitiosus* sumi active et passive, ita ut ipsi liberti tales *sinus* ambitiose exquisierint, prensarint; vel etiam cives præpotentes ambitiose tales libertos defenderint; quia scil. divitiis illorum inhiabant; quia etiam et operas seu officia prava in quibusdam, sæpe et malas artes, seu libidines sectabantur.

Digitized by Google

infamibus Vaticani locis[v] magna pars tetendit: unde crebræ in vulgus mortes. Et, adjacente[3] Tiberi, Germanorum

ticani magna ex parte tentoria fixere: hinc frequentes militum mortes. Et annis cupiditas, et caloris insolentia corrupit valetudinem Germanorum Gallorumque, qui

Ryckius et recentiores. In Ms. Harl. et Puteolanus, *imminuebat*.—3 Ita quidem Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps, Ryckius, aliique. At in

NOTÆ

[v] *Infamibus Vaticani locis*] Ob aërem parum purum: quod etiam hodie experiuntur. Frontin. l. II. de Aquæductibus, vult id emendatum in tota urbe, suo ævo, idque ablutione aquarum: 'Ne pereuntes quidem aquæ otiosæ sunt. Nam immunditiarum facies, et impurior spiritus, et causæ gravioris cœli, quibus apud veteres *urbis infamis aër* fuit, sunt remotæ.' *Lipsius.*

Vaticanus collis non procul a Tiberi est, conterminus Janiculo, supra molem Hadriani, in quo D. Petri Basilica nunc est, et Pontificum, aliorumque nobilissimæ ædes.

Quomodo itaque illius locos infames vocet Tacitus, difficultate non caret: præsertim cum antiquitus in eo et Circus Caii, et Neronis, et Obeliscus fuerint, tradente Plinio, XVI. 40. et XXXVI. 11. necnon et celeberrima illa lex, de qua idem lib. XVI. 44. et cum ibidem etiam laudabiles perficerentur patellæ, scribente Juven. Sat. VI. 'Vaticano fragiles de monte patellas.' Et quod pariter deliciosus haberetur, innuere videtur Horat. lib. I. od. 20.

Cur igitur *infames loci?* Ego sane ab effectu sic appellatos existimo, eo quod Vitelliani milites, æstus et sitis impatientes, libidinibus quoque operam dantes, fluminis vicinitate allecti, crebris mortibus occasionem præbuerint, vires concubitu frequenti imminuentes, et copiam aquæ ingurgitantes. Nam tunc forte a meretricibus loci illi frequentibus incolebantur; sicut et partem Tiberi adjacentem habuisse constat.

Quod si hæc expositio non placet, aliam subjicimus, Tacitum non universum Vaticanum infamem appellasse, sed tantum partem, hoc est, locos infernos, quos tunc aquis putribus et cœno multo abundasse credendum, ob idque insalubres habitationes habuisse, præsertim æstivo tempore, caloribus æstuantibus.

Cujus rei lumen ex Gellio, XVI. 17. *Aram et statuam Aio Deo locatam in Vaticano, in infima Nova via.*

Lamprid. in Heliogabalo: 'Fertur elephantorum quatuor quadrigas in Vaticano agitasse, dirutis sepulcris quæ obsistebant.'

Ex quibus colligere possumus, postquam Romæ sepeliere mortuos, (quod antea, ut alibi osteudimus, vetitum erat,) Vaticani locos sepeliendis cadaveribus destinatos; ob idque a Tacito *infames* vocatos. *Marc. Donat.*

Forte ex duplici causa *infames* Vaticani loci; nempe ob morbos et libidines. Morbi ex loco, ex cœlo, ex aquis, ex tempestate anni; dein et forte magis, ex libidinum flagitiis, ut inter urbanas illecebras.

Vaticani] Vaticanus mons et campus extra mœnia Romæ antiquæ, et in regione decima quarta Urbis: hodie pars regionis *Borgo*, in parte occidentali Romæ modernæ. *Tillemon.*

Digitized by Google

Gallorumque[4] obnoxia morbis corpora[x] fluminis[y] aviditas[z] et æstus impatientia labefecit. Insuper confusus, pravitate[a] vel ambitu, ordo militiæ. Sedecim Prætoriæ, quatuor

prope ripam tendebant, *morbis obnoxii. Præterea corruptus permixtusque ordo castrorum, malignitate vel ambitione. Legebantur sedecim cohortes prætoriæ,*

Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *adjacentia Tiberi*, [et sic Gronovius.] Quod retinuit Cl. Ernestus, dum constet, *jacere*, aut *adjacere*, de fluminibus dici. Certe, *adjacentia* tueri licet auctoritate Plinii, VI. 17. 'Indorum gens, non Eoo tantum mari adjacens, verum et meridiano.' *Brotier.*—4 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. Corrupte Ms. Corb. *Gadanorum.* Ms. Bud. et editio princeps, *Gadavorum.* Inde frustra tentabat Rhenanus, *Batavorum.* Remissas enim in Germaniam Batavorum cohortes vidimus supra c. 69. *Idem.*

NOTÆ

[x] *Germanorum Gallorumque .... corpora*] Livius: 'Mollia et fluida corpora Gallorum et minime patientia sitis.' Idem IV. 8. 'Si primum impetum, quem fervido ingenio et ira effundunt, sustinueris, fluunt sudore et lassitudine membra, labant arma. Mollia corpora, molles, ubi ira consedit, animos, sol, pulvis, sitis, ut ferrum non admoveas, prosternunt.'

Obnoxia] Præcise, corpora Gallorum aut Germanorum non magis obnoxia morbis, quam aliarum gentium, sed mutatione soli cœlique, et ob fluminis aviditatem, atque æstus impatientiam, tum certe plures morbi grassabantur.

[y] *Fluminis*] Vertunt, quasi se intempestive eo flumine lavarent, et quasi non expectassent æstivum tempus, cœli æstusque Italici impatientes: quod falsum.

Nam non potuerunt advehi in urbem, nisi quadragesimo, aut certe quinquagesimo die, post victoriam Bedriacensem, quæ contigit medio mense Aprili; ergo fuerunt Romæ, mense Junio, Julio, et Augusto: et Kalendis Jul. salutatus est imperator Vespasianus in Oriente.

Et Cæcina regressus ex urbe ad bellum, puto, postquam iniit consulatum Kalendis Septemb. Neque dum impleverat duos menses sui consulatus, cum principem Vitellium, et exercitum prodidit Flavianis.

[z] *Aviditas*] Vertit Clar. Harlæus, quasi avidi essent innatandi lavandique corpus undis Tiberinis. Sed potius, caloris et sitis impatientia, Galli Germanique avide hauriebant aquas illas.

Et forte postquam vina Italica ebibissent avidius, postea lymphis et illi, eadem intemperantia, se ingurgitabant: ex illa impatientia sitis, et ex cœli insolentia, morbi grassabantur. Forte utraque causa ægrescebant, ex intemperie lavandi et bibendi.

Aviditas] Quia biberent avidius, æstus impatientia.

[a] *Pravitate*] Pravitate vel ambitu ipsorum legatorum ac ducum, forte et ipsorum militum. Infra, 'plus in eo delectu Valens audebat.' Et de milite: 'quamvis indignus, si ita maluerat, urbanæ militiæ ascribebatur.' *Ambitus* hic præcipue intelligi debet de manipulariis, qui hanc vel illam militiam ambirent.

Digitized by Google

urbanæ[b] cohortes scribebantur, quis singula millia inessent. Plus in eo delectu Valens audebat, tanquam ipsum Cæcinam periculo exemisset: sane adventu ejus partes convaluerant, et sinistrum lenti itineris rumorem prospero prælio verterat: omnisque inferioris Germaniæ miles Valentem assectabatur:[5] unde primum creditur Cæcinæ fides fluitasse.

94. Ceterum non ita Ducibus indulsit Vitellius, ut non plus militi liceret: sibi quisque militiam sumsere; quamvis indignus,[c] si ita maluerat, urbanæ militiæ ascribebatur: rursus bonis, remanere inter legionarios aut alares[d] volenti-

quatuor urbanæ, quibus singulis mille ascriberentur armati. *Plus in iis conscribendis allegendisque pollebat Valens, tanquam discrimini eripuisset ipsum Cæcinam. Et certe ipso adventante, partes firmatæ, et* ille *felici pugna mutaverat adversam tardi* sui *incessus famam: et universæ copiæ inferioris Germaniæ Valentem celebrabant: hinc primum fluctuasse ac nutasse Cæcinæ fides existimatur.*

Ceterum legatis non tantum auctoritatis *indulsit Vitellius, ut non plus militi concederetur. Sibi quisque ordinem* pro libito *accepere; licet indignus, si ita voluerat, in urbanum militem allegebatur: et vice versa honestis, merere cupienti-*

5 Sic bene Edd. veteres et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. *assectabantur*. Emendatum in Ms. Harl. *assectabatur*.

NOTÆ

[b] *Urbanæ*] Intellige prætorianas, et etiam alias cohortes urbanas, quæ præfecto urbis et præfecto vigilum parebant. Has supra solitum auxerat Vitellius.

[c] *Indignus*] Nobilissima illa militia prætorianorum et veluti robur exercituum et imperii; ideoque tali militiæ ascribi non debuerunt, nisi electi et eximii, et virtute corporis atque animi præstantissimi, veteresque militiæ, ac donis militaribus conspicui. Et maculosi, fœdi, scelerosi, nullaque eximia vi aut arte præcellentes, ut indigni nobilissima militia, ejici debuerunt.

[d] *Alares*] Nulla forte ibi mentio auxiliarium, qui militare non potuerunt, nisi in sua militia sociali; et tantum ibi videtur esse quæstio de legionariis pedes tribus et equestribus, nempe quinam ex illis, militiæ urbanæ ascriberentur, quinam manerent in sua legione, seu vetusta militia.

Puto, per τὸ *aut* distinguit tantum pedites et equites legionarios, ita ut bonis liceret remanere inter legionarios pedites; *aut alares*, id est, equites legionis, seu *alares* indistincte, vel militiæ urbanæ ascribi, si vellent. Patet ex eo quod addit, 'robora tamen legionibus alisque subtracta,' &c.

Certe bellis civilibus supplebant legiones ex Gallis, qui cives Rom. et etiam Germanis, qui tum novo more et jure accensebantur legionariis, sed tum eo ipso non censebantur inter auxiliares.

Tum fiebant, aut jam ante erant cives, cum allegerentur in legiones, et ex illis sic post multa stipendia potuissent ascribi prætorianis;

Digitized by Google

NOTÆ

sed non statim, nec facile iis ascripti auxiliares, ut qui neque militia, neque disciplina, linguave Romana instituti essent. Immo ex vetustis Italiæ coloniis delecti prætoriani, ut fortiores, aut certe fideliores.

Equitum multiplex genus. Alii erant *legionarii* et addicti suæ legioni; alii *alares*, seu *alarii*, quod idem est, equites sociorum erant, sed annexi etiam alicui legioni; et auxilia hujus legionis erant v. g. octo cohortes Batavorum; habebant suos equites alarios; et illi equites alarii, ut et pedites cohortium, erant auxilia legionis quartædecimæ.

Quod usurpatum video jam vetere Repub. et prisca militia: sic Livius XXXV. 5. 'C. Livium Salinatorem, qui præerat alariis equitibus, quam concitatissimos equos immittere jubet: legionarios equites in subsidiis esse.'

Idque etiam sub principibus usurpatum, colligitur ex Tac. XIII. 35. 'Adjectaque ex Germania legio, cum equitibus alariis et peditatu cohortium.' Quo loco intelligit Tacitus, adjunctam esse exercitui Corbulonis legionem Germanicam, cum suis auxiliis pedestribus et equestribus, seu cum cohortibus peditum, et alis sociorum, seu alariis equitibus, qui auxilium ordinarium erant hujusce legionis, haud dubie, præter ipsos legionarios equites, qui e corpore legionis erant, nec unquam separabantur a sua legione.

Sed et erant aliæ alæ sociorum equitum, quæ seorsim ab omni legione militasse videntur, ita ut illæ ex usu temporum huc et illuc mearent, ut ala Caninefatum, Treverorum, &c.

Sed et aliæ erant *alæ*, quæ Romanæ et legionariæ, etiam separatim merentes a legionibus, huc et illuc transferebantur etiam, pro nutu imperantium, ut et similes cohortes Romanæ erant in castris separatim merentes. Sic *ala Petrina, Scribonia-na, Syllana, &c.* Et illæ alæ legionariæ et ejusdem conditionis fuerunt ac legionarii; sed nulli legioni annexæ erant.

Alares illi seu sociorum equites, quamvis essent annexi legioni, ut auxilium proprium, et etiam magis suis cohortibus, tamen sæpe separati pugnabant a legione sua, et a suis cohortibus seu peditibus, pro nutu ducum: quod patet ex Tac. IV. 73. 'Tum tres leves cohortes, ac rursum duæ' (quæ cohortes sociorum erant); 'dein tempore interjecto, alarius eques immissus.'

Sed hoc facit difficultatem, quia sæpe per *alarium equitem* intelligit Tacitus indistincte et equitem sociorum, qui inter auxilia legionum, alasque eorum separatas et alas Rom. seorsim etiam merentes; quandoque forte et legionarios equites. Itaque *alares hic* fuerint proprie contradistincti tantum a peditibus legionariis, tanto magis, quod eo ævo jam invalescebat equitatus in castris Romanis.

Et forte hoc loco nihil de sociis, qui ascribi militiæ prætorianæ non potuerunt, ut qui essent externi, non subsignani, nec militia Rom. instituti. Hic agitur, ut puto, tantum de *legionibus* et *alis*, qui Romanus et militia Rom. institutus miles. Nec videtur potuisse ascribi prætorianis, quæ nobilior militia, nisi qui ante legionarius fuisset.

Itaque prout vellent legionarii, licebat ipsis remanere et merere in *legionibus*, aut in *alis*, id est, in peditatu aut equitatu legionum, seu conditionis legionariæ, (quod dico prop-

Digitized by Google

bus, permissum: nec deerant, qui vellent, fessi morbis et intemperiem cœli incusantes.[1] Robora tamen legionibus alisque subtracta:[e] convulsum[f] castrorum[g] decus, XX. milli-

bus in legionum castris, aut alarum, concessum: et erant, qui sic mallent, anxii adversa valetudine, et inclementiam aëris adversantes. Flos tamen et validissimi abstracti legionibus alisque: labefactus castrorum honos, viginti millibus ex universo

1 Ms. Corb. *accusantes.*

NOTÆ

ter alas Rom. seorsim merentes,) aut allegi prætorianis. Et certe prætorianæ cohortes etiam habuere velut alas suas; nam hæ et suum equitatum habuere, ut patet ex Tacito.

Igitur putem, hæc verba, *inter legionarios aut alares*, eodem sensu capienda esse quo sequentia hæc, *Robora tamen legionibus alisque subtracta.* Quo loco intelligitur tantum miles Rom. seu legionarius; quo intelliguntur *alæ* legionariæ, sive cum legione sive seorsim mererent. An certe Caninefates, an Frisios, an Tungros prætoriæ militiæ ascripsisset Vitellius?

Jam eo ævo contradistincti *alares* a *legionariis:* quia jam invalescebat numerus alarum seu equitum, vel ob immensa viarum et imperii spatia, sive ob hostes imminentes, Germanos Parthosque. Jam non solum *alæ* illæ protegebant latera seu cornua legionum, sed ipsæ per se conficiebant corpus militare, et propriam aciem constituebant. Et video prælia solo alarum seu equitum incursu transacta ac profligata esse, legionibus fere immotis.

Itaque legionario militi licuit merere, vel in *legionibus*, vel in *alis*, ut solebat, vel urbanæ militiæ ascribi. Et cum dicit Tacitus: *Robora... alisque subtracta*, id intelligendum tantum de alis legionariis, et militia Rom. institutis, non de alis sociorum et auxiliarium.

Et licet olim Batavi seu Germani custodiæ principum appositi sint, non tamen *prætoriani* vocabantur; fidem certe in illis, non militiæ decus spectabant Cæsares. Et si alas auxiliarium prætoriæ militiæ ascriberet Vitellius, debuit potissimum deligere prætorianos ex Batavis, qui ipsi fidissimi erant. Et tamen octo Batavorum cohortes statim remissæ sunt in Germaniam.

[e] *Robora tamen, &c. subtracta*] Quia boni maxima ex parte *urbanæ militiæ ascribebantur;* vel quia etiam morbi confecti, ex intemperie cœli, vel ex libidinibus et illecebris urbanis.

[f] *Convulsum*] Certe convulsum robur legionum, quia nempe viginti millia subtracta sunt. Nec propterea magnopere ornatum aut firmatum castrorum prætorianorum decus: quia licet subtracti e legionibus, tum robora essent exercitus, dum manerent in legionibus; attamen veluti colluvies hominum, immixti ex toto exercitu castris illis, jam sic minus validi erant et minus strenui, quia jam non idem ordo, non eadem militia, nec duces iidem.

Nec se invicem noscebant: quippe ex cognitione mutua, ex contubernio exercitioque robur invicem, et fiducia militum, et quasi cognatio, velut unius familiæ, quo nihil firmius, nil bello præstantius. Erant jam veluti membra distracta ex alio corpore, et alteri

Digitized by Google

bus, e toto exercitu, permixtis magis[h] quam electis. Concionante[i] Vitellio, postulantur[j] ad supplicium[j] Asiaticus[k]

exercitu, confusis magis quam conscriptis. Concionem habente Vitellio, efflagitantur

NOTÆ

addita, unde veluti monstrum et portentum indecore conflabatur.

Repete quod supra habetur l. XIV. 27. ubi de colonia Antium deducta a Nerone: 'Non enim, ut olim, universæ legiones deducebantur cum tribunis et centurionibus, et suis cujusque ordinis militibus, ut consensu et caritate rempublicam efficerent, sed ignoti inter se, diversis manipulis, sine rectore, sine affectibus mutuis, quasi ex alio genere mortalium repente in unum collecti, numerus magis quam colonia.'

Sic et hæc militia urbana, magis *numerus*, et cœtus, seu colluvies hominum, quam verus exercitus fuit.

Et utcumque se habeant in castris urbanis, attamen castra legionum labefacta sunt. Igitur per *τὸ castrorum* hic, intellige castra legionum Germanicarum, quæ a Vitellio in urbem transvectæ, non autem *castra urbana*, seu prætoriana, quæ immo, sic aucta robore et numero fuerant.

His adde licentiam, desidiam, et delicias urbis, quibus statim emolliti, fracti, et profligati Germaniciani illi. Quæ causa vincendi Flavianis præcipua fuit, et fuit tum Roma Vitelliano exercitui, quod olim Capua Pœnis et Annibali.

[g] *Castrorum*] Quæ vox indefinite sumi debet.

[h] *Permixtis magis*] Non certe *delecti illi*, quia *sibi quisque* pro libito *militiam sumsere*, et indigni licet, militiæ urbanæ ascripti. Sicque *permixti magis* illi, quam delecti, ut qui neque ordines, neque signa solita, neque duces, neque se invicem noscitarent. Potius numerus fuit et colluvies, quam verus exercitus: sicque *convulsum castrorum* seu legionum deeus, bonis amotis, aut ægris, et otio ac mollitia corruptis.

[i] *Concionante*] Nempe apud exercitum.

[j] *Postulantur ad supplicium*] Qua mobilitate ingenii, qua pravitate vulgi? Oderant illi Neronem et adversus eum rebellarant, oblato non semel imperio duci Verginio, et tamen exhorrent Vindicem et duces Galliarum.

Nisi forte Germaniciani illi superbia et atrocitate ingenii, prave æmulabantur Gallos, simulque spernebant; neque voluerant, id eos sibi arrogare, ut, motis armis, eligerent Galbam aut alium in principatum.

Idem odium et fastidium fuit adversus Hispanienses, et alios quoscumque exercitus; et illi sibi unis arrogabant imperium et electionem Imperatoris. Sed statim ab uno Gallicano homine, ab Antonio Primo, imminuetur et contundetur ea superbia, ea audacia, non sine miraculo, fatoque prævalidissimo.

Postulantur ad supplicium] Forte tamen subtracti illi boni duces sævitiæ militum, precibus et auctoritate meliorum. Vel etiam apud amicos, ut in tam populosa urbe, latere potuerunt ad tempus, dum ira illa lascivientium furentiumque militum sensim consideret; si forte a concione aberant illi duces: quod ipsis saluti esse potuit, cum de rabie vulgi et periculo interim admonerentur.

[k] *Asiaticus*] Puto, iste diversus a

Digitized by Google

et Flavius et Rufinus, Duces Galliarum,[1] quod pro Vindice bellassent.' Nec coërcebat ejusmodi[2] voces Vitellius; super insitam inerti[3] animo ignaviam, conscius, sibi instare donativum et deesse pecuniam, omnia alia[m] militi largieba-

ad exitium Asiaticus, et Flavius et Rufinus, duces Galliarum, quod pro Vindice bellum intulissent. *Nec cohibebat Vitellius ejusmodi clamorem; præter insitam a natura socordiam, gnarus, sibi imminere largitionis tempus, nec habere*

2 Ms. Corb. *hujusmodi*.—3 Brotierus omisit *inerti*: sic Gronov. et Ryckius, libri scripti et editi; præter Ms. Flor. in quo, *insitam morte animo ignaviam*. Inde tentabat Lipsius, *insitum forte*; Pichena, *insitam inerti*; Bipont. *insitam inerte*.

NOTÆ

Valerio Asiatico, de quo Hist. I. 59. 'Accessere partibus Valerius Asiaticus, Belgicæ provinciæ legatus, quem mox Vitellius generum ascivit.'

Sic, tali principe imperante, virtutes puniuntur, et flagitia ornantur; quia vindicaverant urbem orbemque, supplicio afficiuntur eximii Galliarum duces. Ex hoc uno facinore æstimari Vitellii principatus possit. En specimen egregii imperatoris! statim etiam et inferias Neroni dabit; sed et ipse orbi imperioque polluto justa persolvet supplicia.

Asiaticus] Asiaticus ille haud dubie diversus ab Asiatico, quem mox in generum elegit Vitellius. Ille Gallus natione, hic Romanus. Nec tamen Asiatico huic nupsisse videtur filia Vitellii: nam mox eam locavit, amplissimaque dote instruxit Vespasianus, non sine specimine pietatis, etiam adversus hostem: et haud duble alii viro nupsit ipsa, sponte principis.

[1] *Duces Galliarum*] Malo literarum fato intercepta est historia Taciti, ubi de bello Vindicis agebat, sub finem Neronis. His libris nostræ Galliæ decora, et egregios tanti consilii duces auctoresque, ac totius orbis vindices, non sine lætitia et grati animi memoria, velut æternæ virtutis gloriæque Gallicæ summa exempla intueremur, admiraremur.

Hi duces inter viginti millia Gallorum cum Vindice victi sunt prælio, apud Vesontionem, præter spem commisso.

Et hi, ut puto, tum Romæ erant inter auxilia Gallorum pro Vitellio, qui tanta socordia fuit, ut belli socios eximios stolidi vulgi sævitiæ permitteret.

An has etiam inferias, et velut hostias, rursus mactabit Neroni, eo ipso Nerone deterior? ut supra I. 58. 'Sævitiam militum, plerosque ad pœnam exposcentium, sæpius approbat.'

Et hocce libro, abstulit consulatum Pedanio Costæ, quia Verginium incitarat adversus Neronem. En specimen egregii principatus! sed non diu sic ludet fortuna. Et quid hæc sine virtute?

[m] *Conscius sibi instare donativum, &c. omnia alia*] Hunc quoque locum liberare inusta nota possumus. Ait enim hoc: Vitellium, qui pecuniam dare militi non poterat, impunitatem et licentiam omni culpæ dedisse; ut hac saltem blanditia eum retineret: nec aliter sane fit in paupere militia. *Lipsius.*

Digitized by Google

tur.[n] Liberti Principum,[o] ' conferre[4] [p] pro numero[q] mancipio-

pecuniam, cuncta alia militi concedebat. Liberti procerum jussi contribuere pro

4 Male Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *conferri*. Brotier.

NOTÆ

[n] *Omnia alia militi largiebatur*] Innuere videtur his verbis, damnatos esse et permissos militari sævitiæ optimos fortissimosque *duces Galliarum*, qui, ut puto, vel capti prælio erant apud Vesontionem, vel etiam præsentes aderant, duces popularium suorum: idque odium forte ortum ex discordia legionariorum cum auxiliariis.

Neque, ut puto, jam a prælio Vindicis retenti in custodiis forent duces Galli, præsertim post victoriam Galbæ, nisi summa ejus socordia.

[o] *Liberti principum*] Non muto; et scio multos Romæ, eosque prædivites, priorum principum libertos. Videatur tamen et lectio et ratio proclivior, si libertos *Patrum* substituas: aut de iis, *Principes*, hic capias. *Lipsius.*

Per *principes* hic puto intelligendos primores civitatis: nam libertos principum vocat Tacitus, *libertos Cæsaris*, etiam dum principatus jacet in incerto.

Et si intelligeret hic libertos priorum Cæsarum, certe id aliter explicare debuisset: nihil tamen affirmo, quia Tacito usurpatur vox *principis*, fere tantum de Cæsare seu Imperatore.

Principum] Si priorum *principum* liberti, certe ad ipsum Vitellium spectabat ea res; nam Cæsaribus successerat, et erant omnes illi liberti, Cæsariani, et proprias opes tantum sic exegisse videretur. Et intra paucos res nummaria stetisset. Certe nulli hæredes priorum Cæsarum supererant, ad quos pertineret isti liberti. Ultimus Æneadum, seu Juliorum, Nero.

Puto, potius intelligi debent *procerum liberti:* non ausus Vitellius ipsos proceres lacessere, ipsos in libertis suis oppugnat.

Sic olim Augustus in clade Variana, certum numerum servorum imposuerat primoribus etiam fœminis; ex quibus milites, clade Variana cæsos, suppleret, ad ripam Rheni tuendam.

Suet. Aug. 25. ' Ad tutelam ripæ Rheni fluminis, eosque servos adhuc, viris fœminisque pecuniosioribus indictos, ac sine mora manumissos, sub priore vexillo habuit,' &c.

Liberti principum] Sunt *liberti* priorum *principum*, seu Cæsarum, qui haud dubie divites et magno numero. Erant illi liberti Caii Cæsaris, Claudii, Neronis, Galbæ, Othonis, &c. Quis enim patres vocet *principes*, sub principe et Cæsare imperante?

Et isti *liberti* patrum, quid opis habuere, comparati cum libertis Cæsarum; qui procuratores fisci provincias totas depeculabantur, ita ut sæpe principe ipso ditiores essent?

Quis regum æquavit opibus Polycletos, Patrobios, Callistos, Narcissos, Helios, Pallantes, et cetera *odiorum* prævalida *nomina?*

Attamen *liberti* patrum procerumque etiam divites. Sed simul ipsos patres offendisset Vitellius, cum ipsi jus in bona libertorum haberent: quod partibus Vitellii nocere potuit.

[p] *Conferre*] Quia scil. instabat donativum.

Digitized by Google

rum,' ut[5] tributum, jussi. Ipse, sola perdendi cura, stabula aurigis exstruere:[r] circum[s] gladiatorum ferarumque spectaculis opplere: tanquam in summa abundantia, pecuniæ illudere.

95. Quin et natalem Vitellii diem Cæcina ac Valens, editis tota urbe vicatim[t] gladiatoribus celebravere: ingenti paratu et ante illum diem insolito. Lætum fœdissimo cui-

multitudine servorum, *tanquam vectigal*. *Ipse solu profundendi ac profligandi* opes *studio, ædificare stabula aurigis; implere Circum certaminibus gladiatorum et ferarum;* et *velut in maxima opulentia, pecuniam* veluti *per ludum effundere* ac prodigere.

Quin etiam Cæcina ac Valens, exhibitis per compita et *per vicos totius civitatis gladiatorum ludis, diem natalem Vitellii celebrarunt: magno apparatu, et ante illud tempus inaudito. Gratum turpissimo cuique, apud honestos indignationi fuit, quod*

5 Ms. Jos. *et tributum.*

NOTÆ

q *Pro numero*] Forte in capita taxati singuli servi libertorum.

r *Stabula aurigis exstruere*] Stabulum non solum significat receptaculum equorum et jumentorum, ut vulgo dicitur, sed etiam accipitur pro caupona, et pro hospitio.

Inde *stabularii*, de quibus titulus est apud jurisconsultos, dicti, qui exercent, ut ita dicam, *stabulariam*, et muliones viatoresque excipiunt. Apuleius: 'quod primum ingressus fuerit stabulum, prandio participabo.' Sic *Beroaldus* ad Sueton.

Itaque, puto, hæc *stabula* erant diversoria alendis equis, et etiam forte aurigis, ut ibi aurigando se et equos commode exercerent, ut in Xystis seu porticibus exercebantur gladiatores: et in ea re multas opes absumsit Vitellius.

Sic et grassatus olim Caligula. Sueton. 54. 'Batuebat pugnatoriis armis, aurigabat, exstructo plurifariam circo.' Et infra 55. 'Prasinæ factioni ita addictus et deditus, ut cœnaret in stabulo assidue et maneret,' &c. Nempe in stabulo aurigarum Prasinorum: 'Incitato equo, cujus causa pridie Circenses, ne inquietaretur, viciniæ silentium per milites indicere solebat, præter equile marmoreum, et præsepe eburneum, præterque purpurea tegumenta ac monile e gemmis, domum etiam, et familiam, et supellectilem dedit,' &c.

Cœnabat igitur in stabulo Caligula, manebatque. Ergo fuit illud diversorium et aurigis et ipsis equis, ut scil. ibi et homines et equi alerentur, curarentur, exercerenturque commodius, simul ibi stabulantes. *Stabulare* est manere, divertere, habitare. Virg. 'Centauri in foribus stabulant, Scyllæque biformes.'

Stabula aurigis] *Stabula* vocantur diversoria, destinata viris simul et equis: quod patet ex Plin. l. VI. Epist. 19. 'Deforme arbitratus, (ut erat,) honorem petituros, urbem Italiamque, non pro patria, sed pro hospitio aut stabulo, quasi peregrinantes habere.'

s *Circum*] Vide l. I. c. 72.

t *Vicatim*] Per compita, per vicos singulos, saltem celebriores.

Digitized by Google

que, apud bonos invidiæ fuit, quod exstructis in campo Martio aris,[u] inferias Neroni fecisset:[1] cæsæ publice victimæ crematæque: facem[2] Augustales[v] subdidere:[3] quod sacerdotium, ut Romulus Tatio Regi,[w] ita Cæsar Tiberius

statutis aris apud campum Martium, justa Neroni persolvisset: mactatæ palam hostiæ et combustæ: ignem Augustæi sodales *subjecere; quos sacerdotes, ut Romulus* olim *Tatio Regi* sodales instituerat, *ita Tiberius Juliæ familiæ dicavit.*

1 Ita bene Lipsius et recentiores. Male Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *jecisset*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *jecissent*. Brotier.—2 Sic bene Mss. Flor. Corb. Agr. et editiones recentiores. Sic quoque volebat Muretus. In Mss. Reg. Harl. Jes. et editionibus veteribus, *faces*. Idem. *Faces* Gronov. et Ryckius; et hic quidem putat, quoniam *aræ* dicuntur *exstructæ*, vulgatum *facem* non solicitandum.—3 Male Mss. Harl. Bodl. *subditæ*; quod librarii ad faces augustales verbum referrent. Eodem errore in Mss.

NOTÆ

[u] *Exstructis in campo Martio aris*] Scriptor incertus apud Suidam in voce Βιτέλλιος, hanc rem sic narrat: 'Et cadaver Neronis, in cavo quodam et obscuro tumulo jaceus, honoravit.' *Lipsius.*

Sic Suet. Vitel. II. 'Et ne cui dubium foret, quod exemplar regendæ Reip. eligeret, medio Martio campo, adhibita publicorum sacerdotum frequentia, inferias Neroni dedit.'

[v] *Facem Augustales*] Tac. Ann. I. 'Idem annus novas ceremonias accepit, addito sodalium Augustalium sacerdotio, ut quondam Titus Tatius, retinendis Sabinorum sacris, sodales Titios instituerat:' ubi videmus a Tacito illud tribui Tatio, quod hic Romulo ascribit. *Savilius.*

Augustales] Ideo forte *Augustales subdidere* ignem, quia Nero Cæsar, et ascitus in Juliam gentem erat, cui genti sacerdotium illud sacraverat Tiberius.

[w] *Ut Romulus Tatio Regi*] Jam id elucidavimus ad locum Ann. I. Addemus hic fuisse institutos istiusmodi sodales a Tatio Rege, sed postea fuisse confirmatos et velut in perpetuum consecratos a Romulo Rege, post mortem Tatii in ejus honorem. Ipsum enim, postquam decessisset, Romulus sic honoravit, pro more principum, qui, quos e medio sustulere, tum maxime celebrant honoribus.

Sic Nero matrem occisam, sic Antonius Getam fratrem trucidatum ornavit: 'Sit Divus, dum non vivus.' De Ner. Tacit. Ann. XIV. 3. 'Additurum principem defunctæ templum, et aras et cetera, ostentandæ pietatis.'

Fuerant illi sodales instituti retinendis Sabinorum sacris, vivo Tatio; sed Romulus eos, novo ritu, postea Tatio Regi consecravit, novoque decore auxit stabilivitque in perpetuum. Sic vindico Tacitum a Tacito: sibi enim ipse oppositus videtur.

Romulus Tatio Regi] Forte duplex fuit historicorum sententia de hoc sacerdotio Tatii: nempe, ita ut alii scripsissent, Tatium regem, dum viveret, instituisse hos sacerdotes; alii, Romulum Tatio Regi mortuo id sacerdotium dicasse: quam utramque sententiam secutus est Tacitus diversis scriptis temporibusque.

Et si comparatio justa sit, possit dici, quod quemadmodum instituit Tiberius sacerdotes *Augustales* Juliæ genti, seu Augusto, post mortem Au-

Digitized by Google

Juliæ genti sacravit. Nondum quartus a victoria mensis; et libertus Vitellii, Asiaticus,[1] Polycletos, Patrobios[3] et vetera odiorum nomina[2] æquabat. Nemo in illa aula probitate aut[4] industria certavit: unum ad potentiam iter,

Nondum quatuor menses a victoria elapsi erant, *et* jam *Asiaticus libertus Vitellii, opibus adæquabat Polycletos, Patrobios, et prisca invidiæ* publicæ *prodigia. Nemo in illo comitatu, ingenio aut bonis artibus contendit: una ad auctoritatem via lau-*

Corb. et Agr. *facem augustalem.* Brotier.—4 Budens. *et ind.*—5 Sic optime

NOTÆ

gusti, ita et Romulum, sacrasse sacerdotes Tatio, post mortem illius, vel saltem ritum firmasse, innovasse, atque adauxisse. Ut puto, idem dicere voluit Tacitus utroque loco. Nam et eandem comparationem affert, sodalium Augustalium, etiam I. 54. Forte illi sodales instituti primo retinendis Sabinorum sacris; sed hos mox Tatio Regi sacravit Romulus, quasi majori decore, ut sic Sabinos deliniret.

[1] *Asiaticus*] Possit de hoc Asiatico dici quod Plin. l. VII. Epist. 29. de Pallante, ubi de ejus monumenti titulo, via Tiburtina: 'Maxime tamen hic me titulus admonuit, quam essent inimica et inepta, quæ interdum in hoc cœnum, in has sordes abjicerentur; quod denique ille furcifer, et recipere ausus est et recusare, atque etiam, ut moderationis exemplum posteris prodere. Sed quid indignor? ridere satius, ne se magnum aliquod adeptos putent, qui huc felicitatis perveniunt, ut rideantur.'

[3] *Polycletos, Patrobios*] Hi liberti Neroniani opulentissimi paratu, comitatu, et opibus, ipsis regibus præcellebant. Sic Ann. XIV. 39. 'Igitur ad spectandum Britanniæ statum missus est ex libertis Polycletus, magna Neronis spe, posse auctoritate ejus, non modo inter legatum procuratoremque concordiam gigni, sed et rebelles Barbarorum animos pace componi. Nec defuit Polycletus, quominus ingenti agmine, Italiæ Galliæque gravis, postquam Oceanum transmiserat, militibus quoque nostris terribilis incederet.'

[2] *Vetera odiorum nomina*] Divitias scilicet, quas congesserat. *Pichena.*

Æquabat veteres libertos odio publico celebres, potentia, gratia, auctoritate, opibus; immo et malis artibus ac flagitiis.

Nomina] Sic famosos illos libertos vocat. *Odiorum nomina* vocat fœda illa propudia, ut, qui ex odio publico famosi essent.

Sic Florus duces Socialis belli *prodigia* appellat, l. III. c. 18. 'Cum omne robur fortissimorum fidelissimorumque sociorum sub suis quisque signis haberent municipalia illa prodigia; Popedius, Marsos,' &c.

Nomina] Non divitias præcise, ut vult Pichena, sed gratiosos libertos priorum Cæsarum, Callistos, scil. Pallantas, Narcissos, Patrobios, et similia fortunæ jocantis prodigia. Sic alibi Tac. 'Et cetera equitum prævalida nomina.'

Nomina] Opum odiorumque prodigia liberti illi principum, maxime sub Claudio et Nerone. Nam inaudita illa prævalida nomina sub Tiberio et Caio, qui certe mali erant, nondum tamen ignavi, aut socordes, nec *infra servorum ingenia.*

Digitized by Google

prodigis epulis et sumtu ganeaque[5] [a] satiare inexplebiles Vitellii libidines.[b] Ipse abunde ratus, si præsentibus frueretur,

tissimis ac profusis conviviis, et luxu saginaque explere insatiabiles Vitellii cupidines. Ipse satis sibi *superque* esse *arbitratus, si præsentibus gauderet, nec ulterius* in fu-

emendavit Palmerius, quem Pichena et recentiores omnes sunt secuti. Corrupte in Mss. Reg. Corb. et editione principe, *sumtu galanæ aquæ*. In Mss. Harl. Jes. et Puteolanus, *sumtu Caianæ aquæ*. Ms. Flor. *sumtu gaianeaque*. Tentabat Lipsius, *sumtu saginaque*. Franciscus Malherbe apud Gevartium, Elect. III. 8. *sumtu ganeæ aleæque*. Brotier. Ryckii Ms. habet *et sumtu luxuriaque*.

NOTÆ

[a] *Sumtu ganeaque*] Lipsius aptissime ad sensum restituit, *et sumtu saginaque*. Palmerius autem verius, et ad literam propius, *et sumtu ganeaque;* quam lectionem Flor. non parum juvat. Habet enim, *et sumtu Gaianeaque:* sic Ann. l. III. 'ventris, ganeæ paratus:' et l. IV. 'inter ganeam ac stupra.' *Pichena.*

Sic Suet. Vitell. 13. 'Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in jentacula et prandia et cœnas comissationesque: facile omnibus sufficiens, vomitandi consuetudine. Indicebat autem aliud alii, eadem die,' &c.

Sumtu ganeaque] Similes helluones describit Athen. l. 8. 'Chrysippum, o amici viri, Stoicorum ducem ac principem, ego mehercle in multis admiror, ob id tamen impensius laudo, quod famosum suis de opsoniis scriptis Archestratum in eodem loco ac numero semper collocavit cum Philenide, cui turpissimum de venereis opus ascribunt,' &c.

Et de Diocle helluone insigni: 'Idem cum alienati agri pretium in coëmendis opsoniis dissipasset, ferventem piscem mandens, exustum sibi ὀψαρὸν querebatur. Id tibi reliquum est, inquit Theocritus, mare ut ebibas: sic maxima tria e conspectu sustaleris.' Sic cœlum solumque sa-

lumque vorasset ingens ille helluo. Non ebibebat mare *Vitellius*, sed vorabat. 'Accipe, dixit, Privatis majora focis .... Et tua servatum consume in sæcula rhombum.' Juven.

[b] *Inexplebiles Vitellii libidines*] De Patina Vitellii sic Plin. l. XXXV. 'Atque ut luxu quoque auctoritas contingat figlinis, tripatinum, inquit Fenestella, appellabatur summa cœnarum lautitia; una erat murenarum, altera luporum, tertia mixonis piscis, inclinatis jam scilicet moribus. Nam nos, cum unam Æsopi tragœdiarum histrionis in natura avium diceremus, sestertiis sexcentis stetisse, non dubito indignatos legentes. At, hercules, Vitellius in principatu suo cc. sestertiis condidit patinam, cui faciendæ fornax in campis iis ædificata erat, quoniam eo pervenit luxuria, ut etiam fictilia pluris constent, quam murrhina. Propter hanc Mucianus, altero consulatu suo, in conquestione exprobravit patinarum paludes Vitellio, memoria non illa fœdiore, cujus veneno, Asprenati reo Cassius Severus accusator objiciebat, interiisse centum triginta convivas.' 200. sestertia, sunt nostro more 8000. coronati. Sed quonam modo fieri potuerit, ut patina fictilis tanti constiterit, inire rationem nequeo. Nec ipse Plinius hoc significare vide-

nec in longius consultans, novies millies sestertium,[c] paucissimis mensibus, intervertisse creditur. Magna et misera[d] civitas, eodem anno Othonem Vitelliumque passa, inter Vinios, Fabios, Icelos, Asiaticos,[e] varia et pudenda sorte

turum *prospiciens, existimatur profligasse intra paucos menses novies millies sestertium*, seu duos et viginti milliones et insuper quingenta millia coronatorum. *Magna et miserabilis Roma, quæ intra unum annum Othonem et Vitellium tulerat, inter Vinios, Fabios, Icelos, Asiaticos, diversa et inhonesta sorte agitabat; domos*

NOTÆ

tur, cum prius dixerit, Æsopi patinam sexcentis sestertiis stetisse.

Patinam enim pro ferculo posuisse, notum est ex loco l. x. quem explicant de centum aviculis, humano sermone canoris, senis millibus emtis.

Sed rursus, si Plinius de ferculo intellexit, quonam pacto non ineptus ille erit, qui post sexcenta sestertia, ducenta sestertia dixit? cum majus aliquid et mirabilius dicere vellet.

Igitur hoc in dubio, reperitur in vetere exemplari *decies sestertium*. Sicque addit Æsopi patinæ 400. sestertia. 600. sestertia sunt 15,000. coronati, ac *decies* sestertium, sunt 25,000. coronati: et ea summa patina hæc seu ferculum Vitellii constiterit.

[c] *Novies millies sestertium*] Sunt duo et viginti milliones coronatorum, et insuper dimidius millio etiam coronatorum, seu 67,500,000. libræ.

Novies millies sestertium] Sidonius in Panegyrico ad Majorianum abire ab hac summa videtur, ubi vitia singulorum principum recensens, de isto ait: 'Post quina Vitelli Millia, famoso ventris donata barathro.' Valde, inquam, abit, si de tota ejus sagina et luxu accipis: quod non debes; sed magis de singularibus epulis, et quod tantum in paucis aliquot cœnis.

Xiphilinus quidem ex Dione conscripsit: 'in paucis diebus centum myriades absumsisse in cœnam:' quæ sunt Latine *quadragies HS.*: nobis *centum millia* Philippicorum.

Tale et Suetonius indicat, cum 'singulos apparatus dominis, sive convivatoribus, constitisse non minus quadringenis HS.' asserit: id est, *decies mille* Philippicis: sed observa, *singulos*.

Sidonius igitur in singulis illis millibus, dum *quina ea* numerat, intelligit *millena* HS.; neutro, (ut cum Grammaticis dicam,) genere: atque ita juste efficit *quinquagies* HS. sive *centum viginti quinque millia* Philippicum, prope ad Xiphilinum. Quod si in eo, pro more et communi sermone, *quina millia* duntaxat capias, id est, *quina* HS. quantulum sint? *centum viginti quinque Philippæi*: ridiculum. *Lipsius.*

Novies millies] Id est, ex regulis, quas præstruximus, septem milliones, semel et tricies mille, ducentas et quinquaginta libras sterlingas. *Savil.*

[d] *Magna et misera*] Ut magna opibus, ita et magna cladibus civitas; nec fere dici queat, an major Roma, an miserior fuerit.

[e] *Vinios, Fabios, Icelos, Asiaticos*] Hæc quatuor *odiorum nomina*. Viguere sub Galba Vinius et Icelus; sub Vitellio Fabius Valens et Asiaticus libertus. Neque enim sub Othone præpolluisse ullum libertum aut amicum meminit; ut qui adversos Galbæ rumores præcipue declinaret.

Fabios] Fabium Valentem prædo-

Digitized by Google

agebat; donec successere Mucianus et Marcellus,[f] et magis alii homines, quam alii mores.

96. Prima Vitellio 'tertiæ legionis defectio' nuntiatur, missis ab Aponio[g] Saturnino epistolis, antequam is quoque Vespasiani partibus aggregaretur. Sed neque Aponius cuncta, ut trepidans[h] re subita, perscripserat, et amici adulantes mollius[i] interpretabantur: 'unius legionis eam seditionem, ceteris exercitibus constare fidem.' In hunc modum etiam Vitellius apud milites disseruit, Prætorianos nuper exauctoratos insectatus, 'a quibus falsos rumores dispergi, nec ullum[i] civilis belli metum,' asseverabat, suppresso Vespasiani nomine, et vagis per urbem militibus, qui sermones populi coërcerent: id præcipuum alimentum famæ erat.[j]

97. Auxilia tamen e Germania Britanniaque et Hispa-

subsecuti Mucianus et Marcellus, et magis alii homines, quam alia ingenia.

Primum nuntiatur Vitellio, tertiam legionem rebellasse, *scriptis literis ab Aponio Saturnino, priusquam ille etiam Vespasiani partibus accederet. Sed neque Aponius omnia, ut exterritus repentino casu, renuntiarat, et amici assentantes mitius accipiebant*, eam *esse* discordiam unius legionis, reliquum militem in obsequio perstare. *In hanc sententiam ipse Vitellius apud milites locutus, in prætorianos nuper sacramento solutos invectus* est, a quibus vanos rumores differri *affirmabat*, nec ullam civilium armorum *instare* formidinem, *dissimulato nomine Vespasiani, et sparsis per civitatem militibus, qui rumores plebis cohiberent: quod maxime fecit auxitque rumores.*

Copias tamen evocavit e Germania Britanniaque et Hispaniis, lente, et angustius

1 Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Corb. et editiones vetores, *nullius interpr.* Mss. Flor. et Agr. *melius.* Inde Rhenanus et recentiores fecere, *mollius.*

NOTÆ

nibus aggregat, non Cæcinam; quia isti plus ambitionis quam avaritiæ inerat.

[f] *Marcellus*] Eprius Marcellus oratoria laude celebris, Neronianæ in Thraseam et alios crudelitatis instrumentum, et omnibus, sub quibus vixit, principibus carus; utpote qui ipsorum actionibus lenocinium faciebat. Vide Tacit. Hist. II. et IV. *Savil.*

[g] *Ab Aponio*] Qui Mœsiæ rector, seu legatus consularis.

[h] *Ut trepidans*] Ut in metu subito *cuncta* non exacte perscripserat Aponius.

[i] *Nec ullum*] Vertunt: Nec affirmabat ullum esse civilis belli metum: male.

[j] *Id præcipuum alimentum famæ erat*] Liv. 44. 'Et primo supprimere in occulto famam ejus rei est conatus... et quo quæque accuratius curantur, eo facillus loquacitate regiorum ministrorum emanant.'

Digitized by Google

niis excivit, segniter, et necessitatem dissimulans. Perinde Legati provinciæque cunctabantur: Hordeonius Flaccus, suspectis jam Batavis, anxius proprio bello, Vectius[1] Bolanus, nunquam satis quieta Britannia: et uterque ambigui.[k] Neque ex Hispaniis properabatur, nullo tum ibi Consulari:[l] trium legionum[m] Legati, pares jure, et, prosperis Vitellii rebus, certaturi ad obsequium, adversam ejus fortunam ex æquo detrectabant. In Africa legio cohortesque,[n] delectæ a Clodio Macro,[o] mox a Galba dimissæ, rursus jussu Vitellii militiam cepere:[2] simul cetera juventus dabat impigre nomina: quippe integrum illic[p] ac favorabilem Proconsula-

rerum occultans. Eodem modo legati et provinciæ dubitabant, aut segniter agebant: Hordeonius Flaccus, infestis jam Batavis, solicitus proprio bello; Vectius Bolanus, nunquam satis pacata Britannia: et ambo dubiæ fidei. Neque festinabatur ex Hispaniis, nullo tum ibi præsidente legato *consulari. Legati trium legionum, æquales auctoritate, et, secundis Vitellii rebus, certatim æmulaturi fidem, perinde improsperam illius fortunam spernebant. In Africa legio et cohortes, quas conscripserat Clodius Macer, et* quas *dein Galba exauctoraverat, resumsere bellum, jubente Vitellio: etiam reliqui juvenes strenue profitebantur; namque Vitellius illic*

1 *Vettius* semper Brot. et Ryckius.—2 Sic bene Jac. Gronovius e Ms. Flor. In Mss. Harl. Jes. *capere*. In Mss. Reg. Corb. et veteribus editioni-

NOTÆ

[k] *Ambigui*] Ambigua fide, incerti quas potius partes tuerentur.

[l] *Consulari*] Amoto scil. Cluvio Rufo.

[m] *Trium legionum*] Primæ adjutricis, decimæ, et sextæ.

[n] *Cohortesque*] Forte delectus ille Clodii Macri refertur tantum ad *cohortes*, non ad legionem. Nam in Africa *legio* fuit vetus præsidium. Nec relinqueretur Africa sine legione, aut legionibus. Nec forte statim *legionem* conscripsisset Macer, quo manifesta rebellio fuisset, et veluti publica; quod novis cœptis periculosum.

Et certe Valerius Festus *legatus:* et cujus rei legatus, nisi *legionis?* non enim aliter dici *legatus* potuit. Ergo *legio in Africa* fuit, neque dimissa erat, nisi forte etiam aliqua ibi esset legio alia, et diversa ab ista; quod non puto.

Nam cum ibi de statu animorum ac copiarum agat Tacitus, debuit mentionem facere etiam aliarum legionum aut copiarum Africæ, si quæ adessent; ut supra de Hispania: 'trium legionum legati, pares jure,' &c.

[o] *Clodio Macro*] Hunc occiderat Galba, et simul dimiserat copias ab eo conscriptas.

[p] *Integrum illic*] De Vitellio eadem Sueton. in vita ejus cap. 51. at de Vespasiano mutat, et 'Africam integerrime,' inquit, 'nec sine magna dignatione administravit:' qui concilientur non video. *Lipsius.*

Integrum] Justum, nullis flagitiis, nulla libidine, non sævitia aut avari-

Digitized by Google

tum Vitellius,[q] famosum[r] invisumque, Vespasianus egerat: perinde[s] socii de Imperio utriusque conjectabant: sed experimentum contra fuit.[s]

98. Ac primo Valerius Festus, Legatus,[t] studia provincialium cum fide juvit: mox nutabat, palam epistolis edictisque[u] Vitellium, occultis nuntiis Vespasianum, fovens, et hæc illave defensurus, prout invaluissent.[v] Deprehensi cum

gesserat proconsulatum incorruptum, justum, ac popularem; et Vespasianus infamem invidiosumque egerat: et similiter socii principatum utriusque, qualis futurus esset, *interpretabantur: sed* mox *contrarium experimento* comprobatum *est.*

Atque initio Valerius Festus, legatus, favorem sociorum fideliter adjuvit: mox dubitabat, publice literis diplomatisque Vitellium celebrans, secretis nuntiis Vespasiano favens, et has aut illas partes protecturus, prout præpolluissent. Intercepti

bus, *cæpere.* Brotier.—3 Ita Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *proinde.*

NOTÆ

tia temeratum. Ibi dissident aperte auctores: quid mirum? Et frustra concillare eos volunt, qui si viverent et scriberent, adhuc dissentire vellent. Sic sunt ingenia mortalium.

[q] *Proconsulatum Vitellius*] Teste Sueton. Vitell. 5. Proconsulatum Africæ administravit, et ' in (illa) provincia singularem innocentiam præstitit, biennio continuato, cum succedenti fratri legatus substitutus esset.'

Quemadmodum ipsi frater in consulatu successerat, ita et ipsi in proconsulatu Africæ successit. Asiam enim et Africam sorte obtinebant, eodem ordine quo consulatum habuerant.

Itaque Vitellius, succedenti sibi fratri in administratione Africæ, legatus esse voluit, exemplo olim Scipionum: hinc per biennium mansit in Africa.

Hinc favor provincialium in Vitellium, cum e contra odio haberent Vespasianum, puto, ob avaritiam. Nam Adrumeti rapis lapidatus est, non sine probro et dedecore.

[r] *Famosum*] Avaritia infamatum.

[s] *Experimentum contra fuit*] Nam Vitellius prosperis et summa fortuna corruptus est: Vespasianus vero melior factus, et primus principum, tanto fortunæ splendore non occæcatus, immo prudentiam et bonas artes cum imperio auxit.

[t] *Legatus*] Legatus, qui diversus a proconsule: proconsul præerat provinciæ; *legatus*, legioni et cohortibus. Hic ipse est, qui infra lib. IV. 49. interficit Pisonem Africæ proconsulem.

[u] *Edictisque*] Quæ scil. edicta *Vespasiani* publice proponerent, tanquam principis; quibus cives sociosque admoneret, aut etiam imperaret quæ agi vellet, præmiis incitaret promissisque, increparet Vitellium, et Vitellii duces exterreret.

[v] *Prout invaluissent*] Non male, *prout ii valuissent.* Temporum enim hominem describit, qui, nunc in suspenso, inclinaturus erat ad partes valentioris. Multi ejusmodi vulpiones, præsertim per bella civica. Ta-

Digitized by Google

literis edictisque Vespasiani, per Rhætiam et Gallias, militum et Centurionum quidam, ad Vitellium missi, necantur: plures fefellere, fide amicorum, aut suomet astu[1] occultati. Ita Vitellii paratus noscebantur, Vespasiani consiliorum pleraque ignota: primum socordia Vitellii; deinde[2] Pannonicæ Alpes,[v] præsidiis insessæ, nuntios retinebant: mare quoque Etesiarum[x] flatu[3] in Orientem navigantibus secundum, inde adversum erat.

cum epistolis edictisque Vespasiani milites et centuriones nonnulli per Rhætiam et Gallias, ad Vitellium tracti, occiduntur: plures latuere, opera amicorum, aut suomet ingenio obtecti. Sic paratus Vitellii comperti, Vespasiani cœpta incognita: primum stupiditate Vitellii; insuper Alpes Pannonicæ copiis firmatæ, nuntios cohibebant: etiam pelagus, spirantibus Etesiis, favorabile navigantibus ad Orientem, hinc venientibus *contrarium erat.*

1 Sic bene Mss. Flor. Agr. Ferrettus et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. et editionibus veteribus, *suomet statu.* Brotier.—2 *Dein* Gronovius. —3 Sic optime, ex Rhenani conjectura, J. F. Gronovius et recentiores. Corrupte Ms. Flor. *etesi flabra aquilonis arcum flatu.* In Mss. Vatic. Farnes. Reg. Corb. et editione principe, *et Blasi flabra Aquilonis harum flatu.* Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *etesiæ flabant. harum flatu.* Ms. Jes. *horum.* Brotier.

NOTÆ

lis Rex Juliates Ann. XII. qui 'societatem Meherdatis palam induerat, in Gotarzem, per occulta et magis fida, inclinabat.' Et depingit in uno Claudianus: 'Libravit gemimas, eventu judice, vires; Ad rerum momenta cliens; seseque daturus Victori.' *Lipsius.*

[v] *Pannonicæ Alpes*] Mela l. II. scribit, Alpes ab ipsis littoribus longe lateque diffusas, primo ad septentrionem magno gradu excurrere; at ubi Germaniam attigerunt, verso impetu, in Orientem abire, et in Thraciam usque penetrare: cujus opinioni astipulatur hoc loco Tacitus, et in principio seq. libri.

Et Rufus Sextus in Epitome ad Valentinianum Augustum: 'Accesserunt Romanæ urbi Alpes maritimæ, Alpes Cottiæ, Rhæticæ, Noricæ, Pannonicæ.' Tametsi, Plin. III. 19. Alpes in Istriam usque extendat; et Paulus Jovius *Carnicas* Alpes vocat, a Carnis accolis, quos vulgo *Crainos* appellant, literis mutatis. *Lupanus.*

Pannonicæ] Sic nempe, ne rebellio Pannonici aut Mœsici exercitus in urbem renuntiaretur.

Pannonicæ Alpes] Videntur fuisse in Latobicis populis Pannoniæ regionis, et in Histria provincia Italiæ. Hodie pars montium *della Vena*, in Istria et Carniola provinciis circuli Austriæ et Status Veneti. *Tillemonius.*

[x] *Etesiarum*] Cæsar. belli civil. l. III. 'Ipse enim necessario Etesiis tenebatur, qui Alexandria navigantibus sunt adversissimi venti.'

Etesiæ ex sententia Aristotelis 2. Meteor. et Theophrasti de Ventis, 'Boreales sunt venti, qui spirant post hybernum solstitium, et ortum Caniculæ.' At Caniculæ ortus, si Plinium sequimur, incidit in decimum octa-

Digitized by Google

99. Tandem, irruptione hostium, atrocibus undique nuntiis exterritus, Cæcinam et Valentem expedire[1] ad bellum[2] jubet. Præmissus Cæcina: Valentem, e gravi corporis morbo tum[3] primum assurgentem, infirmitas tardabat. Longe alia[3] proficiscentis ex urbe Germanici exercitus spe-

Denique irrumpente hoste, sævis ac violentis undique nuntiis perculsus, jubet accingi ad bellum Cæcinam Valentemque: præire jussus Cæcina: at *infirmitas retinebat Valentem ex gravi ægritudine corporis tum primum convalescentem. Longe alia facies agminis Germanici e civitate egredientis: non robur corporum, non ala-*

1 Sic bene Acidal. ut Hist. I. 10. 88. Recepere et Bipont. pro vulgari *expediri*. Oberl. *Expediri* habent Ryckius, Gronov. Brotier. et Homer.—

NOTÆ

vum Julii, 'et post biduum exactum,' ait ille, 'Etesiæ diebus quadraginta perflant, nec ulli ventorum magis stati sunt.'

Ita ut Etesiæ spirare inciperent ordinarie a vigesimo Julii, atque expirarent in fine Augusti.

Solstitium autem æstivum cum viginti quinque dies antecedat ortum Caniculæ, ut statuit Olympiodorus in 2. Meteor. tum vigesimo quarto Junii die exoriri debuit ex justo calculo. A quo die cum enormis esset anni Juliani longitudo, nostro tempore solstitium anticipatum est undecim aut duodecim diebus, retractumque in Junii duodecimum aut decimum tertium.

Jam vero Etesiarum flatus, adeuntibus Ægyptum et Orientem secundos esse, redeuntibus adversos, præter regionis situm, argumento etiam fuerit, quod Thales, et Philosophorum alii (ut narrat Diodorus Biblioth. l. I.) putaverunt Nilum, incrementi sui causam habere ex Etesiarum flatu, 'qui cum fluvii ostiis contrarii spirent, aquas in mare exonerari prohibent.' *Savilius.*

Etesiarum flatu] Nempe rebellavit Oriens, et haud dubie Mœsicus exercitus, circa initium Julii mensis; quo fere tempore spirant Etesiæ, nempe a Canis exortu usque ad occasum, et ultra, per quadraginta dies.

Etesiarum] Etesiæ venti flant ab Occidente. Hodie Oceani nautæ vocant *Ouest*, *quart au Nord-Ouest*, et a nautis maris Mediterranei dicuntur *Quarta de Ponente verso Maestro*, teste Brietio. *Tillemon.*

[1] *Expediri ad bellum*] An non elegantius, *expedire?* Ut ad finem l. I. 'Multos e magistratibus, magnam consularium partem Otho, non participes, aut ministros belli, sed comitum specie, secum expedire jubet.' *Acidalius.*

Melius *expediri*, id est, parari: at loco allato ex l. I. *expedire*, id est, ad bellum exire, proficisci: et nonnihil discriminis esse videtur. Recte *expedire*, cum dicitur absolute et sine addito: at cum dicit, *ad bellum*, tum melius sit, *expediri ad bellum.*

[3] *Longe alia*] Longe alia species exercitus egredientis, ab illa specie et pompa qua ante ingressus urbe erat.

Digitized by Google

cies: non vigor corporibus, non ardor animis: lentum et rarum[a] agmen, fluxa[3] arma, segnes equi: impatiens solis, pulveris, tempestatum: quantumque hebes ad sustinendum laborem miles, tanto ad discordias promtior. Accedebat huc Cæcinæ ambitio vetus,[b] torpor recens,[c] nimia fortunæ indulgentia soluti in luxum: seu perfidiam meditantis[4] infringere exercitus virtutem, inter artes erat. Credidere plerique, Flavii Sabini[d] consiliis concussam Cæcinæ mentem, ministro[e] sermonum Rubrio Gallo, 'rata apud Vespasianum fore pacta[f] transitionis.' Simul odiorum invidiæque erga Fabium Valentem admonebatur,[g] 'ut impar apud[5] Vitellium, gratiam[h] viresque[6] apud novum Principem pararet.'

critas animorum: tardum et infrequens agmen, et arma labentia, tardi equi: miles *insolens caloris, pulveris, tempestatum: et quantum miles torpebat ad tolerandis* belli *munia, tanto ad seditiones pronior* erat. *His adjungebatur prisca Cæcinæ vanitas, novus languor,* ut qui *nimiis fortunæ delimentis corruptus in luxuriam; seu proditionem molienti, imminuere militum ferociam, inter dolos erat. Multi existimavere, labefactam Cæcinæ fidem, monitis Flavii Sabini, internuntio colloquiorum Rubrio Gallo,* ratas fore conditiones defectionis apud Vespasianum. *Etiam animo recurrebant inimicitiæ et iræ adversus Fabium Valentem,* quibus incitabatur, ut *ipse* inferior *gratia* apud Vitellium, favorem potentiamque *sibi* provideret apud novum imperatorem.

2 Ms. Corb. *tunc prim.*—3 Perperam Lipsius, *et fluxa arma. Et* abest a Mss. et veteribus recentioribusque editionibus. *Brotier.*—4 Mendose Mss. Flor. Reg. Corb. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres, *meditatio.* Emendavit Jac. Gronovius, *meditato,* quod Brotiero placet. Emendaverat Rhenanus, *meditanti,* quod recipiunt Ryckius et Gronov. In Ms. Agr. *meditantis;* et sic Bipont.—5 Quædam Edd. *ad Vitel.*—6 Hæc, *gratiam viresque,* perperam omissa in Ms. Reg. et editione principe. *Brotier.*

NOTÆ

[a] *Rarum*] Infrequens, nec densum aut confertum agmen; laxi ordines, &c.

[b] *Ambitio vetus*] Nempe insita illi a natura, quam hauserat a teneris, et quæ ante dein et post bellum increverat: vanitatis eum argnebat Valens.

Ambitio vetus] Qua pridem rebellandi consilium animo agitabat.

[c] *Torpor recens*] Qui nempe ultro ex luxu ac deliciis urbanis, seu ex nimia fortunæ indulgentia oriebatur; seu ex scelere ac dolo; quo nempe sic *infringere exercitus virtutem* cupiebat.

[d] *Flavii Sabini*] Qui Vespasiani frater et præfectus urbis. *Sevilius.*

[e] *Ministro*] Internuntio.

[f] *Pacta*] Quæ nempe inita essent cum Flavio fratre Vespasiani.

[g] *Admonebatur*] Magis forte a se ipso, quam ab aliis. Jam Cæcina prodiderat Galbam et Othonem; si se occasio dederit, etiam Vitellium proditurus; dein et Vespasianum,

Digitized by Google

100. Cæcina complexu Vitellii multo cum honore digressus, partem equitum ad occupandam Cremonam præmisit; mox vexilla quartæ, decimæ[1] et sextædecimæ[2] legionum;

Cæcina osculo Vitellii, multo cum decore dimissus, præmisit partem equitum ad invadendam Cremonam: dein vexillarii legionis quartædecimæ et sextædecimæ;

1 Bene quidem Puteolanus et recentiores, *vexillarii*. Corrupte autem Ms. Reg. et editio princeps, *vexilla in*. At mendose libri omnes, *quartædecimæ*. [Servat tamen Brotierus, ut Gronov. et Ryck.] Nam *quartadecima* legio non pro Vitellio, sed pro Othone ferociter stetit; ideoque in Britanniam missa: et a Flavianarum partium ducibus scriptæ in Britanniam ad quartadecimanos literæ, Tacit. Hist. II. 66. et 86. Legio, de qua hic agitur, fuit Vitelliana; ac proinde una e Germanicis legionibus. Quænam autem fuerit illa legio, incertum. Eruditus Savilius emendat, *quintædecimæ*. Mercerus, *quartæ*. Probabiliter uterque, quod utraque legio pro Vitellii partibus stabat. Mercero tamen potius assentior. Hic enim in Ms. Corb. XIIII. sicut mox infra XII. et XX. pro *duoetvicesima*. Utroque in loco redundat numerus X. *Brotierus*. *Ms.* Flor. *vexilla in quatuordecim* XIII. *legionum*. Sicque et ed. pr. unde J. Gron. corrigit *vexilla tertiæ, quartæ decimæ et s. legionum:* tertiam latuisse in præpositione *in*, et terminatione in *vexillarii:* sed ita tamen non eximitur scrupulus, de quartadecima, quæ fuit Othoniana. Ms. Guelf. pro XVI. habet XVIII. *Ernest*. Bip. e Flor. eruunt hanc: *vexilla quartæ, decimæ et sextædecimæ leg.* scil. sub *in* latere putant IV., quod notarius interpolando expresserit per *quatuor*, et sub XIII. latere XVI. quod in vulgata extat. Bud. habet *vexilla in* XIIII. *et* XVIII. *leg.* Hanc XVIII. legionem non admiserit Broterius, qui Variana clade periisse, neque deinceps memorari amplius docet, unde et apud nostrum H. I. 18. et 55. et IV. 24. *duo et vicesimam* reponit. Ast, pace viri docti dictum sit, *duodevicesima* restituta videtur postea. Saltem apud Grut. p. 1096. 6. *C. Marius Centurio leg.* XVIII. *a Trajano donis donatus occurrit*, et H. I. 55. *duodevicesimam* omnino admittendam evincit Pichena. In loco nostro XVI. omnino præferenda, quippe in vulgata totidem literis expressa legitur. Scrupulum de *quartadecima* bene forsan solvunt Bip. sed sub *in* vel terminatione *rii* latere III. potius arbitrarer, ni c. 96. a Vitellio defecisse narraretur. Itaque, dum quid melius, in Bip. emendatione acquiesco. *Oberl.*—2 Ita Puteolanus et recentiores. Pessime Mss. Reg. Corb. XIII. Editio princeps, *tredecim*. Mss. Harl. Bodl. Jes. XVIII. *Brotier*.

NOTÆ

innata levitate, et semper venali fide; ideoque postea occisus est a Tito Cæsare, ob conspirationem.

4 *Gratiam*] *Gratiam apud novum* vacuumque *principem* sibi compararet.

1 *Vexilla quartæ, decimæ*] Libri scripti, *vexilla* XIIII. et XIII. *legionum*. Sed verius est, XV. aut quod Mercero placet, *Quartæ:* nam de Britannicis mox sequitur, inter quas hæc XIV. fuit.

Ceterum semel sciendum est, duplicia *vexilla* videri illo ævo fuisse. Prius, e veteranis, qui stipendiis peractis, id est, vigesimo militiæ anno absoluto, sub vexillis habebantur, donec præmium et emerita acciperent: de quibus Annal. I. et alibi dixit.

Alterum ex electione, in necessitate aliqua aut bello; cum ipsæ legiones et aquilæ in castris aut provinciis relinquebantur, certa manu decerpta, qui sub vexillo mittebun-

Digitized by Google

NOTÆ

tur. Hi tales, *vexillarii*, et e tali legione dicuntur. *Lipsius.*

Lipsius in libris esse testatur: *vexilla* XIIII. et XIII. e quis legerim, *vexilla quartæ et sextædecimæ.* Quæris, quare quintam, et quintamdecimam omiserit, quæ mox in acie? nec habeo, quod dicam: nisi aut hic etiam inter notas eæ reponendæ: aut eæ relictæ in Italia fuerant, non ductæ in urbem usque, dein in itinere junctæ Cæcinæ. *Mercerus.*

Quartædecimæ] Lege, *quintædecimæ:* nam legio quartadecima infensa Vitellio, et remissa in Britanniam fuerat, etiam octo cohortes Batavorum auxilia quartædecimæ legionis remissæ in Germaniam, ita ut nihil superesset in urbe aut in Italia quartædecimæ legionis.

Nec aliæ ibi legiones aut vexilla, quam quæ adducta fuerant a Fabio, Cæcina, et Vitellio; nempe octo legiones ex Germania, et tres ex Britannia, in quibus tantum quatuor aquilæ; cetera vexilla erant.

Et certe undecim legiones affuere prælio Cremonensi; ubi essent aliæ duæ legiones, aut unde venerint, silet Tacitus: forte illas hic omnes recensuerat Tacitus, sed ex notis numeralibus male exscriptis, aut perperam intellectis, nata confusio; ita ut quilibet numerus jam non constet.

Et certe omnes omnino legiones, seu vexilla Germanica, nunc secum trahere videtur Cæcina; nam etiam Fabius Valens statim mandat, ut expectet illum exercitus, cui præfuerat.

Nec putes, ibi meruisse seorsim *vexillarios* quartædecimæ legionis. Nam infestior et ferocior illa legio, quam ut retineri ulla ejus pars in Italia debuerit.

Et certe statim jussu Vitellii procul amandata illa legio; verum, et ipsi custodes adhibiti Batavi, non minus feroces, ut eam observarent et in officio continerent.

Quartædecimæ] De Vexillariis *quartædecimæ* legionis falsum videtur. Nam illi haud dubie restituti suæ legioni, posito ubique bello; præsertim, cum pauci essent. Nam quingentos armatos forte non excedebant, et post cladem adhuc panciores fuere; quippe prælio Bedriacensi profligati erant.

Et *interfuit pacis*, non spargi pluribus locis infestos et feroces hostes partium, et præcipue, in urbe non haberi. An Vitellius inter victores traxisset in urbem ferocissimos hostium quartadecimanos? an in pompa, quasi triumphantes, invecti, qui rebellionem cogitabant, et passim hostilia loquebantur? nam si verus hic locus, trahuntur ex urbe ad bellum. Potius redditi illi suis signis quartadecimanis, et simul amandati in alium orbem, in Britanniam. Nec alibi jam mentio ipsorum, quasi separati a legione mererent. Nec certe sic delecti aut sejuncti vexillarii a legionibus, nisi instante necessitate belli, aut prælionum. At post Bedriacense prælium et victoriam Vitellii, jam posita ubique arma, et distractæ modeste partes erant. Nec fuerint avecti hostes in urbem; immo et extra Italiam omnes amoti.

Quod spectat ad vexilla, seu legiones Germanicas, clare evinci potest, omnes omnino advectas esse in urbem, ut scil. late terrorem inferret Vitellius reliquis Othonianarum partium fautoribus, et aliis, qui res novas moliri vellent toto orbe. Et certe veluti captam urbem, et triumphantium ritu, ingredi voluit, cui pompæ necessaria fuit præsentia legionum.

Et licet in introitu Vitellii spectentur tantum *quatuor vexilla* per frontem et circa aquilas, attamen haud

Digitized by Google

dein quinta et duoetvicesima[3] secutæ: postremo agmine unaetvicesima Rapax et prima Italica incessere, cum vexillariis trium[4] Britannicarum legionum et electis auxiliis. Profecto Cæcina, scripsit Fabius Valens exercitui, quem ipse ductaverat, 'ut in itinere opperiretur; sic sibi cum Cæcina convenisse:' qui præsens, eoque validior, 'immutatum id consilium' finxit, 'ut ingruenti bello tota mole occurreretur.' Ita 'accelerare' legiones 'Cremonam,' pars 'Hostiliam[k] petere' jussæ: ipse Ravennam[l] devertit,[5] præ-

mox quinta, et duodevicesima legiones *incessere: extremo agmine unaetvicesima Rapax et prima Italica secutæ, cum vexillariis trium legionum Britannicarum et roboribus sociorum. Digresso Cæcina, misit literas Fabius Valens copiis quibus ipse præfuerat*, ut in via se expectarent; sic pactum cum Cæcina: *qui præsens, ideoque potentior*, inversum tale consilium *ementitus est*, ut instans bellum totis viribus propulsaretur. *Sicque imperatum legionibus*, ut pars properarent Cremonam, *pars* Hostiliam tenderent: *ipse Ravennam* iter *flexit, specie adhor-*

3 Sic bene Mss. Vatic. Flor. Bodl. et Lips. Idque innuunt Mss. Corb. Agr. et editio princeps. Habet enim Ms. Corb. XII. *et* XX. Ms. Agr. et editio princeps, *duodecima et vicesima*. Male alii, *duodevicesima*. Idem.—4 Sic optime emendavit Rhenanus. Corrupte Mss. et veteres editiones, *cum vexillariis hystris*, vel *hystrium*, vel *istricum Britannicarum, &c.* Brotier.—5 Ita bene Mss. Flor. Corb. Bud. Ryckius et recentiores. Vulgo in Mss. et veteribus editionibus,

NOTÆ

dubie simul incedebant alia vexilla Germanica et Britannica, et claudebant firmabantque a tergo *quatuor* illa *vexilla*, aut certe illis accensebantur; ut sic quatuor legiones præeuntes adæquarent: quod maxime decorum in speciem ac pompam.

Itaque invectæ in urbem omnes supradictæ legiones, seu vexillarii legionum. Igitur et hinc revehi debuerunt omnes ad bellum. Et certe omnes affuerunt prælio Cremonensi. Nulla certe vexilla relicta in urbe; nam alioqui Fabius his instructus firmatusque, audacius ad legiones perrupisset: quod non ausus est, cum paucis cohortibus.

Itaque orta videtur confusio hoc loco, ex notis numeralibus, male exscriptis, aut male intellectis. Puto, sic scripserat Tac. *vexillarii* XV. XVI. I. et IV. *legionum*. Nam certe prælio Cremonensi affuerunt hæ legiones, quintadecima, sextadecima, prima, quarta, quinta, duodevicesima, Italica et Rapax, et vexilla nonæ secundæque et vicesimæ Britannicarum legionum. Neque hic omiserat Tacitus duas legiones, ut neque omisit eas in prælio Cremonensi, infra l. III. 22.

Itaque nihil hic de vexillariis quartædecimæ legionis; neque enim alios ibi recensuit Tacitus præter illos qui infra, loco citato, pro Vitellio decertant apud Cremonam, adversus Flavianos: neque certe victos suosque hostes infensissimos secum ducerent ad prælium Vitelliani.

i *Duoetvicesima*] Recte *duodevicesima* ex Mss. et ex rei veritate.

k *Hostiliam*] Hostilia, vicus Cenomanorum populorum ad Padum flu-

Digitized by Google

texto[6] [m] classem alloquendi: mox Patavii[n] secretum[7] componendæ proditionis quæsitum. Namque Lucilius Bassus,[8] [o] post præfecturam alæ, Ravennati simul ac Misenensi classibus a Vitellio præpositus, quod non statim Præfecturam Prætorii adeptus foret, iniquam iracundiam flagitiosa perfidia ulciscebatur: nec sciri potest, traxeritne[9] Cæci-

tandi classem: dein Patavii quæsitus secessus adornandæ perfidiæ. Quippe Lucilius Bassus, a præfectura alæ, impositus a Vitellio classibus Ravennati ac Misenensi, quod non confestim præfecturam prætorii assecutus foret, injustam iram scelesta proditione vindicabat: nec certo constat, an solicitarit Cæcinam an (quod contigit

divertit. Idem.—6 Ita Mss. Flor. Corb. Bud. Rhenanus et recentiores. In Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Agr. et editionibus veteribus, *prætextu.*—7 Budens. *ad secret.*—8 Perperam Mss. et veteres editiones, *Lucilius Blesus,* vel *Blexus.* Recte emendatum in margine Ms. Bodl. *Bassus:* [ut patet ex inscriptione Grut. infra.] *Brotier.*—9 Ita bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *nec sciri poterat, traxerat.* Brotier.

NOTÆ

vium, in Venetia regione Italiæ. Hodie *Ostiglia* urbecula ducatus Mantuæ, ad orientem in Lombardia. *Tillemon.*

[l] *Ravennam*] Ravenna, urbs Senonum populorum ad oram maris Hadriatici, in Gallia Cispadana regione Italiæ: hodie nomen antiquum retinet. Urbs est provinciæ Romandiolæ *Romagne,* in Statu Ecclesiastico. *Tillemon.*

[m] *Prætexto*] Ms. liber, *prætexto:* dicitur autem non minus Latine, *prætexto,* quam *prætextu.* Rhen.

[n] *Patavii*] Laudat gentem Plin. l. I. Ep. 14. Acilianus 'habet aviam maternam Serranam Proculam e municipio Patavio: nosti loci mores. Serrana tamen Patavinis quoque severitatis exemplum est.'

Patavium, urbs Venetiæ provinciæ in Italia: hodie *Padoue,* urbs primaria agri Patavini, sub dominio Reipubl. Venetæ. *Tillemon.*

[o] *Lucilius Bassus*] Bassi cognomen firmat omnino priscum monumentum quod Aquileiæ, cujus exemplar a Fulvio Ursino mihi traditum, subjeci: IMP. CAESAR. VESPASIANVS. AVG. PONT. MAX. TR. POT. II. IMP. VI. P. P. COSS. III. DES. IIII. VETERANIS. QVI. MILITAVERVNT. IN. CLASSE. RAVENATE. SVB. SEX. LVCILIO. BASSO. QVI. SENA. ET. VICENA. STIPENDIA. AVT. PLVRA. MERVERVNT. ET. SVNT. DEDVCTI. IN. PANONIAM. QVORVM. NOMINA. SVBSCRIPTA. SVNT. IPSIS. LIBERIS. POSTERISQVE. EORVM. CIVITATEM. DEDIT. ET. CONVBIVM. CVM. VXORIBVS. QVAS. TVNC. HABVISSENT. CVM. EST. CIVITAS. IS. DATA. AVT. SI. QVI. CAELIBES. ESSENT. CVM. IIS. QVAS. POSTEA. DVXISSENT. DVMTAXAT. SINGVLI. SINGVLAS. NON. APRIL. CAESARE. AVG. F. DOMITIANO. CN. PEDIO. CASTO. COS. ILATORI. VENETI. F. CENTVRIONI. AMAEZEIO. DESCRIPTVM. ET. RECOGNITVM. EX. TABVLA. AENEA. QVAE. FIXA. EST. ROMAE. IN. CAPITOLIO. AD. ARAM. GENTIS. IVLIAE. DE. FORAS. POMO. SINISTERIORE. TAB. T. PAG. II. LOC. XXXXIIII. *Lips.*

Digitized by Google

nam, an (quod evenit inter malos, ut et similes sint) eadem illos pravitas impulerit.

101. Scriptores temporum,[p] qui potiente rerum Flavia domo, monumenta belli[1] hujusce composuerunt, 'curam pacis et amorem Reipublicæ' corruptas[2] in adulationem 'causas,' tradidere. Nobis, super insitam levitatem, et, prodito Galba,[q] vilem[3] mox fidem,[r] æmulatione etiam invi-

inter improbos, ut ingenia consentiant) eadem illos improbitas incitarit.

Auctores illius *ætatis, qui, imperante Flavia gente, commentaria hujusce belli contexuerunt, scripsere,* studium pacis et curam Reip. *fuisse* causas *transitionis,* sed hæc *in assentationem fœde composita. Nos existimamus, præter ingenitam mobilitatem* animi, *et post desertum Galbam, mox fluxam fidem, etiam prodidisse*

1 Ryckius cum Brotiero habet *hujusce belli.*—2 Ita bene Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. Ms. Bud. *corruptos.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *corrupti.* Brotier.—3 Ita Mss. et veteres recentioresque

NOTÆ

p *Scriptores temporum*] Quo innuere videtur Tacitus, se non scripsisse, imperante Flavia gente, aut saltem opus non edidisse: sed mox sub Trajano, sub quo et consulatum adeptus est. *Nobis,* inquit, quibus nullus adulandi affectus, aut causa est, jam exstincta domo Vespasiani.

Super insitam levitatem, scil. Cæcinæ et Lucilii Bassi, jam *et prodito Galba,* qui Cæcinam evexerat, et legatum legionis fecerat in Germania. Ipsum Galbam ibidem prodidit Cæcina, et beneficio adversus beneficum principem usus est, cum ad rebellionem Vitellium compulit.

Nobis igitur, præter innatam *levitatem* eorum, præter *vilem fidem,* qua jam prodiderant Galbam, nunc etiam prodidisse et subvertisse Vitellium videntur, nulla boni publici cura, sed tantum *æmulatione et invidia,* ne favore anteirentur apud ipsum Vitellium.

q *Prodito Galba*] Non satis liquet apud Tacitum, qua in re, et quomodo Lucilius Bassus prodiderit Galbam: de Antonio, de Cæcina, et Fabio Valente satis manifestum; de Basso non item: ille *præfectus alæ,* forte apud Germanias.

Sed quam tanti momenti operam navavit Vitellio, ut illum statim eveheret a præfectura alæ ad præfecturam utriusque classis Ravennatis ac Misenensis; ita ut in præmium ipse navatæ operæ statim adipisci præfecturam prætorii vellet? mirari subit silentium auctorum, simul et hominis superbiam.

Nihil video, nisi forte Bassus, 'strictum Divi Julii gladium....detractum delubro Martis, (Vitellio) in prima gratulatione' porrexit; quem gladium gestabat Vitellius, teste Sueton. dum per vicos Agrippinæ Coloniæ circumferretur, portantiumque humeris super scutum libraretur. Sicque vicem repeteret, nempe *gladium,* qui proprium insigne fuit prætorii præfecti.

Nisi forte ille præfectus alæ comes fuit Fabii Valentis, qui promtissimus legatorum, 'Coloniam Agrippinensem, cum equitibus legionariis auxiliariorumque,' quibus forte imperabat

Digitized by Google

diaque, ne ab aliis apud Vitellium anteiretur,[4] pervertisse[5] ipsum[6] videtur.[7] Cæcina, legiones assecutus, Centurionum militumque animos, obstinatos pro Vitellio, variis artibus subruebat:[8] Basso eadem molienti minor difficultas erat, lubrica ad mutandam fidem classe, ob memoriam recentis pro Othone[9] militiæ.

ipsum Vitellium, livore et invidia, ne ipsos *alii apud Vitellium* gratia *præcellerent. Cum Cæcina legiones attigisset, diversis* fraudibus *artibusque subvertebat animos centurionum militumque*, qui *pro Vitellio pervicaces:* Lucilio *Basso eadem meditanti minus negotii erat, prona facilique ad detrectandum obsequium classe, recordatione novissimi pro Othone belli.*

editiones. In mediis quibusdam, *mox vilem.*—4 Sic bene Ms. Corb. editio princeps et Ernestus. In Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *anteirentur;* et sic Gronovius et Ryckius. Ms. Jes. *anteiret.* Ms. Reg. *anteirent.* Idem.—5 Recte Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. et Puteolanus, *pervertisse.* In Ms. Reg. et editione principe, *prævenisse*, solenni librariorum errore. *Brot.*—6 Brotierus cum Ryckio et Gronov. habet *Pervert. ips. Vitellium videtur:* et ita Puteolanus et libri omnes postea editi. Sed *Vitellium* abest a Ms. Reg. et editione principe. Sic quoque volebat Lipsius. E superioribus enim repetitum videtur.—7 Ms. Reg. et editio princeps, *videretur.* Puteolanus, *videntur*, et sic Ryckius et Gronovius.

NOTÆ

Lucilius Bassus, 'imperatorem Vitellium consalutavit.'

Quæro, quid tantum meruisset proditor Galbæ, ut statim eo usque eveheretur a Vitellio? Video tamen supra c. 92. evectos ad præfecturam prætorii, 'P. Sabinum a præfectura cohortis, et Julium Priscum tum centurionem.' Unde forte audacia et *iniqua iracundia* Lucilii Bassi: hincque ulciscebatur, ut qui Sabino et Prisco se longe anteferret.

[4] *Vilem mox fidem*] De pari flagitio queritur Mithridates apud Appianum: 'Acerbissimum tamen et veluti domesticum regibus venenum, perfidiam exercitus et filiorum atque amicorum, non prævideram ego, qui tantis curis, tantaque diligentia, vitæ meæ cavebam, atque invigilabam.'

[8] *Subruebat*] Fidem solicitabat, convellebat, corrumpebat.

[9] *Ob memoriam recentis pro Othone*] Potuit forte et addere aliam rationem, quia scil. remiges et classiarii magna ex parte 'Dalmatæ Pannoniique erant, quæ provinciæ Vespasiano tenebantur.'

Recentis pro Othone] Et etiam quia socios ipsorum legionaria militia evexerat, eadem spe ceteris facta.

Digitized by Google

C. CORNELII TACITI

OPERA OMNIA

EX EDITIONE OBERLINIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

JUSTI LIPSII EXCURSIBUS

RECENSU CODICUM ET EDITIONUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN SEXTUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1821.

Digitized by Google

C. CORNELII TACITI

HISTORIARUM

LIBER TERTIUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. 1. Flavianis de ratione belli deliberantibus moram alii, 2. festinationem Antonius Primus suadet, 3. et obtinet. 4. Proxima Corn. Fusci auctoritas. 5. Principes Sarmatarum Jazygum in commilitium asciti. Sido et Italicus Suevorum Reges tracti in partes. 6 7. Antonio, Italiam invadenti, comes est Arrius Varus. Multas urbes occupant. 8. Verona fit belli sedes. Moras frustra aut sero nectunt Vespasianus et Mucianus. 9. Interim Duces mutuis epistolis bellum gerunt. 10. T. Ampius Flavianus, militi suspectus, ab Antonio servatur. 11. Hic alteram quoque seditionem, odio Aponii Saturnini ortam, comprimit. 12. Lucilius Bassus, et 13. 14. Cæcina, a Vitellio deficientes, a militibus suis conjiciuntur in vincula. 15. Discordes Vitellianos ad Bedriacum aggredi statuit Antonius. 16. Aviditate navandæ operæ Arrius Varus rem in discrimen adducit; 17. eam Antonius constantia et virtute restituit, 18. victoria potitur. 19. Vespasiani, ea freti, Cremonam expugnare deposcunt. 20. Inconsultum eorum ardorem frustra retinet Antonius. 21. Sed adventantis hostis terror obstructas mentes consiliis Ducis aperit. 22—25. Præ-

Digitized by Google

lium atrox, anceps. Antonius egregii Ducis munia implet, victoriam aufert. 26—33. Cremona obsessa, capta, cremata. 34. postea restituta. 35. Victæ legiones dispersæ. 36. Vitellius luxu torpet 37. In urbem revectus Cæcinam condemnat; ei Rosium Regulum in unum diem Consulem sufficit. 38. 39. Junius Blæsus fraude L. Vitellii veneno tollitur. 40. 41. Fabius Valens libidine et cunctatione Vitellianorum res subruit et, 42. Flavianis Italiam occupantibus, 43. ad Stœchadas delatus, capitur. 44. Hispaniæ, Galliæ, Britannia, cuncta ad Vespasiani opes conversa. 45. Turbat tamen Britanniam Venutius: ibi varia sorte pugnatum. 46. Turbata quoque Germania. Mota et Dacorum gens, a Muciano ex Oriente reduce, repressa. 47. 48. Anicetus Polemonis libertus, Pontum infestans, capitur. Vespasianus Alexandriam pergit, ut urbem fame urgeat. 49. Antonius, post Cremonam superbior, 50. partem copiarum Veronæ relinquit, partem in Vitellianos expedit. 51. Nefarium facinus militis, ob occisum a se fratrem præmium petentis. 52. Festinationem Antonii apud Vespasianum criminatur Mucianus. 53. Is jactantius quam ad Principem literas componit, Mucianum insectatus. Inde graves Ducum simultates.

54. Vitellius stulta dissimulatione cladis ad Cremonam remedia malorum differt. Notabilis constantia Julii Agrestis. 55. Vitellius, ut e somno excitus, Apenninum obsideri jubet; honores largitur; in castra venit. 56. Prodigia. Præcipuum ipse Vitellius ostentum, ignarus militiæ, improvidus consilii, Romam revertit, perculsus defectione Misenensis classis. 57. Puteolani Vespasiano; Capua Vitellio favet. Cl. Julianus in partes Vespasiani transit, qui Tarracinam occupat. 58. Vitellius fratrem Lucium bello per Campaniam opponit. Ipse Romæ ex plebe et servitiis exercitum corradit, qui brevi dilabitur. 59. Flaviani Apenninum transeunt; ad eos Cerialis, Vitellii custodias elapsus, venit, et inter Duces assumitur. 60. Pugnæ avidos milites ægre cohibet Antonius. 61. Jam crebra fiunt ad Vespasianum transfugia. Priscus et Alphenus

Digitized by Google

castra deserunt, ad Vitellium regressi. 62. 63. Cæso Valente, desperabundus miles sub signis vexillisque ad Vespasianum transit. Pax et salus offeruntur Vitellio, si se dedat.

64. Flavius Sabinus, urbis Præfectus, frustra incitatur ad arma; 65. pacis amans, de pace agit cum Vitellio, 66. cedere parato, ni sui reniterentur. 67. 68. Hi, pullo amictu palatio degressum, et pro concione cedere se Imperio testantem, eo redire cogunt. 69. Interim Sabinus Rempublicam susceperat, eique aderant Romani omnis ordinis, frementibus Germanicis cohortibus. Modicum prælium, Vespasianis prosperum. Sabinus capitolium occupat, quod, 70. Corn. Martiale frustra ad Vitellium misso, 71. Vitelliani oppugnant, incendunt. 72. De prioribus capitolii fatis digressio. 73. Vitelliani cuncta sanguine, ferro, flammis miscent. Flavium Sabinum et Atticum Consulem capiunt. 74. Domitianus Sacricolæ habitu delitescit. Sabinus, invito Vitellio, trucidatur. 75. Sabini laudes. Atticus servatur.

76. 77. Tarracina a L. Vitellio obsessa et capta. Julianus jugulatur. Triariæ immodestia. 78. Flaviani, incertum Antonii an Muciani culpa cunctantes, obsessi capitolii fama exciti, 79. ad urbem properant. Ibi equestre prælium, Ceriali adversum. 80. 81. Vitellius legatos ad Vestales virgines pro pace aut induciis mittit, nec obtinet. 82. Flaviani tripartito agmine urbi propinquant. Varia ibi fortuna pugnatur. 83. Fœda lascivientis urbis facies, spectatore populo, et plausu diversas partes fovente. 84. Castra Prætor expugnantur. 85. Vitellius, e pudenda latebra protractus et contumeliis affectus, ad gemonias propellitur. 86. Vita Vitellii moresque. Domitianus Cæsar consalutatur. Gesta uno eodemque anno.

Digitized by Google

MELIORE fato fideque partium Flavianarum[1] Duces consilia belli tractabant. Petovionem[2a] in hyberna[b] tertiædecimæ legionis convenerant: illic agitavere, 'placeretne obstrui Pannoniæ Alpes,[c] donec a tergo vires universæ consurgerent; an ire cominus et certare pro Italia[d] constantius foret.' Quibus opperiri auxilia et trahere bellum videbatur, 'Germanicarum legionum vim famamque' extollebant, 'et advenisse mox cum Vitellio Britannici exercitus robora: ipsis nec numerum parem pulsarum nuper legionum; et, quanquam atrociter loquerentur, minorem esse apud victos animum. Sed, insessis interim Alpibus, venturum cum

Flavianarum partium duces prosperiore fortuna constantiaque majori bello et captis instabant. Petovionem in castra tertiædecimæ legionis confluxerant: illic consultavere, num expediret, obsideri Alpes Pannonicas, dum a tergo omnes copiæ coorirentur; an ingruere propius, et dimicare pro Italia fortius videretur. *Quibus placebat expectare copias sociorum, et bellum ducere, celebrabant* fortitudinem famamque Germanicorum exercituum, et post victoriam adventasse cum Vitellio Britannicarum legionum decora: sibi nec numerum æqualem fusarum nuper legionum; et, quamvis se ferociter jactarent, imparem *tamen* esse apud profligatos constantiam. Sed obstructis

1 Rhen. a Budens. *Flav. part.*—2 Brotierus legit *Pætovionem*, et sic vulgo Mss. et Inscriptiones. In veteribus quoque editionibus scriptum per *æ*. In recentioribus editionibus, *Petovionem*: sic Gronov. et Ryckius.

NOTÆ

[a] *Petovionem*] Pœtovium, vel Pœtovio, urbs Pannoniæ superioris ad Dravum fluvium: hodie *Pettau*, urbs ducatus Stiriæ ad orientem, in circulo Austriæ. *Tillemonius.*

[b] *In hyberna*] Hinc et ex aliis Taciti locis quamplurimis apparet, unicuique legioni, hyemis tempore, propria hyberna fuisse, aut intra muros civitatum, aut non longe ab illis; contra in æstate, plures simul legiones iisdem castris tenebantur, præsertim ubi bellum, aut belli periculum. *Pichena.*

[c] *Obstrui Pannoniæ Alpes*] Videntur antea fuisse intercisæ lib. II. 'Deinde Pannoniæ Alpes præsidiis insessæ, nuntios retinebant.' Sed fortasse eo usque tantum, ut transeuntibus illac nuntiis non pateret iter. *Pichena.*

[d] *An ire cominus et certare pro Italia*] Et tamen utrumque fecit Antonius mira felicitate et prudentia; nam et opposuit exercitum Rhæticis Germanisque auxiliis, obsepsitque Alpes. Et cominus etiam pro Italia certavit.

Infra c. 5. 'Igitur Sextilius Felix, cum ala Auriana et octo cohortibus, ac Noricorum juventute, ad occupandam ripam Æni fluminis, quod Rhætos Noricosque interfluit, missus,' &c.

Et cap. 8. 'Interjectus exercitus per Rhætiam Juliasque Alpes: ac, ne pervium illa Germanicis exercitibus foret, obsepserat.'

Digitized by Google

copiis Orientis Mucianum. Superesse Vespasiano mare,[e] classes,[f] studia provinciarum, per quas velut alterius belli molem cieret Ita salubri mora novas vires affore, et præsentibus nihil periturum.'

2. Ad ea Antonius Primus (is acerrimus belli concitator[1]) 'festinationem ipsis utilem, Vitellio exitiosam,' disseruit; 'plus socordiæ, quam fiduciæ, accessisse victoribus: neque enim in procinctu[g] et castris habitos: per omnia Italiæ municipia desides, tantum hospitibus metuendos: quanto ferocius[2] ante se[3] egerint, tanto cupidius insolitas voluptates hausisse. Circo quoque ac theatris et amœnitate ur-

interim Alpibus, adventurum cum exercitu Orientis Mucianum. Remanere Vespasiano pelagus, naves, et favorem provinciarum, per quas velut alterius expeditionis molem exciret. Sic utili cunctatione novas copias affuturas, et de præsentibus nihil imminutum iri.

Ad quæ Antonius Primus (is vehementissimus belli commotor) contra *censuit:* festinationem ipsis salubrem, Vitellio perniciosam *esse;* adjectum victoribus plus ignaviæ, quam audaciæ; neque enim accinctos, et in castris retentos; per cuncta Italiæ oppida inertes ac otiosos, ac solummodo paganis formidandos; quanto violentius se antea gesserint, tanto avidius in insuetas delicias novasque libidines exarsisse. Etiam enervatos Circo et theatris et illecebris

1 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Ms. Flor. *concittator*. Mss. Reg. Corb. Agr. et editio princeps, *concionator*, quod Ryckius putat non spernendum.—2 Ms. Guelf. *quanto fortius*.—3 Ita libri omnes scripti et editi, præter Cl. Lallemand, qui omisit, *se*. Latine quidem, Bro-

NOTÆ

e *Superesse Vespasiano mare*] Intellige mare Ponticum, Alexandrinum, Syriacum: nam maris Illyrici et Adriatici potiebatur Vitellius, et classes nondum ab illo defecerant.

f *Classes*] Illæ classes sociorum fuere, seu populorum, seu regum, qui magnitudine Romana protegebantur apud Orientem. Tac. lib. IV. 6. 'Apud idonea provinciarum sociæ triremes, aliæque,' &c. Classes propriæ Romanorum fuere Miseni et Ravennæ, aut Forojulii.

Tac. ibid. 'Italiam utroque mari duæ classes Misenum apud et Ravennam; proximumque Galliæ littus rostratæ naves præsidebant, quas Actiaca victoria captas Augustus in oppidum Forojuliense miserat.'

g *In procinctu*] Procinctus est meditatio belli, seu prælii: infra Tac. 'Addito spatio, rediturum et his robur meditatione belli.' Festus: '*Procincta* classis dicebatur exercitus ad prælium instructus et paratus, quem Diali Flamini videre non licet: antiqui enim *procinctum* militem dixerunt, ut nunc quoque, cum exercitus instructus est: *procincta* autem ideo, quod togis incincti ad pugnam ire soliti fuerint; unde et testamenta in *procinctu* fieri dicta, quæ faciunt ad pugnam ituri.'

Digitized by Google

bis emollitos, aut valetudinibus fessos. Sed, addito spatio, rediturum et his robur meditatione belli: nec procul Germaniam,[h] unde vires:[4] Britanniam freto dirimi:[i] juxta Gallias Hispaniasque;[j] utrimque[5] viros, equos, tributa:[k] ipsamque Italiam et opes urbis:[l] ac, si inferre arma ultro velint,[m] duas classes, vacuumque[6] Illyricum[7] mare.[n] Quid

urbanis, aut morbis defectos atque exhaustos. Sed, dato tempore, reversurum et his vigorem disciplina et exercitatione militari. Nec longe abesse Germaniam, unde copias accirent: Britanniam *tantum* angustiis maris separari: prope *esse* Gallias et Hispanias, ex utraque provincia viros, equos, vectigalia: ipsamque Italiam et opes civitatis: ac, si provocare armis ultro audeant *Vitelliani*, duas classes, destitutumque *navibus* Illyricum pelagus, *ideoque his*

tier.—4 Acidalius legi vult *Germaniam, unde Brit. &c.* deleto *vires.*—5 Idem mallet *undique.*—6 *Que* abest a Ms. Corb.—7 In Ms. Flor. *Illyrici.* Ita quoque Mss. Harl. Jes. Guelf. manu prima: altera emendatum, *Illyricum.*—

NOTÆ

[h] *Germaniam*] Germania magna regio Europæ veteris ad Oceanum: hodie pars imperii *Allemaniæ*, ut plurimum inter Rhenum et Danubium fluvios, omne regnum Daniæ *Dannemarck*, pars occidentalis status *Poloniæ* circa Vistulam fluvium, et aliquid regni *Hungariæ:* his omnibus quidam addunt regna Sueciæ *Suede* et *Norwegiæ:* ex Geographia Cluverii et Sansonis. *Tillemon.*

[i] *Britanniam freto dirimi*] Nempe a Germania: sicque Germania ac Britannia simul pro Vitellio conspirantes, et una Galliæ Hispaniæque, quæ etiam in ipsius partibus, et Italia, validissima pars imperii erant.

Freto] Fretum Gallicum, inter Galliam regionem et Britanniam Majorem insulam. Hodie *Pas de Calais*, inter regna Franciæ et Angliæ. *Tillemonius.*

[j] *Juxta Gallias Hispaniasque*] Attamen non tam vicina Germaniæ Britannia: neque ea, si caute loqui velis, a Germania neque freto hercule dirimitur.

Sed Antonius in rem suam ita loqui voluit; complexus sub Germaniæ vocabulo etiam Belgium (quæ tota pars Romanis *inferior Germania* appellata), *freti* nomine designans eam maris partem, qua ex Belgio brevissimus in Britanniam trajectus est. *Acidalius.*

[k] *Tributa*] Ex Gallia et Hispania; sed *tributa* præcipue ex Hispania, quæ aurum suppeditabat. Vide Ann. lib. I. Et supra lib. II. 32. 'Hispanias armis non ita redundare.'

[l] *Italiam et opes urbis*] Sic supra lib. II. 32. 'Italiam, et caput rerum urbem; senatumque et populum, nunquam obscura nomina, etsi aliquando obumbrentur; publicas privatasque opes et immensam pecuniam inter civiles discordias ferro validiorem.'

[m] *Ac si inferre arma ultro velint*] Vitelliani nempe: nam tum *duas classes* habuit in sua potestate Vitellius, Misenensem et Ravennatem, quibus Illyrico mari potiretur: quæ tamen classes mox rebellavere.

[n] *Vacuumque Illyricum mare*] Nem-

Digitized by Google

tum claustra montium profutura? quid tractum in æstatem aliam bellum? unde interim pecuniam et commeatus? Quin potius eo ipso uterentur, quod Pannonicæ legiones, deceptæ[o] magis, quam victæ, resurgere in ultionem[p] properent: Mœsici exercitus integras vires attulerint. Si numerus militum[q] potius, quam legionum,[r] putetur, plus hinc roboris, nihil libidinum: et profuisse disciplinæ ipsum pudorem.[s]

obnoxium. Quid tum profuturos insessos aditus montium? quid rejectam in alium annum expeditionem? unde interim opes et copias? Quin potius illud ipsum occuparent, quod legiones Pannonicæ, delusæ magis quam profligatæ, rursus erumpere in vindictam festinent: *et quod* Mœsicæ legiones illibatum robur adjecerint. Si numerus militum cogitetur potius, quam legionum, plus hinc virium, nihil voluptatum; et ipso pudore retentum castrorum de-

NOTÆ

pe opportunum, liberum, et obnoxium sibi haberent Vitelliani *Illyricum mare*, ut quod classibus suis occuparent, et de cujus possessione nemo certaret: quare addit statim Antonius; 'unde interim pecuniam et commeatus?'

Illyricum mare] Pars maris Superi vel Adriatici, et alluens oram Illyrici proprie dicti. Hodie *Mer de Dalmatie*, pars sinus Veneti, et irrigans littora Dalmatiæ provinciæ, &c. *Tillemonius.*

[o] *Pannonicæ legiones deceptæ*] Sic Suet. Oth. 9. 'Et tribus quidem, verum mediocribus prœliis, apud Alpes circaque Placentiam, et ad Castoris quod loco nomen est, vicit; novissimo maximoque apud Bedriacum fraude superatus est: cum spe colloquii facta, quasi ad conditionem pacis militibus eductis, ex improviso atque in ipsa consalutatione, dimicandum fuisset.'

Quod Pannonicæ] Discrimen inter legiones Pannonicas et Mœsicas fuit, quod illæ victæ, aut certe deceptæ, prœlio affuerant; Mœsicæ vero integras vires attulerant.

[p] *In ultionem*] Sueton. Oth. 9. 'Ne victis quidem (legionibus) adeo afflictis, ut non, in ultionem ignominiæ, quidvis discriminis ultro et vel solæ subirent.'

[q] *Si numerus militum*] Vires enim Vitellii extenuans, ostendere vult, illas legiones, licet numero ac nomine plures Flavianis, tamen vacuas et infrequentes fuisse, neque ad justum militum numerum. *Pichena.*

[r] *Quam legionum*] Erant cum Vitellio undecim legiones, vel saltem nomina vexillaque legionum. Sed hæ debilitatæ prœliis, vel deliciis urbis, aut morbis, vel etiam delectu cohortium prætorianarum seu urbanarum. Viginti millia abstracta erant.

Hinc vere disserit Antonius, computandum potius numerum militum quam legionum, quæ certe multæ, sed vacuæ milite erant. Supra Tac. 'Convulsum castrorum decus,' &c. Nisi forte suppletæ erant ex delectibus in urbe et Italia, urgente belli rumore.

[s] *Ipsum pudorem*] Nempe quod victæ essent a Germanicianis; hinc pudor, hinc severitas et disciplina, hinc in ultionem properabant.

Digitized by Google

Equites vero[t] ne tum quidem victos; sed, quanquam rebus adversis, disjectam Vitellii aciem. Duæ tunc Pannonicæ ac Mœsicæ alæ[u] perrupere[8] hostem: nunc XVI. alarum conjuncta signa[v] pulsu sonituque et nube ipsa operient ac superfundent oblitos præliorum equites equosque. Nisi quis retinet, idem suasor auctorque consilii[9] ero. Vos, quibus fortuna[w] in integro est, legiones continete: mihi expe-

cus. Equitatum vero, ne tum quidem fusum; sed, quamvis rebus improsperis, proturbatam Vitellii aciem. Duæ tunc alæ Pannonicæ ac Mœsicæ disjecere Vitellianos: nunc signa sexdecim alarum simul juncta, impetu sonituque et quasi procella obruent atque involvent immemores pugnarum equites equosque. Nisi quis prohibet, idem *ego* consilium et suadebo et exequar. Vos, quibus fortuna intacta et illibata est, legiones curate: ego con-

8 Male Ms. Reg. et editio princeps, *prorupere*. Ms. Jes. *perrumpere*. Brotier. —9 Sic bene Mss. veteres ac recentiores editiones. In mediis quibusdam,

NOTÆ

[t] *Equites vero*] Equites Othonianos intelligit, qui Vitellianum equitatum in sua castra repulere.

[u] *Duæ tunc Pannonicæ ac Mœsicæ alæ*] Quæ legiones prævenerant pro Othone.

[v] *Nunc* XVI. *alarum conjuncta signa*] Quælibet ala habuit 300. equites: igitur 16. alæ habuerunt 4800. equites. In qualibet ala 10. turmæ; et in qualibet turma ter deni equites.

XVI. alarum] Nempe secum rapuit Antonius fere universum equitatum Pannonicorum ac Mœsicorum exercituum.

[w] *Vos, quibus fortuna*] Id est, Vos, quibus etiam nunc deliberare licet, quique spem veniæ in Vitellii victoria nondum abjecistis, continete legiones, nec vos aleæ committite. Infra de Cornelio Fusco: 'Is quoque inclementer in Vitellium invehi solitus, nihil spei sibi inter adversa reliquerat.' *Pichena.*

Forte etiam hic se ipsum respicit Antonius, utpote cujus fortuna *in integro* non esset: nam falsi accusatus sub Nerone, et *legibus noceus*, tandem vix senatorium ordinem reciperaverat, non forte omnem famam aut fortunam integram.

Fortuna in integro] Puto, alludit ad ea quæ infra: quia in primo consilio militari, alii duces incerta et ambigua disseruerant, animo fortunam speculandi. At Antonius constantius et palam pro partibus Flavianis egerat, velut qui nihil spei aut interpretationis inter adversa sibi relinqueret.

Cap. 3. 'Hanc sui famam ea statim concione commoverat; qua, recitatis Vespasiani epistolis, non, ut plerique, incerta disseruit, huc illuc tracturus interpretatione, prout conduxisset; aperte descendisse in causam videbatur.'

Vel ad famam suam alludit, quæ non integra ob *falsi* crimen; vel forte simul ad utrumque.

Aut respicit forte ad ingenium senum illorum, qui opulenti et honorum pleni, jam et natura cunctatores erant, et gaudebant præsentibus; quasi diceret: Vos, quibus fortuna hæc

Digitized by Google

ditæ cohortes[x] sufficient. Jam reseratam Italiam,[10 y] impulsas Vitellii res audietis: juvabit sequi, et vestigiis vincentis insistere.'

3. Hæc atque[1] talia, flagrans oculis, truci voce, quo la-

tentus ero expeditis cohortibus. Statim modo audietis apertam Italiam, profligatas Vitellii opes: *et tum* placebit sectari, et victoris inhærere vestigiis.

Hæc et similia exardens oculis, ac voce atroci, quo longius permearet oratio,

****

consilio. Idem.—10 Sic bene Pichena et recentiores e Ms. Flor. in quo corrupte, *reserata militiam.* Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *reseratam militiam.* Ms. Agr. *fractam militiam.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *reserata militia.* Frustra tentat Jac. Gronovius, *reseratam ibi viam.* Brotier.

1 Brotierus legit, *hæc et talia;* et ita Mss. Harl. Bodl. Jes. et editiones

NOTÆ

placet, vos, quibus fortuna *in integro* arridet, interim *continete legiones,* dum *reseratam Italiam* et *impulsas Vitellii res* audiatis. *Vos,* scil. *quibus fortuna hæc illibata et præsens placet.* Hoc voluit Antonius, sciens ingenii vetustorum divitumque legatorum.

Forte sic, quia legati nondum aperte descenderant in partes: certe ipsi non proprie nec ultro rebellarant; sed a vulgo et a legionibus rebellantibus, velut inviti, abstracti erant: in quo non ipsorum, sed fortunæ crimen tantum argui potuit. Sicque adhuc *fortuna in integro* fuit.

Vos quibus fortuna] Vertit interpres Hispanus: 'Vos, quibus fortuna illibata est, et qui non statim eam exponere aleæ aut discrimini vultis.'

x *Expeditæ cohortes*] Id est, absque impedimentis. *Savil.* Id intelligendum magis, ut est, aut esse debet, quam ut dicitur. Spernit enim alios Antonius, et veluti ab expeditione rejicit eximitque, ut acrius illorum animos ad illam militiam accendat. Sufficiebant *cohortes* ad reserandam Italiam, et quia brevi secuturæ legiones erant.

Cohortes] Id est, lecta robora legionum. Ne intelligas cohortes auxiliorum. Nam infra: 'Antonio vexillarios e cohortibus rapienti et partem equitum,' &c. Et certe cohortes Rom. ac legionariæ quædam etiam seorsim merebant a legionibus.

Expeditæ cohortes] Sumit Interpres Hispanus de solis *auxiliaribus.* Verisimile tamen est simul affuisse et cohortes legionarias et subsignanum militem, seu vexillarios legionum. Forte *cohortes* illæ vexillarii ipsi legionum erant, et sic sæpe appellantur.

y *Jam reseratam Italiam*] In primis editionibus, *jam reserata militia:* in cod. Flor. *jam reserata militiam.* Unde Lipsius et alii interpretes fecerunt: *jam reseratam Italiam.* Quidni pro genio Taciti, et ex reipsa, *reseratam militiam?*

Nam statim addit Antonius Primus: 'juvabit sequi, et vestigiis vincentis insistere.' Quasi diceret: Juvabit insistere vestigiis primi ducis, qui militiam reseraverit; vel se ipse jam quasi victorem intelligit, cujus vestigiis insistere juvabit.

Adde, quod nemo claudebat Italiam, socordia Vitellii. Certe idem sensus est, utcumque legas: quia scil. pro Italia et urbe, tanquam pro summa rerum pugnabatur.

Jam reseratam] Malim, *cum reseratam.*

Digitized by Google

tius audiretur, (etenim se Centuriones et quidam militum[a] consilio miscuerant,) ita effudit,[2] ut cautos quoque ac providos permoveret,[a] vulgus et ceteri, 'unum virum Ducemque,' spreta 'aliorum segnitia,' laudibus ferrent. Hanc sui famam ea statim concione[b] commoverat, qua, recitatis Vespasiani epistolis, non, ut plerique, incerta disseruit, huc illuc[c] tracturus interpretatione,[3] [d] prout conduxisset; aperte descendisse in causam videbatur: eoque gratior[4] militibus erat, culpæ vel gloriæ socius.

(quippe immixti consilio centuriones erant, et nonnulli militum,) ita pronuntiavit, ut cordatos etiam prudentesque viros concitaret; vulgus et alii omnes laudibus attollerent illum, velut unum virum legatumque, *contemta* aliorum *ducum* ignavia. *Hanc sui existimationem statim excitarat in ea concione, qua, lectis Vespasiani literis, non, ut plerique, ambigua censuit, hoc vel illo modo interpretaturus mentem, prout expedisset; palam transisse in partes censebatur: ideoque acceptior militibus erat, flagitii vel decoris particeps.*

veteres. In Ms. Corb. *ac*. In Budens. *atque*; et sic Ryckius et Gronovius cum Bipont.—2 Ms. Corb. *ita fudit*.—3 Sic mallet Acidalius. Ac merito quidem, ut Cl. Ernesto aliisque jam observatum. Brotierus ceterique habent *interpretationem*.—4 Ita quidem Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et

NOTÆ

[a] *Quidam militum*] Id licuit ipsis, et licere debuit bellis civilibus. Hinc patet, vulgo centuriones in consilium apud principia vocatos non fuisse, sed tantum duces; scil. legatos legionum, præfectos castrorum, tribunos, et forte tamen aliquando primipilares.

[a] *Permoveret*] In suam sententiam adduceret.

[b] *Ea statim concione*] Puto, tunc cum duas legiones Pannonicas in Vespasiani partes traxit supra Hist. lib. II. 86. 'In Pannonia XIII. legio ac VII. Galbiana dolorem iramque Bedriacensis pugnæ retinentes, haud cunctanter Vespasiano accessere, vi præcipua Primi Antonii,' &c.

Hic 'labantibus Vitellii rebus Vespasianum secutus, grande momentum addidit; strenuus manu, sermone promtus, &c. Juncti inde Mœsici ac Pannonici exercitus Dalmaticum militem traxere.'

Quæ omnia non sine *concione* facta sunt, in qua haud dubie Antonius recitavit epistolas Vespasiani, quibus militares animos ad bellum incenderet. Vel forte illæ literæ apud principia ab Aquilifero pro more recitatæ fuerant, quod idem est; quibus lectis, jam non incerta disseruit Antonius, ut alii duces.

[c] *Huc illuc*] In hunc vel illum sensum *tracturus*.

[d] *Interpretatione*] Non literarum interpretatione, ut vult Clar. Harlæus, sed eorum quæ pro concione disseruisset; nam sæpe in talibus consiliis ita ambigue disserebant duces, ut mox possent ea, quæ dixerant, per interpretationem varie trahere; prout res verterent, et inclinaret fortuna.

Digitized by Google

4. Proxima[e] Cornelii Fusci Procuratoris auctoritas: is quoque, inclementer in Vitellium invehi solitus, nihil spei sibi inter adversa reliquerat. Titus Ampius Flavianus,[f] natura ac senecta cunctator,[1] suspiciones militum irritabat, tanquam affinitatis cum Vitellio meminisset: idemque,[2] quod, cœptante legionum motu, profugus, dein sponte remeaverat, perfidiæ locum quæsisse[g] credebatur. Nam Flavianum,[h] omissa Pannonia, ingressum Italiam, et discrimini exemtum, rerum novarum cupido Legati nomen resumere,[3] et misceri civilibus armis, impulerat: suadente Cornelio

Secundus auctoritate Cornelius Fuscus procurator. Is etiam, atrociter insectari Vitellium solitus, nullam veniæ *spem inter improspera sibi reliquam fecerat. Titus Ampius Flavianus, cum ingenio suo et senectute dubitaret*, morasque *necteret, suspicionem militum incendebat, tanquam necessitudinis* suæ *cum Vitellio recordaretur: idemque, quia incipiente discordia* seu defectione *legionum fugerat, dein ultro redierat, insidiis fraudique opportunitatem petiisse videbatur. Quippe cum Flavianus, relicta Pannonia, intrasset Italiam, et periculo ereptus* esset, tum illum *rerum novarum cupiditas incitarat*, ut *reciperare legati munus, et se inserere bellis civilibus*

recentiores. At in Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. et editione principe, *eoque gravior*. Quod non ita spernendum. Sic infra Hist. IV. 28. 'Contusis Ubiis, gravior et successu rerum ferocior Civilis, obsidium legionum urgebat.' *Gravior*, id est, majoris auctoritatis ac ponderis. Idque innuit, quod mox sequitur: 'proxima Cornelii Fusci auctoritas.' *Brotier*.

1 *Cunctatior*. Ita Mss. Reg. Corb. Harl. et editiones veteres. In Ms. Bodl. *cunctatior*. Ms. Jes. *contatio*. Lipsius et recentiores, *cunctator*, [quod et recipiunt Ryckius et Gronovius cum Bipont.] *Cunctatior*, probatum magis, magisque appositum. *Brotier*.—2 Sic Puteolanus et recentiores. In Mss. Harl. Jes. *iisdemque*. Altera manu in Ms. Harl. emendatum, *idemque*. In Ms. Corb. *isque*. Mss. Flor. Reg. et editio princeps, *idque*; quod immerito defendit Jac. Gronovius. *Idem*.—3 Male Ms. Guelf.

NOTÆ

[e] *Proxima*] Proximus auctoritate post Antonium Cornelius Fuscus. Vertit Interp. Hispanus, quasi ea auctoritas Fusci causa proxima fuisset cur in sententiam Antonii descenderetur: quod non satis capio.

[f] *Ampius Flavianus*] Pannoniæ legatus. *Sevilius*.

[g] *Perfidiæ locum quæsisse*] Credebant scilicet, Flavianum in Pannoniam revertisse, ea mente ut legiones illas rursum a Vespasiano alienaret. *Pichena*.

[h] *Nam Flavianum*] Affert rationem cur remeasset ex Italia Flavianus. Causa regressus illius fuit, non perfidia, ut suspicabantur milites, sed rerum novarum cupido, qua occasione nempe bene mereretur de Flavianis partibus, et dignitatem suam tueretur, forte jam diffidens Vitellii rebus, et præcipue quia sic suadebat Cornelius Fuscus, flagrantissimus hujus belli concitator.

Digitized by Google

Fusco; non, quia industria Flaviani egebat, sed ut Consulare nomen surgentibus cum[4] maxime partibus honesta[5] specie prætenderetur.

5. Ceterum, ut transmittere[1] in Italiam[1] impune[2] et[3] usui foret, scriptum Aponio Saturnino, 'cum exercitu Mœsico[4] celeraret.' Ac,[5] ne inermes[j] provinciæ barbaris nationibus exponerentur, Principes Sarmatarum[k] Jazygum,[l] penes

vellet: *incitante Cornelio Fusco; non quod opera Flaviani indigeret, sed ut consularis dignitas coalescenti tum maxime factioni* Flavianorum *honesto prætextu obtenderetur. Ceterum, ut transire in Italiam indemne* Flavianis, *et salubre foret, missæ literæ Aponio Saturnino*, ut properaret cum Mœsicis legionibus. *Ac ne provinciæ destitutæ præsidiis objicerentur extraneis gentibus, Sceptruchi Sarmata-*

reassumere. Brotier.—4 Sic bene Mss. Flor. Harl. Corb. Agr. editio princeps, Ryckius et recentiores. In Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *tum maxime;* ut altera manu emendatum est in Ms. Harl. *Idem.*—5 Hæc *honesta specie* redundare putat Ernestus.

1 Male Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Corb. et editiones veteres, *transmitteret.* Ms. Farnes. *transmitteretur.* Brotier.—2 Pessime Mss. Farnes. Reg. Corb. et editio princeps, *impunem.* Idem.—3 Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *eo usui.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *et eo usui.* Emendabat Acidalius, *et ex usu.* Bene Pichena e Ms. Flor. *transmittere ... impune ... et usui.* Brotier.—4 Sic bene Ms. Corb. et editiones recentiores: atque ita ferme Ms. Flor. corrupte tantum habet, *exercitum.* Pessime editio princeps, *de exercitu Mœsico celebrare.* Puteol. *Mœsicum exercitum celebrare.* Brotier.—5 Sic Pich. e

NOTÆ

[1] *Ceterum ut transmittere in Italiam*] Primum in consilio Petovione duces partium intelligo, non tres Illyrici consulares; Pompeium, Dalmatiæ; Flavianum, Pannoniæ; Aponium, Mœsiæ; sed Flavianum solum cum Antonio ac Vedio legatis legionum, et Cornelio Fusco procuratore. Ubi Antonii sententia invaluit, bellum ultro inferendum Italiæ censentis; ut id sine noxa fieret adversus tot Germanicas veteranas legiones, scriptum est Aponio, ut is quoque in Italiam cum Mœsicis legionibus properaret; quod ab eo factum statim docet Tacitus. Id, quia Aponius legatus consularis, et ad parem scribebatur, consilii et precum forma scriptum, *Magno usui fore*, ut cum suis properaret, nam sane ita legerim. *Mercerus.*

Transmittere] Ne intelligas præcise de ipso Ampio Flaviano, sed in universum de toto exercitu Pannonico.

[j] *Inermes*] Manebant inermes illæ provinciæ, quia abstrahebantur legiones, et in Italiam rapiebantur.

[k] *Sarmatarum*] In commilitium asciti a Flavianis: sed an ad bellum in ipsam Italiam tracti sint, incertum est; saltem horum nulla mentio in prœliis, cum tamen Tacitus meminerit regum Suevorum in prœlio Cremonensi: Hist. III. 21. 'Sido atque Italicus Suevi, cum delectis popularium primori in acie versabantur.' Si affuere Sarmatæ, tantum stipati erant domesticis et servis, non popularibus; et tamen illorum meminisse operæ pretium fuit, utcumque affuerint. Ve-

Digitized by Google

quos civitatis regimen,[m] in commilitium asciti;[n] 'plebem'[6]

rum *Jazygum, penes quos nationis imperium, in societatem belli assumti;* vulgus

Flor. Sic et Budens. Vulgo *at ne.*—6 Frustra tentat Boxhornius, *peditem quoque.* Principes Sarmatarum Jazygum plebem et vim equitum obtulere. *Brot.*

NOTÆ

risimilius est non tractos in Italiam fuisse, sed societate illorum usos esse Flavianos tantum in limite imperii, ne quis a tergo motus aut bellum exoriretur. Sic postea fere de Parthis actum, quorum pax aut societas non spreta, militia rejecta est.

[l] *Jazygum*] Jazyges Metanastæ, populi Sarmatiæ Europææ ad Danubium et Tibiscum fluvios. Hodie pars orientalis et meridionalis regni *Hungariæ;* paret summo Turcarum imperatori, et domui Austriacæ. *Tillemonius.*

[m] *Penes quos civitatis regimen*] Aut hæc sunt a manu glossatoris, aut inusitato sibi vocabulo, *civitatem* hic accepit, ut fere Cæsar, pro gente integra. *Gruterus.* Id est, Penes quos erat Reip. Sarmaticæ administratio. Videtur idem bis dicere. Nam qui dicit principes, simul dicit, penes quos potestas et summa rerum; attamen potuerunt esse principes seu primores, et qui tamen tum non curarent seu administrarent Remp. Puto, sunt iidem ipsi quos Tacitus Ann. VI. *Sceptuchos* vocat.

[n] *In commilitium asciti*] Videtur sensus: Abductis ex Pannonia et Mœsia exercitibus, timebant Flaviani duces, ne provinciæ illæ inermes relictæ, a vicinis nationibus turbarentur, et præsertim a Sarmatis Jazygibus. Ideo illorum principes, specie honoris, in commilitium evocaverunt, revera quasi obsides.

Sed cum ipsi obtulissent etiam plebem et equites, recusatum id munus, ne forte inter Romanorum discordias ipsi externam aliquam seditionem suscitarent, aut in ipso bello ad Vitellium deficerent, quod evenire non poterat; cum plebs sine principibus domi remaneret, ac principes in Italia sine suorum popularium manu militarent.

Et melius juxta hunc sensum distinxi, apposito puncto, post verbum *asciti:* cum antea continua oratione scriptum esset, *asciti, plebem, &c.* Pichena.

In commilitium asciti] Vertunt, quasi Flaviani secum in Italiam ad hoc bellum traxerint Sceptuchos illos Sarmatarum. Sed potius illi in commilitium asciti videntur, ne aut ipsi fines Rom. invaderent, abstractis legionibus, et ut ipsi forte eos fines easque provincias exarmatas tuerentur, amotis Romanis, et inter se de Italia pugnantibus.

Quod innuere videtur ipse Tacitus his verbis, *ac ne inermes provinciæ barbaris nationibus exponerentur, principes Sarmatarum, &c. in commilitium asciti.* Itaque, puto, asciti illi tantum, ne vel ipsi invaderent, vel ut aliorum barbarorum irruptionem prohiberent.

Observo apud Tacitum, quosdam Germaniæ populos, vel alios etiam ad Orientem, in commilitium a Romanis ascitos, ut incurrerent in hostes alia parte, viresque diducerent et averterent; non autem, ut copiis aut exercitui Rom. immiscerentur. Et ipsorum principum Sarmatarum, in omnibus prœliis Flavianorum, nulla fit mentio.

Et forte Sceptuchi illi sine sua

Digitized by Google

NOTÆ

equitatu, sine suis popularibus non militassent in castris Rom. et in Italiam usque vecti: et præcipue cum novi socii essent, cum imperio Rom. inservire non assuevissent.

Certe reguli Orientales sic inserviebant, ut et reges Suevorum hoc loco: sed hi pridem obsequio et servitio facti, ingenio et consuetudine, non item Sarmatæ, qui ignoti, feroces, et indomiti hactenus.

In commilitium asciti] Re accuratius perspecta videntur Sceptuchi illi non tantum in belli societatem, sed vere *in commilitium asciti*, et ad bellum præliaque simul tracti. Nam plebem, seu ceterum equitatum suum illi offerebant, quod munus remittitur, ne prævalidiores aliquid molirentur inter bella civilia: igitur in hoc distincti Sceptuchi a plebe, quod plebs remittitur, illi vero admitterentur in belli partem.

Etiam hic distincti Sarmatæ a Sidone et Italico, regulis Suevorum, qui simul cum suis popularibus asciti sunt, quia vetus obsequium Suevis illis et pridem reverentia fidesque erga imperium Romanum. At non ita Sceptuchis Sarmatarum fidebant, et qui ideo soli admissi ad bellum, rejecta plebe, quia gens illa minus nota et *fidei commissæ* minus *patiens*.

In commilitium asciti] Forte in eo differunt *commilitium* et *societas belli*; quod *in commilitium asciti* suis tantum corporibus militarent, velut inter Volones, et paucis famulis eos stipantibus: sic Rex Epiphanes pro Othone prælium ciens vulneratur, supra: at vero, qui in societatem belli assumuntur, hi cum suis popularibus, et talium cohortium suarum duces merent. Sic olim Segestes, Arminius, sic et nunc *Sido atque Italicus, reges Suevorum*, non tantum *in commilitium*, sed socii prorsus belli 'trahuntur in partes,' ut 'quibus vetus obsequium erga Romanos,' et ipsorum 'gens fidei commissæ patientior.'

At non perinde comperta fides Sarmatarum, et metus erat, 'ne, majore ex diverso mercede, jus fasque exuerent.'

Fas juraque belli non sinebant transgredi ad hostes, majore pretio corrumpi, deserere socios, ac violare fidem, quam jurassent. Hoc tamen metuebatur ex Sarmatis.

Illi certe solebant sæpe utrasque partes amplecti pecunia ac stipendiis conducti, sed ita ut alii alia sequerentur, non iidem bella desultarent, Sic Ann. VI. 33. alii Sarmatarum fovebant partes Iberorum, alii Parthorum, sed ita ut in fide starent quam semel amplexi erant.

In commilitium asciti] Asciti ipsi principes Sarmatarum et tracti forte ad bellum, quasi per honorem; non tamen populares accepti, ne quid numero suo freti molirentur. Ipsi principes subtracti, ne inermes provincias ipsi cum plebe sua lacesserent, flagrante bello civili.

Discrimen igitur hic inter Sarmatas et Suevos, quod Suevorum reges asciti, et simul cum suis popularibus ad bellum tracti sunt: at vero Sarmatarum principes asciti sint in commilitium, et ad bellum ipsi una cum Flavianis venerint, sed sine plebe, sine suo equitatu.

Sed nulla mentio eorum in prœliis, fateor, sic scil. ob paucitatem. Et quia modici ac spreti reguli in tantis opibus imperii, et in tanta mole belli, Epiphanes rex in prælio pro Othone vulneratur, et fere silentio prætermittitur: tanta superbia fuere in reges inservientes! Sic igitur capio: Societas inita indistincte cum Sarmatis; neque certe potuit iniri fœdus

Digitized by Google

quoque,[6] 'et vim equitum,' qua sola valent, offerebant: remissum[7] id munus, ne inter discordias externa[8] molirentur,[9] aut,[9] majore ex diverso[9] mercede, jus fasque[9] exuerent.[10] Trahuntur in partes Sido atque Italicus,[8] Reges Suevorum,[t] quis[11] vetus obsequium[u] erga Romanos; et gens

etiam, et robur equitum, *quo solo præpollent, exhibebant: remissum id beneficium, ne inter dissentiones* civium *externum* bellum *moverent, aut, majore pretio ex aliis* partibus accepto, *jus fidemque mutarent. Alliciuntur in partes Sido et Italicus, reguli Suevorum, quibus prisca fides et reverentia in Romanos; et natio* hæc *fœderis*

—7 Ita Mss. Reg. Corb. Harl. editio princeps et recentiores. Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *omissum*.—8 Faërnus: *ne quid discordiæ externæ molirentur*.—9 Bene Ms. Corb. editio princeps, Pichena et recentiores. Sic quoque emendatum in Ms. Harl. Prima manu, *at*. Puteolanus, *ac*. Brotier.—10 Ed. pr. *everterent*.—11 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps et Ryckius. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *quibus vetus:* Gronovius qui

NOTÆ

cum principibus, nisi simul et cum plebe iniretur: sed asciti in commilitium seu in partes belli soli principes, et rejecta plebs. Ne prævalidi inter discordias civium, externa molirentur. Itaque asciti Sceptruchi in bellum, et in partem præliorum venere.

[6] *Plebem quoque*] Cepit interpres Gallicus de pedestribus copiis; quod falsum puto. Nam solo equitatu pollebant Sarmatæ: et hoc loco *plebs* et *vis equitum*, unum et idem est, si sedulo attendis verbis Taciti.

[7] *Externa molirentur*] Ab externis et nondum *ante alias sociis* Sarmatis metuebatur, *ne inter discordias*, seu bella civilia, *externa* bella, externam *fraudem molirentur*, cui egregiam occasionem exhibebant discordiæ civium: 'Timeo Danaos et dona ferentes.'

Igitur assumti tantum *principes* Jazigum, a quibus nihil metui potuit ob paucitatem, et quibus forte appositi custodes, velut honoris causa: et qui præcul ad bellum tracti soli, si revera venere in Italiam, nihil *externum* moliri potuerunt, et quibus abstractis, nihil plebs Sarmatica ausa foret.

[9] *Ex diverso*] Sic supra Hist. II. 75. 'Quid enim profuturas cohortes alasque, si unus alterque præsenti facinore, paratum ex diverso præmium petat:' ubi *ex diverso*, id est, ex altera factione, seu ex hoste.

[9] *Jus fasque*] Id est, fidem et societatem, qua obstricti Flavianis erant.

[8] *Sido atque Italicus*] Qui reges haud dubie orti ex Vannio. Et cave confundas hunc Italicum, cum Italo, de quo Ann. XI. 16. qui filius Arminii, et ascitus est in regnum Cheruscorum, aut cum ejus stirpe. *Italicus* iste imperat Suevis trans Danubium positis, et extra Germaniam.

[t] *Reges Suevorum*] Sed cur a suis olim Germanis desciscunt Suevi, et alias partes amplectuntur? Nam Vitelliani toti Germaniciani erant. Sic puto, quia longe dissiti Suevi a Galliis, seu Germania, quam rexerat Vitellius, et viciniores Pannonicis exercitibus, potius eos secuti sunt.

Præterea reges illi diversas ratio-

Digitized by Google

fidei[v] commissæ[12] [w] patientior: posita[13] in latus auxilia,[x] infesta[y] Rhætia, cui Portius Septiminus[14] Procurator erat,

initi observantior; objectæ in latus sociorum copiæ, nam *inimica* erat *Rhætia, cui præerat Portius Septimius procurator, illibatæ fidei adversus Vitellium. Itaque*

---

vetus.—12 Sic Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. Corrupte Mss. Flor. Reg. Corb. et editio princeps, *fidei commissior patientior*. Palmerius emendabat, *fidei commissior*. Inde tentabat Lipsius, *fide cognitior*. Pichena, *gens fida, ac laborum*, vel *onerum patiens*. Boxhornius delendum censet τὸ *commissæ*, et scribendum, *quam ipse*. Ego puto Tacitum pro *commissior* scripsisse *quam jussorum*. Jac. Gronovius, *fidei commissique patiens*. Certe durum est, *fidei commissæ patientior*, neque ex usu Latinorum Scriptorum. Sensus tamen satis obvius. *Brotier*.—13 Sic Mss. et editiones veteres ac recentiores. Rhenanus, *opposita*, et sic Gronovius et Ryckius. Bipont. habent *imposita*.—14 Sic adhuc Mss. editionesque veteres et recentiores.

NOTÆ

nes habuere a provinciis seu gentibus Germanicis, quæ liberæ et indomitæ non patiebantur reges; immo et abhorrebant tanquam libertatis Germanicæ infensissimos hostes.

Et isti reges opibus ac vi Romanorum se tuebantur adversus alias gentes priscæ libertatis pervicaces.

Itaque non mirum, si in alias partes ultro transierint. Tac. lib. de Mor. Germ. c. 42. de Regibus Marcommannorum et Quadorum: 'Sed et potentia regibus ex auctoritate Romana: raro armis nostris, sæpius pecunia juvantur.'

Reges Suevorum] Suevi illi, haud dubie, non illi qui in Germania, sed qui trans Danubium locati, et quibus sub Tiberio datus Vannius rex, et qui vicini Sarmatis. Hi tracti ad bellum in Italiam cum sua plebe, quia gens obsequii veteris, et 'fidei commissæ patientior.' Et in *primori acie* certarunt, cum delectis auxiliaribus, infra prælio Cremonensi, pro Flavianis.

[w] *Vetus obsequium*] Non quod essent subditi illi Romanorum, sed tantum socii veteres. Ita per *obsequium* intellige tantum, fidem ac reverentiam, tanquam sociorum minus pollentium, et per honorem cedentium. Jam sic ultra Rhenum ac Danubium prolata erat *imperii reverentia*.

[v] *Gens fidei*] Ann. lib. XIII. ubi de Frisiis; 'Nullos mortalium armis aut fide ante Germanos esse.'

[w] *Commissæ*] *Commissæ*, ibi est datæ; gens Germana fidei datæ patientior seu observantior: vel *commissæ*, id est, creditæ fidei. Suevis *vetus obsequium* erga Romanos, non autem Sarmatis, qui nuper asciti in societatem. Comparat Tacitus Sarmatas cum Suevis, seu fidem Suevorum cum fide Sarmatarum: hæc enim Flavianis suspecta. Germani vero fideliores et constantiores habentur.

De Sarmatis, supra Ann. VI. 33. 'Contra Pharasmanes adjungere Albanos, accipere Sarmatas, quorum Septruchi utrimque donis acceptis, more gentico diversa induere.' Non tamen ideo suspecti præcise, quod *more gentico diversa induerent*, sed quia velut externi imperio, novi hi socii, nec obsequio facti.

[x] *Posita in latus auxilia*] Legitur et *opposita*; id est, adversus Rhætiam. Nempe opposita illa auxilia, quibus præerat Sextilius Felix, ala scilicet Auriana, octo cohortes, et Noricorum juventus.

[y] *Infesta*] Lege, vel intellige, *quia infesta Rhætia*.

Digitized by Google

incorruptæ erga Vitellium fidei. Igitur Sextilius Felix, cum ala Auriana[15a] et VIII. cohortibus ac Noricorum juventute, ad occupandam ripam Æni[16a] fluminis, quod Rhætos Noricosque interfluit, missus: nec,[17] his aut illis prælium tentantibus, fortuna partium alibi transacta.

6. Antonio, vexillarios[b] e cohortibus et partem equitum[c]

Sextilius Felix, missus cum ala Auriana, et octo cohortibus, et Noricorum auxiliis, ad insidendum littus Æni amnis, qui labitur inter Rhætos Noricosque: nec his aut illis pugnam audentibus, de summa rerum alibi dimicatum est.

Antonio, ducenti raptim vexillarios e cohortibus lectos, *et partem equitatus ad*

Rhenanus, *Septimius.* Septiminorum frequens mentio in antiquis Inscriptionibus. *Brotier.*—15 Male adhuc Rhenanus, adversantibus Mss. et veteribus editionibus, *ala Tauriana.* Idem.—16 Sic optime Rhenanus. Perperam Mss. et veteres editiones, *Rheni fluminis.* Brotier.—17 Ita bene Mss. Flor. Harl. Bodl. Jos. Corb. Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *nunc his, aut illis.* Idem.

NOTÆ

[a] *Cum ala Auriana*] Itane? atqui ala *Tauriana*, sive *Taurina*, adjuncta legioni Italicæ, in Vitellii partibus erat: nec de transfugio aut discessu ejus usquam didicimus. Ut justa causa sit, cur Vaticanam et Flor. lectionem recipiam, *ala Auriana.*

Nomina enim fere equitum alis, a præfectis: Taurianæ, Frontonianæ, Valeriæ, Silanæ, Aurianæ. Et hæc ipsa Auriana perseveravit ad labens imperium, legasque in notitia imperii sub dispositione ducis Armeniæ: *ala Auriana, Dacusæ.* Lipsius.

[a] *Æni*] Œnus, Fluvius Rhætiæ et Norici regionum, in Danubium se exonerat. Hodie *Inn:* labitur per regionem Grisonum, comitatum Tirolis, et ducatum Bavariæ. *Tillemon.*

[b] *Antonio vexillarios*] Hic Antonius, legatus septimæ Galbianæ, primus in viam se dedit, extremo Augusto, aut initio Septembris, secum trahens vexillarios e cohortibus, et partem equitum; non modicas procul dubio vires, integram licet non expierent legionem.

Profectus cum illo Arrius Varus, sola tum primipili auctoritate, sed ignoro cujus legionis. Lib. autem IV. tertia legio vocatur 'familiaris Arrio Varo miles.' Postea, ut Hist. IV. docemur, et prætoriano militi præfuit, obtinuitque *prætoria insignia*, et per Mucianum dejectus loco suo, factus est *præfectus annonæ.*

Patavii aut inde non procul dum legiones e Pannonia Antonium assecutæ, nimirum *septima Galbiana*, cui legatus Antonius ipse, et *tertiadecima Gemina*, cum Vedio Aquila ejus legato.

Titus quoque Ampius Flavianus legatus, ut ex conjecturis affirmare licet, simul eo devenit; mox enim in seditione ad Veronam legitur Aponius Saturninus Mœsiæ præses, et cum *septima Claudiana*, Vipsano Messalla legato, Veronæ eum assequitur.

Et paulo post, Veronæ aut prope eam duæ aliæ legiones ex Mœsia, *tertia Gallica* cum Dillio Aponiano, et *octava Augusta* cum Numisio Lupo. Atque hoc partium Flavianarum ro-

Digitized by Google

NOTÆ

bur in prælio ad Cremonam fuit, exceptis quibusdam veteranis prætorianorum cohortibus, quæ et illic et alibi memorantur; sed quando, et ubi in istas partes concesserint, nusquam diserte, ut equidem decuit, recensetur.

Vitellio sub signis fuerunt in campis Cremonensibus duæ integræ legiones, *unaetvicesima Rapax*, Cæcina ducente ex Germania; et *Italica*, a Valente Lugduno excita; et sex legionum non integrarum vires ex Germania; nimirum *quarta et octavadecima*, (alias *duoetvicesima*) ex Germania superiori; *prima*, *quinta*, *quintadecima*, *et sextadecima* ex inferiori Germania; earum sex Hist. II. nominantur. Antequam manus consererent istæ octo, speciatim additoque nomine exprimuntur.

Præter octo legiones, militabant istis partibus *vexillarii* ex tribus legionibus Britannicis, *secunda Augusta*, *nona*, *et vicesima Victrice*, pars ex octo millibus *armatorum*, quos Vitellius e Germania duxerat, scil. e *Britannico delectu*, Hist. II. et III. atque hi milites parebant Cæcinæ.

Post pugnam Cremonensem, 'victæ legiones per Illyricum dispersæ,' Hist. III. Quinque legiones victrices, auctæ *undecima Claudiana*, et sex insuper millia ex Dalmatia, duce Poppæo Silvano, istius regionis legato, et Annius Bassus, legionis undecimæ legatus, Veronæ substiterant.

Antonius et alii duces, cum auxiliariis et *lectis e legionibus* pergebant ad Fanum Fortunæ Hist. III. ad Fanum porro cum venissent, Verona omnes arcessi jubent copias, quæ istos assecutæ ad Carsulas.

Post cladem Cremonensem, Vitellius misit Fabio Valenti tres prætorianas cohortes cum ala Britannica, captas a Cornelio Fusco ad Ariminum; deinde utrumque præfectum militi prætoriano, cum quatuordecim cohortibus prætor: quibusdam equitum alis, et legione *e classicis*, alia quam erat adjutrix Classica, (quæ tum in Hispania,) et forte recens conscripta. Atque hæ fuerunt vires utrinque exercitus, quæ huic prælio interfuerunt. *Savilius.*

Vexillarios] Cave intelligas *veteranos*. *Vexillarii* sunt lecti e legionibus, qui sub vexillis merebant, ut cohortes separatæ a legione, seu aquila; nec aliter quam alii legionarii, qui in corpore legionis et sub aquila militabant: certe ejusdem sortis et conditionis erant.

Veterani sub vexillo quidem merebant; sed non *vexillarii* appellabantur, et diversæ conditionis erant, utpote missi jam et exauctorati.

Vexillarios e cohortibus] Forte illi *vexillarii* expediti et selecti ex sua legione septima Galbiana, cui præerat Antonius, et ex aliis legionibus seu cohortibus Rom. sive quæ separatæ, sive quæ annexæ legionibus essent.

Neque verisimile est in tanto motu, et in expeditionem tantæ molis traxisse tantum *cohortes auxiliarium*, qui certe nunquam *vexillarii* dicuntur. Et in hoc *legionarii* distinguuntur ab *auxiliaribus*, quod *illi subsignani* seu *vexillarii* appellentur.

Forte tantum traxit *vexillarios cohortium* Rom. quæ separatæ merebant: et statim sequuntur ipsæ legiones.

Forte intelligendæ hic quæcumque *cohortes* indefinite, sive sint in legione, sive seorsim mereant; ita ut isti *vexillarii*, quos rapit hic Antonius, incesserint sub pluribus vexillis, quæ nomina ferrent cohortium, seu legionum,

Digitized by Google

ad invadendam Italiam rapienti, comes fuit Arrius Varus, strenuus bello: quam gloriam et[1] Dux Corbulo et prosperæ in Armenia res addiderant. Idem, 'secretis apud Neronem rumoribus,' ferebatur, 'Corbulonis virtutes criminatus.'[d] Unde, infami gratia primum pilum adepto,[e] læta

occupandam Italiam, socius fuit Arrius Varus, bello egregius: quam famam ei adjecerant dux Corbulo, et res feliciter in Armenia gestæ. Idem occultis apud Neronem criminationibus bonas Corbulonis artes insectatus *dicebatur. Unde ignominioso favore, primi pili honorem assecuto, faustæ ad præsens res* erant, at

1 Sic bene Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Corb. Reg. editiones veteres et recentiores. Perperam in mediis quibusdam editionibus emendatum, *ei dux:* [sic Ryckius et Gronov.] Frustra Mss. Corb. Reg. et editio princeps habent *magis* ante *quam*. Brotier. Bipont. *quam* mutavere in *cui*, pro quo olim scriptum *quoi*. Mihi vulgatum, subaudito *ei*, majorem vim habere vide-

NOTÆ

ex quibus electi erant. Aut etiam *vexillarii* duorum v. g. aut trium cohortium sub uno eodemque vexillo merere potuerunt, pro arbitrio et prudentia ducis. Forte dicit, *vexillarios e cohortibus*, quia certe hi electi ex cohortibus legionum.

[c] *Partem equitum*] Nempe Pannonici et Mœsici exercitus. Nam Poppæus Silvanus legatus Dalmatiæ morari visus, nec advenit cum legione *undecima Claudiana*, et *sex millibus Dalmatarum*, nisi post victoriam Antonii: nisi forte vexillarios quosdam præmisisset, quasi non sponte, aut jussu suo: quod tamen factum non puto.

[d] *Virtutes criminatus*] *Virtutes* ducis quasi crimina incusabat, pro more ævi Neroniani.

[e] *Primum pilum adepto*] Haud dubie primi pili centurio fuit tertiæ legionis, quæ in Oriente militaverat sub Corbulone, et quæ *familiaris Arrio Varo miles* appellatur, infra.

Et quod de Volaginio quodam, supra l. II. 75. Tac. scribit: 'Sic Scribonianum sub Claudio interfectum; sic percussorem ejus Volaginium, e gregario ad summa militiæ provectum:' idem hic subintelligi debet de Corbulone et de Arrio Varo; ita ut ad eadem munia præmiaque provecti sint illi nebulones, ob similia crimina; *Volaginius*, ob interemtum Scribonianum, et *Varus*, ob interfectum Corbulonem; licet paulum diverso modo, tamen eadem adepti sunt.

Tertianos vero sic laudat Antonius infra, c. 24. 'Plura ad Tertianos, veterum recentiumque admonens: ut sub M. Antonio Parthos, sub Corbulone Armenios, nuper Sarmatas pepulissent.'

Et statim: 'Orientem solem, (ita in Syria mos est,) salutavere.' Et infra, l. IV. Tertiani *in Orientem* solita hyberna remittuntur a Muciano.

Primum pilum] Haud dubie Tertiæ legionis, quæ in Syria militaverat, et in Armenia, duce Corbulone. Quare et prima in partes Flavianas transgressa. Unde iste Primipilus inter primos belli concitores cum Antonio. Nondum advenerat ipsa tertia legio, sed tantum cohortes, seu vexilla.

Digitized by Google

ad præsens male parta, mox in perniciem vertere. Sed Primus ac Varus, occupantes[1] Aquileiæ proxima[2] quæque, et Opitergii[g] et Altini[h] lætis animis accipiuntur: relictum Altini præsidium adversus classem Ravennatem, nondum defectione ejus audita: inde Patavium et Ateste[i] partibus adjunxere: illic cognitum, 'tres[4] Vitellianas cohortes et alam, cui Sebonianæ[5] nomen, ad Forum[j] Allieni,[6] ponte juncto,[k] consedisse.' Placuit occasio invadendi incuriosos: nam id quoque nuntiabatur:[l] luce prima inermos[7] plerosque oppressere. Prædictum, 'ut, paucis interfectis, ceteros

per scelus comparatæ, postea illi *in exitium cessere. Sed Primus ac Varus, invadentes Aquileiæ vicina quæque* loca, *alacriter excipiuntur Opitergii et Altini. Altinum copiis firmatum adversus naves Ravennates, nondum comperta transitione classis: hinc factioni adjecere Patavium et Ateste: illic compertum* est, tres cohortes Vitellianas, et alam, quam Scribonianam vocant, substitisse ad Forum Alieni, astructo ponte. *Placuit opportunitas occupandi securos, et cura vacuos; quippe id etiam nuntiabatur: cæpta luce plerosque inermes intercepere. Prius jussum* erat ut, paucis occisis, alios metu ad exuendam fidem compellerent:

tur. *Oberlin.*—2 Brotier. legit *occupata Aquileia:* et sic Mss. Flor. Reg. Bnd. Corb. editio princeps, Ryckius, Gronov. et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *occupantes Aquileiæ proxima, &c.* Hanc priscam lectionem cum Bipont. restituendam censeo. *Oberl.*—3 Brotierus scribit *in proxima;* et ita Ms. Agr. Ryckius, Gronov. et recentiores. Præpositio *in* abest a Mss. Flor. Reg. Corb. et ed. pr.—4 Multi *tris*, ut ubique scribere solent. —5 Brotierus cum Gronovio et Ryckio habet *Scribonianæ;* et ita Puteolanus et recentiores. In Ms. Bodl. *Scriboniæ.* Mss. Harl. Guelf. *Sebonianæ.* Emendatum altera manu in Ms. Harl. *Scibonianæ.* In Ms. Guelf. *Scribonianæ.* Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. *Sebonianæ;* et sic Bipont. Tentabat Jac. Gronovius, *Senonianæ.*—6 Ita Ryckius e Ms. Agr. In veteribus editionibus, *Alieni;* et sic habet Gronovius.—7 Sic Ms. Flor. Pichena et recentiores.

NOTÆ

[1] *Occupantes*] Alii ex Mss. *occupata Aquileia, in proxima quæque;* supple, *accipiuntur:* recte, et bono sensu.

[g] *Opitergii*] Opitergium, urbs Venetiæ provinciæ. Hodie *Oderzo*, oppidum Marchiæ Tarvisinæ, in statu reipublicæ Venetæ. *Tillemon.*

[h] *Altini*] Altinum, urbs Venetiæ provinciæ. Hodie *Altino*, urbs eversa Marchiæ Tarvisinæ, sub dominio reipublicæ Venetæ. *Tillemon.*

[i] *Ateste*] Urbs Venetiæ provinciæ. Hodie *Este*, oppidum agri Patavini, in ditione Veneta. *Tillemon.*

[j] *Forum Allieni*] Urbs Lingonum populorum, in Gallia Cispadana, regione Italiæ. Hodie *Ferrare*, urbs Ferrariensis agri, in statu Ecclesiastico. *Tillemon.*

[k] *Ponte juncto*] Interpres Hispanus: 'Fabricato in id ponte, ut e suis castris in oppidum commearent.'

[l] *Nuntiabatur*] Nuntiabatur, tres Vitellianas cohortes et alam Scribonianam ad Forum Allieni consedisse. Nuntiabatur quoque incuriosos ibi sedere.

Digitized by Google

pavore ad mutandam fidem cogerent:' et fuere, qui se statim dederent:[8] plures, abrupto ponte,[m] instanti hosti viam abstulerunt.

7. Vulgata victoria, post[l] principia belli[n] secundum[o] Flavianos, duæ[a] legiones, septima Galbiana,[p] tertiadecima Gemina, cum Vedio Aquila, Legato,[q] Patavium alacres veniunt: ibi pauci dies ad requiem sumti: et Minucius

et fuere, qui se confestim dederent: plures abscisso ponte, imminenti hosti iter ademerunt.

Sparsa victoriæ fama, post initia belli Flavianis prospera, duæ legiones, septima Galbiana et tertiadecima Gemina, lætæ adventant Patavium, cum Vedio Aquila, legato. Ibi dies aliquot ad quietem sumti: et Minucius Justus, præfectus castro-

In Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. et editionibus veteribus, *inermes*.—8 Ms. Corb. *dedere*.

1 Ita vulgo Mss. et libri omnes editi. A Mss. Flor. et Jes. abest, *post*. In Ms. Guelf. altera tantum manu additum est. Tentabat Jac. Gronovius, *per*. Forte hæc omnia spuria sunt, et additamenta quæ e margine in ipsam historiam transiere. Quod Cl. Ernesto jam observatum. Ea retinuit Cl. Gordon, et vertit: 'After the victory was grown public, and as to the party of Vespasian the first actions of the war had proved prosperous.' Murphy quoque, 'The fame of a victory, obtained in the beginning of the war, made an impression favorable to Vespasian's cause.'—2 Budeus. male *date*, quod

NOTÆ

m *Plures, abrupto ponte*] Haud dubie præsidium agitabant ad pontem, et in ea parte qua occurrebat instabatque hostis. Sed præter spem partim oppressi, qui in extrema hac parte pontis erant; partim se dedebant. Alii plerique primo metu, et durante pugna, pontem abrupere, sicque 'instanti hosti viam abstulere.'

n *Post principia belli*] Non male congruit cum iis quæ præcesserunt cap. 2. 'Jam reseratam Italiam,' seu *militiam*, 'et impulsas Vitellii res audietis.' Alii, *principio belli*, ex Mss.

o *Secundum*] Ne intelligas præcise de victoria *secundum Flavianos*: sed intellige, ob eam victoriam, initia belli jam fausta fuisse Flavianis partibus, quod magni momenti fuit: nam *fama bella constant*; et prout initia belli, ita et cetera æstimantur.

p *Septima Galbiana*] Cujus legatus Antonius Primus. Eam tum ducebat *Minucius Justus, præfectus castrorum*, absente Antonio legato; quia nempe, post legatum legionis, dignitate præminebat præfectus castrorum.

q *Cum Vedio Aquila, Legato*] Et T. Ampio Flaviano Pannoniæ legato. *Savil.* Cepit interpres Gallicus, quasi duabus istis legionibus præesset Vedius Aquila. Fuit ille tantum legatus legionis tertiædecimæ Geminæ.

Septimæ Galbianæ legatus fuit Antonius; et absente Antonio, loco legati, septimæ huic præerat Minucius Justus, præfectus castrorum ejusdem legionis, ut fieri debuit: et summæ rerum ac belli, seu duabus istis legionibus, præerat T. Ampius Flavianus, rector Pannoniæ et legatus consularis.

Digitized by Google

Justus, Præfectus castrorum[r] legionis septimæ, quia adductius,[s] quam civili bello, imperitabat, subtractus militum iræ,[t] ad Vespasianum missus est. Desiderata diu res, interpretatione[u] gloriæ, in[4] majus accipitur, postquam 'Galbæ[v] imagines, discordia[w] temporum subversas,[x] in

rum septimæ legionis, quia acerbius, quam civilibus armis licet, *imperabat, indignationi militum subductus, ad Vespasianum missus est. Pridem exoptata res interpretatione famæ in majus vulgatur, postquam Antonius* restitui *jussit*, in omnibus oppidis Italiæ, effigies Galbæ, dissensione temporum dejectas: *gloriosum Flavianis*

Rhenani ingenium frustra exercuit. *Oberlin.*—3 Sic bene Mss. Vatic. Flor. Corb. Lipsius, Pichena et recentiores. Corrupte Ms. Reg. *adducius.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres, *audacius.* Brotier.—4 Budens. *interp.*

NOTÆ

[r] *Præfectus castrorum*] Præerat ille legioni septimæ Galbianæ: nam *septimæ Claudianæ* præfuit Vipsanus Messalla, loco Tertii Juliani, legati legionis istius, qui ultra montem Hæmum profugerat, metu Saturnini Mœsiæ rectoris. Miserat Saturninus centurionem ad eum interficiendum, prætextu partium.

[s] *Adductius*] Id est, severius. Sic Ann. l. XIV. 'Pluribus sermonibus, modo familiaritate juvenili Nero, et rursus adductius, quasi seria consociaret.' Et eod. lib. XIV. 'Adductum et quasi virile servitium,' ubi de Agrippina.

[t] *Subtractus militum iræ*] Scil. haud dubie ab Antonio Primo, cui præcipua auctoritas apud hanc legionem. Nec id forte sine æmulatione in Justum, ut solus bello potiretur: nec jam sine ambitione in vulgus militum Antonius; ideoque Minucium subtrahit, mittitque ad Vespasianum: sic describit hominem Tacitus infra.

[u] *Interpretatione*] Præsentia semper odio sunt: homines fere æqui absentium et fato functorum. Igitur populus et boni, post Othonis scelus et Vitelliana arma, tandem desiderare Galbæ innocentiam seu constantiam cœperunt; et pridem cupiebant ipsi restitui decus, seu reponi imagines illius; quod nunc facit Antonius.

Igitur ea res in majus accipitur apud vulgus, per interpretationem gloriæ: quia nempe decorum et gloriosum Flavianis partibus putabatur, 'si placere Galbæ principatus et partes revirescere credereutur.'

Sic leniebantur et conciliabantur Hispania, Gallia, et ceteri Galbiani. Et licet re ipsa in speciem tantum ac pompam effigies Galbæ publice proponerentur, attamen interpretatione decoris in Flavianos, ea res in majus accipiebatur, ut fieri solet apud vulgus.

Interpretatione] Interpretatione hominum, et in ore famæ, crescit gloria post cineres, et præcipue principum, quibus jam non invidetur: hi jam comparatione successorum sæpe desiderantur. Interpretatione famæ et gloriæ ac rumoribus id in majus accipiebatur, quam re ipsa fuit. Et ut fama, ita factio præpollet.

[v] *Galbæ*] Adversus Galbam rebellarat Vitellius, jamque Othonianas partes excitarat, et victas legiones, Othonis scil. in partibus jam habebat Antonius; supererat igitur, ut Gal-

Digitized by Google

omnibus municipiis[7] recoli' jussit Antonius: decorum pro causa ratus, si placere[5][z] Galbæ Principatus et partes revirescere[6] crederentur.

8. Quæsitum inde, 'quæ sedes bello legeretur?' 'Verona[a] potior' visa, 'patentibus circum campis ad pugnam equestrem,' qua prævalebant:[b] simul, 'coloniam copiis

partibus existimans, si placere Galbæ imperium, et partes ejus *resurgere putarentur.*

Postea consultatum, quæ arx belli assumeretur? Verona magis *placuit*, lata et aperta circum planitie ad explicandum equestre certamen, *quo præpolle-*

gloriæque maj.—5 Sic bene Mss. Flor. Guelf. Harl. Bodl. Jes. Pichena et recentiores. In Ms. Corb. et editionibus veteribus, *si placeret.* Tentabat Muretus, *sibi placeret.*—6 Mss. Jes. et Guelf. *reviriscere.*

NOTÆ

bæ simul etiam *partes revirescere crederentur.*

Fuerat restitutus Antonius ordini et decori a Galba, et ab eodem præpositus septimæ legioni, quæ *Galbiana* dicebatur: sicque et privata et publica causa inductus videtur, ut Galbæ decus restitueret. Tali decore dignissimus vindex ille imperii et assertor generis humani Galba. Et jam supra, 'populus cum lauru ac floribus Galbæ imagines circum templa tulit.'

[v] *Discordia*] Nempe rebellione Othonis et Vitellii adversus Galbam; eodem enim animo, eodemque fere tempore uterque defecerat a Galba. Sicque ejus imagines subversæ, et nondum repositæ fuerant.

[x] *Subversas*] Qui mos etiam olim Græcis usitatus, teste Plutarch. Polit. 'Demadis item statuas dejectas et obrutas, ac inde ad vascula quædam per contumeliam conflatas, accepimus.'

[7] *Municipiis*] Quia nondum Romæ id præcipere poterat; quia scil. nondum vicerat, quia nondum urbem occupaverat, id in municipiis jussit.

[z] *Si placere*] Vertit interp. Hispanus: Si populi præsumerent Galbæ principatum Vespasiano placere. Forte sensus est: Si Flavianis ceterisque mortalibus *placeret Galbæ principatus*, qui alioqui bonus et innocens Imperator, et si *revirescere partes* illius crederentur, utpote adversus Vitellium, qui rebellarat in Galbam, longe pejor, nec sævitia minore.

Placere] Melior vetus lectio, *placeret.* Id decorum pro causa Vespasiani ratus, si Galbæ principatus et ejus partes eo bello revirescere crederentur; quia, scil. placuerat Galba, præcipue senatui et omnibus bonis: displicuerat ille tantum fere militibus præmia et spolia cupientibus, exturbata Repnb. Sic quippe et Vespasiani principatus placere optimo cuique potuit, quasi huic insitus: nec admodum dissimilis Vespasianus, si severitatem et parcimoniam spectes, nisi quod ingenio, fato, et filiis validior fuit.

[a] *Verona*] Urbs Cenomanorum populorum, in Venetia regione: hodie *Verone*, urbs Veronensis agri, in statu Veneto. *Tillemon.*

[b] *Qua prævalebant*] Prævalebant nempe equitatu, ut qui sexdecim alas

Digitized by Google

validam[c] auferre Vitellio, in rem famamque' videbatur. Possessa ipso transitu Vicetia:[1] [d] quod per se parum (etenim modicæ municipio vires) magni momenti locum obtinuit, reputantibus, 'illic Cæcinam genitum,[e] et patriam hostium Duci ereptam.' In Veronensibus pretium fuit:[f] exemplo opibusque partes juvere. Et interjectus[2] exercitus[g] per[3] Rhætiam Juliasque Alpes:[h] ac,[4] ne pervium illa[i]

bant: etiam e re et gloria *partium esse credebatur*, si urbem longe opulentissimam et commeatibus firmam Vitellio adimerent. *Occupata ex itinere Vicetia: quod ex se modicum (quippe tenues coloniæ opes) magni momenti fuit, cogitantibus* illic Cæcinam natum, et patrias sedes hostium duci ablatas esse. Operæ *pretium fuit in Veronensi colonia;* quæ *exemplo et copiis partes fovit. Et interpositus exercitus obstruxerat Rhætiam et Julias Alpes; ne illa* parte *Germanico*

1 Sic bene Pichena e Ms. Flor. Vulgo in Mss. et veteribus editionibus, *Vincentia*, aut *Vicentia*. Brotier.—2 Sic bene Lipsius, Pichena et recentiores. Male Mss. Flor. Reg. Corb. et editio princeps, *intertectus*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *interceptus*. Idem.—3 [Brotierus cum Ryckio omisit *per;* et sic] Mss. Vatic. Farnes. Corb. et Pichena. Corrupte Mss. Flor. Reg. et editio princeps, *pretiam*. Unde Puteolanus, Jac. Gronovius, et alii multi, *per Rhætiam*. Sed Flavianus exercitus non interjectus est per Rhætiam, quæ pro Vitellianis stabat. Posita tantum auxilia in latus Rhætiæ, quod ea erat infesta, ut vidimus supra c. 5. Frustra tentabat Lipsius, *Rhæticas Juliasque Alpes*. Brotier.—4 Sic Mss. et veteres recentioresque editio-

NOTÆ

haberent; ideoque *pugnam equestrem* cupiebant.

[c] *Copiis validam*] Intellige præcipue *commeatus:* licet forte et aliquæ copiæ militares adessent, quas tamen hic non intendit, forte nec intelligit Tacitus.

[d] *Vicetia*] Vel *Vicentia*. *Vicetiam* appellant Plinii meliores libri, et Strabo Οὐικέτιαν, etiam et lapides.

Vicetia] Vicentia, urbs Venetiæ provinciæ: hodie *Vicenze*, urbs tractus Vicentini, in statu Veneto. *Tillemonius.*

[e] *Illic Cæcinam genitum*] Veronæ Cæcina, Fabius Anagniæ genitus: hi mali legati pessimi principis, et in exitium publicum nati, ut Vitellius ipse.

[f] *In Veronensibus pretium fuit*] Id est, in Vicentinis species fuit, in Veronensibus utilitas. *Ferrettus.*

Pretium fuit] Operæ *pretium fuit*, ob *exemplum* et *opes*, quibus *juvere partes Flavianas.*

[g] *Interjectus exercitus*] Lego: *interseptus:* nam Rhætos et Germanos Antonius intersepsit. Infra 53. sic gloriatur ipse: 'Suis stimulis excitos Mœsiæ duces, sua constantia perruptas Alpes, occupatam Italiam, intersepta Germanorum Rhætorumque auxilia.'

Τὸ *exercitus* interjectus *per Rhætiam Juliasque Alpes* est, nempe Rhætorum exercitus, qui timebantur, ne per eas Alpes descenderent. *Salinerius.*

Hæc repugnant, quod nempe *interseptus exercitus*, Rhætorum scilicet hostium, claudat Alpes Germanis etiam hostibus, qui nempe Vitelliani erant; immo potius simul impete

Digitized by Google

Germanicis exercitibus foret, obsepserat:[5] quæ ignara Vespasiano, aut vetita: quippe [h] Aquileiæ sisti bellum expec-

militi pateret aditus. Quas res ignorabat Vespasianus, vel prohibebat: etenim im-

nes: et sic Ryckius et Gronov. *Ac* omittendum putabant Pichena et Lipsius; idque rerum seriem postulare censet Brotierus: sic et Bipont.—5 Male

NOTÆ

facto, Rhæti Germanique ea claustra perrumperent.

Infra 15. 'Ingens Germanorum vis per Rhætiam timebatur.' Itaque verisimilius est, ut interjectæ sint copiæ Flavianorum inter Rhætiam et Julias Alpes, ut hac parte aditus claderetur Germanicis exercitibus, ne hac via descenderent Rhæti Germaniqne in Italiam: sicque vere 'intersepta Germanorum Rhætorumque auxilia,' ut jactat Antonius infra.

Et illa *auxilia* Rhætiæ, *exercitus* vocari nondum potuerunt. At si Germanici invasissent, tum id *exercitus* vocari potuit.

Interjectus exercitus] Intellige alam Aurianam et octo cohortes, quibus præerat Sextilius Felix, supra c. 5. et fallitur interpres Gallicus qui vertit, quasi Veronensi exercitu interjecto, Primus obsepsisset Alpes: at certe nullus exercitus remansit Veronæ.

Nam Antonius cap. 15. 'Universo cum exercitu, secundis a Verona castris, Bedriacum venit.' Describit hic Tacitus totum ordinem belli et copiarum, ut occurrat seu respondeat consiliis Vespasiani, quæ post res afferebantur.

Et interjectus exercitus] Puto, intelligit idem quod supra habet c. 5. 'Posita in latus auxilia, infesta Rhætia .... Igitur Sextilius Felix cum ala Auriana et octo cohortibus ac Noricorum juventute, ad occupandam ripam Æni fluminis, quod Rhætos Noricosque interfluit, missus.'

Et per *interjectum exercitum*, hasce copias intelligit, scil. *alam Aurianam, octo cohortes, &c.* nisi quod hic de Juliis Alpibus addit; quibus obsessis, impediebantur transitus auxiliorum Germanicorum.

Quod et innuit infra l. IV. Antonius Epist. ad Vespasianum: 'Suis stimulis .... occupatam Italiam, intersepta Germanorum Rhætorumque auxilia;' ut puto, ipso eodem exercitu, de quo c. 5.

Et male hoc loco c. 8. legunt, *interseptus exercitus:* nam immo ab illo exercitu *intersepta* et interclusa auxilia Rhætica et Germanica: et ideo interjectus ille exercitus, ut intercluderet illa auxilia, atque transitu in Italiam prohiberet.

Et interjectus exercitus] Copiis illis ac præsidio Veronensi occluserat Alpes Julias, ex parte Pannoniæ; simul et Rhætiam intersepserat Antonius, ne illa perrumperent Germanici exercitus.

[h] *Per Rhætiam Juliasque Alpes*] Ab ortu in occasum euntibus, post *Carnicas* Alpes *Juliæ* occurrunt, quæ ab Tarvisio in Noricum et Austriam perducunt. *Lupanus.*

Juliasque Alpes] Alpes Juliæ, montes Norici et Pannoniæ regionum Illyrici late sumti, atque Venetiæ et Histriæ regionis Italiæ: hodie *Czalin*, et *Monti della Vena*, in Forojulio, Histria, et ducatu Carinthiæ, provinciis status Veneti et circuli Austriæ. *Tillemon.*

[i] *Ne pervium illa*] *Illa*, sicut *qua*,

Digitized by Google

tarique Mucianum' jubebat, adjiciebatque imperio consilium, 'quando Ægyptus, claustra annonæ, vectigalia opulentissimarum provinciarum[j] obtinerentur, posse Vitellii exercitum egestate stipendii frumentique ad deditionem subigi.'[k] Eadem Mucianus crebris epistolis monebat, 'incruentam et sine luctu victoriam,'[l] et alia hujuscemodi prætexendo; sed gloriæ avidus, atque omne belli decus sibi retinens. Ceterum ex distantibus terrarum spatiis, consilia post res[6] afferebantur.

9. Igitur repentino incursu Antonius stationes hostium irrumpit, tentatisque levi prælio animis, ex æquo discessum. Mox Cæcina inter Hostiliam,[m] vicum Veronensium, et paludes Tartari[n] fluminis, castra permuniit;[1] tutus loco,

perabat sisti expeditionem Aquileiæ, et opperiri Mucianum, *addebatque mandatis consilium;* quandoquidem occuparentur Ægyptus, claustra rei frumentariæ, et tributa locupletissimarum provinciarum, legiones Vitellii, inopia pecuniæ annonæque, posse compelli ad se dedendi necessitatem. *Eadem Mucianus frequentibus literis suadebat,* sine cæde et consternatione victoriam, *et alia similia obtendendo; sed* re ipsa *famæ cupidissimus, atque omnem belli gloriam sibi vindicabat. Ceterum ex longinquis regionum spatiis, consilia post eventus renuntiabantur.*

Itaque subita irruptione Antonius invadit stationes hostium, exploratisque animis modico certamine, æquis manibus abscessum est. *Dein Cæcina castra metatus est inter Hostiliam, oppidulum Veronensium, et stagna Tarturi amnis; ingenio ac situ*

Ms. Jes. *obsesserat.* Ed. pr. *obsederat.* Brotier.—6 Pessime Ms. Reg. *post tres.* Inde sciolus aliquis scripsit in Ms. Bud. *post tres menses.* Idem.

1 Mss. Reg. et Jes. *permunivit.* A Ms. Jes. abest, *castra.*

NOTÆ

pro *illac.* Sic Ann. l. II. 'Incubueratque sagittarius, illa rupturus.' *Rhenanus.*

j *Vectigalia opulentissimarum provinciarum*] Præcipue intelligit provincias Orientis, quas pacatas obtinebat; quibus addi possit et ipsa Libya seu Africa, cum tributo seu re frumentaria, quam Italiæ et urbi ipsa suppeditabat, et quam facile occupaturus erat ex Ægypto, teste Josepho.

k *Ad deditionem subigi*] Si nempe bellum traheretur.

l *Incruentam... victoriam*] Non quia sic evenire posse crederet; sed talia præclara in speciem prætexebat, ut qui 'gloriæ avidus... omne belli decus sibi' arrogare vellet.

m *Hostiliam*] Vicus olim Veronensium, nunc Ferrariensis agri nomen servat. Tacitus annuere videtur, paludibus Tartari fuisse proximam, cum fere per quadraginta milliaria distet; eam Padus alluit: non longe est a Vitelliana, quam vulgares *Viadanam* vocant. *Alciatus.*

n *Tartari*] Tartarus, amnis Cenomanorum populorum et Venetiæ provinciæ, in Padum et Athesim fluvios se exonerat: hodie vocatur *il Tartaro,*

Digitized by Google

cum terga flumine, latera objectu paludis tegerentur: quod si affuisset fides, aut opprimi universis Vitellianorum viribus duæ legiones,[o] nondum conjuncto Mœsico exercitu, potuere,[2] aut retro actæ, deserta Italia, turpem fugam conscivissent.[3] Sed Cæcina, per varias moras, prima hostibus prodidit tempora belli, dum, quos armis pellere promtum erat, epistolis increpat, donec per nuntios[p] pacta perfidiæ firmaret. Interim Aponius Saturninus cum legione septima Claudiana advenit: legioni Tribunus Vipstanus[4] Messalla[q]

loci defensus, cum a tergo muniretur amne, et a lateribus oppositu stagni: quod si constitisset fides, vel toto Vitellianorum exercitu duæ legiones profligari potuerunt, nondum adjunctis Mœsiis copiis; aut retro pulsæ, relicta Italia, indecora fuga abcessissent. Sed Cæcina, variis cunctationibus, primas occasiones opportunitatesque belli Flavianis prodidit, dum, quos proturbare armis facile erat, literis incusat, donec tandem *per internuntios proditionis conditiones daret sanciretque. Interim Aponius Saturninus advectus est cum legione septima Claudiana: legionem* hanc

2 Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *potuissent.*—3 Ms. Jes. prima mann, *concivissent.* Sic quoque volebat Muretus. Altera manu emendatum in Ms. Jes. *conscivissent.*—4 Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. et Puteolanus, *Vipsanus.* Editio princeps, *Vipsanius.* Rupertus, Ryckius, Gronovius, et recentiores, *Vipstanus.* Melius, *Vipstanius.* Nam in veteri Inscriptione apud Muratori, 'Novus Thesaurus Inscript.' Vol. I. p. 319. n. 2. ejus consulatus, Trajano Principe, memoratur.

L. VIPSTANIO MESSALA
M. VERGILIANO PEDONE.

Sic quoque veteres lapides apud Gruterum, p. 1066. et 1070. *Brotier.*—

NOTÆ

et *il canale di Castagnaro.* Labitur per agrum Veronensem, et Rhodiginum in statu Veneto. *Tillemon.*

[o] *Duæ legiones*] Nempe, *septima Galbiana*, et *tertiadecima Gemina;* quibus haud dubie adjunxerat *vexillarios cohortium*, et partem equitatus. Quæ simul forte robur legionis unius adæquabant, et tamen sic longe impares erant viribus Cæcinæ, si fides affuisset.

Mox advenit *legio septima Claudiana* cum Aponio Saturnino: quæ tamen copiæ sic nondum etiam *Vitellianis pares* erant, ut inquit Tacitus ipse.

[p] *Per nuntios*] Qui scil. utrimque commeabant. An commearent usque ad Vespasianum? non puto: id longius foret.

Sed potius forte *pacta* illa perfidiæ firmata, vel per Flavium Sabinum Vespasiani fratrem, vel per duces Flavianos, haud procul imminentes, Antonium scil. et alios legatos, et desciscentibus *vera fides.* Unde fortuna partium et statim victoria.

[q] *Vipsanius Messalla*] Est iste ipse, cui partes sermonis præcipuæ tribuuntur in libello, De Causis corruptæ eloquentiæ. Amicum Tacito fuisse, ex elogiis his satis constat. *Lips.*

Digitized by Google

præerat, claris majoribus, egregius ipse, et qui solus ad id bellum artes bonas[r] attulisset. Has ad copias, nequaquam Vitellianis pares (quippe tres adhuc legiones erant), misit epistolas Cæcina, 'temeritatem victa arma tractantium'[5 s] incusans: simul 'virtus Germanici exercitus' laudibus[6] attollebatur; Vitellii modica et vulgari mentione, nulla in Vespasianum contumelia: nihil prorsus, quod aut corrumperet hostem, aut terreret. Flavianarum partium Duces, omissa prioris fortunæ defensione,[t] pro Vespasiano magnifice, pro causa fidenter, de exercitu[7 u] securi, in[8] Vitellium

regebat Vipsanius Messalla, nobili stirpe, vir *ipse eximius, et qui unus ad id bellum virtutes attulisset. Ad hunc exercitum minime Vitelliano parem (etenim tres* tantum *legiones etiamnum aderant), scripsit literas Cæcina, increpans* audaciam, profligata arma resumentium: *etiam* fortitudo Germanici militis *laudibus evehebatur; de Vitellio modice et vulgari modo* loquebatur, *nullo in Vespasianum probro;* sed *nihil omnino* scripserat, *quod aut convelleret hostem, aut* ei *metum inferret.* At *duces Flavianarum partium, spreta superioris fortunæ mentione, pro Vespasiano amplissimis verbis, pro partibus cum fiducia,* velut *de eventu certi, in*

5 Acidal. volebat *retractantium.*—6 *Laudibus* abest a Ms. Corb.—7 Sic Flor. (Bud.) Agr. Guelf. et edd. vett. usque ad Lipsium. Unde defendit Ryckius,

NOTÆ

Vipsanius Messalla] Legendum e lapidibus, *Vipstanus Messalla:* quod ait oriundum *claris majoribus*, intelligit præcipue maternam Valeriorum gentem, a qua cognomen habet *Messallæ*, ut pater *Poplicolæ*. Rupertus.

[r] *Artes bonas*] Virtutes, bonos mores, ut qui sine flagitiis, et nullo malo consilio; immo amore boni publici, in hoc bellum descenderat. Hæc bella civilia conscripsit iste hic Messalla, ut patet ex Tacito infra.

Artes bonas] Vertunt, quasi unus ille sincero affectu et solo Reipub. amore ad id bellum venisset. Sed potest dici, præter innocentiam illam, attulisse etiam bonas artes, seu virtutes eximias, ad id bellum, præ aliis ducibus, quorum alii, rerum novarum, bonorumque et divitiarum, ac libidinum cupiditate, huc provecti erant.

Et alii etiam, præterea, flagitia afferebant, ut Antonius Primus qui l. II. describitur, 'serendæ in alios invidiæ artifex, discordiis et seditionibus potens, raptor, largitor, pace pessimus,' &c. Ita et alii fere omnes.

[s] *Tractantium*] Pro *retractantium*, ut solet Tac. simplex pro composito.

[t] *Omissa prioris fortunæ defensione*] Ut quæ nihil ad Vespasianum, sed ad Othonem, ut imbellem ducem, spectaret, non ad ipsos, qui se longe feliciores fortioresque reputabant, et jam de victoria præsumserant.

Eademque arma sumta melioribus auspiciis, eædemque legiones, nunc majore fato, jam mutatis animis, simul et fortunam mutaverant. Itaque 'pro Vespasiano magnifice, pro causa fidenter,' quasi 'de exitu securi, &c. præsumsere.'

Digitized by Google

ut inimici, præsumsere:[9] [v] facta Tribunis Centurionibusque[10] 'retinendi, quæ Vitellius indulsisset,' [w] spe: atque ipsum Cæcinam non obscure ad transitionem hortabantur. Recitatæ pro concione epistolæ[x] addidere fiduciam, quod submisse Cæcina, velut offendere Vespasianum timens, ipsorum Duces contemtim, tanquam insultantes Vitellio, scripsissent.

10. Adventu deinde duarum legionum,[y] e quibus tertiam

Vitellium, ut palam infensi præsumebant; injecta spe tribunis et centurionibus conservandi quæ Vitellius ipsis concessisset; *atque ipsum Cæcinam non ambigue compellebant ad defectionem. Lectæ in concilio literæ*, novam *audentiam adjecere, quod humiliter Cæcina, velut metuens inimicitiam Vespasiani, ipsorum duces superbe* ac ferociter *scripsissent*, et *quasi Vitellio* illuderent, *insultarent.*

Adventantibus postea duabus legionibus, e quibus tertiam curabat Dillius Aponi-

putatque respici ad *victa arma*. Mihi *exitu* verum videtur. *Exercitu* quomodo ortum sit, videtur ed. pr. indicare, in qua omissa verba *securi in V. ut inimici*, sequiturque *Mœsico celebrare*, ut verbum hoc confusioni deberi videatur, quæ hic omnes libros invasit, ut vidimus. *Ernest.* Restituo cum Bip. lectionem codicum. Quamvis nuper victi, jam erant securi. *Oberl.* Brotierus cum Gronov. et Ryckio dedit *exitu*.—8 Sic bene Mss. Flor. Corb. Agr. Pichena et recentiores. *In Vitellium*, id est, *adversus Vitellium*. A Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolano abest præpositio, *in*. Budens. *ut Vitell.*—9 Mallet Freinshemius, *rescripsere*. At nescio quid audacius et magis Cornelianum habet, *præsumsere*. Brotier.—10 Sic bene Mss. Flor. Agr. Harl. Lipsius, Ryckius et recentiores. In Mss. Bodl. Jes. et veteribus editionibus, *facta a tribunis*. Puteolanus, *et centurionibus*. Idem.

NOTÆ

[v] *De exercitu*] Lege, vel saltem intellige, tanquam *de exitu securi:* nam statim, *ut inimici, præsumsere*.

[w] *Præsumsere*] Alii volunt: *rescripsere:* sed frustra. Nam magnifice *præsumsere*, ac *fidenter*, et veluti de exitu belli jam securi essent, adeo ut ipsum Vitellium palam spernerent. Infra: 'contemtim, et tanquam insultantes Vitellio, scripsissent.'

[w] *Quæ.... indulsisset*] Commoda, stipendia, præmia, dignitates, præfecturas, tribunatus, præturas, ordinem senatorium, aut etiam decus patriciorum; forte et insignia magistratuum nonnullis.

[x] *Recitatæ pro concione epistolæ*] Itaque lectæ coram toto exercitu, et in vulgus militum publicatæ epistolæ utrorumque, scil. Cæcinæ, et ducum ipsorum Flavianorum, quas ipsi Cæcinæ scripsissent.

Ideoque lectæ in vulgus, ut fiduciam adderent militi, quia nempe Cæcina submisse scribebat, et tanquam *offendere Vespasianum timeret;* ipsi vero *Flaviani, tanquam insultantes Vitellio scripsissent:* militi eo gratiores quod socii culpæ, quod aperte causam tuerentur, sine ulla spe veniæ in adversis.

[y] *Duarum legionum*] Quarum altera, *tertia Gallica*, altera, *octava Augusta* appellabatur.

Digitized by Google

Dillius Aponianus,[1] octavam Numisius Lupus ducebant, ostentare vires, et militari vallo[2] Veronam circumdare placuit. Forte Galbianæ[3] legioni in adversa fronte valli[a] opus cesserat, et visi procul sociorum equites,[b] vanam formidinem, ut hostes, fecere. Rapiuntur arma et ut proditionis[3]

anus, octavam Numisius Lupus, statuerunt ostentare copias, et cingere Veronam munimentis militaribus. Forte obtigerat Galbianæ legioni labor in adversa fronte munimenti, et conspecti eminus auxiliarium equites, vanum pavorem incussere, tanquam hostes. Statim capiuntur arma, et indignatio militum erupit in T. Ampium

1 Sic bene Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *Apontanus*. At mox infra c. 11. *Aponianus*. Brotier.—2 Ita bene Ms. Corb. editio princeps, et recentiores. Puteolanus, *Galbiæ*. Idem.—3 Ita libri om-

NOTÆ

[2] *Militari vallo*] *Vallum militare* opponitur *vallo rustico* aut *fossæ agresti*. Savil.

Militari vallo] Ne summas, quasi Veronam ipsam cinxerit obsidione, nam hæc in partibus et amica fuit. Nec puto, etiam totam civitatem castris suis circumdedit; sed ut infra 26. 'Othoniano bello Germanicus miles mœnibus Cremonensium castra sua, castris vallum circumjecerat, eaque munimenta rursus auxerat;' ubi puto, non etiam totam Cremonam castris amplexi sunt Germanici.

Nam aliquod spatium vacuum fuit inter castra mœniaque: nam cap. 29. 'Completur cæde quantum inter castra murosque vacui fuit.'

Si universa mœnia castris ambissent, quomodo cingere tale vallum corona potuit Antonius cum quinque legionibus? non enim plures habuit: et castra, ex more militiæ, capiebant tantum milliare unum et semis.

Et tunc cingendo totam urbem vallo, certe castra in immensum spatium crevissent: quod vim munimentorum minuisset, ut et propugnatorum.

Itaque puto disposita ea castra fuisse tantum circa partem murorum; ita tamen ut alias partes excubiis stationibusque dispositis tuerentur.

Habuerunt castra prope muros, ita ut spatia et itinera inter castra et urbem relinquerent, quibus mutuo commearent cives militesque.

[a] *In adversa fronte valli*] Puto, ea pars est valli, seu porta, quæ *prætoria* dicitur; et quæ obvertitur hosti, ut *decumana* avertitur. Hinc ea parte *adversa*, irruptionem hostis metuunt.

Erant igitur castrorum duæ partes, seu portæ, quarum altera *adversa*, altera *obversa* hosti dici posset. Erant et aliæ duæ portæ laterales *principales*, e quibus *læva* altera ad discrimen, altera *dextra* erat. Hinc infra cap. 27. Sumsere 'dexteriora valli octava ac septima Claudiana:' ubi *dexteriora*, id est, propiora portæ *dextræ*, &c.

Itaque porta prætoria ingredienti castra, quæ pars castrorum ad dextram fuit, *dextera* vel *dexterior*; et quæ pars castrorum huic opposita erat, *læva* appellabatur.

[b] *Sociorum equites*] Forte hac parte valli, in qua operi incumbebant Septimani, adventabant legiones istæ, *tertia* et *octava*, quas sequebantur *sociorum equites*. Qui *visi* procul septimanis, *vanam formidinem, ut hostes fecere:* hinc seditionis occasio.

Digitized by Google

ira[e] militum in T. Ampium Flavianum[d] incubuit, nullo criminis argumento, sed jam pridem invisus, turbine quodam ad exitium poscebatur: 'propinquum Vitellii, proditorem Othonis,[e] interceptorem[f] donativi' clamitabant. Nec defensioni locus, quanquam supplices manus tenderet, humi plerumque stratus,[g] lacera veste,[h] pectus atque ora singultu

Flavianum, veluti proditorem, nulla flagitii specie; sed jam pridem infestus vulgo, ut *tempestate quadam ad supplicium postulabatur: eum incusabant*, ut affinem Vitellii, ut desertorem Othonis, et qui donativum intervertisset. *Nec innocentiæ tuendæ locus* relictus, *quamvis supplices palmas attolleret, in terram plerumque procidens*, et *abscissa veste, pectus et os singultu concutiens: illud ipsum*

nes scripti et editi. Lipsio videtur vox abesse; legendumque, *proditionis auctorem*, vel *compertum:* nisi tamen, inquit, compendio fuit, *et ut proditione, ira militum:* id est, ut in proditione, quasi esset proditio. Tentabat Pichena, *et ut proditorem:* Grotius, *ut proditi ira militis.* Faërnus et Acidalius emendabant, *rapiuntur arma metu proditionis. Ira militum.* Vulgatam scripturam defendunt Gronovius et Ernestus. Nec ego damnare ausim, quod plurimus

NOTÆ

[e] *Et ut proditionis ira*] *Ira ut proditionis*, est ira, quasi ob proditionem: ut Livio, 'ira quæstionis,' 'ira corruptæ uxoris,' et similia. *Ira militum*, ut *ira Deum*. Jam *militum ira proditionis*, dictum, ut Ciceroni: 'Canum adulatio dominorum:' ita videtur satis excusari omnium librorum scriptura. *Gronov.*

Ut proditionis] Quasi Flavianus auctor esset proditionis quam suspectabant, seu potius imaginabantur.

[d] *Ampium Flavianum*] Qui consularis Pannoniæ legatus.

[e] *Proditorem Othonis*] Hæc particularia non describuntur, ubi, me judice, in præcedentibus narrari debuerunt; cum hic relatu digna censuerit. *Savil.*

Proditorem] Forte prodiderat Othonem, quia propinquus Vitellii, et eo ipso nunc suspectatur militi. Forte interceperat donativum ab Othone promissum prætorianis, vel etiam legionariis. Sed hæc, vel quia falso ipsi exprobrantur, vel quia parvi momenti erant, in præcedentibus neglexit Tacitus.

[f] *Interceptorem*] Quia forte pecuniam Othonis in se verterat, aut dissuaserat ipse donativum.

[g] *Humi plerumque stratus*] Hæc sunt argumenta omnia, si non rei et noxii hominis, at saltem afflicti et consternati; et qui invidiam et miserationem movere cupiat. Sed apud infensos et iratos, quo magis sese miseratur, quo magis se innocentem obtestatur, sic eo magis vulgus in suam perniciem incitabat: quasi nimia formido criminis argumentum esset: quod alias idem, mutatis animis, innocentiam ultro interpretarentur. Et certe quis plura et validius ac vehementius opponat, aut obtestetur apud turbam insanam, quam vir nullius sibi culpæ conscius, impendente exitio?

Humi plerumque stratus] Vertit interpres Gall. Flavianum *accidisse ad pedes militum:* quod falsum. Nam qui tot caligatos, totque millia clavo-

Digitized by Google

quatiens: id ipsum apud infensos incitamentum erat, tanquam nimius pavor conscientiam argueret. Obturbabatur militum vocibus Aponius,[4] cum loqui cœptaret: fremitu et clamore ceteros[i] aspernantur:[5] uni Antonio apertæ militum aures: namque[6] et facundia aderat, mulcendique vulgum artes et auctoritas.[j] Ubi crudescere[7] seditio, et a conviciis et[8] probris ad tela et manus transibant, 'injici catenas'[k] Flaviano jubet. Sensit[9] ludibrium miles,[l] disjectisque, qui

apud infestos irritamentum erat, tanquam nimia formido ipsum sceleris convinceret. Obstrepebant milites clamoribus in Aponianum, cum inciperet loqui: et strepitu fremituque ceteros contemnunt: soli Antonio patebant aures militum: quippe et eloquentia aderat, deliniendique vulgus industria et auctoritas. Ubi exardere cœpit *discordia, et a contumeliis et convitiis transibant ad arma, vimque* intentabant, indi vincula *Flaviano præcipit. Animadvertit se frustrari et eludi miles, repul-*

sit apud optimos scriptores genitivorum usus. *Brotier.*—4 Sic libri omnes scripti et editi, præter Rhenanum, qui omisit, *Aponius;* et Pichenam, qui emendavit, *Aponianus;* quod id ad Dillium Aponianum referret. Verum, ut recte observat Ryckius, hæc spectant Aponium Saturninum, de quo supra cap. 9. *Idem.*—5 Ernestus volebat *aspernabantur.*—6 Sic scripti et editi libri, præter Lipsium, qui omisit, *que.*—7 Sic adhuc scripti et editi libri, præter J. Fr. Gronovium, qui, forte operarum vitio, edidit, *candescere.* Brotier.—8 Ita Rhenanus recentioresque. Brotier. scribit *ac probr.* et sic quidem Mss. et vett. Edd. In Mss. Harl. Jes. altera manu emendatum, *ac vocibus.*—9 Bu-

NOTÆ

rum adoret? Erat *humi stratus* per dolorem et miserationem, ut fieri solebat in summo mœrore luctuque; quod interpretabatur vulgus de conscientia criminis, male ac perperam. Forte tamen et ad audaciorum et acrius instantium genua advolutus: hoc tamen non præcise dicit Tacitus.

[h] *Lacera veste*] Sic in mœrore et rebus adversis agebant. Sic apud Appianum Fimbria, cum spoliatus exercitu esset a Sylla, 'lacerata tunica, ad singulorum genua advolvebatur.'

[i] *Ceteros*] Duces scil. et legatos.

[j] *Auctoritas*] Non quam sibi vindicaret ex dignitate aut ex munere suo, sed ex favore apud milites: et ex ingenio suo ac militum desumta illa auctoritas, et velut ipsi innata erat; quia scil. promtus ingenio et facundia, quia *discordiis potens*, quia ingeniorum militarium peritus, ac temporum callidus, quia audax, raptor, largitor, &c.

[k] *Catenas*] Ne sumas, quasi manus pedesque vinclis astringerentur; sed vel honorata custodia illum cingi voluit, vel custodiri a milite seu centurione, ita ut brachium alterum tantum innecteretur extremo catenæ vinculo, et altero extremo, manus militis seu centurionis; quasi simul vinctus esset miles, et hujusmodi vinctos, *custodias* vocabant.

Etiam specie honoris, aliquando custodes apponebantur; sed quasi comites et sine vi. Hoc appellamus, *visu custodire.*

[l] *Sensit ludibrium miles*] Sic incolumem servavit *Vitellius Julium Bur-*

Digitized by Google

tribunal[m] tuebantur, extrema vis parabatur. Opposuit[n] sinum Antonius, stricto ferro,[o] 'aut militum se manibus, aut suis, moriturum' obtestans: ut quemque notum[p] et aliquo militari decore[10] insignem aspexerat, ad ferendam opem no-

sisque, qui suggestum defendebant, ultimam violentiam inferre *parabant. Antonius objecit pectus, nudato ense, obtestans,* aut ferro militum, aut suo periturum: *ut quempiam notum* et insignem *animadverterat, aut aliquo militari honore eximium,*

dem. sentit.—10 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. editione principe, et Lipsius, *militari honore.*—

NOTÆ

donem Hist. I. et *Otho Celsum.* Savil.

[m] *Qui tribunal*] Tribunal ascenderat Antonius, forte et cum aliis ducibus, ut quasi pro concione alloqueretur placaretque seditiosos. In quo tribunali et locatus ipse Flavianus, ut sic discrimini eximeretur; at seditiosi furentes disjicinnt milites ipsos qui *tribunal tuebantur;* et parabant interficere legatum, ni Antonius facundiam, auctoritatem, sinumque ipsum opposuisset.

[n] *Opposuit*] Opponit sinum Antonius, sicque obtegit Flavianum. Opponit sinum Antonius, strictum manu gerens gladium, et sic resistit irruenti caligæ, obtestaturque, vel gladio suo, vel manibus militum periturum.

Stringit ferrum Antonius, non quasi omnino resistere velit sævientibus, et vim arcere ipse per se cogitet; (quis enim tot caligis obsistat?) sed veluti moriturus sua manu, aut certe aliena, gladium stringit, si se cæde aliorum ducum polluere audeat miles.

Igitur τὸ *stricto ferro*, debet referri ad Antonium, qui strinxit ferrum, simul et opposuit sinum nudum gladiis militum; sic partim audaciores repulsurus, partim modestiores conciliaturus, cum obtestatur in semet strinxisse ferrum. Et hæc, ut peritus ingeniorum militarium, et facundiæ strategema tum callide et prudenter usurpavit.

Male vertunt, quasi *strictum gladium Antonius* suo pectori adigeret. Opponebat sinum et gladium suum militibus, tanquam vel sua vel militum manu moriturus, tanquam paratus in se ferrum distringere, ut sic illos cohiberet, mitigaret, placaretque tandem animos vulgi conciti.

[o] *Stricto ferro*] Cepit interpres Hispanus, quasi gladiis militum strictis sinum opponeret Antonius: ut potius illum confoderent, quam se Flaviani consularis legati cæde polluerent. Ipse Antonius ferrum strinxerat.

[p] *Notum* Id est, conspicuum, spectabilem, eximium. Possit forte etiam intelligi simpliciter de milite quem proprio nomine nosset: et gaudet miles nosci duci, et in occasionibus, operæ navandæ se idoneum existimari: qua ratione præcipue conciliatur vulgus

Attamen quia statim addit, *et aliquo militari decore insignem,* sic forte intelligi possit, si illustrem et conspicuum belli decore quempiam *aspexerat:* 'Si forte virum quem Conspexere, silent,' &c. Sic alibi, *notos equites* pro *insignes.*

Digitized by Google

mine ciens. Mox conversus ad signa,[q] et bellorum Deos,[r] 'hostium potius[s] exercitibus illum furorem, illam discordiam injicerent,'[11] orabat: donec fatisceret[12] seditio, et, extremo jam die, sua quisque in tentoria[t] dilaberentur.[13] Profectus eadem nocte Flavianus,[u] obviis Vespasiani literis, discrimini exemtus est.

ad ferendum auxilium nominatim compellans. Dein sese vertens ad aquilas, et legionum Deos, obsecrabat, potius hostium castris illam rabiem, illamque seditionem immitterent: *donec senesceret consternatio, et declinante in vesperam die, sua in contubernia quisque abscederent. Digressus eadem nocte Flavianus, occurrentibus Vespasiani nuntiis, periculo ereptus est.*

11 Ms. Corb. *mitterent*.—12 Sic bene Ms. Corb. et editiones recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *fatiscere*. Corrupte editio princeps, *satisfacere*. Brotier.—13 Ita bene Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *dilaberetur*. Idem.

NOTÆ

[q] *Conversus ad signa*] Id est, *ad signa*, quæ Rom. militibus, Deorum instar. *Savil.*

[r] *Et bellorum Deos*] Præcipue intelligit Aquilas, quæ sanctissima militum Numina. Erant et imagines principum consecratorum; sed qui potius *Divi*, quam *Dii* appellarentur.

Erant forte et in principiis quædam imagines Deorum, ut Martis, Romuli, &c. Sed præcipue hic respicit ad aquilas, aliaque *signa* militaria, quibus circumdatum erat tribunal legati, dum militem pro conclone alloqueretur.

Plinius, *pilorum honore circumdatum* tribunal dicit, quia scil. pilis seu spiculis signa inserta; et primipili centurio regebat aquilam.

[s] *Hostium potius*] Virg. Georg. III. 'Dii meliora piis, erroremque hostibus illum,' &c.

[t] *Extremo jam die, sua quisque in tentoria*] Hocque inter artes callidissimi ac facundissimi hominis, ut allocutione seu concione prolixa diu retineret vulgum, donec meliores præpollerent, placarentque turbidos; et tempore sensim vanesceret seditio; nox adveniret, dareturque spatium Flaviano effugiendi ad Vespasianum.

Sic sæpe in senatu Patres, qui loco sententiæ jus habebant promendi quicquid esse e Rep. censerent, etiam si alienum esset a re proposita, detinuere senatum, et in aliud tempus opportunum res periculosas distulere. Et sæpe id non sine honore Patrum et salute Reipub.

Seditio tamen illa invaserat Flavianum sero diei, et cum legiones *labore et opere fessæ* erant.

[u] *Profectus eadem nocte Flavianus*] Bene haberet, si Tacitus nobis satisfecisset, recitato literarum istarum argumento, quæ adeo ex inopino obvenerunt, *velut ex machina*.

Tanquam Vespasianus in Judæa, duobus mensibus ante prævidisset, amicum suum Flavianum fore suspectum militibus, et male ab iis accipiendum Veronæ; ideoque hanc exarasset epistolam in ipsius gratiam.

Sed ubi in illas literas tam feliciter inciderit, aut saltem, quo ipse tenderet, nescire nos voluit auctor.

Digitized by Google

11. Legiones, veluti tabe infectæ, Aponium Saturninum, Mœsici exercitus Legatum, eo atrocius[1] aggrediuntur, quod non, ut prius, labore et opere fessæ,[v] sed medio diei exarserant: vulgatis epistolis,[w] quas Saturninus ad Vitellium scripsisse credebatur. Ut olim[x] virtutis modestiæque, tunc procacitatis et petulantiæ, certamen erat, ne minus violenter Aponium, quam Flavianum, ad supplicium deposcerent.[2]

Legiones, quadam *veluti tabe contaminatæ, invadunt Aponium Saturninum legatum Mœsici militis, tanto immanius, quod non, ut antea, fatigatæ fodiendo vallo, sed sub meridiem eruperant: publicatis literis, quas Saturninus putabatur composuisse ad Vitellium. Ut quondam disciplinæ et obsequii æmulatio erat, tunc licentiæ et lasciviæ contentio erat, ne minus atrociter ad exitium postularent Aponium, quam*

1 Acidal. *aggred. eo ferocius;* et sic Budens.—2 Male Ms. Bodl. *reposcerent.*

NOTÆ

Saue quocumque tandem modo id contigerit, militum semel indignationi subductus, extra omnis periculi, (ut conjicio,) metum versabatur, saltem istius, quo per Vespasiani literas liberandus fuit. *Savil.*

Frustra Tacitum hic stolidum fingit *censor* iste. Non poterat deterreri miles, quin Flavianum proditorem crederet: nec quicquam verisimilius, quam fuisse quosdam, qui hoc nomine illum ad comitatum et apud Vespasianum deferrent.

Antonius Primus insontem esse non dubitabat. Ab hoc igitur furentibus ereptus dimissusque, vel eodem auctore, vel ultro, suscepit iter ad principem, ut ei se coram purgaret.

Sed homo *natura ac senecta cunctator*, ut describitur c. 4. non rapientibus veredis, sed per commodum suum, in viam se dedit.

Citius igitur litteræ, tum quibus accusabatur, tum quibus excusabatur, ad Vespasianum pervenerunt; et utrisque perpensis, princeps eum statim absolvit periculoque exemit, scriptis et ipse literis, quæ Flaviano adhuc profectionem continuanti, in via occurrerunt. *Gronov.*

Proditor existimatus, et reus majestatis Flavianus, licet innocens, adire potuit periculum in exercitu, dein in itinere, et etiam in comitatu principis. Quare necesse fuit eripi tali periculo virum consularem innoxium per literas Vespasiani, quas haud dubie accepit ille dum in itinere esset: quibus literis perfidiæ crimine absolvebatur, et sic *discrimini exemtus est.*

[v] *Opere fessæ*] Nempe quo castra munierant.

[w] *Vulgatis epistolis*] Scil. falso *vulgatis epistolis*, quæ nullæ erant. Idque bellis civilibus inter mala publica fuit, et etiam nunc est, quod falsis scriptis fictisque rumoribus vulgus decipiatur sæpe, et ad discordias exitiabiles incitetur.

[x] *Ut olim*] Ut olim legiones de virtute modestiaque certassent invicem; ita 'tunc procacitatis et petulantiæ certamen erat.'

Digitized by Google

Quippe Mœsicæ[3] legiones, 'adjutam[7] a se Pannonicorum ultionem,' referentes, et Pannonici, velut absolverentur aliorum seditione, iterare culpam[a] gaudebant. In hortos, in quibus devertebatur[4] Saturninus, pergunt, nec tam Primus et Aponianus[a] et Messalla,[b] quanquam omni modo nisi,[5] eripuere Saturninum, quam obscuritas[c] latebrarum, quibus occulebatur, vacantium forte balnearum[6] fornacibus[7] abditus: mox, omissis lictoribus,[d] Patavium concessit.[e] Digressu Consularium uni Antonio vis ac[8] potestas in utrumque exercitum[f] fuit, cedentibus collegis,[g] et obversis[h] mili-

Flavianum. Namque Mœsicæ legiones, memorantes, favisse se vindictæ Pannonicorum; *et Pannonici, quasi purgarentur* ipsi *aliorum discordia, renovare scelus gestiebant. Properant in hortos quibus tendebat Saturninus, nec perinde Primus, et Aponianus, et Messalla, quamvis summa ope contendentes*, periculo *exemere Saturninum, quam tenebræ locorum secretorum, quibus abscondebatur, desertarum forte balnearum caminis occultatus: dein, relictis fascibus, Patavium se recepit. Discessu* legatorum *consularium, uni Antonio jus atque auctoritas in utrumque exercitum fuit, permittentibus collegis, et pronis* in eum *militum animis:* et *erant, qui*

—3 Sic Mss. et veteres recentioresque editiones. Rhenanus, *Mœsici*.—4 Sic editio princeps et recentiores. At Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. et Puteolanus, *divertebatur*.—5 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *nixi*.—6 In Ms. Reg. et editione principe, *balneorum*.—7 Ita Mss. Flor. Agr. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *fornicibus*. Notatum in margine Ms. Harl. *alius* habet *fornicibus*.—8 Mss. Harl. Bodl.

NOTÆ

[7] *Adjutam*] Nempe Mœsici juverant Pannonicos, adversus Flavianum legatum.

[a] *Iterare culpam*] Cum iterarent facinus, miscebant, sociabant.

[a] *Aponianus*] Dillius Aponianus legatus tertiæ Gallicæ legionis.

[b] *Messalla*] Qui tribunus, pro legato præerat septimæ Claudianæ.

[c] *Obscuritas*] Cepit interp. Hisp. de humilitate seu vilitate loci. Non præcise ad rem: intellige de tenebris.

[d] *Omissis lictoribus*] M. Aponius Saturninus legatus consularis Mœsiæ rector, et qui triumphali statua donatus est, supra l. 1. Hist. habuit lictores quos omitteret, quia scil. provinciam consularem obtineret, et exercitum.

Legatus enim ejusmodi, ensem gerere, eburneaque sella sedere, et securibus et fascibus uti potuit, quos fasces lictores præferrent: quæ fuere *insignia consularitatis cum imperio*, apud Cassiodorum 6. Variar. *Vertranius*.

Omissis] Dimisit lictores Aponius, scil. ne ex tali comitatu agnosceretur, ne insignia dignitatis ipsum proderent.

[e] *Concessit*] Vertit interpres Hispanus, quasi ambo legati Patavium se receperint. Quod historiæ, lectioni, et sententiæ Taciti repugnat.

[f] *In utrumque exercitum*] Pannonicum et Mœsicum. Dalmatici nondum adjuncti erant.

Digitized by Google

tum[9] studiis: nec deerant, qui crederent, utramque seditionem fraude Antonii cœptam, ut solus bello frueretur.[i]

12. Ne[1] in Vitellii quidem partibus quietæ mentes, exitiosiore discordia, non suspicionibus vulgi, sed perfidia Ducum, turbabantur. Lucilius Bassus, classis Ravennatis Præfectus,[j] ambiguos militum animos, quod magna pars Dalmatæ

existimarent, utramque discordiam dolo astuque Antonii conflatam esse, *ut unus belli arbiter esset.*

Ne in Vitellii quidem partibus pacati animi, perniciosiore seditione, non suspicionibus militum, incitabantur, sed proditione ducum. Lucilius Bassus, classi Ravennati impositus, dubios militum animos Vespasiani partibus adjunxerat, quippe

Corb. *jus et potestas.* Brotierus habet *vis et pot.*—9 Mss. Flor. et Corb. *militibus.* Inde Pichena tentabat, *militaribus:* Jac. Gronovius, *militis studiis.* Brotier.

1 Budens. *nec.*

NOTÆ

[g] *Collegis*] Nempe legatis legionum. Nam Antonius fuit tantum legatus legionis, nempe septimæ Galbianæ. Qui fugerant Flavianus et Aponius, legati consulares, et toti exercitui, alter Mœsico, alter Pannonico, præsidebant.

Collegis] Legatis scil. legionum. Legati consulares summæ rerum et belli præerant; alii legati prætorii, seu quasi prætorii, tantum suam legionem curabant.

[h] *Obversis*] In Antonium nempe.

[i] *Ut solus bello frueretur*] Sic et de Muciano, c. 8. 'Gloriæ avidus, atque omne belli decus sibi retinens.'

Bello] Nempe ut gloria victoriaque et præmiis belli solus frueretur.

[j] *Bassus .... præfectus*] Cur munus suum non retinuit? quibus fuit commissus, quamvis *honorata* esset *custodia*, apud eos qui Vespasiano favebant? quomodo missus ad Adriam? cur strictius in carcere habitus, si Mennius Vespasiani causam amplectebatur?

Si hostem profitebatur, cur jubente Hormo, Vespasiani amico, dimissus est? quid porro actum de illo? quando, cujus mandato, et cur Mennius Rufinus loci istius præsidium egit?

Hæ quidem circumstantiarum minutiæ sunt, sed quæ aut omnes, aut potior earum pars huic loco intexenda, si penitiori cognitione imbuendus foret lector. *Savilius.*

Hic quoque morosior, quam par est, vir doctissimus. Bassus non retinuit *munus*, quia raro hactenus proditoribus creditur, ut relinquatur eis facultas pœnitentiæ, et nocendi eisdem viribus quibus profuere.

Sed et ad securitatem ejus pertinuit, discedere a classe; in qua scilicet essent, quibus invitis, partes mutaverat. Ob quam causam et præsidium est additum abeunti.

Quod quorum hominum, quibus nominibus fuerint, quid intererat sciri? nam lectos fuisse e præsentibus, quibus et ipse, et qui his eum commiserant, fiderent, nemo ambigit.

Hadriam vero missus, vel quia eum ipse locum elegit, vel quia commodissimus erat e vicinis.

Mennius, nisi cum Vespasiano face-

Digitized by Google

Pannoniique erant, quæ provinciæ Vespasiano[a] tenebantur, partibus ejus aggregaverat. Nox proditioni electa, ut, ceteris ignaris, soli in principia[k] defectores coirent. Bassus pudore, seu metu, quisnam exitus foret, intra domum opperiebatur. Trierarchi[l] magno tumultu Vitellii imagines invadunt,[m] et, paucis resistentium obtruncatis, ceterum vulgus, rerum no-

magna ex parte in Dalmatia Pannoniaque conscripti erant classiarii, *quas provincias Flaviani obtinebant. Nox perfidiæ quæsita, ut, ceteris insciis, soli desciscentes apud principia convenirent. Bassus verecundia, seu formidine,* et expectatione *quorsum res evaderet, intra ædes expectabat. Trierarchi ingenti tumultu irruunt in effigies Vitellii, et paucis reluctantium interfectis, ceteri milites, rerum novarum*

2 Ms. Corb. *a Vespasiano.*

NOTÆ

ret, qui liberto ejus Bassum solvi jubenti paruit? Certe vinxit interim Bassum, quia ei diffidebat, aut diffidere se fingebat, privato odio.

Præerat autem Mennius præsidiariis illius oppidi, ut multi aliis aliorum; neque alia de causa, quam ut illud ab hostium impetu tueretur.

Et tum utique; ne quæras, Quando? Mandato cujus, nisi ducum Flavianorum, qui præsidium ibi collocandum judicarunt?

Quid actum postea de illo, tacuit, quia aut nihil in eo singularis exempli statutum est, aut id Tacitus in alium locum reservavit, ac tradere in parte historiarum amissa, commodius potuit.

Denique quis hanc scrutariam ab historico, et tam gravi, requirat? *Gronovius.*

Lucilius Bassus] Qui, teste Josepho, Judææ mox et copiis Judaicis præfuit, post Titi victoriam: nondum enim quiescebant universi Judæi. Quod indicat ejus auctoritatem et gratiam, gente Flaviana imperante.

[k] *In principia*] Nobis hic adumbrat quasi legiones et exercitum. Et certe legiones classicæ aderant, sed inferioris sortis quam castrenses: et hæ castra sua habuere in littore, haud procul a portu et classe.

Ibi igitur et *principia*, seu quasi principia; ibi non aquilæ, sed tamen signa et vexilla; ibi *imagines* consecratorum Cæsarum, ut narrat Tacitus, et principis tum imperantis: ibi igitur imagines Vitellii, quas invadent seditiosi.

In his principiis fiebat allocutio pro concione apud milites et remiges. Nam rebus turbidis, talis colluvio se rebus publicis immiscet. Infra: 'Classis Cornelium Fuscum præfectum sibi destinat.'

Sed quia tum proditio agebatur, soli fere conscii defectionis in principia coëunt, ceteros rei inscios facile exterrituri: certe 'paucis resistentium obtruncatis, ceterum vulgus .... in Vespasianum inclinabat.'

[l] *Trierarchi*] Qui scil. triremibus præsidebant. Græcis vocibus raro, nec nisi cum Latinæ desunt, utitur Tacitus. Sic *Chiliarchos* vocat eos, qui tribunorum vicem implent in legionibus classicis, ut sic distinguantur a tribunis legionum Rom.

[m] *Imagines invadunt*] Ac solo affligunt.

Digitized by Google

varum studio, in Vespasianum inclinabat. Tum progressus Lucilius auctorem se palam præbet:[n] classis Cornelium Fuscum[3 o] Præfectum sibi destinat, qui propere[4] accucurrit.[5] Bassus honorata custodia[p] Liburnicis navibus Hadriam[6]

cupidine, in Vespasianum propendebant. Tum prodiens Lucilius his *se* deficiendi *auctorem* consultoremque *palam exhibet: classis sibi assumit Cornelium Fuscum præfectum, qui celeriter advectus est. Bassus honesta custodia* cinctus, *delatus-*

3 Sic bene editio princeps, Lipsius et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Cornelium Tuscum*. Hic est Cornelius Fuscus, de quo dictum est supra Hist. II. 86. *Brotier.*—4 Sic Rhen. e Budens. vulgo *prope*.—5 Ita Mss. Reg. Corb. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *accurrit*.—6 Brotierus scribit *Atriam perv.* et sic Mss. Reg. Corb. et editio princeps. Sic quoque Plinius, III. 16. 'Nobili portu oppidi Thuscorum Atriæ, a quo Atriaticum mare ante appel-

NOTÆ

[n] *Auctorem se palam præbet*] Non hactenus ausus erat se auctorem defectionis profiteri palam, seu pudore flagitii, seu metu: nunc re per Trierarchos patrata, auctorem transitionis se palam exhibet.

[o] *Cornelium Fuscum*] Ille est, qui superiore libro nominatur: 'Sed Cornelius Fuscus procurator (Dalmatiæ) aderat vigens ætate, claris natalibus.'

Et hac in bello civili opera, nisi fallor, bene penitus in Vespasiani domum insinuavit: et a Domitiano præfectus prætorio factus.

Periit in Dacis, infelici pugna. Suetonius Domit. c. 6. Dio, Victor. Juvenalis de eodem: 'Et qui vulturibus servabat viscera Dacis.' *Lipsius.*

[p] *Custodia*] Quare in *custodia*, qui transitionis auctor esset? Scil. quia initio non *palam auctorem se præbebat*. Et forte pauci Trierarchi sciebant esse auctorem defectionis.

Itaque ut servetur incolumis primo tumultu, et adversus resistentes, et adversus ipsos qui transitionem volebant, et qui eum auctorem seu conscium ejusdem consilii ignorabant, in *custodia* habetur; sed *honorata* tamen.

Hocque forte inter artes Cornelii Fusci, ut honorem talis defectionis solus ipse haberet, aut certe proditoris tantum inertis ac formidolosi existimationem haberet Bassus. Nam transfugium acre, et cum pretio afferri debuit.

Sed quare Bassum vincit Mennius Rufinus, qui *honorata custodia* ad eum pervehebatur? Certe primo motu, cum nondum compertum foret, quis esset re ipsa, aut quid egisset Bassus, captivum sibi demandatum pro arbitrio suo certius et strictius retinere statuit Mennius.

Quid mirum, præsertim tali tempore, quo se quisque *Reipub. partem facit*, et merita certatim imputant? Sed Hormus Cæsaris libertus, rerum, quæ ante gestæ erant, peritior, Bassi vincula statim exsolvit.

Custodia] Quia dubitasse videbatur, nec aperte foverat aut impulerat transitionem remigum, ut præfectum classis decuit. Idcirco suspectus initio, et vinctus fuit a milite; sed statim exsoluta vincula ab Hormo, qui intima ejus consilia penetraverat.

Digitized by Google

pervectus,[7] [q] a Præfecto alæ Mennio[8] Rufino, præsidium illic[9] agitante, vincitur. Sed exsoluta statim vincula, interventu Hormi, Cæsaris liberti:[r] is quoque inter Duces[s] habebatur.

que est *Hadriam navigiis Liburnicis, et præfectus alæ Mennius Rufinus, qui hic stationem habuit, illi catenas injicit. Quæ tamen statim* ei *exemtæ* sunt, *opera Hormi liberti Cæsariani: is* tum *etiam inter duces reputabatur.*

labatur, quod nunc Adriaticum.' Puteolanus et recentiores, *Hadriam.*—7 Recte Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Corb. et Puteolanus, *pervectus.* In Ms. Reg. et editione principe, *provectus.* Brotier.—8 Ita Ms. Harl. prima manu, Puteolanus et recentiores. In Ms. Jes. *Memmio:* sic quoque emendatum altera manu in Ms. Harl. In Mss. Vatic. Agr. Corb. et editione principe, *juveniorum.* Unde quidam finxere alam juveniorum, quæ nusquam in antiquis monumentis memoratur. Ms. Flor. *Vivennio Rufino.* Idem. Amicus Ryckii tentabat *Juventio Rufino.*—9 *Illic* abest a Ms. Corb.

NOTÆ

[q] *Hadriam pervectus*] Sed cur Bassum præcipuum auctorem defectionis custodia pervectum ait? an sibi ipsi Liburnicarum navium custodiam Bassus circumdedit, honoris et securitatis causa; ac vinctus deinde a Mennio, fortasse defectionis ignaro, et adhuc Vitellianum eum credente?

Contra censeo, Bassum vere custoditum. Nam licet proditionis fuisset auctor, tamen quia pudorem seu metum præ se tulit, ac tumultus tempore, domi se continuit, suspicioni ceteris fuit.

Ideo Cornelius Fuscus, quem ipsa classis sibi præfectum assumsit loco Bassi, ac ceteri duces, cum custodia eum tanquam suspectum miserunt ad Flavianos, ut occasionem novarum rerum tollerent. *Pichena.*

Non omnibus nota Bassi consilia, nec satis compertum cunctis, ut in tam repentino motu, an vere deficere voluisset. Itaque ut satisfiat suspectantibus, vincitur, et quidem *honorata custodia,* ut sic periculo eripiatur; et etiam, ne irritentur ii, qui ejus consilii ac defectionis conscii et certi erant.

[r] *Cæsaris liberti*] Male vertunt, *Vespasiani:* tales liberti Cæsarei erant, erant liberti familiæ principalis seu Palatinæ. Neque proprie erant Vitellii aut Vepasiani, nisi cum vicissent, et illacessiti dominarentur.

Erant liberti Cæsaris, indistincte cujus essent, præsertim bello durante, et nutante adhuc summa fortuna, nec erant proprie Vespasiani, nisi post victoriam et fortunam.

[s] *Inter Duces*] Neque præerat copiis, neque dux erat ille libertus, 'sed inter duces habebatur:' scil. sese ducum numero, turbis et rebus ultro immiscebat. Nam tales 'malis temporibus, etiam se Reipub. partem faciunt.'

Sic ille se ducibus inserebat, se ducem ferebat; at neque dux erat, neque proprie præerat, quamvis motis 'turbidisque rebus,' multa satageret propudium illud.

Liberti aulici isti procurationes seu provincias inermes habebant, nec illis uti milite licuit, dum pax haberetur, et Repub. bene constituta, ut patet ex Tacito supra. Sed multum bellis civilibus pessima ingenia sibi

Digitized by Google

13. At Cæcina, defectione classis vulgata, primores Centurionum[t] et paucos militum,[u] ceteris per militiæ munera[v] dispersis, secretiora[1] castrorum[w] affectans, in principia vocat. Ibi 'Vespasiani virtutem viresque partium' extollit:

At Cæcina, nuntiata in vulgus transitione classis, apud principia convocat præcipuos centurionum, et nonnullos militum, reliquis per belli munia sparsis, solitudinem castrorum quærens. Ibi celebrat bonas artes Vespasiani, opesque partium: de-

1 Brotierus cum Gronovio edidit *secreta castr.* et ita Mss. Harl. Bodl. Jes. et libri omnes editi, præter Rycklum, qui e Ms. Agr. edidit, *secretum.* In Mss. Flor. Reg. Corb. Bud. *secretorum.* A Ms. Reg. abest, *castrorum.* Pichena et

NOTÆ

arrogabant.

Inter duces] Male vertit interpres Gall. quasi parti exercitus præesset libertus. *Inter duces* erat, consilio, auctoritate, industria, non imperio proprie, sed sæpe malis artibus, etiam et iste pessimo facinore; præsertim, quo cremandæ Cremonæ consultor fuit: sic ille *inter duces habebatur.* Inter mala bellorum civilium, id sibi et arrogabant deterrima mancipia, ut maxima pars cladium publicarum essent.

[t] *Primores centurionum*] Nempe primipili centuriones, qui 'summa militiæ adepti' erant, ut ait Tacitus. Hi ducebant primos ordines, seu primam cohortem legionis suæ, simul et aquilam regebant.

Hinc imperium, signum, et tessera in ceteros ordines. Ditissimi primipili, et equestre fastigium adæquabant: ita ut quandoque et principem hæredem ex parte relinquerent.

[u] *Paucos militum*] Qui nempe conscii defectionis ac defensores erant, magna ex parte, non tamen omnes. Nam 'mox incipientibus, qui conscii aderant,' &c.

[v] *Per militiæ munera*] Et per excubias in ipsis castris, stationesque non deserebant, cum alii *in principia* vocarentur. Etiam et extra portas castrorum excubiæ dispositæ.

[w] *Secreta castrorum*] Eo refero, quod dimisisset plerosque militum, paucis istis retentis; itaque secretum et solitudo in castris.

Alioqui si de *principiis* capias, obstat Romanus ritus, quia illa pars frequentissima, et ibi ambulare et obversari assidue soliti.

Facit etiam, quod illos reliquos in principia vocavit: non loci igitur illius secretum affectans, sed castrorum. *Lipsius.*

Secreta castrorum] Quod et de principiis intelligi debet cum proportione. Nam ideo Cæcina, 'ceteris per militiæ munera dispersis, secreta castrorum' affectat, ut et par solitudo sit apud *principia.* Nam si fuisset frequens in castris miles, haud dubie *rerum novarum studio,* statim et in principia advolasset.

Perinde igitur affectat et solitudinem castrorum et principiorum, nempe ut plerique præsentium conscii sibi defectionis adessent, alii inscii consulto abessent, ne cœptis ejus resisteretur: quod contigisset, si multitudo pro Vitellio obstinata affuisset concioni.

Digitized by Google

'transfugisse classem: in arcto[x] commeatum:[2] adversas Gallias Hispaniasque:[a] nihil in urbe fidum:' atque omnia de Vitellio in deterius. Mox incipientibus,[a] qui conscii aderant, ceteros, re nova attonitos, in verba Vespasiani adigit: simul Vitellii imagines dereptæ,[3 b] et missi, qui Antonio nuntiarent. Sed, ubi totis castris in fama[4] proditio,[c] recur-

fecisse classem; arcem copiarum; infensas Gallias Hispaniasque; nihil Romæ fidum *aut firmum; et* sic *cuncta de Vitellio in pejus. Dein præeuntibus, qui participes aderant, reliquos, re subita stupentes, sacramento Vespasiani obstringit; eodemque tempore Vitellii effigies dereptæ* hastis, soloque afflictæ, *et missi, qui* id *Antonio referrent. Sed, postquam totis castris vulgata transitio est; et rediens ad*

Bipont. dant *secretiora;* scil. consilia.—2 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. In Mss. Flor. Reg. et editione principe, *in aree commeatum.* Mss. Corb. Agr. *in arcem commeatum.* Inde emendaverat Rhenanus, *inopia commeatuum:* Lipsius, *arcem commeatuum,* [et sic Ryckius et Gronovius.] *Brotier.*—3 Ita bene Ernestus et recentiores. Detractæ enim de signis imagines, *dereptæ* dicuntur, non vero *direptæ,* ut habent Mss. et veteres editiones. *Idem. Direptæ* Gronov. et Ryckius.—4 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Corb. Guelf. Puteolanus et libri omnes postea editi. In Ms. Reg. et editione principe, *infamia prodidit.* Ms. Agr. prima manu, *infamia prodita;*

NOTÆ

[x] *In arcto commeatum*] Legitur et *classem, arcem commeatuum:* et sic supra, c. 2. 'Duas classes vacuumque Illyricum mare ... unde interim pecuniam et commeatus?'

Arcem commeatuum] Livius, l. III. castellum etiam hac metaphora ponit: 'Respicerent tribunal homines, castellum omnium scelerum.' *Lipsius.*

[2] *Adversas Gallias Hispaniasque*] Nondum certe *adversæ,* sed tamen ambiguæ. Infra c. 15. 'Britannia, Galliaque et Hispania auxilia Vitellius acciverat,' &c. Et supra l. II. 97. 'Auxilia tamen e Germania Britanniaque et Hispaniis excivit segniter.'

Quod de Germania hic dicit, intelligendum et de Galliis, quæ inermes: tota vis Galliarum fere in Germanicis legionibus. Addit: 'Perinde legati provinciæque cunctabantur.'

Et de Hordeonio, qui Germaniæ, et Vectio Bolano, qui Britanniæ tum præerant, subjicit: 'Uterque ambigui. Neque ex Hispaniis properabatur, nullo tum ibi consulari:' (Cluvius Rufus aberat:) 'trium legionum legati pares jure, et prosperis Vitellii rebus, certaturi ad obsequium, adversam ejus fortunam ex æquo detrectabant.'

[a] *Incipientibus*] Conscii defectionis incipiebant sacramentum, seu duces præibant jurantibus: ceteri inscii sequebantur, *re nova attoniti* ac perculsi, non sponte, ut statim patebit.

[b] *Imagines dereptæ*] Majus dedecus fuit, si solo afflictæ essent, quam si solummodo amoverentur. Suet. Domit. 23. ubi de Senatu infamante Domitianum: 'Clypeosque et imagines ejus coram detrahi, et ibidem solo affligi juberet.'

[c] *In fama proditio*] Alii libri: *infamia prodita.* Nec sperno: ita narrat,

Digitized by Google

rens in principia miles, præscriptum Vespasiani nomen, projectas Vitellii effigies aspexit, vastum primo silentium, mox cuncta[5] [d] simul erumpunt: 'Huc cecidisse[6] Germanici[7] exercitus gloriam, ut sine prælio, sine vulnere, vinctas[8] manus et capta traderent arma?' [e] (quas enim ex diverso legiones? nempe victas; et abesse unicum Othoniani[9] exercitus robur, primanos[f] quartadecimanosque: quos tamen, iisdem illis[10] campis, fuderint straverintque)[g] ut[11] armatorum millia,

principia miles, præscriptum vexillis *Vespasiani nomen animadvertit, prostratasque Vitellii imagines*, ad ea *ingens primo silentium, dein simul omnes exardent animis:* Huc devenisse Germanicarum legionum decus, ut sine pugna, sine cæde, ligatas manus, et captiva arma dederent? Quas enim ex alia parte legiones? nempe *quæ* profligatæ *fuerant;* nec adesse præcipuum decus Othoniani agminis, primanos et quartadecimanos; quos tamen, eadem ipsa planicie, vicerint ac prostraverint, ut tot millia militum dono traderentur exuli Antonio, tan-

altera, *infamis proditio.* Ms. Mirandulanus, aut potius Marquardus Freherus, *rei fama didita.* Ferri potest vulgata scriptura. Forte tamen aliquid vitii hic latitat, maxime cum mox *et* ante *recurrens* desideretur. Quod Cl. Ernesto jam observatum. *Brotier.*—5 Acidalius mallet, *cuncti.* Et merito quidem. Mox enim cap. seq. *Hæc singuli, hæc universi.* Brotier.—6 Placet Heinsio, *huc recidisse.* Nec immerito. Sic supra Annal. III. 59. 'Huc recidisse cuncta.' *Idem.*—7 Male Mss. Harl. Jes. et Puteolanus, *Germani.* Brotier.—8 Sic bene Rhenanus et recentiores. In Mss. Reg. et veteribus editionibus, *junctas manus.* Idem.—9 Ms. Budens. *Germanici.*—10 Male Rhenanus, *quos tum iisdem campis illis.* Brotier.—11 Brotierus habet *tot armat. mill.* et ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. A Mss. Reg. Flor. Bud. Agr. et editione principe abest, *tot.* Et illud omisere

NOTÆ

ut statim movisse miles se videatur. At Egesippus, l. IV. c. 30. noctem interponit: et mane demum 'surgentes, evaginatis gladiis, insiluisse super Cœcinam' facit. *Lipsius.*

[d] *Cuncta*] Forte *cuncti.* Non tamen displicet vox, *cuncta:* supple castra.

Cuncta simul] Omnia, quæ in tali occasione animo offerebantur, exprimunt irati. Sic interp. Hispanus.

[e] *Vinctas manus et capta traderent arma*] Pro vulg. *junctas*, castigavi, *vinctas manus, &c.* Rhenanus.

Solebant enim victis adimi, primo arma, dein illis post terga manus vinciri. Sic Virgilius Sinonem captum describit.

Tacitus in fine hujus lib. de Vitellio loquens, 'vinctæ pone tergum manus.' *Lupanus.*

Vinctas] Quidni, *junctas*, quæ vetus lectio? vox *vinctas* intelligitur de his qui certassent, et prælio capti vinctique forent: at *junctas*, recte intelligi posse videtur de his qui sine prælio dant manus, quasi supplices veniam orent, etiam ante pugnam.

[f] *Primanos*] *Primam* scil. *Adjutricem*, quæ in Hispaniam, et *quartam decimam*, quæ in Britanniam missa. *Savilius.*

Digitized by Google

velut grex venalium, exuli Antonio[h] donum[12] darentur. Octo nimirum legiones[i] unius classis accessionem fore. Id Basso, id Cæcinæ visum: postquam domos, hortos,[j] opes, Principi abstulerint,[13] etiam Principi auferri

quam grex vilium emtitiorumque servorum. Octo scilicet legiones appendicem fore unius classis. Id placitum Basso et Cæcinæ; postquam ademerint imperatori prædia, hortos, divitias, etiam militibus imperatorem adimere;

Ryckius et Gronovius, et Bipont.—12 Ms. Bodl. *dono*.—13 Ms. Corb. *abstulere*. Brotierus cum Ryckio et Gronovio habet *etiam militibus principem auferre, licet integros*, et sic disserit: 'Ita quidem Mss. et libri omnes editi. Tantummodo in Mss. Flor. Reg. Corb. et editione principe pro, *licet*, legitur, *litem*. Hæc cum inter se non cohæreant, Ferretus, Lipsius, Grotiusque corrigebant, *etiam milites auferre, licet integros, &c.* Sic quoque vertit Cl. Davanzati: 'Voler Basso, e Cecina sopra le case, giardini, e tante richesse rapite al Principe, torgli anche i soldati, quantunque no menomati, ne feriti, e vili alli stessi Flaviani: e che risponderebbero a chi domandasse di lor prosperità, o avversità?' Sic Cl. Gordon aliique optimi interpretes, sed non eadem brevitate. Manet tamen difficultas, neque hæc cum præcedentibus satis connexa, *licet integros . . . . Flavianis quoque partibus viles*. Frustra tentavit J. F. Gronovius, *etiam milites auferre, deditos, integros, &c.* et Jac. Gronovius, *etiam militibus Principem auferre. Sic et integros incruentosque, Flavianis quoque partibus viles, quid dicturos, &c.* Minime Corneliana sunt *deditos . . . . sic et integros*. Itaque cum optimi Mss. et editio princeps habeant, *litem*, pro, *licet*, et in veteribus libris, *quid dicturos* a superioribus non sint separata, omnino probabilis, immo necessaria mihi videtur scriptura Ms. Agr. *etiam militibus Principem auferre, Principi militem: integros incruentosque, Flavianis quoque partibus viles, quid dicturos, &c.* Sive hæc repetita sint ab aliquo vetere libro, sive oriantur a conjectura eruditi viri, qui multa in Ms. Agr. emendavit, certe Corneliana sunt, et cum præcedentibus sequentibusque optime consentiunt. Facilis autem fuit librariorum error, maxime si olim scriptum fuit, *militibus Principem, Principi auferre militem.*'—*Militibus* omissum a librario e margine in alienum locum irrepsisse, et Flor. *litem* ex voce *militem* esse residuum acute conjectant Bipont. quorum emendatam lectionem meam facio. *Oberl.*

NOTÆ

[g] *Fuderint straverintque*] Certe fuderunt *primanos*, quæ legio *prima Classica*, seu *prima Adjutrix* appellatur, non autem *quartadecimanos:* illi tantum legionis quartædecimæ vexillarios vicerant; ipsa legio non affuit pugnæ.

[h] *Exuli Antonio*] Cur iste exul, aut quando? Puto sub Nerone, lege Cornelia de Testamentis, falsi damnatum et exulasse, cum tabulas subditicias, fraude et præmio inductus, obsignasset. Vide Annal. lib. XIV. actis anni 814. *Lipsius.*

Exuli] Senatu motus Antonius; an etiam urbe aut Italia pulsus sit, non liquet apud Tacitum.

[i] *Octo nimirum legiones*] Erant integræ legiones duæ, *unaetvicesima Rapax* et *Italica:* et vexilla *quartæ* et *duodevicesimæ* ex Germania superiori; vexilla *primæ, quintæ, quintædecimæ*, et *sextædecimæ* ex inferiori Germania. Firmabant *vexillarii* trium legionum Britannicarum, nempe *secundæ Augustæ, nonæ*, et *vicesimæ Victricis*. Præferebantur quatuor aquilæ, cetera vexilla erant.

[j] *Domos, hortos*] Id præsertim verum de Valente et Cæcina. Supra

Digitized by Google

militem: [14k] integros incruentosque, Flavianis quoque partibus viles, militibus quid dicturos,[l] reposcentibus[m] aut prospera, aut adversa?'

14. Hæc singuli, hæc universi, ut quemque dolor impulerat, vociferantes, initio a quinta legione orto, repositis Vitellii imaginibus,[n] vincla Cæcinæ injiciunt: Fabium

et licet illæsos et intactos, *ac* Flavianis etiam partibus spretos, quid *tamen* responsuros repetentibus res secundas, vel improsperas?

Hæc singuli, hæc cuncti simul clamitantes, ut quemque ira concitarat, principio a quintanis facto, restitutis Vitellii simulacris, indunt catenas Cæcinæ: assumunt

NOTÆ

Hist. lib. II. 92. 'Nec eo segnius invaserant domos, hortos, opesque imperii,' &c.

k *Etiam Principi auferri militem*] Vulgo *etiam militibus principem auferre, licet*, &c. Sed superest in τῷ *licet*, aliquid scabri, quod muto in *deditos;* ut sit: *etiam milites auferre, deditos integros incruentosque, Flavianis quoque partibus viles, quid dicturos*, &c. Qui, scil. dediti sint nullo discrimine facto, nullo sanguine aut sudore; et ob id etiam aspernabiles iis, quibus accesserint; nec habentes, quod respondeant interrogantibus; vel, ubi nunc ad Bedriacum victoria? vel, τί παθόντες, et quas ad incitas redacti, ad tam deforme subsidium salutis descenderint. *Gronovius.*

Etiam militibus] Intellige, quasi scripserit; *etiam milites principi auferre.* Voluit tantum Tacitus varie rem exprimere. Et certe per proditionem illam auferebant milites principi Vitellio.

Etiam militibus] Si sequimur contextum, forte sic clare elicitur sensus: Postquam domos, hortos, opes principi abstulerint, etiam ei milites auferre, licet integros, &c.

Sed quia sæpe, non pro captu vulgi sentit aut scribit Tacitus, forte etiam sic distingui possit: *Postquam domos . . . . principi abstulerint, etiam militibus principem auferre:* (nam certe Vespasianus loco Vitellii intrudebatur;) *licet integros incruentosque*, sic et *Flavianis quoque partibus viles*, (nam certe semper viles transfugæ ac proditores, et eo viliores, quo magis se tradunt integri et incruenti,) *quid dicturos reposcentibus aut prospera, aut adversa?*

l *Quid dicturos*] Quid responsuri essent reposcentibus res prosperas? Nempe quorsum evasisset illa victoria insignis, relata campis Bedriacensibus? aut quid tam adversi sibi contigisset, ut *sine vulnere, sine prælio, vinctas manus*, captivaque arma et corpora hostibus traderent?

m *Reposcentibus*] Quid dicturi essent reposcentibus prospera? Certe post tot prospera prælia, summæ ignaviæ argui poterant, si se traderent hosti *integros et incruentos*, et veluti vinctis manibus, ut inermes atque imbelles.

Si adversa reposcuntur, par flagitium exprobrari illis potuit; quippe qui nullis dum adversis rebus fracti, statim animum fidemque mutent, qui nulla mala premente fortuna, statim deserunt principem, cujus auspiciis hactenus vicerant. Una ratio adversus talia *reposcentes*, unum perfidiæ crimen suppetet.

n *Repositis Vitellii imaginibus*] Eas forte, ut subito tumultu, deripuerant soloque straverant defectores, quasi

Digitized by Google

Fabullum,[1] quintæ legionis Legatum, et Cassium Longum,[o] Præfectum castrorum,[p] Duces deligunt: forte oblatos[q] trium Liburnicarum milites,[r] ignaros et insontes, trucidant: relictis castris,[s] abrupto ponte,[t] Hostiliam rursus, inde Cremonam pergunt, ut legionibus, primæ Italicæ et unietvicesimæ[2] Rapaci,[u] jungerentur quas Cæcina, ad obtinendam Cremonam, cum parte equitum præmiserat.

duces seu legatos, *Fabium Fabulum, qui præerat quintæ legioni, et Cassium Longum præfectum castrorum: forte obvios milites trium Liburnicarum, inscios et innoxios obtruncant: omissis castris, abscissoque ponte, contendunt Hostiliam iterum, et hinc Cremonam, ut sibi adjungerent legiones, primam Italicam et unaetricesimam Rapacem, quas præire jusserat Cæcina ad occupandam Cremonam, cum parte equitatus.*

1 Sic bene Mss. Ryckius et recentiores. In veteribus editionibus, *Fabulum*. Ad virum ejusdem nominis eleganter scripsit Catullus, carm. XIII. 'Cœnabis bene, mi Fabulle, apud me Paucis,' &c. *Brotier*.—2 Sic recte Mss. Flor. Reg. Agr. Guelf. editio princeps et recentiores. Puteolanus aliique, solenni errore, *undevicesimæ*. Berneggerus et J. F. Gronovius, *unaetvicesimæ*. Brotier.

NOTÆ

per ignominiam, quod et signum destituti principis fuit.

Sic disjectas solo alii, spretasque Vitellii imagines colligunt in ipsis principiis, reponuntque suis spiculis seu hastis, quibus ante insertæ, palam inter signa circumferebantur.

[o] *Cassium Longum*] Forte, *Longinum*. Nam id cognomen familiæ Sueton. Ner. 37. 'Objectum est . . . . Cassio Longino jurisconsulto . . . quod in veteri gentili stemmate C. Cassii, percussoris Cæsaris, imagines restituisset.' Si tamen Cassius iste familiæ Cassiorum fuit.

[p] *Præfectum castrorum*] Puto Fabulum non fuisse præfectum castrorum ejusdem legionis, *quintæ*, scil. Nam sic adæquassent virum dignitate minorem legato legionis, et æmulationis causam præbuissent; quæ minus flagrabat inter diversarum legionum præpositos.

Quicqnid sit, miserrimi illi duces, ut per ambitionem creati, et precario, ita infeliciter et adversis fatis rexerunt exercitum. Neque tot præliis ullum officium egregii ducis ab ipsis exhibitum reperio.

Vulgus potius duces regebat. Magnus ille exercitus, quasi Polyphemus ingens, et velut effossis oculis, arma lacertos, brachia temere movebat, 'indignus rectoris, inops consilii.'

[q] *Forte oblatos*] Non in ipsis castris legionum, ut puto, sed forte non procul, aut in via, cum prægrederentur equites, aut expediti.

[r] *Trium Liburnicarum milites*] Eos quasi conscios et socios defectionis classis trucidant, quamvis ignari et insontes essent.

[s] *Relictis castris*] De quibus supra cap. 9. 'Cæcina inter Hostiliam vicum Veronensium et paludes Tartari fluminis castra permuniit, tutus loco, cum terga flumine, latera objectu paludis tegerentur.'

[t] *Abrupto ponte*] Ne hostes illa parte insequerentur. Ille pons Tartarum flumen jungebat.

[u] *Rapaci*] Sic appellatæ quædam

Digitized by Google

15. Ubi hæc comperta Antonio, discordes animis,[v] discretos viribus[w] hostium exercitus aggredi statuit, antequam Ducibus[1] auctoritas, militi obsequium et junctis legionibus fiducia rediret: namque Fabium Valentem, profectum ab urbe, acceleraturumque cognita Cæcinæ proditione, conjectabat: et fidus Vitellio Fabius, nec militiæ ignarus. Simul ingens Germanorum vis per Rhætiam timebatur: et[2] Britannia, Galliaque et Hispania, auxilia Vitellius acciverat, immensam belli luem,[3] ni Antonius, id ipsum metuens, festinato prælio victoriam præcepisset. Universo cum exercitu, secundis[x] a Verona castris, Bedriacum venit:

Postquam ea nuntiata sunt *Antonio, oppugnare decrevit Vitellianos exercitus dissentientes animis, ac divisos copiis, priusquam rediret auctoritas ducibus, militi fides, et conjunctis legionibus virtutis et animi constantia. Quippe conjiciebat Fabium Valentem, jam digressum* esse *ab urbe, properaturumque, comperta transitione Cæcinæ: et constans in fide* erat pro *Vitellio Fabius, nec belli inscius. Etiam magna Germanorum multitudo per Rhætiam metuebatur; et Vitellius accersiverat copias e Britannia, Galliaque et Hispania, ingentem belli* molem *perniciemque, nisi Antonius, id ipsum timens, occupasset victoriam, accelerata pugna. Cum omnibus copiis perrexit Bedriacum, secundis a Verona mansionibus. Postridie,*

1 Ms. Budens. *duci.*—2 Brotierus cum Bipont. habet, *et ex Britannia;* et ita Mss. Bodl. Jes. Corb. Agr. Puteolanus et Beroaldus. In editione principe, *e Britannia.* In recentioribus, *et Britannia.*—3 Sic optime Mss. Harl. Bodl. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Jes. et editione principe, *lucem.* Brotier. Rhen. volebat *vim:* alii *molem.*

NOTÆ

legiones a vi quadam propria, seu a strenuo ac decoro aliquo facinore. Sic dictæ *Rapax, Fulminatrix, Victrix, Adjutrix, &c.*

[v] *Discordes animis*] Hoc dicit, quia haud dubie non pauci corrupti spe et promissis Cæcinæ, et quidam conscii defectionis fuerant, et quidem primores centurionum.

Sed tum illi a vulgo et majore numero abstracti, ne gradu et ordine dejiceretur, dissimulabant: vulgus obdurnerat pro Vitellio.

Discretos viribus] Nondum istæ legiones se adjunxerant *primæ Italicæ et unaetvicesimæ.* Nondum Fabius ex urbe adventarat, qui columen partium; et commissum est prælium *ad octavum a Bedriaco* milliare, priusquam jungerentur vires: quo prælio profligatus est equitatus, simul et duæ legiones, Italica et Rapax.

Quod patet infra cap. 22. 'Rapaces atque Italici omnibus se manipulis miscuerant:' nam ita fessi, exhausti, ac perculsi erant primo prælio, ut corpus militare per se, nec aciem constituerent, sed aliis legionibus immiscerentur.

[w] *Discretos viribus*] Nempe alii in castris, vel in itinere, alii apud Cremonam erant.

[x] *Secundis*] Bidui itinere confecto, duabus mansionibus.

Digitized by Google

postero die, legionibus ad muniendum[y] retentis, auxiliares cohortes in Cremonensem agrum missæ, ut, specie parandarum copiarum,[z] civili præda miles imbueretur.[a] Ipse, cum quatuor millibus equitum, ad octavum a[4] Bedriaco[b] progressus, quo licentius popularentur: exploratores (ut mos est) longius[c] curabant.

16. Quinta[d] ferme hora diei erat, cum citus eques, 'adventare hostes, prægredi[1] paucos, motum fremitumque[e] late audiri,' nuntiavit. Dum Antonius, 'quidnam agendum,' consultat, aviditate navandæ operæ Arrius Varus cum

legionibus fodiendo vallo occupatis, sociorum cohortes missæ in regionem Cremonensem, ut, prætextu quærendi commeatus, civili prædæ miles assuesceret. Ipse cum quatuor millibus equitum processit ad octavum a Bedriaco milliare, *quo audacius liberiusque prædarentur:* et *speculatores, ut fieri solet, latius exploraba nt.*

Sub quintam ferme diei horam, laxis habenis advolans eques renuntiat, imminere hostes, præire paucos, tumultum strepitumque late audiri. *Dum Antonius deliberat,* quidnam factu opus sit, *ardore* juvandi partes et egregiam *præstandi*

4 Ms. Reg. *e Bed.*
1 Budens. *progredi.*

NOTÆ

Secundis a Verona] Haud dubie festinabat Antonius, præcipue equitatu validus; ita ut forte quaque die sex aut septem leucas conficeret.

[y] *Ad muniendum*] Vallum scil. seu castra.

[z] *Specie parandarum copiarum*] Si parassent tantum copias seu commeatus ejus jussu, crimen certe fuit, scil. ut belli civilis, sed longe majus scelus belli, et Antonii; quod 'civili præda miles imbueretur.'

Quod ambitiosum in vulgus, injuriosum in cives, forte et contumeliosum in ipsum principem, cui certabant: idque mox suspectabitur acrius post victoriam. Sed quid sperent bello civili, nisi prædam et spolia civium?

Copiarum] Commeatuum, utensilium, seu rerum omnium victui necessariarum.

[a] *Civili præda miles imbueretur*] Id est, spoliis augescentibus ex belli civilis occasione. *Savilius.*

Civili præda] Non quasi forte *cives* Rom. præcise spoliarent; sed quia civili bello præda hæc parabatur.

[b] *A Bedriaco*] Capio trans Bedriacum; quo scil. sustineret suos agrum Cremonensem populantes: sicque etiam exploratores longius providebant.

[c] *Longius*] Longius, nempe, quam equites aut populatores: scil. ut consilia et res hostium explorarent, referrentque ducibus.

[d] *Quinta*] Quæ undecima matutina est nostro more: puto, id circa finem Septembris contigit, et circa Æquinoctium, quo horæ veterum æquales nostris erant.

[e] *Motum fremitumque*] Nempe equites erant qui prægrediebantur.

Digitized by Google

promtissimis equitum prorupit, impulitque Vitellianos,[f] modica cæde: nam, plurium accursu versa fortuna, et acerrimus quisque sequentium fugæ ultimus[g] erat: nec sponte Antonii properatum, et[2] fore, quæ acciderant, rebatur. Hortatus suos, 'ut magno animo capesserent pugnam,' diductis[3] in latera turmis,[h] vacuum[4] medio relinquit[5] iter, quo Varum equitesque ejus reciperet: jussæ armari legiones: datum per agros signum,[i] ut, qua cuique proximum, omissa præda, prælio occurrerent.[6] Pavidus interim Varus, turbæ suorum[j] miscetur, intulitque formidinem: pulsi cum sauciis integri,[k] suometipsi[7] metu et angustiis viarum conflictabantur.

operam Arrius Varus, cum strenuissimis equitum irrupit, fudit que Vitellianos, paucis interfectis: quippe, plurium subsidio mutata est *fortuna, et* tum *promtissimus quisque insequentium, in receptu postremus erat: nec consilio aut jussu Antonii festinatum* erat, *et quæ contigerunt,* ipse *præviderat. Allocutus suos,* excitavit, ut forti animo prælium susciperent, *divisisque in utrumque latus equitibus, vacuam in medio viam aperit, qua reciperet Varum et ejus equitatum: jussæ legiones arma capere: datum per campos signum, ut ad pugnam venirent, qua cuique promtissimum* foret, *relicta præda. Trepidus interea Varus, turmis suorum jungitur, incussitque metum; fusi cum vulneratis illæsi, suomet ipsi pavore, et arctis itinerum spatiis direxabantur.*

2 *Et* abest ex ed. pr.—3 Ms. Corb. *deductis.*—4 Sic bene Mss. editio princeps, Ryckius et recentiores. Puteolanus, *vacuo medio.* Brotier.—5 Brotierus habet *reliquit.*—6 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus. In Mss. Flor. Reg. Agr. Corb. et editione principe, *occurreret.* Male Alcidalius, *accurrerent.* Brotier.—7 Ms. Corb. *suo et ipsi metu.* Mss. Harl. Jes. *suometipsi impetu.* At in utriusque margine notatum: *alius* habet *metu.*

NOTÆ

[f] *Vitellianos*] Puto Vitellianos equites esse, qui legionum agmen præcedebant.

[g] *Fugæ ultimus*] Nempe primus ille, versa fronte, invadentes hostes sustinebat, et acrius, sensim pedem referendo, ne acies, ne alæ perrumperentur ab hostibus.

[h] *Turmis*] Equitatu præpollebat Antonius: igitur ut Varum equitesque ejus reciperet, diducit in latera turmas equitum, qui secum remanserant et integri erant.

Turmis] Equitum scil. nam cum promtissimis tantum proruperat Arrius Varus.

[i] *Datum . . . signum*] Nempe cohortibus auxiliarium, quæ fidentes equiti, longius licentiusque populabantur.

[j] *Turbæ suorum*] Quia nempe Varus ducebat equites: ille igitur ad *suos* equites rediit pavidus, et simul pavorem intulit, unde fere clades universi exercitus.

[k] *Integri*] Intellige equites, quos scil. maxime curabat Antonius, ut in quibus plurimum confideret. Nam pulso equitatu, nudata forent legiones omni subsidio, neque alias unquam vel victor ipse legiones Vitellianas

Digitized by Google

17. Nullum, in illa trepidatione, Antonius constantis Ducis, aut fortissimi militis, officium omisit: occursare paventibus; retinere[1] cedentes: ubi plurimus labor, unde aliqua spes, consilio, manu, voce insignis hosti, conspicuus suis: eo postremo ardoris provectus est, ut vexillarium fugientem[l] hasta[m] transverberaret:[2] mox raptum vexillum in hostem vertit: quo pudore haud plures, quam centum equites, restitere. Juvit locus, arctiore illic via,[n] et fracto interfluentis rivi ponte, qui incerto alveo, et præcipitibus ripis, fugam impediebat: ea necessitas, seu fortuna, lapsas jam partes restituit. Firmati inter se, densis ordinibus

Nullum in ea consternatione Antonius strenui ducis, aut acerrimi militis, munus prætermisit; subvenit metuentibus; pedem referentes cohibet; ubi multus incumbit *labor, unde* affulget *spes, consilio, dextra, clamore conspicuus hosti, spectabilis suis; eo demum ardoris processit, ut hasta transfoderit signiferum fugacem: dein abreptum signum in hostem intulit. Quo* facinore ducis, et *pudore, non plures quam centum equites substitere. Favit locus, angustiore illic itinere, et abrupto ponte interlabentis rivi, qui dubio alveo, et abscissis ripis, fugam prohibebat. Et angustia hæc, seu fortuna, afflictas jam partes instauravit. Firmati inter se, conferta acie,*

1 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. Agr. et editione principe, *occursat . . . . retinet;* et sic Ryckius.—2 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. Corb. Agr. editiones veteres et recentiores. Male Ms. Guelf. *transverberasset.* Lipsius, *trans-*

NOTÆ

perrupisset, neque sine equite bellum patrasset aut profligasset.

Quod sic infra 53. jactat apud Vespasianum: 'quod discordes dispersasque Vitellii legiones equestri procella, mox peditum vi, per diem noctemque fudisset, id pulcherrimum et sui operis.'

[l] *Vexillarium fugientem*] Sic olim Cæsar apud Valer. lib. III. 'Legionis Martiæ aquiliferum, ineundæ fugæ gratia jam conversum, faucibus comprehensum, in contrarium partem detraxit; dexteramque ad hostem tendens, Quorsum tu, inquit, abis? illic sunt cum quibus dimicamus.'

Sic et Sueton. Jul. 62. 'Inclinatam aciem solus sæpe restituit, obsistens fugientibus, retinensque singulos, et contortis faucibus convertens in hostem; et quidem adeo plerumque trepidos, ut aquilifer moranti cuspide sit comminatus: alius in manu detinentis reliquerit signum.'

[m] *Hasta*] Sua; non ea cui insertum vexillum.

[n] *Arctiore illic via*] Supra cum dirigeretur acies, et rediret ad suos Varus, ipsi equites 'angustiis viarum conflictabantur.' At nunc prosunt illæ ipsæ angustiæ itineris, quæ fugam impediebant: adeo exiguo momento et ex minima inclinatione pendet fortuna et victoria! 'Ea necessitas seu fortuna,' forte utraque simul, 'lapsas jam partes restituit.'

Digitized by Google

excipiunt Vitellianos temere effusos:[o] atque illi[3] consternantur.[p] Antonius instare perculsis, sternere obvios. Simul ceteri, ut cuique ingenium, spoliare, capere,[4] arma equosque abripere: et[5] exciti prospero clamore, qui modo per agros fuga palabantur, victoriæ se miscebant.

18. Ad quartum[q] a Cremona lapidem fulsere legionum signa,[r] Rapacis atque Italicæ, læto inter initia equitum suorum[s] prælio, illuc usque provecta. Sed, ubi Fortuna

sustinent Vitellianos temere evectos: atque illi statim *perturbantur. Antonius urgere exterritos, fundere obvios. Et jam reliqui, ut cuique animus, diripere, capere arma, et equos auferre: et evocati fausto clamore, qui paulo ante per campos* ex Vari *fuga vagabantur, victoriæ se adjungebant.*

Ad quartum a Cremona milliare, micuere legionum aquilæ, Rapacis atque Italicæ, quæ huc usque processerant, fausto inter primordia suorum equitum certamine. Sed,

****

verberarit. Brotier.—3 Ita Rhenanus et recentiores. In Mss. Flor. Reg. Harl. Jes. Guelf. et editionibus veteribus, *atque illic consternantur.* Ms. Bodl. et Puteolanus, *consternantur.*—4 Ryckii Ms. *rapere.*—5 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps ac recentiores. *Et* abest a Mss. Harl. Bodl. Jes. Omisit quoque Puteolanus.

NOTÆ

[o] *Temere effusos*] Quasi jam vicissent; et forte quia usque ad pontem illum fractum effusos hostes temere insecuti erant.

[p] *Atque illi consternantur*] Sic infra, 'ceteri fœda fuga consternantur.' *Rhenanus.* Tò *atque*, hic ponitur exquisita illa significatione pro *statim:* de quo Gellius, x. 29. nos ad Livii XXVI. 39. *Gronovius.*

[q] *Ad quartum*] Si leucas Parisinas inspicis, duæ fuerint leucæ Gall. si longiores et provinciarum leucas, tum fuerit una leuca Gallica.

[r] *Fulsere legionum signa*] Profectæ erant Cremona, et huc usque velut ad prælium provectæ erant, cum prosperum equitum suorum pugnam animadverterent. Sed postquam ipsos fusos ac profligatos videre, hæ se miscere prælio noluerunt, et cum discrimen vitare vellent, in discrimen ipsæ venere. Discrimen certe adeundum fuit, ne subirent, utroque lacessendus hostis. Et potuerunt hæ legiones reddere vicem hostibus et cladem, quam equiti suo intulerant, si eos etiam temere effusos, et via ac pugna fessos aggressæ forent; si suos recepissent, firmassent, &c.

Signa Rapacis atque Italicæ] Quæ haud dubie non affuerunt prælio, sed tantum huc usque provectæ erant, et equites tantum sen alas præmiserant, quemadmodum; nec tum hic etiam *robur Flaviani exercitus* aderat.

Hæ Vitellianæ legiones immotæ stetere, et *ducem* sibi *deesse intelligebant:* quæ tamen cæco impetu statim de nocte irrumpent, ut est mobile ingenium vulgi, et amoto duce præceps.

[s] *Equitum suorum*] Puto non solos erupisse equites, sed simul et cohortes expeditas, et præcipue auxilia-

Digitized by Google

contra fuit, non laxare ordines,[t] non recipere turbatos, non obviam ire, ultroque aggredi hostem, tantum per spatium cursu et pugnando fessum. Forte victi,[1 u] haud perinde

postquam fortuna adversa fuit, non aperire ordines, non admittere perculsos, non occurrere, ultroque oppugnare hostem, per tantum itineris et via et prælio fatiga-

1 Sic vulgo Mss. et libri omnes editi. Sed nondum victi erant Vitelliani, mutabant tantum. Inde Freinshemius tentabat, *forte acti*, id est, temere ac sine consilio. At melius Ms. Agr. *pugnando fessum forte victuri: haud perinde rebus prosperis, &c.* Idque narrationi optime convenit. Favent quoque Ms. Reg. et editio princeps, in quibus eadem ac Ms. Agr. distinctione scriptum, *pugnando fessum forte victi. Haud perinde.* Scripturam Codicis Agr. Acidalio, Rodolpho Agricolæ, Ryckio aliisque jam probatam secutus est Cl. Gordon. 'Nor take the opportunity of falling upon forces spent with fighting and long pursuit; an opportunity which probably might have rendered them victorious. In truth, during prosperity, they perceived not so sensibly the use of a general, as in adversity that they wanted him.' Murphy ita, 'Nor dared to attack an enemy at that time well nigh exhausted by the labors of the day. In the hour of prosperity they despised their general officers, and in their distress began to feel that they wanted an able com-

NOTÆ

rium, qui æquabant sæpe et numero et robore legiones ipsas.

[t] *Non laxare ordines*] Non laxavere ordines, nempe ne se miscentibus consternatis trepidisque, legiones ipsæ simul perturbarentur; sicque facilius ab hoste perrumperentur.

[u] *Forte victi*] Rodolphus, *victuri:* mentem video: et tamen subvereor, ut parum plena ista, et huic narrationi quædam desint. *Lipsius.*

Forte victi] Pro genio Taciti nihil ibi deesse putem. Sic igitur capio: *sed ubi fortuna contra fuit*, tum sibi deesse ducem animadverterunt; quia dux si adesset, in subsidiis legiones vel cohortes haberet; quibus oppositis, fessis et cedentibus succurreret; quibus proturbatos aut abscedentes reciperet; quibus nutantes, vel effusos cursu seu pugna hostes aggrederetur, impelleret, et forte profligaret.

At nunc contra amoto duce, legiones illæsæ et integræ privatim sibi, non in commune, consulunt; *non laxant ordines;* non recipiunt turbatos; non occurrunt cedentibus; non sustinent pugnam; non aggrediuntur hostem jam fessum cursu aut certamine.

Et tum victi Vitelliani, qui forte non perinde desideraverant ducem in rebus prosperis, atque in adversis sibi deesse jam sentiebant.

In rebus prosperis fortuna sola pro auspiciis, pro consilio, pro duce fuit; at rebus adversis longe aliter se res habet.

Forte victi] Non male: sed perinde legi possit, *forte victores.* Nam ante ipsi Vitelliani in iisdem campis Bedriacensibus *victores*, forte *haud perinde rebus prosperis* et in victoria referenda *ducem desideraverunt, atque in ipsis adversis*, seu in ista hac clade, *deesse intelligebant.* Si dux afforet, juberet *recipere turbatos, obviam ire, ultroque aggredi hostem, &c.*

Forte victi] Forte victores, si ultro aggressi hostem forent. Sic versio Hispana.

Digitized by Google

rebus prosperis Ducem desideraverant, atque in adversis deesse intelligebant. Nutantem aciem[v] victor equitatus incursat: et Vipstanus Messalla, Tribunus,[w] cum Mœsicis auxiliaribus[x] assequitur,[y] quos militiæ[z] legionariis, quan-

tum. Forte profligati illi, *non tam optaverant ducem in rebus secundis, quam in adversis* sibi *deesse animadvertebant. Victores equites* Flaviani, *trepidantem aciem* Vitellianorum *invadunt: et Vipsanius Messalla, tribunus* militum, *attingit equites cum Mœsicis sociis, quos, licet propere ductos,* tamen *adæquabat belli decore*

mander.' *Brot.*—2 *Militiæ gloria....æquabat.* Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus aliique multi. Corrupte Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. et editio princeps, *militiæ legionarii....æquabant.* Altera manu post *militiæ* additum in Ms. Agr. *gloria.* Perperam emendavit Pichena, *militibus legionariis....æquabat.* Hunc tamen secutus est Cl. Davanzati. Cll. Ernestus et Lallemand edidere, *militiæ legionariis....æquabant,* ita ut *militiæ* sint in plurali, quod nec probabile, nec Mss. auctoritate nixum.' *Brotier.* Bud. *militiæ.* Plur. numero accipiendum, nullus dubito. Sic Tibullus 1, 3, 82. 'lentas militias' dixit. Suet. etiam Claud. 25. 'equestres militias' habet. Bernegg. recepit *militibus,* Freinsh. vulgatum probat. Bip. quoque Pichenam sequuntur, attamen *militiæ* ad *ductos* referri posse autumant, quasi *in militiam.* Ernesti verum vidit. Rhenanus *militiæ* adverbialiter dictum credebat pro *in militia.* Oberl.—

NOTÆ

[v] *Nutantem aciem*] Nonnulli intelligunt præcipue de duabus his legionibus, nempe de *Rapaci* et *Italica,* quæ integræ a pugna et illæsæ adhuc erant. Infra: 'Mixtus pedes equesque rupere legionum agmen;' et haud dubie propinqua Cremonensium mœnia spem effugii legionibus his dedere: et puto, recessere instar fugientium, magis quam pugnantium.

Et certe si non profligatæ hæ duæ legiones, at saltem maxime consternatæ sunt. Nam in prælio sequenti, per noctem commisso, non corpus militare constituunt ipsæ, sed se aliis legionibus immiscuere. Infra: 'Rapaces atque Italici omnibus se manipulis miscuerant.' Quod fugæ, et præcedentis trepidationis consternationisque indicium certissimum est.

[w] *Vipstanus Messalla Tribunus*] Tribunus tantum fuit, nempe legionis septimæ Claudianæ, quæ una Mœsicarum; sed tunc loco legati huic legioni præerat: propria dignatio viri hoc meruit.

Nunc ducit ad prælium, sen potius rapit tantum Mœsicos auxiliares, ut leviores et expeditiores subsignanis; et legiones gravi agmine sequebantur, quibus tamen exæquat Messalla suos *auxiliares,* licet *raptim ductos.*

[x] *Mœsicis auxiliaribus*] An illi auxiliares tantum unius legionis *septimæ Claudianæ?* Puto et additas cohortes aliorum auxiliarium Mœsicorum, nempe legionum *tertiæ Gallicæ* et *octavæ Augustæ.*

Habuerunt hoc præcipuum, quod ad prælium propere raperentur, fere instar equitum, et tamen æquarent gloriam legionariorum, qui lente procederent, qui subsignani, graviter armati, et militia Rom. instituti, nec perinde fessi certabant. Indefinite hic *legionarios* intelligit.

[y] *Assequitur*] Equitatum nempe victorem assequitur.

Digitized by Google

quam raptim ductos,[3] æquabant.[2] Ita mixtus eques[4] pedes-

legionariis. Ita juncti pedites equitesque perrupere aciem legionum. Et vicini

3 Ita libri omnes, et bene. Nec tentandum, ut placuit Lipsio, *raptim delectos.* Optimi militis est, quanquam raptim ducti, vincere. *Brotier.*—4 Sic

NOTÆ

[2] *Quos militiæ legionariis, quanquam raptim ductos, æquabant*] Legionarii pro optimo militum genere habebantur, quod Romani essent, eaque armatura et disciplina exerciti: at auxilia quoque nonnunquam pari gloria agebant, si nempe diu fortiter meruissent, ut Batavi supra Hist. II. 28. et passim his libris.

Sic igitur et Mœsicos auxiliares gloria militiæ æquabat legionariis Messalla, quanquam *raptim ductos.*

Hoc eo pertinet, pares fuisse habitos *legionariis*, quanquam recentes illos legionarios ipsi, ut modo dixerat, per tantum spatium cursu et pugnando fessi, aggrederentur, accedente nunc etiam recenti defatigatione, quod raptim ducti essent. *Freinshem.*

Legionariis] Vertit interpres Gall. Quod auderent legiones hostium lacessere. Sed universim et indistincte intelligendum est, fuisse pares virtute et decore legionariis etiam suarum partium, et quibuscumque legionariis, et præcipue suis, seu victoribus, licet tantum auxiliares essent Mœsici illi, et raptim ducti. Quid mirum in eo foret, si pares jam dicerentur victis nunc legionariis?

Raptim ductos] Forte, quia ex agris prædabundi, seu palabundi redibant; et tum tamen aliorum virtutem gloriamque æmulabantur: quicquid sit, licet *auxiliares* essent et *raptim ducti* et fessi, virtute legionarios suos sub bono duce adæquabant, vel indistincte, ut diximus. Nec illi auxiliares *raptim dilecti*, aut subitarius miles, ut vult Lipsius; vetera auxilia legionum erant.

Raptim ductos] Forte non tam intelligi debet, illos auxiliares Mœsicos fuisse raptim ductos in prælio, ac antea, nempe dum e Mœsia raptim trahebantur ad occupandam Italiam. Et si fuerunt raptim ducti in prælio, id illis fere commune fuit cum aliis, et præcipue legionariis, qui pari impetu, et quantum patitur grave agmen, incursabant *nutantem aciem* hostium, ut eam penitus impellerent, ac profligarent.

Et sic æquabantur legionariis militiæ gloria, egregio duce Messalla, quanquam illos raptim duxisset e castris aut ex acie, illosque fatigasset tanto itinere.

Erant in Mœsia tres legiones cum suis auxiliis, quæ auxilia haud dubie a ducibus bellum parantibus robore aucta fuerant. Hos auxiliares Mœsicos ducit Messalla raptim, quia, puto, expediti illi, et maxima ex parte equites; quorum præcipue cura fuit proturbare et perrumpere *nutantem aciem* Vitellianorum.

Hinc addit Tacitus, 'ita mixtus eques pedesque rupere legionum agmen.' Et forte hi auxiliares Mœsici præcesserant grave legionum Mœsicarum agmen, in Italiam adventantes. Sicque intelligi potest, *raptim ductos* esse, et in itinere, aut saltem in hoc prælio.

Digitized by Google

que rupere[5] legionum agmen. Et propinqua Cremonensium mœnia, quanto plus spei ad effugium, tanto[6] minorem ad resistendum animum, dabant.

19. Nec Antonius ultra institit,[a] memor laboris ac vulnerum, quibus tam anceps prælii[1] fortuna, quamvis prospero fine, equites equosque afflictaverat. Inumbrante vespera universum Flaviani exercitus robur advenit. Utque cumulos super et recentia cæde vestigia[b] incessere, quasi debellatum foret, 'pergere Cremonam, et victos in deditionem accipere, aut expugnare,' deposcunt. Hæc in medio,[c] pulchra dictu, Illa[2] sibi quisque, 'Posse coloniam plano[3] sitam[d] impetu

Cremonensium muri, quanto majorem spem dabant ad fugam salutemque, eo minus virtutem incitabant *ad reluctandum.*

Nec Antonius ultra insecutus est, secum *reputans animo laborem ac vulnera, quibus tam ambigua fortuna certaminis, equites equosque exagitaverat, licet felici exitu. Inclinante ad vesperam die universæ copiæ Flaviani exercitus advectæ. Et ut ingressi sunt super acervos* cadaverum, *et cruenta recenti strage itinera, tanquam profligatum bellum foret, postulant,* ire Cremonam, et victos in potestatem fidemque accipere, aut *eos* obsidere. *Hæc in commune præclara dictu* in speciem. Sed *illa sibi singuli,* dicebant: Posse urbem in planicie sitam *primo*

Budens. mollius. Vulgo *pedes equesque.* Oberl.—5 Ms. Corb. *erupere.* Ms. Agr. *irrupere.*—6 Sic editiones omnes veteres. Lipsius et recentiores omisere, *tanto,* et Ryckius et Gronov. Additum est in margine Ms. Harl.

1 Sic Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *belli fortuna.* Additum in margine Ms. Bodl. *prelii.* —2 *Illa* abest a Ms. Corb. et editione principe.—3 Sic Mss. editio princeps

NOTÆ

Ita ut Messalla duceret illos e Mœsia simul cum sua legione septima Claudiana, et illos istis legionariis virtute æquaret, quanquam illos celerius raperet, nempe adversus *nutantem aciem* hostium, bellum profligaturus, et legionarii sui gravius incederent, ut par est.

Dicit Tacitus *raptim ductos,* quia eos rapidius trahebat Messalla ad prælium profligandum, quam legionem suam, cujus grave agmen erat.

[a] *Nec Antonius ultra institit*] Substitit Antonius cum exercitu ad quartum a Cremona lapidem in loco prælii et victoriæ.

[b] *Recentia cæde vestigia*] Mallem, *cædis:* tamen vulgatam fero. Id est, Ut incessere super recentia vestigia in cæde facta. *Pichena.*

Recentia cæde] Adhuc cruore, cæde, et sanguine madentia.

[c] *Hæc in medio*] Hæc palam, seu publice, et in commune jactabant. Et hæc pulchra dictu in speciem, sed privatim quisque apud se aliud agitabat animo. Quisque apud se sic disserebat: *Posse expugnari* noctu coloniam opulentam, et ex ejus præda excidioque statim ditari posse militem: hic esse certum præmium armorum civilium, tantam occasionem non debere omitti, &c.

[d] *Plano sitam*] Vertit interpres

Digitized by Google

capi. Idem audaciæ per tenebras[e] irrumpentibus, et[4] majorem rapiendi licentiam: quod si lucem opperiantur,[5] jam pacem, jam preces, et, pro labore ac vulneribus, clementiam et gloriam, inania,[6 f] laturos: sed[7] opes Cremonensium in sinu[g] Præfectorum Legatorumque fore. Expugnatæ urbis prædam ad militem, deditæ ad Duces, pertinere.'[h] Spernuntur Centuriones Tribunique, ac, ne vox cujusquam audiatur, quatiunt arma, rupturi[8] imperium, ni ducantur.

20. Tum Antonius, inserens se manipulis, ubi aspectu et auctoritate silentium fecerat: 'non se decus, neque pretium eripere tam bene meritis,' affirmabat; 'sed divisa inter exercitum Ducesque munia: militibus cupidinem pugnandi[1]

impetu expugnari. Eandem strenuitatem per noctem invadentibus, et majorem prædandi libertatem. Sin diem expectent, jam conditiones pacis et veniam, jam obsecrationes, et pro navata opera *præliisque* ac plagis, mansuetudinem et honorem, vana *decora*, reportaturos: sed divitias Cremonensium in marsupio præfectorum et legatorum fore. Captæ urbis opes militis esse, se fidei permittentis, ducum. *Contemnuntur centuriones et tribuni, ac, ne vox ullius ad aures perveniat, concutiunt arma, rapturi* ipsi *signum viæ et pugnæ, nisi ducantur.*

Tum Antonius, immiscens se numeris, ubi intuitu et auctoritate silentium impetraverat: asseverabat; non se gloriam, neque præmium auferre viris, qui tantam tamque egregiam *bello* navassent operam; sed diversas, *alias* militum, ac

et recentiores. Puteolanus, *in plano.*—4 Frustra emendat Rhenanus, *sed majorem.* Brotier.—5 Budens. *opperiatur.*—6 Sic bene libri omnes scripti et editi: nec tentandum cum Ursino et Mureto, *clementiæ gloriam inanem.* Brotier.—7 Rhenan. malit *et*, frustra. *Oberl.*—8 Sic bene Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Agr. editio princeps et recentiores. Sic dictum supra Annal. XIII. 36. 'sed rupto imperio.' Puteolanus, *rapturi.* Brotier.

1 Brotierus scribit *pugnandi cupidinem:* et sic Mss. Harl. Bodl. Jes. et

NOTÆ

Gall. quasi neque natura, neque arte munita colonia esset, quod falsum. Infra, c. 30. 'Ardua urbis mœnia; saxeæ turres, ferrati portarum obices.'

Et c. 34. 'Condita erat.... ingruente in Italiam Hannibale, propugnaculum adversus Gallos trans Padum agentes, &c.'

[e] *Idem audaciæ per tenebras*] Idem audaciæ, atque interdiu.

[f] *Inania*] Quoad vulgus, id verum: quoad duces, grande flagitium pro gloria et clementia: quoad Rempub. maxima consternatio, quod patebit infra, cum tandem Cremona cremabitur.

[g] *In sinu*] In marsupio, in crumena, Plaut. 'Laxa sinum; merum lucrum est.'

[h] *Deditæ ad duces, pertinere*] Æmil. Scaurus apud Liv. 37. 'Captas, non deditas diripi urbes, et in his tamen arbitrium esse imperatoris, non militum.'

Digitized by Google

convenire; Duces providendo, consultando, cunctatione sæpius, quam temeritate, prodesse. Ut pro virili portione, armis ac manu, victoriam juverit, ratione[i] et consilio, propriis Ducis artibus, profuturum. Neque enim ambigua esse, quæ occurrant: noctem[2] et ignotæ situm urbis, intus hostes et cuncta insidiis opportuna: non, si pateant[j] portæ, nisi explorato, nisi die,[3] intrandum. An oppugnationem inchoaturos, ademto omni prospectu, quis æquus locus, quanta altitudo mœnium? tormentisne et telis, an operibus et vineis,[k] aggredienda[4] urbs foret?' Mox conversus ad singulos, 'num secures, dolabrasque[5] et cetera expugnandis[6] urbibus, secum attulissent?' rogitabat. Et, cum abnuerent,[l]

ducum partes; militibus ardorem certandi congruere; at duces prodesse prospiciendo, consulendo, *et* prudentia sæpius, ac nectendo moras, quam inconsulta audacia. Ac si *jam* pro viribus, ferro, dextraque victoriam promoverit, *etiam nunc* mente, providentiaque et consiliis, quæ sunt veræ ducis artes, *ipsos* adjuturum. Neque enim incerta esse *ea*, quæ se offerant; tenebras, et situm incognitæ coloniæ, intra quam *essent* hostes, et omnia fraudi obnoxia: et si apertæ forent portæ, non *tamen*, nisi periculo facto, *non* nisi luce, introëundum *esse*. An suscepturos obsidionem, ablato omni intuitu, quis justus aut favorabilis locus, quanta sublimitas murorum? an oppugnanda colonia foret machinis et missilibus, an *subruenda* laboribus et vineis *ac pluteis? Dein ad singulos se convertens, percunctabatur*, num in promtu haberent bipennes dolabrasque, et cetera capiendis oppidis *necessaria*. *Et cum nega-*

Puteolanus. Alii, *cupidinem pugnandi*.—2 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. Male Mss. Flor. Corb. Agr. et editio princeps, *nocte*: quod tamen defendit Ryckius. Hic, ut in multis, Tacitus imitatur Livium, v. 39. 'Noctemque veriti, et ignotæ situm urbis.' *Brotier*.—3 Ita vulgo Mss. Puteolanus et recentiores. In editione principe, *nisi explorato, non die*. Inde emendatum in Ms. Agr. *non die, nisi explorato*; quod immerito probavit ediditque Ryckius. *Idem*.—4 Sic optime Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. Fœdum glossema irrepsit in Mss. Flor. Reg. Corb. et editionem principem, *vineis machinamenti genus ad expugnandum muros in modum turrium factum his aggredienda urbs foret*. Brotier.—5 Brotierus omisit *que*.—6 Ms. Agr. *oppugnandis*. Secunda manu in Ms. Harl.

NOTÆ

[i] *Ratione*] Subintellige *ita*: scil. ita se *ratione et consilio*, &c. Sic supra, 'opposita in latus auxilia:' supple, quia *infesta Rhætia*. Has particulas omittit Tacitus σεμνῶς, ut tradit de illo Plinius.

[j] *Non si pateant*] Etsi pateant portæ, non tamen, *nisi explorato*, non *nisi die, intrandum*.

[k] *Et vineis*] De vineis, pluteis, et cratibus, vide infra hoc libro c. 84.

[l] *Cum abnuerent*] Cum faterentur se non attulisse dolabras, &c.

Digitized by Google

'gladiisne,' inquit, 'et pilis perfringere ac subruere muros ullæ manus possunt? Si aggerem struere, si pluteis cratibusve protegi necesse fuerit, ut vulgus improvidum, irriti[m] stabimus, altitudinem turrium, et aliena munimenta mirantes? Quin potius mora noctis unius, advectis tormentis machinisque,[7] vim[8] victoriamque nobiscum ferimus?' Simul lixas calonesque, cum recentissimis equitum,[n] Bedriacum mittit, copias,[o] ceteraque usui[9] [p] allaturos.

21. Id vero ægre tolerante milite, prope seditionem ventum, cum[1] progressi equites sub ipsa mœnia, vagos ex[2] Cremonensibus corripiunt: quorum indicio noscitur: 'sex Vitellianas legiones omnemque exercitum, qui Hostiliæ egerat, eo ipso die triginta millia[q] passuum emensum, com-

rent, an, *inquit*, ullæ manus possunt perrumpere ac subvertere mœnia ensibus, aut hastis? Si *moliri ac* struere aggerem convenerit, si pluteis aut cratibus defendi, an ut vulgus ignarum et incautum, *ore hiantes aut compositis manibus*, vani aspiciemus mirabimurque excelsitatem turrium, et aliena propugnacula? Quin potius noctis unius intervallo, allatis catapultis balistisque, vim victoriamque nobiscum invehimus? *Eodemque tempore mittit Bedriacum lixas et calones, cum equitibus minus fessis, qui adveherent commeatus, et alias res* obsidioni *necessarias.*

At id ægreferente milite, fere ad discordiam res provecta, cum procurrens equitatus fere ad muros ipsos, palantes quosdam *e Cremonensibus capiunt; quorum sermone cognoscitur*, sex legiones Vitellianas, et universas copias, quæ Hostiliæ fuerant, eo ipso die triginta milliarium iter confecisse, ac cognita suorum

frustra additum, *necessaria.*—7 *Machinisque* abest a Ms. Bud. et forte librariorum est additamentum. *Que* enim abest a Ms. Jes. et altera tantum manu additum in Ms. Harl. *Brotier.*—8 Ed. pr. *inde* pro *vim.*—9 Ita Mss. Corb. Reg. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Guelf. et Puteolanus, *ceteraque, quæ usui forent allaturos.* Ita quoque Ms. Jes. sed omisit, *que.*

1 Male editio princeps, *tum progr.* Brotier.—2 Ms. Reg. et editio prin-

NOTÆ

[m] *Irriti*] Inutiles, otiosi, spe delusi ac frustrati.

[n] *Cum recentissimis equitum*] Vertit clar. Harlæus, quasi equites illi nuper delecti et conscripti essent: fallitur. Deligit Antonius equites integros et minus fessos cursu, aut pugna, ut Bedriacum advolent, ad commeatus afferendos, et cetera obsidioni necessaria.

[o] *Copias*] Commeatus, cibaria et alia utensilia.

[p] *Ceteraque usui*] Intelligunt ea, quæ necessaria obsidendo oppido erant. Certe supra: 'Quin potius mora noctis unius, advectis tormentis machinisque,' &c. Et poterant per noctem redire Bedriaco, et primo mane omnia necessaria advehere.

[q] *Triginta millia*] Vertit interpres Gall. *septem leucas* Gall. nec abs re. Nec potuit fere grave agmen legio-

Digitized by Google

perta suorum clade, in prælium accingi ac jam affore.' Is terror obstructas mentes consiliis Ducis aperuit. Sistere[r] tertiam[s] decimam[3] legionem, in ipso viæ Postumiæ aggere,[t] jubet, cui juncta a lævo septima Galbiana, patenti campo stetit, dein septima Claudiana, agresti fossa (ita locus erat)

clade, ad pugnam se comparare, ac jam jam affuturas. *Is pavor occlusos animos consiliis ducis reseravit. Stare jubet tertiam legionem in ipso aggere viæ Postumiæ, cui adhæsit a sinistro* latere *septima Galbiana, aperto campo instructa; dein septima Claudiana, rustica fossa (sic locus erat) protecta; octava, a dextro,*

****

ceps, *e Cremonensibus.*—3 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Guelf. Agr. editiones veteres et Cl. Ernestus. Male Rhenanus aliique multi omisere, *decimam.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. *ternam decimam.* Hic agitur de Pannonicis legioni-

NOTÆ

num, cum tanta mole impedimentorum, sarcinarum, ac machinarum, longius iter ingredi. Sic leuca Gall. adæquat quatuor milliaria.

[r] *Sistere*] In ipsa via sistere legionem jubet, qua ipsa incedebat. Scil. Eodem loco seu itinere, quo ingrediebatur, legionem astare in aciem jubet.

Sic et infra 27. dispositæ legiones ad vallum corona cingendum apud Cremonam: et ne erres, hic verus ordo fuit, qui describitur hic a Tacito; et operi incubuere legiones, eodem ordine, quo dispositas hic in acie narrat Tacitus. Nempe tertiani et septimani, dein octava et septima Claudiana, dein procul *tertiadecimani ad Brixianam portam.* Sicque separatæ procul invicem duæ Pannonicæ, nempe *septima Galbiana* et tertiadecima Gemina.

Puto sic dispositas pro ordine quo pugnaverant et incesserant. Et quo ordine pugnaverant ad Bedriacum, et versus Cremonam incesserant, ita et locum cingendi valli sibi sumserunt.

Igitur ne alio animum convertas, verus iste ordo legionum, ut hic descriptus est a Tacito, quicquid dicat interpres Florentinus.

[s] *Tertiam*] Sperne quod hic affertur a Pichena. Nam patet infra, c. 27. sic ordinatas in acie legiones fuisse, quomodo hic etiam acies describitur. Nec temere mutari debuit ordo agminis, ut nec temere violari debet Taciti lectio vetus. Itaque *tertiani septimanique* simul et prope invicem dispositi, ut et *octava ac septima Claudiana*, dein *tertiadecimani*: et *vexillum prætorianum* quod robore legionem fere æquabat, locatum in acie a dextro latere tertianorum; quia *juncta* his *a lævo septima.*

[t] *In ipso viæ Postumiæ aggere*] Virg. v. 'Qualis sæpe viæ deprehensus in aggere serpens.' Viæ autem publicæ, ut quæ militari labore erant munitæ, exaggerabantur, ut imber deflueret, minusque lutulentæ redderentur. Proinde *agger* etiam pro *via* usurpatur. Sidonius: 'Antiquus tibi, nec teratur agger; Cujus per spatium satis vetustum, Nomen Cæsareum viget columnis.'

In ipso viæ] Nempe in ipso loco, in ipsa via, qua ipsa incedebat, *sistere* seu stare in acie legionem jubet.

Digitized by Google

præmunita; dextro, octava per apertum limitem,[u] mox tertia,[4] densis arbustis[v] intersepta:[w] hic aquilarum signorumque ordo: milites mixti[x] per tenebras, ut fors tulerat:[y] Præ-

loco vacuo et aperto; dein tertiadecima spissis confertisque virgultis interclusa: hoc agmen, *hic ordo aquilarum et signorum; milites* temere *se admiscebant per noctis*

bus, quæ erant septima Galbiana et tertiadecima. *Brotier.*—4 Male Mss. et libri omnes editi, cum Ryckio et Gronov. *mox tertiadecima.* Hic enim memorantur Mœsicæ legiones, scilicet septima Claudiana, octava, et tertia, quæ e Syria in Mœsiam venerat. Idque suadet tum ordo, qui hoc in loco exponitur, tum quæ mox narrantur cap. 23 et 24. *Idem.*

NOTÆ

[u] *Per apertum limitem*] Non de *aggere viæ* forte id sumendum, sed de planitie, seu aperto ac vacuo liberoque campo, ut distinguat Tacitus ab aliis legionibus, scil. a septima, quæ *agresti fossa . . . præmunita* erat, et a tertiadecima, quæ *densis arbustis intersepta.*

[v] *Densis arbustis*] Vertit. Clar. Harlæus, quasi locus ille dumis et vepribus infestus fuerit: sed puto, arbusta illa fuerunt valida, et forte cædua sylva fuit, ita ut saxa et tela balistis immissa, sylvæ occursu retunderentur. Infra; 'ut tela vacuo atque aperto excuterentur, dispersa primo et arbustis sine hostium noxa illisa.'

[w] *Intersepta*] Interp. Hisp. 'Divisa arbustis et defensa.' *Intersepta*, id est, separata arbustis a suis, vel etiam ab hoste.

[x] *Milites mixti*] Hic ordo aquilarum, seu legionum aut vexillorum fuit; at milites, ut inter tenebras, vix sua signa agnoscebant. Itaque mixti, non suis cohortibus, aut manipulis propriis, sed *ut fors tulerat.*

[y] *Ut fors tulerat*] Id intelligendum de plerisque singulis, non de universis, aut centuriis integris, ita ut illi Aquilam suam sæpe, non vexillum proprium centuriæ sequerentur, propter confusionem noctis.

Ne igitur intelligas, quasi tertiani v. g. aut septimani universim sequerentur aliam Aquilam; nam debuerunt inter se noti plurimi valescere, et militare corpus sic constituere ac firmare.

Sed multi, vel forte, vel sponte, inter tenebras abstracti a suo vexillo, se miscebant prælio, prout fors tulerat, apud quamcumque centuriam aut cohortem, suorum tamen.

Ut fors tulerat] Addit ex suo interpres Hisp. 'Nullo ordine militiæ' se miscuisse: quod falsum. Non certe omnes signa sua noscere, ut inter tenebras, et sub illis certare potuerunt. Attamen signa seu vexilla suarum legionum quisque secuti sunt. Licet promiscue, ordine militiæ tamen, vetustus miles certavit, et præcipue boni signis suis haud dubie astiterunt, nec ducibus suis aut primoribus centurionibus defuerunt.

Nec forte intelligendum, se miscuisse aliis legionibus, sed intra eandem suæ legionis aciem, non omnes manipulos aut centurias suas agnoscere potuisse. Noscebant autem interdiu centurias suas ex signis et scutis, quæ tum noctu discernere non licuit.

Digitized by Google

torianum vexillum[a] proximam tertianis;[a] cohortes auxiliorum in cornibus; latera ac terga equite circumdata; Sido atque Italicus,[b] Suevi, cum delectis popularium, primori in acie[c] versabantur.

22. At Vitellianus exercitus, cui acquiescere[d] Cremonæ

caliginem, ut se casus dederat: vexillum prætorianum propinquum tertianis stetit; *copiæ sociorum in cornibus* dispositæ; *circumfusus eques a tergo et in lateribus: Sido atque Italicus, Suevorum reges, in primis ordinibus stabant, cum validissimis suorum popularium.*

At exercitus Vitellianus, cui prudentia erat Cremonæ quietem sumere, et curare

NOTÆ

[a] *Prætorianum vexillum*] Male vertunt, *cohortem prætoriam.* Proprie *vexillum*, nec fuit cohors nec legio: sed ibi lecti seu expediti ex prætorianis cohortibus intelligi debent, qui sub uno vexillo suo merebant, ut et lecti ex legionibus, qui ideo *vexillarii* dicebantur talis legionis.

Et erant dicebanturque legionarii, seu *electi*, non legio, sed *vexillum*, quia non aderat aquila. Et si forte *vexillarii* plurium legionum simul juncti militant, tum *vexilla* Tacito dicuntur, Suetonio *vexillatio.*

Vexillarii cujusque legionis habuere suum vexillum, quod aliquando vexillis aliarum legionum adjunctum fuit; quandoque forte et plura vexilla fuerunt ejusdem legionis, attamen sub uno insigni vexillo, quod pro aquila esset, et nomen legionis legionemque referret.

Illi *prætoriani*, ex pluribus cohortibus prætor. delecti sub illo vexillo merebant, et superabant robur unius cohortis; aut forte plures cohortes præt. erant sub illo vexillo.

Prætorianum] Nempe prætoriani erant *proprius Othonis miles*, qui Galbam occiderant. Victi illi et exauctorati a Vitellio; sed, audito motu Vespasiani, arma resumserant.

[a] *Proximum tertianis*] Non potuit *vexillum* illud stare *a lævo* tertianorum, quem locum jam occuparat septima Galbiana. Igitur stetit a dextro. Si a dextro tertianorum astitissent prætoriani, jam sic prope affuissent laborantibus Galbianis, nec indigerent acciri.

Igitur cum accersuntur prætoriani ab Antonio in auxilium septimæ Galbianæ, quæ *urgebatur maxime*, infra, a dextro latere tertianorum ad lævum, quo loco certabat Galbiana legio, translati sunt.

[b] *Sido atque Italicus*] Mirum quod hic etiam non meminerit Sceptuchorum Sarmatarum, qui si prælio affuerint, etiam si sine plebe et equitatu popularium suorum, tamen memorandi fuerunt, saltem quia reges seu dynastæ; ut supra meminit Tacitus Epiphanis regis, qui pro Othone pugnavit, forte tamen sic, quia in prælio vulneratus est.

[c] *Primori in acie*] Sic sociorum sanguine, sæpe socios aut hostes vincebant. Vide Tac. in vita Agric.

[d] *Cui acquiescere*] Sic *ratio*, sic prudentiæ fuit. At strategema foret, si dux adesset, non solum cras mane *confectum algore et inedia hostem* oppugnare, sed eum per totam noctem lacessere, aut certe simulare, quasi signa illaturi continuo per tenebras forent. Sicque fatigatum nocte, labore, fame, ac vigiliis exhaustum,

Digitized by Google

et, reciperatis cibo somnoque viribus, confectum algore[e] atque inedia hostem, postera die profligare ac proruere ratio fuit: indigus rectoris, inops[1] consilii, tertia ferme noctis hora[f] paratis jam dispositisque[2] Flavianis impingitur. Ordinem agminis, disjecti[g] per iram ac tenebras, asseverare non ausim: quanquam alii tradiderint,[3] 'quartam Macedonicam[h] dextro[4] suorum cornu:[i] quintam, et quintamdecimam,

corpora, reparatisque alimento somnoque viribus, exhaustum frigore ac fame hostem postridie fundere ac fugare: egens duce, destitutus omni *consilio, sub tertiam noctis horam, dispositis jam intentisque Flavianis*, incurrit, *illiditur. Non audeam affirmare, quis ordo fuerit exercitus, confusi et inordinati*, ut *per furorem ac noctem: licet alii memoraverint*, quartam Macedonicam *stetisse* dextro suorum

1 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *vacuus consilii*.—2 Sic Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. editiones veteres, Pichena et recentiores. In intermediis editionibus, *paratis jamque dispositis*.—3 Brotierus legit *tradiderunt*.—4 Ita libri omnes scripti et editi. *Dextrum* mallet Faërnus; et certe cum sequentibus optime conveniret. Alii intelligunt, *stetisse*. *Suorum* suspectum habet Ernestus, et in eo

NOTÆ

mane *postera die* invadere ac *profligare*.

[e] *Algore*] Sic, quia pernoctarunt extra castra, et sine pellibus, et, ut verisimile est, circa finem Octobris.

[f] *Tertia ferme noctis hora*] Pro veterum more desinebat dies, et incipiebat nox, hora sexta vespertina. Itaque nos *nonam horam* diceremus, quæ *tertia* noctis hora hic appellatur.

Sed quia eorum more, dies semper, licet longi, duodecim horarum, et horæ modo longiores modo breviores, erant, pro diversa tempestate anni; et cum post æquinoctium Autumnale ea evenerint in Italia; verisimile est, *tertiam illam horam* veterum, accessisse ad nostram horam noctis decimam; quia tum horæ noctis longiores.

Itaque inceptum prælium illud famosum circa decimam noctis horam. Et mox luna fulgere cœpit nocte adulta; quia circa finem mensis, Octobris scilicet, hæc transacta sunt, quo luna serius effulsit.

[g] *Disjecti*] Inconditi, incompositi, inordinati.

[h] *Macedonicam*] Male vertit interpres Gall. *legionem Macedoniæ*. Debuit, ut Tacitus, appellare *Macedonicam*. Nullius provinciæ fuerunt proprie legiones Romanæ.

Distinguendum tamen in hisce nominibus legionum. Hæc vocabula desumebant ex locis, quibus aut conscriptæ essent, aut quibus hyberna haberent. Quibusdam perpetuum illud nomen mansit.

Sic legio *Gallica*, *Italica*, et hic *Macedonica* perpetuo illud nomen habuere, etiamsi in alias provincias traherentur; nec forte plerique milites unquam Macedoniam vidissent aut Galliam, quia pridem hæ legiones conscriptæ.

At v. g. legiones *Syriacæ*, *Hispanienses*, *Pannonicæ*, *Britannicæ*, *Germanicæ*, habuerunt hoc nomen, quod hyberna in hisce provinciis haberent,

Digitized by Google

cum vexillis nonæ secundæque et vicesimæ Britannicarum legionum, mediam aciem; sextadecimanos duoetvicesimanosque[5] et primanos lævum cornu complesse.' Rapaces atque Italici[j] omnibus se manipulis miscuerant. Eques[6] auxiliaque[k] sibi ipsi locum legere. Prælium tota nocte varium, anceps, atrox; his, rursus[7] illis, exitiabile. Nihil animus, aut manus, ne oculi quidem provisu juvabant: ca-

cornu; quintam, et quintamdecimam, cum vexillariis nonæ, secundæque et vicesimæ, legionum Britannicarum, in media acie; *et* sextadecimanos duoetvicesimanosque et primanos in sinistro cornu certasse. *Rapaces et Italici omnibus se numeris inseruerant. Equites et socii sibi ipsi locum sumsere. Certamen tota nocte diversum, ambiguum, immane; modo his, modo illis perniciosum. Nihil ratio, nil consilium, aut manus, ne oculi quidem aspectu proderant: idemque*

****

verbum latitare existimat. *Brotier.*—5 Mss. Reg. Agr. et editio princeps, *duovicesimanos.* Male Mss. plurimi et Puteolanus, *duodevicesimanos.* Recte Rhenanus et recentiores, *duoetvicesimanos;* ut jam sæpe monuimus. *Idem.* —6 Sic bene Mss. editiones veteres et recentiores. Intermediæ, *equites.* —7 Brotierus legit *rursum illis;* et sic Ms. Corb. et editio princeps. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *rursusque illis.* Recentiores, *rursus*

NOTÆ

et quamdiu haberent. At translatæ in alia loca, jam non *Syriacæ*, jam non amplius *Germanicæ* vocabantur.

Macedonicam] Macedonia, provincia Græciæ regionis ad mare Ægæum et Adriaticum. Hodie *Macédoine* provincia, et pars major *Albaniæ* provinciæ, in præfectura Romeliæ, sub Turcico imperio Europæo. *Tillemon.*

[i] *Dextro suorum cornu*] Non placet lectio: forte scripserat, *dextrum cornu*, vel forte majus subest vulnus. Forte nomen alterius legionis hic desideratur. Nam infra: *sextadecimani, duoetvicesimani* et *primani* tres legiones lævum cornu complent. Et hic una tantum legio, *quarta Macedonica*, dextrum cornu tenet.

Forte desideratur vox *duodevicesimam.* Nam hæ duæ legiones *quarta* et *duodevicesima*, seu earum *vexilla* simul fere junguntur; et erant utræque superioris Germaniæ. Nec levis momenti fuit, quod cognitæ, et velut cognatæ mutuo legiones, sibi invicem adhærerent in præliis. De statione in acie sortiebantur legiones; at in hoc prælio omnia indisposita, ut inter tenebras, et quia sine rectore pugnatum.

[j] *Rapaces atque Italici*] Quia pridie fusi ac profligati, et recentes a clade et fuga adhuc pavidi erant.

[k] *Eques auxiliaque*] Ex more socii in cornibus, equitesque latera ac terga cingebant. Sæpe etiam jussu ducis, *primori in acie* pugnabant auxiliares. Tac. Agric. 32. 'Dominationi alienæ sanguinem commodantes.'

Et cap. 35. Agricola suos 'ita disposuit, ut peditum auxilia, quæ octo millia erant, mediam aciem firmarent; equitum tria millia cornibus affunderentur: legiones pro vallo stetere, ingens victoriæ decus, citra Romanum sanguinem bellanti,' &c.

Digitized by Google

dem utraque[8] acie arma: crebris interrogationibus notum pugnæ signum: permixta vexilla,[l] ut quisque globus, capta ex hostibus, huc vel illuc raptabat. Urgebatur maxime septima[m] legio, nuper a Galba[n] conscripta. Occisi sex primorum ordinum Centuriones:[o] abrepta quædam signa: ipsam aquilam[p] Atilius Verus, primipili Centurio,[q] multa cum hostium strage, et ad extremum moriens, servaverat.

genus tela utroque exercitu: crebris inquisitionibus compertum prælii signum: promiscua passim signa, ut quisque manipulus, rapta ea *ex hostibus huc vel illuc abstrahebat. Septima legio, quam nuper Galba delegerat, maxime premebatur. Interfecti centuriones sex primorum ordinum, capta quædam vexilla. Ipsam Aquilam Atilius Verus, centurio primipili, non sine maxima hostium cæde, postremo* ipse *vitam amittens, defenderat.*

illis.—Rursus consuetudine Taciti congruens magis. *Ernest.*—8 Sic bene Mss. Flor. Agr. Reg. editio princeps et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. *eademque acie.* Inde Puteolanus aliique *eademque utraque acie.* Brotier.

NOTÆ

[l] *Permixta vexilla*] Non quod sub illis promiscue pugnarent, sed quia capta, et huc atque illuc abrepta, permiscebantur invicem.

[m] *Septima*] Urgebatur forte, quia nova seu nuper conscripta; et quia patenti campo stetit in acie, adversus vetustum militem.

[n] *Nuper a Galba*] Delecta fuerat a Galba in Hispania, dum assereret sibi imperium et orbem, adversus Neronem. Quare et hæc legio *septima Galbiana* dicta est, quæ cum principe in urbem advecta, statim remissa est in Pannoniam, quo fato tunc aut consilio incertum.

Huic datus est legatus Antonius Primus, qui, occiso Galba, se ducem Othoni obtulit, sed spretus, nullo usu fuit bello Othoniano.

Sed ille postea, rursus exardente motu civili, columen partium Flavianarum fuit, cum hac ipsa legione, quæ et *Hispana* supra vocatur: quia scil. conscripta in Hispania erat.

[o] *Sex primorum ordinum Centuriones*] Puto, illi fuerunt centuriones primæ cohortis: quia, scil. hi tutabantur aquilam; ideo in ipsos summa vis hostium incubuit. Et in eo summum flagitium aut decus, si abriperetur aquila, aut servaretur, si signa primorum ordinum abstraherentur: quod hic factum describit Tacitus.

[p] *Aquilam*] Non quod aquilam ferret primipilus; sed ipse aquilam et aquiliferum tuebatur cum suis manipularibus; ideoque eligebatur notæ et conspicuæ virtutis primipili centurio. Aquila rapta, simul et profligata videbatur universa legio; etsi non clades, at saltem summum probrum et militiæ flagitium fuit.

[q] *Primipili Centurio*] Hic unus, et princeps *sex primorum centurionum.* Hic servavit aquilam, sed periit, cum decore tamen; sicque moriens, in sinu ac toto splendore gloriæ se sepeliisse videbatur.

Digitized by Google

23. Sustinuit labantem[1] aciem Antonius,[r] accitis Prætorianis;[s] qui, ubi excepere pugnam, pellunt hostem, dein pelluntur.[t] Namque Vitelliani tormenta in aggerem viæ

Sustentat Antonius nutantem aciem, accersitis prætorianis; qui ubi capessere prælium, fundunt hostem, dein funduntur. Quippe Vitelliani disposuerant machinas

1 Sic bene Mss. Reg. Corb. Agr. editio princeps et recentiores. Mss. Harl.

NOTÆ

[r] *Sustinuit labantem aciem Antonius*] Sæpe legitur *labentem:* at Tacito familiarius puto, *labantem.* Sic Ann. lib. II. 26. 'nec dubium habebatur, labare hostes:' Hist. lib. I. 'Postquam vulgatum erat, labare Germanici exercitus fidem.'

Et lib. V. 'Fluitantem labantemque militem eminus fodiebant.' *Pichena.*

Labentem] Restitui velim, *labantem*, pro genio Taciti.

[s] *Accitis Prætorianis*] An iidem illi cum *vexillo*, quod tertianis prope assistebat a dextro latere? Forte isti hi in subsidiis erant, quibus pro necessitate dux uteretur in prælio.

Puto tamen intelligi de illo vexillo prætoriano, quod in acie ordinatum erat, haud procul a legione septima Galbiana, quæ tantopere vexata ac proturbata est hocce prælio.

Accitis prætorianis] Vexillum illud *cohortem* vocat interpres Gall. sed distinguendum inter *cohortem* et *vexillum.* Plures cohortes erant sub uno vexillo eximio, quod instar aquilæ esset; et præcipue cohortes prætorianorum. Nam illi etiam in urbe non habuerunt aquilam.

Et si quando traherentur procul ad bella, ut hoc loco, debuerunt cohortes decem prætorianorum merere, aut certe magna earum pars, sub uno vexillo insigni.

Et certe etiam cum vexillarii legionum abstraherentur a suis legionibus, plures cohortes aut certe plures numeri merebant sub uno vexillo, quod ipsis instar aquilæ esset, et quod haberet nomen legionis, a qua vexillarii isti detracti erant.

Et hoc loco, si sedulo advertis, *vexillum* illud prætorianum longe validius fuit, quam una *cohors.* Quippe 'sustinuit labantem aciem,' et quidem adversus legionem victricem, et eam impulit.

Et cum rursus *pelluntur* prætoriani, id non tam vi legionis oppositæ factum, quam balistæ eximiæ, quæ *hostilem aciem* late *proruebat.* Itaque distinguendum fuit *vexillum* illud a *cohorte:* sub illo vexillo haud dubie multæ cohortes merebant.

[t] *Dein pelluntur*] Pelluntur, quia 'Vitelliani tormenta in aggerem viæ contulerunt, ut tela vacuo atque aperto excuterentur;' nempe, qua parte steterant septimani, dein et prætoriani, qui prælium exceperant in aperto.

At *primo*, seu antea, illa tela, ob tenebras noctis dispersa, et arbustis sine noxa Flavianorum illisa erant. Nunc melius consulentes Vitelliani, *in aperto* excutiunt tela, et præcipue balista quintædecimæ legionis, Flavianorum aciem proturbabat, nisi duo milites Flaviani vincla talis machinæ abscidissent.

Digitized by Google

contulerant, ut tela vacuo atque aperto[u] excuterentur, dispersa primo et arbustis, sine hostium noxa, illisa. Magnitudine eximia[v] quintædecimæ[2] legionis balista, ingentibus saxis hostilem aciem proruebat, lateque cladem intulissent,[3] ni duo milites,[w] præclarum facinus ausi, arreptis[4] e strage scutis[x] ignorati,[y] vincla ac libramenta tormentorum[5 z] absci-

per limitem itineris, ut missilia emitterentur libero et patenti campo ; *quæ* tamen *initio sparsa temere, et arboribus sine hostium damno illidebantur. Balista legionis quintædecimæ insignis magnitudinis, aciem hostium immanibus saxis proturbabat, et late stragem inferebat ; nisi duo milites eximium facinus aggressi, captis e strue occisorum clypeis, incogniti abrupissent funes et libramenta machinarum : statim*

****

Bodl. Jes. et Puteolanus, *labentem*, [et sic Gronovius.] *Brotier.*—2 Sic bene Lipsius, Pichena et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *quartædecimæ legionis*. Mendose quidem, cum quartadecima legio tunc esset in Britannia, in quam fuerat transvecta, ut vidimus supra Hist. II. 66. et 86. Forte quibusdam videbitur potius emendandum, *sextædecimæ*, quod facilis sit error in numeris XIV. et XVI. At præterquam quod veteres scriberent XIIII. non vero XIV. balista illa sane occupavit aggerem viæ, ac proinde mediam aciem, in qua stabant quintadecimani. Contra sextadecimani erant in lævo cornu. *Idem.*—3 Brotierus cum ceteris fere edd. *intulisset :* at bene Bipont. *intulissent ;* scil. milites. Bipont. etiam ante *late* punctum minus locant. *Oberl.*—4 Budens. *ereptis.*—5 Lipsius emendatum vellet, *tormento tum ;* aut superius corrigebat, *balistæ .... proruebant.* At nihil mutandum, cum, præter balistam, plura fuerint tormenta, quorum vincla abscindi potuerunt. *Brotier.*

NOTÆ

[u] *Vacuo atque aperto*] Nempe in limite et aggere viæ.

[v] *Magnitudine eximia .... balista*] Vegetius IV. 22. 'Balista funibus nervinis cordisque tenditur, quæ quanto prolixiora brachiola, tanto spicula longius emittit ; et si juxta artem mechanicam temperetur, et ab exercitatis hominibus, qui mensuram ejus ante collegerint, dirigatur, penetrat quodcumque percusserit.'

Ictus balistæ magnam valli partem, in castris ad Cremonam dejecit. *Savilius.*

[w] *Ni duo milites*] Forte hi ipsi *prætoriani* erant, qui balistis divexati ac profligati, et quorum præcipue res agebatur in hoc prælio. Nam occiso principe antea, et nunc exauctorati, omnem ignominiam consumserant, ni vincerent.

Infra : 'Vos, nisi vincitis, pagani, quis alius Imperator, quæ castra alia excipient ? .... nam ignominiam consumsistis.' Et hoc sibi decus vindicare maxime debuerunt prætoriani, nobiliore etiam militia præfulgentes.

[x] *Arreptis e strage scutis*] Cur e strage ? num et ipsi habebant scuta sua ? Puto, e strage hostili arripuere scuta ipsorum hostium, ne, suis usi, agnoscerentur. Forte, quia scutis ipsorum cohortis suæ titulus inscriptus erat, aut ducis.

Et certe solebant milites clypeis inscribere nomina Imperatorum, centurionum, et etiam sua ; ne forte, depositis aliquando armis in unum lo-

Digitized by Google

dissent: statim confossi[6] sunt, eoque intercidere nomina: de facto haud ambigitur. Neutro inclinaverat[7] fortuna, donec adulta nocte, luna surgens[a] ostenderet[b] acies falleretque.

obtruncati sunt, ideoque intercepta vocabula: de facinore nequaquam dubitatur. In neutram partem propendebat fortuna, donec provecta nocte, luna exoriens monstra-

—6 Ed. pr. vitiose *ignoranti*, et *confessi*. Oberl.—7 Sic bene Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps, Rhenanus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *inclinata*. Margini Ms. Bodl. additum, *inclinaverat*. Brotier.

NOTÆ

cum, fraus aut error contingeret in iis recipiendis, teste Lipsio in milit. Rom.

Scutis] Quippe nomina in scuto scripta. Quintil. decl. 3. 'Vides munitum gladio latus, loricam ferro asperam, clausam galea faciem, et ad terrorem belli cristas minantes, inscriptum in scuto C. Marii nomen.'

[5] *Ignorati*] Discrimen adverte inter τὸ *ignorati* et *incogniti*. Non erant *incogniti* præcise, nempe si quis sedulo adverteret, nec essent tenebræ; et ut se mutuo agnoscebant qui machinas curabant, ita hosce ut novos et alienos non ignorassent. Sed erant *ignorati*, partim ob tenebras, et partim ob arrepta *e strage* similia Vitellianis *scuta*.

[6] *Tormentorum*] Sic vocantur in plurali *tormenta* et *machinæ*, licet unica esset balista, vel pro genio linguæ, vel quia pluribus instrumentis constabat machina hæc. Forte et eodem loco dispositi onagri, qui pro more decem erant in qualibet legione, pro numero scil. decem cohortium.

Tormentorum] Vult Lipsius, *tormento tum*: frustra. Certe unius machinæ, unius *tormenti* libramenta abscideranf, nempe *balistæ* eximiæ, quæ *quintadecimæ legionis* fuit.

Sed sic dicit, vel quia multiplicis artis et ingenii balista hæc, et veluti multiplex machina fuit, quæque multa comprehenderet tormenta, quibus libraretur: vel quia sic loquendi usus invaluerat; nec ad tales minutias attendit Tac. de sensu gravi prægnantique longe maxime anxius.

[a] *Luna surgens*] Epitome Dionis variat nonnihil Taciti descriptionem; 'Luna eclipsim passa augebat terrorem, non tam quod obscuraretur, (quanquam et hoc territis incutiat metum,) sed quod sanguinea, nigra, aliisque horrendis coloribus suffusa appareret.' *Savil.*

Ne fidas omnino Dioni aut Zonaræ, Græculis auctoribus, qui prodigia in miraculum et fabulas composita, intempestiva augent facundia, suumque ingenium, et sæpe negligentiam, rebus Rom. immiscent, a dignitate historiæ et a rei veritate sæpe degeneres. Quasi vero *luna* tum *eclipsim passa* sit, refragantibus scil. quotquot sunt, historicis Latinis. Talia fabularum inania Græcis relinquenda.

[b] *Ostenderet*] Ostendebat utramque aciem; sed ita Flavianos ostendebat, ut faveret, et ita Vitellianis collucebat, ut falleret.

Digitized by Google

Sed Flavianis æquior a tergo: hinc majores equorum virorumque[8] umbræ, et falso,[9] ut in corpora,[10] ictu,[11c] tela hostium citra cadebant: Vitelliani adverso lumine[d] collucentes,[e] velut ex occulto[f] jaculantibus, incauti[12] offerebantur.

ret agmina, deciperetque. Sed Flavianis favorabilior a tergo; hinc ampliores umbræ equorum hominumque, et irrita destinatione, in eas, *velut in corpora, pila hostium citra* scopum *labebantur: Vitelliani opposita luce in faciem splendentes, velut ex abdito tela mittentibus* hostibus, *improvidi, objiciebantur.*

—8 Ms. Ryckii *virorum equorumque.*—9 Bene Mss. Puteolanus et recentiores, *falso.* Male editio princeps, *falsæ.* Brotier.—10 Recte Ms. Corb. editio princeps et recentiores, *corpora.* In Mss. Harl. Jes. Guelf. et intermediis editionibus, *corpore.* Secunda manu emendatum in Ms. Harl. *corpora.* Idem.—11 Pro *ictu* mallet Acidalius, *jactu.* At *ictu* dixit quoque Lucanus, III. 469.—12 Editio princeps perperam omisit, *incauti.* Brotier.

NOTÆ

[c] *Falso, ut in corpora, ictu*] Sic Plutarchus in pugna Pompeii cum Mithridate: 'Aggressi eos Romani sunt, lunam a tergo habentes: qua inclinante in occasum, umbræ corporum anterius productæ hostibus incurrebant, qui parum exacte intervallum hac causa discernere potuerunt. Sed tanquam jam in manibus et intra tela essent, hastis temere emissis, neminem attigerunt.'

Florus paulo aliter narrat, nec rem cepisse visus est, de illapsa pugna: 'Nocturna ea dimicatio fuit, et luna in partibus: quippe quasi commilitans, cum a tergo hostibus, a facie Romanis se præbuisset, Pontici per errorem, longius cadentes umbras suas, quasi hostium corpora petebant.'

Quod sic emendo: *cum a tergo Romanis, a facie hostibus se præbuisset: Pontici per errorem longius cadentes umbras,* (voculam illam, *suas,* expungimus,) *quasi hostium corpora petebant.* Sane ratio ipsa vult. *Lipsius.*

Sive ceperit Florus mentem auctorum, sive non, sic tamen scripsisse videtur, ut habemus, hoc sensu: Cum luna Ponticis a tergo esset, et a facie Romanis, Pontici longius cadentes umbras suas, quasi hostium corpora, petebant: in quo error. Per τὰ *suas,* satis exprimit Florus, quid voluerit; scil. cum Pontici lunam haberent a tergo: ideo longius cadebant ipsorum umbræ, et fallebantur suis umbris. Et Romani cum haberent eam in facie, umbris suis non decepti, immo et umbris hostium forte quandoque minus delusi, quam qui a tergo lucem haberent. Utrimque pugnant suæ rationes. Hoc nostro loco, cum Vitelliani haberent lunam a facie, sic Flavianorum umbræ ipsis longiores occurrebant, unde error Vitellianorum: quod potuit etiam et fallere Flavianos, ita ut et umbris suis longioribus, falli ipsorum oculi aliquatenus, et deludi etiam possent. Attamen certe æquior a tergo fuit luna. Vim nimiam Floro infert Lipsius, cum expungit vocem, *suas,* ex qua colligitur mens auctoris, et unde clarissime patet, sic scripsisse Florum, et voluisse. In quo haud dubie hallucinatus est auctor ille, ut et multis aliis locis.

[d] *Adverso lumine*] Id est, contrario et opposito lumine: nam a facie Vi-

Digitized by Google

24. Igitur Antonius, ubi noscere suos noscique poterat, alios pudore et probris, multos laude et hortatu, omnes spe promissisque accendens, 'cur rursum[g] sumsissent[i] arma?' Pannonicas legiones interrogabat:[h] 'illos esse campos, in

Itaque Antonius, postquam potuit suos agnoscere et agnosci, alios incitans *pudore ac probris, plerosque honore et hortatione, universos spe promissionibusque incendens,* obtestatur; cur rursus cepissent arma? *admonebat Pannonicæ exercitus:*

1 [Brotierus cum Gronovio et Ryckio habent] *cur rari sumsissent arma.* In Mss. Corb. *cur nam sumsissent arma.* Ceteri Mss. et libri omnes editi, *cur rari, &c.* Optime Lipsius tentabat, *cur resumsissent arma.* Id sensus, id historia clamat. Tentat Ferretus, *cur rursus sumsissent, &c.* Nec male. At sæpe Tacitus usurpat, *arma, militiam resumere.* Bene Davanzati, 'perche avessero ripreso l'armi?' Sic optimi quique interpretes. *Brotier.* Ferretti

NOTÆ

tellianis luna, seu in faciem; a tergo vero Flavianis collucebat.

[e] *Collucentes*] Corpora equorum hominumque *adverso lumine* collucebant in acie Vitelliana: sic scil. conspicui Vitelliani hostibus, qui velut ex occulto, in eos jacula emittebant; præterquam, quod eorum facies et oculi, lumine illo adverso perstringebantur; et sic minus apti erant vibrandis telis, certoque designandis ictibus.

[f] *Ex occulto*] Nempe, *velut* in occulto, et *ex occulto* certabant Flavianai, ut qui a tergo lumen haberent ac retinerent, seque suis umbris velut occultarent; et ob lumen illud malignum et iniquum Vitellianis: ideo Vitelliani, *velut ex occulto*, missis ab hoste jaculis *incauti offerebantur.*

[g] *Cur rursum*] Pro *rursum* vel *rursus* sæpe legitur *rari:* id est, vel quia multi occisi erant præcedenti prælio, vel quia noctu et ut inter tenebras disjecti. Infra: 'rariore Vitellianorum acie, ut quos nullo rectore,' &c. et quia pro libito dispositi apud signa, ideo minus frequentes erant. Sed tamen mallem, *cur resumsissent arma,* vel *cur rursus sumsissent arma,* ut jam doctissimi viri notavere.

Cur rursus sumsissent arma] Melior faciliorque sensus: 'Pannonicas legiones interrogabat,' cur resumsissent arma, addebatque, 'illos esse campos,' &c.

Cur resumsissent arma] Recte: sic l. II. c. 44. 'Sive finis bello venisset, seu resumere arma mallent:' et infra 67. 'tum resumta militia, robur Flavianarum partium fuere,' prætoriani scil.

Cur rari] Habet lectio hæc suum sensum: nempe, cur pauci astarent in acie? cur laxi ordines, cur non densi ac conferti? Sed puto, hoc non agitur ibi. Alii legunt: *cur rursus sumsissent arma?* forte *cur rursum;* sed melius et brevius, *cur resumsissent arma?*

[h] *Interrogabat*] Forte non suo loco vox. Attamen id genio Taciti condonemus; ita ut ad duo disparata referatur eadem vox, *interrogabat;* nempe ad universos milites, nam eos omnes simul *interrogat, cur rari,* aut *cur rursus, &c.* et ad *Pannonicas legiones,* quas tamen potius obtestatur, *illos esse campos.*

Digitized by Google

quibus abolere labem prioris[i] ignominiæ, ubi reciperare gloriam possent.' Tum ad Mœsicos conversus, 'principes[j] auctoresque belli' ciebat:[k] 'frustra minis et verbis provocatos Vitellianos, si manus eorum oculosque non tolerarent.'[2] Hæc, ut quosque accesserat: plura ad tertianos, veterum recentiumque[l] admonens: ut 'sub M. Antonio[m] Parthos,[n] sub Corbulone Armenios,[n] nuper Sarmatas pepulissent.' Mox infensius[3][o] Prætorianis: 'Vos,' inquit, 'nisi vincitis, pagani,[p] quis alius Imperator, quæ castra alia[q] ex-

illam esse planitiem, in qua obliterare maculam prioris flagitii, ubi instaurare *partium* decus possent. *Tum vertens se ad Mœsicos*, primos motores suasoresque belli *appellabat;* frustra minis jactantiaque verborum lacessitos Vitellianos, si vim eorum aspectumque non sustineant. *Hæc, ut singulos adierat; plura ad tertianos, antiqua novaque memorans: ut* fudissent *olim* Parthos sub Marco Antonio, sub Corbulone Armenios, proxime Sarmatas. *Dein infestus prætorianis:* Vos, *inquit*, nisi superatis, Quirites, quis alius princeps *vos* reci-

emendationi Bipont. accedunt.—2 Vulgo legitur *tolerent*. Melius, *tolerarent*, ut jam monuit Cl. Ernestus. Prius præcessit, *possent*. Idem.—3 Edd. habent *infensus*, et sic Ryckius et Brotier. J. F. Gronovius mallet, *infensius*, quod probat Ernestus, et recipiunt Bipont.

NOTÆ

[i] *Prioris*] Prælii, scil. Bedriacensis.

[j] *Principes*] Quia primi translerant in partes Vespasiani, initio facto a tertianis.

[k] *Ciebat*] Appellabat, incitabat, provocabat.

[l] *Veterum recentiumque*] 'Ut sub M. Antonio Parthos' vicissent: hæc vetera, nempe abhinc centum annis, et amplius. 'Ut sub Corbulone Armenios,' &c. hæc nova, aut certe non admodum vetusta, nempe imperante nuper Nerone.

[m] *Sub M. Antonio*] Lapsis supra centum tribus aut quatuor annis: idque eodem modo de legione intelligendum, ut jureconsultus de nave dicit, quæ per partes refecta toties, ut decursu temporis, nihil ex prima remanserit, eadem tamen intelligitur navis. *Savilius.*

Ita ut eadem sit navis, aut legio, non quidem physice, ut distinguunt, sed moraliter, seu judicio hominum, qui sic æstimant aut loquuntur.

[n] *Parthos*] Puto, cum Ventidio duce Pacorum filium Orodis regum regis occidit Antonius, felicior bello et ductu legatorum, quam suo.

[n] *Armenios*] Non omnes quidem: nam ambigui Armenii inter Parthos Romanosque. Sed vicit Corbulo Armenios qui Parthis seu Regi Tiridati favebant. Et simul ille Armenios ad obsequium, et Parthos ad reverentiam Neroni exhibendam compulit.

[o] *Infensius*] Ne accipias, quasi proprie irasceretur prætorianis: eos alloquitur, hortaturque, quasi infensus aut indignabundus, comparate nempe ad alios milites: et certe prætoriani illi, ira et animis longe magis exardere debuerunt, ut vincerent, et ut ignominiam eluerent præsenti victoria.

[p] *Pagani*] Nempe quia exauctorati

Digitized by Google

cipient? Illic signa[r] armaque vestra sunt, et mors victis:[s]

piet, quæ alia castra? Illic vexilla et arma vestra sunt, et certum exitium

NOTÆ

a Vitellio, et sic manebant *pagani*, nisi vincerent. *Pagani*, id est, armorum bellorumque in perpetuum expertes. Sic olim velut per contumeliam, eos *Quirites* vocabant, quasi eo ipso exauctorati essent milites, et quidem cum flagitio.

[q] *Quæ castra alia*] Non intelligit prætoriana castra hic præcise, quæ tamen maximo ardore recuperare cuperent vetusti illi prætoriani; et quorum cupidine neglexisse victoriam, eaque causa Bedriacensi prælio profligatos esse, refert Dio. An vere, dubitem.

Hic igitur intelligit Antonius, seu Tacitus *castra* quæcumque indistincte, sed præcipue et proxime, *castra* hæc præsentia Flavianorum.

Cum dicit, *illic signa armaque vestra sunt*, respicere videtur ad castra prætoriana. Sed tamen jam nunc signa prætorianorum, veluti translata ad Vespasianum, et in ejus castra. Et se jam illius quasi prætorianos seu custodes jactant, et eam sibi militiam, infra l. IV. ex Muciano ac Domitiano, licet renuentibus aut dissimulantibus, rapiunt. Sic c. 46. 'Prætorianam militiam repetebant a Vitellio dimissi, pro Vespasiano congregati,' &c. Quod et illis statim concessum, quia victoribus et ferociter agitantibus fere negari non potuit.

Quæ castra] Non prætoriana castra, ex quibus missi, exauctorati, et per ignominiam pulsi estis; non castra Vitellianorum, utpote infensorum; non etiam castra Flavianorum, si per vos et vobiscum vincuntur.

Infra 84. in oppugnatione castrorum prætorianorum: 'Ergo intentius victores, præcipuo veterum cohortium [prætorianarum] studio, cuncta validissimarum urbium excidiis reperta, &c. admovent, &c. illam patriam, illos penates,' &c.

[r] *Illic signa*] Apud Vitellianos, 'signa armaque vestra sunt,' et illa resumitis, si vincitis. At mors certa vobis et parata, si vinciminl, utpote qui omnem ignominiam jam consumsistis, et quibus nulla jam veniæ aut misericordiæ spes relicta est.

Ob cædem Galbæ ignominiosi prætoriani, dein et victi, exauctoratique a Vitellio; sic ignominiam omnem consumserant, si rursus vincerentur a Vitellio.

Illic signa armaque vestra] Id ambigue dictum: quasi ostendit illis utraque castra, et Flavianorum, et Vitellianorum. *Quæ castra alia* post Flavianos *vos excipient*, nisi castra legionesque Vitellianas expugnatis?

Illic, in castris nempe Vitellianis, *signa* prætoriana *armaque vestra sunt*, quibus, vos exauctorati, spoliati estis; quæ *signa*, quæ *arma*, nisi vincendo, reciperare non potestis. Illic *et mors victis*.

[s] *Mors victis*] Quia nulla jam ignominia inuri aut infligi illis pœna potuit, nisi mors. Jam a Vitellio exauctorati per culpam ac flagitium erant, ob trucidatum Galbam; jam igitur et a Vitellio, adversus quem rebellarunt, quid sperent, nisi supplicium ultimum, nisi vincant?

Notæ ignominiæ leviores erant flagitiosi militis pœnæ, quibus semel consumtis, quid supererat, nisi mors victis?

Digitized by Google

nam ignominiam consumsistis.'[t] Undique clamor: et orientem solem (ita in Syria mos est)[u] tertiani salutavere.[o]

pulsis: quippe flagitium omne exhausistis. *Passim acclamatio; et tertiani orientem solem (ita fieri in Syria solet) adoravere.*

NOTÆ

[t] *Nam ignominiam consumsistis*] Simile illud Curtii, l. VI. 'Scit eos, qui misericordiam consumserunt, amplius sperare non posse.' *Lipsius.*

Nam ignominiam] Non intelligit proprie *ignominiam* cladis, sed majus flagitium, scil. occisi principis, et mox rebellionis adversus victorem Vitellium, qui jam pepercerat prætorianis, nec amplius eis parcere poterat.

Consumsistis] Semel exauctorati, jam non potestis exauctorari, superest occidi: jam vos omnem ignominiam militarem subiistis.

[u] *Solem (ita in Syria mos est)*] Nam hæc legio e Syria deducta, ubi sub Corbulone militaverat. At de more ipso Herodianus l. IV. de Parthis, qui pugnam inituri orto jam sole: 'Cum Solem,' inquit, 'salutassent Barbari, ut ipsis mos est, maximo ululatu clamitantes, Romanos invaserunt.'

Sed observo amplius: non solum Syros aut Orientales Soli cultum hunc detulisse, sed gentium plerasque. Plato l. X. de Legibus: 'Oriente sole et luna, iisdemque occidentibus, in terram inclinationes et adorationes sunt Græcorum, omniumque Barbarorum.'

Ipsis Romanis receptum, in precando verti ad Orientem. Hyginus de Limitibus: 'Antiqui architecti in Occidentem templa recte spectare scripserunt: postea placuit omnem religionem eo convertere, ex qua parte cœli terra illuminabatur.'

Isidorus l. XV. templa ita structa ait, 'ut qui consuleret ac deprecaretur, rectum aspiceret Orientem.'

Latinus Pacatus in Panegyrico ad Theodosium: 'Nam ut divinis rebus operantes, in eam cœli plagam ora convertimus, a qua lucis exordium est.'

Nec Christiani abhorruerunt. Tertullianus apolog. c. 16. 'Alii plane humanius et verisimilius, Solem credunt Deum nostrum. Suspicio inde, quod innotuerit, nos ad Orientis regionem precari. Sed plerique vestrum, affectione aliquando et cœlestia adorandi, ad solis ortum labia vibratis.' *Lipsius.*

[o] *Orientem solem....salutavere*] Forte instinctu, exemplo et æmulatu ipsius naturæ, quæ Solem veluti rerum patrem ac principem ultro veneratur. Plinius II. 6. Solem 'mundi esse totius animum, ac planius mentem, hunc principale naturæ regimen ac Numen credere decet, opera ejus æstimantes.' Idem XVI. 24. ubi de Palmis: 'sed omnium folia quotidie ad solem oscitant, interiores partes tepefieri volentia.' Et l. XVIII. 14. de Lupino: 'Primum omnium cum Sole quotidie circumagitur, horasque agricolis etiam nubilo demonstrat.' Idem l. XVIII. 27. 'Dedi ecce tibi herbas horarum indices: et ut ne sole quidem oculos tuos a terra avoces, Heliotropium ac Lupinum circumaguntur cum illo.' Quid aurum et cetera metalla? quid lapilli, gemmæ, ac margaritæ? num Numen Solis agnoscunt? num totam majestatem sideris referunt? Sic ipsos Elephantes venerari Solem orientem solere perhibent. Plut. de Industria animal. 'Juba Rex Elephantos supplices esse Diis immortalibus tradit; quippe qui suopte ingenio et mari lustrentur, et surgentem Solem ado-

Digitized by Google

25. Vagus[v] inde, an[1] consilio Ducis[w] subditus rumor,[x]

Hinc incertus rumor, dubium, *an astu ducis compositus sit*, adventasse Mucia-

1 Sic bene Mss. Flor. Corb. editio princeps, Pichena et recentiores. In

NOTÆ

rent proni, promuscide, velut manu, in cœlum sublata: unde carissimum Diis animal esse constat, vel Ptolemæi Philopatoris testimonio.'

Forte etiam sic salutavere, quia in finibus suis oriri Solem rebantur Persæ veteres. Sic apud Curtium Darius Rex: 'Precor vos per Deos patrios, æternumque Ignem, qui præfertur altaribus, fulgoremque Solis, intra fines regni mei orientis.....Ite alacres,' &c.

Forte ideo, Persæ Parthique, tantum orto sole, et *dato die*, ut habet Tacitus, prælia incipiebant; nec ante solis ortum, signum pugnæ dari licuit, quod testatur Curtius l. III. 'Patrio more Persarum, quod traditum est, orto sole, demum procedente die, et jam illustri, signum e tabernaculo Regis buccina dabatur. Super tabernaculum, unde omnibus conspici posset, imago Solis chrystallo inclusa fulgebat. Ignis quem ipsi sacrum et æternum vocabant, argenteis altaribus præferebatur.'

Advertere licet, fuisse hujus moris aliam rationem majoris momenti, nempe ut sagittas,(nam totus Oriens, ut habet Plinius, calamis certabat,) ictu certo, in hostem destinarent: quippe præcipua vis equitum ἱπποτοξότων in sagittis, quæ nocte aut luce dubia inutiles forent.

Quomodo autem fugientes Parthi tamen ferirent hostem, nondum forte satis intellectum. Sic autem agebant: Fugientes laxis habenis, invertebant se resupina facie in tergum equi, ita ut retro inflexo et resupino etiam arcu, ut et corpore, certo contuerentur confoderentque sagittis hostes avidius insequentes. Quare supra Ann. maxime vetabat Corbulo, ne regem Tiridatem et fugaces Parthos insequerentur: nam et sic stationem et ordinem turbabant Romani, dein amoti ac disjecti, statim telis fugientium aut redeuntium hostium misere configebantur, subitas quippe tergi frontisque vices.

Ea causa forte, et eo respectu, qui nondum animis exolevit, etiam hodie ter in die Persæ in præcipuis urbibus imperii, et ubi summi duces et præfecti provinciarum commorantur, e podio Meniano saintant Solem concentu musico omnis generis instrumentorum, et præcipue symphoniacarum buccinarum, quarum clangor usque ad tres aut quatuor leucas pertingit. Nempe fit ille concentus circa ortum solis, circa meridiem, dein et cum vergit ad occasum. Sic nunc Solem non adorant ut Numen; attamen sic venerari adhuc in eo Naturæ ac Numinis majestatem videntur.

Salutavere] Salutavere Solem orientem, forte simul et adoravere. Qui, puto, mos desumtus a veteribus Persis, qui unum Deum Solem coluere magno prætextu. Et toto Oriente imperavere olim Persarum reges.

[v] *Vagus*] Nullo certo auctore traditus, sparsus, vulgatus.

[w] *Ducis*] Antonii nempe, qui temporum callidissimus, et δραστήριος ἀνήρ.

[x] *Subditus rumor*] Nempe per utramque aciem. Et ipsi Flaviani feliciter decepti, forte non sine arte ducis, talem rumorem fingentis aut

Digitized by Google

'advenisse Mucianum; exercitus[a] invicem salutasse:' gradum inferunt,[3] quasi recentibus auxiliis aucti; rariore jam Vitellianorum acie, ut quos, nullo rectore, suus quemque impetus vel pavor contraheret[y] diduceretve.[4] Postquam impulsos[5 z] sensit Antonius, denso agmine[a] obturbabat:[6] laxati ordines abrumpuntur: nec restitui quivere, impedientibus vehiculis[b] tormentisque. Per limitem viæ[c] spargunntur, consectandi festinatione, victores. Eo notabilior cædes fuit, quia filius patrem interfecit. Rem nominaque, auc-

num; et legiones mutuo salutem impertisse. Irrumpunt, *signa inferunt, veluti novis copiis firmati; infrequentiore jam Vitellianorum acie, ut quos, nullo Imperatore, suus quemque ardor vel metus conjungeret aut divideret. Ubi animadvertit Antonius dejectos* hostes, *confertis ordinibus* eos *exterret; rari ordines perfringuntur: nec restituere* aciem *potuerunt, prohibentibus curriculis et machinis. Victores effundunntur per aggerem viæ, prosequendi ardore. Eo insignitior strages fuit, quia filius occidit genitorem. Rem et vocabula memorabo, sicut scripsit Vip-*

Ms. Reg. *vagus inde a consilio.* Ms. Harl. et Puteolanus, *vagus inde consilio.* Sed in Ms. Harl. altera manu additum, *an.* Brotier.—2 Ms. Corb. *exercitum.* —3 Ms. Budens. *inferre.*—4 Ita Lipsius et recentiores ob ἀντίθεσιν. In Mss. et veteribus editionibus, *duceretve.*—5 [Acidalius et Ernestus pro vulg. *pulsos* mallent *perculsos;* quos sequitur Brotierus. Gronovius et Ryckius *pulsos.*] Rectius Bipont. *impulsos.* Primam syllabam ultima præcedentis vocis litera abstulit. *Oberl.*—6 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *obturbat,* et sic etiam

NOTÆ

sustentantis. 'Itaque gradum inferunt, quasi recentibus auxiliis aucti' Flaviani; et Vitelliani sensim fatiscunt, impelluntur, atque consternantur.

[y] *Contraheret*] Pro impetu, vel pavore, firmabant contrahebantque seu densabant ordines, vel diducebant laxabantve: et laxati ordines facillus perrumpebantur.

[z] *Impulsos*] Intellige *perculsos,* proturbatos, trepidantes, et jam fere consternatos cedentesque: nondum enim fusi illi aut fugati.

[a] *Denso agmine*] Sic validius proturbantur abrumpunturque laxi ordines; sic facilius perrumpitur *rarior acies* Vitellianorum.

[b] *Vehiculis*] Quæ *tormenta* deferebant, forte et arma. Nam sarcinæ et impedimenta legionum Vitellianarum, haud dubie reposita apud Cremonam in castris.

Vehiculis] Propriis ipsorum Vitellianorum vehiculis, non hostium.

[c] *Per limitem viæ*] Vertit Interpres Hispanus, 'Præter, seu extra limitem viæ spargunntur victores:' falso sensu. Facilius fuit insequi fugaces *per limitem viæ,* quam per campos infestos fossis agrestibus sementibusque, vel etiam dumis ac sepibus, vitibus, aut arbustis impeditos.

Et dixit: 'spargunntur,' quia alii propius alii eminus consectabantur hostes, ut par est in tanto agmine tantoque exercitu. *Per limitem* et *per aggerem viæ,* idem est.

Digitized by Google

tore Vipstano Messalla,[d] tradam. Julius Mansuetus, ex Hispania,[e] Rapaci legioni additus, impubem[7] filium domi liquerat: is mox adultus, inter septimanos[f] a Galba conscriptus, oblatum forte patrem et vulnere stratum, dum semianimem scrutatur, agnitus agnoscensque et exsanguem amplexus, voce flebili precabatur[g] 'piatos[8] [h] patris Manes,

senius Messalla. Julius Mansuetus ortus *ex Hispania*, ac *Rapaci legioni ascriptus, domi reliquerat filium, nondum pubertatis annos ingressum. Dein cum puer increvisset, inter septimanos a Galba delectus, oblatum fortuito parentem et vulnere afflictum, dum seminecem excutit*, ipse *notus tum noscensque, et* eum *exanimem complexus, voce tristi rogabat*, propitios Manes parentis haberet, ac ne se

Ryckius.—7 Sic Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Corb. Guelf. Gronovius et recentiores. In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *impuberem*, quod edidit defenditque Ryckius.—8 [Brotier. legit] precabatur *placatos:* et sic Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. Puteolanus, Ernestus et Cl. Lallemand. In Ms. Flor. *platos*, supra additis duabus literis, *ca*. Editio princeps, Lipsius aliique multi, [cum Ryckio et Gronov.] *precabatur piatos*. In Mss. Corb. Agr. et in altero Ms. Flor. *precabatur ne piatos*. Unde forte scriptum fuit olim, *voce flebili Deos precabatur ne piatos patris manes, neve se ut parricidam aversarentur*. Brotier. Bipont. *piatos* recepere: malint tamen *impiatos* et *deprecabantur:*

NOTÆ

[d] *Vipstano Messalla*] Hic idem est qui juvenis ac nondum senatoriæ ætatis, et qui tribunus legionis *septimæ Claudianæ;* huic tamen, loco legati, tum præerat. Et haud dubie scripserat ille hanc historiam, aut certe commentarios, ut Sylla olim, Cæsar, Tiberius, Mucianus, et alii multi, etiam et fœminæ.

[e] *Ex Hispania*] Ex Hispania et in Hispania ortus ille, et *Hispaniensis* fuit, non tamen Hispanus, sed civis Rom. origine fuit; ut sic legioni Rom. ascribi posset: alioqui tantum inter socios merere potuit.

Sic Antonius Primus dicitur *Gallicanus* Suetonio, quia Tolosæ in Gallia natus, quamvis origine civis Rom. esset.

Sic et Vindex origine Gallus et Viennensis, et quia ascitus erat per se aut majores suos in civitatem Rom. ac deinde in senatum; ideo civis Rom. et senator, et legatus consularis fuit.

[f] *Septimanos*] Ideo forte *septima* hæc legio dicta, ut sic distingueretur a *sexta*, quæ vetus Hispaniæ præsidium.

[g] *Precabatur*] Rogabat ille, ut placatos seu propitios haberet *patris Manes*, et ne se *ut parricidam aversarentur*. Supple, Manes patris. Ita Livius l. III. ubi de Virginio, qui filiam occiderat: 'Orabat, ne quod scelus Appii Claudii esset, sibi attribuerent: neu se ut parricidam aversarentur.'

[h] *Piatos*] *Piatos*, seu propitios habere Manes patris, eo sensu precatur, nempe, ut se non tanquam *parricidam aversarentur*. Fuit crimen certe, fuit parricidium, sed quoad se, quoad filium, innoxium, et miseratione ac venia dignum: nam *id publicum esse facinus*, et se *unum militem* quid egisse?

Digitized by Google

neve se ut parricidam[i] aversarentur:[9] publicum id facinus; et unum militem quotam[j] civilium armorum partem?' simul attollere corpus, aperire humum, supremo erga parentem officio fungi. Advertere proximi, deinde plures: hinc per omnem aciem miraculum[k] et questus et sævissimi belli execratio:[l] nec eo segnius propinquos, affines, fratres trucidatos[10] spoliant: factum esse scelus loquuntur faciuntque.

26. Ut Cremonam venere, novum immensumque opus occurrit. Othoniano bello, Germanicus miles mœnibus Cremonensium[m] castra sua, castris vallum circumjecerat:

abominarentur ut parricidam: publicum id scelus; et unum militem quotam portionem *esse* bellorum civilium? *Eodemque tempore efferre corpus, effodere terram, patri justa persolvere* parat. *Videre* id *proximi* milites, *mox plures: hinc per omne agmen portentum* vulgatur, hinc *querimoniæ, atque immanissimi belli detestatio: nec eo minus cognatos affinesque et fratres occisos nudant: perpetratum esse facinus fatentur, et* tamen *perpetrant.*

Ubi Cremonam adventarunt, novus ingensque labor offertur. Othoniano bello, Germanicus exercitus munimenta sua adjecerat muris Cremonensium, et munimentis

scil. culpam.—9 Sic bene Ms. Flor. Pichena et recentiores. In aliis Mss. et editionibus veteribus, *adversarentur*. Brotier.—10 Ita vulgo Mss. et libri omnes editi. In Ms. Flor. *trucidati*. Inde frustra tentat Gronovius, *trucidant*. Probat tamen Cl. Ernestus. *Idem.*

NOTÆ

ipsum, *quotam civilium* facinorum *partem?* Non id parricidium, si recte advertatur, neque vel homicidium id vocari debere, si bellum et belli ratio, si fata et rabies bellorum civilium spectentur. Occidere fas juraque belli sinunt, et tunc non imputari debet homicidium, ut nec bello civili, parricidium.

[i] *Ut parricidam*] Similem civium rabiem descripserat jam olim Lucan. l. II. 'Non uni cuncta dabantur, Sed fecit sibi quisque nefas: semel omnia victor Jusserat, &c. Nati maduere paterno Sanguine: certatum est, cui cervix cæsa parentis Cederet: in fratrum ceciderunt præmia fratres.'

[j] *Quotam*] *Unum militem quotam* partem facinorum, criminum, ac parricidiorum, quæ bellis civilibus patrabantur?

[k] *Miraculum*] Admiratio velut ostenti, prodigii, ac monstri.

[l] *Execratio*] Execrantur scelus, fatentur esse crimen, et faciunt. 'Video meliora proboque, Deteriora sequor.' Ovid.

[m] *Mœnibus Cremonensium*] Mœnibus Cremonensium castra sua, castris vallum circumdederat miles; non quasi cingeret in orbem muros Cremonenses, sed tantum ex aliqua parte, muris castra illa circumposuerat. Quæ enim manus tanto tamque immenso spatio defendendo suffecissent?

Ea munimenta struxerat bello Othoniano Germanicus miles, ac deinde, ut puto, bello Flavianorum rursus auxerat. Et spatium va-

Digitized by Google

eaque munimenta rursus auxerat:[n] quorum aspectu hæsere victores, incertis Ducibus, quid juberent. Incipere oppugnationem, fessos per diem noctemque exercitu,[1] arduum, et, nullo juxta subsidio,[o] anceps: sin Bedriacum redirent, intolerandus tam longi itineris labor, et victoria ad irritum[p] revolvebatur: munire castra? id quoque, propinquis hostibus, formidolosum, ne dispersos, et opus molientes subita eruptione[2] turbarent. Quæ super cuncta terrebat ipsorum[3] miles, periculi quam moræ patientior: quippe ingrata, quæ tuta,[4] ex[5] temeritate spes: omnisque[6] cædes et vulnera et sanguis aviditate prædæ pensabantur.

fossam aggeremque circumdederat: eaque castra iterum extenderat sen firmarat: *quorum intuitu dubii stetere victores, ambiguis ducibus, quid imperarent. Difficile aggredi statim et oppugnare* castra, *fatigato per diem noctemque milite, periculosumque, nullo vicino præsidio: quod si Bedriacum reverterentur, importunus tam longæ viæ labor* visus, *et victoria incassum recidebat: firmare munimenta; id etiam, prope instantibus hostibus, metuendum, ne diductos, et vallum munientes operique intentos, repentina eruptione exterrerent.* Quin *et præter* ea *omnia, metum ducibus inferebat miles ipsorum, tolerantior discriminis quam cunctationis: quippe inrisa, quæ tuta* erant, *et ex audacia spes; et cunctæ neces et plagæ et cruor cupiditate prædæ remunerabantur.*

1 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Puteolanus et recentiores. In Ms. Jes. *fesso .... exercitum.* Mss. Flor. Reg. editio princeps, *fessos .... exercitum.* Ms. Agr. *fessos .... exercitus.* Ms. Corb. *fessum .... exercitum.* Brotier.—2 Budens. *ruptione.*—3 Ms. Agr. *super quæ cuncta terrebat ipse miles.*—4 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. Male Ms. Corb. et editio princeps, *ingrata tutaque.* Brotier.—5 Sic optime Ms. Flor. editio princeps et recentiores. Sic quoque emendatum altera manu in Mss. Harl. Bodl. Antea, ut et Ms. Jes. ac Puteolanus, habebant, *et temeritate.* Inde in intermediis editionibus, *et ex temeritate.* Idem.—6 Mallet eruditus Petavius,

NOTÆ

cuum relictum erat inter muros oppidi et castra. Infra 29. 'Completur cæde quantum inter castra murosque vacui fuit:' quod non dici posset, si totum oppidum suis munimentis cinxissent.

Contra decus et morem militiæ foret, si suis in castris urbem, aut in urbe castra sua posuissent: id de castris æstivis inauditum.

[n] *Rursus auxerat*] Novis operibus et altitudine murorum, potius forte quam spatio aut ambitu.

[o] *Nullo juxta subsidio*] Non oppidum juxta, non castra habuere. Redire Bedriacum fessis grave; *munire castra*, id etiam *propinquis hostibus formidolosum.* Igitur ex temeritate spes; et cædes, vulnera, sanguis, aviditate prædæ, præ mora placebant; ideoque huc inclinavit Antonius, ultro præliorum avidus.

[p] *Victoria ad irritum*] Nam sic quasi retrocederent fugerentque victores ipsi, et virtus animusque redire potuit victis, si spatium daretur; nisi statim,

Digitized by Google

27. Huc inclinavit Antonius, 'cingique[q] vallum corona' jussit: primo sagittis saxisque eminus certabant, majore Flavianorum pernicie, in quos tela desuper librabantur: mox vallum portasque[r] legionibus attribuit, ut discretus labor fortes ignavosque distingueret, atque ipsa contentione decoris accenderentur. Proxima Bedriacensi viæ tertiani septimanique[s] sumsere: dexteriora valli[t] octava ac septima

Huc flexit Antonius, obsiderique munimenta *jussit. Primo sagittis et lapidibus eminus pugnabant, graviore Flavianorum damno, in quos pila desuper vibrabantur; dein assignavit munimenta et portas legionario militi, ut divisa oppugnatio strenuos segnesque discerneret, et* ut *ipsa æmulatione gloriæ stimularentur. Tertiani et septimani suscepere* loca *propinqua itineri Bedriacensi; octava ac septima Claudiana, dexteriora munimenti; ardor*

animusque cædes. Si quid mutandum foret, corrigendum, *animusque et cædes.* At nihil peccat vulgata scriptura. *Brotier.*

NOTÆ

expugnatis castris, ubi pretium laborum, victoria consummaretur.

[q] *Cingique*] Cingique obsidione castra Vitellianorum jussit, et undique simul oppugnari.

[r] *Portasque*] Intellige *portas* valli, seu castrorum Vitellianorum, non Cremonæ: quamvis certe porta aliqua castrorum responderet etiam alicui portæ Cremonensis oppidi, et eodem vocabulo esset, ut porta *Brixiana;* sic dicta, quia Brixiam, scilicet, hac porta commeabant oppidani.

Forte tertiani septimanique sinisteriora valli sumsere, ut *dexteriora* octava ac septima Claudiana. Tertiadecimani usque ad *Brixianam portam*, quæ forte decumana fuit, provecti sunt.

[s] *Tertiani septimanique*] Hi ipsi sunt, qui supra c. 21. vocantur 'tertia legio' et 'septima Galbiana.' Et hinc clare patet hoc loco 21. legendum esse: *Sistere tertiam legionem in ipso aggere viæ Postumiæ jubet, cui juncta a ævo septima Galbiana .... dein septima Claudiana .... dextro, octava per apertum limitem; mox tertia decima, &c. hic aquilarum signorumque ordo.*

Hæc acies legionum, hic ordo agminis, quem eundem ordinem in agmine et incessu etiam tenuerunt hæ legiones, cum ad obsidendam Cremonam seu castra Vitelliana properarent.

Hoc eodem ordine Antonius ipsis 'vallum' Vitellianorum corona cingendum, 'portasque attribuit.' Itaque 'proxima Bedriacensi viæ tertiani septimanique sumsere; dexteriora valli,' seu castrorum Vitellianorum, 'octava ac septima Claudiana; tertiadecimanos ad Brixianam portam impetus tulit.'

Nempe eo ipso ordine, quo locatæ in acie fuerant legiones, hæ incessere a prælio discedentes, et castra illa Cremonensia obsedere: nec facile statim mutatur ordo agminis in tanto rerum animorumque motu.

Et ut clare patet, legiones tertia septimaque, quæ primæ incedebant, *proxima Bedriacensi viæ*, seu ipsi campo quo hæ pugnarant, loca valli Vitelliani obsidenda suscepere; dein aliæ *dexteriora valli, tertiadecimani* ul-

Digitized by Google

Claudiana: tertiadecimanos ad Brixianam portam impetus[u] tulit. Paulum inde moræ,[v] dum e[t] proximis agris ligones, dolabras,[w] et alii falces,[2] scalasque convectant: tum, elatis

tertiadecimanos impulit ad portam Brixianam. Dein paulisper cunctati, dum afferunt e vicinis prædiis ligones, dolabras, et alii falces et scalas: tum erectis super

1 Pro *e* Budens. habet *et*.—2 Ms. Ryckii, *et falces, alii contos scalasque conv.* Sed *τὸ contos* deletum a manu secunda.

NOTÆ

teriora sumsere.

De vexillis Prætorianis ibi silet Tacitus, vel quia in subsidiis erant apud ducem, vel ob paucitatem illorum.

[t] *Dexteriora valli*] Scil. ingredientibus castra per *portam prætoriam*, quæ partes valli a dextra manu offerebantur, ea *dexteriora valli* appellat. Porta autem *prætoria* spectabat hostes ex more, et hic Flavianos respicere debuit; *decumana*, e contrario, *aversa* ab hoste erat.

Dexteriora valli] Erant quatuor portæ præcipuæ *valli* seu castrorum, *prætoria*, *decumana*, et *læva*, *dextraque*; et tota illa pars castrorum, quæ portam lævam dextramve respiciebat, pars dextra vel læva castrorum, appellabatur.

Ibi igitur *dexteriora valli*, est ea pars castrorum quæ ad portam dextram pertinebat.

Dexteriora valli] Sic pro *dextro*, *dexterius* dixere. Senton. Domit. 17. ubi de interfectore Domitiani: 'Sinisteriore brachio, velut ægro, lanis fasciisque .... obvoluto,' &c.

[u] *Impetus*] Ne sumas, quasi impetu tantum, et quasi cæco instinctu illuc prorumperent; id jussu etiam ducis sic agebant, qui 'vallum portasque legionibus attribuit,' &c. Nam, eodem ordine oppugnant vallum, quo in acie steterant antea. Dicitur *impetus*, scil. quia longius quam ceteri obsessores invecti sunt.

[v] *Paulum inde moræ*] Ne sumas, quasi septimæ Claudianæ legionis ad Brixianam portam se conferentis impetus, causa moræ fuerit, quasi remotior esset illa porta. Τὸ *inde*, notat tempus, non locum: id est, Posteaquam disposita quælibet legio fuit in statione et opere, tum tantisper expectatum, dum e proximis prædiis ligones et cetera instrumenta necessaria obsidioni afferebantur.

[w] *Dolabras*] Dolabris muros subruebant. Livius XXI. 'Cum muros defensoribus nudasset, tum Annibal occasionem ratus, quingentos ferme Afros cum dolabris, ad subruendum ab imo murum mittit.' Distinctæ dolabræ a securibus. Livius XXVIII. 'Et aliis partibus, securibus dolabrisque cædebantur et refringebantur portæ.' Tac. c. 8. hoc lib. 'Num secures, dolabras .... attulissent, rogitabat.' Dolabra in columna Trajani crebra, et qua cædunt ligna milites, ut muniant. Quare Corbulo apud Frontinum: 'Hostem dolabra vincendum esse:' id est, opere ac munitionibus. Juvenal. de Mario: 'Si lentus pigra munisset castra dolabra.'

Forma est securis, sed unica et simplici acie; parte altera in mucronem acuminata, quæ serviebat muris diruendis, ut securis vallo et lignis cædendis.

Digitized by Google

super capita scutis, densa testudine° succedunt. Romanæ

capita clypeis, conferta testudine nituntur ac *subeunt*. *Utrimque* aderat indus-

NOTÆ

° *Testudine*] Modum, et cui usui, describit Livius XLIV. 9. Plutarch. Anton. Quoties autem testudo armatos in æquum cum propugnatoribus muri fastigium non attollebat, ut opinor, altera alteri superstructa. Tacitus verbis sequentibus, 'super iteratam testudinem scandentes,' licet alium quoque sensum admittentibus.

Robur testudinis sic compactæ ostendit Arrianus, Expeditionis I. cum Alexander ascensum moliretur in montis Hæmi jugum, hostibus insessum, qui in succedentem fastigio exercitum plaustra devolvebant, jussit, ut si laxatis ordinibus viam impulsis curribus dare non possent, 'in terram prolapsi, et corpora scutis tecta habentes, dejecta plaustra exciperent; impetu tum fracto, innoxie casura: neque fefellit Alexandrum sua conjectura.' *Savil.*

Testudine] Testudo in usu fuit, oppugnando, pugnando, repugnando. In oppugnando, cum scutis super caput elatis, muro succedebant, primis altioribus et ordine paulatim, tecti simplicis in morem decrescente, ut scil. tela injecta per proclive laberentur et minus insidere possent aut infigi.

Livius ubi de ludicro Circensi lib. XLIV. 'Horum (juvenum) inductio in parte simulacrum decurrentis exercitus erat, ex parte elegantioris exercitii, quam militaris artis, propiorque gladiatorium armorum usum. Cum alios decursu edidissent motus, quadrato agmine facto, scutis super capita densatis, stantibus primis, secundis submissioribus, tertiis magis et quartis, postremis etiam genu nixis, fastigiatam, sicut tecta ædificiorum sunt, testudinem faciebant. Hinc quinquaginta ferme pedum spatio distantes armati duo procurrebant, comminatique inter se, ab ima in summam testudinem per densata scuta cum evasissent, nunc velut propugnantes, per oras extremæ testudinis, nunc in media inter se concurrentes, haud secus quam stabili solo persultabant. Huic testudini simillima parte muri admota, cum armati superstantes subissent, propugnatoribus muri fastigio altitudinis æquabantur. Id tantum dissimile fuit, quod et in fronte extrema, et ex lateribus soli non habebant elata super capita scuta, ne nudarent corpora, sed prætenta, pugnantium more. Ita nec ipsos tela ex muro missa subeuntes læserunt, et testudini injecta, imbris in modum, lubrico fastigio innoxia ad imum labebantur.'

In hoc ludo *sexageni* juvenes, et respectum ad ordines Rom. qui pari numero. Ergo manipulatim aut centuriatim testudines se conglobabant. Ammianus: 'Alacris miles, et legionibus in testudines varias conglobatis, paulatim tuto progrediens, subruere mœnia conabatur.'

Scil. testudine facta, succedebant, subruebant. Cæsar de Belgis: 'Testudine facta, portis succedunt, murumque subruunt.' Finis etiam succedere, et ascendere, et tum ex æquo pugnabant, aut murum transcendebant. Infra Tac. c. 28. 'Quin subruerent vallum, quaterentque portas, innixi humeris, et super iteratam testudinem scandentes.' Indicat et tertios super duplicem illam seriem ascendisse. Sic etiam Tac. Hist. l. IV. 'Appositis

Digitized by Google

utrimque artes:[x] pondera saxorum Vitelliani provolvunt,[y]

tria et *ars Romana: Vitelliani propellunt saxa magnæ molis, et proturbatam*

NOTÆ

plerumque scalis, alii per testudinem suorum, scandebant jam quidam cum gladiis, et armorum incussu præcipitati sunt.'

Usi etiam testudine in pugnando, cum scil. globo facto, et tecti scutis, sic hostes invadebant, ac perrumpebant. De Germanis Florus, l. III. 'Elatis super capita scutis, cum se veluti testudine Barbarus tegeret, super ipsa Romani scuta salierunt.' Cæsar l. 1. 'Reperti sunt complures nostri milites, qui in phalanga insilirent, et scuta manibus revellerent, ac desuper vulnerarent.' De Helvetiis idem: 'Ipsi confertissima acie, rejecto nostro equitatu, phalange facta, sub primam nostram aciem successerunt.' Aliquando usi et Romani. Ammianus: 'Alemanni nexam scutorum compagem, quæ nostros in modum testudinis tuebatur, scindebant gladiorum ictibus crebris.' Et hæc secunda testudo, in qua nec latera semper tecta, nec subsessio, aut inclinatio per gradus.

Adhibita et testudo in repugnando, cum, scil. equitatu aut levi armatura cincti, huc decurrunt, ut in orbem se maniant, mediis altioribus, extremis undique desidentibus. Dio: 'Testudo talis est, et fit hoc modo: Impedimentis, et levi armatura et equite omni in medium acceptis, gravis armaturæ pedites illi, qui oblongis, et in tubi dimidiati modum factis scutis utuntur, in extremis partibus, tanquam in lateritio opere, pro muro ponuntur, et reliquos omnes, ipsi extra spectantes ambiunt. Ceteri, qui latiora scuta gerunt, in medio densi locantur, et scuta cum super se, tum super alios, attollunt, ut in tota phalange, non aliud sit quam scuta cernere, et a telorum jactu omnes tutos esse, ob densitatem instructionis. Adeo enim valide firmant, ut et super eam (ut in iterata testudine supra) homines aliquot ingredi possint; immo etiam equi et currus agi, quoties in cavo et angusto aliquo loco constipantur. Hæc est forma ejus instructionis, et nomen a testudine cepit, ob firmitatem, et quia optime tegit. Usus autem duplex est. Nam oppugnanda munitione aliqua subeunt, et sæpe in ipsum murum quosdam attollunt: aut circumventi forte a sagittariis, inclinant se omnes simul; (nam et equi docti sunt in genua submittere se et inflectere;) et sic opinionem hostibus defatigationis suæ præbentes, iis appropinquantibus, statim terrore injecto, consurgunt atque incurrunt.'

[x] *Romanæ utrimque artes*] Romani præcipue obsidendi artes callebant, et machinarum seu tormentorum bellicorum usum forte soli mortalium sciebant. Barbari talium rudes et imperiti. Neque oppugnandi oppidi aut propugnandi artem didicerant hactenus.

Si rem haberent Romani cum Barbaris, facile expugnata urbs, et fere incruenta victoria foret; at 'Romanæ utrimque artes,' oppugnandi scil. ac defendendi, &c.

[y] *Pondera saxorum Vitelliani provolvunt*] Nempe vectibus. Vectes sunt pali e ligno aut ferro, ad onera sublevanda aut promovenda. Vitruvius et torculari vertendo adhibet, eumque qui, vecte immisso, torquet, *vectiarium* dicit. Si e ligno essent, lingula e ferro in altero capite addi

Digitized by Google

disjectam[a] fluitantemque testudinem lanceis contisque scrutantur: donec, soluta compage scutorum, exsangues[a] aut laceros prosternerent multa cum strage.

28. [1] Incesserat cunctatio,[2] ni Duces fesso militi, et velut irritas exhortationes abnuenti, Cremonam[b] monstrassent. Hormine[c] ad[3] ingenium, ut Messalla tradit,[4] an potior[d] auctor

nutantemque testudinem rimantur hastis ac perticis; donec, abrupto disjectoque nexu clypeorum, exanimes aut mutilos solo affligerent, non sine plurima clade.

Intraverat animos *dubitatio, nisi duces ostendissent Cremonam fatigato militi, et velut inanes exhortationes aspernanti. Vix dijudicarim, an Hormi* fuerit *id*

1 Ita Ms. Flor. editio princeps, Pichena et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *prosternerent. Multa cum strage incesserat cunctatio, &c.*— 2 Lipsius conjectat *tentatio.*—3 Vulgo *id;* sed Bip. recte, ait Oberlin. *ad ingenium.*—4 Ms. Agr. *ut Messallæ traditum.*

NOTÆ

solet; atque sic hos *lingulatos* sive *rostratos* dixere. His etiam utebantur ad muros subruendos, sed ferreis, haud dubie. Festo, 'Vecticularia vita dicitur, eorum qui vectibus parietes perfodiunt, furandi gratia.' Vectis et inter militaria exercitia. Sall. de Pompeio, 'cum velocibus cursu, cum validis vecte certabat.'

Pondera saxorum] Virg. Æneid. IX. 'Saxa quoque infesto volvebant pondere, si qua Possent tectam aciem perrumpere, cum tamen omnes Ferre libet subter densa testudine casus.'

[a] *Disjectam*] Ponderibus saxorum profligant disjiciuntque testudinem; dein disjectam titubantemque, lanceis scrutantur, donec compagem scutorum solverint; dein ea soluta, semineces ac laceros prosternunt, *multa cum strage.*

[a] *Exsangues*] Erant jam exsangues, et magna ex parte laceri, quia pondere saxorum elisi fuerant, aut contis lanceisque transfixi; neque aliter compages illa solvi potuit, quin multis transfossis, alii opprimerentur, eliderentur.

[b] *Cremonam*] In excidium nempe et direptionem, ut audendi scil. et acrius oppugnandi pretium, ut prædam opulentam.

[c] *Hormi*] Qui libertus Cæsaris, forte Neronis fuerat. Nam hi audaciores bellis civilibus, et se tum *partem Reipub.* faciebant; neque a Neronianæ aulæ flagitiis tum ille degeneravit.

[d] *Potior*] Potior forte auctor Plinius, qui his bellis non immixtus; at Messalla Flavianarum partium fuit, et cum Antonio pugnabat pro Vespasiano.

An potior] An certior, an majoris auctoritatis sit C. Plinius, qui certe Germanica bella scripserat, et res Neronis, et haud dubie bella hæc civilia; quod opus fato interceptum est. Forte historiam Neronis huc usque extendit, aut res suo ævo gestas composuit, usque ad Titum principem, sub quo periit. Ideo propius ad Vesuvium accesserat, haud dubie ut incendium certius describeret. Puto, historia, de qua hic, scripta erat libris, quos *a fine Aufidii Bassi XXXI.* composuerat, teste Plinio juniore; hos libros cum cura evolvebat Taci-

Digitized by Google

sit C. Plinius qui Antonium incusat, haud facile discreverim: nisi, quod neque Antonius, neque Hormus, a fama vitaque sua, quamvis pessimo flagitio, degeneravere. Non jam sanguis, neque vulnera morabantur, quin subruerent vallum, quaterentque portas; innixi humeris et super iteratam testudinem scandentes,[e] prensarent[5] hostium tela[f] brachiaque: integri cum sauciis, semineces[6] cum exspirantibus, volvuntur, varia pereuntium forma et omni imagine mortium.

29. Acerrimum septimæ[g] tertiæque[1] legionum certamen: et Dux Antonius,[h] cum delectis auxiliaribus,[i] eodem incu-

consilium, ut scribit Messalla, an majoris auctoritatis sit C. Plinius, qui culpam refundit in Antonium: nisi quod neque Antonius, neque Hormus, degenerare visi sunt ab existimatione et moribus suis, ullo, *quanquam deterrimo facinore. Non jam cruor, neque cædes prohibebant, quin subverterent munimenta, et emolirentur portas,* quin *elati humeris* invicem, *et nitentes super secundum testudinem, corriperent hostium pila ac brachia: illæsi cum vulneratis, semianimes cum morientibus præcipitantur, diversa occumbentium facie, et omni specie mortium.*

Atrocissimum prælium septimanorum et tertianorum; et dux Antonius eodem

5 Ita Mss. Corb. Guelf. editio princeps, ut sæpe alias. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *prehensarent*, et sic Gronov. et Ryckius.—6 In Mss. Reg. Agr. et editione principe, *semianimes*.

1 Sic in libris editis. At Mss. Corb. Agr. *tertiæ septimæque;* et sic Brotier.

NOTÆ

tus: sic Plin. Nep. Tacito: 'Pergratum est mihi, quod tam diligenter libros avunculi mei lectitas, ut habere omnes velis, quærasque qui sint. Fungar indicis partibus,' &c.

An potior auctor sit C. Plinius] Composuerat Plinius major res Vespasiani ac Titi, ut patet ex ejus præfatione, *Vespasiano suo*. 'Nos quidem,' inquit, 'omnes, patrem, Te, fratremque diximus opere justo, temporum nostrorum historiam orsi a fine Aufidii Bassi:' ubi scil. scribere desierat Bassus.

[e] *Scandentes*] Videntur triplici ordine aciem illam erexisse. Nempe, ita ut fieret prima testudo inferior scil. et supra primam secunda, seu iterata testudo; dein super *iteratam testudinem* alii scanderent, ut sic prehensare possent 'hostium tela brachiaque.'

[f] *Prensarent hostium tela*] Quod iterata testudine fieri potuit, eo magis, quod illa munimenta valli, non perinde alta erant, ac muri urbis.

[g] *Septimæ*] Galbianæ nempe.

[h] *Dux Antonius*] Non *dux* fuit aut legatus duarum legionum istarum; sed *dux*, qui summæ rerum bellique et omni exercitui præesset, amotis scil. legatis consularibus.

[i] *Auxiliaribus*] Pannonicis et Mœsicis. Nondum se adjunxerant Dalmatici. Infra c. 50. se victoribus adjungit e Dalmatia undecima legio, cum sex millibus Dalmatarum, duce Poppæo Silvano consulari legato.

Digitized by Google

buerat. Obstinatos inter se cum sustinere Vitelliani nequirent, et superjacta[2] tela testudine laberentur; ipsam postremo balistam in subeuntes propulere: quæ, ut ad præsens[j] disjecit obruitque,[3] quos[4] inciderat,[k] ita pinnas ac summa valli[l] ruina[m] sua traxit: simul juncta turris ictibus saxorum[n] cessit: qua septimani dum nituntur cuneis,[o] tertianus

ingruerat, cum validissimis sociorum. Obfirmatos eos *inter se cum ferre Vitelliani non possent, et desuper immissa tela in testudinem* irrita *caderent, ipsam demum machinam in scandentes provolvere: quæ ut tunc proturbavit oppressitque* ipsos *in quos ceciderat; ita suo casu* simul *traxit pinnas et fastigia munimenti: eodemque tempore annexa turris, immissis saxis, prostrata est; qua septimani, dum conten-*

—2 Ita Ms. Flor. Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores, *superjecta;* et sic Gronovius, Ryckius, et Brotier. In Mss. Reg. Corb. Agr. et editione principe, *superjactata tela.* Dixit quidem Valerius Maximus, IX. 2. n. 4. Munatius Flaccus, 'maternis gremiis superpositos liberos trucidavit, infantesque alios in conspectu parentum humo infligi, alios superjactatos pilis excipi.'—3 Sic Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Ms. Corb. et editione principe, *disjecta breviterque.* Ms. Reg. *disjecto.* Cl. Ernesto displicet, *obruit:* mallet, *obtrivit.* Haud tamen vitiosum crediderim, *obruit.* Nempe propulsa balista *disjecit* testudinem, et eos omnes, in quos inciderat, *obruit.* Brotier.—4 Mallet Cl. Ernestus, *queis* vel *in quos inciderat.* Præpositio intelligi potest. Verius tamen putaverim olim scriptum fuisse, *queis.*

NOTÆ

[j] *Ad præsens*] Ut ad præsens disjecit obvios, ita et post se, *ruina*, id est, cadendo, summa munimenti simul traxit.

[k] *Quos inciderat*] In quos ceciderat.

[l] *Pinnas ac summa valli*] *Summa valli*, sunt loricæ, quæ distinctæ pinnis, ἐπάλξεις Græcis, seu προμαχῶνες, et Latino ritu, θώρακες, sive θωράκια, *loricæ;* vulgo *parapetti.* Hæ *loricæ trium pedum altitudine, pinnæ duorum*, apud Josephum. Et ea mensura ad viri modum sit, quo se tueatur; attamen si in universum sint quatuor pedes, suffecerint in vallo castrensi. Lorica pars valli fuit, licet etiam quandoque sumatur pro vallo, aut terreo murulo, ut apud Tac. I. IV. 5. 'Loricam vallumque per fines suos Treviri struxere.' *Vallum* in universum, fuit duodecim pedum, *lorica*, quæ pars valli, quatuor aut quinque, ad tegendum, scil. hominem propugnantem.

[m] *Ruina*] Virg. II. 'Ea lapsa repente ruinam Cum sonitu trahit, et Danaum super agmina late Incidit.'

[n] *Ictibus saxorum*] Quæ tormentis emissa.

Ictibus saxorum] Nempe, saxa illa emittebant Flaviani machinis seu balistis tertianorum ac septimanorum, ut sic hosti vicem redderent; scil. 'Romanæ utrimque artes.'

[o] *Cuneis*] Cepit Interpres Hisp. de cuneis ferreis, quos infigerent muro, invicemque sibi per manus traderent, et quibus sublati, in muros enitterentur. Sed id inusitatum Romanis. Unum vidi exemplum apud Plut. in Bruto. Jam turris hæc saxorum ictibus afflicta. An ergo cuneis ferreis in eam enitterentur? potius testudinem aut scalas applicuissent.

Digitized by Google

securibus gladiisque[5] portam perfregit. Primum irrupisse C. Volusium, tertiæ legionis militem, inter omnes auctores constat:[6] is in vallum egressus, deturbatis qui restiterant,[7] conspicuus manu ac voce 'capta castra' conclamavit. Ceteri, trepidis jam Vitellianis, seque e vallo præcipitantibus, perrupere:[8] completur cæde, quantum inter castra murosque vacui fuit.

30. At[1] rursus nova laborum facies:[p] ardua urbis mœnia, saxeæ turres,[q] ferrati[r] portarum obices, vibrans tela miles,

dunt subire *cuneis, tertianus bipennibus ensibusque perrupit portam. Omnes scriptores consensu tradunt, primum irrupisse C. Volusium, manipularium tertiæ legionis: ille cum in castra introisset, dejectis qui obniterentur, insignis dextra et voce, exclamavit*, expugnata *esse* munimenta. *Alii penetravere, territis jam Vitellianis, seque e munimento præcipiti fuga proripientibus. Stexnitur cruore ac strage, quantum* viæ seu spatii *vacuum fuit inter munimenta et mœnia* Cremonensium. *Atque iterum* insueta *novaque laborum species* occurrit; *alti muri coloniæ, lapideæ turres, ferrea portarum claustra; excutiens miles jacula; plebs Cremonen-*

Idem.—5 Emendabat Heinsius, *securibus dolabrisque*. Quod quidem probabilissimum foret, si de porta urbis ageretur. At cum hic memoretur valli porta, haud ita valida, in tanto tertianorum impetu securibus gladiisque potuit perfringi. *Brotier.*—6 Budens. *concessit.*—7 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Corb. editiones veteres et recentiores. Mss. Jes. Guelf. et Rhenanus, *qui resisterent*. Corrupte Ms. Flor. *resisterant*. Brotier.—8 Budens. *rupisse*.

1 Sic bene Ms. Corb. Sic quoque ediderat Cl. Ernestus. Vulgo in Mss. et veteribus editionibus, *ac rursus:* [sic Gronov. et Ryckius.] *Brotier.*—

NOTÆ

Nituntur cuneis] Ita intellige, ut disposita in cuneum acie, muros perrumpere, subire, et expugnare niterentur. Sic l. XVI. 27. 'Dispersique per fora ac basilicas cunei militares.'

Et Hist. v. 16. 'Civilis haud porrecto agmine, sed cuneis astitit.' Et Hist. IV. 20. de Batavis: 'Illi veteres militiæ in cuneos congregantur, densi undique, et frontem tergaque ac latus tuti:' sic cunei formam describit Tacitus.

Igitur, quia *turris ictibus saxorum* cesserat, ea parte in cuneos dispositi nitebantur, ut sic facilius perrumperent munimenta valli. Nec exporrecto agmine simul euiti poterant, ut angusto adhuc, nec satis patente ingressu.

Cuneus est, cum angusta in fronte acies, *trigoni* forma, paulatim se retrorsum expandit: unde et *trigonum* vocant, seu caput porci. Literæ Δ assimulabatur. Sic a pluribus in unum locum tela missa, sicque facilius muri propugnatoribus undabantur.

p *Nova laborum facies*] Virgil. 'Non ulla laborum, O Virgo, nova mi facies, inopinave surgit.'

q *Saxeæ turres*] E lapidibus sectis, aut certe cæmentis, ad differentiam turrium, quæ mœnibus terreis structæ essent: qui mos ædificandi in quibusdam provinciis, ubi non suppeditant lapidicinæ.

Et mos ille, ævo Annibalis, quo ædificata Cremona, obtinebat in Hispania, ubi videbantur adhuc tempore

Digitized by Google

frequens obstrictusque Vitellianis partibus Cremonensis populus, magna pars Italiæ, stato[s] in eosdem dies mercatu congregata: quod defensoribus auxilium ob multitudinem, oppugnantibus incitamentum ob prædam, erat. 'Rapi ignes' Antonius, 'inferrique amœnissimis extra urbem ædificiis'[t] jubet; si damno rerum suarum Cremonenses ad mutandam fidem traherentur: propinqua muris tecta,[u] et altitudinem mœnium egressa, fortissimo quoque militum complet: illi trabibus[z] tegulisque et facibus[v] propugnatores deturbant.

sis plurima devinctaque factioni Vitelliana; magna pars Italiæ, quæ eo confluxerat, solitis *statisque in idem tempus nundinis: quod præsidium propugnatoribus, ob ingentem numerum, obsidentibus irritamentum, propter opes erat.* Simul propere faces *Antonius jubet*, injicique pulcherrimis extra civitatem prædiis; *si detrimento bonorum suorum Cremonenses compellerentur ad exuendam fidem: strenuissimo quoque militum implet proximas mœnibus domos, et fastigium murorum excedentes: illi dejiciunt defensores tignis lateribusque et tædis.*

2 Mallet Cl. Ernestus, *hinc* vel *illinc*. At retinendum, *illi*. Pro *trabibus*

NOTÆ

Plinii majoris, ipso teste, turres sic ædificatæ ad montes Pyrenæos, ab ipso Annibale; quod et nunc obtinet, ubi lapides desunt. Faciunt veluti mortarium ex terra pura, cui tamen admiscent fœnum aut paleam; dein intra duos axes dissitos invicem, ea latitudine, qua murum ædificare volunt, terram illam intritam pilis seu pistillis aggerunt, firmant, densantque, et prout erigitur murus, attollunt axes; sicque ædificant domos, turres, et mœnia etiam oppidorum.

[r] *Ferrati*] Vel ipsæ portæ ferro munitæ, vel claustra ferrea apposita. Vulgo diceremus *rateau*, ou *herse*. Sed potius de portis ferratis id intelligendum. Nam supra, miles 'securibus gladiisque portam perfregit.'

[s] *Stato*] Id est, solenni et quotannis, in idem tempus constituto nundino, quo durante, tum expugnari forte Cremonam contigit. Cic. 'Statas solennesque cærimonias.'

[t] *Amœnissimis extra urbem ædificiis*] Id cepit interpres Gall. de *suburbio*. Sed de suburbanis villis id intelligi debuit, quæ ab urbe distabant, et quæ per agros structæ ac dispersæ fuerunt, quibus liber prospectus, aquæ, nemora, et aliæ amœnitates quæruntur; et quarum damno non mediocriter afficiuntur urbicolæ.

[u] *Propinqua muris tecta*] De ædificiis intelligit, quæ essent extra, et juxta muros urbis. Ex his tectis seu ædificiis, quæ murorum altitudinem superabant, et quæ fortissimis militibus impleverat Antonius, Flaviani, *propugnatores* murorum Vitellianos, trabibus tegulisque et facibus deturbabant.

Propinqua muris tecta] Ut fere suburbia oppidis adjungi solent. Non quod illa tecta muris forte apposita essent et contigua, sed tamen *proxi-*

Digitized by Google

31. Jam legiones in testudinem[w] glomerabantur,[1 x] et alii tela[y] saxaque[z] incutiebant,[2] cum languescere[3] paulatim Vitellianorum animi. Ut quis[4] ordine anteibat,[a] cedere fortunæ: ne, Cremona quoque[b] excisa, nulla ultra venia, omnisque ira victoris, non in vulgus inops, sed in Tribunos Centurionesque, ubi pretium cædis erat, reverteretur.[5] Gregarius miles, futuri socors[c] et ignobilitate tutior, perstabat:[d]

Jamque legiones dispositæ in testudinem, et alii immittebant jacula et lapides, cum sensim senescere Vitellianorum impetus. Ut quisque dignitate aut gradu præcellebat, fortunæ dare manus; ne Cremona etiam eversa, nulla amplius misericordia superesset, *omnisque impotentia victoris, non in militem egenum, sed in tribunos et centuriones, ubi præmium necis erat, recideret. Plebeius miles, futuri incuriosus et tenuitate fortunæ securior, perseverabat: palabundi per vicos,* aut *intra ædes*

vellet quoque Heinsius, *lateribus*; Ernestus, *lapidibus*. Minime displicet, *trabibus*. In hoc militum furore, non tegulis tantum, sed et trabibus deturbabantur propugnatores; tectaque erant muris propinqua. *Brotier.*

1 Sic bene Mss. Flor. Harl. Bodl. Guelf. Pichena et recentiores. In Ms. Reg. et veteribus editionibus, *glomerantur*. Brotier.—2 Sic Puteolanus, Gronov. et Ryckius. Mss. Harl. Jes. Corb. et ed. pr. *saxa telaque*.—3 Sic Ms. Flor. Pichena et recentiores. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *cum languescerent*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *cum languere*.—4 Brotierus habet *quisque*, et sic Mss. Flor. Corb. Jes. Agr. editio princeps et recentiores, cum Ryckio. Mss. Bodl. Harl. ac Puteolanus, *et ut quisque*. In Ms. Corb. *quis* pro *quisque*.—5 Ms. Agr. *revertebatur*. Ursino ac Mureto

NOTÆ

ma erant, et veluti dominabantur mœnibus; ita ut ex tectis altioribus propugnatores urbis lacessi et oppugnari possent.

[y] *Et facibus*] Intelliguntignes arte compositos. Sed puto, fuisse tantum faces seu tædas ex igne communi arreptas, prout ad manum veniebant, quemadmodum et ipsas trabes ac tegulas promiscue ex ipsis tectis projiciendas assumebant.

Et facibus] Nondum in usu ignes arte facti.

[w] *In testudinem*] Nempe, ut sic muros *ab imo* effoderent subruerentque. Etiam aliquando testudinem ingeminabant, ut sic summa mœnium attingerent prensarentque pinnas, aut hostes.

[x] *Glomerabantur*] Quia velut in orbem convolvebantur, ut testudinem et compagem scutorum construerent, fere quasi unum corpus aut ædificium.

[y] *Alii tela*] Nempe, dum alii testudine facta, muros oppugnant, alii tela saxaque jaciunt, quo propugnatores muris absterreant, munimentaque defensoribus nudent.

[z] *Incutiebant*] Forte tormentis et machinis.

[a] *Ut quis ordine anteibat*] Intelligit tribunos et centuriones, ipsosque præfectos castrorum, legatosque legionum, 'ubi pretium cædis erat.'

[b] *Ne Cremona quoque*] Ne urbe illa etiam post vallum, *excisa*, jam nullus ultra veniæ locus relinqueretur.

[c] *Socors*] Futuri improvidus et incuriosus.

Digitized by Google

vagi per vias, in domibus abditi, pacem ne tum quidem orabant, cum bellum posuissent. Primores castrorum[e] nomen atque imagines[f] Vitellii amoliuntur: catenas Cæcinæ (nam etiam tum[6] vinctus erat) exsolvunt, orantque, 'ut causæ suæ deprecator assistat:' aspernantem tumentemque[g] lacrymis fatigant (extremum malorum)[h] tot[7] fortissimi viri, proditoris opem invocantes:[i] mox velamenta[j] et infulas pro

occulti, ne tum quidem rogabant veniam, cum arma abjecissent. Primores exercitus vocabulum et effigies Vitellii auferunt: vincula Cæcinæ eximunt, (quippe tum etiam in custodia retinebatur,) rogantque, ut causam suam tueri velit *apud victores: abnuentem superbientemque, fletibus* ac precibus *fatigant;* quæ fuit *omnium calamitatum maxima;* scil. *tot strenuissimi viri, desertoris fidem implorabant; dein pro mœnibus caduceatorum seu pacem postulantium insignia præferunt.*

placebat, *verteretur.*—6 Ms. Budens. *tunc.*—7 Sic bene Mss. Reg. Corb. Harl. editiones veteres et recentiores. Mss. Jes. Guelf. Bud. et Rhenanus,

NOTÆ

[d] *Perstabat*] Vulgus pro Vitellio induruerat: optimus et honestissimus quisque in Vespasianum inclinabat.

[e] *Primores castrorum*] Præcipue ad primipilos centurionum spectabat custodia aquilæ signorumque, et consequenter imaginum principis, quæ inter signa circumferebantur: sed ea rerum necessitate, tum pertinuit cura ad omnes *primores castrorum.*

Et sic imagines Vitellii amovere, ne irritarent oculos animosque victricium, ac flagrantium pro Vespasiano legionum. Idque prudentiæ fuit. Nam infra, victores *ingerebant* victis *probra, intentabant ictus,* etiam amotis illis imaginibus.

[f] *Nomen atque imagines*] Nomen ejus in signis. Mos enim ille, ut imperatoris sui nomen tum vexillis inscriberent, tum scutis: quod etiam in libera Rep. video factitatum.

Dio de Crasso in Parthos movente, l. XL. 'Signum unum, ex iis quæ magna sunt et velorum similia, et puniceas literas inscriptas habent, ad indicium exercitus et Imperatoris sui faciendum.'

Thebaidis scriptor etiam Græcis attribuit, sed mentem habens in militia Romana: 'Aurea clarum nota Nomen ducum vexilla præscriptum ferunt.' Facitque literas aureas, quas Dio puniceas.

Huc Suetonii illud pertinet, Vespas. c. 6. 'Nomen ejus vexillis omnibus sine mora inscripserunt.' Item Prudentii, de Constantino: 'Christus purpureum, gemmato textus in auro, Signabat Labarum, clypeorum insignia Christus Scripserat.'

Qui bene addit de clypeis, sive scutis; nam et illic, ut dixi, inscribebant. Quintilianus pro Milite: 'Inscriptum in scuto C. Marii nomen.' *Lipsius.*

[g] *Tumentem*] Fastu nempe *superbientem.* Et quidem superbiæ ac vanitatis arguebatur Cæcina. Supra, 'ut tumidum ac vanum irridebant.'

[h] *Extremum malorum*] Non præcise *ultimum,* ut vertit Hisp. Interpres, sed maximum et indignissimum.

[i] *Proditoris opem invocantes*] Xiphilinus videtur velle, cum, prætentis

Digitized by Google

muris ostentant. Cum Antonius 'inhiberi tela' jussisset, signa aquilasque extulere:[k] mœstum inermium agmen, dejectis in terram oculis, sequebatur. Circumstiterant[8] victores, et primo ingerebant probra, intentabant[9] ictus:[l] mox, ut præberi ora contumeliis, et, posita omni ferocia,[10] cuncta victi patiebantur, subit recordatio,[11] illos esse, qui nuper

Cum Antonius sisti oppugnationem *jussisset, vexilla et aquilas erexere: tristis inermium caterva* signa *comitabatur, demisso in terram vultu. Circumfusi victores* eos *primo incessebant conviciis, intendebant manus: dein cum exponi darique faciem probris, et, abjecta omni superbia, cuncta victi tolerabant, incessit animos* vulgi, eos *ipsos esse, qui paulo ante Bedriaci victoriæ modum adhibuissent. Sed*

ac fortissimi. Ms. Bodl. *at.* Brotier.—8 In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *circumsteterant.* Sic quoque emendatum secunda manu in Ms. Harl. —9 Ed. pr. *intendebant.*—10 Sic bene Mss. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *omni fiducia.* Additum margini Ms. Bodl. *ferocia.* Brotier.—11 Sic bene Ms. Corb. et libri

NOTÆ

velamentis et infulis, veniam non impetrarent, liberasse Cæcinam, et consolari habitu amictum misisse, 'ut ipsorum nomine supplex iret; et sic veniam consecuti sunt.'

Josephus autem Exscidii IV. c. 41. ab Antonio urbem ingresso liberatum Cæcinam scribit. Apud Tacitum videtur non ad Antonium profectus, nisi facta prius militum deditione. *Savilius.*

[j] *Velamenta*] Insignia pacis ac deditionis pro muris ostentant. Virg. 'Pacisque manu prætendere ramos.'

[k] *Signa aquilasque extulere*] Quod intelligi debet ex altero loco, infra 63. 'Vitellianus miles transiturus in partes, id quoque non sine dedecore, sed sub signis vexillisque in subjectos Narniæ campos descendere. Flavianus exercitus, ut ad prælium intentus ornatusque, densis circa viam ordinibus astiterat. Accepti in medium Vitelliani,' &c.

Signa aquilasque extulere] Nempe ut sic se dederent Flavianis: et *signa* ipsa simul ferendo, totius exercitus deditionem, velut publico auctoramento, ostentabant; forte et in speciem, decus aliquod, etiam in ipsa clade, sibi arrogabant, ut sic veluti composito agmine, nec sine pompa aliqua, se deditum irent legiones Germanicæ. Et tamen ea species aut pompa aliunde, non sine flagitio ac dedecore fuit: ut quod præclarum et decorum alias foret, nunc ut occasio est, in flagitium et contumeliam vertat. Sic sæpe evenit, ut pristina decora, gloria, ac moles fortunæ, probro et oneri sint, prout sunt tempora, et prout ludum ludit fortuna.

Signa aquilasque extulere] Non super muros, sed extra portas urbis, et mœstum inermium, ac se dedentium agmen, sequebatur aquilas. Licet inermes, tamen ordinato agmine incedebant, suis quisque sub signis, miserrima facies victorum et inermium, sicque 'non sine dedecore.'

[l] *Intentabant ictus*] Id est, minabantur, attollebantque manus adversus victos, quasi percussuri.

Digitized by Google

Bedriaci victoriæ temperassent. Sed, ubi Cæcina,[m] prætexta lictoribusque insignis,[n] dimota turba, Consul incessit,[12 o] exarsere victores: 'superbiam sævitiamque' (adeo invisa scelera sunt) etiam 'perfidiam,' objectabant.[13] Obsti-

postquam Cæcina, prætexta et fascibus conspicuus, summoto vulgo, consul ingressus est, indignati sunt victores, arrogantiam immanitatemque, *etiam et* proditionem *exprobrabant,* usque *adeo ingrata et infesta flagitia sunt. Prohibuit Antonius,*

****

editi. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. *fuit ratio.* Unde frustra tentabat Rhenanus, *fuit miseratio.* Altera manu emendatum in Ms. Harl. *recordatio.* Idem.—12 Perperam in Mss. Harl. Jes. Guelf. *incessisset.* Secunda manu emendatum in Ms. Jes. *incessit.* Brotier.—13 Ms. Guelf. *objectant.*

NOTÆ

[m] *Sed, ubi Cæcina*] Si recte attendimus Tacito, fere simul obsessi velamenta pacis ostentant, simul proditoris opem invocant, ut deprecator assistat, simul Antonius inhiberi tela jubet, simul signa et aquilas efferunt ac se dedunt, et simul 'Cæcina consul incessit,' aut certe breve intervallum fuit.

At dices: Videtur hic Cæcina incessisse postquam dediti sunt: hoc falsum. Incessit consul simul cum se dedentibus, et simul sequebatur 'causæ deprecator.' Et id distinguit tantum Tacitus, quasi tempore, ut distinguat varios habitus animorum, ea occasione, ut solet.

Nempe describit sigillatim, quid sentirent victores de legionibus victis, ut primo ira infesti fuerint, dein statim miserati sint, ut est vulgus ingenio mobile; deinde ut mox exarserint adversus Cæcinam, et *superbiam* ei, *sævitiam etiam,* et *perfidiam* objectarint.

Ubi Cæcina] Non quod militum deditio colloquium Cæcinæ præcesserit, ut vult Savilius; sed simul signa et aquilæ efferuntur, et simul cum illis incedebat Cæcina, ut pacem veniamque, velut amicus Flavianorum, victis impetraret. Dissimilem consulis pompam exhibuit, et exposuit velut oculis Tacitus, ut horum calamitatem, et perfidi ducis flagitium habitumque et incessum seorsim adumbraret.

[n] *Prætexta lictoribusque insignis*] Prætexta erat nobilium puerorum, sacerdotum, et magistratuum, et sic prætorum ac consulum. Sueton. in Jul. 'Dimissis lictoribus abjectaque prætexta, domum clam refugit;' atque tum Julius prætor erat. *Lupanus.*

[o] *Consul incessit*] Nempe speciem, majestatem, et insignia consulis præferebat. At velut intempestiva ac præpostera fuit, ut in proditore, et ob perfidiam vincto, talis pompa; juxta invisa victoribus victisque ea species, ut in tali homine.

Consul incessit] Est aliqua majestas, quam sic exprimit, in tali incessu, Virg. 'Ast ego, quæ Divum incedo regina.' Et Athenæus, ἡρῶον βαδίζει, id est, *Junonio incessu ambulat,* pro gravitate quadam et magnificentia incessus, dixit.

Consul incessit] Certe consul electus fuerat, cum Valente, ex Kal. Septemb. in Kalendas Novembres: nempe in duos menses, ut mos ejus ævi fuit. Et vix tum temporis consul

Digitized by Google

tit Antonius, datisque defensoribus, ad Vespasianum dimisit.[p]

32. Plebs[1] interim Cremonensium inter armatos conflictabatur: nec procul cæde aberant,[q] cum precibus Ducum mitigatus est miles. Et vocatos ad concionem Antonius alloquitur, magnifice victores, victos clementer: de Cremona in neutrum.[r] Exercitus præter insitam prædandi cupi-

datisque custodibus, dimisit ad Vespasianum.

Interea populus Cremonensis, inter armatos divexabatur: nec longe ab internecione aberant, cum obsecrationibus Ducum placatus est miles. Et congregatos pro concione Antonius alloquitur, amplissimis verbis victores; victos cum mansuetudine; de Cremona reticuit. Exercitus præter innatam rapiendi populandique

1 Pichena edidit *plebes*, hic et Hist. III. 82.

NOTÆ

fuit, tunc forte exacto consulatu, cum prælium Cremonense commissum est, aut deditio facta. Certe paucis post diebus, quam vinctus a militibus fuit, prælium commissum est, et tum proditio Cæcinæ Romam Vitellio nuntiata erat. Et tunc 'non defuit,' teste Tac. c. 37. 'qui unum consulatus diem, (is enim in locum Cæcinæ supererat,) magno cum irrisu accipientis tribuentisque, eblandiretur: pridie Kal. Novemb.' &c.

Igitur breve vel nullum tempus tum tali consuli supererat: et sic etiam liquet de tempore, quo commissum est prælium Cremonense, nempe exeunte mense Octobri.

Profectus erat e Pannonia Antonius Primus initio Septembris; sicque duo fere menses elapsi sunt, priusquam legiones Pannonicæ et Mœsicæ cum cetera belli mole adventassent, et priusquam fortuna partium transigeretur in Italia.

Et certe cum prodidit, tum vel exactus vel abrogatus consulatus Cæcinæ in urbe; sed tamen adhuc consulis, seu consularia insignia servabat; vel ut magis inclaresceret facinus, et id magis ostentaret Flavianis; vel et ut tali dignatione ac specie honoris, veniam victis facilius impetraret; aut potius, quia abrogatum sibi consulatum nondum audierat, vel quamvis audiisset, facile id spernere potuit, jam afflictis Vitellii rebus.

p *Dimisit*] Quod scribit Josephus, liberatum esse Cæcinam ab Antonio Cremonam ingresso, hoc in re verum: nam quis alius liberasset, aut dimisisset? An victi? Et hi quid poterant post cladem? immo eum, ut proditorem, ut hostem exhorrebant. An victores e vulgo, qui infesti, ejus superbiam perfidiamque perinde aversabantur? Idemque cum Josepho dicere videtur Tacitus: 'Obstitit Antonius, datisque defensoribus ... dimisit.'

q *Nec procul cæde aberant*] Id ambigue dictum inter Cremonenses et *armatos*, eo sensu, ut in cædem fere prorumperet miles, et Cremonenses non procul ab internecione abessent.

r *De Cremona in neutrum*] Id est,

Digitized by Google

dinem, vetere odio, ad excidium Cremonensium incubuit: juvisse partes Vitellianas, Othonis[s] quoque bello, credebantur: mox tertiadecimanos, ad exstruendum amphitheatrum relictos, ut sunt procacia urbanæ plebis ingenia, petulantibus jurgiis illuserant. Auxit invidiam editum illic a[2] Cæcina gladiatorum spectaculum: eademque[2] rursus[t] belli sedes: et præbiti in acie Vitellianis cibi:[u] cæsæ quædam

libidinem, prisca offensione, erupit in cladem Cremonensium: existimabantur, etiam Othonis bello, forisse partes Vitellianas; dein, ut petulanti ingenio est urbana plebecula, lasciviis jurgiis irriserant tertiadecimanos, qui ibi relicti erant ad ædificandum amphitheatrum. Exhibitum illic a Cæcina gladiatorum certamen odium intendit; eademque adhuc armorum sedes: et oblata alimenta Vitellianis in prælio:

2 Præpositionem *a*, copulam *que* perperam omisit Rhenanus, adversanti-

NOTÆ

mentem suam non aperuit, an Cremona salva futura esset, nec ne. *Pichena.*

In neutrum] Vocatos ad concionem omnes utriusque factionis milites *alloquitur*, magnifice *victores*, *victos clementer*, de Cremonensibus nihil, in excidium oppidanorum pronus, ut sic imbueret militem civili præda: quod pessimum facinus tribni potuisset servili Hormi ingenio, aut etiam aliis legatis Flavianis; sed 'vernile dictum omnem invidiam in Antonium vertit,' &c.

In neutrum] Quia *de Cremona in neutrum* disseruit pro concione, et *ceteri duces in obscuro*, et solum *Antonium fortuna famaque omnium oculis exposuerat:* et quia infra, *jam flagrabat* Cremona, videtur Antonius de consilio aliorum ducum, sic pro concione locutus. Et quia illi obscuri, et quia jam ante vocem seu jussum Antonii jam *flagrabat* oppidum, et ille solus famæ expositus erat; ideo videtur unus ille habuisse crimen et invidiam facinoris, cujus et forte alii perinde conscii ac participes fuerunt: vel saltem illi Antonii auctoritatem facile secuti erant, et pariter omnes consenserant: quod summi flagitii fuit.

[s] *Othonis*] Semper adversa fuerat Othonianis Cremona, et iis qui antea hic victi fuerant, et qui nunc victores cum Flavianis; itaque nunc cladem doloremque ulciscebantur.

[t] *Eademque rursus*] Fuerat Cremona belli sedes Vitellianis adversus Othonem, nunc et illis *eadem rursus belli sedes* adversus Flavianos. Rationes affert Tacitus odii seu invidiæ adversus Cremonam, inter quas hæc, quod belli et ante sedes fuisset.

Erat etiam inter excidii causas, quod prædandi cupidinem accendèret, nempe *tempus mercatus*, et quod ex se dives esset colonia.

[u] *Præbiti ... cibi*] De qua re sic scribit Dio: 'Cui non mirum videatur; quod cum mulieres ex oppido esculenta potumque de nocte ad Vitellianos attulissent, non modo se ipsi cibo potuque, sed etiam adversarios refecerunt, et commilitones sic invitabant, Ede, bibe, ne me imbelli aut molli manu occidas: hæ nostræ sint exequiæ jam adhuc viventibus! Vitellius et Vespasianus bellum gerunt inter se, ut nos jam olim mortuis mac-

Digitized by Google

fœminæ,[v] studio partium ad prælium[3] progressæ: tempus quoque mercatus, ditem alioqui coloniam, majorum[4] opum specie complebat. Ceteri Duces in obscuro: Antonium fortuna famaque omnium oculis exposuerat: is balneas,[5] abluendo cruori,[6] propere petit: excepta vox est, cum teporem[w] incusaret, 'statim futurum, ut incalescerent.'[7] Vernile dictum[x] omnem invidiam in eum vertit,[8] tanquam 'signum incendendæ Cremonæ' dedisset, quæ jam flagrabat.[y]

occisæ et *nonnullæ mulieres, quæ amore partium certamen inierant: tempus etiam mundinarum, cum opulenta aliunde civitas* esset, *majorum divitiarum imaginem exhibebat. Ceteri Duces ignobiles et inglorii: fortuna et gloria universorum oculis exhibuerat Antonium. Is in balnea statim se confert, abstergendo sanguini: audita* ipsius *vox est, cum teporem* balnearum *increparet,* confestim fore, ut ferverent. *Scurrile verbum omnem indignationem in eum concitavit, tanquam* signum *præbuisset* comburendæ Cremonæ, *quæ jam ardebat.*

bus libris scriptis et editis. *Brotier.*—3 Budens. *ad bellum.*—4 Ms. Bodl. et Puteolanus dant, *majore opum specie:* et sic edidit Brotier.; et sic volebat Muretus. In Mss. Corb. Harl. et editione principe, *majorem opum speciem.* Rhenanus emendaverat, *majorum,* quem sequitur Gronovius et Ryckius.—5 Pichena a Ms. Flor. *balineas:* et sic Gronovius et Ryckius et Brotier. In Mss. Reg. Corb. Bud. et editione principe, *balnea.* Puteolanus, *balneas;* et sic Bipont.—6 Ita libri omnes scripti et editi, præter Rhenanum, qui emendavit, *cruore,* non necessario. *Brotier.*—7 Mss. Harl. Jes. *inardescerent.*—8 Ms. Corb. *in eum convertit.*

NOTÆ

tent. Hæc et alia cum inter se dicerent, cessatur a prælio et comeditur; dein rursus pugnatur; paulo post et pugnam intermittunt, et renovant.'

[v] *Cæsæ quædam fœminæ*] Ostendit Cremonensium animos adeo pro Vitellio obstinatos, ut etiam fœminæ ad prælium egrederentur, quæ a Flavianis cæsæ. *Pichena.*

[w] *Teporem*] Quod non satis incalescerent balnea.

[x] *Vernile dictum*] Quo, scil. cladem urbis irridebat. Aliter Marcellus apud Valer. l. v. 'Qui, captis a se Syracusis, in arce earum constitit, ut urbis modo opulentissimæ, tunc afflictæ, fortunam ex alto cerneret. Ceterum casum eius lugubrem intuens, fletum cohibere non potuit; quem si quis ignarus vir aspexisset, alterius victoriam esse credidisset.'

[y] *Quæ jam flagrabat*] Nempe non expectabat miles imperium ducis. Et forte jam ex composito, et communi consilio ducum, tacito tamen: et auctoritate præcipua Antonii, quem 'fortuna famaque omnium oculis exposuerat,' jam permissa præda erat, simul et incendium Cremonæ militibus, qui jam rapiebant signum atque imperium, licet nemo aperte juberet.

Et quia Antonio excidit illa vox, 'statim futurum, ut incalescerent' balnea. Hoc scurrile dictum omnem in eum vertit invidiam facinoris, cujus et alii forte duces conscii auctoresque erant.

Scil. quasi ea voce jussisset ipse

Digitized by Google

33. Quadraginta armatorum millia irrupere, calonum lixarumque amplior numerus, et in libidinem ac[1] sævitiam corruptior. Non dignitas, non ætas protegebat, quo minus stupra cædibus, cædes stupris, miscerentur. Grandævos senes, exacta ætate fœminas, viles[2] ad prædam,[2] in ludibrium trahebant.[a] Ubi adulta virgo, aut quis[3] forma conspicuus, incidisset,[4] vi manibusque rapientium divulsus,[b] ipsos postremo direptores in mutuam perniciem agebat:

Cremonam *irruere quadraginta millia armatorum, major turba calonum et lixarum, et magis effrenata in luxuriam atque immanitatem. Non claritudo defendebat, non ætas, quin stupra necibus, et neces libidinum flagitiis adjungerentur. Senes natu grandes, affecta ætate mulieres, inutiles ad pretium, in contumeliam rapiebant. Ubi grandis puella, aut quispiam pulchritudine insignis occurrisset, vi et impetu trahentium direptus distractusque, ipsos tandem raptores in mutuum exitium incita-*

1 Ms. Corb. *atque sævitiam*.—2 Male tentabat Turnebus, *miles ad prædam*. Brotier.—3 Frustra conjicit J. F. Gronovius, *aut puer forma*. Idem.—4 *Inci-*

NOTÆ

incendium Cremonæ, quæ jam ardebat, ut dicebam, vel ex composito inter duces, vel tacito pacto inter duces militesque, ut bellis civilibus, facilis est inter similes ad pessimum facinus concordia.

Initio tamen, 'precibus ducum mitigatus est miles.' 'Jam flagrabat,' inquit Tacitus; forsan scil. cœperat incendium ab aliquo milite lasciviente seu sæviente, quod dein continuatum, nemine se opponente; sed potius dissimulante, et quasi jubente Antonio, missa vernili voce, ut quem unum 'fortuna famaque omnium oculis exposuerat,' et ad cujus nutum omnes aspectabant.

Quæ jam flagrabat] Id enim forte sibi vindicabat ultroque rapiebat miles, etiam injussu ducum, vel tacito illorum consensu in idem scelus, ut qui jam antea Cremonam, ut furoris et sceleris pretium, ostentassent militi.

Quæ jam flagrabat] Non male Interpres Gallicus, qui vertit; nihil dictum aut traditum de aliis ducibus, quasi in illud facinus consenserint, aut id jusserint: quod Tacitus habet: 'ceteri duces in obscuro.'

Sed Antonii, quem 'fortuna famaque omnium oculis exposuerat,' excepta vox est, *statim futurum, ut* balneæ *incalescerent*, et *vernile dictum* illud *omnem invidiam* facinoris, quæ forte simul et in alios duces militesque transferri debuit, in eum vertit, 'tanquam signum incendendæ Cremonæ dedisset,' &c.

[2] *Viles ad prædam*] Non præcise quia bellis civilibus capti non vendebantur, aut quia edixisset Antonius 'ne quis Cremonenses captivos detineret, irritamque prædam militibus effecerat consensus Italiæ;' sed quia provecta ætate, et nulli usui esse poterant illi grandævi senes; quia sic nullius pretii fuere.

[a] *Trahebant*] Rapiebant tales homines in contumeliam et ludibrium. Nempe pro ingenio procaci militum, cum non possent corpori, affectæ ætati tamen, et senectæ illudebant.

[b] *Divulsus*] Distractus.

Digitized by Google

dum pecuniam,[c] vel gravia auro[d] templorum dona, sibi quisque trahunt, majore aliorum vi truncabantur.[5] Quidam obvia aspernati, verberibus tormentisque dominorum[6] abdita scrutari, defossa[e] eruere. Faces in manibus: quas, ubi prædam egesserant, in vacuas domos et inania[f] templa per lasciviam jaculabantur: utque exercitu,[7] vario linguis, moribus, cui cives, socii, externi interessent,[8 g] diversæ cupidines, et aliud cuique fas, nec quicquam illicitum.[h] Per

bat: dum sibi quisque rapiunt opes, vel donaria delubrorum auro solida, majore aliorum violentia trucidabantur. Nonnulli, quæ in promtu essent spernentes, plagis et cruciatibus possessorum occulta rimari, abdita humi effodere. Tædæ præ manibus: quas, ubi opes exhauserant, in vacuas ædes, et spoliata delubra per petulantiam injiciebant. Utque in exercitu, qui discordabat sermone, ritu, ac religionibus, et cui Romani, auxiliares, extranei adessent, variæ libidines, et aliud cuique lici-

disset desideratur in Ryckii Msto.—5 Mallet Ernestus, *obtruncabantur*, vel *trucidabuntur*. Sed proba quoque vulgata scriptura. *Brotier.*—6 Ursino ac Mureto placet, *domorum*. Eleganter quidem. Dici tamen potest, *dominorum*. Sic supra Hist. II. 13. fœminam, Ligurem, vidimus per cruciatus interrogatam, ubi filium occuleret. *Idem.*—7 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps, Rhenanus et recentiores. Intellige præpositionem, *in*, quam sæpe omittit Tacitus. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *exercitui vario*. Brotier.—8 Mallet Ernestus, *inessent*.

NOTÆ

[c] *Dum pecuniam*] Non in templis, ut puto, sed in domibus Cremonensium: nec puto, deposita fuit pecunia in delubris coloniarum; id forte in uno templo Saturni et in Urbe tantummodo usurpatum.

[d] *Gravia auro*] Virg. 'Huc undique Troja gaza Incensis erepta adytis, mensæque Deorum, Crateresque auro solidi.'

Gravia auro] Vertunt: *auro decora*: sed capio, fuisse auro solida donaria illa templorum.

Gravia auro] Non aurata, sed aurea, seu auro solida, saltem pleraque.

[e] *Defossa*] Intellige, quæ sub terram abdidissent oppidani, aut defodissent, ea perscrutabantur cruebantque milites. Cic. 2. de Divin. 'Respondit conjector, thesaurum defossam esse sub lecto: fodit, invenit aurum.'

[f] *Inania*] Postquam scil. *prædam egesserant*, donaque auro gravia, aut argento, rapuerant.

[g] *Cui cives, socii, externi interessent*] Qui constaret ex civibus, ex sociis, et externis. *Ferrettus.*

Externi] Ut Sarmatæ, Germani, seu Suevi, et alii.

[h] *Aliud cuique fas, nec quicquam illicitum*] Plin. II. 7. 'Vix prope est judicare, utrum magis conducat generi humano, quando aliis nullus est Deorum respectus, aliis pudendus. Externis famulantur sacris, ac digitis Deos gestant, et monstra quoque colunt: damnant et excogitant cibos: imperia dira in ipsos, ne somno quidem quieto, irrogant.'

Aliud cuique fas] Alii aliis mores, alii ritus, aliæ religiones: et sic quod

Digitized by Google

quatriduum Cremona suffecit.[i] Cum omnia sacra profanaque in igne[9] considerent,[j] solum Mephitis[k] templum stetit ante mœnia, loco, seu Numine defensum.[l]

34. Hic exitus Cremonæ,[1 m] anno CCLXXXVI. a primordio sui.[2] Condita erat Ti.[3] Sempronio[n] et Cornelio Consu-

tum, nec quicquam nefas erat. *Per quatuor dies Cremona vastata est. Cum cuncta sancta profanaque flammis abolerentur, unum Mephitis delubrum servatum est juxta muros, seu situ, seu divinitus protectum* sit.

Hunc finem habuit Cremona, post annos ducentos sex et octoginta, quam condita fuerat. Tiberio Sempronio et P. Cornelio Coss. structa erat, irrumpente in Ita-

9 Ita libri omnes scripti et editi. Mallet tamen Heinsius, *in ignem*, vel *in ignes:* sic quidem poëtæ, ac maxime Virgilius, quem sæpe imitatur Tacitus, Æneid. II. 624. 'Tum vero omne mihi visum considere in ignes Ilium.' *Brotier.*

1 Ita Ms. Corb. editio princeps et recentiores. Sic quoque Ms. Agr. secunda manu. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *hic exitus Cremonam habuit*, et sic Gronovius et Ryckius. In Mss. Flor. Bud. omissum, *habuit.* —2 Ms. Corb. *suo.*—3 Male Mss. Harl. Bodl. Jes. *T. Sempronio.* Tiberius

NOTÆ

aliis nefas, aliis concessum ac licitum videbatur; sicque 'nihil cuiquam illicitum.'

[i] *Suffecit*] Flammis, vi, ac rapinis, per quatuor dies incensa, vastata, excisa est.

[j] *Considerent*] Flamma solo æquarentur, atque in cineres fatiscerent.

[k] *Mephitis*] Dea tetri odoris. *Savilius.*

[l] *Seu Numine defensum*] Id est, potestate Deæ. Virgil. 'Jam cœlum terramque meo sine Numine, venti, Miscere!'

Seu Numine] *Ante mœnia:* scil. ut puto, extra muros fuit templum. Sicque forte loco defensum est, quia fuit extra locum quo grassabantur flammæ, et forte quia paulum distaret ab urbe: *seu Numine*, id est, potestate Deæ, quasi non sine prodigio averteret ipsa, furentes licet, a tali facinore: seu religio ac superstitio Numinis præpolluerit animis vulgi, absterrueritque ab incendio templi.

[m] *Hic exitus Cremonæ*] In hoc prælio scribit Josephus Exscidii IV. 41. ex Vitellianis triginta millia armatorum ducentosque cecidisse; Antonium, quatuor millium et quingentorum clade, pugnasse.

Xiphilinus narrat, Cremonæ cum iis qui in acie cæsi sunt, quinquaginta hominum millia periisse.

Volvebatur Octobris finis, quo circiter tempore, ut ex Tacito colligimus, nuntius de rebellante Cæcina advenerat. *Savilius.*

[n] *Ti. Sempronio*] Id est, *Tiberio:* male enim vulgo, *Tito:* ex Livio et Fastis. *Lipsius.*

Ti. Sempronio et Publio Cornelio Consulibus] Idem sibi videri significat Velleius in priore lib. qui deductas colonias sub adventum Annibalis, Cremonam atque Placentiam, scribit, et circa Padum, in agrum Gallicum, iis ipsis Tiberio Sempronio, et Publio Cornelio consulibus, anno primo belli Punici secundi, et urbis conditæ 556. deductas, Livius auctor est l. XXI. *Vertrân.*

Digitized by Google

libus, ingruente in Italiam Hannibale,[o] propugnaculum adversus Gallos, trans Padum agentes, et si qua alia vis per Alpes rueret.[4 p] Igitur numero colonorum, opportunitate fluminum, ubere agri,[q] annexu[5] connubiisque[6] gentium,[s] adolevit floruitque, bellis externis[r] intacta; civilibus infe-

liam Annibale, præsidium adversus Gallos, trans Padum agitantes, et si qua alia belli moles per Alpes ingrueret. Itaque multitudine incolarum, commoditate fluviorum, feraci terrarum annexu, et conjugiis populorum, accrevit floruitque, armis

appellabatur, non Titus, ut ex Livio et Fastis constat. Rhenanus et Ryckius et Gronovius edidere *P. Cornelio*, adversantibus Mss. et veteribus editionibus, in quibus omissum prænomen. Sic supra Annal. XIV. 1. 'siletur prænomen Fonteii.' *Brotier.*—4 Sic bene Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps, Rhenanus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *irrueret*. Frustra tentabat Lipsius, *ingrueret*. Idem.—5 Ms. Agr. *connexu*.—6 Ms. Corb. *con-*

NOTÆ

[o] *Ingruente ... Hannibale*] Tum parvum castellum erat Cremona. Appianus Ἀννιβαϊκῇ : 'Scipio vero hos sequens, addensque illis animos, parum abfuit quin sauciatus ibi periret, et ægre Cremonam se recepit, servatusque est. Cremona castellum seu oppidulum, haud procul Placentia, quod adortus Hannibal, quadringentos suorum amisit, et ipse vulneratus est.' Destinatum id propugnaculum in Gallos, quod et profuit adversus Hannibalem.

[p] *Rueret*] Leg. *irrueret*, quæ vetus lectio.

[q] *Ubere agri*] Quicquid dicant, malim, *ubere agri annexu, connubiisque, &c.* Et quis dicat, *annexu gentium*, pro connubio? Potius est, ut fertili annexu terrarum, et connubiis gentium finitimarum adoleverit Cremona.

Ubere agri] Sic distinguunt, *ubere agri, annexu connubiisque.* Sed quidni placeat, *ubere agri annexu*, pro *uberis agri annexu?* nam vox, *uber*, adjective et substantive sumitur.

[s] *Connubiisque gentium*] Quæ nempe finitimam regionem accolebant, gaudebantque affinitatibus jungi cum colonis civibusque Romanis, propter opes, famamque belli. Etiam et ob robur ipsius coloniæ, cujus muris et copiis, adversus hostium et extraneorum vim sese tutabantur.

Connubiis] Intelligo vicinos populos ibi uxores sumsisse, et habitasse. Et hinc viribus et opibus adolevit Cremonensis civitas; parum enim conferunt opibus civitatis matrimonia alio abducta. At longe maxime conferunt, si huc advolent et transmigrent finitimi cum suis opibus: sic olim et res Rom. brevi adolevit.

Gentium] De accolis indigenis cepit Interpres Hispanus: recte, ut puto.

Connubiisque gentium] Non quod ipsi coloni aut ipsorum fœminæ in alias gentes denuberent, sed quia ipsi vicinorum opulentorum filias ducerent uxores; unde prædia et opes. Forte et quandoque connubia mutua: sed ut adolesceret cito floreretque colonia, potius aliæ gentes eo commeabant migrabantque.

[r] *Bellis externis*] Nempe Gallorum, Germanorum, Pœnorum.

Digitized by Google

lix.[6] Antonius, pudore[7] flagitii,[8] crebrescente invidia, edixit, 'ne quis Cremonenses captivos[8] detineret:' irritamque prædam militibus effecerat consensus Italiæ, emtionem talium mancipiorum aspernantis.[9] Occidi[10] cœpere: quod ubi enotuit, a propinquis affinibusque occulte redemtabantur:[11] mox rediit Cremonam reliquus populus:[12] reposita fora

externis illæsa; civilibus infausta. Antonius, pudore facinoris, et gravescente odio, edicto pronuntiavit, ne quis Cremonenses in custodia haberet: *et* communi *consensu Italia inutilem prædam militibus reddiderat, commercium talium captivorum contemnens. Interfici cœpere: quod ubi percrebuit, clam redimebantur a proximis et necessariis: dein plebs superstes revertit Cremonam: restitutæ* sunt

nubio.—7 Sic bene Mss. Flor. Reg. Corb. Harl. Jes. editio princeps et recentiores. Ms. Bodl. et Puteolanus, *post rem flagitii.* Brotier.—8 Ms. Agr. *Cremonensem captivum.*—9 In Ms. Corb. *inritamque prædam militibus fecerat, consensu Italiæ emtionem talium mancipiorum aspernante.* Corrupte editio princeps, *consensu... aspernantes.*—10 Sic bene Mss. Flor. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *cædi cœpere.* Brotier.—11 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Agr. Guelf. Pichena et recentiores. In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *redimebantur.* Mendose Ms.

NOTÆ

[6] *Civilibus infelix*] Cremonam bellis civilibus fuisse infelicem, dicit Tacitus, quod Cassii, Bruti, et Antonii copias, Cremonenses suscepissent. Eaque causa a Virgilio, 'misera Cremona' vocatur, Eclog. IX. *Lupanus.*

Adde et quod Vitellianos bis fovissent nuper, juvissentque copiis.

[7] *Pudore flagitii*] Ex incensa et direpta Cremona.

Pudore flagitii] Flagitium certe fuit, a quo abstinuere boni duces, Cic. 1. de Offic. 'Suscipienda quidem bella sunt ob eam causam, ut sine injuria in pace vivatur: parta autem victoria conservandi sunt ii, qui non crudeles in bello, nec immanes fuerunt: ut majores nostri, Tusculanos, Æquos, Volscos, Sabinos, Hernicos in civitatem etiam acceperunt: at Carthaginem et Numantiam funditus sustulerunt.'

Attamen teste Plin. VI. 7. 'Viritim deleti populi' in Armenia, duce Corbulone, scil. eo bello quod pro regno Armeniæ adversus Tiridatem Parthosque gestum est sub Nerone: quod tamen non legitur apud Tacitum: severissimus certe Corbulo, sed potius in militem, quam in hostem. Et forte id in quibusdam castellis Armeniæ usurpatum, necessitate belli, et in exemplum, forte ob crebras rebelliones, et quia terribilis hostis immineret Rex Parthorum. Et certe si *viritim deleti populi*, id certe longe crudelius, quam excidium oppidorum, quo casu captivi quidem homines in prædam, sed tamen incolumes servantur, et redimi possunt. Cic. ibid. de Offic. 'De evertendis diripiendisque urbibus valde illud considerandum est, ne quid temere, ne quid crudeliter fiat: idque est viri magnanimi, rebus agitatis punire sontes, multitudinem conservare; in omni fortuna, recta atque honesta retinere.'

[12] *Reliquus populus*] Intelligit vulgus, quod forte, vel arte, aut miseri-

Digitized by Google

templaque munificentia[12] municipum:[v] et Vespasianus hortabatur.

35. Ceterum assidere sepultæ urbis ruinis,[w] noxia tabo[1] humus haud diu permisit: ad tertium[x] lapidem progressi, vagos paventesque Vitellianos, sua quemque apud signa, componunt. Et victæ legiones, ne, manente adhuc civili bello, ambigue agerent, per Illyricum[y] dispersæ. In Britanniam inde et Hispanias nuntios famamque, in Galliam Julium Calenum, Tribunum:[z] in Germaniam Alpinum Mon-

basilicæ, *fora, et ædes sacræ, liberalitate municipum* sen indigenarum; *et Vespasianus eos incitabat.*

Ceterum quia pestilens tabo ac sanie *locus* erat, *haud diu licuit immorari cineribus excisæ coloniæ: cum ad tertium lapidem processissent, palabundos trepidosque Vitellianos, sua quemque apud vexilla, instruunt. Et victæ legiones, ne, durante adhuc civili motu, dubia fide agitarent, per Illyricum distributæ* sunt. *Dein misere in Britanniam et Hispanias nuntios rumoremque; et* victoriæ *testes, Julium Calenum, Tribunum, in Galliam, quia is Æduus, et Alpinum Montanum, præfectum*

Corb. *redeprecabantur.*—12 Sic Ms. Reg. editio princeps et Cl. Lallemand. Ita quoque Ms. Agr. secunda manu. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *magnificentia*, et sic Gronovius et Ryckius.

1 Ms. Agr. *tabe.*

NOTÆ

cordia victorum, cædem aut prædam effugerat, vel etiam neglectum erat; quod, scil. in prædam vile esset, et quod nemo hos captivos emeret redimeretve. *Reliquus*, id est, relictus, seu superstes cladi populus.

Reliquus] Intellige alios omnes, simul et qui redemti erant a propinquis.

[v] *Municipum*] Id est, Incolarum istius regionis, etiam oppido conterminæ. Erat autem Cremona colonia Romana; igitur Cremonenses, puto, *municipes* fuere, quibus nempe communicata civitas Romana, sed sine suffragio.

Quod genus municipum sic describit A. Gellius, XVI. 13. 'Municipes esse cives Romanos ex municipiis, suo jure et suis legibus utentes; muneris tantum cum populo Rom. honorarii participes, a quo munere capessendo appellatos videri,' &c.

Tacitus hos accolas vocat *municipes*, non comparate ad civitatem Rom. sed ad ipsam coloniam Cremonensem, quamvis forte et ipsi jure coloniæ Rom. gauderent. Tale autem genus civitatum vocat Tac. *oppidum*, *coloniam*, seu *municipium*, indistincte. Hinc et *municipes* ibi appellat Cremonenses *accolas*, quia eodem jure cum oppidanis utebantur. Et hi ipsi coloni civesque Rom. erant. Nam huc usque civitas Rom. propagata, ut habet Tacitus l. XI. Ann.

[w] *Ruinis*] Id *bustum urbis* vocatur.

[x] *Ad tertium*] Leuca Gallica intelligi possit.

[y] *Per Illyricum*] *Illyricum* veluti genus est, cujus species seu partes sunt Pannonia, Mœsia, et Dalmatia.

[z] *Julium Calenum Tribunum*] Calenus ille *Æduus*, et tamen civis Ro-

Digitized by Google

tanum, Præfectum cohortis, quod hic Trevir,[a] Calenus Æduus, uterque Vitelliani fuerant, ostentui[a] misere. Simul transitus Alpium præsidiis occupati: suspecta Germania,[b] tanquam in auxilium Vitellii accingeretur.

36. At Vitellius, profecto Cæcina, cum Fabium Valentem, paucis post diebus, ad bellum impulisset,[1 c] curis luxum obtendebat:[d] non parare arma, non alloquio exercitioque

cohortis, in Germaniam, quia hic Trevir, ambo Vitelliani fuerant. Eodemque tempore aditus Alpium copiis seu stationibus *obsessi: quia infesta Germania, et quasi* ipsa *in defensionem Vitellii exsurgere pararet.*

At Vitellius, digresso Cæcina, cum paucis interjectis diebus Fabium Valentem ad expeditionem incitasset, instantibus *negotiis luxum prætexebat: non accingere se*

2 Budens. *Triumvir.*
1 Mallet Cl. Ernestus, *expulisset.* At probum, *impulisset.* Brotier.

NOTÆ

manus, ac forte senatoriæ stirpis. Nam in senatum asciti erant Lugdunenses et Ædui, sub Claudio.

Et ille *tribunus* militum fuit alicujus cohortis ac legionis Rom. ad differentiam aliorum sociorum, qui auxiliarium cohortium seu popularium suorum tantum *præfecti* erant; et quandoque civitate donati, sed in senatum non asciti. Sic hoc loco Alpinus Montanus Trevir *præfectus cohortis* appellatur. *Tribuni*, equestres militias obtinebant, et nobiles erant, et sæpe laticlavii.

[a] *Ostentui*] Fortunæ ac victoriæ.

[b] *Suspecta Germania*] Certe *in auxilium Vitellii accingeretur*, si quis dux adesset, si Fabius Valens penetraret ad legiones. Et certe hic plebeius miles obstinatus pro Vitellio erat, nisi obstaret ac divexaret interim castra legionum Germanicarum Civilis Batavus, illato palam Romanis bello, excitis Gallis Germanisque, initio, prætextu et vocabulo Vespasiani: qui dein et suo nomine imperium Galliarum affectavit, cum aliis proceribus Galliarum.

[c] *Ad bellum impulisset*] Expedire jussisset.

[d] *Curis luxum obtendebat*] Vertit Interpres Gall. Curis imperii luxum velabat. Sensus forte est: Curas obtendisse luxui. Nam ingentes curæ, magni labores, perinde voluptatibus et amœnitatibus levari egent. Sic Ann. lib. II. 33. 'Distinctos senatus et equitum census; non quia diversi natura, sed ut locis, ordinibus, dignationibus antistent, talesque ad requiem animi, aut salubritatem corporum parentur. Nisi forte clarissimo cuique plures curas, majora pericula subeunda; delinimentis curarum et periculorum carendum esse.' Ubi pro, *talesque*, legunt alii, *voluptatesque*. Sed quod in aliis ducibus res fuit, aut necessitas, in Vitellio tantum prætextus erat.

Curis luxum] Luxu et voluptatibus se immergebat, abdebat se lucis ac nemorum umbris, prætexens forte, quasi in secessu curas imperii aut belli meditaretur, cum neque vel inter scyphos de bello cogitaret aut loqueretur. Infra: 'Umbraculis

Digitized by Google

militem firmare, non in ore[a] vulgi[e] agere: sed umbraculis hortorum abditus, ut ignava animalia, quibus si cibum suggeras, jacent torpentque, præterita, instantia,[f] futura,[g] pari oblivione dimiserat.[h] Atque illum, in nemore Aricino[i] desidem et marcentem, proditio Lucilii Bassi, ac defectio classis Ravennatis perculit.[3 j] Nec multo post de Cæcina affertur mixtus gaudio dolor:[k] et descivisse, et ab exercitu vinctum. Plus apud socordem animum lætitia, quam cura valuit:[l] multa cum exultatione in urbem revectus, frequenti

ad arma, non adhortatione et disciplina exercere militem, non in conspectu populi agitare: sed umbris hortorum occultus, ut segnes animantes, quibus si saginam suppedites, dormiunt et stupent, priora, præsentia, futura, eadem incuria socordiaque omiserat. Atque illum in luco Aricino inertem et torpentem exterruit perfidia Lucilii Bassi, et transitio classis Ravennatis. Et paulo post affertur de Cæcina mixtus lætitia ac mœrore nuntius; scil. *et defecisse* ipsum, *et a milite catenas* illi *injectas* esse. *Plus polluit gaudium apud segne ingenium, quam dolor. Magna cum ostentatione lætitiæ in civitatem reversus, pro Rostris celebrat* caritatem

2 Sic bene Mss. Flor. Agr. Lipsius et recentiores. In Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *more vulgi*. Idem.—3 Ms. Reg. *percutit*. Tentabat Cl. Ernestus, *percussit*; quod, inquit, nuntii non *percellunt*, sed *percutiunt*. At id nimis delicatum censuerim. *Brotier.*

NOTÆ

hortorum abditus.' Et mox, 'in nemore Aricino desidem,' &c.

Curis luxum obtendebat] Forte magnitudinem curarum prætexebat, ut luxui ac voluptatibus indulgere et animum recreare pro jure suo videretur; seu potius curas graves et instantes luxu, ganeaque et epulis velabat, obtegebat. Nam non *parare arma, non alloquio*, &c. Quasi nullis curis imperii aut belli anxius, lacivebat; sic quasi nulla se gravi cura distractum fingebat.

[e] *Non in ore vulgi*] *In ore agere*, est Latinis, coram et in conspectu sese offerre. Sallustianum est, in oratione Cottæ ad Quirites: 'A prima adolescentia, in ore vestro privatus et in magistratibus egi.' Fragmento alio: 'In ore agens gentibus, populo, civitati,'

Tacitus iterum hoc libro: 'Julianus ad L. Vitellium perductus, verberibus fœdatus, in ore ejus jugulatur.' *Lipsius.*

[f] *Instantia*] Præsentia, imminentia.

[g] *Futura*] Quæ ex præsentibus ac præteritis facile conjectare ac providere potuit.

[h] *Dimiserat*] Pro *omiserat*.

[i] *Nemore Aricino*] De quo Horat. 'Cum lucus et ara Dianæ.' At non tantum Ariciæ nemus sacrum Dianæ: sed et omnis lucus, etiam si aliis Diis nuncupatus sit. Servius: 'Nam, ut dicimus, et omnis quercus Jovi est consecrata, et omnis lucus Dianæ.'

[j] *Perculit*] Virg. 'Gravior ne nuntius aures Vulneret.'

[k] *Mixtus gaudio dolor*] Dolor, quia desciverat Cæcina; gaudium, quia ab exercitu vinctus erat.

[l] *Plus apud socordem animum lætitia, quam cura valuit*] Cepit interpres Gall.

Digitized by Google

concione, 'pietatem militum' laudibus cumulat. 'P. Sabinum,[o] Prætorii Præfectum, ob amicitiam Cæcinæ, vinciri' jubet, substituto in locum ejus Alpheno Varo.

37. Mox Senatum, composita[p] in magnificentiam oratione, allocutus, exquisitis Patrum adulationibus attollitur. Initium atrocis in Cæcinam sententiæ[q] a L. Vitellio factum: dein ceteri, composita indignatione, 'quod Consul Rempublicam, Dux[r] Imperatorem, tantis opibus, tot honoribus cumulatus, amicum prodidisset,' velut pro Vitellio[s] conque-

militum. Vincula conjici *jubet* in P. Sabinum præfectum prætorii, tanquam amicum Cæcinæ, *subrogato in ejus locum Alpheno Varo.*

Dein apud patres orationem habuit, meditatis in ambitionem verbis, et quæsitissimis senatorum assentationibus evehitur. Principium immanis in Cæcinam sententiæ a L. Vitellio sumtum: dein reliqui, meditata iracundia, quod consul Remp. deseruisset, dux principem, tantis divitiis, tot dignitatibus evectus amicum,

NOTÆ

quasi apud Vitellium plus valuerit lætitia, audito vinctum esse Cæcinam a milite, quam cura seu tristitia primi nuntii, quo ipse acceperat, rebellasse classem cum Lucilio Basso.

Intellige potius de eodem nuntio, quo *mixtus gaudio dolor:* ita ut plus valuerit *apud socordem* hominem lætitia, quam acceperat de vincto proditore Cæcina, quam *dolor* ex eo, quod descivisset idem Cæcina.

Lætitia quam cura] *Lætitia*, quod nempe vinctus esset Cæcina; *cura*, quod exercitus sine duce esset.

Quam cura] Rebellionis scil. Cæcinæ.

[o] *P. Sabinum*] Supra lib. II. 92. 'Præposuerat prætorianis P. Sabinum a præfectura cohortis,' &c. 'Sabinus Cæcinæ gratia pollebant.' Amicitia Cæcinæ promotus erat Sabinus, nunc eadem hac causa rejicitur. Distingue tres Sabinos in hac historia: *P. Sabinum*, de quo hic Tacitus, distingue *a Flavio Sabino*, qui consul designatus ex Kal. Maiis in Julias, et a Flavio Sabino, qui præfectus urbis, et frater Vespasiani.

[p] *Composita*] Sumunt, quasi ficta esset indignatio. Sed præcise potius intelligendum de meditata oratione, qua iram ostentarent adversus Cæcinam, et de exquisita adulatione in Vitellium principem, qui forte præsens senatui aderat.

[q] *Atrocis in Cæcinam sententiæ*] Haud dubie Vitellius princeps, aut consul, retulerat apud patres de Cæcina proditore ac perduelle damnando. Dein statim L. Vitellius frater, ut consularium præcipuus, atrocem sententiam promsit adversus Cæcinam; quam secuti sunt et *ceteri* Patres, libidine adulandi, et *composita indignatione.*

[r] *Dux*] Legatus Cæsaris.

[s] *Velut pro Vitellio*] Amplificando Vitellii benignitatem erga hominem ingratum et indignum, ipsi ægre sibi esse testantur, tantum viri propudium sibi præferri, et tamen Vitellii vicem deplorare palam videntur. *Savilius.*

Velut pro Vitellio] Suam sortem potius dolebant, quam Vitellii, suamque simul, forte et Reipub. vicem mœrebant tot malis conflictati, et quasi

Digitized by Google

rentes,[t] suum dolorem proferebant.[u] Nulla in oratione cujusquam[v] erga Flavianos Duces obtrectatio: 'errorem[w] im-

tanquam Vitellium deflentes, suam indignationem promebant. Nulla in sermone cujuspiam adversus Flavianos Duces jacta *contumelia: incusantes* errorem et ig-

NOTÆ

pro Vitellio gemerent, pro se ipsis gemebant. Dum detestamur scelus ingrati perfidique hominis, rem nostram agimus, 'fortunam nostram in consilio habemus,' ut ait Curtius: et nihil ejusmodi 'a nobis alienum est.'

Vel quasi pro Vitellio dolerent, suum dolorem ipsi promebant; quod nempe illis prætulisset Cæcinam, eumque tantis honoribus opibusque evexisset, dum tot probi viri mœrerent et egerent in Repub. se enim quisque primo respicit, dein alios.

Vel dolebant etiam, quod tantorum munerum arbiter esset Vitellius. Et sic utrique infensi erant, et Vitelllo, quod talia dare, et Cæcinæ, quod accipere potuisset; quod et interim laceraretur Respub. talibus ducibus addicta ac mancipata. Infra 58. 'Plerique haud perinde Vitellium, quam casum locumque principatus miserabantur.'

[t] *Conquerentes*] Quod tot honoribus cumulatus, amicum prodidisset: non tam pro Vitellio sic conquerebantur, quam pro se; tum magis dolorem suum proferebant, quam Vitellii. Et sese ipsi in tali amici perfidia respiciebant.

Illi, ut puto, fraudem perfidiamque et insidiosam amicitiam indefinite exhorrebant, se respicientes, et sua; non Vitellii causa, quem jam spernere assueverant omnes boni, ut patet, cap. seq. 59.

[u] *Suum dolorem proferebant*] Forte, quod non iisdem opibus cumulati essent, et tamen cum periculo suo fidem servare Vitellio cogerentur, sæpe utrisque partibus suspecti aut invisi, *fidi* dominanti cum periculo, nunquam cum præmio.

Suum dolorem] Forte 'suam fortunam in consilio habuere,' ut ait Curtius, vel sibi prælatum Cæcinam indignabantur patres quidam; vel indistincte, et in genere, proditorem exhorrebant. Et quod Vitellio contigerat, scil. prodi ab amico, potuit singulis contingere patribus, et sæpe contigerat ante, sub malis dominationibus. Non certe in tanta fortuna illi; attamen pari dolore, pari exitu atque exitio prodebantur, subvertebantur.

Forte Cæcinam, ut tumidum et superbum, et jam opibus nimis elatum ultro oderant patres, ut fit: sicque 'velut pro Vitellio conquerentes, suum dolorem proferebant' adversus Cæcinam.

[v] *Nulla in oratione cujusquam*] Nulla *cujusquam* Patrum obtrectatio in Flavianos. Nempe hi Vitellium in senatu suis orationibus, seu potius adulationibus, extollebant; tali tamen arte, ut Flavianis ducibus, et ipsi Vespasiano caverent obtrectare, errorem legionum incusare contenti.

Nulla...erga Flavianos duces obtrectatio] Metu scil. et quasi jam spe et animo victoriam Flavianorum et cladem Vitellii præsumsissent.

[w] *Errorem*] Innoxia vocabula usurpant, ἁμαρτήματα et ἀτυχήματα vocant, quæ alias, si vincerent Vitelliani, vera forent ἀδικήματα. Verum et ingens crimen foret, quod nunc *errorem et imprudentiam* vocant.

Digitized by Google

prudentiamque exercituum' culpantes, Vespasiani nomen suspensi et vitabundi circumibant.[x] Nec defuit,[y] qui unum Consulatus diem (is enim in locum[1] Cæcinæ supererat) magno cum irrisu[2 z] tribuentis accipientisque,[3] eblandiretur.[4 a] Pridie Kal. Novembris[b] Rosius[5] Regulus[c] iniit, ejuravitque.[6 d] Annotabant periti, 'nunquam[7] antea, non

norantiam legionum, *Vespasiani vocabulum dubii ac pendentes animi circumloquendo deritabant. Et extitit, qui blanditiis impetraret unum consulatus diem, qui in locum Cæcinæ restabat, 'plurima cum irrisione assumentis et concedentis. Pridie Kal. Novembris Rossius Regulus obtinuit* consulatum, *abdicaritque. Ob-*

1 Ms. Bodl. *Is enim Cæcinæ supererat.* Additum in margine, *in locum.* Hæc autem loco suo mota existimat Cl. Ernestus; sicque refingenda putat: *in locum Cæcinæ (is enim supererat)* vel, *is enim supererat in locum Cæcinæ.*—2 Ms. Corb. *cum risu.*—3 Ita Mss. Reg. Corb. veteres et recentiores editiones. In Ms. Flor. *tradentisque accipientisque.* Rhenanus, inverso ordine, *accipientis tribuentisque.*—4 Sic Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *blandiretur.* At prima hujus verbi litera facile excidit, cum superior vox in eandem desineret. *Brotier.*—5 Ita Mss. Flor. Corb. Bud. Guelf. editiones veteres et recentiores. Beroaldus, *Rossius.* Mss. Reg. Harl. Jes. Agr. et Ryckius, *Roscius.*—6 Budens. omisit *que.*—7 Vertranius

NOTÆ

[x] *Circumibant*] Vespasiani nomen haud proferebant, promendo sententias, sed periphrasi, seu circumlocutione utebantur, ne eum offenderent; et ut mox interpretari possent, pro fortuna et eventu.

[y] *Nec defuit*] Forte non defuere multi, qui tale decus ambirent, non sine *irrisu*, licet unus obtinuerit. Nec exemplum deerat Vitellio, aut Rosio.

[z] *Cum irrisu*] Qui *irrisus* sumi debet passive, non active, ita ut magnopere irriderentur et Vitellius, qui dabat talem consulatum, et Rosius, qui accipiebat; licet etiam ipsimet deridere se ipsos debuissent ne irriderentur, si quis pudor inesset.

[a] *Eblandiretur*] Vetus lectio, *blandiretur* forte rectius pro genio Taciti, qui verbum simplex usurpare solet.

[b] *Pridie Kal. Novembris*] Ultima die Octobris. Nempe cum pridie, aut paucis ante diebus, allatum esset de rebellione Cæcinæ, cui statim consulatus abrogari debuit, lata lege, si saperet Vitellius. Sed hæc instituta veteris Reipub. facile omittebat.

[c] *Rosius Regulus*] Alius ille ab *Aquilio Regulo*, qui infra Hist. lib. IV. 42. tamen dicitur, 'raptis consularibus spoliis ... saginatus:' nempe sub Nerone ille delator insignis.

Sed quia juvenis et quæstorius dicitur, et quia frater ille Messallæ, qui in partibus Flavianis, haud dubie alius est ab illo nostro Rosio Regulo, qui consulatum hic init ejuratque eadem die; ita ut, durante consulatu, semper vigilarit egregius consul.

Et quod dicitur Tacito, lib. IV. de *consularibus spoliis*, hoc intelligo de spe consulatus tantum, aut certe de *insignibus consularibus*, quæ Rosius rapuerat ex Nerone præmium delationum. Aut forte, quia consules spoliasset aut occidisset in ipso consulatu.

[d] *Iniit, ejuravitque*] Suet. Aug. 26.

Digitized by Google

abrogato[e] Magistratu, neque lege lata, alium suffectum:' nam Consul uno die[f] et ante fuerat Caninius Rebilus, C. Cæsare Dictatore, cum belli civilis præmia festinarentur.[8 g]

servabant eruditi, nunquam alias *consulem* subrogatum, nisi abrogato magistratu *decessoris*, vel condita *in id* lege: *quippe etiam Caninius Rebilus antea consul fuerat uno die, C. Cæsare Dictatore, cum armorum civilium properarentur præmia.*

****

aliïque emendant, *nonnumquam*. At nihil mutandum. Rosius Regulus consul fuit suffectus, vivente adhuc Cæcina, neque abrogato magistratu, neque lege lata, quod nunquam antea visum. Consul quidem ante fuerat Caninius Rebilus uno die, sed defuncto cousule. *Brotier.*—8 Pro *festinarentur* Budens. dat *dictarentur:* unde Rhenan. *ista darentur.*

NOTÆ

'Secundum vero (consulatum) paucissimis horis gessit. Nam die Kal. Januarii, cum mane pro æde Capitolini Jovis, paululum curuli sella præsedisset, honore abiit, suffecto alio in locum suum.' Sed ille per fastidium et satietatem abiit consulatu. At alii isti ἐφήμερα ζῶα vocari possint: tempore ac necessitate coacti se abdicabant.

[e] *Nunquam antea non abrogato*] Lego, *nonnunquam;* nam Quinto Fabio, extrema die magistratus sui defuncto, in residuas horas Caium Caninium Rebilum Jul. Cæsar substituit.

Qua in re tum labefactata majorum instituta Dion Cassius ait lib. XLIII. extremo, quod Caninius simul ac consul factus, gessit, deposuitque consulatum: quod Cicero cavillatus, tanta solicitudine ac cura consulem eum in suo magistratu usum dixit, ut ne brevissimum quidem in eo somnum admiserit.

Hinc aperias Sueton. Jul. 76. 'Pridie Kalendas Jan. repentina consulis morte cessantem honorem, in paucas horas petenti dedit.'

Tum in illo Cæsar prævaricatus est, quod integro anno consulatum non gessit, sed ipse vivus, nullo exemplo, nullis patriæ legibus, nulloque edicto jussus, magistratu se abdicavit, aliosque subrogavit.

Exinde receptum scribit Cassius, ut perpauci toto anno consulatum gererent. Quare in Rosio Regulo falso annotasse periti videantur, nunquam ante id tempus, non abrogato magistratu, neque lege lata, consulem alii suffectum, si receptam in Cornelio scriptionem probes. *Vertranius.*

Nunquam antea non abrogato] Sic scripsit Tacitus, et sic scribere solet, ubi de rebus novis et hactenus inauditis. Et quæ summa *peritia* in eo foret, si jam ante sub primis Cæsaribus id usurpatum esset?

Nec id antea usurpatum esse, clare indicare videtur, tum socordia Vitellii et inscitia Reipub. cum ipse Tacitus, infra Hist. lib. IV. 47. scil. jam sub imperio meliorum 'abrogati inde, legem ferente Domitiano, consulatus, quos Vitellius dederat.' Ita abrogabatur magistratus, neque, nisi *lege lata*, sufficiebatur alius consul.

Quod afferunt de Cæsare, qui nulla lege lata, consulatu se abdicavit, aliosque consules sibi suffecit, nihil forte ad rem; quia tum ille fuit perpetuus dictator: sicque supra leges, et supra magistratus. Nec forte potuit se abdicare lege lata, quia sic de-

Digitized by Google

38. Nota per eos dies Junii Blæsi mors et famosa fuit: de qua sic accepimus. Gravi corporis morbo æger Vitellius, Servilianis hortis, turrim[h] vicino sitam collucere, per noctem, crebris luminibus[i] animadvertit.[1] Sciscitanti causam, 'apud Cæcinam Tuscum epulari multos, præcipuum honore Junium Blæsum,' nuntiatur: cetera in majus, de 'apparatu et solutis in lasciviam animis:' nec defuere,[j] qui ipsum Tuscum et alios, sed criminosius Blæsum, incusarent, 'quod, ægro Principe, lætos dies ageret.' Ubi asperatum[2] Vitellium, et posse Blæsum perverti, satis patuit iis, qui Principum offensas acriter speculantur, datæ L. Vitellio delationis

His diebus mors Junii Blæsi cognita, et celebrata vulgi rumoribus fuit; de qua sic traditum est. Adversa valetudine detentus Vitellius in Servilianis hortis, vidit turrim haud procul disitam, quæ per noctem multis lampadibus fulgeret. Roganti causam, renuntiatur, multos celebrare convivium apud Cæcinam Tuscum, et in iis præcellere dignitate Junium Blæsum: *reliqui in pejus,* de luxu et procacibus in lasciviam animis: *et extitere, qui criminarentur ipsum Tuscum et alios, sed acrius infestiusque Blæsum,* quod graviter ægrotante Imperatore, lætitiæ et genio indulgeret. *Postquam irritatum Vitellium, et posse Blæsum subverti, satis innotuit iis qui dominantium iras diligenter introspiciunt, delatoris munus*

1 Budens. *advertit.*—2 Male Puteolanus, *aspernatum.* Brotier.

NOTÆ

ponere summum in Repub. imperium videretur. Qui dictator erat, sic eminenter quasi perpetuus fuit consul. Sicque sibi subrogare consules, se abdicare magistratu non potuit. Aut potius in regulam non cadunt, quæ fiunt cum leges silent et nulla Reipub. species relinquitur; cum cuncta in se traxit vis unius, et dominatio. Tum certe, 'omnia Cæsar erat.' Nec etiam liquet ex Suetonio fuisse suffectum olim consulem, non *lege lata.*

[f] *Consul uno die*] Quod exemplum improbavit Nero. Suet. 15. 'Defunctoque circa Kalendas Jan. altero e consulibus, neminem substituit: improbans exemplum vetus Caninii Rebili, uno die consulis.'

[g] *Festinarentur*] Nempe ut plures in partem Reipub. seu potius prædam statim vocarentur; ii nempe, qui armis civilibus, victoriam Cæsaris juverant.

[h] *Turrim*] Quia turris vicina, edita, et crebris facibus colluceret, ideo maxime conspicua. Formidoloso perculsoque dominanti, suspecta statim omnia: jamque noctes longiores, utpote mense Novembri, quo facinus perpetratum est.

[i] *Crebris luminibus*] Sic rebus lætis usurpatum, ut lucernas accenderent, funalia, cereos, &c. ac lauru fores exornarent.

[j] *Nec defuere*] Favebant nempe aulici illi, perversi amici, seu liberti L. Vitellio, *qui infensus* erat *Blæso, æmulatione prava,* et qui *delationis partes* statim suscepit.

Digitized by Google

partes. Ille[3] infensus Blæso æmulatione prava,[k] quod eum, omni dedecore maculosum,[l] egregia fama anteibat, cubiculum Imperatoris reserat, filium[m] ejus sinu complexus et genibus[n] accidens: causam[o] confusionis[4 p] quærenti, 'non se proprio metu, nec sui anxium, sed pro fratre, pro liberis[5] fratris, preces lacrymasque attulisse. Frustra Vespasianum timeri, quem tot Germanicæ legiones, tot provinciæ virtute ac fide, tantum denique terrarum ac maris[6] immensis spatiis, arceat. In urbe ac sinu cavendum hostem, Junios Antoniosque avos[q] jactantem, qui se stirpe Imperatoria,[r]

datum est L. Vitellio. Ille infestus Blæso, maligno livore, quod ipsum, omni flagitio probrosum, eximio decore antecelleret, cubiculum Principis aperit, filium ejus gremio excipiens, et pedibus advolutus, fratri *sciscitanti causam perturbationis,* respondet, non se pavore proprio, nec de se solicitum, sed preces fletusque attulisse pro Principe, et pro liberis Principis. Abs re metui Vespasianum, quem tot Germanicæ copiæ propellant, tot et tanta denique terrarum ac pelagi spatia prohibeant. In civitate et *ipso* sinu metuendum *esse* hostem, Junios Antoniosque *ut* majores *suos* ostentantem, qui domo imperatoria *ortum,*

3 Male Puteolanus, *illic infensus.* Idem.—4 Budens. *effusionis.*—5 Cl. Ernestus, *pro libertis.* Sane operarum errore. Adversantur enim libri omnes. *Brotier.*—6 *Ac maris* omissum in Ms. Corb.

NOTÆ

[k] *Prava*] Maligna, iniqua, quæ eo infensior et acrior est, quo magis *sine causa* suscipitur.

[l] *Omni dedecore maculosum*] Infra cap. 77. 'L. Vitellio, quamvis infami, inerat industria, nec virtutibus, ut boni, sed quomodo pessimus quisque, vitiis valebat.'

[m] *Filium*] Qui parum aptus imperio, puer ille fere mutus et 'titubantia oris elinguis,' teste Sueton.

[n] *Genibus*] Imperatoris: patris nempe, non filii.

[o] *Causam*] Quæ nova res, quæ causa pavoris, qui vultu, voce, verbis se promebat.

[p] *Confusionis*] Infra de Domitiano: 'Crebra oris confusio pro modestia accipiebatur.'

Confusionis] Consternationis seu pavoris. Infra: 'Non se proprio metu,' &c.

[q] *Junios Antoniosque avos*] Ex utroque hoc nomine causam habuerunt stirpis suæ origiuem ab Octavia repetendi, Augusti sorore; ut perspecta genealogiæ series probat. *Savil.*

[r] *Stirpe imperatoria*] Ne intelligas stirpem *Cæsarum*, sed *imperatorum*, more prisco: intellige Junios et Antonios, qui olim *imperatores* appellati ab exercitibus Rom. vel etiam summo fastigio dignati, ut Antonius.

Vel *stirpe imperatoria*, id est, ad imperium nata ac destinata, propter nobilitatem. Sic l. XIII. 17. Nero post occisum Britannicum sic disserit: 'Tanto magis fovendum patribus populoque principem, qui unus superesset e familia, summum ad fastigium genita.'

Stirpe imperatoria] Vertunt: 'stirpe

Digitized by Google

comem ac magnificum militibus, ostentet. Versas illuc omnium mentes,[s] dum Vitellius, amicorum inimicorumque negligens,[t] foveat[7] æmulum,[u] Principis labores[v] e convivio prospectantem. Reddendam pro intempestiva lætitia mœstam et funebrem noctem,[w] qua sciat et sentiat, vivere Vitellium et imperare, et, si quid fato accidat,[8] filium habere.'

exhibeat se militibus popularem et magnificum. Pronos illuc omnium animos, dum Vitellius amicorum infensorumque incuriosus, tolerat rivalem, qui Imperatoris morbum ex mensa et epulis prospicit. Pro gaudio *illo* præpostero reddendam *ei* noctem tristem et feralem, qua sciat, qua cognoscat spirare Vitellium et rerum potiri, et, si quid humanitus contingat, ipsi filium esse.

7 Vulgo *fovet*. Bipont. *foveret*.—8 Ms. Corb. *fato decidat*.

NOTÆ

Cæsarum:' quod falsum puto. Illic Blæsus jactat tantum 'Junios Antoniosque avos,' non *Cæsares*.

Stirps imperatoria sumi hic debet, pro more veteris Reipublicæ. Quæ tamen summa dispositio ad supremum fastigium, seu principatum. Et hoc est quod criminose hic objectatur Blæso.

Stirpe imperatoria] Non proprie *principali*, sed *imperatoria*, veteri more, quo duces exercituum *imperatores* appellabantur. Nec aliter etiam Antonius vocari *imperator* debuit, licet Triumvir Reipub. constituendæ fuerit. Nondum plane extincta erat Respub. nondum unus imperabat.

[s] *Versas illuc omnium mentes*] Addit causam Interpres Gall. ex suo. Quia nempe Blæsus maxima beneficia accepisset, acciperetque etiamnum a principe: quod falsissimum.

Versæ illuc omnium mentes, quia scil. jactaret Blæsus 'Junios Antoniosque avos,' quod 'se stirpe imperatoria comem ac magnificum militibus ostentaret.'

Et quod silet Vitellius delator, ob 'elegantiam morum' et innocentiam ac vitæ sanctitatem: quod præcipue 'Cæcina et primores partium, jam Vitellium aspernantes,' in Blæso respexerant.

Et sæpe observavi, quoties e suo penu profert aliquid Interpres, toties fere a sensu auctoris aberrare.

[t] *Amicorum inimicorumque negligens*] Hoc est amicos et inimicos non discernens. *Pichena*. Qui inimicos non ulciscitur, simul et amicorum salutem negligere videtur.

[u] *Foveat æmulum*] Non beneficiis, aut favore, ut vertunt. Sed foveri dicitur æmulus imperii, qui non statim subvertitur.

Foveat] Toleret, proprie: et hoc delator nimis auget.

[v] *Principis labores*] Sic ambigue designat et ægritudinem animi seu imperii curas, et morbum seu dolores ex mala valetudine.

Labores] Morbum intelligit corporis, forte simul et animi æstus, seu belli civilis curas: quod innuere videtur his verbis; 'sciat et sentiat vivere Vitellium,' en morbum; 'et imperare,' en curas belli et Reipub.

[w] *Funebrem noctem*] Non de morte præcise intelligit, sed de *nocte* qua convivium celebrabant apud Cæci-

Digitized by Google

39. Trepidanti inter scelus metumque, ne dilata Blæsi mors maturam perniciem,[1] palam jussa[2] atrocem invidiam, ferret, placuit veneno grassari. Addidit facinori fidem[x] nobili[3][y] gaudio, Blæsum visendo:[z] quin et audita est sævissima Vitellii vox, qua 'se'[4] (ipsa enim verba referam) 'pa-

Dubitanti inter facinus et formidinem, ne prolata nex Blæsi properum sibi exitium afferret, et ne *aperte imperata immane odium* in se concitaret, illum *veneno interfici placuit. Ut crederetur scelus, effecit, insigni lætitia, Blæsum inspiciendo: quin etiam excepta est atrocissima vox Vitellii, qua (eadem quippe verba tradam)*

1 Sic bene Mss. Flor. Corb. Agr. editio princeps, Rhenanus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *maturam pœnitentiam*. Brotier.— 2 Male editio princeps, *palam visa*. Ms. Agr. *palam jussa autem atrocem, &c.* Idem.—3 Mallet Lipsius, *notabili*. Melius, ut opinor, *ignobili gaudio*. Brotier. —4 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps et recentiores. Mss.

NOTÆ

nam Tuscum: ita ut pro nocte illa amœna ac læta, redderent Blæso *mœstam et funebrem noctem*, exitio scilicet.

[x] *Fidem*] *Addidit facinori fidem*, non præcise quia gaudebat; sed quia Blæsum videre voluit, et quia vox ejus sævissima audita est. Gaudium prodidit visendo et loquendo, et ex manifesto gaudio creditum scelus et compertum est.

[y] *Nobili*] Id ironice dictum, quasi scil. dignum principe Rom. gaudium fuerit, pavisse 'oculos spectata inimici morte.' Aliis *notabili*, id est, illustri, manifesto.

Nobili gaudio] Alii, *notabili:* sed puto, dixit Tac. *nobili gaudio*, et sic deridet vanitatem hominis. Et certe risum meruit talis Cæsar et princeps, hocce gaudio gestiens: 'Magnanimo satis est hostem prostrasse leoni:' et ultra mortem extendisse injuriam flagitii est.

Nobili gaudio] Sperne lectionem, *notabili*, quæ non ex libris: melior, ac prægnantioris sensus est vox, *nobili*, et magis pro genio Taciti.

[z] *Blæsum visendo*] Si de Blæso intelligenda sunt illa Suetonii 14. 'Occidit etiam unum veneno, manu sua porrecto, in aquæ frigidæ potione, quam is affectus febre poposcerat;' certe Vitellius invisebat Blæsum ægrotantem; et forte aulico comitatu stipatus ille, petenti frigidam ægroto, venenum infundi præsens jussit, vel infudit ipse, quasi amico, verniliter, pro suo more blandiretur, et velut officio et honore demulceret, amicum occidit; ut Nero, Burrhum olim et amitam suam præsens occiderat: quod etiam inter domesticos Blæsi facile potuit princeps, ministros Blæsi metu ac splendore aulico perstringens, aut etiam removens.

Et asserit Tacitus, illum vidisse mortuum, 'et pavisse oculos spectata inimici morte.' Quasi postea præ nobili gaudio id jactasset Vitellius. Sed potuit forte illum videre ægrotantem, dein et mortuum.

Certe jam alibi dixerat apud Suet. 11. ubi de Othone: 'Optime olere occisum hostem, et melius civem.' Et 14. 'Coram interfici jussit, velle se dicens pascere oculos:' ubi de fœneratoribus aut publicanis, 'qui unquam se, aut Romæ debitum, aut in via portorium flagitassent.'

Digitized by Google

visse oculos,[a] spectata inimici morte,' jactavit. Blæso, super clarítatem natalium[b] et elegantiam morum, fidei ob-

gloriatus est, se satiasse oculos, aspecto infensi hominis exitio. *Blæso, præter*

Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *qua (ipsa enim verba referam) se pavisse.*—

NOTÆ

[a] *Pavisse oculos*] Similem immanitatem exprobrat Dolabellæ Cicero Philipp. II. 'Ac Dolabella quidem tam fuit immemor humanitatis, quanquam ejus nunquam particeps fuerit, ut suam insatiabilem crudelitatem exercuerit, non solum in vivo [Trebonio,] sed etiam in mortuo, ac in ejus corpore lacerando atque vexando, cum animum satiare non posset, oculos paverit suos.'

Pavisse oculos morte] Suetonius Vitel. 14. de altero refert, non de Blæso: scil. 'quendam in ipsa salutatione supplicio traditum, statimque revocatum, cunctis clementiam laudantibus coram interfici jussit, velle se dicens pascere oculos.'

Spectata inimici morte] Videtur Blæsus, (quantum patet ex Tacito,) nullo morbo implicitus periisse; et videtur tantum post mortem illum invisisse Vitellius, ut ejus exitio frueretur, pasceretque oculos. Aliter Suetonius, qui vult invisisse Blæsum ægrotantem.

[b] *Blæso, super claritatem natalium*] Aliquas circumstantias addit Suetonius, vel dissimulatas Tacito, vel ignoratas. Cum dicit *nobiles* viros, aperte innuit *Dolabellam* et *Blæsum;* cum dicit, *ad societatem imperii allicefactos*, respicit tantum ad Dolabellam, qui literis Vitellii evocatus, forte prætextu communicandæ potentiæ, cum interim tamen juberet illum interfici Interamnæ; quam fraudem forte et sensit ipse Dolabella, sed comitas principis, falsa seu vera, pro imperio et necessitate fuit.

Cum de *veneno* tradit Suetonius, innuit Blæsum; cum addit, *manu sua porrectum*, non ei repugnat Tacitus, cum refert Vitellii vocem, qua 'se pavisse oculos spectata inimici morte jactavit.'

Et cum addit Suetonius, 'in aquæ frigidæ potione, quam is affectus febre poposcerat,' innuit, non esse statim patratum facinus, sed interjectis aliquot, post epulas apud Tuscum celebratas, diebus, et forte postquam Blæsus in febrim incidisset; exemplo olim Neronis, qui Burrhum veneno necavit, prætextu, et quasi morbo faucium medelam adhiberet.

Sed certe, ut ingenue fatear, hæ genus circumstantiæ valde incertæ sunt, et pro ingenio vulgi: pro variis rumoribus, dubia et varia historia est: et potius transcurrit historiam Suetonius, quam transcribit; et sæpe ex fama ac mente vulgi.

Et hoc loco Suetonii *affectus febre* Blæsus; attamen ex Tacito hic, æger fuit ipse Vitellius. Nam Blæsum incusabant, 'quod ægro principe lætos dies ageret.'

Nec est *allicefactus* Blæsus, ut vult Suetonius, spe imperii a Vitellio; immo potius a *Cæcina et primoribus partium* Flavianarum *ambitus, abnuere perseveravit*, ex Tacito. Adeo sunt incerta, quæ de imperitantibus vulgantur aut scribuntur. Sicque frustra conciliantur historici. Alii aliud credunt, et prout animi, prout judicia diversa sunt, ita et scripta auctorum.

Digitized by Google

stinatio[c] fuit. Integris quoque rebus,[d] a Cæcina et primoribus partium, jam Vitellium aspernantibus, ambitus, abnuere perseveravit: sanctus,[5] inturbidus, nullius repentini honoris, adeo non Principatus appetens, parum effugerat,[6] ne dignus crederetur.

40. Fabius interim Valens, multo ac molli concubinarum spadonumque agmine, segnius quam ad bellum incedens, 'proditam a Lucilio Basso Ravennatem[e] classem,' pernicibus nuntiis accepit.[f] Et, si cœptum iter properasset,

nobilitatem stirpis et venustatem ingenii, fidei perricucia fuit. Illibatis etiam rebus, solicitante Cæcina, simul et proceribus partium jam Vitellium spernentibus, principatum *recusare perstitit, innocens, a noris rebus abhorrens, ac nullius subitæ* aut *prematuræ dignitatis, adeo non imperii cupiens, ut parum abesset, quin idoneus haberetur.*

Interea Fabius Valens, plurimo lasciveque scortorum et eunuchorum grege stipatus, et *lentius quam ad bellum ingrediens, velocibus nuntiis admonitus est,* Ravennatem classem cum Lucilio Basso descivisse. *Et si semel initam viam accele-*

5 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In editione principe, *factus*. Inde conjiciebat Cl. Ernestus, *factis inturbidus*. Brotier.— 6 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Quod merito probatum Jac. Gronovio et recentioribus. Editio princeps et Rhenanus, cum Ryckio, *ut parum effugeret*. Ms. Agr. *effugerit*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ut parum abfuerit*. Idem.

NOTÆ

[c] *Fidei obstinatio*] In ipsum Vitellium *fidei obstinatio* fuit Blæso. Nam a Cæcina et aliis jam Vitellium spernentibus *ambitus*, mutare fidem noluit, nec cupiit imperium, aut ad Flavianos vertit.

[d] *Integris quoque rebus*] Potest sumi, quasi *integris rebus* Vitellii, jam Vitellium aspernarentur; aut quasi *integris quoque rebus* Vitellii, et ante rebellionem Flavianorum auditam, *ambitus* esset Blæsus a Cæcina et aliis *primoribus*, ut suscipere imperium vellet.

Qui duo sensus fere in eundem recidunt: et longe facilius fuit, illici solicitarique Blæsum, integra fortuna et nondum a Flavianis delibata; qui tamen *abnuere perseverarit:* nec *ambitus* Blæsus, nisi cum *aspernati* sunt Vitellium; et utrumque factum est, *integris* Vitellii *rebus*.

[e] *Ravennatem*] Vide l. II. 100.

[f] *Pernicibus nuntiis accepit*] Notandum, imperatores habuisse quosdam dispositos equos, ut citius, quam fieri posset, omnia ipsis nuntiarentur, quæ fierent: vulgus *postas* appellat, quorum Cyrum primum ferunt inventorem.

Augustus, quo celerius cognosceret quæ fierent in provinciis, juvenes primo modicis intervallis per militares vias, dehinc vehicula disposuit.

Cursoribus quoque usi Imperatores Rom. ut Galli reges; per quos illis quam celerrime omnia nuntiabantur, atque ipsi nuntiabant. Capitol. in Ælio Vero. *Lupanus.*

Digitized by Google

nutantem[g] Cæcinam prævenire, aut, ante discrimen pugnæ,[h] assequi legiones[1] potuisset. Nec deerant, qui monerent, 'ut cum fidissimis per occultos tramites, vitata Ravenna, Hostiliam Cremonamve pergeret.' Aliis placebat, 'accitis ex[2] urbe Prætoriis cohortibus[i] valida manu perrumpere.' Ipse, inutili cunctatione, agendi tempora[j] consultando consumsit: mox utrumque consilium aspernatus, quod inter ancipitia deterrimum est, dum media sequitur, nec ausus est[k] satis, nec providit.

41. Missis ad Vitellium literis,[l] auxilium postulat. Venere tres cohortes[m] cum ala Britannica: neque ad fallendum aptus numerus, neque ad penetrandum. Sed Valens ne in

rasset, potuisset antevertere dubitantem Cæcinam; aut ante transactam *prælii fortunam, legiones attingere. Et erant, qui suaderent,* ut per secretos calles, declinata Ravenna, tenderet Hostiliam aut Cremonam cum fidelissimis comitibus. *Alii censebant,* ut accersitis Roma prætoriis cohortibus, firmo agmine pervaderet. *Ipse, inani consultatione, agendi occasiones cunctando amisit. Dein spreta utraque sententia, quod inter ambigua pessimum est, dum media eligit, nec tentavit satis, nec* satis *prospexit.*

Compositis ad Vitellium epistolis, copias petit. Adductæ sunt tres cohortes, cum ala Britannica; quod *agmen neque ad latendum commodum, neque ad per-*

1 *Legiones* abest a Ms. Corb.—2 Ms. Corb. *accit. ab urb.*

NOTÆ

g *Nutantem*] Dubitantem, ambiguum an descisceret, an ad Vespasiani partes transiret.

h *Pugnæ*] Cremonensis.

i *Prætoriis cohortibus*] Quæ nuper delectæ a Vitellio ex toto exercitu Germanico, et quæ idcirco fidissimæ erant.

j *Agendi tempora*] *Tempora rerum*, ut alibi loquitur Tacitus, *verbis* ac consultationibus *terebat.*

k *Nec ausus est*] Nec satis audax, nec satis providus fuit. Debuit enim audacter et strenue, ignoratus *perrumpere cum paucis et fidissimis.* Vel debuit magis providere, nempe, ut haberet subsidium validius, quo penetraret: quippe *venere* tantum *tres cohortes* ex urbe, quibus stipatus, nec latere, nec vi perrumpere potuit.

l *Missis ad Vitellium literis*] Fieri potest, ut Valens primam amplexus fuerit opinionem, quæ erat, 'accitis ex urbe cohortibus, valida manu perrumpere:' sed Vitellius in culpa, qui plures non submisit. *Savilius.*

m *Tres cohortes*] Fortassis prætorianorum: et præter illas, tamen quatuordecim prætorianas cohortes comperimus, quæ sexdecim tantum fuerunt universæ, Hist. II. *Savilius.*

Tres cohortes] In quibus forte tantum duæ *prætoriæ cohortes.* Ceteræ copiæ auxiliares, aut certe legionariæ: nam illa *ala Britannica*, ut puto, non fuit auxiliaris, sed forte equitatus fuit alicujus legionis Britannicæ, quæ prælio affuerat, aut certe separata merebat.

Digitized by Google

tanto quidem[1] discrimine infamia caruit, quo minus rapere illicitas[2] voluptates, adulteriisque[n] ac stupris polluere hospitum domus, crederetur: aderant vis[o] et pecunia et ruentis fortunæ novissima libido.[p] Adventu demum peditum equitumque[q] pravitas consilii patuit, quia nec vadere per hostes

rumpendum satis validum erat. *Sed Valens, ne in tanto quidem periculo, a probro abfuit, quin existimaretur prorumpere in nefarias libidines, et contaminare hospitum domos adulteriis ac stupris. Aderant vis, et opes, et præcipitantis fortunæ cupido ultima. Tandem, advectis peditibusque et equitibus, innotuit vesania consilii, quia nec penetrare per hostes tam modiois copiis*

1 Male Rhenanus e Ms. Bud. *ne in tanto discrimine quidem:* [sic tamen Ryckius et Gronov.] *Brotier.*—2 Gronovius et Ryckius legunt, *illic. rap.*

NOTÆ

[n] *Adulteriis*] *Adulteria* de nuptis, *stupra* de viduis ac vacuis fœminis, item de virginibus, pueris, aut libertis ac servis utriusque sexus: *stupra* etiam et de concubinis propriis dicuntur, et de vestalibus.

[o] *Vis*] Inerat auctoritas, potestas, vis seu violentia, et opes, quibus vel pudicissimæ fœminæ, aut alii etiam corrumperentur.

[p] *Ruentis fortunæ novissima libido*] An inter cetera deficientia, libido novissima exuitur, ac diutius adhæret hominibus quam cetera vitia?

Potius videtur sensus: Qui diu frui non sperat, avidius fruitur. Sic lib. præced. Otho moriturus, ait: 'Difficilius est temperare felicitati, qua te non putes diu usurum.' *Pichena.*

Ruentis fortunæ novissima libido] Petron: 'Ecce jam ratem fluctus evertet: ecce jam amplexus amantium iratum dividet mare. Igitur si vere Encolpion dilexisti, da oscula, dum licet, et ultimum hoc gaudium, fatis properantibus, rape.'

Ruentis fortunæ novissima libido] Interpres Hispan. *y la ultima cudicia, y antoio de su fortuna que ya se yua desmoronando.* Italica Davanzatii versio: 'Et luxuria, quod ultimum vitium est hominis, quem fortuna deserit.' Et hanc interpretationem secutus est Interpres Gallicus.

Novissima libido] Fortuna cadens, nec ultra fruendi spes, maximum incitamentum implendæ libidinis Valenti fuit.

Ruentis fortunæ] Multa aderant ac favebant libidini: *aderant vis, pecunia, &c.* aut etiam incitabant voluptatem hominis, in quibus *novissima libido*, quam eo avidiore cupidine, eo majori ardore occupabat, quod jam rueret fortuna; quod, ruente fortuna, jam de possessione deliciarum desperaret; quod hanc, velut extremam, velut novissimam voluptatem raperet.

Hanc novissimam voluptatem festinus rapiebat, quasi in solatium *fortunæ ruentis*, quasi levamen voluptatum deserentium in perpetuum. Scil. ultima hæc cupiditas; nec hominem ipsa deserit, cum eum cuncta deserunt,

Et tunc relinquit ille prædam, opes, avaritiam, vindictam, et ceteras hujusmodi cupidines; at stuprorum amorumque libidinem tunc non deserit, immo eo avidius amplectitur ac rapit, quod statim rapientur ipsi omnes voluptates simul cum fortuna.

[q] *Peditum equitum*] Sunt *tres cohor-*

Digitized by Google

tam parva manu[3] poterat, etiam si fidissima foret, nec integram[r] fidem attulerant. Pudor tamen et præsentis Ducis reverentia morabatur,[4] haud diuturna vincula apud avidos[5] periculorum[s] et dedecoris[6t] securos. Eo metu, cohortes Arimi-

poterat, etiam si fidelissimæ forent, nec illibatam eæ fidem afferebant. Verecundia tamen, et astantis ducis respectus retinebat, qui *haud diuturni* sunt *nexus* fidei, *inter cupientes discriminum, et flagitii securos. Eo pavore, et pau-*

volupt.—3 Mallet. Cl. Ernestus, *tam parva manus.*—4 Male Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *hortabatur.* Brotier.—5 Frustra tentat Faërnus, *pavidos periculorum.* In civilibus bellis periculorum mutationumque *aridi* milites. *Idem.*—6 Sic bene Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Corb. Guelf. editio

NOTÆ

tes, de quibus supra, quæ pedestres, et *ala Britannica* equitatus fuit.

[r] *Nec integram*] Jam ambigui illi inter Flavianas Vitellianasque partes, desciscere parati, quo præmii spes affulgeret.

[s] *Apud avidos periculorum*] Quæ annectitur narratio, aliquantum imperfecta mihi videtur: cur enim Valens missas Ariminum copias potius hostibus objecit, quam Vitellio remisit, si non decreverat subsequi?

Quo animo Umbriam et Etruriam adierit? quid egisset, si Cremonensis prælii factus non fuisset certior?

Nisi forte quod antea abnuerat, secreta via progredi voluerit Hostiliam et Cremonam versus: istas circumstantias exigebat tractatus accuratior. *Savil.*

Avidos periculorum] Erant avidi periculorum, simul et præmiorum: cupiebant pericula, quia periculis annexa præda et spolia Reipub. Vicerant cum Vitellio, volebant et pugnare una cum Vespasiano; amabant pericula.

Quidni viri audeant, quod fœmina ‘Gracilia, neque liberos, neque propinquos, sed bellum secuta?’ quæ in Capitolio nempe obsidionem tulit cum Flavianis.

Erant et securi proditionis, ideoque infirma vincula fidei illorum, pudor et reverentia ducis.

Apud avidos periculorum] Pedites illi equitesque e Germanicis aut Britannicis delecti volebant pericula præliaque cum præmiis: malebant illi bella et prædam, quam pacem, quam principem.

Apud avidos periculorum] Quæ *pericula* hoc loco? an periculum in mutando fidem? Immo erant *dedecoris* et flagitii seu transfugii *securi.* An majora pericula in una factione, quam in altera? hoc non capio. Nullum periculum ex defectione, quia non unius, sed crimen omnium fuit: nulla pœna flagitii, immo præmium ex altera factione. Potius legam, *præmiorum:* nam infra 61. ‘Nec ulla apud Vitellianos flagitii pœna: et præmiis defectorum vera fides:’ sic lego. Vera fides, nempe ex parte Flavianorum: sicque ut dedecoris, ita et præmii securi erant.

Forte tamen possit hic esse sensus: Ita ut non contenti præsentibus, nova quærerent *pericula,* nova bella, prædam novam ex altera factione, spe scil. majoris aut certioris præmii ex transfugio. Nam magis donantur et honorantur novi transfugæ in ex-

Digitized by Google

num[u] præmittit,[v] alam ‘tueri terga’[w] jubet: ipse, paucis, quos adversa non mutaverant, comitantibus, flexit[7] in Umbriam,[x] atque inde[8] Etruriam: ubi, cognito pugnæ Cremo-

eis sequentibus, quos res improsperæ non corruperant, præire cohortes Ariminum jubet, et alam terga defendere: ipse vertit in Umbriam, et hinc in Etruriam: ubi,

princeps, Pichena et recentiores. Rhenanus, *decoris.* Brotier.—7 Hunc locum veteres et recentiores scriptores ita edidere: *Eo metu, et paucis, quos adv. non mutaverant, comit. cohort. Arimin. præmittit: alam tuer. terg. jubet: ipse flexit, &c.* Verba *paucis...com.* loco mota non Muretus vidit, sed Acid., qui, sæpe in transponendo nimium audax, hic rem acu tetigit meo arbitratu. Omissa scil. olim verba e margine, cui fuere allita, in alienam sedem librarii incuria intrusit. Bahrdtius demum verbis *cognito...eventu* postponenda putabat. *Oberl.*—8 Rhenanus, *inde in Etruriam;* refragantibus libris scriptis et

NOTÆ

emplum, quam vetusti servientes. Et erant præmii securi ex Flavianis, et *dedecoris* etiam *securi* ex Vitellianis, qui talia non vindicabant: non mirum ergo, si ad nova pericula, nova et certa spe, transvolarent.

[t] *Dedecoris*] Dedecus et flagitium in millte fuit, qui fidem abrumperet, desereretque principem, cujus sacramento obstrictus erat: fere proditor infamis, nisi fortuna ac victoria, splendore gloriæ et opum, obrueret flagitium.

[u] *Cohortes Ariminum*] Capiunt nonnulli, quasi suspectaret eas, ideo præmisisse; et ipsum cum paucis fidis flexisse in Umbriam.

Ariminum] Urbs Senonum populorum, in Gallia Cispadana regione Italiæ: hodie *Rimini*, urbs Marchiæ Anconitanæ, in statu Ecclesiastico. *Tillemon.*

[v] *Præmittit*] Nempe quasi secuturus; neque enim ita præmittit cohortes, aut *alam tueri terga* jubet, ut separentur cohortes ab ala. Immo simul ingredi et se invicem tueri debuerunt *eo metu* pedites et equites.

[w] *Alam tueri terga*] Vertit Interpres Gall. quasi metueret ipse Fabius, ne a tergo invaderent eum, interciperentque hostes. Sed videtur potius metuere cohortibus: nam ipse alio *flexit in Umbriam*, (nec tendit Ariminum) cum paucis, ut patet ex sequentibus.

Et jam comperto se imprudenter accivisse cohortes ex urbe, jam forte sequitur primum consilium, quod illi initio datum erat, supra c. 40. ‘Nec deerant, qui monerent, ut cum fidissimis per occultos tramites, vitata Ravenna, Hostiliam Cremonamve pergeret.’

Alam tueri] Quidam capiunt, quasi utrorumque terga tueretur *ala* ista, et Fabii et cohortium; quod fieri non potuit, nisi forte ad paucas horas: aut quia ambiguum esset, quam viam ille iniret.

[x] *Umbriam*] Regio Italiæ ad mare Adriaticum: hodie omnis ducatus *Urbino*, comitatus *Citta di Castello*, major pars *Ombriæ* seu ducatus *Spoleti*, cum nonnullis partibus *Romandiolæ*, *Marcæ Anconitanæ*, et *Perusini*, sub dominio summi Pontificis, et pars minima *Etruriæ* sive *Toscanæ* ducatus. *Tillemon.*

Digitized by Google

nensis eventu, non ignavum, et, si provenisset, atrox consilium iniit, ut, arreptis navibus, in quamcumque partem Narbonensis provinciæ egressus, Gallias et exercitus[9] [y] et Germaniæ gentes novumque bellum cieret.

42. Digresso Valente, trepidos, qui Ariminum tenebant,[z] Cornelius Fuscus, admoto exercitu, et missis per proxima

comperto exitu prælii Cremonensis, consilium molitus non segne aut iners, et, si successisset, immane et ingens, ut, scil. *comprehensis navibus, in quamlibet regionem Galliæ Narbonensis appulsus,* concitaret *Gallias, et exercitus, et Germaniæ populos, noramque belli molem exciret.*

Cum profectus esset Valens, Cornelius Fuscus, admotis copiis, et missis Liburnicis per finitimas oras, terra marique obsidet eos, qui Ariminum obtinebant, jam

editis.—9 Ita Mss. Vatic. Flor. Harl. Bodl. Jes. Agr. Puteolanus et recentiores. A Ms. Reg. et editione principe abest, *Gallias.* Rhenanus omisit, *et exercitus.* Pars quidem magna exercituum Germanicorum tum erat in Italia, manebat tamen pars in superiore inferioreque Germania, quam Valens ciere poterat. Hæ legiones memorantur infra cap. 46. *Brotier.*

NOTÆ

[y] *Et exercitus*] Nempe legiones Germaniæ superioris et inferioris, et etiam forte Britannicæ, quæ in partibus Vitellianis.

Et exercitus] Qui scil. in ipsis Galliis erant. Intelligit aquilas, seu legiones relictas a Vitellio in his partibus Galliæ, quas vocabant Romani Germaniam superiorem et inferiorem: nempe citra et ultra Rhenum.

Et cum dicit, *Germaniæ gentes*, eæ distinguendæ sunt ab exercitibus Germanicis, qui Romani et legionarii: et illæ *gentes*, vel sociæ, vel extraneæ, et tamen facile allici poterant in partes, ac commilitium Vitellii, spe præmiorum opumque.

Et cum dicit *Gallias*, eæ etiam distinguendæ sunt ab *exercitibus* qui in castris Germanicis præsidia agitabant, ut diximus, et *Galliæ* tributa, stipendia, annonam, equos, viros, arma suppeditare Valenti potuerunt: quibus firmatus, instaurare facile bellum, et excitare afflictas partes potuit.

Gallias] Sic et jam olim metuebantur Galli. Cicero Philipp. 5. 'Si M. Antonio patuisset Gallia, si oppressis municipiis, et coloniis imparatis, in illam ultimam Galliam penetrare potuisset, quantus Reipub. terror impenderet? Dubitaret, credo, homo amentissimus, atque omnibus consiliis præceps, et devius, non solum cum exercitu suo, sed etiam cum omni immanitate barbariæ, bellum inferre nobis, ut ejus furorem ne Alpium quidem muro cohibere possemus.'

[z] *Trepidos, qui Ariminum tenebant*] An illi ipsi pedites equitesque, quos Ariminum præmiserat Valens? Forte hi ipsi, sed et simul etiam alii, qui jam ante Arimini præsidium agitabant pro Vitellio: forte hic apud Ariminum intercepti illi pedites equitesque, quos præmiserat Valens. Et hi non ægre se dedebant.

Digitized by Google

littorum Liburnicis, terra marique circumvenit.[a] Occupantur plana Umbriæ et qua Picenus[b] ager Adria[1] alluitur:[c] omnisque Italia, inter Vespasianum ac Vitellium, Apennini[2][d] jugis dividebatur. Fabius Valens, e sinu Pisano,[e] sævitia[3] maris,[f] aut[4] adversante vento, Portum Herculis Monœci[g] depellitur: haud procul inde agebat Marius Ma-

ultro parentes et exterritos. Insidentur copiis Umbriæ plana, et qua Piceni regionem allambit mare Hadriaticum: universaque Italia separabatur Apennini montibus, inter Vespasianum ac Vitellium. Fabius Valens, e sinu Pisano, devehitur Portum Herculis Monœci tranquillitate æquoris, vel reflante vento: haud longe

1 Gronovius et Ryckius scribunt *Hadria*.—2 Mss. Corb. Reg. et editio princeps, *Apenninis jugis*.—3 Brotier. cum Bipont. legit *segnitia maris*, et ita Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps, Pichena et recentiores, cum Ryckio et Gronovio. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *sævitia maris*. *Segnitia* autem *maris*, id est, tranquillo mari; seu, ut explicat Pichena, Valens, cujus naves non remis, sed velis utebantur, aut nullo vento, aut adverso usus est. *Brotier*. Verum malacia navem non *depellit*, sed immotam tenet; ad quod non attendere, quorum auribus blanditur *segnitia*. Restituo

NOTÆ

[a] *Circumvenit*] Puto, non eos ita *circumvenit*, ut se statim dederent Flavianis, quare et simul occupantur *plana Umbriæ*, &c.

[b] *Picenus*] Picenum, regio Italiæ ad mare Adriaticum: hodie pars major provinciæ Marchiæ Anconitanæ, vulgo *Marca di Ancona*, in statu Ecclesiastico. Parsque septentrionalior Aprutii Ulterioris, vel *Abruzzo Ultra*, provinciæ regni Neapolitani. *Tillemon.*

[c] *Adria alluitur*] Id est, mari Adriatico, quod nunc *Venetiarum mare* vocant: qua loquendi forma usus est Lucanus: 'Sonat Ionio vagus Adria Ponto.' Horat. in Odis, 'quo non arbiter Adriæ major.'

Tacit. Ann. l. xv. 'Maris Adriæ trajectum' quoque appellat. Supra idem pro urbe usurpavit, 'Bassus honorata custodia, Liburnicis navibus Adriam pervectus,' &c.

Duæ fuerunt urbes nomine *Adriæ* in Italia. *Lupanus.*

Adria] Sinus Adriaticus, vel Adriaticum mare quod et superum, pars est maris Mediterranei, alluit partem Italiæ et Illyrici regionum: hodie *Mer Adriatique* vel *Golfe de Venise*, inter Italiam recentiorem et Turquiam Europæam, &c. *Tillemon.*

[d] *Apennini*] Apenninus mons Italiæ regionis: hodie *Apennino* Italis, *Apennin* Francis, in Italia recentiore. *Tillemon.*

[e] *Pisano*] Pisæ urbs Etruriæ regionis et ad Arnum fluvium: hodie *Pisa* Italis, *Pise* Francis, urbs agri Pisani, in magno ducatu Toscanæ. *Tillemon.*

[f] *Sævitia maris*] Alii libri, *segnitia maris*: id est, nullo, vel adverso vento, usum. *Lipsius.*

Segnitia] Nimia tranquillitate, quam *malaciam* vocant.

[g] *Portum Herculis Monœci*] Cato: 'In montanis Liguribus sunt Portus Herculis Ægyptii; nam Liburnum in his est, a nomine simul et cognomine

Digitized by Google

turus, Alpium maritimarum Procurator,[5] [h] fidus Vitellio, cujus sacramentum,[i] cunctis circa hostilibus, nondum[6] exu-

inde agitabat Marius Maturus, procurator Alpium maritimarum, constans pro Vitellio, cujus fidem nondum mutarat, cunctis circum infensis. Is benigne Valen-

proinde *sævitia.* Oberl.—4 Ms. Budens. *haud advers.*—5 Idem Ms. *speculator.* —6 Sic Ms. Flor. editio princeps, Pichena et recentiores. Mss. Harl. Bodl.

NOTÆ

illius. Est et alius, qui nomen vetus adhuc retinet, Portus Herculis.' Sed et ab eodem, cum portu exstructa videri potest arx, cui *Monigo*, vel (ut alii) *Monacho*, nomen vulgus nostratium dat, a priore literis pauculis distans.

Hoc suadet Ammianus l. xv. ubi de Thebano Hercule ad Geryonem exstinguendum, et Tauriscum lenius gradiente, 'Monœci,' inquit, 'arcem et portum ad perennem sui memoriam consecravit.' Quibus verbis, *arx Monœci*, et *Portus Herculis Monœci*, diversa duo significantur.

Hæc ego tentare solum, Volaterranus affirmare ausus est l. iv. 'Monœci Portus, quod solus ibi Hercules coleretur, hodie Monachus.' *Vertran.*

Ad Portum] Interpres Hispan. *al Puerto de Villa Franca.*'

Portus Herculis Monœci] Urbs Vediantiorum populorum, in Liguria regione Italiæ: hodie *Monaco* vel *Mourgues*, urbs principatus Monaci, prope oram Genuensem. *Tillemon.*

[h] *Maturus, Alpium maritimarum procurator*] Idem, libro superiori, in Liguria Othonianis resistit, quos arcebat ne finibus Provinciæ nostræ appropinquarent: tum enim in verba Vitellii Provincia adacta erat, quam deinde procurator Valerius Paulinus Forojuliensis in Vespasiani verba adegit, uti mox scribit.

Licet autem maritimarum Alpium nationes (si Romam attendas) Cisalpinæ complures essent, Veneti, Statielli, Vacienni, Magelli, Euburiates, Intemelii, Ingauni, &c. Cisalpinæ, Salii, Deceates, Oxybii, non ideo maritimarum procuratori eidem suberant omnes, ut ex hoc loco observari potest.

Quicquid enim inter Macram et Varum erat, addito municipio Antipoli, Romani juris fuit, obediebat procuratori maritimarum: quicquid inter Alpium summa juga et Massilitanam ditionem, procuratori provinciæ Narbonensis parebat.

Sed etsi olim, incipiente principatu, Lucilius Capito, Tiberii Cæsaris in Asia procurator, eo quod manu militum usus esset, in exilium damnatus fuerit; sensim, imperio constituto, ab illo summo jure recessum est.

Tum enim in provincias, quæ prætorem aut proconsulem haberent, procurator plerumque mittebatur, qui rationes principis, tributorum, vectigalium, reditunmque curaret, ut ad Ann. XII. diximus.

Deinde cum res in provinciis consedissent, solus procurator in eas missus, et præsidiorum, militumque et rei principalis curam habuit: qualis apud Plinium Ep. 7. Terentius Junior, et Valerius Paulinus ex Tacito videtur

Et si Proconsul *provinciam* rexisset, cum de imperio Vespasianus et Vitellius contenderent, aliqua ejus esset a Tacito facta mentio. *Vertran.*

[i] *Cujus sacramentum*] Cujus fidem et partes nondum ejuraverat.

Digitized by Google

erat. Is Valentem comiter exceptum, 'ne Galliam Narbonensem temere ingrederetur,' monendo terruit:[j] simul ceterorum[k] fides metu infracta:[7][l] namque[8] circumjectas civitates Procurator[m] Valerius Paulinus, strenuus militiæ, et

tem excepit; at monendo absterruit, ne inconsulto provinciam Narbonensem introiret: *eodemque tempore aliorum fides formidine labefactata* est. *Quippe Valerius Paulinus procurator, egregius bello, et amicus Vespasiano ante imperium,*

Jes. et Puteolanus, *non exuerat.*—7 Sic bene Ms. Bodl. Pichena et recentiores. Corrupte Ms. Flor. *inracta.* In Mss. Reg. Harl. Jes. et editionibus veteribus, *intacta.* Frustra volebat Lipsius, *intentata.* Brotier.—8 Sic Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps, et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et a Puteolano, et Ryckio, omissa copula, *que.*

NOTÆ

[j] *Terruit*] Quia exterritus Valens, hinc *simul* et *ceterorum fides* eodem *metu infracta est.*

Monendo terruit] Simul monuit exterrnitque.

[k] *Simul ceterorum*] Omnes, quos secum Roma adduxerat Valens, non satis certæ fidei fuere: horum alios mittit Ariminum, et fideliores secum ducit ad portum Herculis Monœci, quo cum forte appulsus esset, monet eum Maturus de statu provinciarum vicinarum, et simul statim ceterorum comitum *fides metu infracta.*

Nempe infracta fides, ex eo quod monuerat Maturus, et ex eo quod audierant de Valerio Paulino; 'quæ,' inquit Tacit. 'ubi paratu firma, et aucta rumore, apud varios Vitellianorum animos incubuere,' Fabius Valens, qui sibi metuebat, ad naves cum paucis regreditur; et sic digresso Fabio, ultro Maturus et alii, sive qui remanserant ex comitatu Valentis, sive alii hactenus constantes, statim in partes Flavianas transiere.

Simul ceterorum fides] Vertit Interpres Italus, quasi simul etiam metu infracta aliorum fides Valentem absterruerit, ne Galliam Narbonensem ingrederetur.

Ceterorum fides metu intacta] Cum Flor. habeat *inracta*, reposui, *infracta:* familiari Tacito voce, pro labefacta, seu valde fracta.

Ann. lib. XIII. 'Infracta paulatim potentia matris.' Hist. lib. II. 'Infracta partium fama.' Et l. IV. 'Galbam et infracta tributa, hostiles spiritus induisse.'

Sensus est: Valentem, ne Galliam ingrederetur, deterritum fuisse, et monitionibus Marii, et nuntiis illuc allatis de *infracta* fide ceterorum, qui Vitellianas partes secuti fuerant. *Pichena.*

[l] *Metu infracta*] Vertit Interpres Gall. 'Ceterorum, nempe comitum Valentis, fides metu concussa:' et supponit ita desertum a suis Valentem, ut cum quatuor speculatoribus, &c. ad naves regressus sit: ita ut, illo abeunte, Maturus ceterique comites antea Fabii remanserint ibi, et statim in Vespasiani partes transierint.

Possit tamen sic capi, ut Valentem terruerit simul et Maturus, simul et fides ceterorum, qui ibi aderant, infracta. Sic τὸ *ceterorum* posset intelligi de his qui erant cum Maturo, qui jam territi circumjectarum civi-

Digitized by Google

Vespasiano ante fortunam amicus,[n] in verba ejus adegerat.

43. Concitisque omnibus,[o] qui exauctorati a Vitellio bellum sponte[1] sumebant, Forojuliensem coloniam, claustra[2] [p]

ejus sacramento obstrinxerat finitimas nationes.

Excitisque omnibus, qui dimissi a Vitellio arma ultro capessebant, præsidio defendebat civitatem Forojuliensem, et claustra pelagi. Et *eo majoris auctoritatis*

1 *Sponte* deest in Budens.—2 Ita Mss. Flor. Reg. Bud. Agr. editio princeps, Ryckius et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *claustra-*

NOTÆ

tatum defectione.

At regreditur Fabius ad naves cum paucis comitibus, ita fateor; vel quia plures nolult assumere, ne agnosceretur, vel quia alii remanserant in navibus, et ibi eum expectabant.

At cur addit, *ceterisque remanere?* Certe ille abiens, Maturo ceterisque qui cum ipso erant, remanere ibi permisit. Nam jubere Fabius potuit, ut ipsum sequerentur. Summa quippe imperii Vitelliani adhuc penes Valentem fuit.

Igitur per τὸ *ceterorum* possunt intelligi, vel qui cum Fabio advenerant, vel qui erant cum Maturo, vel omnes simul Vitelliani, qui ibi aderant, et qui fracti defectione Valerii Paulini nutabant.

Nam de iis addit; ' quæ ubi paratu firma, et aucta rumore, apud varios Vitellianorum animos incubuere, Fabius Valens' cum paucis ' ad naves regreditur,' &c.

[m] *Procurator*] Fortassis Galliæ Narbonensis. *Savilius.*

[n] *Ante fortunam amicus*] Vertit Clar. Harlæus, antequam fortuna caderet, Paulinum fuisse amicum Vespasiano; fuit amicus Vespasiano, prius quam haberet imperium. Sic infra Civilis, l. v. 26. ' Erga Vespasianum vetus mihi observantia, et cum privatus esset, amici vocabamur.'

Ante fortunam amicus] Mart. Epig. XII. 94. ' Sæpe rogare soles, qualis sim, Prisce, futurus, Si fiam locuples, simque repente potens. Quenquam posse putas mores narrare futuros? Dic mihi, si fias tu leo, qualis eris?'

Ante fortunam amicus] Cic. in Lælio: ' Videre licet eos prosperis rebus immutari, sperni ab iis amicitias veteres, indulgere novis.'

Ante fortunam amicus] Sensus sit: Jam ante fortunam amicus. Nam et post fortunam etiam favit ei, et amicus fuit. Nisi forte, ut volunt, infra fortunam principis fuit jam nomen *amici*, præcipue ut in procuratore: quod non puto de Vespasiano.

[o] *Concitisque omnibus*] Quod præcipue intelligi debet de *prætorianis* Othonianis, quos exauctoraverat Vitellius: et *apud prætorianos* auctoritate præcipue valuit Paulinus, ut quorum *quondam tribunus fuerat.*

Sed tamen, quia fortissimos centuriones legionum Illyricarum occidit Vitellius post victoriam, possit conjectari, quosdam forte et exauctorasse milites, qui prætoriani non essent. Nihil tamen affirmare licet.

[p] *Forojuliensem coloniam, claustra*] Plures erant Forojulienses coloniæ, de quibus vide Plinium III. 14. et 19. Sed Tacitus loquitur de ea, quæ in littore Gallici maris citra Massiliam,

Digitized by Google

maris,[q] præsidio tuebatur:[3] eo gravior[r] auctor, quod Paulino patria Forum Julii, et honos apud Prætorianos,[s] quorum quondam Tribunus fuerat. Ipsique pagani,[t] favore municipali et futuræ potentiæ spe,[u] juvare partes annitebantur: quæ ubi paratu[4] firma, et aucta rumore, apud varios[v] Vitellianorum animos increbuere, Fabius Valens cum quatuor speculatoribus[w] et tribus amicis, totidem[5] Cen-

erat, quod Forum Julii natale solum fuit *Paulini, et favor apud prætorianos, quorum olim tribunus fuerat. Et ipsi oppidani, studio municipali, et spe futuræ potestatis, fovere partes conabantur: quæ postquam paratu valida, et in majus vulgata sunt, apud ambiguas Vitellianorum mentes, Fabius Valens revertitur ad naves cum quatuor speculatoribus, tribus amicis, et totidem centurionibus.* Tum *Maturo et*

que maris.—3 Ms. Jes. et Beroaldus, *tuebantur.*—4 Ms. Budens. et editio princeps, *parata.* Inde tentabat Rhenanus, *pacta firma*, repugnantibus libris scriptis et editis.—5 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Bud. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *totidemque centurionibus;* et

NOTÆ

Octavianorum, seu *Pacensis*, vel *Classica* appellata, teste eodem Plinio III. 4. et Pompon. Mela de situ orbis, II. 5. *Pichena.*

[q] *Maris*] Mare Gallicum, pars maris Mediterranei, alluit oram Galliæ Narbonensis. Hodie *mer de France*, ad oram meridionalem regni Franciæ. *Tillemon.*

[r] *Eo gravior*] Eo majori auctoritate id agebat, &c. *auctor*, ibi consultor est.

[s] *Prætorianos*] Vagos et inopes prætorianos Othonis, ex quo exauctorati a Vitellio fuerant, evocabat; et illi eo libentius accedebant, quod tribunus olim ipsis præfuisset.

[t] *Pagani*] Intelligendi non solum oppidani Forojulienses, sed etiam accolæ omnes, quos eo nomine distinguit a viris militaribus.

[u] *Futuræ potentiæ spe*] Non se futuros potentes sperabant illi municipes; sed futuram potentiam auctoritatemque Valerii Paulini sperabant ac desiderabant. Ideoque spe facta illis participandi fortunam, pro illo annitebantur; eo voto, ea spe, adjuvabant partes, ut aliquando vicissim juvarentur, aut certe levarentur.

Futuræ potentiæ] Non præcise *potentiam* sperare potuerunt *pagani*, seu municipes, nisi forte pauci, unde forsan omnium spes. Vulgus et plures *potentiam* Paulini sperabant, et ex potentia illius sibi opes, privilegia, tributorum immunitates, et alia præmia, aut similia commoda, sibi promittebant: quæ vota sæpe in irritum abeunt post victoriam, post pacem: interim spe delinitur, illiciturque vulgus.

Futuræ potentiæ] Nempe penes Paulinum. Unde et in ipsos, qui partes juvissent, præmiorum, honorum opumque spes ex principe quem evexissent.

Potentiæ] Ille ipse Paulinus est, qui teste Josepho I. VII. 36. Lupo succedit in præfectura Ægypti, seu Alexandriæ.

[v] *Varios*] Dubios, mutabiles, ambiguos. Aut qui jam invicem dissiderent, inter fidem ac perfidiam non

Digitized by Google

turionibus,[x] ad naves regreditur: Maturo[6] [y] ceterisque remanere, et in verba Vespasiani adigi, volentibus[7] fuit.[z] Ceterum, ut mare tutius Valenti, quam littora, aut urbes; ita futuri ambiguus, et magis, quid vitaret,[a] quam cui fideret, certus, adversa tempestate Stœchadas,[b] Massiliensium[c] insulas, affertur:[8] ibi eum missæ a Paulino Liburnicæ oppressere.

44. Capto Valente, cuncta ad victoris opes conversa,

aliis remanere, et in nomen Vespasiani sacramentum appellare cupientibus ultro licuit. Ceterum ut æquor minus periculosum Valenti, quam ripæ, aut civitates; ita futuri incertus, et magis, quid fugeret, quam cui se committeret, gnarus, infesta procella advehitur Stœchadas, insulas Massiliensium: ibi illum circumvenere Liburnicæ naves, *quas Paulinus miserat.*

Oppresso Valente, omnia ad victoris partes inclinavere, principio facto a prima

---

sic Ryckius.—6 Sic optime Lipsius et recentiores. Perperam Mss. et veteres editiones, *regreditur mature.* Brotier.—7 Sic bene Ms. Corb. Rhenanus et recentiores. In Mss. Reg. Agr. et editione principe, *volentibus auctor fuit.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *volentibus liberum fuit.* 'Ελληνικῶς dictum, *volentibus fuit.* Sic Thucydides, II. 3. Τῷ γὰρ πλήθει τῶν Πλαταιέων οὐ βουλομένῳ ἦν τῶν 'Αθηναίων ἀφίστασθαι. Id est, '*populo Platæarum non volenti erat ab Atheniensibus deficere.*' Idem.—8 Ita libri omnes scripti et editi. Mallet Cl. Ernestus, *defertur.* Forte scriptum olim, *fertur.* Brotier.

NOTÆ

satis inter se concordes; quod *extremum malorum.*

[w] *Speculatoribus*] Qui haud dubie non legionarii, sed prætoriani erant: scil. lecti ex prætoriis cohortibus, quas Valens acciverat ex urbe.

Cum quatuor speculatoribus] Quia scil. lecta speculatorum corpora, quia ipsi decora militiæ. Ideo magis fidebat Valens.

[x] *Totidem Centurionibus*] Tribus nempe, quot erant amici.

[y] *Maturo*] Digresso Valente, cujus pudore ac præsentia retinebantur, Maturus ceterique cupide amplexi sunt consilium remanendi, et libenter lætisque animis sacramento Vespasiani adacti sunt.

[z] *Volentibus fuit*] Sic l. xv. '*Hæc atque talia plebi volenti fuere.*' Et Agric. '*Ut quibus bellum volentibus erat.*'

Volentibus] Sic recte et pro genio Taciti. Sed quid ne vetus lectio præpolleat, *volentibus liberum fuit*, si ex Mss. sit? An se uni modo loquendi astrinxit Tacitus?

[a] *Quid vitaret*] *Littora, urbes*, et quodcumque aliud *vitaret*, facile et in promtu fuit; at *cui fideret*, tali occasione, incertum et arduum fuit.

[b] *Stœchadas*] Stœcades, insulæ prope Camatulicos populos Viennensis primæ, et in mare Gallico. Hodie *Hyeres*, insulæ præfecturæ *Provence*, in mari Franciæ. *Tillemon.*

[c] *Massiliensium*] Massilia, urbs Commonorum populorum ad oram, in Viennensi prima Galliæ Narbonensis provincia. Hodie *Marseille*, urbs provinciæ et præfecturæ *Provence*, ad oram, in regno Franciæ ad meridiem. *Tillemon.*

Digitized by Google

initio per Hispaniam a prima Adjutrice[d] legione orto, quæ, memoria Othonis infensa Vitellio, decimam quoque ac sextam[e] traxit. Nec Galliæ cunctabantur. Et Britanniam[f] inclytus[i] erga Vespasianum favor, quod illic secundæ legioni a Claudio præpositus[g] et bello clarus egerat, non sine motu[h]

Adjutrice legione apud Hispaniam, quæ legio, *recordatione Othonis infesta Vitellio, etiam allexit decimanos et sextanos. Nec Galliæ morabantur. Et Britanniam adjecit insignis favor erga Vespasianum, quod illic præfectus a Claudio secundæ legioni, et militia conspicuus agitaverat,* idque *non sine tumultu aliarum* legio-

1 Male Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *inditus.* Brotier.

NOTÆ

[d] *A prima Adjutrice*] *Classica* dicta et *Adjutrix*, a Nerone forte sic appellata, qui eam conscripserat adversus Vindicem e classiariis. Dein in partibus Othonis validissima et ferocissima fuit; ideoque missa erat a Vitellio distrahente partes, in Hispaniam, *ut otio mitesceret.*

[e] *Sextam*] Quæ vetus Hispaniæ præsidium, etiam sub Galba legato.

[f] *Et Britanniam*] Sueton. Vesp. 4. 'Claudio principe, Narcissi gratia legatus legionis in Germaniam missus est: inde in Britanniam translatus, tricies cum hoste conflixit. Duas validissimas gentes, superque viginti oppida, et insulam Vectem Britanniæ proximam, in deditionem redegit: partim Auli Plautii consularis legati, partim Claudii ipsius ductu. Quare triumphalia ornamenta, et in spatio brevi duplex sacerdotium accepit.' Decus illud virtute sua, sed magis gratia Narcissi adeptus est. Quare et postea 'in secessu' egit, 'Agrippinam timens, potentem adhuc apud filium, et defuncti quoque Narcissi amicos perosam.'

Britanniam] Sic capio: Favor secundæ legionis Britanniam adjunxit Vespasiano, non tamen sine motu ceterarum legionum, in quibus erant multi centuriones a Vitellio provecti; nempe, cum esset in inferiori Germania; et forte post victum Othonem, huc remissæ cohortes erant et auxilia, in quibus nonnullos provexerat. Certe huc remissa erat quartadecima legio, sed de cujus ferocia nunc silet Tacitus.

[g] *Præpositus*] Legionis scil. legatus fuit.

[h] *Non sine motu*] Tacit. Agric. 7. Mucianus Agricolam 'vicesimæ legioni [Britannicæ] tarde ad sacramentum transgressæ præposuit, ubi decessor [Roscius Celer, legatus hujus legionis, Trebellio consulari legato discors] seditiose agere narrabatur: quippe legatis quoque consularibus nimia ac formidolosa erat. Nec legatus prætorius [Roscius decessor] ad cohibendum potens,' &c.

'Præerat tunc Britanniæ Vectius Bolanus placidius quam feroci provincia dignum est.'

Et infra Agric. 16. 'Interventus civilium armorum præbuit justam segnitiæ excusationem. Sed discordia laboratum.... Trebellius, fuga ac latebris vitata exercitus ira, indecorus atque humilis, precario mox præfuit'.... item sub Vitellio, aut paulo ante.

'Nec Vectius Bolanus, [qui tum imperabat, cum Britannici exercitus

Digitized by Google

adjunxit[2] ceterarum,[3] in quibus plerique Centuriones ac milites[i] a Vitellio provecti, expertum jam Principem anxii mutabant.

45. Ea discordia, et crebris belli civilis rumoribus, Britanni sustulere animos, auctore[1] Venutio: qui, super insitam ferociam et Romani nominis odium, propriis in Cartismanduam Reginam stimulis[j] accendebatur. Cartismandua Bri-

num, *in quibus multi centuriones et milites a Vitellio promoti, ægre exuebant fidem jam* ante sibi *cogniti imperatoris.*

Eo motu, et perpetuis armorum civilium nuntiis exciti, *erexere animos Britanni, duce Venusio: qui, præter ingenitam violentiam, et Romanæ gentis odium, propriis incitamentis stimulabatur adversus Cartismanduam reginam. Cartismandua rege-*

2 Faërnus legit *junxit.*—3 Sic bene libri omnes. Male Faërnus, e nescio quo Codice, supplebat, *ceterarum cohortium.* Hic agitur de legionibus, non de cohortibus. *Brotier.*

1 Ms. Corb. *actore.*

NOTÆ

transiere in Vespasiani partes,] manentibus adhuc civilibus bellis, agitavit Britanniam disciplina: eadem inertia erga hostes; similis petulantia castrorum, nisi quod innocens Bolanus,' &c.

Itaque varii dissentientesque animi in castris Britannicis; at *secunda legio,* cui præfuerat Vespasianus, traxit ceteras.

Cum dicit, *non sine motu ceterarum,* præcipue id intelligendum de legione vicesima, quæ 'tarde ad sacramentum Vespasiani transgressa' est, ut patet Agric. 7.

Et Roscius Celer, legatus legionis vicesimæ, primum discors Trebellio, dein forte et Vectio Bolano, amovetur hac legatione a Muciano, et ei substitutus est Agricola, qui prudenter seditiosos compescuit. 'Principem anxii mutabant,' attamen mutavere omnes, et Flavianas partes amplexi sunt.

Erant tum in Britannia quatuor legiones, secunda, nona, vicesima et quartadecima. Quartadecima autem facile illecta ad Flavianos, quæ jam olim amica Neroni, Othoni, et sic infesta Vitellio erat. Secunda præcipue favebat.

i *Milites*] Quomodo gregarii milites provecti a Vitellio? forte delecti, commendati ducibus, vel liberalitate, aut alio favore, eorum animos demeruerat: forte quia allecti in legiones, aut quia forte provecti ad munia militaria: nempe quia Tesserarii, Optiones et Centuriones, aut Decuriones facti.

Milites a Vitellio provecti] Quo pertinet illud Agric. 19. 'Non studiis privatis, nec ex commendatione, aut precibus centurionum milites ascire, sed optimum quemque fidelissimum putare.' Forte tamen sic ad majora militiæ munia, commendatione præpositorum evehebantur; et nemo melius novit milites, quam centurio, aut tribunus.

j *Stimulis*] Odiis.

Digitized by Google

gantibus[k] imperitabat, pollens nobilitate:[l] et auxerat potentiam,[2] postquam, capto per dolum[m] Rege Caractaco, instruxisse triumphum[n] Claudii Cæsaris videbatur. Inde opes,[o] et rerum secundarum luxus: spreto Venutio (is fuit maritus) armigerum ejus,[p] Vellocatum,[3] in matrimonium Regnumque accepit. Concussa statim flagitio[q] domus. Pro marito studia civitatis;[r] pro adultero libido Reginæ et sævitia.[s] Igitur Venutius accitis auxiliis,[t] simul ipsorum Bri-

bat Brigantes, præcellens claritudine stirpis: et cumularat opes, postquam, capto per insidias rege Caractaco, exornasse triumphum Claudii principis putabatur. Inde divitiæ, et rerum prosperarum affluentia: repudiato Venusio viro suo, in torum, et imperium ascivit Vellocatum armigerum mariti. *Statim labefacta* eo *facinore familia: pro Venusio favor popularium; pro amasio cupido reginæ, et immanitas* erat. *Itaque Venusius accersitis* vicinorum *copiis, simul* etiam *transeuntibus in partes*

2 Mallet Lipsius, *potentia.* At utrumque Latine dicitur. *Brotier.*—3 Ms. Jes. *Velocatum.* Perperam Ms. Reg. et editio princeps, *et locatum.* Idem.—

NOTÆ

[k] *Brigantibus*] Brigantes, populi provinciæ maximæ Cæsariensis in Britannia Majore insula, et ad mare Germanicum et Ivernicum. Hodie integri comitatus *Cumberland*, *Lancaster*, et *Durham*, majorque pars comitatus *York*, in latere septentrionali regni Angliæ. *Tillemonius.*

[l] *Nobilitate*] *Nobilitate*, regius sanguis intelligitur.

[m] *Per dolum*] Fraude fœminæ captus Caractacus, qui ad reginam supplex confugerat, cum victus esset, opem rogaturus.

[n] *Triumphum*] Non instruxit proprie triumphum Claudii regina, quia de Caractaco non triumphavit; sed quantum in ipsa fuit, triumphum principis Rom. adornaverat, si triumphare voluisset.

[o] *Inde opes*] Et ex opibus et rebus secundis luxus reginæ, ac libido; et tandem labefactum spretumque adulterio matrimonium.

[p] *Armigerum ejus*] Id vertunt ambigue, ita ut potius credas fuisse armigerum reginæ, quam regis Venutii. Sed fuit certe armiger ille mariti Venutii, non reginæ. *Ejus*, id est, mariti.

Armigerum ejus] Non sine exemplo commissum fœminæ. Sic Curt. l. IX. 'Quippe patrem ejus tonsorem, vix diurno quæstu propulsantem famem, propter habitum haud indecorum cordi fuisse reginæ; ab ea in propiorem ejus, qui tum regnasset, amicitiæ locum, admotum; interfecto eo per insidias, sub specie tutelæ liberorum ejus, invasisse regnum: necatisque pueris, hunc, qui regnat, generasse, invisum vilemque popularibus, magis paternæ fortunæ, quam suæ, memorem,' &c.

[q] *Flagitio*] Dedecus fuit et velut adulterium in regina: summum flagitium fuit denupsisse armigero mariti, ut ignobili, et diserte eum *adulterum* vocat ipse Tacitus; *pro adultero libido reginæ, &c.*

[r] *Civitatis*] Natio Brigantum intelligitur.

[s] *Sævitia*] *Sævitia* adversus maritum, simul et adversus subditos, qui

Digitized by Google

gantum defectione,[4] in extremum discrimen Cartismanduam adduxit. Tum petita a Romanis præsidia: et cohortes alæque[u] nostræ, variis præliis,[v] exemere tamen periculo Reginam. Regnum Venutio, bellum nobis,[w] relictum.

46. Turbata per eosdem dies Germania, et socordia Ducum,[x] et seditione legionum. Externa vi,[y] perfidia[1] sociali,

Brigantibus, Cartismanduam ad extremas angustias redegit. Tum postulatæ copiæ a Romanis: et cohortes nostræque alæ, diversis certaminibus, eripuere tamen reginam discrimine. Sed *regnum Venusio, bellum nobis relictum* est.

Eadem tempestate turbata Germania, et segnitia ducum, et discordia militum.

4 Budens. *defectio.* Probat Rhenan. nec tamen recepit.

1 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *et perfidia.* Copulam *et* omittunt Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps, Ryckius, et recentiores.

NOTÆ

ne libidini reginæ opponebant. Non alia major sævitia quam fœminæ impudicæ, ob cupidinem concitæ: si siles, senescit ardor, languet; si prohibeas, exardescit, erumpit ira et libido muliebris.

Supra Ann. XI. 26. 'Jam Messallina facilitate adulterorum in fastidium versa, ad incognitas libidines profluebat.' Et infra: 'Nomen tamen matrimonii concupivit, ob magnitudinem infamiæ, cujus apud prodigos novissima voluptas est.'

Sic et etiam facilitate ac licentia adulterii, in novam libidinem, in nuptiarum gaudia nova prorumpebat, præter *infamiam:* quam causam affert Tacitus, sed nec excludit alteram. Apud prodigos, apud lascivientes, post cupidines expletas, novissima voluptas est, si perinde sint infames, si vitiorum fama adæquet, aut etiam superet voluptatum luxus, delicias, libidines, et flagitia cetera.

[t] *Accitis auxiliis*] Ex aliis nationibus Britannicis, quæ ignotæ Romanis, aut indomitæ.

[u] *Cohortes alæque*] Video tamen legiones missas auxilio regum Armeniæ, sed adversus Parthos, imperii æmulos. Reges illi inservientes, et pars imperii Rom. erant, seque vi Romana solummodo tutabantur.

Dabat Armeniæ reges populus Rom. et sua dona tuebatur armis. Tum de imperio, tum et de gloria Romani nominis agebatur: nam post Armeniam, provincias Orientis invadebant Parthi, non sine flagitio ducum Rom.

At in Britannia, aut Germania, aut etiam ad Danubium, quæ inter regulos Barbarorum agerentur, non perinde satagebant Romani. Immo præliis et internecione illorum mutua oblectabantur: quandoque pecunia, fere nunquam milite ipsos juvabant.

[v] *Variis præliis*] *Variis*, id est, multis, forsan tamen et varia fortuna diversis, aut ambiguis. Nam statim, *bellum nobis relictum.*

[w] *Bellum nobis*] Quia civitas Brigantum, quæ socia ante fuerat, aut certe pacem servarat, jam ob Venutium nobis infensa erat.

[x] *Socordia ducum*] Præcipue Hordeonii Flacci, quem custodiæ ripæ, seu Rheni, reliquerat Vitellius: et

Digitized by Google

prope[2] afflicta Romana res. Id bellum cum causis et eventibus (etenim longius provectum est) mox memorabimus.[3] Mota et Dacorum gens,[4] nunquam fida, tunc sine metu, abducto e Mœsia exercitu. Sed prima rerum[b] quieti speculabantur: ubi flagrare Italiam[c] bello, cuncta invicem hostilia, accepere, expugnatis[d] cohortium alarumque[e] hybernis[f] utra-

Fere eversum est *imperium Rom. externa violentia, et fraude sociorum. Illud bellum postea referemus cum causis et eventis; quippe latius exarsit. Coorta etiam Dacorum natio, semper infida,* et *tunc sine formidine, abstractis legionibus e Mœsia. Sed primos motus* nostros *pacati prospectabant: postquam audiverunt ardere Italiam bello,* et *omnia* apud nos *mutuo infensa, captis castris cohortium et alarum,*

2 *Pena* pro *pæne* Budens.

NOTÆ

solus Hordeonius utrique Germaniæ imperitabat.

[f] *Externa vi*] Batavorum nempe et Germanorum: *perfidia sociali*, Gallorum Belgarum, ac etiam Batavorum.

[3] *Mox memorabimus*] Lib. IV. *Savil.*

[4] *Dacorum gens*] Hos vocat *Scythas* Josephus l. VII. 12. sicque rem describit: 'Eo ipso tempore, quo rebellarunt Germani, audaciam suam ostentavere Scythæ. Transgressi amnem Danubium, in Mœsiam irrupere, multaque derepente castella ac præsidia Romana expugnarunt, prælioque interfecere Fonteinm Agrippam legatum consularem: dein totam provinciam vastarunt. Itaque misit Vespasianus Rubrium Gallum, ad eos coërcendos; et ille multos variis prælliis confecit, profligavit.'

Dacorum] Nunc *Transylvanos* appellamus.

[b] *Prima rerum*] Initia hujus belli civilis.

Prima rerum] Vertit Interp. Gall. quasi respicerent Daci, quomodo succederent bella civilia Rom. Sed id ambiguum, et de exitu bellorum id statim sumit lector: et hunc exitum non spectabant Daci, immo initia belli speculabantur, ut clare patet. Et hæ ambiguitates maxime interpretibus vitandæ sunt, quæ in sensum contrarium flectunt animos legentium.

[c] *Flagrare Italiam*] Inter Pannonicas ac Mœsicas, quæ antea Danubii ripam tuebantur, et Germanicas seu Vitellianas legiones.

[d] *Expugnatis*] Prius expugnarunt hyberna cohortium et alarum, quia minus valida, et fere forte vacua: milites præsidiarii tracti in Italiam.

[e] *Cohortium alarumque*] Conspirant versiones, ut sumant de *auxiliaribus:* scil. ut opponant *legionibus*, de quibus statim Tacitus: Ita ut castra *sociorum* sint expugnata ab hostibus, non vero castra *legionum.*

Sed certe cohortes quædam Rom. ut et alæ, jam seorsim a legionibus merebant, et dispositæ erant per castella, præcipue apud ripam Rheni et Danubii, quibus locis irrumpere solebant Barbari, et quæ multis præsidiis passim dispositis indigebant.

Nec forte committerent Romani cohortibus solis auxiliaribus castella præsidiaque limitis imperii, in quibus salus rei Rom. sed simul aut dispone-

Digitized by Google

que Danubii[g] ripa potiebantur. Jamque castra legionum[h] exscindere parabant, ni Mucianus sextam legionem[i] opposuisset, Cremonensis victoriæ gnarus, ac ne externa moles[j] utrimque ingrueret, si Dacus Germanusque diversi irrupissent. Affuit, ut sæpe alias, Fortuna Populi Rom. quæ Mucianum viresque Orientis illuc tulit: et quod Cremonæ interim transegimus. Fonteius Agrippa[k] ex Asia

utrumque Danubii littus insederant. Jamque hyberna legionum evertere parabant, ni Mucianus objecisset sextam legionem, comperta Cremonensi victoria, ac ne externa vis utrimque incumberet, si Dacus et Germanus diversa parte invasissent. Adjuvit, ut sæpe alias, fortuna populi Romani; quæ Mucianum et copias Orientis illuc duxit: et quia Cremonæ interea debellavimus. Fonteius Agrippa post Asiam, cui

NOTÆ

bant suas cohortes Rom. aut saltem stationes intermiscebant, ut partim Romani, partim auxiliares essent. Et sic inspecti et custoditi ipsi, qui custodiebant.

Non prorsus arguo sensum de cohortibus *auxiliaribus* hic: sed verisimile est, fuisse et hic cohortes Romanas et alas, quarum præsidia a Barbaris expugnata sunt, priusquam castra ipsa legionum aggrederentur.

Sic in Agric. 41. ubi de iisdem Dacis agitur: 'Tot militares viri cum tot cohortibus expugnati et capti: nec jam de limite imperii et ripa, sed de hybernis legionum et possessione dubitatum.' An et hic intelligas de *cohortibus auxiliarium* tantum? id falsum putem: eo ævo alius mos. Nec dubites de ea lectione Agric. 41. rectissima est, ut clare demonstramus suo loco.

[f] *Hybernis*] Quæ disposita forte in utraque ripa Danubii: quibus *hybernis* expugnatis, jam facile invadebant Barbari Mœsiam.

[g] *Danubii*] Danubius, fluvius Germaniæ magnæ, Illyrici late sumti, et Sarmatiæ Europææ, in Pontum Euxinum labitur: hodie *Donauv* Allemanis, *Danube* Francis: fluit per Allemaniam, et Turcicum imperium Europæum, deinde se exonerat in mare Nigrum seu Majus. *Tillemon.*

[h] *Castra legionum*] Quæ certe exscindere facile potuerunt, cum abesset robur ipsarum legionum: et qui forte relicti erant milites custodiendis castris, essent senes plerique et invalidi, aut tirones, qui præliorum inexperti. Hoc sciebant Barbari.

[i] *Sextam legionem*] Itaque duplex hoc nomine legio, altera in Hispania, altera cum Muciano, quam adducebat ex Oriente, l. II. 83. 'Legio sexta et tredecim vexillariorum millia ingenti agmine sequebantur.'

[j] *Externa moles*] Externi belli moles.

[k] *Fonteius Agrippa*] Dissentire videntur Josephus et Tacitus hoc historiæ loco. Si sequimur Tacitum, rebellarant Daci, et jam utraque ripa Danubii potiebantur, cum ex Oriente advectus Mucianus opposuit sextam legionem, compressitque Barbaros.

Dein festinante in urbem Muciano, videtur Mœsiæ præpositus Fonteius, nempe post coërcitos a Muciano Dacos, rejectosque extra Danubium; vel etiam longe ultra Danubii ripam alteram.

Et si post digressum, aut ante adventum Muciani profligatus cæsus-

Digitized by Google

(pro Consule?[1] eam provinciam annuo imperio[m] tenuerat)

per annum præfuerat, proconsulari imperio, Mœsiæ præfectus est: adjuncto milite e

---

[1] Ita quidem Mss. Flor. Reg. Agr. editio princeps, Ryckius et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *proconsul.* Idem omnino est, sive *proconsule*, sive *proconsul* scripseris. Illud tantum paulo antiquius. *Brotier.*

NOTÆ

que sit Fonteius, ut vult Josephus, certe negligenter id scripsit Tacitus, qui silet de clade et exitio viri consularis. An Daci rebellassent, profligassentque exercitum consularem post Mucianum, et post victoriam Cremonensem, cum abunde suppeterent copiæ Rom. et opes adversus Barbaros?

Forte Mucianus advehi potuit in Mœsiam, cum gravi agmine legionum, tantum circa finem mensis Decembris, et tum ibi instaurare res Romanas. At Fonteius, cum metuerent Flaviani præcipue et legiones Mœsicæ suis castris Mœsicis, statim missus fuit, ut conjicere est, post pugnam Cremonensem, 'additis copiis e Vitelliano exercitu, quem spargi per provincias, et externo bello illigari, pars consilii pacisque erat.'

Duæ res tum valde urgebant, bellum Dacorum, et pax discordium legionum; pugna autem Cremonensis commissa exeunte Octobri. Itaque potuit Fonteius advehi cum legionibus Vitellianis ex Italia in Mœsiam, serius, circa finem Novembris, et prævenit haud dubie Mucianum. Sicque vinci potuit a Dacis, cum utramque ripam fluminis occuparunt, priusquam adventaret Mucianus.

Forte veniebat ex Asia, cui præfuerat, Fonteius, nisi forte simul adveheretur cum Muciano: quod non puto. Nam certe festinare maxime debuit, quippe ut adversus insultantes impune Barbaros. Mirum quod sileat Tacitus de fortuna Fonteii, si tam iniqua fuit, ut tradit Josephus. Sed auctoribus Græcis et Orientalibus non prorsus fidendum in rebus Rom.

Fonteius Agrippa] Hic præpositus Mœsiæ a Vespasiano, seu sponte ejus, a Muciano, quod idem est: nam et habuit haud dubie annulum principis Mucianus, ad instar ranæ, seu sphingis Augustææ; quo munia imperii pro libito gereret, firmaretve jussa. Præpositus est Fonteius Mœsiæ, 'additis copiis e Vitelliano exercitu,' quæ scil. prælio Cremonensi victæ erant; ergo jussu Flaviani principatus. Sed mirum est, quod sileat Tacitus de Fonteio profligato a Dacis, et interfecto. Verisimilius tamen est victum fuisse ducem Romanum, cum jam *utraque ripa* Danubii potirentur Daci, et succurrisse in tempore legionibus castrisque Mœsicis Mucianum, cum sexta legione. Hoc contigit circa mensem Decembrem, quo forte jam Danubius gelu rigens, ponte alio non indigeret, et quo facile transmitterent Barbari.

Fonteius Agrippa] Ut narrat Tacitus, impositus Mœsiæ videtur Fonteius post adventum Muciani; itaque et profligatus erit, si vere profligatus est, postquam in Italiam venit idem Mucianus.

[1] *Asia, pro Consule*] Proconsulatus Asiæ continebat partem occidentalem Asiæ minoris proprie dictæ, ad mare Ægæum, et ubi provinciæ Æo-

Digitized by Google

Mœsiæ præpositus est: additis[n] copiis e Vitelliano exercitu, quem spargi per provincias,[o] et externo bello illigari, pars consilii pacisque erat.

47. Nec ceteræ nationes silebant.[p] Subita[q] per Pontum arma barbarum mancipium, Regiæ quondam[r] classis Præfectus, moverat; is fuit Anicetus, Polemonis libertus, præpotens olim, et, postquam regnum in formam provinciæ[s] verterat,[t] mutationis impatiens. Igitur Vitellii nomine, ascitis[u] gentibus, quæ Pontum accolunt, corrupto in spem rapinarum egentissimo[1] quoque, haud temnendæ[2] manus

Vitellianis legionibus, quas distribui per provincias, et extraneis bellis distringi et innecti, pars prudentiæ concordiæque erat.

Nec aliæ gentes quiescebant. In Ponto repentinum bellum excitarat extraneus servus, qui olim regiæ classi præfuerat. Is fuit Anicetus, libertus Polemonis regis, *quondam præpollens, et, cum regnum in speciem provinciæ redactum esset, novæ dominationis intolerans. Itaque Vitellii prætextu, adjunctis nationibus Ponto finitimis, solicitato in spem prædæ miserrimo quoque, haud modici agminis ductor, repente*

1 Hujus vocis loco lacunam offert Budens. *Oberl.*—2 Male Mss. Reg. Jes. et editio princeps, *haud tenendæ*. Brotier.—3 Perperam Puteolanus, *auctor* pro

NOTÆ

lis, Ionia, et *Doris:* hodie pars præfecturæ *Natoliæ* ad Archipelagum, in Turcico imperio Asiatico. Ex notitia imperii Orientis et Panciroli commentario c. 101. &c. *Tillemon.*

[n] *Annuo imperio*] Annuo imperio rexerat Asiam Fonteius, ut debuit: neque enim ultra extendebatur proconsulatus Asiæ aut Africæ, aut ullius provinciæ *publicæ*. Provinciæ armatæ seu *Cæsaris* diutius tenebantur, pro necessitate rerum ac belli; vel pro arbitrio dominantis; et *extraordinaria imperia* appellata.

[n] *Additis*] Scil. præter eas copias quæ jam ante Mœsiam tuebantur.

[o] *Spargi per provincias*] Sic prudenter distractæ partes: nec lascivit in castris 'suetus expeditionibus miles.' Ne otium castrense exuat, ne pacem turbet, ne ruat in civilia arma, bellis externis illigari, 'pars consilii pacisque.'

[p] *Silebant*] Non quiescebant, aut pacem agitabant.

[q] *Subita*] Subitum repentinumque bellum moverat externus servus, seu libertus Polemonis regis Pontici.

[r] *Regiæ quondam*] Intelligit classem Polemonis, qui Rex olim Ponti fuerat.

[s] *Regnum in formam provinciæ*] Tempore Neronis. *Savilius.*

[t] *Verterat*] Neutro passive sumitur. Hæc facta mutatio, quia supremis tabulis regnum populo Rom. seu Neroni reliquerat Polemo, Suet. Ner. 18. 'Ponti modo regnum concedente Polemone, ... in provinciæ formam redegit.'

[u] *Ascitis*] In partes, in commilitium ac societatem belli vocatis.

Digitized by Google

ductor,[3] Trapezuntem,[v] vetusta fama[4] civitatem, a Græcis in extremo Ponticæ[w] oræ conditam, subitus irrupit. Cæsa ibi cohors,[x] Regium auxilium[y] olim, mox donati civitate Romana, signa armaque in nostrum modum, desidiam licentiamque Græcorum, retinebant. Classi[5] quoque[z] faces

invasit Trapezuntem, antiquam Asiæ urbem, structam a Græcis in ultimis finibus littoris Pontici. Ibi interfecta est *cohors, regium quondam* urbis *præsidium; dein ascripti* hi milites fuerant *in cives Rom. et vexilla atque arma more nostro acceperant, inertiam lasciviamque Græcorum servabant. Navibus etiam ignem subjecit*

ductor. Idem.—4 *Vetustam Asiæ ciritatem.* Ita Pichena et recentiores. Sic quoque vertit Cl. Gordon. Corrupte Ms. Flor. *vetusta mama civitatem.* Ms. Reg. et editio princeps, *vetusta manus civitatem.* Ms. Corb. *manu.* Ms. Bud. *vetustam manum.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *vetustam admodum ciritatem.* At cum *admodum* minime sit Corneliannm, potior videtur Pichenæ emendatio. Lipsius e Ms. Flor. tentabat, *retusta fama civitatem.* Librarius in Ms. Agr. vitata difficultate, *retustam civitatem.* Brotier. Ernestus cum Freinsh. prætulit scripturam Ms. Flor. quam recipio cum Bipont. *Oberl.* Ryckius et Gronovius, ut Brotierus, *retustam Asiæ civitatem.* —5 Sic Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *classis quoque.* Quod immerito probat Jac. Gronovius, quasi hic agatur de Aniceti

NOTÆ

[v] *Trapezuntem*] Trapezus, urbs Ponti Cappadocii, ad Pontum Euxinum in Asia minore peninsula: hodie *Trebisonde* Francis, *Tarabosan* Turcis, urbs præfecturæ cognominis in Natolia regione, ad mare Nigrum, sub Turcico imperio Asiatico. *Tillemon.*

[w] *Ponticæ*] Maris Pontici.

[x] *Cæsa ibi cohors*] Ibi turbat Interpres Gall. fingitque multa perperam, fuisse 500. homines cæsos, rebellasse eos olim adversus Polemonem regem, transisse in partes Romanorum; quæ omnia ficta, vel falsa.

[y] *Regium auxilium* dictum, vel quia auxiliares regis erant, quos submittebat Romanis cum aliis copiis: vel, potius, *præsidium regium* fuit, quo rex nempe Polemo, Trapezuntem civitatem custodiebat. Nec rebellavere illi adversus regem, sed concedente vita, vel alioqui largiente Polemone, redactoque in provinciam regno, eo ipso Romani fuerunt. Suet. Ner. 18. ' Ponti modo regnum, concedente Polemone, item Alpium, defuncto Cottio, in provinciæ formam redegit;' Nero, nempe. Paternum regnum Polemoni dederat Caius princeps ex SCto, teste Dione lib. XL. Forte regnum Ponticum testamento reliquerat Romanis Polemo, ut alii reges olim.

Cohors] Vertunt, *quingentos Græcos.*

Regium auxilium] Ea cohors præsidium Polemonis regis erat olim in urbe Trapezunte: dein milites hujus cohortis, qui *Græci* seu Pontici erant, in cives Rom. ascripti sunt, ut ex sociis seu auxiliaribus fierent veri legionarii.

Et certe jam ' arma signaque in nostrum modum:' id est, more legionariorum habebant: sed inertiam lasciviamque Græcam illi retinuerant; unde exitium, ideo et incuriosa *cohors cæsa.*

[z] *Classi quoque*] Hanc classem habuere in Ponto, id est, in capite et fonte maris Mediterranei. De hac

Digitized by Google

intulit, vacuo[a] mari, eludens,[6] quia lectissimas[7] Liburnicarum, omnemque militem Mucianus Byzantium adegerat. Quin et barbari[b] contemtim[8] vagabantur, fabricatis repente navibus, *(camaras*[9] vocant,)[c] arctis lateribus,[d] lata alvo,[10]

Anicetus, *destituto* classe *pelago, impune vagus, quia Mucianus Byzantium advexerat validissimas Liburnicarum, et omnes copias. Quin etiam extranei* eo mari *licentius grassabantur, instructis propere navibus, quas appellant* camaras, *angustis*

classe. *Brotier.*—6 Ms. Reg. *illudens*, probantibus Lipsio et Acidalio.—7 Editio princeps, *lectissima*. Quod non ita displicet. Græcis enim sæpe utitur Tacitus. Ms. Reg. *lætissima*. Brotier.—8 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. In Ms. Flor. *contemti*, Jac. Gronovio frustra probatum. Librarius enim omisit lineam in Mss. vocalibus superaddi solitam, ut litera *m* suppleatur. Ms. Corb. et editio princeps, *contenti*. Idem. Gronovius et Ryckius cum Rhenan. dant *contemtius*.—9 Sic bene Mss. Flor. Reg. Agr. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *quas cameras vocant*; et sic Gronovius. *Quas* in Ms. Corb. omissum. *Brotier.*—10 Sic bene Lipsius et recentiores. In Ms. Flor. *lata alvom*. Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. Guelf. Agr. et editiones veteres, *latam alvum . . . . . connexam*. Cl. Ernestus, aut omissum vellet, *connexa*; aut emendatum, *connexis*. Idem.

NOTÆ

Tacitus hic: 'Lectissimas Liburnicarum, omnemque militem,' classiarium scil. et cohortium, 'Mucianus Byzantium adegerat.'

De hac classe etiam Joseph. lib. II. Exscidii: 'Ponticæ omnes gentes tribus millibus militum subduntur, et quadraginta naves longæ rostratæ illud asperum et innavigabile pelagus tutum pacatumque præstant.'

Classi] Quæ non proprie Romana, ut vertunt, sed sociorum fuit.

[a] *Vacuo*] Nempe, quia classis exusta, jam mare *vacuum*, destitutumque navibus et omni militum classiariorum præsidio erat, unde opportunitas Aniceto *eludendi* impune.

[b] *Quin et barbari*] Hi scil. barbari quos asciverat Anicetus: vel etiam alii, *data porta* semel licentiaque, ut solet.

Barbari] Alii præter eos, ut arbitror, qui se Aniceto sociaverant; Achæi nempe, Heniochi, et Cercæi, alteram Ponti Euxini oram incolentes, atque, ut refert Strabo lib. II. rapto viventes, quales hic describuntur. *Savilius.*

[c] *Camaras vocant*] Strabo lib. XI. 'Navigia oblonga, angusta, et levia; quorum alia viginti circiter homines caperent, raro, aut ad summum, triginta.' Græci vocant καμάρας. *Idem.*

A Tacito longe dissentit Ethicus Hister, qui hoc ipsum navigii genus ita nuncupatum ait, quod more Camelorum in medio curvo colcherio, quasi Cameli gibbum, fenestras obliquas et modicas, ad ventorum receptaculum haberet, camera sursum consuta, unde nomen habet, coriis magnis conjunctis. *Lupanus.*

Cameras] Sic dictas putant, quia *in modum tecti clauduntur*, velut instar fornicis concameratæ seu testudinatæ per tabulas; quibus *summa navium* illarum *augent*, pro libito, aut necessitate.

[d] *Arctis lateribus*] Sic facilius augentur tabulis, donec prorsus claudantur.

Digitized by Google

sine vinculo æris aut ferri connexa:[e] et tumido mari, prout fluctus attollitur, summa navium tabulis augent, doneo in modum tecti claudantur. Sic inter undas[f] volvuntur, pari utrimque prora,[g] et mutabili remigio,[h] quando hinc vel illinc[i] appellere indiscretum et innoxium est.

48. Advertit[1] ea res Vespasiani[a] animum,[j] ut vexillarios[k] e legionibus,[l] Ducemque Virdium[m] Geminum, spec-

lateribus, largo utero, sine nexu æris vel ferri devincta; et sæviente pelago, prout unda evehitur, summa navigiorum pluribus axibus evehunt, donec in speciem domus operiantur. Sic inter aquas fluctuantur, æquali utrimque prora, et facile conversis remis, cum hinc vel illinc applicare non refert, et sine damno licet.

Movit ea res Vespasianum, ut asciscerent vexillarios e legionibus, ducemque Virdium

1 Male Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *avertit*. Brotier.—2 Mallet

NOTÆ

[e] *Connexa*] Mallem *connexas:* attamen ad τὸ *alvo* referri potest.

[f] *Inter undas*] Ita immittuntur inseruntur que invicem tabulæ navium, etiam *sine vinculo æris aut ferri*, ut inter procellas susdeque attolli, atque rursus immergi possint, sine periculo aut noxa. Non excludit tamen ars illa forte fibulas ligneas, seu virgea vincula, ne facile dissolvi motu aut vi fluctuum naves possint.

Inter undas] Quia sic partim undis exagitatis immergitur navis, partim supra fluctus emergit attolliturque.

[g] *Pari utrimque prora*] Eandem navium formam in usu fuisse apud Germanos Suiones, auctor est Tacitus llb. de moribus Germanorum, 'forma navium in eo differt, quod utrimque prora paratam semper appulsui frontem agit.' *Pichena.*

[h] *Mutabili remigio*] Quandoquidem prora utrimque par erat, existimo, non translatos e sua sede remiges, sed tantum mutasse situm corporum aut remorum, vel remigandi modum, *quando*, sic, *hinc vel illinc appellere indiscretum et innoxium est.* Τὸ *hinc vel illinc* intellige de nave, non de littore.

Mutabili remigio] Vertunt: Quod in promtu esset ad utramque manum: quo remigio, scil. facile a parte læva dextraque uterentur, prout vellent.

[i] *Hinc vel illinc*] Par ex utraque parte navis prora: sicque ex hac vel illa navis parte, pro nutu appelli potuit, cum *innoxium* esset.

[j] *Vespasiani animum*] Non sic Tacitus: rescribe, *Vespasianum.*

[k] *Vexillarios*] Vertit Interp. Hispanus, *Jubilados*, seu veteranos: quod falsum. Nam *vexillarii* e legionibus delecti, nec illi exauctorati erant.

Veterani certe merebant sub vexillo, sed exauctorati, et omnium curarum belli immunes, *nisi propulsandi hostis* a suis præsidiis; nec *vexillarii* vocabantur. Longe alia conditione *vexillarii* nostri, qui trahebantur ad longinqua difficiliaque belli ministeria.

[l] *Legionibus*] Quas in Ægypto et in Oriente habuit Vespasianus.

[m] *Virdium*] Qui forte præfectus castrorum; nam tales præfecti, ve-

Digitized by Google

tatæ militiæ, deligeret. Ille incompositum et prædæ cupidine vagum hostem adortus, coëgit[3] in naves: effectisque[n] raptim Liburnicis, assequitur Anicetum in ostio fluminis Cohibi,[4 o] tutum sub Sedochezorum[5] Regis auxilio, quem pecunia donisque ad societatem perpulerat. Ac primo Rex minis armisque supplicem tueri: postquam merces proditionis aut bellum ostendebatur; fluxa, ut est barbaris, fide, pactus Aniceti exitium,[6 p] perfugas tradidit, belloque servili

Geminum conspicuum bello. Ille aggressus hostem inconditum, et prædæ aviditate palabundum, compellit in naves: fabricatisque propere Liburnicis, attingit Anicetum in ore amnis Cohibi, tuentem se ope regis Sedochezorum, quem in partes illexerat opibus muneribusque. Et initio Rex protegere supplicem minis armisque; at ubi exhibebatur præmium perfidiæ, aut bellum; levi, ut apud Barbaros, fide, cum de pernicie Aniceti pretio convenisset, transfugas reddidit, et motus servilis hic exitus

Lipsius, *Vespasianum.*—3 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *cogit.*—4 Male Mss. Reg. Jes. *Cohibiti.* Nec satis accurate in aliis Mss. et libris editis, *Cohibi.* Potius, *Cobi*, ut, ex scriptoribus Græcis ac Latinis, Colero ceterisque viris eruditis jam observatum. *Brotier.*—5 Ita quidem Mss. Harl. Bodl. Puteolanus ac deinde ceteri omnes. In Ms. Reg. et editione principe, *Sedotezorum.* Ms. Corb. *Sedethegorum.* Ms. Guelf. *Sodechzerum.* Ms. Jes. *Sodochezorum.* Hæc omnia corruptissima. Optime conjecit Colerus, *sub Sedochi, Lazorum regis, auxilio.* Lazos in hoc terrarum tractu memorat Plinius, VI. 4. 'Flumen Absarum, (nunc Fortunasoui,) cum castello cognomine in faucibus, a Trapezunte, (nunc Trebizond,) CXL. mill. passuum. Ejus loci a tergo Iberia est: in ora vero Heniochi, Ampreutæ, Lazi.' Gubazes, Lazorum rex, apud Cobum interfectus narratur ab Agathia, lib. III. Quod erudito Ryckio jam observatum. *Idem.*—6 Male Ms. Agr. *excidium.* Mss. Bodl. Jes. Guelf. *auxilium.*

NOTÆ

teres belli et *spectatæ militiæ*, præerant legionibus sæpe, ac vexillariis legionum.

Non habuit tamen jus gladii præfectus castrorum, quod habuere legati legionum, lib. I. 44. 'Vinctos trahunt ad legatum legionis primæ C. Cetronium, qui judicium et pœnas de singulis in hunc modum exercuit,' &c.

[n] *Effectisque*] Forte fabricare novas naves coactus est, quia omnes Liburnicas Byzantium adegerat Mucianus. Vel forte, *effectis*, id est, contractis. Attamen potuit festinanter construere navigia, ut et hostes, qui supra, 'contemtim vagabantur, fabricatis repente navibus,' &c.

[o] *Cohibi*] Chobus, vel Cobus, fluvius Suanorum et Absilarum populorum, in Colchide regione, in mare Phasianum se exonerat: hodie *Copi* vel *Copo*, in regno Odisci versus meridiem, et in latere occidentali Georgiæ regionis, labitur in mare Nigrum: ex Plinio lib. VI. c. 4. Lamberti Mingrelia, Sansonis Colchide. *Tillemonius.*

Flumen *Cohibus*, et *Sedochezi* populi illi, in alta nocte et silentio apud scriptores: notius equidem flumen reddi posse existimo, sic legendo, *in ostio fluminis Chobi.*

Sic appellat Arrianus in descriptione Ponti Euxini: 'A Chariente in

Digitized by Google

finis impositus. Lætum ea victoria Vespasianum, cunctis super vota fluentibus, Cremonensis prælii nuntius in Ægypto assequitur. Eo properantius Alexandriam[q] pergit, ut, fracto Vitellii exercitu, urbem quoque[7r] externæ opis indigam fame urgeret.[s] Namque et Africam, eodem latere sitam, terra marique invadere parabat, clausis annonæ subsidiis, inopiam[t] ac discordiam hosti facturus.

49. Dum hac totius orbis mutatione fortuna Imperii transit,[u] Primus Antonius nequaquam pari innocentia post Cremonam agebat; satisfactum bello ratus et cetera ex

fuit. Omnibus supra spem provenientibus, exultantem ea victoria Vespasianum in Ægypto attingit nuntius pugnæ Cremonensis. Eo festinantius Alexandriam contendit, ut fusis ac stratis jam *Vitellii legionibus, inopia frugum premeret etiam civitatem, externi auxilii egentem. Quippe* simul *solo saloque irrumpere in Africam destinabat, eadem ora* maris *positam, ut occupatis rei frumentariæ subsidiis, egestatem* seu annonæ difficultatem *et dissensionem Vitellianis afferret.*

Dum hac universi orbis inclinatione fortuna principatus transfertur, Primus Antonius minime pari abstinentia aut modestia post Cremonense prælium agitabat:

****

In margine Mss. Bodl. et Jes. additum, *exitium*. Brotier.—7 Male Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. et editio princeps, *urbemque*. Idem.

NOTÆ

fluvium Chobum navigavimus.'

Populorum nomen, si tam feliciter quam audacter correxi, bene habet. Sic autem emendabam: *sub Sedochi Lazorum regis auxilio*. Lazi populi Pontici, et, ni fallor, Sarmatæ fuere, apud Ptolemæum, Plinium, Agathiam, Procopium, Stephanum. *Colerus.*

[p] *Aniceti exitium*] In eo, puto, exitium Aniceti fuit, quod perfugas Rex traderet, in quibus dux ipse Anicetus.

Exitium] Ita forte *pactus* Rex exitium *Aniceti*, ut ipse occideret; ceteros vero *perfugas* ac rebellionis socios Romanis traderet.

[q] *Alexandriam*] Alexandria, urbs Alexandrinorum Nomi, in Ægypto inferiore sive Delta, et ad mare Ægyptium, totius Ægypti fuit caput: hodie apud Francos nomen antiquum retinet, et a Turcis, quibus paret, vocatur *Scanderia*. Urbs est partis *Bahri*, sive Ægypti inferioris. *Tillemonius.*

[r] *Quoque*] Sic intellige, 'ut, fracto Vitellii exercitu,' etiam urbem Romam externæ annonæ indigam 'fame urgeret;' quia licet superatus esset miles Vitellii, tamen adhuc Roma ipsa in partibus Vitellianis perstabat.

[s] *Fame urgeret*] Aliam prætcrea rationem affert Josephus lib. IV. 37. nempe ut alliceret duas legiones quæ Alexandriæ erant.

[t] *Inopiam*] Ex *clausis annonæ subsidiis* statim *inopia*; et ex inopia statim *discordia* inter hostes nasci debuit, ut solet. Sic infra 50. 'Inopia et seditiosæ militum voces.'

[u] *Fortuna Imperii transit*] Ab Oceano nempe Britannico, a Rheno, et a

Digitized by Google

facili, seu felicitas in tali ingenio avaritiam, superbiam, ceteraque occulta mala patefecit: ut captam, Italiam persultare; ut suas,[v] legiones colere; omnibus dictis factisque viam[1 w] sibi ad potentiam[x] struere: utque licentia militem imbueret, interfectorum Centurionum ordines legionibus offerebat:[y] eo suffragio turbidissimus quisque delecti: nec

sen *profligatum bellum existimans, et reliqua facilia* esse, *seu prosperitas in tali homine reclusit cupiditatem, arrogantiam, et alia flagitia latentia;* ille *velut expugnatam armis Italiam ludibrio habere; militem tanquam suum demerere; omnibus dictis factisque iter sibi ad potestatem sternere: et ut procacia audaciaque militem corrumperet, præbebat legionibus munia centurionum occisorum: eo delectu seditio-*

1 *Vim sibi.* Ita Mss. et veteres ac recentiores editiones. Lipsius emendavit, *viam.* Placet quoque Cl. Ernesto, qui, si *vim* retineatur, corrigit, *vim sibi ac potentiam struere.* Nihil mutandum merito censent Gronovius et Ryckius. Quid ni dicatur, *vim sibi ad potentiam struere?* Jam vidimus supra Annal. XIII. 19. 'fama potentiæ non sua vi nixæ.' *Brotier.* Lallem.

NOTÆ

Danubio usque ad Euphratem, in fortunam Vespasiani concedebant omnia.

[v] *Ut suas*] Ut Imperator jam, non ut legatus Cæsaris.

[w] *Viam*] Alii *vim*, ex Mss. sed frustra.

[x] *Ad potentiam*] Vertunt de *imperio:* non tamen præcise sic sumendum fuit, sed de *potentia* indistincte, et in genere.

Ad potentiam] Vel et mox ad summum fastigium, si casus daret.

[y] *Interfectorum Centurionum ordines legionibus offerebat*] Hoc est, ut ipsæ legiones sibi, quos vellent, centuriones eligerent. *Pichena.*

Interfectorum centurionum ordines] Qua non major apud vulgus caligatorum excogitari licentia potuit. Nempe gregarius miles id sibi arrogabat, ut vel se ipse eligeret, vel turbidissimos quosque ac deterrimos ad centurionatum pro libito eveheret.

Quod olim usurparat Germanicus Cæsar, lib. XIV. 'Centurionatum inde egit. Citatus ab imperatore nomen, ordinem, patriam, numerum stipendiorum, quæ strenue in præliis fecisset, cui erant dona militaria, edebat: si tribuni, si legio industriam innocentiamque approbaverant, retinebat ordines; ubi avaritiam aut crudelitatem consensu objectavissent, solvebatur militia.'

Quod licet favorabili, immo et necessaria occasione gestum, tamen arguebant imperitantes: lib. I. 52. Tiberius 'gaudebat oppressam seditionem; sed quod largiendis pecuniis et missione festinata favorem militum quæsivisset, bellica quoque Germanici gloria angebatur.'

Ceteras favoris causas non persequitur Tacitus. Sed hæ satis intelliguntur, supra cap. 40. 'Satis superque . . . . . mollibus consultis peccatum:' et cap. 36. 'Periculosa severitas, flagitiosa largitio; seu nihil militi, seu omnia concederentur, in ancipiti Respublica.'

Digitized by Google

miles in arbitrio Ducum, sed Duces militari violentia trahebantur. Quæ seditiosa, et corrumpendæ disciplinæ,[a] mox in prædam[z] vertebat, nihil adventantem Mucianum veritus; quod exitiosius[a] erat, quam Vespasianum sprevisse.

50. Ceterum propinqua[1] hyeme,[b] et humentibus Pado[c]

sissimus quisque asciti: nec miles in obsequio erga duces, sed militari ferocia duces abripiebantur. Quæ turbida, et profligandæ castrorum severitati reperta, *postea in rapinas flectebat, nihil metuens advenientem Mucianum; quod perniciosius erat quam contemsisse Vespasianum.*

Ceterum imminente hyeme, et humidis circa Padum terris, expeditæ copiæ in-

et Bipont. recipiunt *viam.*—2 Aliter distinguit Ryckius: *Quæ seditiosa, et corrumpendæ disciplinæ. Mox in prædam, &c.* Potior est vulgata distinctio, libris omnibus scriptis et editis probata. *Brotier.*

1 Mss. Corb. Agr. *propinquante hyeme;* ut volebat Muretus.

NOTÆ

[z] *In prædam*] Cum militari licentia, et ubi nulla auctoritas ducibus, statim intrat prædandi libido. Et quis eam coërceat, cum loco ducum, miles imperat, seu potius lasciviit? cum duces melioresque caligarum violentia trahuntur?

Quam *prædam* tamen forte non in sinum suum vertebat Antonius; sed sic tamen militem *imbuebat* præda civili; et in eo sceleratior. Nam quis non defleat provincias vastatas, spoliatos socios, Rempub. exhaustam? ut, scil. ad breve tempus lasciviant caligæ; et frustra satiare velis tot millia caligatorum.

In prædam] Vertunt, quasi opes illas in sinum suum verteret, sibique soli haberet; quod tamen indistincte simul et de milite sumendum fuit, cui, scil. bello civili plus licebat, quam ducibus: ideo in civilia arma ruebant, ut omnia sibi agere et ferre liceret.

[a] *Quod exitiosius*] Certe periculosius est lacessisse pravos dominationis magistros, quam ipsum principem: multosque nobilissimos viros occidit Mucianus, etiam non consulto Vespasiano; sive sibi sive illi talia commodaret crimina, sive ultro principi innocentiam condonaret, et invidiam talium faciuorum in se consulto transferret.

Statim occidit fratrem Vitellii, dein et filium illius. Forte et tribuno ipsius Vitellii principis cædem imperarat. *Domus illustres* Capuanorum *afflictæ.* Ejus jussu interficitur L. Piso proconsul Africæ. Occiditur et Calpurnius Galerianus filius C. Pisonis.

Et quod arguebant in Nerone ac Vitellio Flaviani ipsi patrabant, 'magis alii homines quam alii mores.' Prolixe censebat etiam Mucianus pro delatoribus, fovebat Vibios, Marcellos, et similia Reip. flagitia: usque adeo malis ministris etiam indiget ambitio et nova dominatio.

[b] *Propinqua hyeme*] Nempe, mense Novembri.

[c] *Humentibus Pado*] Forte exundaverat Padus, et vicinos agros viasque impleverat: quod gravi legionum agmini infestum et iniquum.

Digitized by Google

campis, expeditum[d] agmen[e] incedere. Signa aquilæque victricium legionum, milites vulneribus aut ætate graves, plerique etiam integri,[f] Veronæ relicti: sufficere cohortes[g] alæque, et e legionibus lecti, profligato jam bello, videbantur. Undecima legio[h] sese adjunxerat, initio cunctata; sed, prosperis rebus, anxia, quod defuisset. Sex millia Dalmatarum,[2][i] recens delectus, comitabantur. Ducebat Poppæus Silvanus, Consularis: vis[3] consiliorum penes Annium Bassum, legionis Legatum: is Silvanum, socordem bello,

cessere. Vexilla et aquilæ legionum victricium, milites plagis aut senecta fessi, plerique etiam validi, apud Veronam remansere; sufficere credebantur cohortes et alæ, atque legionum vexillarii, patrato jam bello. Accesserat undecima legio, quæ primo dubitaverat; sed jam *rebus secundis, solicita, quod non affuisset.* Eam *sex millia Dalmatarum, nuper conscriptorum, sequebantur. Præerat Poppæus Silvanus,* legatus *consularis: auctoritas* fuit *penes Annium Bassum, legatum legionis: is præ-*

2 Budens. *Sarmatarum.*—3 Mss. Harl. Bodl. *jus consil.*

NOTÆ

[d] *Expeditum*] Sine sarcinis, impedimentis, aut etiam machinis, quæ magnæ molis.

[e] *Agmen*] Expeditum illud agmen compositum ex cohortibus, alis, et vexillariis, seu Electis legionum; at legiones seu aquilas et aliud gravius agmen Veronæ relinquunt.

[f] *Integri*] Non saucii, aut invalidi.

[g] *Cohortes*] *Cohortes alæque;* hæ sunt auxiliares, saltem ex parte, quos opponit aliis, qui *e legionibus lecti*, et quos *subsignanos* alibi vocat Tacitus.

[h] *Undecima legio*] Quæ in Dalmatia remanserat. Nam, superiori libro, dixit Silvanum *Dalmatiæ* præfuisse. *Pichena.*

Undecima legio] Vertunt, quasi comitatui seu agmini expedito Antonii sese adjunxisset ea legio; quod falsum puto. Sese *adjunxerat* Dalmatica ea legio aliis legionibus quæ *Veronæ* subsistebant. Adverte quod dicit Tacitus, *sese adjunxerat*, nempe, priusquam hinc digrederetur Antonius.

An *sex millia Dalmatarum*, molem belli inanem, secum hyeme adveheret Antonius, aut certe ipsam legionem undecimam, quæ fessa et exhausta hyberno itinere erat, cum aquilas aliarum legionum relinqueret Veronæ?

Dalmatæ illi, nondum sub signis, relicti, ut supplerent classem Ravennatem, tanquam parum idonei militiæ legionum aut cohortium. Tac. 'Classem supplevere Dalmatæ,' pars, ut milites classici, pars, ut remiges essent.

[i] *Dalmatarum*] Qui auxiliares, et nondum sub signis; seu nondum in ordinem cohortium compositi. Nam infra, 'classem Dalmatæ supplevere:' quæ militia longe ignobilior, quam auxiliarium, aut legionariorum. Jam olim invaluerat, ut Dalmatæ apud classem Ravennatem mererent. Supra, c. 12. 'Lucilius Bassus, classis Ravennatis præfectus, ambiguos militum animos, quod magna pars Dalmatæ Pannoniique erant... partibus ejus [Vespasiani] aggregaverat.'

Digitized by Google

et dies rerum[j] verbis terentem, specie obsequii[k] regebat, ad omniaque, quæ agenda forent, quieta cum industria[l] aderat. Ad has copias,[m] e classicis Ravennatibus, legionariam militiam[n] poscentibus, optimus quisque asciti: classem Dalmatæ supplevere.[4] Exercitus Ducesque ad Fanum[o] Fortunæ iter sistunt, de summa rerum[p] cunctantes, quod, 'motas ex urbe Prætorias cohortes,'[q] audierant, et teneri præsi-

textu obsequentiæ gubernabat Silvanum segnem militia, et qui tempora negotiorum loquendo absumeret, atque ad cuncta, quæ gerenda essent, modesto cum ingenio ei *assistebat. Ad hunc militem alleeti dignissimus quisque e classiariis Ravennatibus, postulantibus ascribi in legionarios: in supplementum classis asciti Dalmatæ. Exercitus et duces ad Fanum fortunæ cohibent agmen, de universa belli ratione consultantes, quia* prætorium militem digressum *esse* e civitate *compererant, et insi-*

4 Budens. *supplere.*

NOTÆ

j *Dies rerum*] Tempora, quæ rebus insumenda fuerant, inanibus verbis absumebat.

k *Specie obsequii*] Simile quid habes in Agric. 8. 'Præerat tunc Britanniæ Vectius Bolanus placidius, quam feroci provincia dignum est. Temperavit Agricola vim suam .... peritus obsequi, eruditusque utilia honestis miscere.'

Et infra: 'Nec Agricola unquam in suam famam gestis exultavit; ad auctorem et ducem, ut minister, fortunam referebat; ita virtute in obsequendo, verecundia in prædicando, extra invidiam, nec extra gloriam erat.'

l *Quieta cum industria*] Omnia agebat et nihil satagebat. Et eo magis δραστήριος, eo acrior, quo magis quietum animum ostentabat.

m *Ad has copias*] Non ad *cohortes et alas*, quas expeditas Antonius rapiebat ad bellum; sed ad legiones, quæ Veronæ relictæ, quibus immixti illi classiarii, ut ipsas legiones supplerent; non autem, ut legionem novam facerent.

Optimus quisque asciti, id est, qui aptissimus, belloque magis idoneus videretur. Ex statura et specie diligebant militem: colluvionem spernebant inter lixas et calones, vel classi ac remigio destinabant.

n *Legionariam militium*] Quæ longe nobilior et quæstuosior, quam classiaria: et hanc militiam, quasi pro suo jure poscebant, nempe ob meritum transitionis. Non omnes tamen promiscue ascripti, sed *optimus quisque asciti.*

o *Ad Fanum*] Sumit Interpres Hisp. de *templo fortunæ.* At oppidum fuit, sic dictum, forte ob delubrum Fortunæ, quæ illic colebatur. Et de municipio agitur hic, non de templo: debuit appellari hoc suo proprio nomine, *Fano.*

p *De summa rerum*] De summa belli seu de universo bello. Sic supra: 'De toto genere belli censere.'

De summa rerum] De summa belli, seu forte de pugna decretoria præcipue, qua scil. fortuna partium transigi tandem debuit, consultabant.

q *Ex urbe Prætorias cohortes*] Non de his agitur, quas evocarat suprà

Digitized by Google

diis Apenninum rebantur: et ipsos, in regione[5] bello attrita,[6] inopia et seditiosæ militum voces terrebant, *clavarium*[r] fla-

deri præsidiis Apenninum putabant; et ipsis, in provincia bello vastata, metum faciebant penuria copiarum *et turbidæ militum voces, expostulantium* Clavarium:

5 Plurimi libri habent *legione*.—6 *Attributa* Ms. Budens.

NOTÆ

Fabius Valens. Sed hasce cohortes miserat ipse Vitellius, ad obsidendum Apenuinum. Infra 55. 'Julium Priscum et Alphenum Varum cum XIV. prætoriis cohortibus, et omnibus equitum alis, obsidere Apenninum jubet.' Et ipse Vitellius mox in ea castra venit, insessa Mevania.

[r] *Clavarium*] Quod prætextum et originem habuit, quasi ad militares clavos, de quibus res jam nota.

Simili forma *Unguentarium* Plinius dixit, l. II. epistola 11. 'Præterea acceperat sestertium decem millia, fœdissimo quidem titulo, nomine unguentarii:' donationem, scilicet, a provincialibus factam in legatum, ad unguenta.

Sic in Suetonii Vespasiano, capite 8. 'Classiarii petunt, constitui aliquid sibi calcearii nomine.' *Lipsius.*

Clavarium] Usitatum aureis clavis figere crepidas, tradit Plinius, lib. XXXIII. 3. 'Summæ apud exteros licentiæ fuerat, poculo aureo pulvino subdito, Philippum regem dormire solitum: Agnonem Teium Alexandri Magni præfectum, aureis clavis suffigere crepidas.'

Sic forte Tribuni, primipili, et centuriones opulenti, crepidas aureis clavis figebant. Ceteri luxum æmulabantur pro suis opibus, ut fieri solet; aut certe vulgus clavis ferreis muniebat caligas, seu calceos. Imperator Leo: 'Calcei peditum fastigia ante acuminata ne habeant; necessum vero est paucis quibusdam clavis firmari calceos, quos Carphia appellant. Ad varios enim usus id utile est: inprimis ad itinera facienda.

Clavarium] Clavus palliolum est, vulgo *Roquetum*: hinc *clavarium* dicebatur pecunia destinata ad emendos istiusmodi clavos, ut *unguentarium*, ad emenda unguenta. *Clavus* enim plagula est, quæ ex humeris in pectus propendebat, ut ἐπωμὶς apud Græcos, quod tegumenti genus *superhumerale* vocatur apud Hieronymum, ita Zonaras II. vol. Hist. καλοῦσι Ῥωμαῖοι Κλαβάριον; *vocant Romani Clavarium.* Sic Clar. Harlæus.

Sed non video cui usui fuerit illud breve tegmen militibus, quorum brachia et arma liberrima esse debuerunt. Nisi forte intelligant paludamentum, aut ferinam illam pellem, qua fere se tegebant viri militares Romani. Tac. de Germanico: 'contectus humeros ferina pelle, adit castrorum vias.' Non erat tamen brevis ille amictus.

Potius, puto, *clavarium* dictum a clavis caligaribus, quibus maxime muniebatur calceus manipularium. Nam sic firmius stetit miles in itinere, in agmine, in acie, in prælio; habes exemplum in Josepho. Vel ab aliquo simili joco, et facetiis militaribus, sic denominatum *Clavarium*, forte post necessitatem: quod tamen donativum acrius repetebant, armorum civilium licentia, ut qui jam forte opes et prædam Cremonensem dilapidassent.

Clavarium] Ego putem donativum esse, velut in clavos caligarum militarium, præsertim cum scribat Satyri-

Digitized by Google

gitantium: nec pecuniam aut frumentum[s] providerant: et festinatio atque aviditas præpediebant, dum, quæ accipi poterant, rapiuntur.

51. Celeberrimos auctores habeo, tantam victoribus adversus fas nefasque irreverentiam fuisse, ut gregarius eques, occisum a se, proxima acie, fratrem professus, præmium a Ducibus[u] petierit. Nec illis aut honorare[v] eam cædem jus hominum,[w] aut ulcisci ratio belli,[x] permittebat. Distule-

(ita donativum vocant:) *nec* ante *paraverant pecuniam, aut annonam; et celeritas ac nimia cupiditas corrumpebant* commeatus, *dum, quæ sumi poterant, abripiuntur.*

Tradunt auctores clarissimi, victores fuisse adeo in omne scelus promtos et audaces, ut manipularius eques, palam *professus se interfecisse fratrem, novissimo prælio,* flagitii *pretium a ducibus postularit. Nec eos jus mortalium, vel remunerare parricidium, vel* illud *vindicare, genus belli patiebatur. In aliud tempus* eum

NOTÆ

cus Poëta: 'Offendere tot caligatos, *Millia clavorum.*' Nam militum caligæ clavis suffixæ erant. *Turnebus.*

[s] *Frumentum*] Nempe, dum rapere festinant, quod accipi ultro poterat, corrumpunt copias, et commeatus, vel amittunt e manibus, quia territi agricolæ fruges auferunt, abscondunt, et sic forte sibi et aliis perdunt: vel luxu et prodigentia statim dilapidant, quod in longum tempus suffecisset.

[t] *Rapiuntur*] Rapiebat et in prædam vertebat miles, furabatur et luxu absumebat, quæ accipi et servari poterant in usum, mox et necessitatem.

Rapiuntur] *Quæ accipi poterant* copiæ, et in horreis oppidisque ac municipiis sociorum deponi, ut servarentur mox in usum, dum *rapiuntur*, aut hæ copiæ corrumpuntur, aut male, seu in malos usus statim, et forte in utilitatem paucorum absumuntur.

[u] *Ducibus*] Antonium intelligit, et legatos legionum, in quibus jam unus legatus consularis e Dalmatia; scilicet Poppæus Silvanus, sed socors et nullius fere auctoritatis.

[v] *Honorare*] Certe honoratur, ornaturque scelus, cum præmium tribuitur.

[w] *Jus hominum*] Jus, quod gentium dicitur: quod apud omnes homines, natura duce, peræque custoditur; quod Cicero *jus naturæ* vocat. *Ferrettus.*

Jus] Ratio, seu lex humana.

[x] *Ratio belli*] Civilis nempe belli, quo omnia licent. Nec alio fato, aut animo, moventur arma civilia, quam ut quoscumque cives, etiam patres fratresque occidere liceat: quod jam olim proscriptionibus contigerat.

Et quo jure vindicent, aut puniant duces crimina, quæ suo exemplo approbant publice? Et qui *ratio belli* ulciscatur scelus, quo scilicet bello plus militi licet quam ducibus? quod non suscipitur, nisi ob sceleruſu licentiam.

Ratio belli] Interpres Italus vertit, quasi *ratio*, seu lex, *belli*, id facinus ulcisci non posset. Sed *ratio* hic, pro modo, seu specie belli sumitur: id est, genus seu species belli, civilis scil. ulcisci facinus non permittebat.

Digitized by Google

rant,[1] [y] tanquam majora meritum, quam quæ statim exsolverentur:[2] nec quicquam ultra[h] traditur. Ceterum et prioribus civium bellis par scelus inciderat; nam prælio, quo[3] apud Janiculum[z] adversus[4] Cinnam pugnatum est, Pompeianus miles fratrem suum,[a] dein, cognito facinore, seipsum inter-

remiserant, velut ampliora meruisset, quam quæ confestim exsolvi possent; nec quicquam præterea memoratur. Ceterum etiam priscis olim *civium motibus, par flagitium patratum erat; quippe ea pugna, qua ad Janiculum adversus Cinnam dimicatum est*[1], *miles Pompeii* Strabonis *occidit fratrem suum, dein, comperto cri-*

1 Ita quidem Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et libri omnes editi. In Ms. Reg. *distulerunt*, ut volebat Acidalius.—2 Sic bene Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *exsolverent*. Brotier.—3 *Cum* pro *quo* Budens.—4 Sic Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb.

NOTÆ

[y] *Distulerant*] Non sine consilio et arte: quod, scil. scelus illud *nec honorare* nec *ulcisci* poterant, distulerunt.

[h] *Nec quicquam ultra*] Forte neque ultra petere ausus est fratricida, pudore sceleris deterritus: vel jam majora adepti duces erant, quam ut talia exsolvere tenerentur, aut vellent.

Ante prælium, debent duces omnia: si victi sint, nihil petitur, nihil debent; post victoriam, omnia sunt victoris, et tum flagitantibus præmia, aut nihil, aut ex alieno exsolvunt, jam domini victarum victriciumque partium.

[z] *Apud Janiculum*] Cum Tacito, aut Sisenna potius, consentit Livius Epitoma 97. et alterum militem in Pompeii exercitu statuit, alterum Cinnæ.

At Valerius, l. v. pro Cinna Sertorium substituit, cum quo et Orosius sentit, l. vi.

Bello Actiaco etiam idem evenisse, commemorat Epigramma vetus: quod vulgatum magno Scaligero debemus: 'Mævius a castris miles melioribus ausus Hostilem saltu præcipitare ratem, In damnum felix, et victor ut impius esset, Nescius occiso fratre superbus erat. Dum legit exuvias, hostiliaque arma revellit, Fraternos vultus, oraque nota videt. Ille ferox: Quid lenta manus nunc denique cessas? Justius hoste tibi, qui moriatur, adest. Fraternam res nulla potest defendere cædem; Mors tua sola potest, morte levanda tua est. Viximus adversis, jaceamus partibus iisdem. Dixit; et in dubio est, utrius ense cadat. Ense meo moriar maculato cæde nefanda? Cui moreris, ferrum quo moriare dabit. Dixit, et in fratrem fraterno concidit ense. Victorem et victum condidit una manus.' *Lipsius.*

Janiculum] Janiculus mons partim regionis decimæ quartæ urbis Romæ, partim vero extra mœnia; et ad occidentem urbis. Hodie vocatur *Montorio*, et hic est ecclesia, vulgo dicta *San Pietro Montorio*, regionis *Trasterere*, in parte meridionali et occidentali Romæ modernæ. *Tillemonius.*

[a] *Fratrem suum*] Val. Max. l. v. 3. 'Miles namque in castris Cn. Pompeii stipendia peragens, cum Sertorianum militem acrius sibi in acie stantem cominus interemisset, jacentemque spoliaret; ut fratrem germa-

Digitized by Google

fecit, ut Sisenna memorat: tanto acrior[5] apud majores, sicut[6] virtutibus gloria, ita flagitiis[7] pœnitentia, fuit. Sed hæc aliaque, ex veteri[b] memoria petita,[8] quotiens res locusque exempla recti, aut solatia[c] mali,[d] poscet,[9] haud absurde memorabimus.

52. Antonio, Ducibusque[1] partium, 'præmitti equites, omnemque Umbriam explorari' placuit, 'si qua[e] Apennini juga clementius adirentur: acciri aquilas signaque et quicquid Veronæ militum foret: Padumque et mare commeatibus[f] compleri.' Erant inter Duces, qui necterent moras;

mine, sibi manus intulit, ut Sisenna tradit: tanto majus, ut apud antiquos virtutibus decus, ita et sceleribus acrior pœnitentia fuit. Sed hæc et alia ex priscis historiæ monumentis hausta, non abs re trademus: quoties res et occasio requirent, vel specimina virtutum, vel malorum levamenta.

Visum est Antonio, et ducibus partium, ut præiret equitatus, et totam Umbriam specularetur, si qua *parte* Apennini montes lenius transmitti possent: ut accerserentur vexilla et aquilæ, et quotquot Veronæ copiæ forent: Padusque et pelagus copiis implerentur. *Erant e ducibus, quibus placeret cunctari;*

et editiones veteres. In recentioribus, *adversum*.—5 Male Ms. Jes. *tanto ardore*. Brotier.—6 Male Mss. Bodl. Jes. *quam sicut*. Ms. Harl. et Puteolanus, *quod sicut*. Idem.—7 Ms. Bud. *flagitii*.—8 Mss. Bodl. Jes. *retere*. Male Rhenanus, *repetita*, [quod tamen Ryckius recipit.] *Brotier*.—9 Sic Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Bud. Corb. Gronovius et recentiores. In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *poscent*.

1 Sic bene Ms. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl.

NOTÆ

num esse cognovit, multum ac diu convicio Deos ob donum impiæ victoriæ insectatus, prope castra transtulit, et pretiosa veste opertum, rogo imposuit. Ac deinde subjecta face, protinus eodem gladio, quo illum interemerat, pectus suum transverberavit: seque super corpus fratris prostratum, communibus flammis cremandum tradidit.'

Fratrem] Sic apud Lucan. l. I. Cæsarianus miles; 'Perque tuos juro quocumque ex hoste triumphos, Pectore si fratris gladium, jugulique parentis, Condere me jubeas, plenæque in viscera partu Conjugis, in vita, peragam tamen omnia dextra.'

[b] *Ex veteri*] Ex prisca historia.

[c] *Solatia*] Quia *exempla* sunt similium malorum.

[d] *Mali*] Præsentis mali solatium est, quod idem contigerit primis temporibus: scil. nunc *eadem rabies* civilis, *eadem scelerum causæ*, iidem homines, iidem mores, eadem facinora, eademque rursus scelera redeunt, ut et tempora.

[e] *Si qua*] Si qua parte facilius transirentur.

[f] *Commeatibus*] Frumento et ceteris copiis, ad victum usumque necessariis.

Digitized by Google

quippe nimius[g] jam Antonius, et certiora ex[2] Muciano[h] sperabantur. Namque Mucianus, tam celeri victoria anxius, et, ni præsens urbe potiretur, expertem se belli gloriæque ratus, ad Primum et Varum media scriptitabat,[i] 'instandum cœptis,' aut rursus 'cunctandi utilitates' edisserens, atque ita compositus, ut ex eventu rerum adversa abnueret, vel prospera agnosceret.[3] Plotium Griphum, nuper ab[4] Vespasiano in Senatorium[5] ordinem additum,[j] ac legioni

namque immodicus jam Antonius, et certiora sperabantur ex Muciano. Quippe Mucianus, tam præcipiti victoria solicitus, et nisi præsens civitatem occuparet, expertem se militiæ et decoris arbitratus, ambigua sæpe scribebat ad Primum, et Varum, aut urgenda cœpta, *aut vicissim* moras nectendi necessitatem *exponebat; atque ita flexus, ut ex rerum exitu improspera negaret, vel secunda approbaret et sibi arrogaret. Clarius scripsit Plotio Gripho, qui nuper in senatum ascitus* fuerat

Jes. et Puteolanus, *Antonio ac ducibus.* Quod durius. *Brotier.*—2 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Corb. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Agr. et editione principe, *de Muciano.*—3 Male Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *cognosceret. Vel* abest a Ms. Corb. *Brotier.*—4 Ms. Reg. et editio princeps, *a Vesp.*—5 Ms. Reg. et editio princeps, *Senatorum.*

NOTÆ

[g] *Nimius*] Jam nimis potens, jam cupiditate, et ambitione nimia vanus et præceps Antonius, jam suspectus aliis ducibus; et *certiora ex Muciano*, qui verum *columen* specimenque *partium*, sperabantur.

Et Mucianus ipse anxius, *media scriptitabat* Antonio et Varo, qui ei suspecti ob gloriam: *apertius* scripsit Plotio Gripho et aliis ducibus sibi fidis; *iique omnes* rescripsere *de festinatione Primi, ac Vari sinistre, &c.*

[h] *Et certiora ex Muciano*] Ambigebant duces, quid facturi, aut non facturi essent; at Mucianus adventabat, alter pæne Flavius; ergo ab illo certiores omnium futuri. *Lipsius.*

Certiora] *Certiora*, nempe, ex Muciano sperabantur, ut qui veluti collega imperii esset, et quia *nimius jam Antonius*, metuebatur, ne, profligato bello, quidpiam ulterius auderet, et ideo forte tanto ille ardore properabat, et jam tum non solum Vitellianis, sed etiam et Flavianis metui potuit.

Ob felicitatem præliorum, et præcipue ob auctoritatem Antonii apud milites, plerique duces *nectunt moras*, et expectare Mucianum malunt. Hinc infra: 'iique omnes de festinatione Primi ac Vari sinistre' rescripsere.

[i] *Media scriptitabat*] Id est, ambigua, et quæ in utramque partem pro *eventu rerum* interpretari mox posset.

Media] Ita media et ambigua, ut nihil certi concluderet, nullum certum finem haberet aut proponeret, modo ille *instandum* cœptis, *aut rursus cunctandum* esse disserebat. Sic consilia librabat, verbaque in epistolis suspendebat, ut posset ex eventu et *prospera* sibi arrogare, et adversa in duces rejicere.

[j] *Additum*] Forte scripserat: *ascitum*, vel *ascriptum*, seu, *allectum.*

Digitized by Google

præpositum,[k] ceterosque sibi fidos, apertius monuit. Iique omnes, de festinatione Primi ac Vari sinistre, et Muciano volentia,[l] rescripsere.[6] Quibus epistolis Vespasiano missis, effecerat, ut non pro spe Antonii consilia factaque[7] ejus æstimarentur.

53. Ægre id[1] pati Antonius, et culpam in Mucianum conferre, cujus criminationibus eviluissent[a] [m] pericula sua:[n]

a Vespasiano, ac legioni impositus, aliisque sibi fidelibus. Iique omnes de celeritate Primi ac Vari in deterius, et Muciano quæ placebant, respondere. Quibus literis ad Vespasianum missis, obtinuerat, ut quæ consuluisset, aut gessisset Antonius, ea non perinde acciperentur, ac sibi promiserat.

Id iniquo animo ferre Antonius, et causam in Mucianum refundere, cujus calum-

6 Sic Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *rescribere*. Male Rhenanus, *volenti scripsere*.—7 Ms. Bud. *aut facta ejus*.

1 *Id* abest a Ms. Corb.—2 Sic bene Ms. Flor. Ryckius et recentiores. Sic quoque emendandum divinarat Freinshemius. Mss. Harl. Jes. et Puteo-

NOTÆ

[k] *Legioni præpositum*] Loco Tertii Juliani, qui supra l. II. 85. legatus septimæ Claudianæ legionis, et quem, *misso centurione*, interficere voluit Aponius Mœsiæ rector.

Ille vero 'per avia Mœsiæ ultra montem Hæmum profugit. Nec deinde civili bello interfuit, per varias moras susceptum ad Vespasianum iter trahens, et ex nuntiis cunctabundus, aut properans.' Quare ea legatione abdicari meruit; quare et ei mox prætura aufertur, dein tamen redditur, comperto concessisse ad Vespasianum.

Legioni præpositum] De quo etiam infra l. IV. 39. 'Tertio Juliano prætura, tanquam transgredientem in partes Vespasiani legionem deseruisset, ablata, ut in Plotium Griphum transferretur.' Non *prætura* quam haberet Julianus, sed quam candidatus ipse adipisci debuit Kalendis Jan.

Et sicut nunc data Gripho prætura Juliani, ita et ipsius legio septima Claudiana jam ante ei concessa erat. Attamen infra l. IV. redditur prætura Juliano, et mansit *honos* Gripho; id est, insignia prætoria, fere quasi Gripus præturam obiisset toto anno.

[l] *Volentia*] Læta, et quæ audire libenter vellet Mucianus, ut scil. eos Vespasiano suspectos redderet, *missis* ipsi his iisdem *epistolis*. En magnorum meritorum vices.

[m] *Eviluissent*] Legitur et *coaluissent;* scil. cœpissent simul et adolevissent. *Periculum* fuit, cum suspectaretur Antonius principi, cum *consilia factaque ejus* non pro merito æstimarentur. Tali occasione, qui non agnoscit merita princeps, arguit; quandoque et ulciscitur.

[n] *Pericula sua*] Legunt, *eviluissent pericula:* frustra. Et certe tum satis coalescunt pericula homini, cum dolo et secretis criminationibus incusatur, cum sic fit suspectus, et timendus principi. Quid periculosius viro no-

Digitized by Google

nec sermonibus temperabat, immodicus lingua,[1] et obsequii insolens: literas ad Vespasianum composuit, jactantius quam ad Principem,[o] nec sine occulta in Mucianum insecta-

niis accrevissent discrimina sua. Nec raniloquentia abstinebat, nimius verbis, et obsequii intolerans: scripsit epistolas ad Vespasianum audacius, quam deceat *ad Imperatorem, nec sine tacita in Mucianum criminatione;* Se Pannonicum militem

lanus, *coaluissent.* Mss. Reg. Agr. et editio princeps, *luissent.* Brotier.—3 Ita

NOTÆ

bili, quam si prospera et egregia consilia factaque ipsius aliter æstimentur, ac meruit, ac speravit, cum bene tamen et fideliter ageret?

Certe jam sic coalescebant Antonii pericula, sed nondum tamen scelus coargui potuit. Properabat ad victoriam, ad gloriam profligati belli: num ergo scelus fuit? potius aliorum ducum æmulatio sic videri voluit. Coalescunt etiam ipsius pericula, cum debitis præmiis spoliatur: sed principum hic mos est, aut potius pravitas aulicorum, seu magistrorum dominationis. Magna merita magnis periculis, et sæpe odio, livore, vinculis, aut etiam morte pensantur. Meritum, quod superat fortunam principis, magnum statim crimen est. Hi tamen duces cum victoria sæpe ferociores quam decet, corrumpunt ultro fortunam suam, et magniloquentia fatum, iramque dominantium provocant, ut sæpe eos deserat fortuna leviter, ac celeriter, ut eos evexerat: et teste Curtio, IV. 'Fortuna .... magna ex parte avidos gloriæ magis, quam capaces facit.'

[o] *Jactantius quam ad Principem*] Sic supra l. IV. 18. de Silio: 'Credebant plerique auctam offensionem ipsius intemperantia immodice jactantis, suum militem in obsequio duravisse, cum alii ad seditiones prolaberentur; neque mansurum Tiberio imperium, si iis quoque legionibus cupido novandi fuisset. Destrui per hæc fortunam suam Cæsar, imparemque tanto merito rebatur. Nam beneficia eo usque læta sunt, dum videntur exsolvi posse: ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur.'

In idem fere recidebat Mucianus, infra Hist. l. IV. 'Id erga principem contumeliosum, quod donatum Vespasiano imperium jactabat;' sed meliore fato. Prudentius Comites principum Germanorum: 'Illum [principem] defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriæ ejus assignare, præcipuum sacramentum est.' Caute tamen Mucianus ante victoriam loquebatur Hist. II. 'Si vincimus, honorem quem dederis, habebo; discrimen ac pericula ex æquo partiemur.'

Sæpe stat per duces ipsos, qui post magna merita in Rempub. servatis scil. provinciis, vel et ipso imperio, celebrantur, ne remuneretur eorum virtus aut fides, quia hi sæpe immodica cupiunt et ipso regno majora; et ipsos tantummodo irritabis, si spes etiam ac vota illorum non superes. Neque enim jam considerant ea, quæ ipsis concedunt imperitantes: quæ vel retinentur, aut etiam aliis tribuuntur, invident, quasi sua sint; quasi sibi auferantur: quia nimia, quia omnia sperant illi, sæpe nihil adipiscuntur, aut etiam quæ jam obtine-

Digitized by Google

tione: [q] se Pannonicas legiones in arma egisse: suis stimulis [p] excitos Mœsiæ Duces: sua constantia perruptas Alpes, [q] occupatam Italiam, intersepta Germanorum Rhætorumque auxilia. Quod discordes [r] dispersasque Vitellii legiones equestri procella, mox peditum vi, per diem [s] noctemque, [t] fudisset, id pulcherrimum et [4] sui operis. Casum Cremonæ [5] bello imputandum: majore damno, plurium urbium excidiis, veteres civium discordias Reipublicæ stetisse. [u] Non se nuntiis, [v] neque epistolis, sed manu et armis Imperatori suo militare: neque officere gloriæ eorum, qui Asiam [w] in-

ad bellum impulisse: suis incitamentis motos Mœsiæ legatos: sua virtute penetratas Alpes; obtentam Italiam; interclusas Germanorum et Rhætorum copias. Id egregium maxime, et sui laboris ac meriti, quod dissentientes animis, diremtasque *locis* legiones Vitellii equestri nube ac tempestate, dein pedestri acie, per diem atque noctem profligasset. Cladem Cremonæ Marti sortique armorum tribuendam; majori pernicie, et plurium civitatum cladibus, antiquos civium motus a Repub. redemtos esse. Se non tabellariis aut literis, sed dextra et ferro certare suo principi: neque prohibere *se* decus illorum, qui interim Asiam ordinarint: illis Mœsiæ quietem, sibi incolumita-

libri scripti et editi, præter Lipsium, qui edidit, *linguæ*.—4 Frustra tentat Cl. Ernestus, *id sui operis*. Brotier.—5 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *Cremonensi*. Sic quoque altera manu in Ms. Harl. Ms. Agr. *Cremonensium*. Brotier.

NOTÆ

bant, amittunt: quia cupiunt omnia per ambitionem, sæpe omnia, et se ipsos perdunt.

[p] *Suis stimulis*] Suis hortamentis. Infra: 'Suis exhortationibus Gallias Hispaniasque,' &c.

[q] *Perruptas Alpes*] Dum e Pannonia in Italiam irrumpit.

[r] *Discordes*] Quia nonnulli transierant cum Cæcina ad partes Vespasiani: sed vulgus et plures pro Vitellio consentiebant.

[s] *Per diem*] *Per diem* primo prælio, *dispersas*, ac nondum contractas simul Vitellii legiones, velut equestri procella fudit, nempe Italicam et Rapacem. Aliæ tum apud Hostiliam, aliæ Cremonæ erant.

[t] *Noctemque*] Legionibus suis *per noctem* in acie dispositis, prælioque paratis, sustinuit ruentes Vitellianas, et profligavit.

[u] *Stetisse*] Vertit Clar. Harlæus, post majus damnum, adhuc stetisse seu permansisse discordias civiles. Sed *stetisse*, hic, id est, *constitisse*. Vult Tacitus, majore damno civilia olim bella redemta, seu veteres civium discordias carius constitisse Reipub.

[v] *Non se nuntiis*] Quod tacite et *occulte* Muciano exprobrat.

[w] *Qui Asiam*] Intellige totum Orientem, Syriam præcipue, Judaicos exercitus, et Ægypti legiones. Has legiones et provincias, Vespasianus, Titus, Mucianus, et alii duces, senatoriique viri prudenter composuere,

Digitized by Google

terim composuerint: illis Mœsiæ pacem,[x] sibi salutem securitatemque Italiæ, cordi fuisse. Suis exhortationibus Gallias[y] Hispaniasque,[z] validissimam terrarum partem, ad Vespasianum conversas. Sed cecidisse in irritum labores, si præmia periculorum soli assequantur, qui periculis non affuerint.'[6] Nec fefellere ea Mucianum: inde graves simultates: quas Antonius simplicius, Mucianus callide, eoque implacabilius nutriebat.[a]

54. At Vitellius, fractis apud Cremonam rebus, nuntios cladis occultans, stulta dissimulatione, remedia potius malorum, quam mala, differebat.[b] Quippe confitenti consul-

tem salutemque Italiæ curæ fuisse. Suis stimulis, suoque instinctu et impulsu, Gallias atque Hispanias, potentissimam totius orbis partem, ad Vespasianum transgressas. Sed susceptos frustra *hos* labores esse, si præmia discriminum penes eos solos sint, qui a bello et prœliis abfuerint. *Nec latuere ea Mucianum: inde acres inimicitiæ: quas Antonius liberius, Mucianus caute, ideoque immitius alebat.*

At Vitellius, afflictis apud Cremonam opibus, nuntios damni obtegens, insulsa dissimulatione, magis prolatabat subsidia malorum, quam mala. Quippe cladem

—6 Ms. Reg. *affuerunt.*

NOTÆ

dum interim bellum in Occidente parabatur, adversus Vitellium.

[x] *Illis Mœsiæ pacem*] Refertur ad id quod supra dixit, Dacorum gentem in Mœsiam irrupisse, et a Muciano compressam. *Pichena.*

Illis Mœsiæ pacem] Mucianum respicit, simulque spernit. Nam latum discrimen inter Mœsiam hac occasione, et Italiam. Mœsia vastata procul despici siccis oculis potuit; at in Italia robur omne belli et opes columenque partium ac summa rerum vertebatur.

[y] *Gallias*] Huc miserat Antonius victos ipsos tribunos, ostentui gloriæ, fortunæque et victoriæ; huc miserat edicta Vespasiani, consulum; et aliis variis artibus illexerat *Gallias.*

[z] *Hispaniasque*] Initio facto a Prima Adjutrice seu Classica, quæ ferox legio pro Othone steterat, ac pervicaciam retinebat adversus Vitellium. Hæc *decimam* atque etiam *sextam* traxit, quæ tum simul in Hispania forte Tarraconensi versabantur.

Ceteræ Hispaniæ provinciæ inermes. Forte tamen ea occasione spargi per diversa loca legiones potuerunt; quod remedium unum discordiarum.

[a] *Nutriebat*] Apud se in longum revolvens odia alebat, sicque et augebat, *implacabilius* eruptura suo loco et tempore. Sic supra Ann. l. IV. 71. ubi Asinio de Gallo: Iram Tiberii, 'mitigavit Sejanus, non Galli amore, verum ut cunctationes principis operirentur: gnarus lentum in meditando; ubi prorupisset, tristibus dictis atrocia facta conjungere.' Sic lego.

[b] *Differebat*] Immo, sic differendo *remedia*, mala sua magis approperabat.

Digitized by Google

tantique supererant spes viresque:[c] cum e contrario læta omnia fingeret, falsis[d] ingravescebat.[e] Mirum apud ipsum de bello silentium: prohibiti per civitatem sermones: eoque plures, ac, si liceret, vere[1] narraturi,[f] quia vetabantur, atrociora vulgaverant. Nec Duces hostium augendæ famæ deerant, captos Vitellii exploratores circumductosque,[g] ut robora victoris exercitus noscerent, remittendo: quos omnes Vitellius, secreto percunctatus, interfici jussit. Notabili[h] constantia Centurio, Julius Agrestis, post multos sermones, quibus Vitellium ad virtutem frustra accendebat,[i] perpulit,

fatenti et consilium sumenti spes supererant et copiæ; at *cum contra prospera omnia mentiretur, mendaciis gliscebat* malorum fama malumque. *Altum coram ipso de armis silentium: impediti per urbem rumores; ideoque plures, ac si permitteretur,* nuntii *certa relaturi; quia prohibebantur, immaniora publicaverant. Nec duces Flavianorum intendendo rumori deerant, remittentes quos interceperant Vitellii exploratores, et quos circumduxerant* per castra, *ut vires legionum victricium spectarent: quos universos Vitellius, clam sciscitatus, occidi jussit. Insigni fortitudine Julius Agrestis, centurio, post multa colloquia, quibus frustra incitabat Vitel-*

1 Brotierus cum Ryckio et Gronovio edidit *vera narraturi;* et ita Beroaldus et recentiores. Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *vere narraturi.* Male Ms. Reg. et editio princeps, *vere narranti.* In Ms. Corb. *vera narrare.*—Consensus codicum jubet, ut *vere* reponam cum Bipont. Sic

NOTÆ

[c] *Viresque*] Nempe quatuordecim prætoriæ cohortes, multæ alæ, et classica legio, præter alias cohortes, quæ relictæ erant ad tuendam urbem L. Vitellio fratri.

[d] *Falsis*] Ex dissimulatione malum ingravescebat, cui succurri potuit, si aperuisset et bonos consuluisset.

[e] *Ingravescebat*] Dictum de ipso Vitellio: dicere potuit, *malum ingravescebat.*

[f] *Vere narraturi*] Homines, qui cladem Cremonensem, et mala similia sermonibus differebant, *vere* tantum *narraturi*, si non prohiberentur; *quia vetabantur, atrociora vulgaverant.*

[g] *Circumductosque*] Sic P. Scipio apud Valer. l. III. ' Postquam Africam attigit, speculatores Annibalis in castris deprehensos, et ad se perductos, nec supplicio affecit, nec de consiliis ac viribus Pœnorum percunctatus est; sed circa omnes manipulos diligentissime deducendos curavit. Interrogatosque, an satis ea considerassent quæ speculari jussi erant, prandio dato ipsis jumentisque eorum, incolumes dimisit.'

[h] *Notabili*] Nobili, insigni, quæ memoria et posteris digna foret.

Notabili constantia] Sueton. Oth. 10. et post eum Zonaras, Othoni id tribuit in priori bello, circumstantiis modice discrepantibus. *Savilius.*

[i] *Ad virtutem frustra accendebat*] Sic infra hortantur fidi amici, sed frustra: ' Quin, ut censuram patris, ut tres consulatus, ut tot egregiæ domus honores deceret, desperatione saltem in audaciam accingeretur....

Digitized by Google

ut[2] ad vires hostium spectandas, quæque apud Cremonam acta forent, ipse mitteretur. Nec exploratione occulta fallere Antonium tentavit, sed mandata Imperatoris suumque animum[j] professus, ut cuncta viseret, postulat. Missi, qui locum prælii, Cremonæ vestigia, captas legiones ostenderent.[k] Agrestis ad Vitellium remeavit, abnuentique, 'vera esse, quæ afferret,'[3] atque ultro 'corruptum'[l] arguenti; 'quandoquidem,' inquit, 'magno documento[m] opus est,[4] nec alius jam tibi aut vitæ, aut mortis meæ usus, dabo, cui credas:' atque ita digressus, voluntaria morte dicta firmavit. Quidam[n] 'jussu Vitellii interfectum;' de 'fide constantiaque' eadem, tradidere.

lium ad constantiam, tamen *impetravit, ut ire sibi liceret ad copias Flavianorum noscendas, quæque apud Cremonam gesta essent. Nec speculatione secreta eludere Antonium conatus est, sed aperiens palam jussa principis suumque consilium, ut omnia spectaret, exposcit. Missi, qui exhiberent* ipsi *locum pugnæ, cineres ac bustum Cremonæ, et debellatas legiones. Agrestis ad Vitellium revertit, negantique* fida esse, quæ renunciaret, *atque ultro* convulsum ipsum *accusanti;* quia, *inquit*, magno exemplo argumentoque eges, nec aliter jam tibi, aut vita, aut mors mea prodesse potest, dabo documentum ipse, cui fidem habeas; *atque ita abscedens, spontanea morte quæ dixerat comprobavit. Nonnulli* mandato Vitellii occisum *esse scripserunt*, de fide et fortitudine viri *eadem memoravere.*

et Puteol. *Oberlin.*—2 *Ut* perperam omisit Rhenanus. *Brotier.*—3 Sic bene Mss. et veteres ac recentiores editiones. Rhenanus, *referret.* Ms. Jes. *afferrent.* Idem.—4 Ita Mss. editio princeps et recentiores. Puteolanus omisit, *est.*

NOTÆ

Moriendum victis; id solum referre, novissimum spiritam per ludibrium et contumelias effundant, an per virtutem. Surdæ ad fortia consilia Vitellio aures.'

[j] *Suumque animum*] Consilium, propositum.

[k] *Missi qui . . . ostenderent*] Id jam olim inter belli artes. Plutarch. Apophth. de Xerxe: 'Græcos exploratores cum in castris deprehendisset, nulla prorsus eos injuria affecit; sed hortatus, ut exercitum intrepide specularentur, dimisit.'

[l] *Corruptum*] Vel se ipso ultro, vel ab hostibus ultro *corruptum.*

[m] *Magno documento*] Quandoquidem verbis amicorum non credis, crede factis. Crede magno exemplo, quod tibi præbiturus sum: magnum erit tibi documentum cladis mors mea: dabo illud, *cui credas*, cum *nec alius jam*, nec major tibi esse possit, *aut vitæ aut mortis meæ usus.* Huic ergo jam crede documento.

Magno documento] Quandoquidem *tibi magno documento opus est* ut mihi credas, et majore quam sunt verba mea; tibi dabo majus specimen, dabo vitam; et erit mors mea tibi pro documento, cum nec utraque jam alio usu tibi impendi possit.

Mori prælio non licet, moriar tamen, ut discas, quam fortis fidusque

Digitized by Google

55. Vitellius, ut e somno excitus, 'Julium Priscum et Alphenum Varum cum XIV. Prætoriis cohortibus et omnibus equitum alis obsidere Apenninum' jubet. Secuta e[1] classicis[o] legio. Tot millia armatorum, lecta equis virisque,[p] si Dux alius[2] foret, inferendo quoque bello satis pollebant. Ceteræ cohortes ad tuendam urbem L. Vitellio fratri

Vitellius, velut excusso sopore, Julium Priscum et Alphenum Varum occupare Apenninum *jubet*, cum quatuordecim cohortibus prætoriis, et cunctis alis equitum. *Adjuncta e classiariis legio. Ingens illa vis armatorum, firma equis virisque, lacessendo etiam hosti sufficiebat, si Imperator alius esset. Reliquæ cohortes permissæ L. Vitellio fratri, ad urbem custodiendam. Ipse, consuetis*

1 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *secutæ classicis legio.* Mss. Corb. et Agr. *secutæ classicæ legiones:* uti volebat Muretus. At immerito. Vitellio non fuere multæ legiones, ut patet ex c. 58. 64. et 67. Legio autem illa videtur conscripta e classicis, qui erant Romæ in castris Ravennatium et Misenatium. *Brotier.* —2 Male Rhenanus, *si alius dux.* Quod durum; nec favent libri scripti aut editi. *Idem.*

NOTÆ

miles, et usque in exitium, fuerim meo principi.

n *Quidam*] Alii et plures voluntaria morte interiisse scripserunt, alii quidam *Vitellii jussu interfectum;* sed omnes eadem de fide ejus et constantia tradidere.

o *E classicis*] *Classici* illi, milites classiarii: nam et *legiones classicæ*, et apud classem merebant. Forte tamen etiam et *e remigibus* delecti, ut in legionarios ascirentur; et sic eos vocat Suetonius, ubi de Nerone, qui primus classiarios in numerum legionis composuisse videtur.

Ita ut verisimile sit, legionarios illos *classicos*, ad legionariam militiam evectos, delectos falsse, partim e classiariis militibus, partim e remigibus, prout boni et idonei bello videbantur.

E classicis legio] Interp. Italus: *Una legion dell' armata;* quasi adhuc legio classi addicta foret: quod falsum. Nam statim atque asciti in legionem erant classici, jam ad nobiliorem militiam evecti; non amplius *classiarii* erant, sed veri legionarii. Vertere debuerunt, Legio e classicis delecta.

Legio] *Classica* ea vocari debuit, et fuit ipsius nomen: neque enim apud classem meruit; neque jam isti classiarii erant, sed veri legionarii. Sic et *prima Adjutrix* delecta a Nerone, seu Othone, etiam *classica* vocabatur, simili causa. Sic c. 50. 'E classicis Ravennatibus legionariam militiam poscentibus, optimus quisque asciti.'

Hi igitur *classici* in numerum et ordinem legionis compositi, jam non *classici* erant; immo in nobiliorem militiam transierant: licet quandoque legio ex origine sic appellaretur, tamen ad classem aut ad mare nihil jam pertinebat.

p *Lecta equis virisque*] Certe delecti erant prætoriani illi ex omnibus castris, et e toto Germaniciano exercitu, qui præcipue armis, equis, virisque præcellebat.

Digitized by Google

datæ. Ipse, nihil e solito luxu remittens, et diffidentia properus, festinare comitia,[q] quibus Consules in multos[r] annos destinabat: fœdera sociis,[s] Latium externis,[t] dilargiri: his tributa dimittere, alios immunitatibus[u] juvare: de-

voluptatibus indulgens, et quia rebus suis diffidebat, festinus maturat comitia, quibus in plures annos consules designabat: fœdera provincialibus, jus Latii extraneis impertiri cœpit: *his vectigalia remittere, alios exemtionibus levare: demum, nulla in futurum providentia, disorpere imperium.*

NOTÆ

[q] *Comitia*] Suet. Vit. 11. 'Comitia in decem annos ordinavit, seque perpetuum consulem:' quod forte ita intelligendum, ut initio anni tantum consulatus delibaret, ceteris deinceps honoris locum aperiret: idque factum sæpe per invidiam ignavorum principum, ob decus; et quia fasti, seu anni, ex primorum consulum nominibus appellati. Vide Plin. Paneg.

Festinare comitia] Non præcise, forte, quia *consules in multos annos destinabat;* sed quia tum mense Novembri hæc agitabat, et ante Kalendas Jan. instante hoste et bello.

Festinare] Alii sumunt, quasi in multos annos destinaret consules: forte simul et prævenit tempus comitiorum, eademque comitia extendit ad plures annos.

[r] *In multos*] In decem annos; quod innuere videtur Sueton. Vitell. 11.

[s] *Fœdera sociis*] Quibus, scil. privilegia nova et immunitates concedebantur provinciis; sed quæ nunc jura pretio, fide, aut egregiis meritis ministeriisque emercarentur. Sic tamen socios demereri videbatur, ut eos retineret in fide et partibus.

Fœdera] Non præcise fœdera sola intelligit, sed ex fœderibus immunitates ac commoda, quæ paciscebantur socii; sed frustra.

Fœdera] Pactiones, seu conditiones fœderum, quas optarent ac vellent, pro suo commodo, aut onerum levamento.

[t] *Latium externis*] Sumsit Interpres Hispan. quasi vicinas Italiæ sedes externis seu barbaris promitteret; insulse et inepte.

Per *externos*, intelligit tamen populos fœdere ac societatibus devinctos populo Rom. sed ab Italia et urbe procul amotos, quibus *jus Latii* tamen largitur Vitellius, quod fere accedebat ad jus civitatis Romanæ. Certe stultum et insanum principi fuit, *externos* sic publice, seu universas gentes, *in Latium* ascribere, et eo jure donare: sic quippe lacerabat imperium, subvertebatque Rempub.

Latium] Provincia Italiæ ad mare Tyrrhenum: hodie pars major provinciæ *Campaniæ Romanæ* in statu Ecclesiastico, et pars occidentalis provinciæ *Terræ Laboris* in regno Neapolitano. *Tillemonius.*

[u] *Alios immunitatibus*] Sic Sueton. Vit. 15. 'Ad retinendum ergo ceterorum hominum studium ac favorem, nihil non publice privatimque, nullo adhibito modo, largitus est.'

Immunitatibus] Sic olim de Cæsare, seu Antonio, querebatur Cicero Philipp. 1. 'De exilio reducti sunt a mortuo: civitas data, non solum singulis, sed etiam nationibus, et provinciis universis a mortuo: immunitatibus infinitis sublata vectigalia a mortuo,' &c.

Digitized by Google

nique, nulla in posterum cura,[3] lacerare Imperium. Sed vulgus[v] ad magnitudinem beneficiorum aderat:[4] stultissimus[w] quisque pecuniis[5] mercabatur: apud sapientes cassa habebantur, quæ neque dari, neque accipi, salva Republica, poterant. Tandem flagitante exercitu, qui[6] Mevaniam[x] insederat, magno Senatorum agmine, quorum multos ambitione,[y] plures formidine[z] trahebat, in castra venit, incertus animi et infidis consiliis obnoxius.

Sed plebecula ad amplitudinem beneficiorum erecta: amentissimus quisque pecunia redimebat: apud prudentes inania hæc reputabantur, ut quæ neque concedi, neque assumi poterant, incolumi ac stante republica. Demum postulante exercitu, qui Mevanium occuparerat, magno patrum comitatu, quorum plurimos ducebat ambitione, plures metu, in castra profectus est, ambiguus animi, et pessimis consiliis facile delusus.

3 Male Ms. Reg. et editio princeps, *curare*. Brotier.—4 Male Ms. Reg. et editio princeps, *aberat*. Ms. Flor. *haberat*. Inde frustra tentabat J. F. Gronovius, *hiabat*. Idem.—5 *Pecuniis* abest a Ms. Agr.—6 *Qui* perperam omisit Rhenanus. *Idem.*

NOTÆ

[v] *Vulgus*] Imprudentes et Reipub. ignaros intelligit, quod statim explicat: 'stultissimus quisque pecuniis mercabatur;' sapientes vero ac providi, talia, ut *cassa* et inania spernebant; neque enim stare hæc poterant, *salva republica*.

[w] *Stultissimus*] Quia, scil. pecunia certa solidaque emebant munia illa, seu beneficia, quæ fluxa, cassa, et inania erant, et quæ statim novus princeps eis ablaturus fuit; nam stare hæc privilegia salvo imperio, salva Repub. non poterant.

[x] *Mevaniam*] Capiunt, quasi muris oppidi apposuissent castra sua, exemplo castrorum Cremonensium aut Veronensium.

Mevania] Urbs Umbriæ regionis in Italia: hodie *Bevagna*, oppidum Ombriæ, vel ducatus Spoleti, in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

[y] *Ambitione*] An ambitio fuit senatorum, et metus? Potius fuit ambitio Vitellii, qui alios patrum ambitiose et in prætextum ac speciem ducebat, et alios, quia metuebat ne, se absente, aliquid novi molirentur. Sic Otho antea traxerat totum senatum Mutinam usque.

Ambitione] Ipsius Vitellii *ambitione;* ut et *formido* cadebat in ipsum Vitellium: formidabat senatores, ne quid novi ipso absente molirentur in urbe, quæ caput rerum et imperii. *Ambitione*, nempe in speciem, honorem, ac pompam, ut ille in partibus habere Senatum P. Q. Rom. videretur, quæ 'nunquam obscura nomina, etsi aliquando obumbrentur.'

[z] *Formidine*] Forte mutua Vitellii et patrum: quod tamen dici non potuit de *ambitione*, quæ fuit solius Vitellii: neque per ambitionem sequeretur senatus talem Imperatorem; forte potius eum desereret ambitiose.

Digitized by Google

56. Concionanti (prodigiosum dictu) tantum fœdarum[a] volucrum[1] supervolitavit, ut nube atra diem[2] obtenderent.[b] Accessit dirum omen,[c] profugus altaribus taurus,[d] disjecto

Concionem habenti (quod *portentosum relatu*) *tanta vis importunarum alitum volitando supurfusa est, ut nigra* veluti *nube lucem obscurarent. Adjunctum im-*

1 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *fœdarum avium.* In margine Ms. Bodl. additum, *volucrum;* ut habent Ms. Corb. et editio princeps ac recentiores.—2 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. Agr. et editione principe, *nube radium obtenderent.* Frustra emendabat Rhenanus, *obtunderent.* Neque enim aliter, ut constat ex optimis Mss. Seneca in Œdip. Act. III. v. 625. 'Pœdore fœdo squalidam obtentus

NOTÆ

[a] *Fœdarum*] Forte corvi erant, vultures, aut similes alites; hæ enim genus volucres pascuntur cadaveribus, et ultro castra sequuntur. Sed mirum fuit tantam multitudinem avium supervolitasse concionantem principem, scil. apud principia, et toto astante exercitu. Alii intelligunt mali ominis aves, ut sunt bubones, striges, &c.

Fœdarum] Dio: 'Cum peracto sacrificio apud milites concionaretur, magnus numerus vulturum irruit, discerpsitque exta, ac ipsum fere de tribunali deturbavit.'

Fœdarum] De vulturibus capiunt. Forte inusitatæ illæ aves: vultures quandoque ostendere imperium, sed bonis ducibus.

Fœdarum volucrum] Dio tamen lib. LXV. affirmat diserte de vulturibus, et multa alia narrat prodigia, quibus exterritus est Vitellius, si credimus auctoribus. Victoriam aquilæ exhibere solebant, vultures vero cladem.

Fœdarum] Prodigia alia affert Dio: 'Extitere sinistra prodigia. Nam et cometes apparuit, et luna contra rationem statuti temporis visa est deficere: quarto enim et septimo die obscurata est. Præterea in Oriente et in Occidente duo soles visi sunt eodem tempore: quorum hic imbecillis et pallidus, ille potens et clarus erat. Inventa sunt etiam in Capitolio multa et magna vestigia quorundam Deorum, qui ex eo exiisse videbantur; renuntiatumque est a militibus, qui ea nocte in excubiis fuerant, templum Jovis sua sponte cum magno fragore apertum esse, atque ea causa nonnullos custodes perterritos atque exanimatos fuisse.'

[b] *Obtenderent*] Intellige, quasi scripsisset, *ut nubem atram diei obtenderent.*

[c] *Dirum omen*] Si in sacrificiis victima fugisset, malum id Romanis omen erat. Titus paulo ante mortem, 'Sabinos petit,' ait Sueton. 10. 'aliquanto tristior, quod sacrificanti hostia aufugerat.' Idem Jul. 59. et Galb. 18.

Festus: 'Piacularia vocabant, quod sacrificantibus tristia portendebant: cum aut hostia ab ara profugisset, aut percussa mugitum dedisset, aut in aliam partem corporis, quam oporteret, decidisset.'

Plin. VIII. 45. 'Notatum est vitulos ad aras humeris hominum allatos non litare, sicut nec claudicante nec aliena hostia Deos placari, nec trahente se ab aris.' *Savilius.*

[d] *Profugus altaribus taurus*] Sic olim contigit Crasso, et mox Pæto, adversus Parthos exeuntibus, quibus

Digitized by Google

sacrificii apparatu, longe, nec, ubi[e] feriri hostias mos est, confossus. Sed præcipuum ipse Vitellius ostentum erat, ignarus militiæ, improvidus consilii,[4] 'quis ordo agminis, quæ cura explorandi, quantus urgendo trahendove bello modus,' alios rogitans, et ad omnes nuntios,[f] vultu quoque et incessu trepidus, dein temulentus.[g] Postremo tædio castrorum, et audita defectione Misenensis classis, Romam revertit, recentissimum quodque vulnus pavens, summi discriminis incuriosus.[h] Nam, cum transgredi Apenninum, integro

mane omen, refugiens aris taurus, everso apparatu sacrificii, procul oecisus, nec ubi mactari victimæ solent. Sed ingens ipse Vitellius portentum erat, inscius belli, incautus inopsque consilii, quis ordo incessus, quæ deligentia explorandi, quanta prudentia maturando aut trahendo bello, *alios interrogabat, et ad omnes nuntios facie quoque et ingressu pavidus, dein et vino madidus* obstupescebat. *Demum pertæsus castra, et nuntiata transitione classis Misenensis, in urbem rediit, notissimam quamquam cladem exhorrens*, et *summi periculi haud anxius. Quippe,*

comam.' *Brotier.*—3 Ita Lipsius et recentiores, e Ms. Vatic. in quo, *longe necui.* In Mss. Flor. Agr. et editione principe, *ne cui.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *longe, quam ubi.*—4 Ms. Budens. *consiliis.*

NOTÆ

et expeditio male cessit. De Pæto Tacit. xv. 6. 'Hostiaque, quæ muniebantur hybernaculis assistens, semifacta opera fuga perrupit, seque vallo extulit.'

[e] *Nec ubi*] Fuit quoddam spatium, fuit locus templi seu principiorum, in quo feriri hostias mos esset: extra illum ambitum taurus confossus est. Intra castra, et apud principia, qui locus fuit instar templi, et quo aquilæ, sanctissima Numina legionum, fuit augurale, fuit ara, circa quam haud dubie feriri debuit victima.

Extra eum locum persultavit taurus, quod mali ominis; quod et contigit, apud Tacitum, Pæto olim, cum transmissurus esset Euphratem adversus Parthos, ostentum imminentis cladis.

[f] *Ad omnes nuntios*] Ad omnes literas seu nuntios pavebat, quasi vulnere novo perculsus, quasi fulgoritus. Petron. 'Fulminatus hac pronuntiatione, sicut eram sine gladio, in lectulum decidi, et attulissem mihi damnatas manus, si non inimici victoriæ invidissem.'

[g] *Dein temulentus*] Nempe ut timorem mero pelleret, forte et dolorem ac mœstitiam.

[h] *Summi discriminis incuriosus*] Ad quod tamen præcipue advertere debuit. Nam in eo summa rerum et imperii vertebatur.

Summum discrimen fuit, quod *summa belli* etiam vocatur Tacito; certamen ultimum, cujus exitus, seu eventus, fuit victoria vel clades, et quo *fortuna partium transigenda* fuit. In illud toto conatu, toto animo descendere debuit Vitellius, si vere Cæsar, si vere Imperator esset.

Summi discriminis incuriosus] Nempe quo dirimi fortuna partium et sors ipsius debuit; quo transire et transferri res ad alterutrum concertantium debuerunt.

Digitized by Google

exercitus sui robore, et fessos hyeme atque inopia hostes aggredi,[5] in aperto foret;[i] dum dispergit vires,[j] acerrimum[k] militem, et[6] usque in extrema obstinatum, trucidandum capiendumque tradidit, peritissimis Centurionum dissentientibus, et, si consulerentur, vera dicturis. Arcuere[7][l] eos intimi amicorum Vitellii, ita formatis Principis auribus,[m] ut aspere, quæ utilia,[n] nec quicquam, nisi jucundum[8] et læsurum, acciperet.[9]

cum superare Apenninum integris exercitus sui viribus, et fatigatos frigore fameque hostes adoriri expediret; dum diducit copias, promtissimum militem, et usque in ultima pervicacem, occidendum et intercipiendum hosti *objecit, expertissimis centurionum refragantibus, et, si rogarentur, fida* consilia *promturis.* Sed *prohibuere illos familiarissimi amicorum Vitellii, ita factis auribus Imperatoris, ut acerba* viderentur, *quæ saluturia* erant, *nec quicquam, nisi lætum et noxium audiret.*

5 Ms. Corb. *aggrediendi.*—6 *Et* abest a Ms. Corb.—7 Sic bene Lipsius et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *arguere eos.* Brotier.—8 Gronovius et Ryckius habent *jocundum.*—9 Faërno Acidalioque placet, *acciperent*, ut ad aures referatur.

NOTÆ

[i] *In aperto foret*] Facile, liberum, et commodum foret.

In aperto foret] Facile et expeditum foret, aut quod forte prudentiæ imperatoriæ esse clare appareret.

[j] *Dum dispergit vires*] Quibusdam secum Romam assumtis; sed inprimis, quod ab exercitu cum fratre dimitteret, ut paulo post apparet, sex cohortes et quingentos equites in Campaniam. *Savilius.*

Dum dispergit vires] Per varia circa Apenninum præsidia, aut *Narniæ*, in urbe, dein et in Campania, sic dispersos milites facile trucidandos capiendosque *tradidit.*

[k] *Acerrimum*] Ut qui Germanicianus esset, nec ferociam adhuc exuerat; et qui principem a se evectum strenue vindicabant.

[l] *Arcuere*] Quidni, *arguere*, quæ vetus lectio? Illos arguere potuerunt in consilio, et ad vim dominationis confugere, et sic egregia consilia removere, quod sæpe fit a pravis ministris, quia, scil. illi præpollebant; dein et in adulationem ire, sed suo et imperitantis exitio, ut mali amici solent.

Sic supra duces Othonis II. 33. 'Fortunam et Deos et Numen Othonis adesse consiliis, affore conatibus, testabantur: neu quis obviam ire sententiæ auderet, in adulationem concesserant.'

Arcuere] Recte *arcuere*, scil. eos prohibuere consilio belli, arcuere eos a dicendo verum; hi, nempe, *si consulerentur, vera dicturi* erant: unde patet, in consilium non esse admissos centuriones.

[m] *Ita formatis principis auribus*] Vertunt, quasi id effecissent amici Vitellii, et quasi aures ejus ita imbuissent, 'ut aspera quæ utilia,' &c. Sed potius id ipse Vitellius ex sua ignavia, luxu, et mollitia hauserat.

Non tam amici formare principem

Digitized by Google

57. Sed classem Misenensem (tantum civilibus discordiis etiam singulorum audacia[o] valet) Claudius Faventinus, Centurio, per ignominiam a Galba dimissus, ad defectionem traxit, fictis Vespasiani[p] epistolis pretium proditionis ostentans. Præerat classi Claudius Apollinaris, neque fidei constans,[q] neque strenuus in perfidia: et Apinius[r] Tiro,[r] Prætura[s] functus, ac tum forte Minturnis[t] agens, Ducem

Sed Claudius Faventinus centurio ad transitionem impulit classem Misenensem, assimulatis literis Vespasiani, præmium perfidiæ ostendens: is *ob flagitium a Galba exauctoratus fuerat, (tantum pollet bellis civilibus etiam singulorum audentia.) Curabat classem Claudius Apollinaris, neque fidei firmus, neque in proditione animosus: et Apinius Tiro, qui præturam obierat, et tum fortuito casu Minturnis versaba-*

1 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. Ms. Corb. *Apinus.* Mss. Reg. Agr. et editio princeps, *Aponius.* At infra c. 76. idem Ms. Agr.

NOTÆ

debent, quam princeps amicos, ut vera et utilia admonere velint, audeant, et etiam quandoque instent.

Ita formatis principis auribus] Teste Plutarch. Apophth. 'Parisatis Cyri et Artaxerxis mater, jubebat eum, qui regem allocuturus esset, byssinis et molliioribus uti verbis.'

n *Ut aspere, quæ utilia*] Plutarch. lib. Qui adulator discernitur ab amico: 'Porro, sicut Thucydides ait, eum, qui ob rem maximam subit invidiam, rectum sequi consilium; ita et amicus debet molestiam castigandi in magnis modo rebus, et in quibus plurimum est situm momenti, in se recipere.'

o *Etiam singulorum audacia*] Huc respicit quod habetur supra II. 75. licet diversa circumstantia: 'Fluxam per discordias militum fidem, et periculum ex singulis. Quid enim profuturas cohortes alasque, si unus alterque præsenti facinore ex diverso præmium petat?'

p *Fictis Vespasiani*] Sic multa ficta ejus nomine, quæ non parum adjuvere partes. Sic supra fictum est, morientem Othonem ipsi commendasse Rempub. tanquam fortissimo duci, et qui solus tantæ moli par esset.

q *Neque fidei constans*] Qui neque satis firmus in fide pro Vitellio, et qui neque satis animosé deficeret, aut ad defectionem classicos suos impelleret. Inter utrumque pendens et incertus animi, neque satis fidus erat Vitellio, neque satis strenue rebellabat pro Vespasiano.

r *Apinius Tiro*] Editio Rom. *Aponius.* Sic marmora et inscriptiones. *Gruterus.*

s *Prætura*] Vertit Interpres Gall. 'Prætorianus:' quod ambiguum, et quod maxime vitare debet Interpres: debuit vertere, 'Qui prætura exercuerat.' Nam sic de milite seu centurione ac tribuno prætoriano id sumi possit, quod lectorem fallit.

Prætura functus] Sic dignitate et auctoritate præcellebat. Sic distinguitur a *prætorio*, quales multi eo ævo, qui tantum *prætura insignia* adepti, non *prætura functi* erant.

t *Minturnis*] Nempe haud procul a classe Misenensi; quare spreto

Digitized by Google

se defectoribus[2] obtulit: a quibus municipia coloniæque impulsæ, præcipuo[3] Puteolanorum[u] in Vespasianum studio, contra Capua[v] Vitellio fida, municipalem æmulationem[w] bellis civilibus miscebant.[x] Vitellius Claudium Julianum (is nuper classem Misenensem molli imperio rexerat) permulcendis militum[y] animis delegit: data in auxilium urbana cohors[z] et gladiatores, quibus[a] Julianus præerat.[b] Ut[4]

tur, ducem se desciscentibus exhibuit: a quibus coloniæ et civitates incitatæ maximo Puteolanorum in Vespasianum favore, contra Capua Vitellio addicta, oppidanam discordiam armis civilibus jungebant. Vitellius ascivit Claudium Julianum deliniendis militum animis, qui paulo ante classi Misenensi miti imperio præfuerat: concessa ei in præsidium cohors urbana, et gladiatores, quos Julianus curabat. Ut

habet *Apinius*. Ibidem Mss. Harl. Bodl. Jes. *Tyro*.—2 Ms. Budens. *interfectoribus*.—3 Idem Ms. *præcipue*.—4 Sic bene Mss. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *et*. Brotier.

NOTÆ

Apollinari præfecto classis, ducem se defectoribus obtulit.

Minturnis] Minturnæ, urbs Aurunconum populorum, in Latio provincia: hodie prorsus excisa. *Tillemon.*

[u] *Puteolanorum*] Puteoli, urbs Campanorum populorum: hodie *Pozzuolo* Italis, *Poussol* Francis, urbs Terræ Laboris, in regno Neapolitano. *Tillemonius.*

Præcipuo Puteolanorum] Capiunt, quasi acrius flagrarent Puteolani pro Vespasiano, ob æmulationem in Capuanos, et quasi municipale odium bello civili magis accenderent.

[v] *Capua*] Urbs Campanorum populorum, prope Vulturnum fluvium: hodie *Santa Maria Maggiore*, sive *delle Gratie*, burgus provinciæ Terræ Laboris, prope fluvium *Garigliano*, in regno Neapolitano. *Tillemon.*

[w] *Municipalem æmulationem*] Ita ut acrius inter se certarent, quam propter causam communem, quam ob bella civilia; ut fieri solet inter vicinas infensasque civitates.

[x] *Miscebant*] Certabant acrius inter se civitates, non amore Reipub. sed causa propria et odiis privatis.

[y] *Militum*] Qui maxima ex parte classiarii, quæ deterior militia: eos infra c. 76. *remiges* vocat: 'Clausis illic gladiatoribus remigibusque.'

Militum] Classiariorum nempe, qui adhuc discordes, nondumque omnes sentiebant pro Vespasiano. Nutabant adhuc inter fidem et defectionem plerique; quare eos, misso clementiore duce, permulcere ac retinere in obsequio conatur Vetellius.

[z] *Urbana cohors*] Non *prætoria* quidem, sed vel vigilum, vel una cohortium quibus Præfectus urbis imperabat, et quibus quicquid turbidum in urbe foret coërcebat.

Urbana cohors] Non prætoriana, ut puto, sed una cohortium ex urbe delectarum, ut in tumultu, et sunt illi ipsi quos *tyrones* vocat Suet. Vitel. 15.

[a] *Gladiatores, quibus*] Jam antea præerat hisce gladiatoribus in urbe, scil. post præfecturam classis Misenensis: talia nempe curabat jam a Neronis temporibus, et bello civili

Digitized by Google

collata utrimque castra,[c] haud magna cunctatione Juliano in partes Vespasiani transgresso, Tarracinam[d] occupavere, mœnibus situque magis, quam ipsorum ingenio[e] tutam.

58. Quæ ubi[1] Vitellio cognita, parte copiarum[f] Narniæ[g] cum Præfectis Prætorii[h] relicta, L. Vitellium fratrem, cum sex cohortibus et quingentis equitibus,[2] ingruenti per Campaniam bello[i] opposuit. Ipse æger animi, studiis militum et clamoribus populi, arma poscentis, refo-

castra castris hinc et inde opposita sunt, *brevi interjecta mora Juliano ad partes Vespasiani transeunte, Tarracinam insedere, muris et ingenio loci validiorem, quam ipsorum industria.*

Quæ postquam Vitellio comperta sunt, *parte copiarum relicta Narniæ cum præfectis prætorii, objecit L. Vitellium fratrem cum sex cohortibus, et quingentis equitibus, imminenti per Campaniam bello. Ipse anxius curis, favore militum et accla-*

1 *Ubi* deest in Bndens.—2 Ms. Corb. et editio princeps, *et equitibus quin-*

NOTÆ

gladiatores in usu.

[b] *Julianus præerat*] Mirum, ui ille ipse Julianus sit, qui Plinio *curasse* dicitur *munus gladiatorium Neronis.* XXXVII. 3. *Lipsius.*

[c] *Ut collata utrimque castra*] Nempe Juliani et Apinii Tironis ducis classiariorum: et transgresso in partes Juliano, hi simul Tarracinam occupant.

Collata utrimque] Collata castra invicem, non tam forte ad certamen, quam ad colloqnium, quo pacta perfidiæ firmarentur: quod sæpe factum bellis civilibns, nec frustra.

Castra] Scilicet Apollinaris seu Apinii, et Jnliani.

[d] *Tarracinam*] Tarracina, urbs Volscorum populorum in Latio. Hodie *Terracina*, urbs Campaniæ Romanæ ad meridiem et orientem, in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

[e] *Quam ipsorum ingenio*] Infra 76. 'Lascivia socordiaque gladiatorum magis, quam ducum similes. Non vigilias agere, non intuta mœnium firmare,' &c.

[f] *Parte copiarum*] Sic dispergit vires, perditque. Intelligit *partem* copiarum quas supra habuit apud Mevaniam, cum imprudenter reliquit Apenninum. Aliam partem, nempe sex cohortes, tradit fratri.

[g] *Narniæ*] Narnia, urbs Umbriæ provinciæ ad Narem fluvium. Hodie *Narni*, urbs ducatus Spoleti sive Ombriæ, in ditione Pontificia. *Tillemonius.*

[h] *Cum Præfectis Prætorii*] Julio, scil. Prisco, et Alpheno Varo, qui duces digni Vitellio Imperatore. Horum tamen alter mox superesse cladi partium et infamiæ suæ noluit: sibi damnatas manus intulit.

[i] *Ingruenti per Campaniam bello*] Suet. Vit. 15. 'Urgenti deinde terra marique hosti, hinc fratrem cum classe ac tironibus et gladiatorum manu opposuit; hinc et Bedriacenses copias et duces.'

Digitized by Google

vebatur: dum vulgus ignavum, et nihil ultra verba ausurum, falsa specie[j] 'exercitum'[3] et 'legiones' appellat. Hortantibus libertis (nam amicorum ejus quanto quis clarior, minus fidus) 'vocari tribus'[k] jubet. Dantes[4] nomina sacramento adigit: superfluente multitudine, curam delectus in Consules[l] partitur. Servorum numerum et pondus argenti[m] Senatoribus indicit.[5] Equites Romani obtulere operam pecuniasque,[6] etiam libertinis[n] idem munus ultro flagitantibus. Ea simulatio officii, a metu profecta,[7] verterat in favorem.[o]

mationibus plebeculæ, arma flagitantis, recreabatur: dum scilicet *populum segnem, et nihil ultra clamores ausurum, vano prætextu* exercitum *et* legiones *vocat. Suadentibus libertis (nam amicorum ejus quanto quis illustrior, eo suspectior* erat) convocari tribus *jubet. Et profitentes militiæ ascribit: affluente turba, inter consules dividit munus allegendi militis. Præscribit patribus numerum mancipiorum, et summam pecuniæ. Equites Romani exhibuere ultro ministeria et opes, libertinis quoque eandem operam sponte offerentibus. Ea dissimulatio effecerat, ut* velut in

gentis.—3 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *exercitus.*—4 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *data nomina.* Ms. Bod. *dat.* Inde frustra tentabat Rhenanus, *dant.* Melius *dantes*, ut habent Ms. Corb. editio princeps, Beroaldus et recentiores. *Brotier.*—5 Male Puteolanus, *inducit.* Idem.—6 Ita libri omnes, præter Cl. Lallemand, qui edidit, *pecuniamque.* At plurali sæpissime utitur Tacitus. *Brotier.*—7 Sic optime Ms. Bodl. et Cl. Ernestus. Male Mss. Harl. et Jes. et Puteolanus cum Ryckio et Gronov. *officia metu profecta.* Ms. Reg. et editio

NOTÆ

[j] *Falsa specie*] Inani verborum prætextu, falsa armorum specie, qua se ipse deludebat, ac misere fallebat.

[k] *Vocari tribus*] Ad delectum, ut, scil. nomina in militiam darent juvenes. Infra, 'curam delectus,' &c.

[l] *Delectus in Consules*] Horum certe id munus fuit vetere Repub. sed nunc illudebatur Reipub. senatui, magistratibus, et sæpe legibus.

[m] *Pondus argenti*] Forte sic exemplo Neronis, qui in fine aurum ad obryssam exigebat. Aut forte hic in necessitate rerum, cum pecunia signata non abundaret, conflabant primores vasa et supellectilia argentea, ut nummi cuderentur. Aut saltem id exigebat Vitellius; ideoque indicebat certum pondus argenti primoribus et opulentioribus.

[n] *Libertinis*] Ii operam ad bellum pollicebantur, quia sic decus aliquod et jus civitatis Rom. haud dubie assequebantur. Et *libertini*, non nisi in necessitate Reipub. in militiam Rom. asciti.

[o] *Ea simulatio officii, a metu profecta, verterat in favorem*] Nulla hic Vitellii interpretatio; sed senatores antea obsequiosi metu, sponte animum talem induunt: hoc est, cum viderent equites Romanos et libertinos nihil non ultro offerre Vitellio, et ipsi quoque servos pondusque argenti indictum libentes produxere in medium. *Gruterus.*

Ea simulatio] Servos et argenti pondus indicit princeps senatoribus, illi

Digitized by Google

Et[8] plerique haud perinde Vitellium,[p] quam casum locumque Principatus,[q] miserabantur: nec deerat ipse; vultu, voce, lacrymis, misericordiam elicere; largus promissis, et, quæ natura trepidantium est, immodicus. Quin et *Cæsarem* se dici voluit,[r] aspernatus antea: sed tunc, superstitione[9]

favorem acciperentur obsequia ex timore orta. Et plurimi non perinde Vitellium deflebant, ac fortunam sedemque imperii: nec deerat ipse; ore, voce, fletuque commiserationem movere; ingens promissis, et, qui formidantium animus est, nimius. Quin et se appellari Cæsarem *jussit, cum prius* id *contemsisset: sed tunc, reli-*

princeps, *profecto*. Idem.—8 Ms. Corb. *at*. Editio princeps, *ac*.—9 Ms.

NOTÆ

parent metu, non Vitellii forte, sed militum. Eodem metu equites opulenti 'obtulere operam pecuniasque.' Pari causa et libertini 'munus ultro flagitabant,' etiam metu, et per simulationem.

Ea simulatio, talia *officia* quæ ex *metu profecta* erant, *verterat*, sen accepta erat in vulgus, quasi faverent, foverentque ex animo Vitellium: quod fictum tamen revera et falsum erat.

[p] *Haud perinde Vitellium*] Spernebant Vitellium, ut principatu et jam miseratione indignum; sed tamen majestas principatus, et fortunæ principalis sedes sic tamen adhuc venerationi fuit, unde oriebatur miseratio dignitatis et principatus, non principis. Infra 70. *Non jam imperator, sed belli*, et spernendi in ipso imperii, *causa erat*.

Haud perinde] Non perinde Vitellium principem, ut indignum, scil. hoc nomine, quam dignitatem principatumque miserabantur.

[q] *Casum locumque Principatus*] Quod explicat infra 68. 'Nec quisquam adeo rerum humanarum immemor, quem non commoveret illa facies, Romanum principem et generis humani paulo ante dominum, relicta fortunæ sede, per populum, per urbem, exire de imperio.'

[r] *Cæsarem se dici voluit*] Sueton. Vit. 8. 'Cognomen Germanici delatum ab universis cupide recepit, Augusti distulit, Cæsaris in perpetuum recusavit.' *Suvilius*.

Recusaverat ante Hist. l. II. 'Præmisit in urbem edictum, quo vocabulum Augusti differret, Cæsaris non reciperet.' *Salinerius*.

Cæsarem] Sed 'quantum mutatus ab illo Hectore.' Audi Tullium Philipp. 2. 'Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia; &c. Res bello gessserat, quamvis Reipub. calamitosas, attamen magnas: multos annos regnare est meditatus: magno labore, magnis periculis, quod cogitaverat, effecerat: muneribus, monumentis, congiariis, epulis, multitudinem imperitam lenierat: suos præmiis, adversarios clementiæ specie duntaxat. Quid multa? attulerat jam liberæ civitati, partim metu partim patientia, consuetudinem serviendi.' Cæsaris nomen tulit Vitellius. Hoc tantum habuit Cæsaris.

Cæsarem] Tamen Suet. Vitel. 'Nomen Augusti distulit, Cæsaris in perpetuum recusavit.' At raro conveniunt auctores. Et historiam pro-

Digitized by Google

nominis,[s] et quia in metu consilia prudentium et vulgi rumor juxta a diuntur. Ceterum, ut omnia inconsulti impetus cœpta, initiis valida,[t] spatio languescunt, dilabi[u] paulatim Senatores Equitesque, primo cunctanter, et ubi ipse non aderat,[v] mox contemtim et sine[10] discrimine; donec Vitellius pudore irriti conatus, quæ non dabantur, remisit.[11]

gione nominis, et quia in pavore consilia peritorum et plebis fabulæ perinde attenduntur. Ceterum ut cunctæ res cæco ac præcipiti instinctu cœptæ, principiis acres, tempore senescunt, sensim abscedere patres et equites, initio dubitantes, et ubi ipse non intererat, dein spernentes, et promiscue ac nullo respectu, sive adesset sive abesset: *donec Vitellius pudore inanis cassique consilii, quæ non tribuebantur, condonavit.*

****

Ryckii *pro superst.*—10 Sic optime Pichena et recentiores. In Mss. Flor. et Corb. *contemti mœstive discrimine.* Mss. Reg. Agr. et editio princeps, *contenti.* Ms. Bodl. et Puteolanus, *conterriti.* Mss. Harl. et Jes. *contriti.* Brotier.—11 Ita optime Mss. et veteres recentioresque editiones. Tantum in Ms. Bud. *omisit*, quod perperam edidit Rhenanus. Tentabat præterea, *quæ nuntiabantur.* Idem.

NOTÆ

prie ac stricte non scribit Suetonius: capita quædam rerum attingit tantum, et leviter transcurrit.

[s] *Superstitione nominis*] Religione quadam ac veneratione *nominis* Cæsaris, ut qui semper vicisset, victoriaque fundasset imperium Rom. et qui ob virtutem fortunamque inter Deos ascriptus esset. Sed quid hæc ignavo Imperatori?

Superstitione] Tanquam læti faustique ominis nomen accipiebat Cæsaris, ut qui principatum, victoriam, ac fortunam velut adamantino nexu sibi devinxisset, partibusque et nomini ac familiæ, etiam post fata; quod mireris. Hoc jam olim denuntiarat trepidanti nauclero: 'Cæsarem vehis et ejus fortunam.'

[t] *Initiis valida*] Non ex parte Vitellii, sed senatorum, et præcipue equitum ac libertinorum, qui ultro statim *operum et pecunias* offerebant, acribus et flagrantibus initiis, quæ mox *languescunt*, ut solet.

[u] *Dilabi*] Ne darent nomina militiæ, ne pecuniam promissam exsolverent. Primo dubitanter, et veluti metuentes; et cum non ipse adesset, *dilabi*, dein *contemtim et sine discrimine*, sive adesset sive abesset Vitellius.

[v] *Ubi ipse non aderat*] An sensus est, cum ipse non adesset, seu cum abesset urbe? tum tamen Romam reverterat Vitellius. Forte sensus sit, *quo loco ipse non aderat* in urbe ipsa, ita ut pudore et reverentia adigerentur ipso præsente; sed ubi ipse non aderat, spernerent mandata ignavi et parum constantis principis.

Ubi ipse non aderat] Non mirum de Senatoribus et insignibus equitibus affuisse ubi Vitellius esset, scil. in Senatu aut in concione, et quod assentirentur ubi adesset ipse, et etiam quod dilaberentur ipsi sensim, spreto tali dominante, ubi non adesset, dein promiscue et sine discrimine.

Digitized by Google

59. Ut terrorem Italiæ possessa[1] Mevania, ac velut renatum ex integro bellum, intulerat; ita haud dubium erga Flavianas partes studium tam pavidus Vitellii discessus addidit. Erectus[2] [v] Samnis[x] Pelignusque[y] et Marsi[z] æmulatione, quod Campania[a] prævenisset, ut in novo[b] obsequio, ad cuncta belli munia acres erant. Sed fœda hyeme, per transitum Apennini conflictatus exercitus, et vix quieto

Ut pavorem Italiæ incusserat occupata Mevania, ac velut exardens de novo bellum; ita haud ambiguum in Flavianas partes favorem adjecit tam trepidus Vitellii digressus. Excitus Samnis, Pelignusque, et Marsi invidia, quod Campani antevertissent, ut in recenti transitione, ad omnes belli curas promti strenuique erant. Sed horrida hyeme, dum transmitteret Apenninum divexatus est miles, et

1 Mallet Muretus, *obsessa.* Illam obsessam vidimus supra c. 55. Et sane cito fuit possessa. Supra c. 8. 'possessa ipso transitu Vicetia.' *Brotier.* —2 Sic bene Ms. Flor. editio princeps, Pichena et recentiores. Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ereptus Samnis.* Verum hi populi Vitellio non sunt erepti, sed pavido ejus discessu erecti animosique Flavianas partes amplexi sunt.

NOTÆ

[v] *Erectus*] Alii, *ereptus.* Recte, *erectus;* nempe, pavido Vitellii discessu. Forte et longe magis erecti vicini populi 'æmulatione, quod Campania prævenisset,' ut fit novo principatu, et inter civitates finitimas, invidia municipali.

[x] *Samnis*] Sub Augusto imperatore quarta regio Italiæ fuit dicta *Samnium,* in qua varii populi. Hodie in hac regione sunt *Sabina* provincia, pars *Ombriæ* vel ducatus *Spoleti,* et pars *Campaniæ Romanæ,* in ditione Pontificia; atque comitatus *Molise* fere omnis, et *Abruzzo Citra* et *Ultra* provinciæ fere integræ, parsque septemtrionalior *Capitanatæ* in regno Neapolitano. Samnites proprie dicti, de quibus hic loquitur Tacitus, sunt populi Samnii provinciæ, in Samnio regione. Hodie fere omnis comitatus Molisinus *Molise,* in regno Neapolitano. *Tillemon.*

[y] *Pelignusque*] Peligni, populi Samnii regionis in Italia. Hodie pars Aprutii Citerioris *Abruzzo Citra,* provinciæ regni Neapolitani. *Tillemon.*

[z] *Marsi*] Populi Samnii regionis. Hodie pars Aprutii Ulterioris, *Abruzzo Ultra,* provinciæ regni Neapolitani. *Tillemon.*

[a] *Quod Campania*] Nempe per defectionem classis Misenensis: nam simul *municipia et coloniæ* Campaniæ eodem *impulsæ.*

Quod Campania prævenisset] Non Capua, quæ, ut puto, perseveravit in partibus Vitellianis, suo damno; nam postea afflictæ domus illustres, et in eam vindicatum. Sed prævenerat *Campania* in transitione classis, forte et Tarracinæ, quæ occupata a gladiatoribus pro Vespasiano. Infra: 'jam Misenensem classem et pulcherrimam Campaniæ oram descivisse.'

[b] *Ut in novo*] Novi subditi acriores promtioresque ad officia, fere ut nova servitia in familiis.

Digitized by Google

agmine nives[3] eluctantibus,[c] patuit, quantum discriminis adeundum foret, ni Vitellium retro Fortuna vertisset: quæ Flavianis Ducibus non minus sæpe, quam ratio,[d] affuit. Obvium illic Petilium Cerialem habuere, agresti cultu et notitia locorum custodias Vitellii elapsum. Propinqua affinitas Ceriali cum Vespasiano, nec ipse inglorius militiæ: eoque inter Duces assumtus est. Flavio[4] quoque Sabino ac Domitiano patuisse effugium, multi tradidere.[5] Et missi ab Antonio nuntii per varias fallendi artes penetrabant,[e] locum ac præsidium[f] monstrantes. Sabinus inhabilem labori et audaciæ valetudinem[g] causabatur: Domitiano aderat animus; sed custodes a Vitellio additi,[6 h] quanquam se so-

vix pacato incessu nives superantibus, innotuit, quantum periculi subeundum foret, ni Vitellium retro abegisset fortuna, quæ non minus sæpe favit ducibus Flavianis, quam prudentia. Illic occurrit Petilius Cerialis, qui rusticano habitu, et peritia locorum præsidia Vitellii vitaverat. Proxima necessitudo Ceriali cum Vespasiano, nec ipse ignobilis bello; ideoque inter duces ascitus est. Plurimi memoravere Flavium etiam Sabinum, ac Domitianum elabi potuisse. Et nuntii, ab Antonio missi, diverso latendi astu pervadebant in urbem, *locum et auxilium ostendentes. Sabinus excusabat se, quod corpus itineri, et valetudo audaciæ impar esset. Non carebat animo Domitianus; sed satellites* ei *a Vitellio appositi, quamvis se comites fugæ*

Idem.—3 Sic bene Rhenanus et recentiores e Ms. Bud. In Mss. Harl. Bodl. Jes. *nive se luctantibus.* Inde Puteolanus, *nive se eluctantibus.* Brotier.—4 Budens. *Flaviano.*—5 Ms. Agr. *multi prodidere.*—6 Male editio princeps, *abditi.* Brotier.

NOTÆ

[c] *Nives eluctantibus*] Sic in vita Agric. 'Virtutem hostium, locorumque difficultates eluctatus.' Eodem modo Hist. lib. I. 'Immensa viarum spatia, ægre sub armis eniterentur.' *Rhenanus.*

Eluctantibus] Superantibus.

[d] *Ratio*] Prudentia, consilium.

[e] *Penetrabant*] In urbem; et hi locum monstrabant Sabino ac Domitiano.

[f] *Locum ac præsidium*] Locum scil. quo effugerent, ac *præsidium*, quo se reciperent, aut opem et subsidium offerebant. Jam multi occulte favebant Flavianis, licet palam starent adhuc pro Vitellio, ut fit inter bella civilia.

Præsidium] Effugium. Vel ipsi *missi* ab Antonio, se duces, præsidium et custodes offerebant, aut subsidium et receptum monstrabant: forte simul omnia hæc.

Ac præsidium] Capiunt de loco certo tutoque quo se reciperent, dum custodias Vitellii penetrarent.

[g] *Valetudinem*] Jam ille senex et senecta invalidus. Infra 75. 'Quinque et triginta stipendia fecerat in Republica.'

[h] *Sed custodes a Vitellio additi*] Quomodo igitur congruit quod habet infra 69. 'Domitianum fratris filium in Capitolium accivit?' nisi forte tur-

Digitized by Google

cios fugæ promitterent, tanquam insidiantes timebantur. Atque ipse Vitellius, respectu suarum necessitudinum,[i] nihil in Domitianum atrox[j] parabat.

60. Duces partium ut Carsulas[k] venere, paucos ad requiem dies sumunt,[l] donec aquilæ signaque[l] legionum assequerentur: et locus ipse castrorum placebat, late prospectans: tuto copiarum[m] aggestu: florentissimis pone[a] tergum municipiis: simul colloquia cum Vitellianis, decem

offerrent, velut fraudem struentes metuebantur. Atque ipse Vitellius, propinquorum suorum affectu, nihil sævum statuebat adversus Domitianum.

Duces Flavianorum, ut Carsulas advecti sunt, aliquos dies ad quietem accipiunt, donec Aquilæ et signa legionum adventarent; et sedes ipsa castrorum arridebat, in immensum prospiciens; securo commeatuum advectu; opulentissimis a tergo coloniis: etiam congressus cum Vitellianis, decem millium intervallo dissitis, et transitio

1 Ms. Ryckii, *sumunt dies.*—2 Gronovius, *prope*; Ms. Budens. *post tergum.*—

NOTÆ

batis rebus, et quasi jam ejurasset imperium Vitellius, tum Domitianum custodes deseruerint, aut forte in partes simul transierint, ut solet, afflictis Vitellii rebus: quod verisimile; nam et jamdiu ante 'se socios fugæ promittebant,' quasi de Vitellio desperantes.

[i] *Necessitudinum*] Vertit interpres Hispanus, quasi Vitellius haberet aliquam necessitudinem cum Vitellio, quod falsum. Explicat Tacitus infra quid per *necessitudines* intelligat c. 67. 'Obruebatur animus miseratione curaque, ne pertinacibus armis minus placabilem victorem relinqueret conjugi ac liberis.'

Necessitudinum] Suorum nempe liberorum, et conjugis.

Suarum necessitudinum] Hic turbant inter *necessitudines* Vitellii, et *necessitudines* Domitiani, quasi necessitudines Domitiani respicere aut vereri videretur, aut necessitudines suas cum Domitiano. Sed *respectu necessitudinum*, id est, Vitellius, respectu suæ familiæ, respectu scil. fratris, conjugis, et filii sui, parcebat Domitiano. Nempe, respectu pignorum suorum, parcebat liberis Vespasiani, sed frustra. Nam frater et filius Vitellii statim post victoriam occiduntur Muciani jussu.

[j] *Nihil in Domitianum atrox*] Ostendit facilitatem difficultatemque effugii. Domitiano difficultas erat, quod custodes, 'tanquam insidiantes timebantur,' facilitas, quia 'aderat animus. Atque ipse Vitellius....nihil in Domitianum atrox parabat.'

[k] *Carsulas*] Carsula, urbs Umbriæ regionis: hodie *Casigliano*, castrum ducatus Spoleti, sive Ombriæ versus meridiem, in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

[l] *Donec aquilæ signaque*] Quæ, scil. tardius sequebantur expeditas cohortes et alas: namque difficilius Apennini nives gravi agmine eluctabantur.

[m] *Copiarum*] Annonæ, frugum, commeatuum.

Digitized by Google

millium[n] spatio distantibus,[o] et proditio sperabatur. Ægre id pati miles, et victoriam malle, quam pacem: ne suas quidem legiones opperiebantur, ut prædæ,[3] [p] quam periculorum socias.[4] Vocatos ad concionem Antonius docuit: 'esse adhuc Vitellio vires, ambiguas,[q] si deliberarent; acres, si desperassent. Initia bellorum civilium fortunæ permittenda; victoriam consiliis et ratione perfici.[5] Jam Misenensem classem et pulcherrimam Campaniæ oram descivisse: nec plus e toto terrarum orbe reliquum Vitellio, quam quod inter Tarracinam Narniamque jaceat. Satis gloriæ prælio Cremonensi partum, et exitio Cremonæ nimium invidiæ; ne concupiscerent Romam capere potius, quam servare: majora illis præmia,[r] et multo maximum decus, si incolumitatem Senatui Populoque Rom. sine sanguine quæsissent.'

sperabatur. Impatienter id ferre miles, et pugnam *victoriamque malle, quam pacem: ne suas quidem legiones expectabant, ut præmii* magis, *quam discriminis participes. Convocato exercitu, disseruit Antonius:* esse adhuc Vitellio copias, fidei dubias, si consultarent; fortes, si spem abjicerent. Principia motuum civilium sorti *armorum* committenda; victoriam consummari consiliis et prudentia. Jam defecisse classem Misenensem et amœnissimam Campaniæ regionem: nec plus Vitellio superesse ex universo imperii orbe, quam quod situm sit inter Tarracinam et Narniam. Satis decoris acquisitum pugna Cremonensi; et excidio Cremonæ nimium odii; ne cuperent potius expugnare urbem, quam incolumem præstare: ampliorem illis mercedem, et longe maximam gloriam *fore,* si salutem procurassent senatui populoque Rom. sine cæde et cruore.

3 Ms. Corb. *Ut prædæ potius.* In aliis *potius* recte intelligitur. *Brotier.*— 4 Male Ms. Corb. et editio princeps, *socios.* Idem.—5 Sic bene Lipsius et recentiores. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *profici.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *a consiliis et ratione proficisci.* Brotier.

NOTÆ

[n] *Decem millium*] Trium ferme leucarum Gallicarum.

[o] *Distantibus*] Apud Narniam scil.

[p] *Ut prædæ*] Ut prædæ magis, quam periculorum socias.

[q] *Ambiguas*] Dubias in fide erga Vitellium *si deliberarent;* et ut nutantes inter utrasque partes, facile ad se transituras; *acres* fortesque tamen, si de venia ac pace *desperassent.*

[r] *Majora illis præmia*] Hæc ratio valere debuit apud digniores, apud honestiores, et qui altiores ordines ducerent. Sed in vulgus quid hæc, nisi *insania* clementiæ nomina? Supra c. 19. 'Pro labore ac vulneribus, clementiam et gloriam insania laturos,' &c.

Digitized by Google

61. His ac[1] talibus mitigati animi. Nec multo post legiones venere. Et terrore famaque auctì exercitus Vitellianæ cohortes nutabant, nullo in bellum adhortante, multis[s] ad transitionem,[t] qui suas centurias[u] turmasque tradere,[2] donum victori, et sibi in posterum gratiam, certabant.[2] Per eos cognitum est, 'Interamnam proximis campis præsidio quadringentorum equitum teneri.' Missus extemplo[3] Varus, cum expedita manu, paucos repugnantium interfecit: plures, abjectis armis, veniam[v] petivere: quidam in castra[w] refugi, cuncta formidine implebant, augendo rumoribus virtutem copiasque hostium, quo amissi præsidii[4] dedecus lenirent. Nec ulla apud Vitellianos flagitii[x] pœna: et præmiis defectorum versa[5] fides,[y] ac reliquum[z] perfidiæ certa-

His et similibus rationibus *placati animi. Nec multo interjecto tempore legiones advenerere. Et pavore ac rumore firmati agminis, Vitellianus miles dubitabat, nemine ad bellum incitante, multis ad defectionem* compellentibus, *qui certatim tradebant suas copias pedestres et equestres*, ut *munus victori, et sibi in futurum favorem. Per eos compertum est*, Interamnam propinquis agris occupari statione quadringentorum equitum. *Missus statim Varus, cum expedito agmine, nonnullos resistentium interemit: plures, positis armis, salutem rogavere: nonnulli in castra fugientes, omnia pavore complebant, extollendo sermonibus strenuitatem viresque hostium, quo deserti præsidii flagitium minuerent. Nec ulla apud Vitellianos ignaviæ mulcta; et* illecti *defectores mercede* proditionis *facile mutabant fidem, ac* tum *reliqua* tantum *proditionis æmulatio; perpetuæ transitiones tribuno-*

1 Sic Mss. Harl. Bodl. et editiones veteres. In Mss. Jes. et Corb. *his atque talibus*. In recentioribus editionibus, *his et talibus*, et sic Ryckius et Gronov.—2 Male Ms. Reg. et editio princeps, *tradidere*. Immerito probat Gruterus, ut, *certabant*, quasi insititium repudiet. *Brotier*.—3 Sic recte Rhenanus pro *exemplo* edidit: nam Flor. et meus ita habent. *Ryckius*.—4 Male Ms. Jes. *amissi præmii*. Brotier.—5 *Vera fides*. Ita Ms. Agr. Puteolanus, Ryckius et recentiores. In Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Corb. et editione principe, *verba fides*. Inde emendavit Freinshemius, *versa fides*. [Quem Gronov. sequitur.] Mallet Ernestus, *certa fides*; ut apud

NOTÆ

[s] *Multis*] Vitellianis ipsis, qui, transfugii pretium, suas *centurias turmasque* trahere secum ad victorem certabant.

[t] *Ad transitionem*] Ad proditionem, seu defectionem.

[u] *Qui suas centurias*] Quæ centuriæ traditæ ut donum victori, ita simul favor et gratia tradentibus erant. Centurias suas tradere donum victori, et sic *sibi in posterum gratiam* parare *certabant*.

[v] *Veniam*] Ea lege ut præsidium desererent, ac victori permitterent.

[w] *In castra*] Quæ apud Narniam.

[x] *Flagitii*] Ignaviæ, perfidiæ, &c.

[y] *Præmiis defectorum, vera fides*] De mendo suspicionem facit Florentinus,

Digitized by Google

men: crebra transfugia Tribunorum Centurionumque; nam gregarius miles induruerat[6] pro Vitellio: donec Priscus et

rum centurionumque; quippe plebeius miles obstinatus erat pro Vitellio: donec

Horatium, III. Od. XVI. 30. 'Et segetis certa fides meæ.' *Brotier.* Mihi cum Bipont. potior videtur conjectura Freinsh. *Oberl.*—6 Ms. Corb. *induraverat.*

NOTÆ

apud quem corrupte legitur, *ūba fides.* Tamen sensus videtur: Vitelliani flagitia non puniunt; contra, ad Flavianos deficientibus præmia cum fide exsolvuntur. *Pichena.*

Legendum esse, *præmiis defectorum versa fides*, satis ostendunt sequentia, *et reliquum perfidiæ certamen.*

Alii non recte, *vera fides*, quam lectionem et codex Flor. suspectam reddit, qui præfert, *ūba fides:* nempe ea nota, qua syllabam *ver* exprimere consueverant illius ætatis librarii. *Freinshem.* Forte sensus sit: *præmiis defectorum* mutata *fides.*

Versa fides] Lego, *vera fides* Quia nulla apud Vitellianos proditionis pœna, et quia præmia defectorum apud Flavianos certa erant, hinc *vera fides* in ipsos; hinc et 'reliquum perfidiæ certamen,' hinc 'crebra transfugia tribunorum centurionumque,' ad Flavianos nempe.

Ita ut τὸ *vera fides* forte fuerit ambigue dictum, et de præmiis, quæ cum fide exsolvebantur, et de ipsis defectoribus, quorum vera fides ob præmia ipsis etiam cum fide persoluta: vetus exemplar habuit *vera fides;* huic standum.

Versa fides] Melius *vera.* Nempe vere et sincere servata fides desciscentibus, et præmia promissa illis vera fide exsoluta; quare nihil belli reliquum, tantum postea *reliquum perfidiæ* et transitionum, seu transfugiorum, *certamen* invicem inter Vitellianos.

Vera fides] Puto sic leg. aut certe intelligendum: *Nec ulla apud Vitellianos flagitii*, seu proditionis, *pœna, et præmiis defectorum servabatur fides; ac* deinceps *reliquum perfidiæ certamen* fuit, *et crebra transfugia, &c.* Vel leg. *servata fides:* nam quid hæc: *versa fides?* quis sensus? forte, *juxta verba fides.*

Sed, ut puto, melior lectio, *vera fides.* Transeuntes seu deficientes securi erant flagitii, impune desciscebant, et simul certi *præmiorum* defectionis fuere: nam *vera* et certa *fides* iis præstabatur a Flavianis ducibus. *Vera fides* hic opponitur *fluxæ fidei.* Supra 48. 'fluxa, ut est barbaris, fide.'

[6] *Ac reliquum*] *Nec ulla* ignaviæ aut proditionis *pœna* apud Vitellianos; et apud Flavianos, e contra, *præmiis defectorum vera fides.* Atque ea causa, ex eo tempore deinceps, quod *reliquum*, fuit perfidiæ certamen.

Ac deinceps, quia Flavianæ legiones advenerant, 'et terrore famaque aucti exercitus Vitellianæ cohortes nutabant;' et quia nulla pœna deserti præsidii, aut transfugiorum, et certa fides præmiorum deficientibus, deinceps nihil reliquum, nisi certamen perfidiæ, tribunorum centurionumque Vitellianorum transfugientium ad Flavianos.

Digitized by Google

Alphenus,[a] desertis castris, ad Vitellium regressi,[b] pudore proditionis cunctos exsolverent.[7]

62. Iisdem diebus Fabius Valens Urbini[c] in custodia[1] interficitur. Caput ejus Vitellianis cohortibus[d] ostentatum,[e] ne quam ultra spem foverent: nam, 'pervasisse in Germanias Valentem, et veteres illic novosque exercitus ciere,' credebant. Visa cæde in desperationem versi: et Flavianus exercitus, immane quantum animo[2] exitium Valentis, ut finem belli, accepit. Natus erat Valens Anagniæ,[f] Equestri familia: procax moribus, neque absurdus[g] ingenio, famam

Priscus et Alphenus, relicto exercitu, ad Vitellium reversi, flagitio seu ignominia defectionis omnes absolverent.

Iisdem diebus Fabius Valens apud Urbinum interimitur in carcere. Caput illius Vitelliano militi ostentui exhibitum est, ne quam ultra spem alerent: quippe existimabant Valentem penetrasse in Germanias, et antiquas novasque copias hinc excire. *Spectata nece, spem omnem abjecere; et exercitus Flavianus, incredibile quantum præsumsit animo mortem Valentis, ut exitum belli. Valens Anagniæ genitus, equestri loco: petulanti ingenio, neque* tamen *ineleganti, famam urbani-*

7 Ms. Corb. *exsolvere.*

1 Ms. Corb. et editio princeps, *in custodia Urbini.*—2 Corrupte Ms. Reg. et editio princeps, *quantum animæ.* Supplebat Acidalius, *quantum animo auc-*

NOTÆ

[a] *Priscus et Alphenus*] Qui præfecti prætoriis cohortibus, nunc ipsa castra et cohortes deserunt.

[b] *Ad Vitellium regressi*] In urbem; neque id sine summo flagitio, cum sic deseruissent castra et tot tamque validas copias sine prælio hosti tradidissent: sicque majori probro, quam ut tantum deseruisse principem viderentur.

Quare infra Hist. l. IV. 11. 'Julius Priscus prætoriarum sub Vitellio cohortium præfectus, se ipse interfecit, pudore magis, quam necessitate:' non *necessitate*, quia ipsi ob ignaviam facile parcebatur: 'Alphenus Varus ignaviæ infamiæque suæ superfuit.'

[c] *Urbini*] Urbinum, urbs Umbriæ regionis: hodie *Urbino* Italis, *Urbin* Francis, urbs ducatus Urbini in statu Ecclesiastico. *Tillemonius.*

[d] *Cohortibus*] De legione classica silet, quia longe ea minoris famæ, quam cohortes prætoriæ et alæ, quæ robora partium. Eam tamen infra memorat, c. 67. 'Audita defectione legionis cohortiumque, quæ se Narniæ dediderant.'

[e] *Ostentatum*] Narniæ scil.

[f] *Anagniæ*] Anagnia, urbs Hernicorum populorum, in Latio: hodie *Anagni*, urbs Campaniæ Romanæ versus medium et orientem, in statu Ecclesiastico. *Tillemon.*

[g] *Neque absurdus*] Ne putes sic minui, aut de mediocritate intelligi: certe eleganti ingenio fuit Valens, sed mores haud probi: quod sic expressit Tac. 'scite magis, quam probe.'

Digitized by Google

urbanitatis per lasciviam[h] petere. Ludicro juvenalium[3] sub Nerone, velut ex necessitate, mox sponte,[i] mimos actitavit, scite magis quam probe.[j] Legatus legionis et fovit[k] Virginium et infamavit.[l] Fonteium Capitonem[4] corruptum,[m]

tatis per luxum et libidinem affectare. Spectaculo Juvenalium, principe Nerone, tanquam vi, seu jussu dominantis adactus, *dein ultro mimos egit* ipse, *venuste magis, quam honeste. Legatus legionis, et juvit Verginium, et criminatus est. Interemit Fonteium Capitonem*, seu *illectum et solicitatum* ad exuendam fidem,

tus. Brotier.—3 Ita Lipsius et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *ludicro juvenum*.—4 Ita vulgo Mss. et veteres recentioresque editiones. Beroaldus, *Fonteium Capitonem in proditionem corruptum*. Ita quoque habet Ms. Corb. sed omittit, *Capitonem*. Brotier.

NOTÆ

[h] *Per lasciviam*] Lasciviæ et procacitati morum prætexebat *famam* elegantiæ et *urbanitatis;* seu prætextu quærendi captandique famam sciti et elegantis ingenii, *lasciviam* sectabatur.

[i] *Mox sponte*] Primo Valens *mimos actitavit*, quasi jussus a Nerone, quod certe instar necessitatis fuisse videbatur; sed mox et sponte sub eodem Nerone palam ingenium ostentavit.

Quo arguebat clare primum etiam id non ex necessitate, sed libenter et suapte sponte id fecisse. In tales mimos assumti equites Rom. ut Laberius olim sub Cæsare dictatore; sic scena polluti equites, nondum tamen senatores.

[j] *Quam probe*] Flagitium fuit in equite Rom. talia *actitandi*. Et quo elegantius id præstaret, eo inhonestius, eo flagitiosius egisse videbatur: nam eo latius vulgata infamia.

[k] *Fovit*] Cum Verginium foveret, aut fovere simularet, et ad imperium suscipiendum impelleret, renuentem aut cunctantem interim secretis criminationibus incusabat apud Neronem, aut mox apud Galbam.

Ita ut sic utrumque deciperet, et principem et ducem. Utrumque simul prodebat, Galbam, cum impelleret Verginium; et Verginium, cum eum secreto, licet innocentem criminaretur.

Fovit Verginium] Incitavit forte adversus Neronem, dein et ad imperium suscipiendum, et contra Galbam; dein etiam et infamavit, forte apud Neronem, dein et apud Galbam, proditor omnium, excepto forte Vitellio, quem et ipsum prodidisset, nisi prævenisset eum fortuna et captivitas.

[l] *Et infamavit*] Vertit Interpres Gall. quasi eum infamasset, quia coluerat, et quasi societate aut amicitia sua, eumque celebrando ac frequentando infamasset. At non potuit Fabius infamare talem virum hoc modo, qui tantæ famæ fuit, tantæque gravitatis et auctoritatis apud milites, et apud senatum P. Q. R. et apud ipsum Galbam et sequentes principes, ut eum principatu dignum censerent, et eo magis, quod recusasset.

Eum incusavit apud Galbam, forte et apud Neronem, voluisse imperium, aut certe dissimulando rebellionem auxisse, et sic *infamavit*, ut diximus.

Infamavit] Quasi cunctantem illum accipere imperium apud Galbam criminatus est Valens; ideoque et Verginius modico honore exceptus est a Galba, cum illi occurrit ex Hispania

Digitized by Google

seu quia corrumpere nequiverat, interfecit.[n] Galbæ proditor: Vitellio fidus et aliorum[o] perfidia illustratus.

63. Abrupta undique spe, Vitellianus miles, transiturus in partes, id quoque[p] non sine decore,[1] sed sub signis[q] vex-

seu quia illicere non potuerat. Desertor Galbæ; in Vitellium constans, et aliorum proditione nobilitatus.

Abscissa undique spe, Vitellianus miles, transgressurus in partes, idque etiam non

1 *Dedecore* Rhen. e Bud. Sic et Agr. Contra Flor. et edd. vet. *sine decore.* Utraque lectio bonum sensum fundit. Turpe est militi, armatum, immo sub signis vexillisque sese tradere hosti, nec pro sua parte, dum liceat, strenue pugnare. Sic Acid. quoque Gron. Brot. [Ryck.] Lall. Verum, cum hic *pudore proditionis exsoluti* dicantur, decus armorum signorumque iis, in societatem transeuntibus, permissum a Flavianis. Ita potior ratio cod. Flor. quem se-

NOTÆ

Romam pergenti.

Sic Alphenus Varus Corbulonem criminatus erat apud Neronem.

Vertunt, quasi Valens sua consuetudine et familiaritate aliquam ignominiæ labem Verginio inussisset, quasi libidine, aut stupro, aut simili flagitio devinctus: quod ineptum et falsissimum est.

[n] *Corruptum*] Solicitatum ad capiendum principatum, aut cum eonvellere tentasset, aut non potuisset, eum interfecit.

[o] *Interfecit*] Fabius Fonteium interfectum imputavit Galbæ, dein et Galbam prodidit, ipsum Vitellium etiam proditurus, si occasio aut merces oblata esset *ex adverso;* sed præventus est. Attamen hactenus illum fidum Vitellio affirmat Tacitus infra: nec abs re; neque enim in adversis partibus par decus sperare potuit.

[o] *Et aliorum*] Cæciuæ, Lucilii Bassi, et similium. Mirari subit jam sileri duces eximios, Paulinum, Celsum, Verginium ipsum, alios: haud dubie neglecti illi a Vitellianis, ut quippe Othoniani, ac forte observati et custoditi.

Et egregii duces talia bellorum flagitia exhorruerant, atque in secretam se potius abdiderant, *præda victoris* futuri; ut olim Asinius Gallus inter Antonium et Augustum bellis abesse maluit.

[p] *Id quoque*] Alii sic sumunt, quasi non *sine dedecore* transirent in alias partes, sed cum majore dedecore esset, quod *sub signis vexillisque* transirent. Sed immo decus illud servatum videtur victis legionibus, transeuntibusque, quod *sub signis vexillisque* incederent. Iis honos habitus, fere quasi non transirent, quasi non victæ forent, sed velut ejusdem principis et sacramenti essent. Non sine dedecore fuit, quod transirent, quod in medio circumdarentur a victoribus: sed tamen temperatum imminutumque dedecus videtur, quod sub signis vexillisque ingrederentur.

Id quoque] *Id quoque non sine dedecore, sed* tamen *sub signis vexillisque;* quia, scil. ultro transire videbantur in partes, nec tamen id etiam sine flagitio et dedecore. Nam Flavianus miles, ut victis et captivis insultabat, scil. 'densis circa viam ordinibus astiterat. Accepti in medium Vitelliani,' &c. sicque non sine contemtu ac dedecore: *væ victis.*

Dedecore] Non erat dedecus in eo

Digitized by Google

illisque in subjectos Narniæ campos descendere. Flavianus exercitus, ut ad prælium, intentus ornatusque,[2] densis circa viam ordinibus, astiterat. Accepti in[3] medium Vitelliani: et circumdatos Primus Antonius clementer alloquitur: 'pars Narniæ, pars[r] Interamnæ subsistere' jussi: relictæ simul e victricibus legiones, neque quiescentibus graves, et adversus

sine ignominia, sed cum aquilis et vexillis, in proxima Narniæ plana degressi sunt. Flavianus exercitus, tanquam ad certamen, instructus paratusque, conferto circa iter agmine astabat. Assumti in medium Vitelliani: et in orbem cinctos, Primus Antonius mansuete alloquitur: jussi remanere, alii Narniæ, alii Interamnæ: *substitere simul* et *legiones e victricibus, neque modestis infensæ, et adversus pervi-*

quor cum Bip. *Oberl.*—2 *Intentus armatusque.* Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. Corb. Agr. editio princeps, Beroaldus et recentiores. Mss. Flor. Bud. et Puteolanus, cum Ryckio et Gronov. *intentus ornatusque,* quod Pichenæ placuit. Plus auctoritatis habet, *armatus,* nec minus veritatis et elegantiæ. *Brotier.*—3 Male Ms. Reg. *ad medium.* Idem.—4 Budens.

NOTÆ

præcise, quod transirent in partes Flavianas. Nam coacti, et a viribus et a ducibus destituti sic agebant.

In eo dedecus seu flagitium fuit, quod sub signis vexillisque velut victi ac triumphati incederent inter medios ordines legionum victricium, et quasi ludibrio et ostentui; quod velut capti hostes circumdarentur, essentque veluti arbitrio et libidini victorum permissi, quod clade, cæde et exitio pejus, et omni militari flagitio majus fuit.

Id quoque non sine dedecore] Forte non pertinet ad id, quod sequitur, 'sub signis vexillisque,' sed potius ad id quod infra: 'Flavianus exercitus, &c. densis circa viam ordinibus astiterat. Accepti in medium .... circumdatos,' &c. in quo dedecus fuit, et sic quasi flagitium ostentabatur.

q *Sed sub signis*] Forte sensus sit: Id quoque non sine dedecore, *sed tamen* sub signis, &c. dedecus in eo præcipue, quod ut victi, et quod inermes circumdarentur, et victoribus, quasi per flagitium, insultantibus.

Sub signis vexillisque] Bene *sub vexillis:* nam ibi nulla legio, quæ aquilam haberet, nisi forte classica; quæ cohortibus prætorianis adjuncta fuerat, sed fere sine nomine.

Sub signis] Puto, in eo præcipuum flagitium, quod sub signis se deditum ultro irent integri et incruenti, nulloque prælio victi, quasi se et principem proderent, per ignominiam et perfidiam.

Vexillisque] Cepit Interp. Hispanus de *vexillis equitum,* quasi distingueret Tacitus hic, inter *signa,* quæ peditum erant, et *vexilla,* quæ equitum.

Sed *signa* et *vexilla* indistincte sumuntur de peditibus. Et nomine *vexillorum,* ac *vexillariorum,* semper intelliguntur pedites legionarii: cum de equite agitur, *alarum* nomine tantum eos distinguit.

Certe inferiori ævo, jam nomine *vexillorum* et *vexillationum* venit equitatus; at tempore Taciti nihil simile reperias.

r *Pars Narniæ, pars*] Ut sic divisæ minus validæ essent, si quid moliri rursus, ac solicitare victoriam auderent.

Digitized by Google

contumaciam validæ. Non omisere per eos dies Primus ac Varus,[s] crebris nuntiis 'salutem et pecuniam et secreta[t] Campaniæ' offerre Vitellio, 'si, positis armis, seque[4] ac liberos[u] suos Vespasiano permisisset.' In eundem modum et Mucianus composuit epistolas: quibus plerumque fidere Vitellius, ac 'de numero servorum, electione littorum,'[5 v] loqui. Tanta torpedo invaserat animum, ut, si Principem[w] eum fuisse ceteri non meminissent,[x] ipse oblivisceretur.

cæcis firmæ. Non defuere per illos dies Primus ac Varus, quin frequentibus literis exhiberent Vitellio incolumitatem et opes et secessus Campaniæ; si, abjectis armis, seque et filios suos Vespasiano dedidisset. *In eundem sensum etiam Mucianus scripsit literas: quibus sæpe fidem adhibebat Vitellius, et* de numero servitiorum, *et* delectu riparum *loquebatur. Tanta socordia incesserat* Vitellii *animum, ut, si imperatorem eum fuisse ceteri obliviscerentur, ipse non meminisset.*

omisit *que.*—5 Sic bene Mss. Flor. Guelf. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. Reg. et Puteolanus, *electione lictorum.* Brotier.

NOTÆ

[s] *Primus ac Varus*] Non eo spectabant, ut salutem Vitellii cuperent, aut incolumitatem civitatis præcise, ac Reipub. sed præcipue famam cupiebant, ac decus profligati patratique belli civilis; quæ tum summa rerum et gloriæ fuit.

Et etiam, ut sic prævenirent adventum Muciani, qui victoriam, gloriam, opes, et fere principatum in se tracturus erat, si maturius adventasset. Infra: 'gratiam patrati belli penes eum qui urbem occupasset.'

[t] *Secreta*] Villas amœnissimas, quas infra vocant, 'beatos Campaniæ sinus.'

[u] *Liberos*] Præcipue filium, quem postea statim occidit Mucianus.

[v] *Electione littorum*] Secessum videlicet aliquem amœnum et maritimum attribui sibi Vitellius volebat, velut ad otium.

Itaque in oratione adversaria mox amicorum, respondetur huic parti: 'Nunc pecuniam et familiam et beatos Campaniæ sinus promitti.' *Lips.*

[w] *Ut, si principem*] Interpres Hisp. sic vertit: 'Tantus stupor invaserat animum Vitellii, ut non solum ceteri non recordarentur eum fuisse principem, sed et ipse perinde oblivisceretur:' perperam.

[x] *Ceteri non meminissent*] Potuit ipse oblivisci, usque adeo 'torpedo invaserat animum.' At non poterant non meminisse ceteri, etiam Vitelliani, et longe magis Flaviani, qui semper suspectarent ac metuerent hominem qui semel principatum obtinuisset.

Quod infra exprimit Tac. c. 66. 'Nec tantam Vespasiano superbiam, ut privatum Vitellium pateretur: ne victos quidem laturos [id dedecus.] Ita periculum ex misericordia.'

Et infra: 'Ubi imperium Vespasianus invaserit, non ipsi, non amicis ejus, non denique exercitibus securitatem, nisi exstincto æmulatu redituram.' Et de ducibus Flavianis talia

Digitized by Google

64. At primores civitatis Flavium Sabinum, Præfectum urbis, secretis sermonibus incitabant, ‘victoriæ famæque partem capesseret: esse illi proprium militem cohortium urbanarum:[y] nec defuturas vigilum cohortes,[z] servitia ipsorum,[a] fortunam partium, et omnia prona victoribus. Ne Antonio Varoque de gloria concederet.[1] Paucas[b] Vitellio cohortes, et mœstis undique nuntiis trepidas: populi mobilem animum: et, si se[2] Ducem præbuisset, easdem[3] illas adulationes[c] pro Vespasiano fore. Ipsum Vitellium ne

At proceres urbis occultis colloquiis impellebant Flavium Sabinum, præfectum civitatis, ut partem assumeret victoriæ gloriæque: esse illi proprias copias cohortium urbanarum; et accessuras cohortes vigilum, familias ipsorum, felicitatem partium, et cuncta promta faciliaque victoribus. Ne decore inferior esset Antonio et Varo. Paucas *adesse* Vitellio cohortes, et tristibus undique nuntiis exterritas; instabilem animo plebeculam; et, si se ducem obtulisset, illas ipsas assentationes Vespasiano ingesturam esse. Ipsum Vitel-

1 Male Ms. Reg. et editio princeps, *recederet*. Brotier.—2 Ms. Corb. et editio princeps, *si ducem se*.—3 Ms. Corb. *eas illas*.—4 Budens. *servaret*.

NOTÆ

promittentibus: ‘Nedum Primus ac Fuscus .... ullam in Vitellium nisi occidendi licentiam habeant.’

[y] *Cohortium urbanarum*] Quæ ipsi obediebant, ut præfecto urbis; et cohortes vigilum etiam in ipsius potestate, cum opus esset.

[z] *Vigilum cohortes*] Quas principe Augusto institutas Dio scribit libro LV. idque refert in annum urbis 759. Idem Paulus tradidit libro proprio de officio Præfecti vigilum, ut vides in Pandectis.

Appiano tamen quid fiet, qui in triumviratu vigiles reperit, et institutos vult Pompeio in Sicilia victo? Id esset triginta pæne ante Dionis traditionem annis.

Scribit Civil. l. v. Sabinum præfectum a Cæsare ad turbas et latrocinia in urbe atque Italia comprimenda: ‘Atque,’ ut addit, ‘ex eo tempore aiunt mansisse nocturnum vigilum morem et formam.’ Bene, *aiunt*; nam si tu, Appiane, nimis erras.

Sparteolos hos milites vocare interpres Juvenalis videtur, Satir. 14. in illud: ‘Dispositis prædives hamis.’ ‘Per translationem,’ inquit, ‘disciplinæ militaris Sparteolorum Romæ, quorum cohortes in tutelam urbis, cum hamis et cum aqua, vigilias curare consueverunt vicibus.’ *Lipsius.*

[a] *Servitia ipsorum*] Ipsorum primorum civitatis, qui ingentem numerum servorum domi habuere.

[b] *Paucas*] Tres scil. ceteræ vel deditæ, vel cum L. Vitellio fratre in Campania erant.

Paucas] Tres cohortes, sed et aderant etiam equites. Nam infra mixtus Vitelliano pediti eques certat adversus Petilium Cerialem sub muros urbis.

[c] *Adulationes*] Easdem illas adula-

Digitized by Google

prosperis quidem parem: adeo ruentibus[d] debilitatum. Gratiam patrati belli penes eum, qui urbem occupasset. Id Sabino convenire, ut Imperium fratri reservaret;[4] id Vespasiano, ut ceteri post Sabinum haberentur.'

65. Haudquaquam erecto animo eas voces accipiebat, invalidus senecta.[1] Erant, qui occultis suspicionibus incesserent,[2e] tanquam 'invidia et æmulatione fortunam[3f] fratris[4] moraretur.' Namque[5] Flavius Sabinus, ætate prior,[g] privatis utriusque rebus, auctoritate pecuniaque Vespasianum antei-

lium, ne *rebus* quidem secundis sufficere; *usque* adeo adversis et præcipitantibus infractus erat. Meritum ac decus profligati belli penes eum *esse*, qui civitate potitus esset. Id Sabino decorum, ut principatum fratri assereret; id Vespasiano *convenire*, ut reliqui post Sabinum reputarentur.

Nequaquam alacri animo ea consilia audiebat, imbellis ob senectutem. Nec deerant, qui secretis suspicionibus eum *incusarent, veluti* livore et æmulatione fastigium fratris differret. *Quippe Flavius Sabinus, natu grandior, privata utriusque fortuna, auctoritate et opibus Vespasianum superabat. Et putabatur, labefactam*

1 Ms. Agr. *invalidus ætate sensuque.* Mira librariorum incuria, verba illa, invalidus *senecta*, in Mss. Flor. Reg. Agr. Guelf. et editione principe conjunguntur cum sequentibus verbis capitis 67. 'simul ferebatur lecticula.' Errorem deprehendit emendavitque Puteolanus. *Brotier.*—2 Ita Puteolanus et recentiores. Sic quoque Ms. Guelf. prima manu. Altera emendatum, *incederent;* uti habent Ms. Reg. et editio princeps. In Ms. Agr. *incenderent.*—3 In Ms. Bud. *fortunæ;* quod immerito probat Rhenanus. *Brotier.*—4 Male Mss. Guelf. Jes. *matris.* Idem.—5 Ms. Corb. *nam Flavius.*

NOTÆ

tiones, quæ in Vitellium jactabantur, pro Vespasiano fore.

Adulationes] Populi nempe, qui mobilis ingenio, statim adulationes suas, prout esset fortuna, converteret.

[d] *Adeo ruentibus*] Sensus est, Adeo Vitellium ruenti seu ingruenti fortunæ imparem esse, ut ne prosperæ quidem sufficeret. Vel, Tantum abesse, ut ipse ruentem fortunam sustineret, quin ne prosperis quidem rebus par esset. Nempe, ipsum Vitellium ne prosperis quidem parem: adeo longe magis ruentibus inferiorem et imparem esse.

Forte ambigue sumendum, adversis casibus, et præteritis et præsentibus adeo debilitatum: et tantum abesse, ut his non frangeretur, quin ne prosperis quidem sufficeret.

Adeo ruentibus] Cepit Interp. Hispan. de adversis quibus ante perculsus erat, seu præteritis casibus adeo fractum Vitellium, ut, &c. Potius de præsentibus casibus sumendum, qui propius urgebant.

Adeo ruentibus debilitatum] Sic capio: Vitellius ne quidem par prosperis, tanto magis ille *ruentibus* et adversis in rebus impar erit resistendo.

[e] *Incesserent*] Incusarent, insectarentur.

[f] *Fortunam*] Principatum.

[g] *Ætate prior*] Natu major.

Digitized by Google

bat.[h] Et credebatur affectam ejus fidem præjuvisse,[6] domo agrisque pignori[j] acceptis. Unde, quanquam manente in speciem concordia, offensarum operta[7] metuebantur. Melior interpretatio: 'mitem virum abhorrere a sanguine et cædibus: eoque crebris cum Vitellio sermonibus de pace, ponendisque[k] per conditionem[8] armis, agitare.'[9] Sæpe domi[l] congressi, postremo in æde Apollinis, ut fama fuit, pepigere.[m] Verba vocesque duos[10] testes habebant, Cluvium[n]

ejus fidem sustentasse prædiisque villisque pignori habitis. Unde, quamvis durante in speciem amicitia, simultatum occulta formidabantur. In melius alii accipiebant, clementem virum aversari crnorem et cædes; ideoque deliberare cum Vitellio frequentibus colloquiis de concordia, finiendoque bello data acceptaque fide. *Sæpius privatim collocati, tandem in templo Apollinis, ut rumor vulgavit*, illi *transegere. Colloquii et conditionum duo testes erant adhibiti, Cluvius Rufus*

6 Ms. Agr. *præivisse*. Ceteri omnes libri scripti et editi, *præjuvisse*. At cum verbum *præjuvare* nusquam in scriptoribus Latinis occurrat, Nicolaus Heinsius tentabat, *præs juvisse*: quod Ryckio Grævioque placuit. Displicuit autem Cl. Ernesto. Nec sane *præs* fuisse videtur Sabinus; sed ipse affectam Vespasiani fidem præjuvit, domo agrisque pignori acceptis. *Brotier*.—7 Male Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *offensarum opera*. Idem.—8 Ms. Agr. *per conditiones*.—9 Budens. *cogitare*.—10 Ms. Jes. *duo testes*.—11 Budens. *Clivium Ruf.*

NOTÆ

[h] *Auctoritate ... anteibat*] Attamen trinmphalis Vespasianus, et Sabinus præfectus urbis; at tum triumphi insignia præcise, non magni decoris.

[i] *Affectam ejus fidem præjuvisse*] Sic hic dixit *affectam fidem* pro læsa, quemadmodum Livius dixit, *res affectas*, l. VI. 'quorum legati opem rebus affectis orantes, cum senatum adissent.'

Lib. 5. 'Modo quæ res post prodigium Albani lacus, nisi instauratio sacrorum, auspiciorumque renovatio, affectæ Vęienti bello Reip. remedio fuit?' *Rhenanus*.

[j] *Domo agrisque pignori*] Sic et Sueton. Vesp. 4. Ex proconsulatu Africæ 'rediit certe nihilo opulentior, ut qui prope labefacta jam fide, omnia prædia fratri obligarit: necessarioque ad mangonicos quæstus sustinendæ dignitatis causa descenderit, propter quod vulgo Mulio vocabatur:' vulgo *Muletier*. Puto, quia mulos locabat, ut olim Ventidius, aut certe emebat, ut mox carius venderet; quod vocat Suetonius *mangonicos quæstus*.

[k] *Ponendisque*] Vertit Interpres Gall. quasi de induciis tantum colloquium esset. Sed *de pace* ipsa, de summa belli agitabant: quæ pacta jam tentata aliis locis, postremo in æde Apollinis firmata sunt.

[l] *Domi*] Privatim, sive in domo Cæsaris, sive alibi. Sed mox tandem publico loco, nempe in æde Apollinis, quæ puto, palatio adhærebat.

[m] *Pepigere*] Suet. Vit. 'Ubique aut superatus aut proditus, salutem sibi, et millies HS. a Flavio Sabino Vespasiani fratre pepigit.'

Pepigere] Convenere de salute Vitellii ac filii Germanici, de pecunia seu censu ac reditu annuo, de numero servorum.

[n] *Cluvium Rufum*] Qui præerat Hispaniæ, licet absens.

Digitized by Google

Rufum[11] et Silium Italicum. Vultus procul visentibus notabantur: Vitellii projectus et degener; Sabinus[12] non insultans et miseranti propior.[13]

66. Quod si tam facile suorum mentes flexisset Vitellius, quam ipse cesserat, incruentam urbem Vespasiani exercitus intrasset. Ceterum, ut quisque Vitellio fidus, ita pacem et conditiones abnuebant, 'discrimen ac dedecus' ostentantes, 'et fidem in libidine[1] victoris. Nec tantam[2] Vespasiano superbiam,[o] ut privatum Vitellium pateretur: ne victos quidem[p] laturos.[3] Ita periculum ex misericor-

et Silius Italicus. Facies procul intuentibus observabatur, Vitellii demissa et ignobilis; Sabinus haud immitis, at miserenti similior.

Quod si tam facile suorum animos placasset Vitellius, quam ipse flectebatur, exercitus Vespasiani sine cæde urbem introisset. Ceterum, ut quisque in Vitellium constans, ita concordiam et pacta omnia *aspernabantur;* periculum et ignominiam *ostendentes,* et fidem *fore* in arbitrio victoris. Nec tantam Vespasiano arrogantiam, ut privatum Vitellium ferret; ne victos quidem passuros. Ita

fum.—12 Acidalius frustra tentat, *Sabini.* Brotier.—13 Budens. *proprior.*

1 Male Mss. Reg. Bodl. Corb. et editio princeps, *in libidinem.* Brotier.—2 Ms. Guelf. *tanto.*—3 Conjiciebat Vertranius, *ne victor quidem laturus:* Rhenanus, *ne victum quidem laturus.* At nihil peccat vulgata scriptura, quæ eadem est in omnibus libris scriptis et editis. *Brotier.* Budens. *ne victo quid. laturos.*

NOTÆ

Clarum Rufum] Duo testes illi adhibiti, quia clarissimi et honestissimi viri e senatu, et neutris partibus suspecti erant; nec necesse fuit, multos talia audire. Pactum arcanum esse debuit, ob vulgus, ob militem pervicacem, et aliis de causis.

[o] *Superbiam*] Ingens superbia foret Vespasiano, pati *privatum Vitellium,* quem ante dominum rerum et principem ipse coluisset, quasi sic perpetuo triumpho eum, aut potius æterno ludibrio, per ora hominum traduceret.

Infra: 'Nisi forte altiores spiritus gerat,' quam Cæsar, quam Augustus, ut patiatur inter alios subditos *et principem.*

[p] *Ne victos quidem*] Sana lectio est, sana sententia: Si Vespasianus, inquiebant, tam alto animo est, ut rectis oculis æmulum quondam imperii possit aspicere; tamen id istæ ipsæ victæ partes ferent nunquam.

Hi miseratione olim principis, ad ultionem et res novas accingentur: atque huic sententiæ apte subnexum; 'ita periculum ex misericordia.' *Lipsius.*

Timendum fuit, ne vitæ periculum Vitellio a suismet etiam militibus immineret, quasi non laturis, ipsum vivere privatum, ac misericordia occiderent: ideo sequitur, 'periculum ex misericordia.'

Firmari videtur hæc sententia inferius, ubi unus e Germanicis militibus Vitellium occidere voluit, 'per iram, vel quo maturius ludibriis eximeret.' *Pichena.*

Digitized by Google

dia.[q] Ipsum sane senem,[r] et prosperis adversisque satiatum. Sed quod nomen, quem statum filio ejus, Germanico,[s] fore? Nunc pecuniam et familiam et beatos[t] Campaniæ sinus[u] promitti: sed,[4] ubi Imperium Vespasianus invaserit,[5] non ipsi,[v] non amicis[w] ejus, non denique exercitibus[x]

discrimen ex commiseratione *oriturum*. Ipsum quidem jam ætate provectum, ac secundis improsperisque *rebus* fessum. Sed quem titulum, quam sortem filio ejus Germanico fore? Nunc opes et servos, et amœnissima Campaniæ littora offerri: sed postquam Vespasianus principatum occupaverit, non ipsi,

—4 Male Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *promittis: et ubi, &c.* In Ms. Bodl. *promitti: sed imperium ubi Vespasianus, &c.* Brotier.—5 Ms. Corb. *inva-*

NOTÆ

[q] *Ita periculum ex misericordia*] Vel, quia rursus auderent, et novi quid molirentur, ut principatum ei restituerent: vel forte, quod contigit infra, ut ipsum vel *misericordia* tanto flagitio eriperent; ideoque potius occiderent, quam privatum paterentur, quem principem coluerant.

Periculum ex misericordia] Forte sensus hic: *Periculum ex misericordia* Vespasiani, vel *periculum* in Rempub. et Flavianas partes *ex misericordia* illa in Vitellium; aut certe *periculum* in ipsum Vitellium, *ex misericordia* erga ipsum; *et ne victos quidem laturos* hanc *superbiam Vespasiani;* ne victos quidem laturos tantum flagitium in Vitellio, ut privatus viveret, et forte illum potius occisuros, ut contigit: *ita periculum ex misericordia.*

Ex misericordia] Alii intelligunt periculum fore Vespasiano ex misericordia in Vitellium. Alii fore periculum ipsi Vitellio, cui ne parcerent quidem ex misericordia victi. Sic infra miles quidam Germanicus, præ misericordia, illum ipsum occidendo contumeliis eripit.

Vel etiam *periculum* ex misericordia Vitellii in se et suos. Infra: 'Obruebatur miseratione curaque, ne pertinacibus armis minus placabilem victorem relinqueret conjugi ac liberis.'

[r] *Senem*] Septem et quinquaginta annos attigerat Vitellius.

[s] *Filio ejus Germanico*] Certe eo nomine gravis erat victoribus filius Vitellii, licet admodum puer. Et eo nomine jam Cæsar erat, et quasi candidatus imperii. Nec etiam defuit Mucianus, quin statim eum occideret.

[t] *Familiam et beatos*] Idem est quod habetur supra: 'Salutem et pecuniam et secreta Campaniæ.' Et paulo infra, 'de numero servorum, electione littorum loqui.'

[u] *Beatos Campaniæ sinus*] Campania nunc *terra Laboris* dicitur: constat totus ejus tractus tribus sinibus, ad Sinuessam, ad Misenum, ad Neapolim. Ejus campos ob fertilitatem *beatos* vocat Tacitus, ut amœna ipsius littora Mela appellat, et Lucaniæ opima loca.

Cicero de lege Agraria contra Rullum, 'Campani semper superbi bonitate agrorum, et magnitudine fructuum, salubritate aëris, et pulchritudine regionis. Ex hac copia nata illa arrogantia, quæ a majoribus nostris alterum consulem postulavit.' *Lupanus.*

[v] *Non ipsi*] Non Vespasiano ipsi *redituram securitatem.*

[w] *Non amicis*] Flavianis.

[x] *Exercitibus*] Possit indefinite ip-

Digitized by Google

securitatem, nisi exstincto æmulatu,[y] redituram.[6 a] Fabium illis Valentem, captivum et casibus dubiis[7 a] reservatum, prægravem fuisse: nedum Primus[b] ac[8] Fuscus, et specimen partium Mucianus, ullam in Vitellium, nisi occidendi,[c] licentiam habeant. Non a Cæsare Pompeium, non ab Augusto Antonium incolumes relictos: nisi forte Vespasianus altiores spiritus[9] gerat, Vitellii cliens,[d] cum Vitellius collega

non amicis illius, non demum copiis aut legionibus securitatem reversuram, nisi sublata æmulatione. Fabium Valentem ab illis in custodia et rebus ambiguis asservatum, molestissimum *illis* fuisse: tantum abesse, ut Primus, ac Fuscus, et decus partium Mucianus, ullam *aliam* sibi arrogent potestatem in Vitellium, nisi interficiendi. Non a Cæsare Pompeium, non ab Augusto Antonium salute aut venia donatos; nisi forte Vespasianus majorem superbiam ostentet, qui Vitellii cliens, cum Vitellius collega Claudii foret. Quin

serat.—6 Ita Lipsius et recentiores. Favet Ms. Flor. in quo, *æmulatore dituram.* Forte tamen legendum, *æmulatore redituram:* sic enim habent Mss. Harl. Jes. et Puteolanus. In Mss. Reg. Agr. et editione principe, *æmulatore daturum.* Mss. Corb. et Bud. *daturam.* Frustra tentat Rhenanus, *æmulo, redituram:* J. F. Gronovius, *æmulatore, futuram.* Brotier.—7 Sic bene Puteolanus et recentiores. Nec variant Mss. Harl. Bodl. Jes. In Mss. Flor. Reg. Corb. et editione principe, *captis diebus reservatum.* In Ms. Agr. *paucis diebus.* Idem.—8 Sic bene Ms. Corb. editio princeps et recentiores. Male Puteolanus, *et Fustus.* Brotier.—9 In Ms. Reg. et editione principe, *altiorem*

NOTÆ

telligi de Flavianis et Vitellianis legionibus.

[y] *Exstincto æmulatu*] Interfecto scilicet Vitellio, imperii æmulo.

[z] *Æmulatu, redituram*] Tacitus alibi de Othone: 'Et ne æmulatus in urbe ageret, provinciæ Lusitaniæ præficitur.' *Lipsius.*

[a] *Casibus dubiis*] Nempe, si forte bello vincerentur. Ut et Vitelliani reservarant Cæcinam; quem in adversa fortuna et victi vinclis exemerunt, ut causæ suæ deprecator assisteret. Sed nunc victores statim occidunt Valentem, ut omnem spem abjiciant hostes.

[b] *Nedum Primus*] Nempe, Fabium Valentem Flavianis prægravem fuisse, et eo usque, ut illum interfecerint; tanto et graviorem Ipsis fore Vitellium, et tantum abesse, ut illum servent Antonius, Cornelius Fuscus, et longe clarissimum columen partium Mucianus, ut contra, nullam dum habeant in Vitellium, nisi occidendi licentiam, quam et in Valente jam usurpaverant; ita ut duces Flaviani nihil possint illi concedere, aut ullum fœdus cum eo pacisci, præterquam mortis et exitii.

[c] *Nisi occidendi*] Talia facinora principi et quidem ignaro accommodabant mali magistri dominationis, quasi innocentiam donarent: sed sic tamen sibi consulebant; sic potentiam suam augebant aut firmabant. Sic et gratia apud novum ipsi dominum præpollebant, qui cædes et scelera in magistros istos rejiciebat; clementiæ autem exempla sibi uni arrogabat.

[d] *Vitellii cliens*] Intellige L. Vitel-

Digitized by Google

Claudio[e] foret. Quin, ut censuram patris, ut tres Consulatus, ut tot egregiæ domus honores[f] deceret,[10] desperatione saltem in audaciam accingeretur: perstare militem, superesse studia populi. Denique nihil atrocius eventurum, quam in quod sponte ruant:[g] moriendum victis, moriendum

ut censura patris, ut tribus consulatibus, ut tot eximiæ familiæ honoribus dignum esset, abrupta omni spe, *nunc* saltem ad constantiam erigeretur: perseverare militem, superesse favorem plebis. Demum nihil *ipsis* crudelius contingere posse, quam *id* in quod ultro se præcipitent. Pereundum victis,

spiritum.—10 Male Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *degeret*. Ms. Agr. *negligeret*, [et sic Ryckius.] Perperam tentat Jac. Gronovius, *deleret*. Bro-

NOTÆ

lium patrem Vitellii principis. Forte cum in gratia flagranti apud Claudium esset L. Vitellius, potuit tum Vespasianus inter clientes illius accenseri, aut sic appellari, ut hoc loco: et certe tum temporis longe inferior L. Vitellio fuit gratia et auctoritate Vespasianus.

Sed longe maxime nitebatur ille gratia et amicitia Narcissi liberti. Hincque legatus fuit secundæ legionis in Britannia, hinc et triumphalia meruit, jam ipsum ostendentibus fatis, licet initio modicus ambitione esset, ut et opibus, teste Suet. 2. 'Sumta toga virili latum clavum, quanquam fratre adepto, diu aversatus est. Nec ut tandem appeteret, compelli nisi a matre potuit. Ea denium extudit magis convicio, quam precibus vel auctoritate, dum eum, identidem per contumeliam anteambulonem fratris appellat.'

Vitellius cliens] Sed Vespasianus fuit meliori fide cliens Narcissi, ut et ipse L. Vitellius pater, qui Narcissi et Pallantis imagines aureas, quasi Deos Penates, inter Lares et in cubiculo suo coluit, teste Suetonio.

Vitellii cliens] Quo maxime augebatur æmulatio Vespasiani adversus Vitellium, tanquam stirpe nobiliorem, et avitis opibus longe præcellentem.

[e] *Collega Claudio*] Sueton. Vit. 2. 'Mox cum Claudio principe, duos insuper ordinarios consulatus, censuramque gessit. Curam quoque imperii sustinuit, absente eo, [Claudio] expeditione Britannica.'

[f] *Honores*] Inter quos præcipuum decus fuit, quod L. Vitellius, pater principis, suis consiliis suaque industria coëgisset regem Parthorum ad veneranda signa legionum Rom. et imagines Cæsaris in Oriente.

[g] *In quod sponte ruant*] Sponte ruebant in exitium, cum sponte se dederent hosti, cum arbitrio victoris se permitterent: 'Fidem in libidine victoris.'

Moriendum fuit, sive se dederent, sive vincerentur prælio. At hoc discrimen esse inter utrumque exitum, quod si se permitterent hosti, pereundum fuit *per ludibrium et contumelias*.

Quod certe contigit Vitellio, fratrique et filio. At si prælio perirent, jam *per virtutem*, et velut in sinu gloriæ sepeliri videbantur.

Digitized by Google

deditis:[11 h] id solum referre, novissimum spiritum per ludibrium et contumelias effundant, an per virtutem.'

67. Surdæ ad fortia consilia[i] Vitellio aures. Obruebatur animus miseratione curaque, ne, pertinacibus armis, minus placabilem victorem relinqueret conjugi ac liberis. Erat illi et fessa ætate parens;[j] quæ tamen, paucis ante diebus, opportuna morte[k] excidium domus[l] prævenit, nihil Principatu[1] filii assecuta, nisi luctum et bonam famam. XV. Kal. Januar.[2 m] audita defectione legionis[n] cohortiumque, quæ se

pereundum se dedentibus: id unum interesse, an extremum spiritum hauriant per dedecus et convicia, an per constantiam ac fortitudinem.

Obstructæ et occlusæ ad strenua consilia Vitellii aures. Æger erat animus miseratione et metu, ne, pertinaci bello, minus exorabilem victorem redderet uxori ac soboli. Erat illi et provecta annis mater, quæ tamen, paucis ante diebus, tempestivo interitu exitium familiæ antevertit, nihil imperio filii adepta, præter dolorem et egregiam existimationem. Quintodecimo Kal. Jan. Vitellius nuntiata transi-

tier.—11 *Moriendum victis*, abest a Ms. Bodl. Contra, *moriendum deditis*, omissum in Mss. Harl. Jes. Additum est margini Mss. Bud. et Guelf.

1 Ms. Corb. atque editio princeps, *et nihil e principatu*.—2 Brotier. *Januarii*

NOTÆ

[h] *Deditis*] Aliquod discrimen est inter *deditos* et *victos*. Qui apud Cremonam capti sunt, illi victi et dediti; at qui *sub signis vexillisque in subjectos Narniæ campos descendere*, ii *dediti*, non *victi*; quippe ante aleam prælii in partes Vespasiani transiere.

[i] *Surdæ ad fortia consilia*] Rationem, seu causam refundit Interpres Gall. in ignaviam et alia vitia Vitellii; quibus fractus, nihil nisi ignavum cogitare potuit.

Sed veram rationem ac propiorem affert ipse Tacitus hac occasione, quia scil. 'obruebatur animus miseratione,' &c. Et certe metus mortis, curaque liberorum frangit etiam fortissimorum virorum animos, ut patebit de Civili Batavo, infra.

Fessa ætate parens] Suet. Vit. 14. 'Suspectus et in mortem matris fuit, quasi ægræ præberi cibum prohibuisset; vaticinante Catta muliere, cui velut oraculo acquiescebat, ita demum firmiter ac diutissime imperaturum, si superstes parenti extitisset. Alii tradunt, ipsam, tædio præsentium et imminentium metu, venenum a filio impetrasse, haud sane difficulter.'

[k] *Opportuna morte*] Ex judicio Taciti hic videtur falsum, quod refert Suetonius de morte egregiæ fœminæ. Sic sæpe Suetonius fabulas vulgi, tanquam veram famam tradit, nullo examine, an vera, an falsa sint, quæ vulgantur: unde et dissidium frequens a Tacito, qui judicio summus.

[l] *Excidium domus*] Vocat *excidium*, quia familia extincta est, scil. occiso Vitellio ipso, fratre et filio Vitellii.

[m] XV. *Kal. Januar.*] Die decima octava Decembris.

[n] *Legionis*] Legionis, quæ ex classicis delecta, et *cohortium* prætor: hic solus miles Vitellio fere supererat.

Digitized by Google

Narniæ dediderant, pullo amictu palatio degreditur,[1] [o] mœsta circum familia.[p] Simul[4] ferebatur lecticula[q] parvulus[5] [r] filius, velut in funebrem[s] pompam. Voces populi blandæ et intempestivæ :[t] miles minaci silentio.[u]

68. Nec quisquam adeo rerum humanarum immemor, quem non commoveret[1] illa facies :[v] Romanum Principem, et ge-

tione legionis et cohortium, quæ se apud Narniam victoris fidei permiserant, lugubri vestitu regia egreditur, consternata circum familia. Simul vehebatur exigua lectica infans admodum filius, tanquam ferali pompa. Clamores plebis non sine assentatione blandientis, sed præposteri : miles truci silentio astabat.

Nec quisquam adeo casuum humanorum oblitus erat, *quem non afficeret tale spec-*

rii : Gronov. *Januarias.*—3 Sic bene Ms. Corb. Rhenanus et recentiores. Alii, *digreditur.* Brotier.—4 Male Mss. Reg. Harl. Guelf. et editio princeps, *seu ferebatur.* Idem.—5 Ms. Bud. *parvus.*

1 Ms. Jes. *commoverat.*

NOTÆ

[o] *Pullo amictu palatio degreditur*] Scripsimus, *degreditur*, [pro vulgari *digreditur.*] Nam quoties ex alto descensus innuitur, apte locum habet hoc verbum. Livius XXIX. 32. 'Cum quingentis haud amplius peditibus, ducentisque equitibus degressum jugis Massanissam persecutus.' *Rhenanus.*

Intelligit Vitellium sordida et squallenti veste indutum fuisse. Xiphilinus : 'Tunicam vilem et sordidam induit.'

Toga *pulla*, sive atra, Romani utebantur in funeribus, ut ostendit Cicero in Vatin. quod ex sequentibus verbis Taciti intelligitur : 'simul lectica ferebatur parvulus filius, velut in funebrem pompam.'

Lampridius in Commodo, 'quod funeribus solebat, ipse in pullis vestimentis sedebat.' *Lupanus.*

[p] *Mœsta circum familia*] De servis ac libertis intelligit. Nam statim de filio addit.

[q] *Lecticula*] Ut puto, pater pedestris incessit, ut sic magis populi oculos, et miserationem adverteret. 'Voces populi blandæ,' &c. At filius Germanicus, quippe ut junior, et parvulus, lecticula ferebatur.

[r] *Parvulus*] Sex annos natus, testis Suetonius.

[s] *Velut in funebrem*] Quasi hac lectica ad rogum deferretur, non ad Rostra.

[t] *Intempestivæ*] Blanditiæ illæ et adulationes plebis importunæ et intempestivæ, ut tali tempore, ut in tali fortuna.

Intempestivæ] Utpote in adversa fortuna, ac summa mœstitia.

[u] *Minaci silentio*] Quod ad pervicaciam propius accederet, quam ad mœstitiam. Indistincte adversus quemcumque minax et ferox miles, adversus victorem, adversus plebem senatumque astantem, sed et simul forte adversus ipsum Vitellium, ob ignominiosum deformemque ex imperio exitum, quem in prœliis et discriminibus per virtutem ac decus pereuntem intueri mallent : ideoque ferociæ propior miles.

Minaci] Tristi ac pervicaci silentio.

[v] *Illa facies*] Illud spectaculum.

Digitized by Google

neris humani paulo ante dominum, relicta fortunæ suæ sede,[w] per populum, per urbem, exire de[2] Imperio.[x] Nihil tale viderant, nihil audierant.[3] Repentina vis Dictatorem Cæsarem oppresserat; occultæ Caium insidiæ:[y] nox et ignotum rus[z] fugam Neronis[a] absconderant:[4] Piso et Galba tanquam in acie[b] cecidere:[5] in sua concione[c] Vitellius, inter

taculum; Romanum imperatorem, et totius terrarum orbis paulo ante arbitrum, omissa dominationis arce, per plebem, per civitatem egredi et abdicare principatum. Nihil simile spectaverant, nihil tale *acceperant. Subita vis dictatorem Cæsarem interceperat; secreta Caligulam conspiratio: nox, et ignobilis villa fugam Neronis occultaverant: Piso et Galba, velut in prælio cæsi: Vitellius pro concione sua inter suas co-*

2 Ms. Corb. *exire imperio.*—3 Mss. Harl. Jes. *audiverant.*—4 Ms. Bodl. *absconderat.* Ms. Reg. *absconderunt.*—5 Ms. Corb. *occidere.* Corrupte Ms.

NOTÆ

[w] *Sede*] Palatio nempe, quæ sedes principis et principatus.

[x] *De imperio*] De palatio non solum, sed et de *imperio* exibat, quod præcipue ejurasse visus est, cum consuli exsolutum a latere pugionem redderet.

[y] *Occultæ Caium insidiæ*] Alii tradunt alloquenti pueros a tergo Chæream cervicem gladio cæsim graviter percussisse, præmissa voce: *Hoc age:* dehinc Cornelium Sabinum alterum e conjuratis tribunum ex adverso trajecisse pectus: alii Sabinum, submota per conscios centuriones turba, signum more militiæ petisse, et Caio Jovem dante, Chæream exclamasse: *Accipe ratum;* respicientique, maxillam ictu discidisse. Jacentem contractisque membris, clamitantem se vivere, ceteri vulneribus triginta confecerunt. Nam signum erat omnium: *Repete.* Quidam etiam per obscœna ferrum adegerunt. Jam autem non defuerat plerisque animus adoriri; sed una alteraque conspiratione detecta, aliis per inopiam occasionis cunctantibus, duo consilium communicaverunt, perfeceruntque, non sine conscientia potentissimorum libertorum præfectorumque prætorii, &c. Sic fere Sueton. Paulo aliter et magis prolixe Josephus.

[z] *Ignotum rus*] Abjecta omni spe, nocte procurrit, quasi præcipitaturus se in Tiberim. Sed revocato rursus impetu, aliquid secretioris latebræ ad colligendum animum desideravit, et offerente Phaonte liberto suburbanum suum, circa quartum milliarium fugit, quatuor solum comitantibus, Phaonte, Epaphrodito, Sporo et Neophyto, obsoleta in veste: cum ad diverticulum vexisset, equis per fruticeta dimissis, per arundineti semitam ægre ad adversum villæ parietem evasit, dein quadrupes per angustias effossæ cavernæ receptus, in proximam cellam decubuit, &c. Sic fere Sueton.

[a] *Fugam Neronis*] Et etiam necem, quam sibi intulit in prædio suburbano Phaontis liberti.

[b] *Piso et Galba tanquam in acie*] De Pisone arguit Interpres Gall. quasi erraverit Tacitus: quia Piso, inquit, non tanquam in acie periit, sed e cubiculo æditui, et velut e latebra ex-

Digitized by Google

suos milites, prospectantibus etiam fœminis,[d] pauca et præsenti mœstitiæ congruentia locutus: 'cedere se[e] pacis et Reipublicæ causa:[6] retinerent tantum memoriam sui, fratremque et conjugem[f] et innoxiam liberorum ætatem mise-

pias, præsentibus etiam mulieribus, nonnulla et præsenti consternationi convenientia disseruit; exire se *principatu* amore concordiæ, et Reipub. causa: sui tantummodo meminissent, et misererentur fratris, et uxoris, et innocentis filiorum

Bud. *cecidebant*. Inde tentabat Rhenanus, *ceciderant*.—6 *Causa*, perperam abest a Ms. Reg. et editione principe. *Brotier*.

NOTÆ

tractus, confossus est.

Sed certe tanquam in acie periit Piso, postquam velut e prælio fugisset in templum Vestæ. Et qui licet extra prælii locum, fugiens, occiditur, num in prælio, num velut *in acie* periisse censetur?

[c] *In sua concione*] Sic quia ipse concionem habuit et orationem, scilicet pro Rostris vocato populo, et militibus, et ibi pauca *locutus* est: 'Cedere se pacis et Reipub. causa,' &c. Infra 70. 'Cur enim e rostris, fratris domum....petisset?'

In sua concione] Sic deponebant consulatum pro rostris et in concione. Sed quod similius Vitellio *ejuranti*, sic olim dictatores ejurabant summum imperium, cum magistratu abirent, scil. pro Rostris, nec sine concione ad Senatum P. Q. R.

Cui prisco mori non inscite allusit Nero, ubi de Pallante liberto, quem rebus amovebat Ann. lib. XIII. 14. 'Demovet Pallantem cura rerum, quis a Claudio impositus, velut arbitrum regni agebat. Ferebaturque, degrediente eo, magna prosequentium multitudine, non absurde dixisse: Ire Pallantem, ut ejuraret.'

Ejurabat nempe summum imperium libertus. Nam 'pepigerat Pallas, ne cujus facti in præteritum interrogaretur, paresque rationes cum Republica haberet.' Nempe priusquam exiret, seu ejuraret imperium, id pepigerat Pallas cum dominante.

[d] *Prospectantibus etiam fœminis*] Cepit Interpres Hispan. quasi de fenestris prospectarent fœminæ. Sed quidni et ipsæ promiscue in foro ac pro Rostris turbæ et vulgo militum se insererent, ut non solum oculos, sed et aures tali spectaculo ac concione ejurantis imperium principis explerent: ut sic curiositatem muliebrem oblectarent, bello et tanto casui principatus immixtæ.

[e] *Cedere se*] Suet. Vit. 15. 'Statimque pro gradibus Palatii, apud frequentes milites, cedere se imperio, quod invitus recepisset, professus, cunctis reclamantibus, rem distulit; ac, nocte interposita, primo diluculo sordidatus descendit ad rostra, multisque cum lacrymis, eadem verba, verum e libello, testatus est.'

Cedere se] Nempe pactum inierat cum Fl. Sabino fratre Vespasiani, ea conditione, ut abdicaret imperium publice; et sic debuit, concordiæ causa. Itaque palam profitetur: 'Cedere se pacis et Reipub. causa.'

[f] *Conjugem*] Intellige, non conjugem fratris, sed suammet uxorem, Galeriam Fundanam nempe. Supra 67. 'Obruebatur animus miseratione curaque, ne pertinacibus armis minus

Digitized by Google

rarentur :[g] simul filium protendens, modo singulis, modo universis commendans, postremo fletu præpediente, assistenti Consuli (Cæcilius Simplex[7] erat) exsolutum a latere pugionem,[h] velut jus necis[i] vitæque civium, reddebat. Aspernante Consule,[j] reclamantibus, qui in concione astiterant, ut in æde Concordiæ[k] positurus insignia Imperii,[l] domumque fratris[m] petiturus, discessit. Major hic clamor obsis-

ætatis. *Simul filium ostendens*, et *nunc singulis, nunc omnibus commendans, demum lacrymis obortis, astanti consuli (Cæcilius Simplex erat) exemtum a latere ferrum restituebat, tanquam jus necis, et vitæ subditorum. Abnuente consule*, et *repugnantibus, qui pro concione affuerant, abscessit, tanquam principatus decora depositurus apud templum Concordiæ, et in ædes fratris migraturus* esset. *Major*

7 In Budens. *Simplex* deest.

NOTÆ

placabilem, victorem relinqueret conjugi ac liberis.'

[g] *Miserarentur*] Quam misericordiam mox Vespasianus erga filiam exercuit. Sueton. 13. 'Vitellii hostis sui filiam splendidissime maritavit, dotavitque etiam et instruxit.'

[h] *Pugionem*] Suet. Vit. 15. 'Tunc solutum a latere pugionem, consuli primum, deinde illo recusante, magistratibus, ac mox senatoribus singulis porrigens: nullo recipiente, quasi in æde Concordiæ positurus, abscessit. Sed quibusdam acclamantibus, Ipsum esse concordiam, rediit; nec solum retinere se ferrum affirmavit, verum etiam Concordiæ recipere cognomen.'

Per τὸ *magistratibus*, intellige et alterum consulem, forte etiam et prætores, qui velut alii consules.

[i] *Jus necis*] Quod præcipuum Insigne imperii. Hinc electus nuperrime Galba, suspensum e collo pugionem gestabat, ostentabatque veluti ius vitæ necisque civium et subditorum.

[j] *Aspernante Consule*] Prudenter egit: quippe consul, eo ævo, et ea inclinatione temporum, pugionem accipiens, qui ipsi reddebatur, *velut jus necis vitæque civium*, sic sibi imperium principis arrogasse interim videretur.

Sic se velut interregem et quasi regni arbitrum tulisse inter Vespasianum et Vitellium censeretur: et sic forte utrasque partes offendere potuit. Illud jus, aut insigne illius vix bene deponi potuit, nisi in manu victoris.

[k] *Æde Concordiæ*] Fuit in octava regione Romæ antiquæ, et ad radices Capitolini montis: vide Nardini Romam antiq. lib. v. c. 6. p. 241. *Tillemonius.*

[l] *Insignia imperii*] Laurea, fasces, secures, lictores, toga palmata, &c. Infra: 'Omnem principatus speciem vitanti.'

Insignia imperii] In quibus et pugio, et hunc ibi deponere potuit.

[m] *Domumque fratris*] Infra: 'Immitem fore.' Quod reprehensum in eo, qui posuisset nuper principatum, ut et in aliis antea, qui suspecti principi aut populo libero fuerunt. Debuit quippe omnia insignia, omnemque

Digitized by Google

tentium Penatibus privatis,[n] 'in palatium' vocantium. Interclusum[o] aliud[8] iter,[p] idque solum, quod[9] in Sacram[10] viam[q] pergeret, patebat: tum consilii inops, in palatium rediit. Prævenerat[r] rumor, 'ejurari ab eo Imperium:' scripseratque Flavius Sabinus cohortium[s] Tribunis, 'ut militem cohiberent.'[11] [t]

69. Igitur, tanquam omnis Respublica in Vespasiani sinum[u] cessisset,[1] primores Senatus et plerique Equestris or-

hic vociferatio resistentium privatis ædibus, et in Regiam *appellantium*. *Intercepta alia via, eaque sola libera et aperta, quæ in Sacram viam tenderet. Tum consilii indigus, in regiam revertit. Percrebuerat fama*, abdicari ab illo principatum; *mandaveratque Flavius Sabinus tribunis cohortium*, ut militem continerent.

Itaque tanquam universa Respublica in Vespasiani gremium confluxisset, primores

—8 Sic bene Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Corb. Guelf. editio princeps, Pichena et recentiores. Ms. Bud. et Rhenanus, *alterum iter*. Brotier.—9 Ms. Jes. *quo*.—10 Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *in sacra via*.—11 Ms. Budens. *prohiberent*.

1 Sic bene libri omnes editi. In Mss. Reg. Corb. Agr. *cecidisset*. Corrupte Ms. Flor. *cecississet*. Inde frustra tentat Ryckius, *se dedisset*. Brotier.—

NOTÆ

speciem principis, vel et se ipsum procul amovere, si pacem vellet.

[n] *Penatibus privatis*] Sic vocat *domum fratris*.

[o] *Interclusum*] *Interclusum* omne *aliud iter:* patebat tantum sacra *via*, qua scil. rediret in palatium.

[p] *Aliud iter*] Quo peteret fratris domum.

[q] *Sacram viam*] Hæc fuit in quarta et octava regione Romæ antiquæ, inter Forum Romanum et Metam Sudantem, &c. Hodie pars Campi *Vaccino* versus orientem, et inter Ecclesiam nunc dictam *San Lorenzo in Miranda*, et Sanctam Mariam Novam, in regionibus *Campitelli* et *Monti;* et in parte media Romæ modernæ, versus orientem: vide Nardini Romam antiquam lib. III. c. 12. p. 123. *Tillemonius*.

In sacram viam] Qua, nempe, sic redire in *Palatium* cogebatur.

[r] *Prævenerat*] Vertit Clar. Harlæus, quasi *prævenerit rumor in Palatium*. Immo prævenerat in urbem, et pervenerat ad Sabinum, et ad primores alios utriusque ordinis, qui procul Palatio.

[s] *Cohortium*] Nempe, prætorianarum, quas vocat infra *Germanicas cohortes:* sed unum et idem est, quia *Prætoriani* Vitellii delecti fuerant ex Germanico exercitu.

Cohortium] Quæ certe paucæ, sed ferocissimæ et periculorum avidæ, et pro tuendo principe a se electo obstinatæ.

[t] *Cohiberent*] Ne quid in ea translatione rerum moliretur miles turbidus, in perniciem civitatis.

[u] *In Vespasiani sinum*] Forte alludit Tacitus ad id quod habet Suet. Vesp. 5. 'Mox cum ædilem eum C. Cæsar, succensens, propter curam verrendis viis non adhibitam, luto jussisset op-

Digitized by Google

dinis omnisque miles urbanus[v] et vigiles[w] domum Flavii Sabini complevere: illuc de studiis vulgi et minis Germanicarum[x] cohortium affertur. Longius jam progressus[y] erat, quam ut regredi posset: et suo quisque metu, ne disjectos,[z]

patrum, et plerique equestris fastigii, et omnes cohortes urbanæ et vigiles in ædes Flavii Sabini concurrere: illic nuntiatur de favore plebis, et minis cohortium Germanicarum. At *jam longius processerat* Sabinus, *quam ut posset recedere; et suo*

NOTÆ

pleri, congesto per milites in prætextæ sinum, non defuerunt, qui interpretarentur, Quandoque proculcatam desertamque Rempub. civili aliqua perturbatione, in tutelam ejus, ac velut in gremium, deventuram.'

In Vespasiani sinum] *Fessis rebus* succurrit ille, ut inquit Tacitus, quod forte ostentum hoc voluit apud Suet. 5. 'Bos arator, decusso jugo, triclinium irrupit: ac fugatis ministris, quasi repente defessus, procidit ad ipsos accumbentis pedes, cervicemque submisit.'

[v] *Miles urbanus*] Cohortes urbanæ et cohortes vigilum sectabantur Sabinum, qui præfectus urbis.

Miles urbanus] Nempe urbanæ cohortes, quæ præfecto urbis obediebant. Nihil quippe hic de prætoriano milite, qui immo infensus Flavianis, et quos statim lacesset obsidebitque in Capitolio.

Miles urbanus] Ex dispositione Augusti sex millia erant, in quatuor partes divisa, teste Dione. At Vitellius instituit quatuor urbanas cohortes, sed quæ non nisi singula millia haberent.

[w] *Et vigiles*] Septem cohortes vigilum ab Augusto institutæ ex libertinis, remedium incendiis urbis; et, ut regi possent, habuere suos centuriones et tribunos.

[x] *Germanicarum*] Quæ et prætorianæ erant; dictæ *Germanicæ*, quia ex Germanicis legionibus delectæ erant: de cohorte Germanorum, quæ pro foribus palatii excubavit, altum silentium sub Vitellio: jam antea spreti a Galba, et remissi erant.

[y] *Longius jam progressus*] Paulo aliter Dio l. LXV. Quas ob res, inquit, præsertim cum jam Primus appropinquaret, C. Quintius Atticus, et Cn. Cæcilius Simplex consules, et Sabinus propinquus Vespasiani, aliique primarii viri simul conveniunt; dictisque sententiis, in palatium contendunt cum militibus suarum partium, ut aut persuadereut Vitellio, aut eum cogerent imperium deponere. Sed cum incidissent in Germanos Vitellii custodes, male accepti abeunt, et in Capitolium confugiunt.

Longius] Incedebat per urbem ut præfectus urbis; at circa lacum Fundani *occurrunt promtissimi Vitellianorum.*

Longius jam progressus] Hic reticet Tacitus, quod nobis explicare debuit; nempe, progressum esse domo Sabinum, et cum suis cohortibus, ceterisque, qui se comitatui adjunxerant, jam lustrare urbem cœpisse ex officio, et ut præfectum urbis, ut quicquid turbidum esset, cohiberet. Igitur cum per vicos urbis jam incederet, nec *regredi posset*, suo quisque metu, primores nempe, ne disjunctos et inordinatos ipsos Germanici *consectarentur, cunctantem* Sabinum et mitem, sanguinique civium parcentem, invitum *in arma impellebant.*

[z] *Disjectos*] Inconditos, incompositos, ut in militia urbana præliorum

Digitized by Google

eoque minus validos, Vitelliani consectarentur, cunctantem in arma impellebant. Sed, quod in ejusmodi rebus accidit, consilium ab omnibus datum est, periculum pauci sumsere. Circa lacum Fundani,[a] descendentibus,[b] qui Sabinum comitabantur, armatis, occurrunt promtissimi[c] Vitellianorum.[2] Modicum ibi[3] prælium, improviso tumultu, sed prosperum Vitellianis fuit. Sabinus, re trepida, quod tutissimum e præsentibus,[d] arcem capitolii insedit milite[4] et[5] quibusdam

quisque pavore, ne incompositos, ideoque minus fortes, Vitelliani persequerentur, dubitantem ad arma incitabant. Sed, quod in ejusmodi casibus evenit, consilium universi dedere, discrimen pauci capessere. Circa lacum Fundani degredientes qui Sabino se adjunxerant armati, incidunt in ferocissimos Vitellianorum. Levis ibi pugna, ut *inopinato tumultu, sed secunda Vitellianis fuit. Sabinus, in ea consternatione, quod certissimum e præsentibus* erat, *propugnaculum Capitolii occupa-*

2 Sic Gronovius et Ryckius cum Bipont. Brotierus omisit *Vitellianorum.*— 3 Ms. Corb. *modicumque prælium.*—4 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf.

NOTÆ

insueta, bellique experte.

[a] *Circa lacum Fundani*] Lacus Fundani fit mentio in antiqua apud me inscriptione, in Quirinali reperta, eo loco, quo Dei Fidii, sive Sanci Sabinorum lingua, templum erat. Ejus exemplum subjeci: L. CORNELIO. SVLLÆ. FELICI. DICTATORI. VICVS. LACI. FVND. *Ursinus.*

Lacum Fundani] Vulgo *Lac de Fodi.*

[b] *Descendentibus*] Puto, voluit præfectus urbis, velut abdicato jam Vitellio, et absente principe, ordinare ac pacare, si quid turbidum in civitate esset; ideoque stipatus suis cohortibus, vigilibus, et aliis utriusque ordinis, qui se illi adjunxerant, gratiam novi principis occupaturi, urbem circumlustrabat; sed circa lacum Fundani occurrentibus Vitellianis prælioque lacessentibus, Sabinus re trepida arcem Capitolii insedit, *mixto milite* urbano.

Descendentibus] De qua re Dio: 'Cum Primus immineret, C. Quintius et Cn. Cæcilius Simplex consules, et Sabinus, Vespasiani frater, aliique viri primarii simul convenient, dictisque sententiis, in palatium contendunt, ut vel persuaderent Vitellio, aut cogerent deponere imperium; sed cum incidissent in Germanos Vitellii custodes, male accepti discedunt, atque in Capitolium perfugiunt.'

[c] *Occurrunt promtissimi*] Suet. Vit. 15. 'Cedebat imperio, sed rursus interpellante milite ac populo, et ne deficeret hortante, omnemque operam suam certatim pollicente, animum resumsit. Sabinumque et reliquos Flavianos nihil jam metuens, vi subita in Capitolium compulit; succensoque templo Jovis Optim. Max. oppressit. Cum et prælium et incendium e Tiberiana prospiceret domo inter epulas,' &c.

[d] *Quod tutissimum e præsentibus*] Sic Ann. lib. II. 'Omisit tutissima e præsentibus.' Hist. IV. 'Optimum e præsentibus ratus.' Livius lib. XXIV. 'Deserti a militibus, quia id tutissi-

Digitized by Google

Senatorum[e] Equitumque: quorum nomina tradere haud promtum est, quoniam, victore Vespasiano,[f] multi id meritum erga partes simulavere. Subierunt obsidium etiam fœminæ; inter quas maxime insignis Verulana[6 g] Gratilla, neque liberos, neque propinquos,[h] sed bellum secuta.[i] Vi-

cit, promiscuo milite, et nonnullis patrum et equitum comitantibus: quorum vocabula memorare haud facile est, quia, victoriam adepto Vespasiano, plurimi navatam eam partibus operam ementiti sunt. Sustinuere obsidionem etiam matronæ; inter quas præcipue illustris Verulana Gracilia, neque filiorum, neque proximorum

Puteolanus, Ernestus et recentiores. In Mss. Flor. Reg. et editione principe, ac Beroaldus cum Gronov. et Ryckio, *insedit mixto milite.* Sic quoque habet Ms. Guelf. altera manu. *Mixto* a librariis additum videtur, quod mox sequatur, *et quibusdam senatorum equitumque.*—5 In Ms. Bud. *ex quibusdam.*—6 [Brotierus cum Ryckio et Gronov. legit *Verulana Gracilia.*] Male Mss. Harl. Jes. Guelf. *vernula.* Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores, *Gracilia.* Mss. Flor. Agr. Guelf. Corb. et editio princeps, *Gratilia.* Inde tentat Cl. Ernestus, *Gratilla;* et ita edidit Cl. Lallemand. At Pomponia Gratilla, de qua Plinius, III. Ep. II. et V. Ep. I. est omnino diversa.

NOTÆ

mum ex præsentibus videbatur.' *Pichena.*

Quod tutissimum] Sic Sallustius Jugurtha: 'Ex inopia quod optimum videbatur consilium capit.'

[e] *Mixto milite et quibusdam Senatorum*] Appellat Tacitus militem mixtum, id est, confusum urbana plebe Sabinum sequente, servitiisque ipsius et ceterorum, qui cum eo erant. Cave intelligas militem mixtum senatoribus equitibusque. *Pichena.*

Certe non *mixtus* ille *miles* præcise *primoribus senatus* et equitibus Rom. sed certe *mixtus* turbæ, quæ tum secuta est Sabinum, in qua et mulieres quædam, et quidam *senatorum equitumque.* Et quidni eo tumultu mixtus miles et senatoribus et equitibus, servis libertisque et fœminis, et ceteris e vulgo, qui tum Sabinum comitati sunt, et qui præfecto urbis et fratri principis individui adhæsere. Mox certe statim separatus miles suam stationem tenuit; sed in ea consternatione et primo impetu haud dubie promiscue Capitolium intravit miles ille.

Mixto milite] Urbanis scil. et vigilum cohortibus.

[f] *Victore Vespasiano*] Et mortuo Flavio Sabino, jam nemo erat qui satis adverteret. Et licet meminisset Domitianus; tamen post victoriam, post fortunam, jactationem ac vaniloquentiam plerorumque impedire non potuit Cæsar ipse: quæ vanitas gliscit commentariis, dein et in posteros, quos simul et fallit. Et omnes ut in tali tumultu noscere vix potuit puer Domitianus.

[g] *Verulana*] Splendida, senatorii fastigii, aut etiam consulari matrimonio fulgens.

[h] *Neque propinquos*] Addit Interpres Hisp. *neque maritum.* Sed nullum forte habuit, et forsan potius quærebat ipsa virum inter bellatores.

Neque liberos] Mirum et insolens, quod insignis ac splendida fœmina, in ipsius urbis et Deorum conspectu

Digitized by Google

tellianus miles custodia socordi clausos circumdedit; eoque, concubia nocte, suos liberos[j] Sabinus et Domitianum, fratris filium, in capitolium[7] accivit:[k] misso[8] per neglecta ad Flavianos Duces nuntio, qui, 'circumsideri ipsos, et, ni[9] sub-

gratia, sed belli cupidine. Vitellianus miles statione segni et incuriosa septos circumsedit; ideoque, intempesta nocte, Sabinus accersivit in Capitolium suos filios, et Domitianum filium fratris. Et Sabinus, misso per incustodita loca nuntio ad duces

Brotier. Omnino legendum *Gratilla;* quod recepere Bipont. *Oberl.*—7 Ita libri omnes scripti et editi. Redundare tamen *in Capitolium* existimat Lipsius. Intelligi quidem hæc poterant: non ideo tamen insititia, ut recte observat Ernestus. *Brotier.*—8 Sic bene Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *at Sabinus misso, &c.* et sic Gronovius et Ryckius. Hæc addita a librariis, qui partem hanc historiarum Taciti susdeque versam misere deturpaverant. *Idem.*—9 Sic bene Pichena et recentiores e Ms. Flor. in quo tamen corrupte, *ipso sel ni subveniretur.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ipsos, ni subveniretur.*

NOTÆ

secuta sit, non propinquos, non gratiam dominationis imminentis, sed bellum. Forte stipata aliis fœminis id ausa est. Cum dicit, *bellum*, sic omne genus libidinum explicuit Tacitus.

[i] *Sed bellum secuta*] Quod insolens in sexu, nec sine flagitiosa cupidine, quod non sine lascivia ac protervia impudentissima. Sic sæpe amavere gladiatores. Juven. 'est ferrum quod amant.'

Nec arguerim sævitiam in Gracilia hac, quam criminatur Tacitus infra in Triaria: 'Tanquam gladio militari cincta, inter luctum cladesque expugnatæ Tarracinæ superbe sæveque egisset.'

Potius arguam quod supra traditur Hist. lib. 1. 48. de conjuge Calvisii Sabini: 'Cujus uxor, mala cupidine visendi situm castrorum, per noctem militari habitu ingressa, cum vigilias et cetera militiæ munia eadem lascivia tentasset, in ipsis principiis stuprum ausa,' &c.

Sed bellum] Vertit Interpres Gall. 'Occasionem pugnandi et periculum.' Debuit potius, ut puto, interpretari de procacitate, de lascivia ac licentia armorum. Hoc præcipue sectabatur fœmina, non pugnam, non periculum, non *studium partium:* in hac licentia tamen et pugnandi inter viros ardor fuit.

[j] *Suos liberos*] Inter quos *Flavius Sabinus*, et Flavius Clemens, quos mox occidit Domitianus Sueton. 10. 'Flavium Sabinum alterum e patruelibus, quod eum comitiorum consularium die destinatum [consulem] perperam præco, non consulem ad populum, sed imperatorem pronuntiasset,' interfecit. Et cap. 15. 'Denique Flavium Clementem patruelem suum .... repente ex tenuissima suspicione, tantum non ipso ejus consulatu interemit.'

[k] *Accivit*] Forte custodes ipsi appositi eum jam suo arbitrio reliquerant, aut negligenter custodiebant: aut quidam ipsorum fugæ ejus et receptui faverunt.

Digitized by Google

veniretur, arctas res' nuntiaret. Noctem adeo quietam egit, ut degredi[10] sine noxa potuerit: quippe miles Vitellii, adversus pericula ferox, laboribus et vigiliis parum intentus erat: et hybernus imber,[l] repente fusus, oculos auresque impediebat.

70. Luce prima Sabinus, antequam invicem hostilia cœptarent,[1] Cornelium Martialem, e primipilaribus,[m] ad Vitellium misit, cum[1] mandatis et questu, quod pacta turbarentur. Simulationem prorsus et imaginem deponendi Imperii fuisse, ad decipiendos tot illustres viros. Cur enim[n] e rostris fratris domum,[o] imminentem foro, et irritandis[p] hominum oculis, quam Aventinum[q] et Penates uxoris[r] petisset? Ita privato,

Flavianos, qui moneret, obsideri ipsos, et nisi succurreretur, res angustas *esse, noctem adeo tranquillam habuit, ut exire sine periculo potuerit: namque miles Vitellii, promtus ad discrimina, operibus et excubiis parum attendebat; et hyberna pluvia, repente* cœlo *effusa, prospectum auditumque prohibebat.*

Luce orta, Sabinus, priusquam se mutuo armis lacesserent, misit Cornelium Martialem, e primipili centurionibus, ad Vitellium, cum mandatis, quibus querebatur, quod conditiones *pacis* infringerentur. Fraudem omnino, et vanam speciem exuendi principatus fuisse, ad fallendos tot nobiles viros. Cur enim ivisset e rostris in ædes fratris, proximas foro, et turbandis instigandisque populorum oculis *animisque, potius* quam in Aventinum, et domum conjugis? Ita con-

Pessime Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *ipsi seni*. Brotier.—10 *Digredi* Gronov. et Ryckius; hic tamen mallet *degredi*.

l Ms. Jes. *cœptaret*.

NOTÆ

[l] *Hybernus imber*] Quippe mense Decembri.

[m] *E primipilaribus*] Non ex prætorianis, sed ex evocatis, ut puto. Hi velut equestris jam fastigii: et iste ad Sabinum se receperat, ejurante principatum Vitellio.

E primipilaribus] Forte alicujus legionum Germanicarum.

[n] *Cur enim*] *Cur enim e rostris* potius *fratris domum... quam Aventinum* petisset?

[o] *Fratris domum*] Certe petebat domum fratris, sed a populo prohibitus est, qui viam interclusit: et in palatio dein habitabat, ubi eum convenit Martialis; et eo ducti ad Vitellium captivi Sabinus et Atticus. Infra 74. 'stantem pro gradibus palatii Vitellium, &c. pervicere, ut absisteret.'

[p] *Irritandis*] Ira fuit ex eo, quod deponeret imperium, et ejus loco eveheretur novus, ignotus, aut etiam severior princeps, forte et illis infensus, ut qui Vitellium obstinate fovissent.

[q] *Aventinum*] Aventinus mons antiquæ urbis Romæ in regione decima tertia, ab ipso dicta *Aventina*, et in parte meridionali urbis, prope Tiberim fluvium: hodie *Aventino*, vel mons *Sanctæ Sabinæ*, regionis Ripæ, in latere meridionali Romæ modernæ, et

Digitized by Google

et omnem Principatus speciem vitanti, convenisse. Contra Vitellium in palatium, in ipsam Imperii arcem regressum: inde armatum agmen emissum:[s] stratam innocentium cædibus celeberrimam[t] urbis partem: ne capitolio quidem abstineri. Togatum[u] nempe se, et unum e Senatoribus,[v] dum inter Vespasianum ac Vitellium prœliis legionum, captivi-

gnisse privato, et omnem imperii prætextum declinanti. Contra Vitellium reversum *esse* in regiam, in ipsam principatus sedem: inde militares copias immissas; pollutam innoxiorum *cirium* cruore frequentissimam regionem civitatis; *et* ne Capitolio quidem parci. Se vero inermem, et unum e Patribus, dum transigitur inter Vespasianum ac Vitellium certaminibus legionum,

NOTÆ

prope orientale littus fluvii *Tevere*. Tillemon.

[r] *Penates uxoris*] An Penates uxor habuit alios a Vitellio? num habitavit ipsa cum viro principe in Palatio? De eo jam in Germaniam profecturo sic Sueton. 7. 'Satis constat exituro viaticum defuisse, tanta egestate rei familiaris, nt uxore et liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret.' Exiit autem Vitellius circa Julium mensem, quo tempore locabant domos, et electus est mense Januario. Sicque cum ditior factus esset, et elapsis sex reliquis anni mensibus, ad quos ablocaverat domum, rediit uxor Vitellii in suas ædes sitas apud Aventinum collem, ubi habitabat ipsa, cum post sex menses ab electione adventasset in urbem Vitellius. Itaque, si privatum ageret serio, debuit se recipere in illam domum privatam uxoris. Vocat forte *Penates uxoris*, quia ipse habitabat in palatio, et quod rebus motis modesta uxor, cum liberis, privatos Penates, nondum fortunæ satis secura, reliquisset.

[s] *Armatum agmen emissum*] Cepit Interpres Gall. quasi eo agmine obsessum se in Capitolio queratur Sabinus. Capiebam potius de his qui promtissimi occurrunt 'circa lacum Fundani:' nam 'modicum ibi prælium, et prosperum Vitellianis.'

Et id innuit clare Tac. seu Sabinus, cum dicit: 'stratam innocentium cædibus celeberrimam urbis partem,' nempe circa *lacum* dictum: et addit, 'ne Capitolio quidem abstineri.' Ergo intelligit primum *agmen* primumque prælium, aut certe utrumque, sed seorsim, suoque ordine.

[t] *Celeberrimam*] Scil. circa lacum Fundanum.

[u] *Togatum*] Nempe se pacem agitare, licet Vespasiani fratrem. *Toga* armis opponitur. Cic. 'Cedant arma togæ:' infra: 'fratrem Vespasiani mansisse in fide.'

[v] *Unum e senatoribus*] Hoc dicit, quia senatus seu senatores, quotquot erant in urbe, fovebant partes Vitellii, saltem in speciem, et in obsequio, fide, ac pace perstabant; in quibus ipse Sabinus et quidem unus e primoribus, nempe ex consulari dignitate, ob proconsulatus et extraordinaria imperia, et præcipue ob præfecturam urbis per duodecim annos gestam, non sine maximo decore. Itaque dicit, se ut alios *e Senatu*, nil turbasse, seque *fratrem Vespasiani mansisse in fide*.

Digitized by Google

tatibus urbium, deditionibus cohortium judicatur,[2] [w] jam,[3] Hispaniis Germaniisque et Britannia desciscentibus, fratrem Vespasiani mansisse in fide, donec ultro ad conditiones[x] vocaretur. Pacem et concordiam victis utilia; victoribus tantum pulchra[y] esse. Si conventionis pœniteat, non se, quem perfidia deceperit, ferro peteret, non filium Vespasiani, vix puberem. Quantum, occisis uno sene et uno juvene, profici? iret obviam legionibus; et[4] de summa rerum illic certaret: cetera secundum eventum prælii cessura.' Trepidus ad hæc Vitellius pauca purgandi sui causa respondit, culpam[5] 'in militem' conferens, 'cujus nimio ardori imparem esse modestiam suam.'[z] Et monuit Martialem, 'ut per secretam ædium[a] partem occulte abiret, ne a[6] militibus internuntius invisæ pacis interficeretur:' ipse

expugnationibus oppidorum, ac transitionibus cohortium. Jam deficientibus Hispaniis, Germaniisque, et Britannia, fratrem se Vespasiani in obsequio perstitisse, donec ad fœdus ultro acciretur. Quietem et pacem victis salutaria; victoribus solummodo decora esse. Si pacti et conditionum pigeat, non se lacesseret armis, quem fraude deluserit; non filium Vespasiani vix ex ephebis egressum. Quid *ipsi* profuturum *ad victoriam*, si interimeret unum senem et unum puerum? occurreret legionibus, et de summa fortuna illic dimicaret: cetera, prout *esset* exitus pugnæ, cessura. *Pavidus ad hæc Vitellius, pauca excusandi sui gratia respondit, causam* in militem *refundens*, cujus nimiæ violentiæ *cohibendæ* impar esset lenitas sua. *Et suasit Martiali*, ut per aversam domus partem clam discederet, ne a militibus conciliator odiosi

2 Male Ms. Corb. *vindicatur*. Brotier.—3 Cum Bipont. sublato puncto ante *jam* posito, verum loci nexum restituo. *Oberl.*—4 Copulam e Flor. Pichena dedit. Sic et Budens. Omisit Brotierus.—5 Ita libri omnes scripti et editi, præter Cl. Lallemand, qui omisit *culpam*, sane operarum errore. *Brotier.*—6 In Ms. Reg. et editione principe perperam omissa præpositio, *a*, quam habent ceteri omnes libri. *Idem.*

NOTÆ

[w] *Judicatur*] Dum decernitur, deciditur, transigitur.

[x] *Ad conditiones*] Pacis: ad *pacta* scil. *quæ* tum *turbabantur*.

[y] *Victoribus...pulchra*] Inverte sententiam, facundissime Corneli, hoc loco: dic *pacem et concordiam victoribus utilia; victis tantum pulchra esse*, et in speciem tantum ostentari.

Et certe quid pax, quid concordia victis, nisi ut majore flagitio ac ludibrio pereant? in clypeo mori, in armis, in virtute ac decore belli sepeliri debuit Cæsar, si vere Cæsar esset.

[z] *Imparem esse modestiam suam*] In quo tamen forte dissimulabat, ut interim videret quorsum res exirent; an vinceret, aut saltem ne haberet hostes in sinu urbis. Nam mox infra cap. 75. 'Vitellius consulis [Attici] supplicium poscenti populo restitit.'

[a] *Ædium*] Palatii; quia, scil. nulli hac parte custodes, non prætoriani excubabant.

Digitized by Google

neque jubendi neque vetandi potens, non jam Imperator,[b] sed tantum belli causa, erat.

71. Vix dum regresso in capitolium Martiale, furens miles aderat, nullo Duce: sibi quisque auctor: cito agmine forum et imminentia foro templa prætervecti erigunt aciem per adversum collem, usque ad primas capitolinæ arcis fores. Erant antiquitus[c] porticus in latere[d] clivi, dextræ[1] subeuntibus:[e] in quarum tectum egressi saxis tegulisque Vitellianos obruebant.[2] Neque illis manus, nisi gladiis, armatæ: et arcessere[3] tormenta, aut missilia tela, longum videbatur. Faces in prominentem porticum[f] jecere; et

fœderis occideretur. *Ipse, neque imperare neque prohibere valebat, nec jam princeps, sed tantum belli prætextus erat.*

Vix dum Martiale reverso in Capitolium, lymphatus miles ingruebat, nullo duce; sibi quisque hortator: propero incessu prætergressi forum et proxima foro delubra, instruunt aciem per oppositum jugum, usque ad prima limina Capitolinæ arcis. Erant olim porticus in latere clivi, dextræ ascendentibus: in quarum fastigium subeuntes Flaviani, *lapidibus et lateribus Vitellianos afflictabant. Neque Vitellianis dextræ armatæ, nisi ensibus: et accire machinas, aut tela missilia, longius putabant. Tædas immisere in prominentem porticum; et simul sectabantur flammas;*

1 Sic bene Mss. et editiones veteres ac recentiores. Gryphius, aliæque intermediæ editiones, *dextra.* Brotier.—2 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps, Pichena et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Vitellianos deturbabant.*—3 Sic bene libri omnes editi. In Ms. Corb. *accersere.*—

NOTÆ

[b] *Non jam Imperator*] Ut qui jam exisset imperio, cessisset, atque ejurasset; et qui jam neque imperare, neque vetare scelus posset. Attamen ex more militiæ excubabat adhuc miles, ut principi, magisque sedi forte principali, et arci imperii, quam imperatori invigilare videbantur. Jam δορυφόρημα fuit Vitellius.

[c] *Antiquitus*] Quia sic describit vetus Capitolium olim a consulibus structum, a Sylla instauratum, et a Catulo dicatum: pauloque diversum fuit a Capitolio, quod aut structum a Vespasiano, vel mox a Domitiano restitutum est: nam rursus arserat Capitolium sub finem Vespasiani.

[d] *Porticus in latere*] Dionysius lib. IV. 'Frons ejus meridiem spectans, porticum habet, cum triplici columnarum ordine: in lateribus ordo duplex est.' *Lipsius.*

[e] *Dextræ subeuntibus*] Sic Cod. Flor. non *dextra subeuntibus.*

[f] *Faces in prominentem porticum*] Quæ porticus eadem, aut certe pars fuit porticuum quæ erant olim in latere clivi Capitolini, dextra manu ascendentibus; et hæc porticus attingebat primas Capitolii fores. Quare primo erigunt aciem usque ad illas valvas arcis Capitolinæ; dein, immissis tædis in illam porticum, sequuntur ignem, et statim 'ambustas Capitolii fores penetrassent,' nisi statuæ ex basibus revulsæ, et oppositæ

Digitized by Google

sequebantur ignem; ambustasque capitolii fores penetrassent, ni Sabinus revulsas undique statuas,[g] decora majorum,[h] in ipso aditu, vice muri, objecisset. Tum diversos[i] capitolii aditus invadunt, juxta lucum asyli, et qua Tarpeia[4]

atque semiustas Capitolii valvas perrupissent, nisi Sabinus dereptas passim imagines, quæ monumenta majorum, in ipso limine, ad instar munimenti, opposuisset. Tum varios Capitolii aditus occupant, prope nemus Asyli, et qua Tarpeium saxum centum

4 Ms. Harl. *Tarpeii.* Mss. Bodl. Jes. Guelf. et editiones veteres ante Bero-

NOTÆ

essent a Flavio Sabino.

In prominentem porticum] Sumunt de priore porticu, quæ extra arcem et foras promineret.

g *Revulsas undique statuas*] Romani multas Deorum statuas marmoreas, argenteas, aureas in Capitolio ponebant. Florus scribit Jovis statuam in Capitolio fulmine dejectam. Plinius vero, victis Samnitibus, ejusdem Dei statuam a Spurio Carvilio factam, ibique erectam dicit.

Cicero actione 7. in Verrem: 'Jovem Imperatorem quanto honori in suo templo fuisse arbitramini? hinc colligere potestis, si recordari volueritis, quanta religione fuerit eadem specie atque forma signum illud, quod ex Macedonia captum, in Capitolio posuerat Flaminius.'

Ad hæc clarorum Imperatorum imaginibus Capitolium exornabant. Plutarchus meminit Fabium Maximum suam statuam ex ære conflatam juxta Herculem collocasse; priscosque Romanos, ipsius Bruti, qui Tarquinios expulit, statuam posuisse mediam inter regum statuas.

Cicero pro Rabirio refert, Scipioni, qui Antiochum devicit, statuam erectam, non solum cum chlamyde, sed etiam cum crepidis. *Lupanus.*

Statuas] Non Deorum: nam in templo Jovis Capitolini fuere tantum simulacra *Juventutis* et *Termini:* qui Dii cedere noluerunt exaugurantibus. Teste Dionysio, alterum fuit in vestibulo cellæ Minervæ, alterum in ipsa cella, juxta pulvinar.

Itaque cum leges in P. victore: 'Capitolium, ubi omnium Deorum simulacra celebrantur;' ea et similia de ipso monte capienda sunt, qui pæne totus Deorum aris, statuis, ac templis insessus erat: puto, tum tantum revulsere imagines virorum illustrium, quæ vocantur hic *decora majorum*, nec abs re.

Statuas] Quæ non in templo, sed in area Capitolinæ arcis sitæ erant.

Statuas] Quæ statuæ, licet marmoreæ aut æneæ, parum resistere potuissent, si affuissent tormenta et tela missilia, sed solis gladiis strues illa simulacrorum convelli facile non potuit.

Statuas] Æneas scil. ideoque igni resistebant, post fores ambustas.

h *Decora majorum*] Hoc cepit Interpres Gall. quasi et alia ornamenta templi foribus admovissent. Per *decora majorum*, hic nihil aliud intelligendum præter ipsas *statuas*, quæ certe *decora* avorum. Etiam et ipsorum regum inerant statuæ. In eundem errorem lapsus est Interpres Hispanus.

i *Diversos*] Duabus scil. partibus invadunt; nempe per *lucum asyli*, et *qua centum gradibus aditur.*

Digitized by Google

rupes centum gradibus[j] aditur. Improvisa utraque vis; propior atque acrior per asylum ingruebat: nec sisti poterant[5] scandentes per conjuncta ædificia: quæ, ut in multa pace, in altum edita, solum capitolii æquabant. Hic[k] ambigitur, ignem tectis[l] oppugnatores injecerint, an obsessi,[m] quæ crebrior fama est, quo nitentes ac progressos depellerent.[6] Inde lapsus ignis in porticus[n] appositas ædibus:[o]

gradibus ascenditur. Ex utraque parte vis haud prævisa; propinquior ac vehementior per Asylum instabat; nec cohiberi poterant, subeuntes per contiguas domos: quæ, ut longa pace, in sublime erectæ, plana Capitolii adæquabant. Hic dubitatur, an *obsessores ignem admoverint ædificiis, an obsessi, quæ celebrior fama est, quo* scil. *subeuntes, et propius invadentes deturbarent. Inde cecidere flammæ in porti-*

aldum, *Turpei.*—5 Male Ms. Guelf. *poterat.* Ni forte emendandum, ut habet Ms. Corb. *nec sisti poterat, scandentibus per conjuncta ædificia.* Quod elegantius foret. *Brotier.*—6 Sic bene Ms. Bodl. Puteolanus et recentiores. A Ms. Reg. et editione principe absunt hæc omnia, *an obsessi, quæ crebrior fama est, quo nitentes ac progressos depellerent.* A Ms. Corb. abest tantum, *est, quo.* In Mss. Harl. Jes. Bud. Guelf. *depulerint.* Additum in margine Ms. Harl. *de-*

NOTÆ

[j] *Centum gradibus*] Erat ea parte frons templi, et ea ad meridiem spectabat. *Centum gradibus*; sic non sine fastu aut magnificentia adibatur templum Jovis: qui *gradus* non forte continui, sed *retractiones* suas habuere.

Sic Vitruvius appellat *areolas*, ubi fessi pedem figerent, ac quiescerent; quas areolas, post singulos septem, aut novem gradus, interponi solere, notant architecti.

Attamen forte magnificentius fuit adiri templum Jovis magnis atque immensis gradibus, qui uno intuitu se conspiciendos adeuntibus et ascendendos exhiberent. Et qui ita dispositi essent, ut leni clivo escenderentur, et quasi sine labore. Hæc digna Jove templi facies.

Ea parte seu fronte templi exstructus *triplex ordo columnarum*, ut tradit Dionysius, quas Sylla Athenis advexerat, ex templo Jovis Olympii, teste Plinio.

[k] *Hic*] Nempe ex parte *asyli*.

[l] *Ignem tectis*] Nempe illis ædificiis, quæ *conjuncta* arci seu templo, et *in altum edita*, *solum* (seu aream) *Capitolii æquabant*. Hinc *lapsus ignis in porticus*, et ex porticibus subiatus exarsit usque ad aquilas ligneas ac veteres, quæ sustinebant fastigium Capitolii.

Sic forte vocata tigna, seu trabes, quæ in culmine ædificii, præcipue templorum, disponebantur; sicque ob sublimitatem fastigii forte potius quam ob similitudinem aquilarum; aut forte, quia sustinebant, velut alis, eas ædificii partes, quæ instar habent alarum in ædibus.

Tectis] Sunt hæc ipsa ædificia, aut tecta ædificiorum, quæ *solum Capitolii æquabant*.

[m] *An obsessi*] *Crebrior fama est*, et forte certior, obsessos ignem injecisse tectis, quo obsessores hac parte nitentes *depellerent*.

[n] *In porticus*] An Capitolii, an ædi-

Digitized by Google

mox sustinentes fastigium Aquilæ[p] vetere ligno traxerunt[7] flammam alueruntque.[8] Sic capitolium, clausis foribus, indefensum[q] et indireptum,[r] conflagravit.

eas adjunctas ædificiis: dein aquilæ sustentantes culmen, vetusta materia, susceperunt ignem et nutrierunt. Ita Capitolium, obstructis januis, incensum est, neque defensum, neque spoliatum.

pellerent. Ms. Jes. *depellerent.* Idem.—7 Ita Mss. Flor. Corb. Pichena et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. Jes. et veteribus editionibus, *traxere.*—8 Ms. Agr. *alueresque.*

NOTÆ

ficiorum? nam cur dicit, *appositas ædibus*, nisi ædium pars essent? An *porticus* istæ sunt, de quibus supra: 'Erant antiquitus porticus in latere clivi, dextræ subeuntibus,' aut similes, et pars Capitolii? an voce *ædibus* Capitolinum templum intelligit? Hoc videtur, et fuisse appositas et continuas illas porticus templo. Nam statim addit: 'mox sustinentes fastigium aquilæ, vetere ligno traxerunt flammam.' Non potuerunt autem aquilæ templi trahere flammam e porticibus, nisi contiguæ forent templo Jovis Capitolini: et dicit forte porticus templi *appositas ædibus*, non quia essent pars ædium, sed quia ex ipsis *ædibus*, quæ jam flagrabant, evolavit flamma ad eas *porticus*, et ex porticibus ad aquilas, quæ fastigium templi sustinebant. Hispana et Italica versio capiunt *τὸ ædibus* de templo ipso Capitolino; quod falsum puto. Ideo arsere porticus templi, quia erant appositæ ædibus seu ædificiis, quæ jam ignem susceperant: porticus illæ mediæ, et ex una parte adhærebant templo, et ex altera, ædificiis illis, quæ, *ut in multa pace*, in altum *edita* erant, et æquabant fere altitudinem porticuum.

[p] *Appositas ædibus*] Potius appositæ videantur ædes porticibus: olim quippe et antiquius exstructæ porticus templi, quam astruerentur ædes illæ, quæ solum Capitolii æquabant.

[p] *Sustinentes fastigium Aquilæ*] Græci etiam ea mente ἀετὸν dicunt. Hesychius: 'Αετός.... κυμάτιον τὸ ἐν τοῖς γείσοις. Pausanias aliquoties usurpat, ut l. x. 'In aquilis vero est Diana, et Latona, et Apollo.' Et l. v. 'Altitudo vero ipsa, quæ ad aquilam pertingit, est pedum octo et sexaginta.' Nisi fallor, istæ ipsæ aquilæ γεισοποιοῦσαι Polluci dicuntur. *Lipsius.*

Sustinentes fastigium aquilæ] Fortasse sic vocatæ, quod in aquilæ similitudinem effigiarentur. *Savilius.*

Pausanias Corinthiacis: Καὶ ἐπ' αὐτοῖς ἐπίθημα ποιοῦσι κατὰ τοὺς ἀετοὺς, μάλιστα τοὺς ἐν τοῖς ναοῖς.

Aquilæ] Quæ non in fastigio porticuum, sed in culmine templi positæ: ad has aquilas, quæ *e vetere ligno*, statim ex porticibus pervolavit ignis, et has facile incendit; nam quasi fomites ultro *traxerunt* illæ *flammam, alueruntque.*

[q] *Indefensum*] Intellige, non esse defensum adversus ignem.

[r] *Indireptum*] Neque potuit defendi præ metu, aut violentia belli et incendii, neque potuit diripi; forte, quia omnia templi decora, et pretiosa quæque donaria flammis hausta statim et absumta sunt.

Indireptum] Aliter scribit Dio; qui forte intelligendus de flammis, quæ

Digitized by Google

72. Id facinus post conditam urbem luctuosissimum fœdissimumque[s] Reipublicæ Populi Rom.[t] accidit: nullo externo hoste,[t] propitiis,[u] si per mores nostros[v] liceret, Deis,

Hoc scelus post fundatam civitatem mœstissimum turpissimumque populo Rom. contigit: nullo extraneo ingruente *hoste,* immo *faventibus Diis, nisi obstarent*

1 Hæc est vera lectio, quam firmant Mss. Flor. Agr. Guelf. edd. pr. Puteol. ceteræque omnes, quas vidi ante Lipsium: nisi quod habent *populo*, vel *populoque*, præter Flor. et ed. pr. Sed genitivum esse meliorem consuetudo loquendi veterum indicat, apud Livium in primis obvia, velut XXII. 10. ubi *Resp. Populi Romani Quiritium;* quam idoneis exemplis declaravit Gronov. Obs. IV. 14. Adde Drakenb. ad Liv. l. c. et ad VIII. 9. &c. *Ernest.*

NOTÆ

decora templi absumsere, et de arce; non de templo Jovis, cui pletas obsidentium pepercit.

Indireptum] Aliter Dio l. LXV. Vitelliani ascendunt in Capitolium, magnumque numerum obsessorum concidunt, direptisque omnibus, quæ in Capitolio reposita erant, et præter alia, magno templo Jovis Opt. Max. incenso, Sabinum et Atticum captos ad Vitellium mittunt.

Indireptum] Non obsessum ab hostibus, aut externis, sed a civibus; ideoque mansit *indireptum*. Jam satis invidiæ bello civili, etiam amoto sacrilegio. Obsessum erat Capitolium, ut expugnaretur, non ut diriperetur: multa nimis diripuere flammæ, etiam si abstineant manus.

Jure belli, omnia victoris erant tam sacra quam profana. Jure belli, sed externi, diripiebantur incendebanturque templa hostium, et omnia ornamenta donariaque abripiebantur a Romanis.

Sed nunc facinore inaudito diripientne sua templa cives? An templum Jovis Opt. Max. sacrilega manu polluent? Sunt qui et jus gentium esse putent, parcere templis, hostium etiam, et externorum: et maxime incusati olim Persæ, quod templa Atheniensium subvertissent. Quod tamen contraria religione seu superstitione faciebant; nempe, quia Deum muris includi nefas putabant. Solem illi, seu Mitram adorabant, et in montibus sub dio sacris operabantur. Germanicus bonus, et tamen Tanphanæ templo non pepercit in Germania. Tac. Annal.

[s] *Fœdissimumque*] Plenum flagitii ac probri.

Fœdissimum] Sic arguit crimen et flagitium civium, seu armorum civilium.

[t] *Nullo externo hoste*] Si tamen excipias bellum motum a Civili in Germania, et in Belgica Galliaque: quod tamen bellum non plane *externum* fuit, sed mixtum ex civili, sociali, et externo.

Quia nullus instabat hostis externus, hinc *propitios* fuisse *Deos* ipsis dicit Tacitus, *si per mores liceret*, si ambitio, cupiditas, avaritia, ac sævitia abessent.

[u] *Propitiis*] Scil. quia tum nullus externus hostis lacessebat imperium Rom.

[v] *Si per mores nostros*] Si avaritia, si luxus ac libidines, si dominandi cupido abesset. Nam hæc præcipua incitamenta belli civilis.

Hoc deterrimi mortales tum solum quærunt bello, ut spoliis civium sa-

Digitized by Google

sedem Jovis O. M.[v] auspicato a majoribus, pignus Imperii,[x] conditam, quam non Porsena dedita[z] urbe,[y] neque Galli

flagitia nostra, templum Jovis Optimi Max. felicibus auspiciis exstructum a patribus, velut *imperii arcem, quam non Porsena, permittente se urbe, neque Galli ex-*

Brotierus legit *populo Romano*, omisso *reipubl.*—2 Ms. Corb. *tradita.*—3 Male

NOTÆ

ginentur. Ut bacchari grassarique impune avaritia, sævitia, cædibus liceat, ut ex periculis et pernicie Reipub. increscant.

Quod facunde descripsit Tac. supra l. II. 37. et 38. 'Ita neque Paulinum, qua prudentia fuit, sperasse, corruptissimo sæculo, tantum vulgi moderationem, reor, ut qui pacem belli amore turbaverant, bellum pacis caritate deponerent: neque aut exercitus linguis moribusque dissonos, in hunc consensum potuisse coalescere, aut legatos ac duces, magna ex parte luxus, egestatis, scelerum sibi conscios, nisi pollutum obstrictumque moribus suis (sic legendum) principem passuros. Vetus ac jam pridem insita mortalibus potentiæ cupido, cum imperii magnitudine adolevit erupitque.'

His iisdem causis primo certavere plebes patresque, dein tribuni et *consules prævalidi.* Mox Marius et Sylla, dein Pompeius et Cæsar: 'Non discessere ab armis in Pharsalia ac Philippis civium legiones; nedum Othonis ac Vitellii exercitus,' aut aliorum, amore Reipub. bellum deponent. 'Eadem illos Deum ira, eadem hominum rabies, eædem scelerum causæ in discordiam egere.' En sæculum, en *mores nostri*, de quibus hic Tacitus.

[v] *Sedem Jovis O. M.*] Fundatio ejus, si audimus Dionysium l. III. et IV. erat 'et Jovis et Junonis et Minervæ templum.' *Savilius.*

[x] *Pignus imperii*] Livius l. I. de capite humano: 'quæ visa species haud per ambages arcem eam imperii caputque rerum fore portendebat.'

Dionysius responsi cujusdam verba refert, dati nuntiis, hoc nomine in Etruriam Roma missis: 'Viri Romani, dicite vestris civibus fata velle, ut hic locus, in quo tale caput repertum est, sit caput totius Italiæ.' Varro l. IV. de L. L.

Atque hoc caput sic inventum intelligo fuisse *imperii pignus* apud Tacitum hoc loco. *Savilius.*

Pignus imperii] Quasi templo combusto, Dii, seu fata, imperium Rom. desererent. Quare infra l. IV. 54. ubi de rebellione Gallorum: 'Sed nihil æque quam incendium Capitolii, ut finem imperii adesse crederent, impulerat. Captam olim a Gallis urbem, sed integra Jovis sede, mansisse imperium. Fatali nunc igne, signum cœlestis iræ datum.... superstitione vana Druidæ canebant.' Alia et erant pignora imperii, Palladium, Ancilia, &c. Forte et quia augurato conditum, dicatumque erat Capitolium Diis urbis imperiique præsidibus, hoc templum non una causa *pignus imperii* fuit.

[y] *Porsena dedita urbe*] Non abit longe ab hac indignitate, quod est apud Plinium XXXIV. 4. 'In fœdere, quod expulsis regibus, populo Rom. dedit Porsena, nominatim comprehensum invenimus, ne ferro, nisi in agri cultu, uterentur. Etiam stylo scribere vetitum, vetustissimi aucto-

Digitized by Google

capta, temerare[3] potuissent,[z] furore Principum exscindi![4 a] Arserat et[5] ante capitolium civili bello,[b] sed fraude privata;[c] nunc palam obsessum, palam incensum: quibus[d] armorum

pugnata ipsa, *violare potuissent, rabie imperitantium funditus everti! Etiam antea Capitolium conflagraverat armis civilibus, sed facinore privato: nunc publice*

Ms. Bud. et Rhenanus, *tenere*. Ceteri libri scripti et editi, *temerare*. Brotier. —4 Sic bene Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Corb. Puteolanus et recentiores. Sic quoque Ms. Guelf. manu prima. In editione principe, *furore Principum exscindi potuit*. Secunda manu in Ms. Guelf. *furor .... potuit*. Idem.—5 *Et*

NOTÆ

res prodiderunt.' Sic enim eum locum e manuscripto restituimus. *Gronovius.*

Dedita certe, aut quasi dedita urbe Porsenæ: nam eo usque turpe fœdus erat, quod dissimulant auctores Romani. In re turpi honesta verba sæpe usurpantur. Sic quod *tributum* est, *stipendium* faventes vocant, &c.

Dedita] Non quasi se prorsus Romani Porsenæ regis potestati permiserint, sed quia fœderis et pacis conditiones parum honestas accipere tum coacti sunt; et in his obsides puellas nobiles regi dederint: pactumque ne ferro, nisi in ligonibus, uterentur, &c.

[z] *Temerare potuissent*] Ita dedita urbs, et certis conditionibus, Porsenæ regi Etruscorum, ut tamen arcem Capitolinam expugnare ac temerare ferro, aut flamma, non potuerit. Ita et Galli cepere urbem, sed Capitolini Jovis templum arcemque *temerare* non potuerunt.

Sicque sedes Jovis O. M. quæ hactenus intemerata externis bellis erat, nunc amentia civium ac *furore principum* exscinditur.

[a] *Exscindi*] Id quasi per admirationem: Itane *sedem Jovis, &c. quam non Porsena...neque Galli...temerare potuissent, furore principum exscindi!* vel supple, *luctuosissimum* fuit.

[b] *Civili bello*] Syllano, anno urbis conditæ 671. Scipione et Norbano consulibus. Appianus Civil. *Savilius.*

[c] *Fraude privata*] Tum privati hominis, seu paucorum fraude, arsisse templum Jovis; at nunc bello civili, nunc furore ipsorum principum, et publice, commissum esse facinus; quod eo atrocius, quia publicum id crimen, et publice patratum, et quasi publico auctoramento adversus Deos commissum est.

[d] *Quibus*] Sic capio: An tantis unquam belli causis? an unquam tantæ cladis pretio pro patria bellavimus? an tantæ unquam causæ fuerunt suscipiendi bellum pro salute Reipub. ut istud fuit incendium, ut nunc, scil. ad arcendum Capitolio ignem? an unquam tantæ cladis pretio, an nos tali tantaque pernicie unquam pro patria, ut nunc adversus patriam, certavimus?

Quibus armorum] Quasi diceret: nunquam tantis armorum causis, nunquam tanto tantæque *cladis pretio, pro patria*, pro templis, pro aris et focis *bellavimus.*

Quibus] Quæ tantæ unquam armorum causæ fuerunt populo Rom. ut, scil. bellum susciperet pro templis, pro aris, pro Diis patriis, pro Jove ipso? quæ tantæ belli causæ fuerunt, quibus scil. nos moti et inciti, arceremus hostes et incendia ab urbe Deorumque templis?

Digitized by Google

causis? quo tantæ cladis[e] pretio stetit?[6] pro patria bellavimus? Voverat Tarquinius Priscus[f] Rex, bello Sabino,[g] jeceratque fundamenta,[h] spe magis futuræ magnitudinis, quam quo[i]

oppugnatum, publice combustum: quibus belli causis? quo tantæ calamitatis pretio pro urbe, pro Repub. certavimus? Votum condendi templi *susceperat Tarquinius Priscus rex, bello Sabino, posueratque fundamenta, spe magis* ac desiderio *futuræ amplitudinis, quam quod exiguæ adhuc populi Rom. opes* huic magnificentiæ tum

abest a Mss. Harl. et Jes.—6 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Corb. Agr. Guelf. editiones veteres, Ryckius et recentiores. A Rhenano tamen omissum, *stetit;* idque probabat Freinshemius. Certe abesset sine ullo sensus dispendio. Nonnihil tamen vis et eloquentiæ habet, *stetit*. Frustra emendabat J. F.

NOTÆ

[e] *Quo tantæ cladis*] Sententia: Ne pro patria quidem olim tanta clade pugnatum; nedum pro ambitione privata, aut contra patriam. *Lipsius.*

Quo tantæ] Vertit Alamus Hisp. Quibus belli causis, quo tantæ stragis pretio id facinus perpetratum est? an tum pro patria bellavimus?

Quo tantæ cladis] Nunquam tantæ cladis pretio pro patria defendenda bellavimus: quo tantæ cladis pretio pro patria, ut nunc adversus patriam, bellavimus?

[f] *Tarquinius Priscus*] Is complanato monte, struere Capitolium cœpit, ex voto quod voverat bello Sabino, nempe ex manubiis et præda. Sicque cum dicit Tacitus, *hostium spoliis extruxere*, forte indistincte id intelligendum et de Tarquinio Prisco, et de Tarquinio Superbo.

Si tamen sequimur verba Taciti, Priscus tantum jecit fundamenta, aut aream solum complanavit, et solus Tarquinius Superbus ex hostium præda templum exstruxit.

[g] *Sabino*] Sabini, populi Samnii regionis Italiæ: hodie pars provinciarum *Sabinæ* et *Ombriæ*, vel ducatus *Spoleti* in ditione Ecclesiastica; et pars Aprutii Ulterioris *Abruzzo Ultra*, in regno Neapolitano. *Tillemon.*

[h] *Jeceratque fundamenta*] Dionysius Halicarnasseus l. III. solam Tarquinii Prisci operam commemorat in area excitanda. Tarquinius Superbus jecit fundamenta, maximamque partem superstruxit, sed ultimam fabricæ manum non imposuit. Adi Dionysium l. IV. et V.

Sed Tacitus videtur Livii verba secutus l. I. 'Tarquinius Priscus aream ad ædem in Capitolio Jovis occupat fundamentis.' Quæ tamen alium sensum non admittunt, quam de fundo complanato, et secuturæ substructioni præparato.

Superbus enim, ut ex Livio perspicere est, fundamenta jecit. Nusquam, quantum recordor, in hac fabrica occurrit historias pervolutanti Servius Tullius. *Savilius.*

Fundamenta] Intellige aream Capitolii excipiendis fundamentis dispositam, sed tanti spatii, ut *spe magis futuræ* sub sequentibus dominationibus magnitudinis conceptum consilium videretur, quam quia sufficerent opes populi Rom. quæ tum permodicæ erant.

Fundamenta] Priscus complanaverat aream, et substruxerat montem rudi lapide, qui mons post multos abhinc annos suffultus saxo quadrato.

[i] *Quam quo*] Quam quia *modicæ* tunc *opes* populi Rom. tantæ magni-

Digitized by Google

modicæ adhuc Populi Romani res sufficerent. Mox Servius Tullius, sociorum[j] studio; deinde[7] Tarquinius Superbus,[k] capta Suessa[l] Pometia, hostium spoliis exstruxere. Sed gloria operis libertati[m] reservata: pulsis Regibus,[n] Horatius Pulvillus, iterum[o] Consul, dedicavit, ea magnificentia, quam immensæ postea Populi Romani opes ornarent

pares essent. Dein Servius Tullius favore sociorum; postea Tarquinius Superbus, expugnata Suessa Pometia, ex hostium exuviis constituere. Sed decus ædificii Reip. reservatum: exactis regibus Horatius Pulvillus secundum consul illud *sacravit, eo splendore et ea amplitudine, quam ingentes postea populi Rom. facultates exornarent potius, quam adaugerent. Iisdem rursus fundamentis structum est,*

Gronovius, *quid tantæ cladis pretio stetit?* Pichena, *quo tanta clades pretio stetit?* Vertit Davanzati, 'qual guerra cagionò, qual preglo di tanto male? Salvar la patria forse!' Brotier.—7 Budeus. *dein.*—8 Id. Ms. *isdem.*—

NOTÆ

tudinis templo exstruendo aut perficiendo *sufficerent*, sed spe in futurum.

[j] *Sociorum*] Qui stipes et opes conferebant. Solus Tarquinius Superbus hostium spoliis exstruxit. Judæi post Titi victoriam, conferre coacti sunt eam pecuniam templo Capitolino, quam ante cladem conferebant Hierosolymitano; idque tributum diversum a fisco Judaico, de quo Sueton. Domit.

Sociorum] Præcipue Latinorum, qui et consanguinei populi Rom.

[k] *Tarquinius Superbus*] Tarquinii Capitolium sic describit Dionysius: 'Situm est in alta crepidine, habetque in ambitu octo jugera: sic ut latera singula ducentorum fere pedum sint, exigua latitudinis et longitudinis differentia; nisi quod longitudo superat vix pedibus quindenis. Qua parte frons ejus meridiem spectat, triplici columnarum ordine circumcingitur; ab aliis lateribus, duplici. In ipso sunt tres Cellæ ex ordine, a lateribus communione parietum clausæ. Media est Jovis: utrimque, altera Junonis, altera Minervæ, sub eodem laqueari eodemque tecto.' Octo jugerum ambitum fuisse dicit, id est, pedum octingentorum: sic ut esset fere quadratum.

[l] *Capta Suessa*] Sic et Livius: 'Suessa Pometia e Volscis capta, divendita præda, cum quadraginta talenta argenti aurique recepisset, concepit animo eam amplitudinem Jovis templi, quæ digna Deum hominumque rege, quæ Romano imperio, quæ ipsius etiam loci majestate esset.' Quadraginta talenta Attica sunt nobis 24. millia coronatorum, quæ decima pars manubiarum sacrata Diis.

Suessa Pometia] Urbs Volscorum populorum, in Latio provincia Italiæ. *Tillemon.*

[m] *Libertati*] Scil. Consulibus, qui libertatem asseruere.

Libertati] Id est, Consulibus, post exactos scilicet reges *libertati* infestos.

[n] *Pulsis regibus*] Tertio post anno Dionys. l. v. et Livius l. ii. dedicationem ad primum Horatii consulatum refert, primis Reipublicæ liberæ annis, secutus opinionem, Dionysio

Digitized by Google

potius, quam augerent.[p] Iisdem[q] rursus vestigiis[q] situm est, postquam, interjecto CCCCXXV.[9] annorum[r] spatio, L. Scipione, C. Norbano Coss.[s] flagraverat. Curam victor

postquam, interposito quadringentorum et viginti quinque annorum intervallo, L. Scipione, C. Norbano Coss. arserat. Sylla victor curam in se recepit, neque tamen

9 In libris omnibus scriptis et editis CCCCXV. *annorum.* Immo expresse in editione principe, *quadringentorum quindecim annorum.* At cum ex ipsa temporum ratione, constet interjectum fuisse quadringentorum viginti quinque

NOTÆ

et hic Tacito adversariam. *Savil.*

Capitolium a Tolli Vulcentani capite invento inibi, dictum Arnobio. Conflagravit autem sive consulto, sive fortuito incendio, ut Dionysius ait, exacta Olympiade 153. circiter Titi Manlii Torquati et Cneii Octavii consulatum.

Idque, opinor, incendium primum. Plin. XXXV. 3. alterum secutum est Syllanis temporibus, cujus meminit idem Plinius XIII. 13.

Et operis curatore Sylla, eodem, quo antea fuerat, loco refectum est Capitolium, anno postquam Pulvinus dedicarat 425. L. Scipione Asiatico et Caio Norbano Balbo consulibus: tot enim uno plus minus anni inter Horatii et horum consulatum intercessere. *Vertranius.*

[o] *Iterum*] Secundum consul.

[p] *Ornarent potius, quam augerent*] Attamen jam et maxime ornatum erat Capitolium Tarquinii Superbi, sed præcipue floruit post libertatem adeptam. Nam duravit ad bellum usque Syllanum. Livius l. X. 'Fœneratores aliquot mulctati, et ex eo quod in publicum redactum est ænea in Capitolio limina, et trium mensarum argentea vasa in cella Jovis, Jovemque in culmine cum quadrigis ædiles posuerunt.' Et l. XXXIII. 'Ædiles multos pecuarios damnarunt. Ex ea pecunia clypea inaurata in fastigio Jovis ædis posuerunt.' Et lib. XXXVIII. 'Sejuges in Capitolio aurati ab Cn. Cornelio positi: consulem dedisse inscriptum est. Et duodecim clypea aurata ab ædilibus sunt posita ex pecunia qua frumentarios damnarunt, ob annonam compressam; et duo item signa aurata.' Et Plin. l. XXXIII. 'Post Carthaginem eversam, laquearia in Capitolio inaurata esse.'

[q] *Iisdem rursus vestigiis*] Sic et postea l. IV. 53. cum instauratur Capitolium, Vespasiani jussu: 'Haruspices monuere... ut templum in iisdem vestigiis sisteretur. Nolle Deos mutari veterem formam;' quæ magna ex parte pendebat ex fundamentis.

Iisdem rursus vestigiis] Puto nihil esse immutatum de fundamentis et magnitudine Capitolii, quod a Tarquinio Superbo structum olim erat, licet increverint opes. Nam ibi rursus iisdem vestigiis situm a Sylla seu Catulo, dein et a Vespasiano, forte item et a Domitiano.

Infra l. IV. 53. de Capitolio, quod a Vespasiano instauratum: 'Haruspices monuere ut.... templum iisdem vestigiis sisteretur,' &c. Decem millia hominum continere potuit hoc templum, et ejus altitudo immensa. Tertull. Apolog. 'Capitolia cœlo certantia.'

[r] CCCCXXV. *annorum*] Sic ratio temporum evincit scribendum. Adi fastos. *Lipsius.*

[s] *L. Scipione, C. Norbano Coss.*] An-

Digitized by Google

Sylla suscepit,[t] neque tamen dedicavit: hoc solum felicitati ejus negatum.[u] Lutatii Catuli nomen,[v] inter tanta[10] Cæ-

sacravit; hoc unum fortunæ ejus defuit. Lutatii Catuli decus, inter tot Cæsarum

annorum spatium, ita fuit omnino emendandum, ne narratio inquinaretur. *Brotier.*—10 Ita Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Corb. Agr. editiones veteres et recentiores. Pichena tanquam e Ms. Flor. ediderat, *inter tot.* At, ut recte monuit ex Jac. Gronovio Ryckius, per literarum compendia in Ms. Flor. scriptum *int ta*, vel *int at:* hoc enim vix discerni potest. *Idem.* Bipont. recepere *tot.*

NOTÆ

no urbis conditæ 671. *Savilius.*

[t] *Sylla suscepit*] Catulus perfecit ac dicavit. Notabile teste Plin. 'quod sua ætas varie de Catulo existimaverit, quod tegulas Capitolii æreas inaurasset primus.' Nempe, fuit contra æruginem aut rubiginem inductum aurum: fuerunt dona et decora varia hujusce templi: 'Coronæ aureæ, victoriæ aureæ, candelabra, vasa.'

Observa ex Dione l. XII. 'Omnibus his ademtis, [vetustis scil. donis] ex Ægyptiaca præda, alia victor Augustus reposuit: detracta vetera hæc dona ex SCto, ut tam multis his novis et melioribus locus fieret.'

Eo ipso tempore, 'una donatione in cellam Jovis Capitolini contulit sexdecim millia pondo auri et quingenties sestertium in gemmis,' teste Suetonio.

16. millia pondo auri sunt nobis 600,000. coronati. Et quingenties sestertium sunt 1,250,000. coronati. Nota *in cellam Jovis:* nam teste Dione, et aliæ cellæ sua dona accepere.

[u] *Felicitati ejus negatum*] Syllæ ipsius dictum hoc est, quo Tacitus allusit. Plinius VII. 43. 'Hoc tamen nempe Felicitati suæ defuisse confessus est, quod Capitolium non dedicavisset.' *Lipsius.*

Felicitati ejus] Occiso demum Caio Mario, *felicis* nomen assumsit Sylla. Velleius l. II. Applan. l. Civil. 'Felicem vocabant adulatores ex rebus feliciter adversus hostes gestis: atque cognomen invenit assentatio, sed publicus postmodum consensus confirmavit.' *Savilius.*

[v] *Catuli nomen*] Dio lib. XXXVII. 'Post hæc facta, ne Cæsar quidem, qui tum præturam gerebat, quicquam innovavit. Hoc autem agebat, ut nomen Catuli e Jovis Capitolini templo tolleretur; (eum enim peculatus postulabat, rationesque expensarum pecuniarum exigebat:) Pompeio autem potestas fieret, reliqua negotia exequendi. Supererant enim, ut in tali tantoque negotio, semiperfecta; vel ita fingebat Cæsar, ut reliqua perficere Pompeio permitteret populus, et absoluti operis gloriam ille perciperet; sicque pro Catuli nomine, Pompeius suum inscriberet templo.'

Tantumque id decus fuit, ut illud idem postea Cæsari victori dictatorique decernerent, deletoque Catuli vocabulo, Cæsaris nomen Capitolio inscribere vellent: quod et recepit Cæsar, teste eodem Dione, l. XLIII.

Quod tamen repugnat Tacito, et licet id decretum fuerit, non tamen forte effectum est, vel ob præmaturam mortem Cæsaris, aut quia vitavit invidiam.

Lutatii Catuli nomen] At non item, cum illud refecit Domitianus, solo titulo seu vocabulo suo inscripto, for-

Digitized by Google

sarum opera,[w] usque ad Vitellium mansit. Ea tunc ædes cremabatur.[x]

73. Sed plus pavoris obsessis,[y] quam obsessoribus intulit. Quippe Vitellianus miles, neque astu, neque constantia, inter dubia indigebat. Ex diverso[z] trepidi[1] milites,[a] Dux segnis et veluti captus animi, non lingua, non

monumenta, usque ad Vitellium duravit. Hoc tunc delubrum comburebatur.

Sed id *plus timoris incussit circumsessis, quam circumsidentibus. Namque Germanicæ cohortes, neque arte carebant, neque fortitudine inter pericula. Contra* apud Sabinum *pavidus miles, dux* ipse *socors, et veluti mente captus, non voce,*

1 Sic omnes Mss. editio princeps et recentiores. Puteolanus, *trepidus*

NOTÆ

te majori ostentatione, minore gloria. Sueton. Domit. 5. 'Restituit et Capitolium, quod rursus arserat; sed omnia sub titulo tantum suo, ac sine ulla pristini auctoris memoria;' neque regum, neque Pulvilli consulis, aut Catuli; forte neque vel patris Vespasiani, qui id ultimo instaurarat.

[w] *Inter tanta Cæsarum opera*] Non quibus auxissent ornassentve Capitolium Cæsares, quamvis et ornassent donis; sed inter tot tantaque Augusti et aliorum principum superba ædificia, tot monumenta, templaque Romæ exstructa, nihil mutatum, nihil additum aut detractum Capitolio erat, forte, præter opes et donaria oblata ex victoriis et triumphis.

Ita ut prisca forma, priscus titulus Catuli, qui templum dicarat, servaretur. Inter tot alia Cæsarum opera, seu decora, non inviderant illi priscam Catulo Capitolini tituli gloriam, aut saltem non aboleverant, in tanta potentia gloriaque Principatus.

Inter tot Cæsarum] Inter tot opera publica, Cæsares nihil in Capitolio innovarunt, quo prætextu nomen suum templo inscriberent; mansit itaque Lut. Catuli nomen *usque ad Vitellium.*

[x] *Cremabatur*] Ter cremata illa ædes, nempe primum bello Syllano, negligentia custodum; nam custodes etiam noctu vigilabant in eo templo. Tunc arsit Capitolium Tarquinii Superbi, quod dicarat Pulvillus secundum consul, quia id perfecerat, vel auxerat opibus.

Dein secundo arsit bello Vitelliano, et a Vespasiano instauratum est. Dein tertio circa mortem Vespasiani crematum rursus, et a Domitiano restitutum est, ea magnificentia, quæ superaret et regum et consulum ac libertatis opes; et quæ tum digna esset florentissimo imperio et imperatore Romano.

Additæ *columnæ Pentelicæ*, quæ Athenis advectæ sunt. Teste Plut. in solam inaurationem impensa 'supra duodecim millia talentorum.' Fores et ipsæ inauratæ, et crassis laminis aureis obductæ, quæ durarunt usque ad ævum Honorii imperatoris.

[y] *Obsessis*] *Obsessi* cum injecere ignem porticibus, discrimen pavoremque inferre *obsessoribus* volebant; sed ille pavor in obsessos recidit, cum ignis fastigium Capitolii seu Aquilas veteres corripuisset.

[z] *Ex diverso*] Nempe in factione Flaviana miles urbanus, qui in Capitolio cum Sabino fuit, trepidabat.

Digitized by Google

auribus competere: neque alienis consiliis regi, neque sua expedire: huc illuc clamoribus hostium circumagi: quæ jusserat vetare, quæ vetuerat, jubere. Mox, quod in perditis rebus accidit, omnes præcipere, nemo exequi: postremo, abjectis armis, fugam et fallendi[b] artes circumspectabant. Irrumpunt Vitelliani et cuncta sanguine, ferro, flammisque miscent. Pauci militarium virorum, inter quos maxime insignes,[c] Cornelius Martialis,[d] Æmilius[e] Pacensis, Casperius Niger,[f] Didius[2] Scæva, pugnam ausi, obtruncantur. Flavium Sabinum, inermem neque fugam[g] cœptantem,[3] [h] circumsis-

non auditu sui compos; neque aliena prudentia uti, neque suamet consilia exequi; hucque et illuc vociferationibus hostium impelli. Quæ imperaverat prohibere, quæ prohibuerat, imperare. Dein, quod in rebus afflictis evenit, omnes jubere, nemo obsequi: demum, positis armis, fugam et latendi dolos circumspiciebant. Perrumpunt Vitelliani, et omnia ferro, flammisque et cædibus implent. Nonnulli militarium virorum, in quibus præcipue conspicui Cornelius Martialis, Æmilius Pacensis, Casperius Niger, Didius Scæva, certamen ausi, interficiuntur. Circumsident Flavium Sabinum non armis se tuentem, neque fugam agitantem, et Quinctium Atti-

miles, et sic Ryckius.—2 Budens. *Vidius*.—3 Sic bene libri scripti et editi.

NOTÆ

[a] *Trepidi milites*] Quippe urbanus, et lascivia urbana corruptus, ac belli inexpertus.

[b] *Fallendi*] Id est, latendi; fuga, astu, et latebris se discrimini subtrahere cupiebant. Infra: 'Per varios casus elapsi, quidam servili habitu, alii, excepto Vitellianorum signo, audaciam pro latebra habuere.'

[c] *Insignes*] Illi aut evocati, aut primipili centuriones, et tribuni: forte et quidam e prætorianis, et e senatoriis, qui tamen viri militares, aderant, ut sic novi principis gratiam occuparent: nam honestissimus quisque pro Vespasiano, vulgus pro Vitellio obdnruerat.

[d] *Cornelius Martialis*] Cujus mentio l. xv. 71. ubi de conjuratione Pisonis in Neronem: 'Exuti dehinc tribunatu Pompeius, Cornelius Martialis .... quasi principem non quidem odissent, sed tamen existimarentur.'

[e] *Æmilius*] Ille inter duces Othonis, Hist. i. 87. et vinctus a militibus l. ii. 12.

[f] *Casperius Niger*] Nulla alia mentio Casperii hujus, nisi forte idem sit cum Casperio centurione, qui mittitur ad Vologesum regem a Corbulone, supra l. xv. 5. Forte jam altiores ordines adeptus erat.

[g] *Neque fugam*] Tanto viro indecora fuisset illa fuga. Sic Ann. l. i. 39. in seditione legionum Germanicarum Plancus princeps legationis vitæ discrimen adiit, et tamen ad fugam compelli non potuit.

Milites 'vagi per vias obvios habuere legatos, audita consternatione ad Germanicum tendentes: ingerunt contumelias, cædem parant, Planco maxime, quem dignitas fuga impedi-

Digitized by Google

tunt, et Quintium[4] Atticum, Consulem,[i] umbra honoris[j] et suamet[5] vanitate monstratum, quod edicta in populum, pro Vespasiano magnifica, probrosa adversus Vitellium, jecerat.[6 k] Ceteri per varios casus elapsi: quidam servili habitu, alii fide clientium[l] contecti,[m] et inter sarcinas[n] abditi.

cum consulem, inani specie decoris, et suamet ambitione inani atque insulsa ostentatum, quia edicta in plebem sparserat, pro Vespasiano amplissima, et contumeliosa adversus Vitellium. Ceteri per diversos casus evasere; nonnulli servili amictu, alii ope clientium occultati, et inter utensilia obtecti. Extitere, qui comperto Vitellia-

****

Conjiciebat tamen Pichena, *tentantem*, vel *captantem*. Brotier.—4 Mss. Budens. Agr. *Quintium*; sic Gronov. Edd. veteres male *Quintum*. Forte ad eum Martialis epigr. VII. 31. IX. 100. *Oberl.*—5 Ms. Corb. *Sua vanitate*. Corrupte editio princeps, *sua unitate*.—6 Eleganter et apposite dictum. Male tentat Acidalius, *fecerat*. Brotier.

NOTÆ

verat.'

[h] *Cæptantem*] Idem infert, quod *captantem* aut *tentantem*: id est, ne de fuga quidem cogitabat, a tali flagitio eum arcebat dignitas.

[i] *Quintium Atticum consulem*] Sæpe *Quintum*; sed malim, *Quintium*: sunt enim apud Xiphilinum in Vitell. Caius Quintius Atticus, et Cneius Cæcilius Simplex consules, nempe, suffecti. *Vertranius.*

[j] *Umbra honoris*] Non umbra honoris hic præcise fuit, quod consul esset; sed *umbra honoris* et vanitas fuit, quod consul Atticus talia edicta sparsisset in populum. Nam quid edicta illa consulis, ut eo ævo consulatus fuit, inter arma civilia? inter principes de imperio certantes? inter tot legiones in se invicem ruentes? Nihil certe, nisi *umbra* et vanitas. Quid tum edicta consulis? Et jam ipse consulatus fere tunc in tali persona *umbra honoris*, et inane simulacrum potestatis, comparatum cum vetere Repub. et quid jam populus ille Rom. in quem jaciebat edicta, præ vetere populo Rom.?

Umbra honoris] Sunt insignia consularia, quæ statim ipse deponere debuit eo tumultu, et in turba latere, si saperet.

Umbra honoris] Forte insignibus consularibus cognitus est, quibus abjectis, latere facile in turba potuit: illa *umbra honoris monstratus*, captus et vinctus, ad exitium trahebatur.

[k] *Jecerat*] Forte tum cum ejurasset imperium Vitellius; aut forte tantum, cum se consul in Capitolium recepisset, velut ex arce jam securus minitabatur, subsidio tonantis Jovis, omnia vane et intempestive.

[l] *Fide clientium*] Qui forte in arce Capitolina erant ante arma, aut qui inter Vitellianos, aut etiam in iisdem partibus, sed qui obscuritate sua tuti, dein et alios nobiliores tueri nitebantur.

Aut digressi illi e Capitolio, forte, vel arte, se ad clientes ignobiliores recipiebant, et eorum fide se tuebantur. Sic Domitianus et liberi Fl. Sabini tum servati sunt.

[m] *Contecti*] Forte sic *contecti* a clientibus, quia *inter sarcinas* ab illis *abditi* sunt, cum cremato Capitolio utensilia aliaque amovebant multi, ne igne perirent: inter illas sarcinas abditi forte, amotique nobiliores.

[n] *Inter sarcinas*] Interpres Hisp. *Entre las cargas (de su axuar,)*: forte

Digitized by Google

Fuere, qui, excepto Vitellianorum signo, quo inter se noscebantur, ultro rogitantes respondentesve, audaciam pro latebra haberent.

74. Domitianus,[o] prima irruptione apud æditiuum[p] occultatus, solertia liberti,[q] lineo amictu[r] turbæ sacricolarum immixtus ignoratusque,[1] apud Cornelium Primum,[s] paternum clientem, juxta Velabrum, delituit. Ac potiente rerum patre, disjecto æditui contubernio, modicum sacellum JOVI

norum signo, quo se invicem agnoscebant, ultro sciscitantes, aut respondentes, audaciam pro latendi arte assumerent.

Domitianus, cæptante irruptione abditus apud æditimum industria liberti, lineo vestitu, collegio sacerdotum immixtus et incognitus, in domo Cornelii Primi, clientis Vespasiani, prope Velabrum occultatus est. Et postquam, principatum adeptus fuit pater, everso æditimi cubiculo, exiguum sacellum aramque statuit JOVI CON-

1 Sic bene Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Corb. Guelf. Agr. Puteolanus et recentiores. In Ms. Vatic. et editione principe, *ignarusque*. Brotier.

NOTÆ

nullas sarcinas ibi habuere, ut qui repente in arcem confugissent; sed vel suis, vel alienis sarcinis abditi sunt, quia scilicet Capitolium *indireptum*.

Inter sarcinas] Quæ jacebant eo ipso loco: nam *indireptum* templum.

[o] *Domitianus ....*] Domitianus et Sabinus filius, primo tumultu, fugerant ex Capitolio, et abditi in quibusdam ædibus latuerant.

[p] *Apud æditiuum*] Quantum patet ex Suetonio, Irrumpentibus Vitellianis, clam pernoctavit apud æditiuum templi Capitolini; scil. intra ipsa septa, seu ambitum Capitolii; dein postridie mane sacerdotis Isiaci celatus habitu, industria liberti, qui vel Sabini patrui fuit, vel patris, (parum refert,) et hoc linteo habitu, inter sacrificulos vanæ superstitionis trans Tiberim profectus se abdidit, ut refert Suetonius, vel 'juxta Velabrum delituit,' ut vult Tacitus.

Apud æditiuum] Templi, scil. Capitolini: aut alicujus sacelli intra ambitum Capitolinæ arcis.

[q] *Liberti*] Qui diversus ab æditiuo.

[r] *Lineo amictu*] Quod non jam spectabat ad æditiuum illum templi Capitolini, sed ad aliud genus sacricolarum, nempe Isidis: quod clare patet ex ipso Tacito, cum addit de *lineo amictu*.

Et distinguit clare Sueton. Domit. 1. 'Ardente templo, apud æditiuum clam pernoctavit: ac mane Isiaci (sacerdotis) celatus habitu, inter sacrificulos vanæ superstitionis....ita latuit,' &c.

Itaque ex Suetonio apud æditiuum templi Capitolini pernoctat; at mane lineo sacrificulorum Isidis amictu celatur, &c.

[s] *Apud Cornelium Primum*] In ea circumstantia dissentiunt Tacitus et Suetonius. In eo conveniunt, quod fuerit in Capitolio, quod servatus sit, quod per noctem latuerit apud æditiuum, quod lineo amictu de die celatus sit; sed de loco fugæ, et ad quem se receperit, discrepant. Sueton. Dom. 1. 'Cum se trans Tiberim ad condiscipuli sui matrem comite uno contulisset, ita latuit, ut scrutantibus, qui vestigia subsecuti erant, depre-

Digitized by Google

CONSERVATORI,[t] aramque posuit, casusque suos in marmore[u] expressam.[2] Mox, Imperium adeptus, JOVI CUSTODI templum[v] ingens,[w] seque in sinu Dei[x] sacravit. Sabinus et

SERVATORI, *et pericula sua in marmore exsculpsit. Dein, rerum potitus* ipse, *ingens delubrum* JOVI CUSTODI, *seque in complexu Dei dicavit. Sabinus et Atticus,*

—2 Ita optime Mss. Flor. Corb. Agr. et Ryckius aliique. Sic quoque editio princeps : *suos*, tantum in ea omissum. Puteolanus, *casusque suos in marmore expressit*. Inscriptione, marmore, an cœlato, casus suos Domitianus expresserit incertum. Cœlatura tamen probabilius, ut visum est Lupano. Sic apud Virgilium, quem sæpe imitatur Tacitus, Dædalus Icari, filii sui, 'Bis conatus erat casus effingere in auro ; Bis patriæ cecidere manus.' Virg. Æn. VI. 32.

NOTÆ

hendi non potuerit.' Forte *trans Tiberim* primo potius latuit, quam *juxta Velabrum*, et prope forum, ut vult Tacitus.

[t] *Conservatori*] Nulla mentio hujus sacelli apud Sueton. At *Jovis Custodis* meminit, Domit. 5. 'Novam autem excitavit ædem in Capitolio, Custodi Jovi.' Forte sprevit sacellum illud *Jovis Conservatoris* Suetonius, quia exigui momenti ea res, et quia nondum principatum obtinuerat Domitianus.

[u] *Casusque suos in marmore*] Solebant Romani in marmore, vel tabulis, suos prosperos vel adversos casus exprimere. Nam quandoque in tabulis pugnas depictas habebant.

Virgilius I. Æneidos: 'Videt Iliacas ex ordine pugnas, Bellaque jam fama totum vulgata per orbem.'

Herodianus lib. IV. scribit, Severum, victis Parthis, literas ad senatum misisse, depictasque in tabulis pugnas victoriasque exposuisse.

Atque lib. VII. ait Maximinum, suam de Germanis victoriam in tabulis depictam ante curiam publicasse.

Antoninus Pius res a se gestas in cochlidis columna, quæ etiam nunc Romæ stat, incidendas curavit.

Aliquando etiam res, quæ male cesserant, tabulis mandabantur, veluti naufragio reduces, templis tabulas affigunt. Inde Horatius dicit se, meretricis Pyrrhæ amore liberatum, tabulam suspendisse maris Deo, ut illi qui naufragium evaserunt.

Juvenalis : 'Et picta se tempestate tuetur.' Virgilius Æneidos 12. 'Laurenti Divo, et votas suspendere vestes.' *Lupanus.*

Casusque suos....expressit] Plut. in Mario : 'Et Belæo quodam suppeditante navim Mario, ipse postea tabellam, qua casus illos expresserat, dicavit in templo unde degressus Marius secunda aura avectus erat.'

In marmore] Vertit Interpres Gall. quasi in ipso marmore altaris casus suos inscripsisset. Non in ipsa ara, ut puto, sed juxta aram, tabula marmorea locari potuit, qua casus Domitiani legerentur.

[v] *Jovi Custodi templum*] Quod templum in area Capitolii, ut puto, et diversum est *a templo* illo *Flaviæ gentis*, quod etiam struxit princeps Domitianus, teste Suet. 1. 'Regione urbis sexta, ad Malum Punicum, domo, quam postea in templum gentis Flaviæ convertit.'

[w] *Templum ingens*] Haud dubie eodem loco quo sacellum antea aramque posuerat.

[x] *Seque in sinu Dei*] Id est, Suam

Digitized by Google

Atticus, onerati catenis et ad Vitellium ducti, nequaquam infesto sermone vultuque excipiuntur, frementibus, qui jus cædis,[y] et præmia navatæ[1] operæ, petebant. Clamore a[4] proximis[z] orto, sordida pars plebis supplicium Sabini exposcit, minas adulationesque miscet. Stantem pro gradibus palatii Vitellium, et preces parantem, pervicere, ut absisteret. Tum[5] confossum collaceratumque, et[6] capite truncum,[a] corpus Sabini in Gemonias[b] trahunt.

75. Hic exitus viri haud sane spernendi. Quinque et triginta stipendia[c] in Republica[1] fecerat, domi militiæ-

vinclis injectis, ad Vitellium tracti, nequaquam infensis verbis, aspectuque excipiuntur, indignantibus, qui facultatem occidendi postulabant, et mercedem exhibiti ministerii. Voce a propioribus incipiente, infimum et e fæce plebis vulgus mortem Sabini flagitat, minasque et assentationes permiscet. Astantem pro vestibulo regiæ Vitellium, et eos rogare parantem, ut parcerent, *adegere, ut abstineret. Tum trahunt in Gemonias corpus Sabini transfossum dilaniatumque, et amputato capite mutilum.*

Hic finis viri haud certe temnendi. Per quinque et triginta annos in Repub.

****

Idem.—3 Ita vulgo Mss. et veteres recentioresque editiones. Male Ryckius e Mss. Bud. Bodl. Agr. edidit, *enavatæ operæ*. In Ms. Bodl. prima manu scriptum, *navatæ ; e* superadditum manu recentiore. In Ms. Corb. *evacuatæ operæ*. Brotier.—4 In Budens. *a* deest.—5 Mss. Corb. et Agr. *tunc*.—6 Brotierus legit *abscisso corp. tr.* et ita Mss. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et Ryckius, *abscisso*. In Flor. rectius omnino deest. Sequor. *Oberl.*

1 Ita libri omnes scripti et editi. Hæc, *in republica*, tamen suspecta habet Ernestus. Certe si abessent, minime desiderarentur. Ni forte quid humanitatis hic lateat, quod in republica, non in civilibus bellis stipendia fecerit.

NOTÆ

effigiem dicavit in sinu Jovis custodis. Quasi sic grates referret Deo, aut ejus custodiæ sacrum se et earum publice profiteretur : aut quasi ipsius curæ etiam in posterum et in perpetuum seque et imperium commendaret.

In sinu Dei] Sic capio, ut effigies Domitiani intra brachia et super pectus imaginis Jovis collocaretur, sive staret Jupiter, sive sederet.

[y] *Jus cædis*] Ut decuit, a principe id postulabant : quasi non ejurasset principatum ; quasi jus vitæ et necis nondum deposuisset Vitellius.

[z] *Clamore a proximis*] Scil. hi, qui prope circumstabant captivos et ipsum Vitellium, clamorem primi sustulere, audacior enim sordida plebs supplicium Sabini exposcit.

[a] *Capite truncum*] Ut sordida plebs, et calones ac lixæ illudere Sabino possent, caput absciderunt.

[b] *In Gemonias*] Quo et traxere mox Vitellium vivum spirantemque et videntem, et quasi supplicii exitiique vicem reddentes, sed majore sævitia et ignominia.

In Gemonias] Scalæ, in Octava regione Romæ antiquus ad clivum Capitolii montis, et prope locum ubi fuit postea arcus Severi. *Tillemonius.*

[c] *Quinque et triginta stipendia*] Ne intelligas, quasi per tot annos in

Digitized by Google

que[2] clarus: innocentiam[d] justitiamque[3] ejus non argueres: sermonis nimius erat. Id unum septem annis, quibus Mœsiam, duodecim, quibus Præfecturam urbis[e] obtinuit, calumniatus est rumor. In fine vitæ alii segnem, multi[4] moderatum et civium sanguinis parcum[f] credidere. Quod inter omnes constiterit, ante Principatum Vespasiani, decus

secunda versatus erat, pace et bello illustris. Abstinentiam et æquitatem illius non reprehenderes: verbis immodicus erat. Id solum incusavit fama per septem annos, quibus rexit *Mœsiam*, et *duodecim, quibus præfecturam urbis gessit. Sub exitum vitæ alii ignavum existimavere, plurimi modestum, et qui sanguini civium* ultro *parceret. Quod apud omnes certum et compertum fuit, ante imperium Vespasiani,*

Brotier.—2 *Que*, abest a Ms. Corb. et editione principe.—3 *Justitiam*, abest a Ms. Corb.—4 Budeus. *alii.*

NOTÆ

castris meruisset Sabinus. Intellige per quinque et triginta annos aliquod munus publicum gessisse domi aut belli. Hinc addit Tacitus, 'domi militiæque clarus.'

Præterea dicit Tacitus, 'stipendia in Repub.' non in bello. Nec certe potuit Sabinus triginta *stipendia* militiæ explere, et simul duodecim annis præfecturam urbis obtinere.

Quinque et triginta stipendia] Ita ut *stipendia* illa fecerit, partim *domi*, seu in pace et in provinciis, quas pacatas rexerat, aut etiam partim bello. Puto, legatus legionis meruerat in Britannia, expeditione Claudii Cæsaris.

Quinque et triginta] Septem annis *Mœsiam rexit*, duodecim annis *præfecturam urbis obtinuit*. Jam sic habemus stipendia 19. Reliqua 16. transegit, vel tribunus mil. vel in tribunatu plebis, aut quæstura, ædilitate, prætura, vel etiam legatus legionis, dein consul, aut pro consule.

Et erant sæpe quædam intervalla temporum et otii, inter prima illa Reipub. munia, et altiores dignitates. Sic Agric. 6. 'Inter quæsturam ac tribunatum plebis, atque etiam ipsum tribunatus annum, quiete et otio transiit.' Quandoque id otium ex invidia temporum, aut etiam ex necessitate ortum, ut plures Rempub. capesserent.

Alteram etiam causam affert Tacitus seu Tiberius Ann. lib. II. ubi consulebat Tiberio Asinius Gallus: 'in quinquennium magistratuum comitia habenda:' cui respondet Tiberius: Sic 'subverti leges, quæ sua spatia exercendæ candidatorum industriæ, quærendisque aut potiundis honoribus statuerint.'

[d] *Innocentiam*] Abstinentiam, integritatem. *Justitia* latius patet quam *innocentia*: justitia ad cives, ad socios, etiam et ad hostes spectare potest, et ad magistratum pertinet. *Innocentia* etiam privato competit.

[e] *Præfecturam urbis*] Flavius Sabinus frater Vespasiani, olim præfectus urbi a Nerone, dein a Galba remotus; postea restitutus ab Othone: quod Plutarchus putat factum in honorem Neronis, vel etiam in Vespasiani gratiam: quod decus ei mansit etiam sub Vitellio.

[f] *Civium sanguinis parcum*] Mira eloquentia Cicero pro Sextio: 'Unum enim mihi restabat illud, quod forsi-

Digitized by Google

domus[g] penes Sabinum erat. Cædem ejus lætam fuisse Muciano accepimus. Ferebant plerique, 'etiam paci consultum, diremta[5] æmulatione inter duos,[h] quorum alter se fratrem Imperatoris, alter consortem Imperii cogitaret.' Sed Vitellius Consulis supplicium poscenti populo restitit, placatus,[i] ac velut vicem reddens, quod interrogantibus, 'quis capitolium incendisset,' se reum Atticus obtulerat. Eaque confessione, sive aptum[j] tempori mendacium fuit,[6]

splendor familiæ penes Sabinum erat. Necem ejus gratam fuisse Muciano audivimus. Dicebant plerique, etiam quieti et concordiæ provisum, sublata invidia inter duos, quorum alter se fratrem principis reputaret, alter socium principatus. *Sed Vitellius reluctatus est plebi consulis exitium postulanti, lenitus ac veluti vicem referens, quod percunctantibus*, quis Capitolium cremasset, *Atticus se reum exhibuerat. Sicque*, seu *agnoscendo* crimen, *sive accommodatum* id *tem-*

5 Sic bene Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus,

NOTÆ

tan non nemo vir fortis et acris animi magnique dixerit, extitisses, vel repugnasses, mortem pugnans oppetisses. De quo te, te, inquam, patria, obtestor, et vos, Penates, patriique Dii, vestrarum sedium templorumque causa, me propter salutem meorum civium, quæ mihi semper fuit mea carior vita, dimicationem cædemque fugisse.'

g *Decus domus*] Et tamen *triumphalis* Vespasianus; sed ævo Claudii, quo facile vel metalla fodientibus talia concedebantur. Et id decus Vespasiani maxime obscuratum sub Nerone, quo tempore fere latuit, quasi exul. Sueton. Vesp. 4. 'Medium tempus, [a consulatu] ad proconsulatum usque in otio secessuque egit: Agrippinam timens potentem adhuc apud filium, et defuncti quoque Narcissi amicos perosam.'

Et infra: 'Peregrinatione Achaica inter comites Neronis, cum cantante eo aut discederet sæpius, aut præsens obdormisceret, gravissimam contraxit offensam: prohibitusque, non contubernio modo, sed etiam publica salutatione, secessit in parvam ac deviam civitatem,' &c. Quod Suetonius dicit in *peregrinatione Achaica* id ei contigisse; puto, falsa est ea circumstantia. Contrarium scribunt Tacitus et Josephus, et teste hoc ultimo, in comitatu fuit Neronis cum Tito in Achaia, tum cum Judaico bello præpositus est a Nerone. Itaque tum non perculsus ille aut exul; immo electus, ut bellum Judaicum susciperet, non sine magno honore. Et Tacitus eam offensam Romæ contigisse Vespasiano, diserte scribit, cum in ludis dormitaret, non autem in Achaia.

h *Inter duos*] Sabinum et Mucianum.

i *Placatus*] Vel supplicio Sabini, vel potius, 'quod interrogantibus, quis Capitolium incendisset,' se reum Atticus obtulerat: sicque crimen et invidiam a Vitellio et a Vitellianis amovisse credebatur.

j *Sive aptum*] Sive verum id, sive accommodatum tali tempori mendacium fuerit, sic crimen tamen invidiamque facti 'a partibus Vitellii amo-

Digitized by Google

invidiam crimenque agnovisse, et a partibus Vitellii amolitus, videbatur.

76. Iisdem diebus L. Vitellius, positis[k] apud Feroniam[l] castris, excidio[m] Tarracinæ imminebat: clausis illic gladiatoribus remigibusque, qui non egredi mœnia, neque periculum in aperto audebant.[n] Præerat, ut supra memoravimus, Julianus gladiatoribus, Apollinaris remigibus: lascivia socordiaque gladiatorum magis, quam Ducum similes, non[1] vigilias agere, non intuta mœnium[2] firma-

pori commentum fuit, odium culpamque in se recepisse, simul *et a partibus Vitellianis amovisse videbatur.*

Eodem tempore L. Vitellius apud Feroniam castra metatus, exitio Tarracinæ instabat: inclusis hic gladiatoribus et remigibus, qui neque exire muris, neque discrimen in æquo audebant. Regebat, ut supra tradidimus, gladiatores Julianus, Apollinaris remiges; procacitate et vecordia similiores gladiatoribus, quam ducibus. Non excubias obire, non murorum invalida munire, diu noctuque languidi ac las-

direpta. Ms. Jes. *direptam æmulationem.* Brotier.—6 Ms. Jes. *sive aptum tempori fuerit.*

1 Ante hæc *non vigil.* punctum minus cum Bip. pono et sequentia ad *loquebantur* usque uno tractu jungo. *Oberl.*—2 Non ita eleganter Ms Jes. *intuta*

NOTÆ

litus videbatur.'

Quod forte tamen crimen fortunæ potius fuit. Nam Flaviani porticum incendentes, repellere tantum Vitellianos, non incendere Capitolium volebant; immo id maxime caverent, ut sibi exitiabile.

Sed factum, tali casu *sordida plebs,* non animum aut voluntatem interpretabatur. Verisimilius est Flavianos causam dedisse incendio, sed innocentem, et præter intentionem.

[k] *Positis*] Errat Interpres Hisp. qui vertit, 'Omissis seu relictis apud Feroniam castris.' Non reliquit castra, immo posuit, seu metatus est, et exinde misit copias ad occupandam Tarracinam.

[l] *Feroniam*] Lucus et templum Volscorum populorum, et circa Tarracinam urbem, in Latio. *Tillemon.*

[m] *Excidio*] Scil. de colonia vi expugnanda cogitabat: ex magna parte certe direpta Tarracina, non tamen excisa est.

[n] *Neque periculum in aperto audebant*] Quod idem cum eo Agric. 36. 'Complexum armorum, et in aperto pugnam non tolerabant.' Id est, mallent pugnare eminus et ex spatio remoto liberoque, non collato pede, non consertis manibus et gladiis: quod vocat Tacitus 'complexum armorum.'

Et certe spatio libero opus fuit ad librandos *enormes gladios.* Cui pugnæ opponitur certamen *in aperto;* tum certe *in aperto* virtus et arma, cum declinandi tela aut ensem hostis nullus locus, cum sola vi, cum in corpore solo et lacertis spes una salutis relinquitur, cum nempe, 'stat pede pes densusque viro vir.' Idque genus certaminis non abs re vocat Tacitus, 'complexum armorum, et in aperto pugnam.' *Aperto,* idem est ac *vacuo* et libero campo.

Digitized by Google

re,[o] noctu dieque fluxi[p] et amœna littorum personantes,[q] in ministerium luxus dispersis militibus, de bello tantum inter convivia loquebantur. Paucos ante dies discesserat Apinius Tiro:[r] donisque ac pecuniis acerbe per municipia conquirendis,[s] plus invidiæ quam virium partibus addebat.

77. Interim ad L.[1] Vitellium servus Verginii[2][a] Capitonis[t] perfugit, pollicitusque, 'si præsidium acciperet, vacuam

civientes, et per beatas oras suaviter modulantes, ad copias et instrumenta luxus dimissis sparsisque militibus, de armis tantum inter epulas disserebant. Paucis abhinc diebus digressus erat Apinius Tiro: muneribusque et pecuniis aspere per colonias corradendis, plus odii, quam roboris partibus adjiciebat.

Interea famulus Verginii Capitonis transfugit ad Vitellium, promisitque, si co-

mœnia. Brotier.—3 Nec bene Ms. Corb. *adquirendis.* Idem.

1 Vitellii prænomen omisit Pichena, forte operarum errore. *Brotier.*—2 Ita Puteolanus et recentiores. In Mss. hic et infra Hist. IV. 5. 'Vergilii' aut 'Virgilii Capitonis.' Editio quoque princeps, *Virgilii.* At Verginiorum

NOTÆ

Paulum diversa ratio certaminis horum gladiatorum Hist. lib. III. et Britannorum: nam gladiatores extra muros periculum seu pugnam *in aperto non audebunt.* Attamen id firmat lectionem ac sensum nostrum.

Neque periculum in aperto] Recte vertit Interpres Hisp. qui nec extra muros exire, neque congredi cominus, seu conserere manus cum hoste audebant.

[o] *Non intuta mœnium firmare*] Debuit fieri quod habetur supra, lib. II. 19. de Placentia: 'Solidati muri, propugnacula addita, auctæ turres, provisa parataque, non arma modo, sed obsequium,' &c.

[p] *Fluxi*] Lascivia, luxu, et deliciis diffluentes.

Fluxi] Languidi, vino madidi, temulenti.

[q] *Personantes*] Eorum luxus, lascivia, ac temulentia, cantu musicisque concentibus, per amœna littorum late resonabant.

[r] *Apinius Tiro*] Qui supra, c. 57. 'Prætura functus.... ducem se defectoribus obtulit.' Itaque tantum dux et auctor defectionis ille. Nam adhuc *Apollinaris remigibus* Misenensibus præerat, licet tamen Apinius videatur præcelluisse, et summæ rerum ac belli præfuisse hoc loco pro Flavianis, ita ut simul imperaret apud Tarracinam navibus, remigibus, et gladiatoribus, aut saltem auctoritate præmineret.

Itaque Apinius paucos ante dies discesserat Tarracina, et dona ac pecunias acerbe exigendo per municipia, classi sen Tarracinæ vicina, plus odii *quam virium partibus* Flavianis *addebat.*

[s] *Servus Verginii*] Qui haud dubie absente et ignaro domino talia molitus est.

[t] *Capitonis*] Forte præerat ille parti triremium, aut classiariorum militum, et Tarracinæ tum agebat; nullæ tamen partes fuisse videntur Verginii eo facinore. Nam punitus mox servus, et nulla mentio heri: forte inscio domino talia ausus erat.

Digitized by Google

arcem[u] tradi futurum,'[3] multa nocte cohortes expeditas, summis montium jugis, super caput hostium sistit: inde miles[v] ad cædem magis, quam ad pugnam decurrit: sternunt inermes,[4] aut arma capientes, et quosdam somno excitos; cum tenebris, pavore, sonitu tubarum, clamore hostili turbarentur. Pauci gladiatorum resistentes, neque inulti[5] cecidere: ceteri ad naves ruebant, ubi cuncta pari formidine implicabantur, permixtis paganis,[w] quos nullo discrimine Vitelliani trucidabant. Sex Liburnicæ inter primum tumultum evasere, in quis Præfectus classis Apollinaris: reliquæ in littore captæ,[6] aut nimio ruentium onere pressas mare hausit. Julianus ad L. Vitellium perductus, et verberibus fœdatus,[x] in ore ejus jugulatur.[7] Fuere, qui uxorem L. Vitellii Triariam incesserent,[7][z] tanquam 'gladio militari

piæ *sibi* darentur, occulte traditurum arcem præsidio destitutam, *provecta nocte*, servus *expeditum agmen in summo collium vertice, supra caput hostium statuit: inde miles ad occidendum magis, quam ad certandum degreditur: fundunt inermes, aut arma capessentes, et nonnullos a sopore excitatos; cum* illi *nocte, terrore, clangore tubarum*, et *vociferatione hostili exterrerentur. Nonnulli gladiatorum reluctantes, neque impune cæsi sunt: ceteri ad naves præcipiti fuga elapsi, ubi omnia pari pavore permiscebantur*, simul *affluentibus oppidanis, quos indistincte Vitelliani obtruncabant. Sex Liburnicæ inter primam trepidationem effugere, in quibus præfectus navium Apollinaris: ceteræ in ripa expugnatæ* sunt, *aut immodico accurrentium pondere fatiscentes pelagus absorpsit. Julianus ad L. Vitellium pertractus, et virgis cæsus, in conspectu ejus occiditur. Extitere, qui conjugem L. Vitellii Triariam arguerint, tanquam* militare ferrum *lateri* aptasset, interque

cognomen *Capito*, ut jam monuit Ernestus.—3 Brotierus cum Ryckio et Gronovio habet *furtim traditurum*: et sic Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. At optime se habent codd. in quibus et Bud. lectio *tradi futurum*, quam cum Bip. Tacito reddendam puto. Puteolani est ista spuria. *Oberl.*—4 Ms. Flor. *inermos*.—5 Male veteres editiones, cum Gronov. *neque multi*. In Ms. Jes. *atque*.—6 Sic bene omnes ferme Mss. editiones veteres et recentiores. Male Ms. Corb. et Beroaldus, *reliquas .... captas*. Brotier.—7 Sic bene Cl. Ernestus, et ex usu Taciti: ut mox infra cap. 78. 'Nec de-

NOTÆ

[u] *Vacuam arcem*] Omni præsidio militari destitutam.

[v] *Miles*] Sex cohortes scil. et alæ quædam.

[w] *Paganis*] Intellige oppidanos et omnes quotquot non militares erant.

[x] *Verberibus fœdatus*] Sic non necatus sit more majorum. Suet. Ner. 49. 'Cum comperisset, nudi hominis cervicem inseri furcæ, corpus virgis ad necem cædi,' &c. Nam Julianus primum *verberibus fœdatus* videtur, dein *jugulatus*.

[y] *In ore ejus jugulatur*] Seneca de Benef. VII. 19. 'Si in ore parentum filios jugulat.' *Pichena*.

[z] *Incesserent*] Incusarent.

Digitized by Google

cincta, inter luctum cladesque[a] expugnatæ Tarracinæ, superbe sæveque egisset.' Ipse lauream gestæ prospere[8] rei[b] ad fratrem misit: percunctatus, 'statim regredi se, an perdomandæ Campaniæ insistere[9] juberet.' Quod salutare non modo partibus Vespasiani, sed Reipublicæ fuit: nam, si recens[10] victoria miles, et, super insitam pervicaciam, secundis ferox, Romam contendisset; haud parva mole certatum, nec sine exitio urbis, foret: quippe L. Vitellio,

calamitatem excidiumque captæ Tarracinæ arroganter atrociterque agitasset. *Ipse misit ad fratrem literas laureatas de re feliciter gesta: sciscitatus*, an statim redire se præciperet, an subigendæ Campaniæ instaret. *Quod salubre non solum partibus Vespasiani, sed* et *civitati fuit: quippe, si post recentem victoriam miles, et, præter ingenitam contumaciam*, rebus *prosperis impotens, in urbem venisset; haud exiguis viribus dimicatum, nec sine pernicie civitatis foret: namque*

fuere, qui Antonium suspicionibus arguerent.' In Ms. Corb. et editione principe, *incesserant*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *incesserint*. Brotier.—8 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. editiones veteres et recentiores. Male Beroaldus, *prosperæ*. Unde Rhenanus emendaverat, *prospere gestæ rei*, [et sic Gronov. et Ryckius.] *Idem*.—9 Ms. Corb. *consistere juberet*. —10 Ita vulgo Mss. editiones veteres et recentiores. Ryckius e suo Ms.

NOTÆ

[a] *Cladesque*] Non diruta aut incensa Tarracina, sed raptibus et cædibus in oppidanos sævitum. Certe direpta videtur magna ex parte, aut certe maxime afflicta. Infra l. IV. 3. de Capua: 'Domus illustres afflictæ, cum contra Tarracinenses nulla ope juvarentur.'

[b] *Lauream gestæ prospere rei*] *Laureæ*, vel *literæ laureatæ*, vel Lampridio *tabellæ laureatæ*, erant publicæ et repentinæ lætitiæ atque victoriæ indices, quas ante occupatam a Cæsaribus Rempublicam, duces exercituum ad senatum mittebant.

Propterea Plinius lib. XV. 'Addi laurum literis, militum lanceis pilisque' dixit. Plinius Paneg. 'Allata erat ex Pannonia Laurea, id agentibus Diis,' &c.

Ammianus lib. XVI. 'Literas laureatas' vocat. Cæsar, lib. III. belli civilis: 'Sed neque in literis, quas scribere est solitus, neque in fascibus insignia laureæ.' *Lupan.*

Ipse lauream] De Lauro sic Plin. lib. XV. 30. 'Ipsa pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hostes, quietis sit indicium. Romanis præcipue lætitiæ victoriarumque nuntia additur literis, et militum lanceis pilisque. Fasces imperatorum decorat. Ex his in gremio Jovis Optimi Maximi deponitur, quoties lætitiam nova victoria attulit. Idque non quia perpetuo viret, nec quia pacifera est, præferenda ei utroque olea, sed quia spectatissima in monte Parnasso. Ideoque etiam grata Apollini, assuetis eo dona mittere jam et regibus Romanis, teste L. Bruto.'

Digitized by Google

quamvis infami, inerat industria: nec virtutibus, ut boni,[11] sed, quo modo pessimus quisque, vitiis valebat.

78. Dum hæc in partibus Vitellii geruntur, digressus Narnia Vespasiani exercitus, festos Saturni dies Ocriculi[1 m] per otium agitabat. Causa tam pravæ[2] moræ, ut Mucianum opperirentur. Nec defuere,[3] qui Antonium suspicionibus arguerent, tanquam 'dolo cunctantem, post secretas Vitellii epistolas, quibus Consulatum et nubilem filiam et dotales opes, pretium proditionis, offerebat.' Alii, 'ficta hæc et in gratiam Muciani composita.' Quidam, 'omnium id Ducum consilium fuisse, ostentare potius urbi bellum, quam inferre: quando validissimæ cohortes a Vitellio descivissent, et, abscisis[4] omnibus præsidiis, cessurus Imperio videbatur. Sed cuncta festinatione, deinde ignavia Sabini, corrupta: qui sumtis temere armis, munitissimam[5] capitolii arcem, et ne magnis quidem exercitibus expugnabilem, ad-

L. Vitellio, licet ignominioso, aderat industria: non bonis artibus, ut egregii aut honesti viri, *sed qua ratione deterrimus quisque, flagitiis pollebat.*

Dum hæc in Vitellianis aguntur, profectæ Narnia Vespasiani legiones, festa Saturnalia Otriculi per quietem celebrabant. Causa tam perversæ cunctationis fuit, *ut Mucianum expectarent. Et extitere, qui Antonium suspectarent incusarentque, tanquam* fraude moras necteret, post occultas literas Vitellii, quibus *illi* promittebat consulatum, et maturam viro filiam, et pecuniam dotalem, præmium transitionis. *Alii* falsa hæc, et in favorem Muciani ficta, credebant. *Nonnulli* aiebant, cunctorum eam ducum fuisse mentem, ostendere potius civitati arma, quam inferre: quandoquidem firmissimæ cohortes a Vitellio defecissent, et, abruptis omnibus auxiliis, relicturus ultro principatum putabatur. Sed omnia temeritate, dein socordia Sabini, labefacta esse: qui captis intempestive armis, contra tres cohortes defendere non potuisset validissimum Capitolii propugnaculum, et quod ne ab ingentibus quidem exercitibus capi

Agr. edidit, *recenti victoria miles.* Sic quoque habet Ms. Corb.—11 Ms. Corb. *ut bonus.* Corrupte editio princeps, *ut bonis.* Brotier.

1 Sic bene Ms. Agr. Ryckius et recentiores. Male Ms. Reg. et editio princeps, *Otriculi.* Corrupte Ms. Jes. *Ariculi. Ocriculum* memoratur a Plinio, III. 5. Sect. 9. *Ὀκρίκλων* quoque meminit Strabo, lib. v. p. 227. *Brotier.*—2 Mss. Corb. et Agr. *parvæ moræ.*—3 Male Ms. Reg. et editio princeps, *nec deficere.* Brotier.—4 Ita Mss. Flor. Reg. Guelf. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *abscissis.*—5 Budens. *invictissimam.*

NOTÆ

m *Ocriculi*] Ocriculum, vel Otriculum, urbs Umbriæ regionis; hodie in ruinis jacet, et dicitur *Civita d'Oria:* ex ejus ruinis crevit urbs nunc vocata *Otricoli;* est Umbriæ recentioris, in statu Ecclesiastico. *Tillem.*

Digitized by Google

versus tres cohortes tueri nequivisset.'[6] Haud facile quis uni assignaverit culpam, quæ omnium fuit: nam et Mucianus ambiguis epistolis victores morabatur, et Antonius præpostero obsequio, vel, dum regerit[7] invidiam, crimen meruit; ceterique Duces, dum peractum[8] bellum putant, finem ejus insignivere. Ne Petilius quidem Cerialis, cum mille equitibus præmissus, ut transversis itineribus per agrum Sabinum Salaria via[a] urbem introiret, satis maturaverat: donec obsessi capitolii fama cunctos simul exciret.

79. Antonius per Flaminiam ad Saxa rubra,[c] multo jam noctis, serum[d] auxilium venit. Illic 'interfectum Sabinum, conflagrasse capitolium, tremere urbem,' mœsta omnia accepit: 'plebem quoque et servitia pro Vitellio armari,'[e]

posse videretur. *Vix uni quis tribuerit delictum, quod cunctorum fuit: quippe etiam Mucianus incertis literis victores attinebat, et Antonius intempestiva obsequentia, vel, dum remittit odium, culpam subiit; et reliqui duces, dum profligatum bellum credunt, exitum ejus nobilitavere. Ne Petilius quidem Cerialis, cum mille equitibus præire jussus, ut per transversas vias,* ac *per regionem Sabinum, Salaria via urbem ingrederetur, satis properaverat: donec circumsessi Capitolii rumor omnes simul* duces *commoveret.*

Antonius per viam *Flaminiam venit ad Saxa rubra, adulta et concubia jam nocte, tardum subsidium. Illic audivit,* interemtum *fuisse* Sabinum, arsisse Capitolium, trepidare civitatem, *consternata omnia: afferebatur,* populum etiam, et fa-

mam.—6 Sic Mss. Flor. Reg. Agr. Corb. Ernestus et recentiores. In Mss. Harl, Bodl. Jes. et veteribus editionibus, *nequisset;* et sic Ryckius.—7 Sic bene Pichena et recentiores. In Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. et editione principe, *regeret.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *tegeret.* Brotier. Bipont. conjiciunt *regereret.*—8 Male editio princeps, *paratum bellum;* non vero *patratum,* ut habet Lipsius. *Brotier.*

NOTÆ

[a] *Salaria via*] Salaria via incipit a porta Collina, in latere Septentrionali urbis Romæ; in Sabinos ducit, et intrat in viam Lavicanam: hodie vocatur *Salara;* est in Campania Romana, et Sabina, provinciis status Ecclesiastici. *Tillemon.*

[c] *Ad Saxa rubra*] Interpres Hisp. *A Monte Rosso.*

Ad Saxa rubra] Oppidulum Etruriæ regionis ad orientem, hodie *Borghetto,* aut prope: ædificium est Patrimonii sancti Petri ad orientem, in Statu Ecclesiastico. *Tillemon.*

[d] *Serum*] Eo ipso die quo captum et incensum Capitolium: quippe nocte præcedenti miserat Sabinus Flavianis ducibus nuntios, qui monerent se obsideri.

[e] *Servitia pro Vitellio armari*] Antea servorum numerum et argenti pondus senatoribus indictum retulit Tacitus. Nam solebant Romæ, in penuria maxima militum, servi ad

Digitized by Google

nuntiabatur. Et Petilio Ceriali equestre prælium adversum fuerat: namque incautum, et tanquam ad victos ruentem, Vitelliani, interjectus equiti pedes,[f] excepere. Pugnatum haud procul urbe,[1 g] inter ædificia hortosque et anfractus[2] viarum; quæ gnara Vitellianis, incomperta hostibus, metum fecerant: neque omnis eques concors,[h] adjunctis quibusdam, qui nuper apud Narniam dediti, fortunam[i] partium speculabantur. Capitur Præfectus alæ, Tullius[3] Flavianus: ceteri fœda fuga[j] consternantur,[4 k] non ultra Fidenas[l] secutis victoribus.

80. Eo successu studia populi aucta: vulgus urbanum arma cepit.[1] Paucis scuta militaria, plures, raptis, quod cuique obvium, telis,[2] 'signum pugnæ' exposcunt. Agit

milias arma capere pro Vitellio. *Et Petilio Ceriali equestre certamen improsperum fuerat: quippe* ipsum *inopinantem, et velut adversus victos irruentem, Vitelliani, pedites immixti equitatu, sustinuere. Certatum haud procul civitate, inter domos et hortos, et per diverticula itinerum; quæ nota Vitellianis, ignota Flavianis, pavorem intulerant: neque omnis equitatus in idem consentiebat, additis nonnullis, qui paulo ante Narniæ se permiserant, et successum partium aspectabant. In potestatem hostium venit præfectus alæ Tullius Flavianus: reliqui turpi fuga funduntur, exterrentur,* eos *non ultra Fidenas victores insecuti sunt.*

Ea fortuna favor plebis adolevit: multitudo urbana arma capessiit. Paucis clypei militares, plures raptis armis, quæ cuique fors obtulerat, signum prælii *flagi-*

1 Ita vulgo Mss. et libri omnes editi. In Ms. Reg. *procul ab Urbe.* Laudat Lipsius e Ms. Hispano, codice nempe Covarruviæ, *procul Urbem.*—2 Male Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *et confractus.* Brotier.—3 Sic Ms. Reg. et libri omnes editi. In Mss. Harl. Guelf. *T. Flavianus.* Secunda manu in Ms. Harl. *Tullius.* Ms. Flor. *Tulius.* Ms. Agr. *Julius.*—4 Ita Mss. et libri editi. Beroaldus, operarum sane errore, *consternuntur.* Mallet Cl. Ernestus, *in fœdam fugam;* ut apud Livium, x. 43. 'Repente in fugam consternantur.'

1 Male veteres editiones, *cœpit.* Brotier.—2 Frustra tentat Heinsius, *quod*

NOTÆ

arma capienda pro defensione patriæ vocari, ut post cladem Cannensem contigit. *Lupan.*

[f] *Equiti pedes*] Intermixti equiti, seu equitatui, pedites Vitelliani excepere Petilium.

[g] *Procul urbe*] Hispanus cod. *urbem*, vere.

[h] *Concors*] Non consentiebat omnis eques pro Flavianis partibus.

[i] *Fortunam*] Exitum prœliorum, seu belli, *speculabantur.*

[j] *Fœda fuga*] Verisimile est fugisse equites etiam ultra Fidenas, licet huc usque tantum *secutis victoribus*, scil. non ultra Fidenas. *Fœda*, id est, cum flagitii et ignaviæ infamia.

[k] *Consternuntur*] Exterrentur, pelluntur, funduntur, profligantur.

[l] *Fidenas*] Fidena, urbs Sabinorum populorum in Samnio regione. Vide Annal. l. iv. 62. *Tillemon.*

Digitized by Google

grates Vitellius, et 'ad tuendam urbem prorumpere'[m] jubet. Mox, vocato Senatu, deliguntur[3] legati ad exercitus, ut prætexto[4] Reipublicæ[n] concordiam pacemque suaderent. Varia legatorum sors[o] fuit. Qui Petilio Ceriali occurrerant,[5 p] extremum[6] discrimen adiere,[7] aspernante milite conditiones

tant. Refert grates Vitellius, et ad defendendam civitatem *jubet* erumpere. *Dein, convocatis patribus, eliguntur legati ad legiones, ut specie Reip.* Flavianos *hortarentur ad concordiam pacemque. Diversa oratorum fortuna extitit: qui obviam ivere Petilio Ceriali, ultimum periculum adivere, contemnente milite conven-*

cuique obvium teli. Idem.—3 Male editio princeps, *diriguntur.* Brotier.—4 Sic Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Bud. Puteolanus, Jac. Gronovius et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe aliisque nonnullis, *prætexta reipublicæ*, et sic Ryckius.—5 Ita Mss. Flor. Reg. Agr. editio princeps et recentiores. Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus cum Gronov. *occurrerunt.* Ms. Corb. *occurrerent.*—6 Male editio princeps, *ad extremum.* Brotier.—7 Mss.

NOTÆ

[m] *Ad tuendam urbem prorumpere*] Non ut intra mœnia, quasi obsessi, urbem tuerentur; sed ut foras erumperent, ad propulsandos hostes, ne ad urbem accederent. *Pichena.*

[n] *Prætexto Reipub.*] Nomine et specie Reipub. spreto Vitellio. Prætexunt bonum publicum, et quasi nulla habita ratione Vitellii. Illius nomen forte dissimulant, ut facilius pax coalescere possit.

Prætexto Reipub.] Sic mittebantur legati ab ignavis principibus. Supra l. I. 74. de Othone: Legatos 'ad utrumque Germanicum exercitum... specie senatus misit.' Quasi vero hic senatus ageretur, quasi hæc curaret senatus, aut non potius despiceret flagitia hæc imperii, si libere pronuntiaret! quasi sub Vitellio nunc *Respub.* ageretur; quasi non potius interesset Reipub. eum vinci ac perire! 'Reipub. haud dubie intererat, Vitellium vinci.' Tacit.

Prætexto Reipub.] Quod certe verum; neque enim sine discrimine ac pernicie civium, non sine exitio urbis certari intra muros potuit. Interfuit Reipub. fieri bellum, poni arma; sed an concordia partium obtineri posset, et esset e Repub. incertum. 'Fata viam invenient.'

[o] *Varia legatorum sors*] Iidem legati videntur isse ad Cerialem et Antonium, si Dionem audimus. 'Vitellius,' inquit, 'vocato senatu, legatos ex patribus et ex Vestalibus ad Cerealem mittit: hi, cum nemo audire vellet, ad Primum, qui non longe aberat, pergunt, et nihil impetrant.' Sic dissentire videtur; sed magis attendendum Tacito, quam auctori Græculo.

[p] *Ceriali occurrerant, &c.*] Paulo aliter Dio, l. LXV. 'Et primus Cerealis urbem cum equitatu adortus, in ipso ingressu victus, et velut in angusto cum equitibus interceptus, sustinuit tamen impetum hostium, ne grave damnum ab eis acciperet. Vitellius enim ratus, se victoria potito, res ad reconciliationem venturas, milites suos inhibuit.' An vere Dio? an huic prælio affuerit Vitellius? an absens, adeo strenuus et sagax fuerit et celer ingenio, ut cohiberet victores, qui equitatum fugientem insequerentur? Hoc dijudicandum aliis relinquimus.

Digitized by Google

pacis: vulneratur Prætor,[q] Arulenus[8r] Rusticus: auxit invidiam, super violatum legati Prætorisque nomen,[s] propria[t] dignatio viri: palantur comites:[u] occiditur proximus lictor,[v] dimovere turbam ausus:[9] et, ni dato a Duce præsidio defensi forent, sacrum etiam[10] in[11] exteras gentes legatorum jus, ante ipsa patriæ mœnia,[w] civilis rabies usque in exi-

tiones pacis. Sauciatur Arulenus Rusticus, prætor: auxit indignationem, præter temeratam legati et prætoris dignitatem, propria claritudo viri: dissipantur socii legationis: proximus Aruleni lictor interficitur, summovere multitudinem ausus: et, nisi datis a duce custodibus protecti forent, sanctum inviolatumque etiam inter barbaras gentes jus legationis, ante ipsos urbis muros, civilis furor usque in cædem et

Harl. Jes. Guelf. *adire.*—8 Male Mss. Flor. Bodl. Jes. Guelf. et editio princeps, *Arulenius.* Brotier.—9 Ms. Agr. *annixus.*—10 *Etiam*, abest a Ms. Corb. —11 Sic in Mss. Flor. Reg. Jes. Bud. Agr. Corb. et editione principe, et a Ryckio et Jac. Gronovio probatur; hoc sensu: jus, quod sacrum inviolatumque erga exteras gentes servamus. Mss. Harl. Bodl. Puteolanus et recentiores, *inter exteras gentes.* Id enim, ut observat Ernestus, iis, quæ mox sequuntur, *ante ipsa patriæ mœnia*, opponitur. Quam lectionem et Brotierus probat.

NOTÆ

[q] *Vulneratur Prætor*] Plinius lib. I. Epistola 5. [r] Rustici Aruleni periculum foverat, exultaverat morte, adeo ut librum recitaret ederetque, in quo Rusticum insectatur, atque etiam *Stoicorum simiam* appellat. Adjicit, *Vitelliana cicatrice stigmosum.* Agnoscis Reguli eloquentiam.' Hoc cicatricis Vitellianæ convicium, est a vulnere quod nunc accepit. *Lipsius.*

[s] *Arulenus*] Vocatur *Junius Rusticus* apud Sueton. Domit.

Arulenus] De quo Tac. l. XVI. ubi de morte Thraseæ cap. 26. 'Aderat consilio Rusticus Arulenus flagrans juvenis, et cupidine laudis offerebat se intercessurum senatusconsulto: nam tribunus plebis erat. Cohibuit spiritus ejus Thrasea,' &c. De quo et mentio in vita Agric. Laudat et Plutarchus hunc, cum orantem Romæ audiret Arulenus, acceptas a principe (Domitiano) literas, non aperuit, nisi cum dicere Plutarchus desisset.

[t] *Nomen*] Jus, decus. Duplici titulo inviolabilis ille, et quia legatus a senatu, et quia magistratus populi Romani: nempe, tum prætor fuit Arulenus.

[t] *Propria*]-Ob virtutem propriam ac sapientiam Stoicam eximius ac præcipue laudatus vir ille, et ævi sui decus ac specimen fuit, et quidem pessimis temporibus, Neronis, dein et Domitiani.

[u] *Comites*] Legationis socii.

[v] *Proximus lictor*] Qui nempe prætori proximus astaret, seu appareret. Sex lictores habuit prætor, qui omnes super eandem lineam incederent: et qui præibat alios, *primus* lictor appellabatur, qui prætori propior, *proximus.*

[w] *Ante ipsa patriæ mœnia*] Hoc ipso et atrocius foret crimen violati juris gentium in legato S. P. Q. R. scil. velut in conspectu Deorum templorumque, et in oculis civium.

Nam certe inter barbaras nationes, et locis longinquis, atque ab omni

Digitized by Google

tium temerasset. Æquioribus[x] animis accepti sunt, qui ad Antonium venerant, non quia modestior miles, sed Duci plus auctoritatis.[y]

81. Miscuerat se[z] legatis Musonius Rufus, Equestris ordinis, studium philosophiæ et placita[a] Stoicorum æmulatus: cœptabatque, permixtus manipulis, 'bona pacis ac belli discrimina' disserens,[b] armatos monere.[1] Id plerisque ludibrio, pluribus tædio: nec deerant, qui propellerent procul carentque, ni, admonitu modestissimi cujusque, et aliis minitantibus, omisisset intempestivam[c] sapientiam. Obviæ

mortem polluisset. Majori modestia excepti sunt, qui ad Antonium iverant, non quia melior aut temperantior miles, sed quia *duci major auctoritas* inerat.

Adjunxerat se legatis Musonius Rufus, equestris fastigii, studium sapientiæ et doctrinam Stoicorum sectatus: ordiebaturque, mixtus cohortibus, commoda pacis, et belli pericula *enumerans, armatos hortari. Id plerique irridebant, pluribus* id *molestum: et erant, qui repellerent protererentque, nisi admonente honestissimo quoque, et aliis minas intentantibus, importunam philosophiam abjecisset. Occurrere*

1 Perperam Mss. Harl. Guelf. et Puteolanus, *morere.* Inde cum intempestiva hominis sapientia animi non fuissent moti, hæc suspecta et insititia conjiciebat Gruterus. At verbo *monere*, quod habent vulgo Mss. editio princeps et recentiores, penitus tollitur difficultas. *Brotier.*—2 Mss. Reg. Agr.

NOTÆ

cultu et humanitate vastis et procul amotis, violari legatos haud perinde immane videretur.

[x] *Æquioribus*] Vertit Interp. Hisp. *mas justos:* quod falsum ex Tac. ipso. Favorabilius excepti sunt legati, &c.

[y] *Plus auctoritatis*] Qua vulgi immodestiam cohiberet.

[z] *Miscuerat se*] Non propria sponte, sed vel sorte, vel delectu Vitellii et suffragio patrum: non aliter licuit legationem suscipere.

Hinc orta ingens controversia inter Helvidium et Marcellum, infra l. IV. 6. 'Priscus, eligi nominatim' (legatos qui mitterentur ad Vespasianum) 'a magistratibus juratis; Marcellus urnam postulabat.'

Objectabat Helvidius: 'Sorte et urna mores non discerni: suffragia et existimationem senatus reperta, ut in cujusque vitam famamque penetrarent; pertinere ad utilitatem Reipub. pertinere ad Vespasiani honorem, occurrere illi quos innocentissimos senatus habeat,' &c.

Contra *Marcellus*, non se, 'sed consulem designatum censuisse, dicebat, secundum vetera exempla, quæ sortem legationibus posuissent, ne ambitioni aut inimicitiis locus foret ... sufficere omnes obsequio.'

Unde patet in rebus difficilibus, non fuisse electos sorte aut urna legatos, sed suffragiis patrum: et certe sic delecti fuerant legati, quos mittebat Galba ad legiones Germanicas, cum interfectus est. Forte et quos misit Otho postea.

[a] *Placita*] Id est, sectam, seu doctrinam sapientiamque Stoicorum sequebatur.

[b] *Disserens*] Pro, *edisserens.*

[c] *Intempestivam*] Quis enim sapien-

Digitized by Google

fuere et virgines Vestales cum epistolis Vitellii, ad Antonium scriptis:[d] 'eximi[e] supremo certamini[2] unum[3] diem,' postulabat:[4] 'si moram interjecissent, facilius omnia conventura.' Virgines cum honore dimissæ: Vitellio rescriptum, 'Sabini cæde et incendio capitolii diremta[5] belli[6] commercia.'[f]

82. Tentavit tamen Antonius vocatas ad concionem legiones mitigare, 'ut, castris juxta pontem Mulvium[1] positis, postera die urbem ingrederentur.'[2] Ratio cunctandi, ne asperatus prælio[g] miles, non populo, non Senatui, ne templis quidem ac delubris Deorum consuleret. Sed omnem

etiam et sacerdotes Vestæ, cum literis Vitellii ad Antonium compositis: poscebant ut ad unam diem prolataretur extremum discrimen; si spatium interposuissent, facilius *cives* invicem conventuros. *Vestales cum reverentia dimissæ: responsum Vitellio*, Sabino interfecto, et cremato Capitolio, *omnia quæ* componendo bello iniri pacta aut fœdera possent, abrupta esse.

Voluit tamen Antonius vocatas ad principia legiones flectere, ut castra metantes prope pontem Mulvium, postridie civitatem intrarent. *Causa morandi, ne irritatus pugna miles, non plebi, non patribus parceret*, et *ne ædibus sacris quidem, ac templis Deorum* abstineret. *Sed omnem cunctationem, ut adversam victoriæ,*

et editiones veteres, *supremo certamine.*—3 In recentioribus tantum editionibus, *unam diem.*—4 Sic bene Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Corb. Guelf. Agr. Ryckius et recentiores. In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *postulabant.* Brotier.—5 Male Mss. Reg. Harl. Jes. *direpta.* Idem.—6 Pessime tentabat Rhenanus, *bellico commercia.* Brotier.

1 Vide ad Annal. XIII. 47. Ms. Corb. *pontem Milvi.*—2 Ms. Jes. *ingre-*

NOTÆ

tiæ locus aut philosophiæ, inter tumultum strepitumque armorum, inter periculorum prædæque ac sanguinis et gloriæ, ut putabant, avidos; qui victoriam, quam pacem, qui raptus et opes ac spolia Reipub. quam principem, quam senatum, aut Rempub. mallent.

[d] *Ad Antonium scriptis*] Suet. Vit. 18. 'Periit... nec fefellit conjecturam eorum, qui augurio, quod factum ei Viennæ ostendimus, non aliud portendi prædixerant, quam venturum in alicujus Gallicani hominis potestatem; siquidem ab Antonio, adversarum partium duce, oppressus est: cui Tolosæ nato cognomen in pueritia Becco fuerat: id valet gallinacei rostrum.'

[e] *Eximi*] Differri in sequentem diem supremum certamen: quod Antonius volebat: scil. 'postera die urbem ingrederentur;' ne invidiam cladis subiret ipse. Excidio Cremonensi satis invidiæ quæsitum erat.

[f] *Diremta belli commercia*] Virg. 'Belli commercia Turnus Sustulit ista prior, jam tum Pallante peremto.'

[g] *Prælio*] Nescio quid turbat hic Interpres Hispanus de prælio præterito, seu ante commisso. Potius intelligit Tacitus de prælio, quod committi ante mœnia et intra urbem debuit, quod et certe commissum est.

Digitized by Google

prolationem,[3] ut inimicam victoriæ, suspectabant. Simul fulgentia per colles vexilla,[h] quanquam imbellis populus sequeretur, speciem hostilis[i] exercitus fecerant. Tripartito agmine,[j] pars, ut astiterat,[4][k] Flaminia via, pars juxta ripam Tiberis[l] incessit; tertium agmen per Salariam Collinæ portæ[m] propinquabat. Plebs[5] invectis equitibus fusa: miles Vitellianus trinis et ipse præsidiis[n] occurrit. Prælia ante urbem multa et varia: sed Flavianis, consilio Ducum præstantibus, sæpius prospera. Ii tantum[6] conflictati sunt, qui in partem sinistram urbis, ad Sallustianos[o] hortos, per

suspicabantur. Eodem tempore micantia per montes signa, licet inconditum vulgus ea *sectaretur, imaginem hostilis exercitus ostentabant.* Flaviani, *in tres partes diviso exercitu, alii, ut venerant, via Flaminia, alii secundum littus Tiberis invecti; tertia acies per* viam *Salariam Collinæ portæ imminebat. Populus, erumpente equitatu, stratus fugatusque. Miles Vitellianus tribus et ipse stationibus* Flavianos *excepit. Certamina ante urbem plurima et diversa: sed Flavianis, prudentia ducum præcellentibus, plerumque secunda* fuere. *Ii solum vexati sunt, qui diverterant in partem sinistram civitatis, ad hortos Sallustianos, per arcta et ambigua*

deretur.—3 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Jes. Corb. Guelf. editio princeps, Jac. Gronovius et recentiores. Ms. Bodl. et Puteolanus, *omnem prolatationem.* Additum adhuc in margine Ms. Bodl. *prolationem.* Unde videtur vocem, *prolatationem*, a Latio prorsus esse ablegandam, cum nusquam occurrat apud alios scriptores Latinos, neque hoc Taciti loco satis nixa. *Brotier.*—4 Ms. Jes. *ut adsisteret.*—5 Sic Mss. editiones veteres et recentiores. Pichena, *plebes.*—6 Male Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *in tantum.* Ms. Agr. *nonnumquam conflictati sunt. Qui, &c.* Mss. Harl. Jes. Guelf. *hi tantum.*

NOTÆ

[h] *Vexilla*] Cohortium Vitellianarum, seu plebis quæ arma sumserat.

[i] *Speciem hostilis*] Quæ tantum tumultuaria plebs et incondita multitudo fuit, non exercitus.

[j] *Tripartito agmine*] Id de Flavianis intelligit, a quibus 'plebes, invectis equitibus, fusa:' et miles Vitellianus etiam 'tripartito agmine' pugnabat.

[k] *Pars ut astiterat*] Ut disposita erat in agmine, ut primo incesserat, scil. Flaminia via, in aciem astitit: hac parte irrupit Antonius, Varus forte 'juxta ripam Tiberis,' et Cerialis 'per Salariam viam.'

[l] *Juxta ripam Tiberis*] Sic narrat Dio: 'A militibus profectis contra Vitellium, magno furore præsidia pontis Tiberis franguntur: nam cum transire prohiberentur a custodibus pontis, nando flumen equites transmisere, eosque cum invasissent a tergo, aliis alia parte invadentibus, magnis incommodis affecere.'

[m] *Collinæ portæ*] Collina, quæ postea *Salaria* dicta, eadem est porta, ut volunt plerique auctores. Vide supra libro III. cap. 78. *Tillemonius.*

[n] *Trinis et ipse præsidiis*] 'Et tribus in urbe locis puguantes cædebantur,' numeratque Josephus, si a vero non exorbitat, quinquaginta hominum millia lib. IV. Excidii capite 24. *Savilius.*

[o] *Sallustianos*] Horti Sallustii fue-

Digitized by Google

angusta et lubrica viarum[p] flexerant. Superstantes maceriis hortorum Vitelliani, ad serum usque diem,[7] saxis pilisque subeuntes arcebant: donec ab equitibus,[q] qui porta Collina irruperant, circumvenirentur. Concurrere et in campo Martio infestæ acies. Pro Flavianis Fortuna et parta totiens victoria; Vitelliani desperatione sola ruebant: et, quanquam pulsi, rursus in urbe congregabantur.

83. Aderat pugnantibus spectator populus,[r] utque in ludicro certamine, hos,[1] rursus illos clamore et plausu fovebat: quotiens pars altera inclinasset, abditos[2] in tabernis,[s] aut, si quam in[3] domum perfugerant, 'erui jugularique'[t]

itinera. Vitelliani superstantes muris hortorum, usque ad noctem, lapidibus hastisque ascendentes propellebant: donec ab equitatu, qui porta Collina invectus erat, circumfunderentur. Conflixere etiam in campo Martio infesta agmina. A Flavianis stetit *Fortuna, et relata toties victoria; Vitelliani sola desperatione* inciti *erumpebant: et, licet fusi proturbatique, rursus in civitate conglobabantur.*

Astabat præsens *certantibus vulgus aspiciebatque, tanquam in spectaculo et ludis; et nunc his, nunc illis favebat plausu et acclamationibus: quoties altera pars cessisset, cum laterent in tabernis, aut in aliquam domum se recepissent,* extrahi et inter-

Brotier.—7 Sic bene Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Agr. editiones veteres et recentiores. Sic Virgilius, Georg. IV. 132. 'Seraque revertens Nocte domum dapibus mensas onerabat inemtis.' Lipsius minime necessario emendavit, *diei*. Idem.

1 Sic bene Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps, Jac. Gronovius et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus cum Ryckio, *hos modo, rursus illos*. Jam vidimus supra Hist. III. 22. 'his, rursum illis exitiabile.' Cf. Ruhnken. ad Vell. Paterc. II. 110. *Brotier.*—2 Male Beroaldus emendavit, *abditi;* adversantibus libris scriptis et editis. *Idem.*—3 *In*, abest a Mss. Corb. Agr. et editione principe.—4 Frustra Rhenanus emendavit, *postulantes;*

NOTÆ

runt aliquando extra mœnia Romæ antiquæ; postea vero in regione sexta urbis, et in Colle Hortulorum: hodie *Orto di Napoli*, in regione *Campo Marzo*, et in latere septemtrionali Romæ modernæ. *Tillemonius.*

p *Per angusta et lubrica viarum*] Dio lib. LXV. 'Cæsi sunt videlicet quamplurimi mortales; ac multi etiam, cum tegulis ex ædium fastigio jactis impeterentur, et in vicorum angustiis ab obsistentium multitudine trudierentur, interierunt: ita ut per illos dies obierint hominum ad quinquaginta millia.'

q *Ab equitibus*] Qui forte iidem cum equitatu Cerialis, sed aucti animis, forsan et subsidiis. Non enim quiesceret Cerialis, dum alii pugnabant; quippe præliorum avidus ille.

r *Spectator populus*] Qui alius a plebe illa, quæ tripartita acie pugnaverat adversus Flavianos. Alii nomina militiæ dederant, alii otiosi spectatores pugnæ intra urbem erant.

s *In tabernis*] Interp. Hisp. *en las tiendas.* Ital. *nelle buttighe.* Gall. *boutiques.*

t *Jugularique*] Velut in spectaculo gladiatorum.

Digitized by Google

expostulantes,[4] parte majore prædæ potiebantur. Nam, milite ad sanguinem et cædes obverso,[5] spolia in vulgus cedebant. Sæva ac deformis urbe tota facies: alibi prælia et vulnera; alibi balineæ[6] popinæque: simul cruor et strues corporum: juxta scorta[u] et scortis similes:[7] quantum[v] in luxurioso otio libidinum; quicquid in acerbissima captivitate scelerum: prorsus ut eandem civitatem et furere crederes et lascivire. Conflixerant ante armati exercitus in urbe, bis L. Sylla,[w] semel Cinna victoribus:[8] nec tunc minus crudelitatis: nunc inhumana securitas,[x] et ne minimo quidem temporis voluptates intermissæ: velut festis diebus

fici *flagitantes, majorem prædæ partem rapiebant. Quippe milite ad pugnam et cruorem intento, opes et exuviæ penes plebem remanebant. Atrox et fœda tota civitate species: alibi pugnæ et plagæ; alibi balnea et ganeæ: simulque sanguis et strages molesque cadaverum: prope* astabant *prostibula, et prostibulis similes:* et *quantum voluptatum in luxuriosa pace; quantumque flagitiorum in sævissima captivitate: ut prorsus eandem civitatem et grassari per sævitiam ac cædes, et bacchari per libidinem ac lasciviam putares. Concurrerant antea infestæ acies in civitate, bis L. Sylla, semel Cinna victoria potitis: et tunc par immanitas:* at *nunc inhumana tranquillitas* animis, *et ne minimo quidem temporis* intervallo *omissæ libi-*

libris scriptis et editis refragantibus. *Brotier.*—5 Male Ms. Reg. et editio princeps, *adverso.* Ceterum Ms. Agr. et editio princeps habent, *ad cædes et sanguinem.* Idem.—6 Ita Ms. Corb. et editiones recentiores. Corrupte editio princeps, *balnicæ.* Mss. Reg. Harl. Bodl. et Puteolanus, *balneæ.* Idem. —7 Sic bene Mss. editio princeps, Rhenanus et recentiores. Perperam Puteolanus, *scortis miles.* Idem. Bipont. legunt *in scortis.*—8 Mss. Corb. et Agr. *victore iterum.* Ms. cod. Par. Inst. Oratorii Jesu; *confluxerant ante armati exercitus in Urbem bis L. Sulla, et Cinna victore iterum.* Brot.—9 Male dis-

NOTÆ

[u] *Juxta scorta*] *Juxta* strnem stragemque corporum *scorta*, et vera quidem scorta, simulque et *scortis similes*, et perinde lascivientes.

[v] *Quantum*] Tum animadverteres quicquid in luxuriosa pace libidinum ac voluptatum; *quicquid scelerum* in crudelissimo bello, quo capta civitas esset, et omnia mala captivitatis experiretur.

[w] *L. Sylla*] Bis L. Sylla victoria potito, *semel* victore *Cinna.*

[x] *Inhumana securitas*] Inhumana ea tranquillitas animi, qua lasciviunt alii, ac procaciam proterviamque secure exercent, eo ipso tempore ac loco quo alii sæviunt grassanturque cædibus et strage, cruore ac luctu, funeribusque civitatem implent.

Quod intelligendum scil. ut l. II. 70. ubi de campis Bedriac. 'Fœdum atque atrox spectaculum: intra XL. pugnæ diem lacera corpora, trunci artus, putres virorum equorumque formæ ... dira vastitas: nec minus inhumana pars viæ, quam Cremonenses lauro rosisque constraverant, exstructis altaribus,' &c.

Digitized by Google

id quoque gaudium[9] accederet,[y] exultabant, fruebantur; nulla partium cura,[z] malis publicis læti.

84. Plurimum molis in oppugnatione castrorum[a] fuit, quæ

dines; tanquam festis diebus ea quoque lætitia adjungeretur, gestiebant, persultabant; incuriosi partium, et publicis cladibus illudentes.

Non parum negotii ac difficultatis fuit in obsidione castrorum, quæ promtissimus

---

tinxit Cl. Ernestus, *velut festis diebus (id quoque gaudium accederet) exsultabant, fruebantur.* Perperam quoque distinxere veteres editiones, *exsultabant. Fruebantur nulla, &c.* Acidalius omissum volebat, *fruebantur.* Lipsius tentabat, *furebant.* At minime displicet, *fruebantur:* immo exquisite dictum. Sic, sed meliore sensu, Tullius de Finibus bonorum et mal. I. 1. 'Sive enim ad sapientiam perveniri potest: non paranda nobis solum ea, sed fruenda etiam sapientia est.' Mendose editio princeps, *accideret* pro *accederet.* Brotier.

NOTÆ

Certe in triumphis, seu aliis occasionibus, honores extraordinarios *parum humanos* putavere, ut patet clare ex Livio XXIII. ubi de triumpho Camilli de Veiis invecto: 'Maxime,' inquit, 'conspectus ipse est curru equis albis juncto urbem invectus: parumque id non civile modo, sed humanum etiam visum. Jovis solisque equis æquiparari dictatorem in religionem trahebant.'

Fœdum et inhumanum fuit spectaculum tot cæsorum una die civium campis Bedriacensibus, nec minus inhumana securitas aut lætitia, quasi triumpho, stravisse contiguam Campo viam *lauro rosisque,* exstruxisse altaria, mactasse victimas *regium in morem.* Ita et nunc inhumanum visum est, cives frui securitate, otio, libidinibus, dum alii cives mactantur, cædunturque, profligantur, scil. *malis publicis lætos.* Quam spreta hic et proculcata lex Solonis: scil. discordia civium lætari, nec se immiscere uni parti nefas erat.

[y] *Velut festis diebus id quoque gaudium accederet*] Id est, Festis Saturnalibus: et tamen supra dixerat, exercitum Vespasiani celebrare 'Saturnalia Otriculi per otium,' qui festi dies: incipiebant a decimo die Januarii usque ad decimum quartum.

Sed Capitolium obsessum et incensum, fuit causa cur duces Flaviani properarent, et festum Saturni atrox vere et inhumanum celebrarent, ad urbem, et in ipsa urbe.

Id quoque gaudium] Gaudio exultabant, non ob victoriam Vespasiani, aut nova dominatione, sed *malis publicis læti: id quoque gaudium* festis diebus accedebat.

[z] *Exultabant, fruebantur, nulla partium cura*] Recte, *fruebantur.* Refertur ad id quod supra dicitur, ne minimo quidem temporis voluptates intermissas: ideo ait, *exultabant,* ac *fruebantur,* scilicet voluptatibus, gaudebantque. *Pichena.*

Fruebantur] Inter alias voluptates, etiam eo gaudio *fruebantur.*

[a] *In oppugnatione castrorum*] Tiberius, auctore Suetonio capite 37. 'Castra constituit, quibus prætoriæ cohortes, vagæ ante id tempus, et per hospitia dispersæ, continerentur;' castra vero ipsa prætoria ad extrema urbis ædificia fuisse sita, colligitur ex Plinii libro III. *Lupanus.*

Castrorum] Quæ ad portam Viminalem.

Digitized by Google

acerrimus quisque, ut novissimam spem,[1] retinebant. Eo intentius[2] victores, præcipuo veterum cohortium[b] studio, cuncta validissimarum urbium excidiis reperta simul admovent, testudinem,[c] tormenta,[d] aggeres,[e] facesque:[f] '[3] quic-

quisque, ut extremam spem, tuebantur. Eo acrius incumbunt *victores, summo vetusti militis ardore, omnia munitissimis oppidis expugnandis adinventa* præparant, *simul admovent testudinem, machinas, aggeres, flammasque: et* quicquid tot cer-

1 Sic bene editio princeps et recentiores. Male Ms. Jes. et Puteolanus, *speciem.* Ms. Corb. *in novissimam speciem.* Brotier.—2 Ms. Jes. *eo contentius.* 3 Ms. Corb. atque editio princeps, *et quicquid.*

NOTÆ

[b] *Veterum cohortium*] Prætorianarum nempe, quæ decus amissum clade Othoniana, et exauctoratione Vitellii, tum recuperabant: et tunc ea castra veluti patrias sedes, ut domos, ut *Penates* recipiebant.

Veterum cohortium] Intelligo veteres cohortes prætorianas, quæ reciperare sua castra, e quibus pulsæ a Vitellio erant, præcipue nitebantur. Infra: 'illam patriam, illos Penates:' quibus forte et se adjungebat vetustus miles aliarum cohortium, eadem spe. De prætorianis cepit etiam Interpres Hisp.

[c] *Simul admovent testudinem*] Testudines aliæ *aggestitiæ*, aliæ *fossoriæ*, aliæ *arietariæ*. Aggestitia dicitur Vitruvio, *testudo ad congestionem fossarum.* Idem auctor eam quadratam facit, habentem quoquoversus latera singula pedum 25. Polybius lib. x. ubi de Antiocho rege obsidente Syringem Hircaniæ urbem: 'Erat certamen fere omne, et conatus, in testudinibus aggestitiis. Fossæ enim erant triplices, latitudine quidem haud minore 30. cubitorum, profunditate vero 15. In labris autem earum singulis vallum, sive sudetum erat, et in ultimo validus murus.' Scil. ea testudine protecti ad murum succedebant, et eum suffodiebant. Livius lib. xxxiv. 'Jam, testudinibus admotis, murus subruebatur, jam arietibus quatiebatur.'

Fossoria testudo est, quam vocat Vitruvius *testudinem ad fodiendum comparatam.* Et frontem ejus struit, 'quemadmodum angulos trigonorum; ut a muro tela, cum in testudines mittantur, non planis frontibus excipiant plagas, sed ab lateribus labentes, sine periculoque fodientes, qui intus sunt, tueantur.'

Arietaria testudo est, in qua scil. *aries* suspenditur; et qua proteguntur, qui arietem librant, et ad murum quatiendum admovent.

[d] *Tormenta*] Sunt balistæ, catapultæ, onagri, &c. quibus saxa, *faces*, et omne genus missilium in muros et in propugnatores immittuntur. Livius lib. xxvii. 'Naves partim machinationibus onerat, apparatuque mœnium oppugnandorum; partim tormentis et saxis, atque missilium telorum omni genere instruit.'

[e] *Aggeres*] Agger fuit terreus quidam, et alia materie mixta, mons et elevatio; quem paulatim versus muros promovebant attollebantque, ut ex alto pugnarent, et turres ibi constituerent et tormenta. Apud Suidam: 'Ageste bellica machinatio ex lapidibus, lignis, et terra constructa.' Cæsar de terra: 'Cespitibus ad aggerem comportandis.'

Digitized by Google

quid tot præliis laboris ac periculi hausissent, opere illo consummari,' clamitantes. 'Urbem Senatui ac Populo Rom. templa Diis reddita: proprium esse militis decus[g] in castris: illam patriam, illos Penates:[h] ni statim recipiantur, noctem in armis agendam.' Contra Vitelliani, quanquam numero fatoque[4] dispares, inquietare victoriam, mo-

taminibus laboris ac discriminis exantlassent, illa oppugnatione finiri *clamitabant*. Civitatem senatui populoque Rom. restitutam, delubra Diis *vindicata:* propriam esse militis gloriam in castris: illam patriam, illam domum *suam:* nisi statim recuperentur, noctem in armis agitandam. *Ex diverso Vitelliani,*

4 Sic bene Mss. Harl. Jes. et editiones recentiores. In Ms. Reg. et edi-

NOTÆ

Sed præcipua materies *aggeris* ligna. Nam *virgulta* et *fasces* maxime usui ad implendum, attollendum, et ligandum aggerem. Cæsar Civil. II. 'Vimina, materiamque comportari jubet: quibus comportatis rebus, aggerem exstruit.' Et usui arbores, non solum ob *virgulta* et tenuia ramorum, sed ob ipsos truncos, qui lilia in molem mediam stipabant; hosque ad latera applicabant, firmando et coërcendo. Construebant ergo latera, et cancellatim tignis directis transversisque varie ligabant. Lucan. 'Steliatis axibus agger Erigitur.' Aggeres illi alti, prout muri erant. Joseph. 3. Excid. 'Erecto jam aggere, et ipsis murorum pinnis tantum non appropinquante.' Cæsar lib. VII. 'Agger . . . . altus pedes 80, qui murum hostium pæne contingeret.' Aggerebant eum paulatim et admovebant in fossas ipsas, dein ad muros, et dum id fieret, nihilominus turres in aggere impositæ, quæ administrantes, aut operantes tuebantur, et ea cum aggere simul paulatim procedebant. Agger igitur paulatim versus oppidum obsessum crescebat: scite enim tergum, seu cauda aggeris humilior fuit, et in clivum, frontem versus assidue ivit. Latera vinciebant claudebantque lignis, sed antrorsus, ut facile subirent, et versus muros, quos oppugnabant, ea pars manebat aperta, ut operando et ingerendo materiam, cresceret agger. Huic aggeri sic structo et admoto imponebant turres, et in his pontes, scalas, machinas, tormenta, saxa, faces, et omne genus tela, quibus muros subruerent, quaterent, ac propugnatores deturbarent.

[f] *Facesque*] Ut intra urbem, aut saltem ad portas: id brevius visum est, ut portas castrorum, et ipsa ædificia seu contubernia militum intra muros statim incenderent, exterrerentque propugnatores. Infra Tac. Hist. lib. IV. 23. 'Adactæ tormentis ardentes hastæ, ultroque ipsi oppugnatores ignibus petebantur.'

[g] *Proprium esse militis decus*] Milites aiunt: se *urbem senatui ac populo Rom. templa Diis* reddidisse, ac nunc *proprium esse* ipsius *militis decus*, sibi reciperare castra, tanquam *patriam*, et proprios *Penates*.

[h] *Illos Penates*] Interp. Hispanus: *Dioses particulares:* sed domos tantum intelligunt, aut veluti domos. Infra: *domos . . . . . cruore fædare*, de iisdem castris.

Digitized by Google

rari pacem, domos[i] arasque[j] cruore fœdare,[k] suprema[l] victis solatia amplectebantur.[5] Multi semianimes,[m] super

licet numero et fortuna impares, solicitare victoriam, differre pacem, contubernia et aras sanguine temerare, et ea, ut *extrema victis solamina exosculabantur. Plerique*

tionibus veteribus, *factoque*. Sic quoque in margine Mss. Harl. Jes. *Brotier*.—5 Hæc omnia, *domosque arasque cruore fœdare, suprema victis solatia amplectebantur*, absunt a Ms. Reg. Acidalius mallet, *fœdatas*; Muretus, *fœdas*. At melior est vulgata scriptura. Inter bellorum civilium furores, vel victis solatium est sævire, evertere, sacra, profana fœdare. *Amplec-*

NOTÆ

[i] *Domos*] Contubernia nempe, quæ in ipsis castris disposita erant.

[j] *Arasque*] Quæ scil. in principiis: nam ibi *augurale et ara*, ut et in castris legionum.

[k] *Arasque cruore fœdare*] Narrat quid simile Athen. lib. XIII. 'Ptolemæus, Philadelphi regis filius, qui, præsidiariis militibus impositis, Epheso præerat, amicam Cirenem habuit; quæ, cum illi Thraces insidias essent moliti, et ipse in Dianæ templum confugisset, eo prosecuta est; ac posteaquam cecidit ibi trucidatus, arrepto valvarum annulo, altaria cruore illius sparsit, quoad simul eam jugularunt.' Quasi sic in ultionem Deos vocaret fœmina; aut certe Diis hominibusque facinoris atrocitatem exprobraret in perpetuum, quoad vindicarent scelus.

Fœdare] Alii legunt *fœdis*, vel *fœdatas*.

Cruore fœdare] Vitam et sanguinem ultro profundebant *pro aris et focis*. Velut ultimo impetu gaudebant, suum cruorem fundi in castris, in principiis, apud aras, in conspectu militarium Deorum, loco scil. castrorum sanctissimo; nec sine invidia perpetua adversus victores bellorum civilium: quasi sic Deos testes ultoresque adversus auctores scelerum invocarent.

[l] *Suprema*] Sic capio: Arasque cruore fœdatas complectebantur, et hæc erant *suprema* victis solatia. Nempe, oscula hæc, quibus ultimum salutabant, venerabanturque aras Deorum castrensium, fuere hæc *suprema* solatia. Virgil. 'Et Divum amplexæ simulacra tenebant.'

Suprema victis solatia complectebantur] Sic apud Virg. Æneid. 'Amplexæque tenent postes, atque oscula figunt.' Hoc faciunt mulieres, quæ se in captivitatem abreptum iri suspicantur, seque procul avectum iri in Græciam, ac Trojam relicturas. Qui enim domum sic deserebant in perpetuum, limina salutare solebant. Quod Charinus adolescens facit apud Plautum: 'Limen superum et infernum salve, simul autem vale! Hunc hodie postremum extollo mea domo, patria pedem.'

Complectebantur] Vertit Interpres Hispan. Amabant, avehant *inquietare victoriam . . . . domos arasque cruore fœdare*, quæ sunt *suprema victis solatia*. Potius sic sumendum: Inquietabant victoriam, morabantur pacem, arasque cruore fœdabant, et has aras sic fœdatas, aut simpliciter, aras *complectebantur*. Atque hæc erant *suprema victis solatia*.

[m] *Semianimes*] Semianimes plerique vulneribus super turres et mœnia exspirare maluerunt, quam se vivos permittere libidini victoris.

Digitized by Google

turres et propugnacula mœnium exspiravere. Convulsis portis, reliquus[n] globus[o] obtulit se victoribus: et cecidere omnes contrariis[p] vulneribus, versi in hostem. Ea cura etiam morientibus decori exitus fuit.

85. Vitellius, capta urbe, per aversam palatii partem,[1] Aventinum,[q] in domum uxoris, sellula defertur: ut, si diem latebra vitavisset, Tarracinam[r] ad cohortes fratremque perfugeret. Dein mobilitate ingenii, et quæ natura pavoris est, cum omnia metuenti præsentia maxime displicerent,[s] in palatium regreditur, vastum desertumque: dilapsis etiam

semineces, supra turres et munimenta murorum animam efflavere. Emotis valvis, reliquum agmen occurrit ultro victoribus: et periere omnes adversis vulneribus, obversi in hostem. Ea cupido etiam pereuntibus honestæ mortis fuit.

Vitellius, expugnata civitate, per aversas regiæ fores, Aventinum, in ædes conjugis, sella devehitur; ut si interdiu latere potuisset, noctu *Tarracinam abiret ad fratrem et cohortes. Mox levitate animi, et quæ indoles timoris est, cum cuncta formidanti præsentia loca præcipue molesta essent, in regiam revertitur, inanem et vacuam:*

tebantur, habent Mss. Flor. Corb. et Jac. Gronovius, *complectebantur* Ryckius et Puteolanus. Perperam editio princeps, *contemplabantur*. Ms. Jes. *compectebantur*. Brotier.

1 Non ita bene editio princeps, *adversam palatii portam*. Ms. Corb. habet quoque, *adversam*. Frustra tentat Lipsius, *per aversa palatii*. Non semper græcissat Tacitus. Jam vidimus supra cap. 70. 'Secretam ædium partem:'

NOTÆ

[n] *Reliquus*] Qui vulneribus ac præliis superstes.

[o] *Globus*] Velut *in agmen* hosti se obtulere occidendos.

[p] *Contrariis*] Id est, adversis: et hæc vulnera honesta vocantur, et sunt decora militaribus viris. Hinc addit: *versi in hostem*. Et licet ultro corpora offerrent victoribus vulneribusque, abjecta omni spe victoriæ aut salutis, haud tamen decoris immemores, licet inulti caderent; sic tamen *adversis vulneribus* cecidere. *Ea cura* gloriæ et egregiæ famæ etiam pereuntibus Romanis fuit.

Contrariis vulneribus] Plin. de Vir. Ill. 35. ubi de Pyrrho rege: 'Cumque Romanos adversis vulneribus occisos videret, Ego, inquit, talibus viris brevi orbem terrarum subigere potuissem.'

[q] *Aventinum*] Suet. Vit. 16. 'Abstrusus gestatoria sella, duobus solis comitibus, pistore et coquo, Aventinum et paternam domum clam petiit, ut inde in Campaniam fugeret; mox levi rumore et incerto, tanquam pax impetrata esset, referri se in palatium passus est.'

[r] *Tarracinam*] Noctu scilicet.

[s] *Metuenti præsentia maxime displicerent*] Sic Plut in Mario: 'Sed sicut contingit in magnis animi æstibus anxietatibusque, ut semper fugere ex præsenti loco velimus, velut omnium importunissimo, et spem habeamus in obscuris et incertis.'

Digitized by Google

infimis[t] servitiorum, aut occursum ejus declinantibus. Terret solitudo et tacentes loci:[u] tentat clausa:[v] inhorrescit vacuis; fessusque misero errore, et pudenda latebra[w] semet occultans, ab Julio Placido,[2] Tribuno cohortis, protrahitur.[x] Vinctæ pone tergum[3] manus: laniata veste,[y] fœdum spec-

digressis etiam vilissimis mancipiorum, aut conspectum ejus vitantibus. Pavorem infert vastitas, et silentes loci: tentat secreta: horret deserta; lassusque miserabili errore, et turpi latibulo semet abscondens, hinc *eruitur a Julio Placido, tribuno cohortis. Religatæ post tergum manus, lacerata veste, deforme spectaculum, trahe-*

non vero, *secreta ædium.* Brotier.—2 Male Puteolanus, *Placito.* Ms. Corb. *a Julio Placido.* Idem.—3 Mss. Corb. Agr. et editio princeps, *tergum pone.*—

NOTÆ

[t] *Dilapsis etiam infimis*] Duobus *comitibus pistore et coquo, Aventinum* petierat. Dignus tali principe comitatus. Sed cum regrederetur in palatium, isti etiam dilapsi sunt.

[u] *Terret solitudo et tacentes loci*] Virgilius arcanum hunc naturæ nostræ motum pariter effert: 'Horror ubique animos, atque ipsa silentia terrent.'

[v] *Tentat clausa*] Nempe velut in solatium et subsidium explorat, tentat, an se ipsis locis illis clausis abscondere, an ibi latere forte possit.

Tentat clausa] Anxius, et æger animi, vellet perrumpere *clausa* loca, et *inhorrescit* apertis ac *vacuis.*

[w] *Pudenda latebra*] Nempe in cella janitoris, ad quam canis ex more invigilabat. Petron. 'In aditu ipso stabat ostiarius prasinatus, cerasino succinctus cingulo, atque in lance argentea pisum purgabat. Super limen autem cavea pendebat aurea, in qua pica varia intrantes salutabat. Ceterum ego, dum omnia stupeo, pæne resupinatus crura mea fregi; ad sinistram enim intrantibus, non longe ab ostiarii cella, canis ingens catena vinctus, in pariete erat pictus; superque quadrata litera pictum, Cave, cave, canem.'

Pudenda latebra] Suet. Vit. 16. In Palatium reversus, 'ibi cum deserta omnia reperisset, dilabentibus etiam qui simul erant, zona se aureorum plena circumdedit, confugitque in cellulam janitoris, religato pro foribus cane, lectoque et culcitra objectis.'

Latebra] Paulo aliter Dio: 'Vitellius sordido attritoque sagulo amictus, se abdit in obscurum locum ubi canes alebantur .... sed investigatus a militibus .... pannis obsitus et sanguine perfusus, quod eum canes læserant, deprehenditur; discissaque veste, et vinctis a tergo manibus, et laqueo ad collum religato, Cæsarem e palatio .... deducunt, trahuntque via sacra Imperatorem, qua ante ovarat.'

[x] *Protrahitur*] Suet. Vit. 17. 'Extractus e latebra, sciscitantes, quisnam esset, (nam ignorabatur,) et ubi esse Vitellium sciret, mendacio elusit: deinde agnitus, rogare non destitit, quasi quædam de salute Vespasiani dicturus, ut custodiretur interea, vel in carcere, donec vinctis,' &c.

[y] *Laniata veste*] Sic innuere videatur, verum esse quod ait Dio; Vitellium sese abdidisse in stabulum canum, et laceratam non solum vestem, sed

Digitized by Google

taculum, ducebatur, multis[a] increpantibus, nullo illacrymante: deformitas[a] exitus misericordiam abstulerat. Obvius[b] e Germanicis[c] militibus Vitellium infesto ictu,[d] per

batur, multis objurgantibus, nullo miserante: flagitium seu ignominia *finis miserationem ademerat. Occurrens* unus *e Germanicianis militibus, dubium fuit,* an

NOTÆ

etiam corpus ipsius morsu canum laniatum fuisse; ita ut fœda latebra Vitellii, simul et fœdum spectaculum esset ipse Vitellius.

Sed in Historicis Rom. legerat Dio, et in Suetonio ipso, se recepisse Vitellium in 'cellulam janitoris, religato pro foribus cane.' Hinc fabulam suam cudit de stabulo canum, a quibus laniatus esset Vitellius, ut mendacium mendacio adderet.

Laniata veste] Ut in reis usurpari solebat. Non quia lacerassent canes: forte ipse lacerabat, ut miserationem moveret.

Veste] Quam scilicet laniaverat ipse tribunus, aut milites qui stipabant tribunum; vel in contumeliam; vel quia mos iste usurpatus in reos fuit.

[a] *Multis*] Multi probris et conviciis incessebant, ut sordidum vulgus solet, quem paulo ante adulabantur. Infra: 'Vulgus, eadem pravitate, insectabatur interfectum, qua foverat viventem.'

[a] *Deformitas*] Talis exitus, ut in principe, non modo deformis ob squalorem fuit, seu ob tristem habitum speciemque, sed etiam fœdus ac pudendus ex ipso ignaviæ probro; et illa mors, non modo flagitii speciem habuit, sed et probrum ipsa flagitiumque fuit, ut in dominante sic perire. Flagitium et deformitas illa omnem misericordiam exemerant.

Sic ignominiosus ac scelerosus perire juste tali exitio videbatur. Tac. de Messallina XIV. 32. 'Tribus omnino comitantibus (id repente solitudinis erat) spatium urbis pedibus emensa vehiculo, quo purgamenta hortorum eripiuntur, Ostiensem viam intrat: nulla cujusquam misericordia; quia flagitiorum deformitas prævalebat.'

Ut claritudo in vita imperitantium, ita et decus in morte et gloria exigitur; et tum flagitia vitæ, si qua fuerint, cum gloria tamen sepeliri decet. Nero ipse, sceleribus coopertus, et multis parricidiis profanus et infamis; attamen in fine gloriam strenuæ mortis sibi vindicat.

Apud Suetou. 49. 'Segnitiem suam his verbis increpabat: Vivo, deformiter ac turpiter, non decorum hoc Neroni, non decorum. Sapere decet in tali casu, age ergo, excita te ipsum.'

Deformitas mortis] Mortis id genus indignum Cæsare, indignum principe, vel et consulari aut militari viro, vel et nomini Romano fœdum, deforme, ac pudendum.

[b] *Obvius*] Sic capio: Obvius e Germanicis militibus, an Vitellium, infesto ictu, et per iram, aut quo maturius ludibriis eximeret, an ipsum tribunum appetierit, in incerto fuit: sed quod certum est, aurem tribuni amputavit, &c.

Itaque incertum, an ille miles appetierit Vitellium, an tribunum: sed certe Vitellium, non attigit aut feriit, sed tribunum tantum, cujus aurem amputavit. Quid autem vellet miles ille, in incerto fuit, an eripere ludibrio, an occidere Vitellium cupierit, an ipsum tribunum, non *compertum*, quia statim confossus est.

[c] *Obvius e Germanicis*] Aliter Dio lib. 65. 'Quod ubi quidam Germa-

Digitized by Google

iram, vel quo maturius ludibriis[4] eximeret, an Tribunum appetierit, in incerto[5] fuit: aurem Tribuni amputavit ac statim confossus est. Vitellium, infestis mucronibus coactum, modo erigere os[e] et offerre contumeliis,[f] nunc cadentes statuas[g] suas, plerumque Rostra,[h] aut[6] Galbæ

Vitellium infesta plaga, et per iracundiam, vel quo citius eum *contumeliis eriperet, an tribunum oppugnaverit: aurem* tamen *tribuni abscidit, ac statim obtruncatus est. Protraxere Vitellium, infensis gladiis adactum, modo attollere vultum et objicere ludibriis, modo collabentes ac dejectas imagines suas spectare, interdum rostra, et*

4 Brotierus habet *ludibrio*. Ita Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Corb. Guelf. et veteres editiones. Rhenanus e corrupta scriptura Ms. Bud. *ludibus*, emendaverat, *ludibriis;* et sic edidere Gronovius et Ryckius.—5 Male Ms. Reg. *in incerta*. Ms. Guelf. *incerto;* unde altera manu emendatum, *incertum*. Brotier.—6 Ita Mss. editiones veteres et recentiores. Frustra Rhenanus

NOTÆ

nus animadvertit, non pertulit diutius, sed misericordia permotus.' Sic diserte affirmat Dio, quod in fama et historia dubium et incertum fuit: quod et facit sæpe Suetonius.

E Germanicis] Qui legionarius et Rom. miles, et legionum scil. quæ ex Germania cum Vitellio in urbem advectæ, et quæ ipsum ad principatum evexerant: et ita *periculum ex misericordia*.

[d] *Infesto ictu*] Sic autem refert Dio: 'Quod ubi animadvertit quidam e Germanicis, non pertulit diutius, sed misericordia motus, Ego tibi, inquit, qua in re potero, opem feram: itaque illum percussit, dein sibi manus attulit. Neque tamen Vitellius moritur ex eo vulnere, sed trahitur in carcerem una cum suis statuis,' &c. Quam diversus ille a Tacito!

[e] *Modo erigere os*] Illustratur hic locus a Suetonio in Vit. 17. 'Per totum viæ sacræ spatium, reducto coma capite, ceu noxii solent, atque etiam mento mucrone gladii subjecto, ut visendam præberet faciem, neve submitteret.'

Plinius paneg. 'Nihil sæculo dignius, quam quod contigit, desuper intueri delatorum supina ora, retortasque cervices.' *Pichena*.

[f] *Contumeliis*] Sic apud Curtium, libro VI. 'Tunc Cœnus, quanquam Philotæ sororem matrimonio secum conjunxerat, tamen acrius quam quisquam in Philotam invectus est; parricidam esse regis, patriæ, exercitus, clamitans; saxumque, quod forte ante pedes jacebat, arripuit, emissurus in eum, ut plerique credidere, tormentis subtrahere cupiens; sed rex manum ejus inhibuit.'

[g] *Cadentes statuas*] Sic mos obtinuit, ut cum aliquis damnaretur, simul ejus statuæ dejicerentur: sic Silio damnato sub Tiberio, mox crimini tribuitur filio ipsius, quod effigiem patris domi in atrio coluisset. Sic et cum Sejanus in carcerem traheretur, vidit etiam *cadentes statuas*, conflatumque ingens et 'adoratum populo caput.'

Sic et contra, restituto decore, reponebantur simul et statuæ. Sic dejectæ statuæ Neronis, dein Galbæ, vicissim et repositæ, prout vincebant partes aut vincebantur. Idque etiam de fœminis obtinuerat, ut de Messal-

Digitized by Google

occisi[i] locum contueri; postremo ad Gemonias,[j] ubi corpus Flavii Sabini jacuerat, propulere. Vox una[7] non dege-

Galbæ interfecti locum aspicere: demum ad scalas *Gemonias, quo Flavii Sabini corpus projectum fuerat,* eum impulere. *Verbum unum non* prorsus *ignobilis in-*

emendaverat, *et Galbæ.* Brotier.—7 Brotierus edidit *una vox*, et sic Mss. et editiones veteres. Rhenanus, inverso ordine, *vox una;* et ita Gronov. et Ryckius.

NOTÆ

lina, Poppæa, &c. Nec solum id in urbe invaluit, sed etiam in aliis Italiæ oppidis et municipiis. Tac. Hist. III. 7. 'Galbæ imagines, discordia temporum subversas, in omnibus municipiis recoli jussit Antonius:' quod haud dubie æmulabantur et provinciæ.

Cadentes statuas] Dio lib. LXV. 'Neque tamen Vitellius moritur ex eo vulnere,' scil. Germaniciani militis, 'sed trahitur in carcerem, ut et ejus statuæ, quibus ridicula multa atque turpia exprobrantur:' scil. trahitur ipse in carcerem, sed statuæ ejusdem tantum subvertuntur, trahuntur, ac discerpuntur; non autem trahuntur in carcerem, in mente auctoris.

[h] *Plerumque rostra*] Ammianus dicit, *imitamenta priorum principum portasse* rostra, id est, vultus et statuas eorum; quas in gradibus dispositas ordine fuisse putat Lipsius; in quibus forte et ipsa statua Galbæ hic occisi, ad quam respicere cogebant rebellem Vitellium.

Olim novi magistratus eo conscendere solebant, et populum salutare, et rursus cum deponerent magistratum, ibi gratias agebant populo Romano.

At ævo principum nihil factum, nisi ut conscenderent, ac salutarent populum; itemque jurarent, aut ejurarent, vel utrumque simul: tum jurabant illi, se in magistratu nihil fecisse adversus Rempub. Plin. paneg. de Trajano: 'Jam toties procedere in rostra, hic suscipere, hic ponere magistratus, quam dignum te fuit!'

Pro rostris sedebant in curuli, et exinde orationem pro concione habebant. Claudian. 'Circumfusa tuæ conscendent rostra curules.'

Plerumque rostra] Puto, ludibrio et ostentui, ut est procaci ingenio miles; quia locus ille, scil. totius urbis celeberrimus ac frequentissimus fuit; et quo immensa multitudo, velut ad ingens spectaculum haud dubie confluxerat.

Plerumque rostra] Quare *rostra?* Forte, quia locus hic celeberrimus, et plebe frequens: an, quia Vitellius ibi conciones habuisset adversus Vespasianum? an, quia ibi ejurasset imperium, ac dignitatem potestatemque omnem deposuisset, quasi in se jure necis concesso? Forte, quia ibi statuæ ipsius, quæ dejiciebantur, aut statuæ Galbæ, quibus moriendo quasi satisfaceret. Forte potius quia *rostra* in foro, et in foro occisus erat Galba, contra quem rebellarat Vitellius. Ita ut ibi *rostra* et *Galbæ occisi locus* unum et idem sint.

[i] *Galbæ occisi*] Adversus quem ingratus rebellaverat Vitellius: et Galbæ imagines ac decus jam reposuerant Flaviani, non certe amore Galbæ, sed ostentatione, et interpretatione gloriæ in majus. Sic sibi Galbianarum partium specimen prætendebant, non sine favore vulgi; qui post expertos Othonem et Vitellium jam

Digitized by Google

neris animi excepta, cum Tribuno insultanti,[k] 'se tamen Imperatorem[l] ejus fuisse,' respondit. Ac deinde ingestis[m]

dolis auditum, cum tribuno illudenti insectantique respondit, se tamen principem

NOTÆ

Galbam desiderabat, aut partes easdem, similemque principatum.

[j] *Ad Gemonias*] Suet. Vit. 17. 'Donec religatis post terga manibus, injecto cervicibus laqueo, veste discissa, seminudus in forum tractus est, inter magna rerum verborumque ludibria, per totum viæ sacræ spatium, reducta coma a capite, ceu noxii solent, atque etiam mento mucrone gladii subjecto, ut visendam præberet faciem, neve submitteret; quibusdam cœno et stercore incessentibus, aliis incendiarium et patinarium vociferantibus; parte vulgi etiam corporis vitia exprobrante; erat enim in eo enormis proceritas, facies rubida, plerumque ex violentia, venter obesus, alterum femur subdebile, impulsu olim quadrigæ, cum auriganti Caio ministratorem exhiberet.'

[k] *Tribuno insultanti*] Qui tribunus, ut puto, immissus fuerat a ducibus Flavianis, ut perscrutaretur Vitellium, illumque occideret. Nam tales cædes tribunis imperabantur, ut patet de Agrippa Postumo, de Messallina. Et etiam de Britannico, cui venenum paratum a Locusta, sed jubente et exigente tribuno prætoriæ cohortis. Item de Plautiano apud Herodianum, sub Severo principe.

Tribuno insultanti] Huic tribuno, se tamen imperatorem ejus fuisse, respondit. Idem ille haud dubie tribunus est, Julius scil. Placidus, qui eum e latebra extraxit, et qui nunc ei insultat.

Hoc dico, quia vertunt, tanquam alter tribunus esset ab eo qui eum reperit extraxitque e latebra, seu cubiculo janitoris, quo se abdiderat, culcita foribus opposita.

Tribuno insultanti] Vertit Interpres Gall. quasi alius esset a tribuno Placido, et quasi in Vitellii exercitu meruisset tribunus ille. Forte sic cepit, quia objectat illi Vitellius: 'Se tamen ejus imperatorem fuisse.'

Sed puto, idem tribunus est, a quo *protrahitur* Vitellius: cui tribuno haud dubie imperata erat cædes Vitellii, vel a Muciano, vel ab Antonio, simul et ab aliis ducibus partium.

Nec refert, respondisse Vitellium tribuno, 'se tamen ejus imperatorem fuisse.' Nam hoc verum fuit de omni omnino milite Rom. quorumcumque castrorum, aut partium foret. Nam electus Vitellius ac victor ante Vespasianum: et Vitellii sacramento suas etiam legiones cohortesque adegerat Vespasianus in Oriente.

Certe amputata auris Julio Placido, cum traheret Vitellium; quare forte usque ad scalas Gemonias eum non est prosecutus, sed militibus tradidit.

Attamen forte ideo magis insultavit Vitellio, et *insultanti* hoc respondit Vitellius. Nec cædem ejus imperfectam temere reliquerit tribunus, ut cui imperata esset a dominantibus, aut certe a magistris dominationis; quos offendere exitiabilius foret, quam ipsum imperatorem.

[l] *Se tamen Imperatorem*] Sic responderi solet cum sale et ira, *tamen*. Sic mox Vespasianus, 'Licinium Mucianum notæ impudicitiæ, sed meritorum fiducia minus sui reverentem,' ita retaxabat, ut 'adderet clausulæ: Ego tamen vir sum.'

[m] *Ingestis*] Quintil. Decl. 6. 'Pepercisti mihi, quomodo excogitant

Digitized by Google

vulneribus concidit.[n] Et vulgus[o] eadem pravitate insectabatur interfectum,[p] qua foverat viventem.

86. Patria illi Luceria:[1] septimum[2] et quinquagesimum[p] ætatis annum explebat. Consulatum, Sacerdotia, nomen

ejus extitisse. *Ac deinde crebris minutissimisque ictibus confectus est. Et plebs eadem malignitate insultabat occiso, qua viventi abblandiebatur.*

Parens illi L. Vitellius: septem et quinquaginta annorum ætatem attigerat. Ob-

1 *Pater illi L. Vitellius.* Bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Mss. Flor. et Bud. *patrem illi Lucerium.* Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *patrem illi Lucerium.* Inde conjiciebat Rhenanus, *pater illi Nucerinus*, vel *Nuceria:* Gruterus, *patria illi Nuceria.* Quod Publius Vitellius, avus Vitellii Imperatoris, erat *domo Nuceria*, teste Suetonio in Vitell. 11. *Brotier.* Bipont. ingeniose magis quam vere: *peracta ille luce jam septimum.* Propius vero Gruterus, cui applaudit Lallem. Codices laudati levi emendatione sinceram lectionem exhibent: *Patria illi Luceria.* Oberl. —2 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *nam septimum.* Quod forte natum ex vitiosa scriptura codicum, qui habebant *Luceriam;* vel forte legendum, *jam septimum*, uti suspicabatur Pichena. *Brotier.*

NOTÆ

artes detinere supplicia, et de pereuntibus magis sævitia eruitur, dolore suspenso.'

Ingestis vulneribus] Sueton. Vit. 17. 'Tandem apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est; et inde unco tractus in Tiberim.'

[n] *Concidit*] Dio: 'Infesti milites eum ad scalas perductum obtruncant, abscissumque caput ejus per totam urbem gestant: Vitellius mox ab uxore sepelitur.'

Concidit] Exitium ei prædictum jam ante. Sueton. 3. 'Genituram ejus prædictam a Mathematicis ita parentes exhorruerunt, ut pater magnopere semper contenderit, ne qua ei provincia vivo se committeretur; mater missum ad legiones, et appellatum imperatorem, pro afflicto statim lamentata sit.'

[o] *Et vulgus*] Quintil. Decl. 11. 'Nihil est crudelius morte hominum, quos populus occidit; et solus hic exitus est, a quo non est nec cadaveribus salva reverentia.'

Idem Decl. 11. 'Quod miseris ultimum est, miserationem quoque perdidimus.'

[p] *Interfectum*] Vitellius occisus anno Romæ conditæ 822. Christi 69. Imperavit mensibus octo, diebus novem. Successor fuit Vespasianus. Vide notas, l. 11. 49. *Tillemon.*

[p] *Septimum et quinquagesimum*] Vitellius, ait Sueton. capite 3. natus est 'Druso Cæsare et Norbano Flacco consulibus,' anno urbis conditæ 768. vigesimo quarto Septembris, aut, ut volunt alii, septimo ejusdem mensis.

Dies quo egressus est palatio, abdicaturus se imperio, erat, ex Tacitl sententia, decimus octavus Decembris anno 822.

Proximo die, decimo nono scilicet Decembris, conflagravit Capitolium; vigesimo Antonius urbem intravit; moxque secuta est Vitellii mors; quæ omnia, ex Taciti narratione, dilucescunt.

Adeo ut ab ejus natali in mortem, subducto rite calculo, tantum colligantur anni quatuor et quinquaginta,

Digitized by Google

locumque inter primores,[q] nulla sua industria, sed cuncta patris claritudine adeptus. Principatum ei[1] detulere, qui ipsum non noverant.[r] Studia exercitus, raro cuiquam, bonis artibus quæsita, perinde affuere, quam huic per ignaviam. Inerat tamen simplicitas ac liberalitas:[s] quæ, ni adsit modus, in exitium vertuntur. Amicitias,[t] dum magnitudine munerum, non constantia[u] morum, contineri[4] putat, meruit

tinuerat consulatum, sacerdotia, famam locumque inter proceres, nulla sua egregia arte, sed omnia parentis dignatione. Ad imperium eum evexere, qui ipsum non noscebant. Favor militum, per virtutes comparatus, raro cuiquam perinde affuit, ac isti per inertiam. Erat tamen ei *facilitas et munificentia: quæ in perniciem cedunt, nisi modus adhibeatur. Dum amicitias amplitudine donorum* se *retinere* posse *credit, non firmitudine animi,* illas *meruit magis, quam obtinuit. Procul-*

---

8 Ms. Budens. *eidem.* Sic Puteol. et Alciat.—4 Broticrus cum Ryckio et Gronov. edidit *continere.* Acidalius corrigit *contineri.*

NOTÆ

et quantum a septimo aut vigesimo quarto Septembris in Decembris vigesimum fluxit intermedii temporis. *Savilius.*

Pater illi] Puto, ibi memorat patrem, præcipue quia omnis claritudo Vitellii principis ex patre L. Vitellio, ter consule, collega Claudii principis, et censore: quo decore nihil majus, nihil excellentius vidit Respub. Romana.

Pater] Quia in Ms. Bud. *Patrem illi Luceriam,* legunt alii, *patrem illi Luceria;* alii, *patria illi Nuceria.*

Septimum et quinquagesimum] Dio l. LXV. 'Vixit annos 54. Regnavit annum unum, decem diebus exceptis.' Electus fuerat secunda die Januarii; ergo periit sequenti mense Decembri die 20.

[q] *Locumque inter primores*] Sueton. Vit. 4. 'Omnibus probris contaminatus, præcipuum in aula locum tenuit, Caio pe. aurigandi, Claudio per aleæ studium familiaris. Sed aliquanto Neroni acceptior. . . . Trium itaque principum indulgentia, non solum honoribus, verum et sacerdotiis amplissimis auctus, proconsulatum Africæ, post hæc curam quoque operum publicorum administravit.'

[r] *Non noverunt*] Plerique ducum ac legatorum, etiam si *intus et in cute norissent* Vitellium, eum tamen eligerent. Volebant prætextum tantum et δορυφόρημα. Volebant principem qui regnaretur, et suô quo licerent omnia.

[s] *Simplicitas ac liberalitas*] Apud Sueton. Vit. 7. dicitur, 'facili ac prodigo animo.'

[t] *Amicitias*] Apud Plut. Menander miratur hominem, 'cui amici vel umbra obtigerit.' Pauci amici celebres in tota historia veterum.

[u] *Constantia*] Probitas morum et fidei animique firmitudo, quæ sola amicitiam parit, firmat, ac retinet.

Non constantia] Non virtute et bonis artibus. *Constantium* etiam forte hic opponit simplicitati, facilitati, ac mobilitati ingenii, quæ certe exitiabilia dominanti.

Non constantia morum] Plut. lib. de Multitudine amicorum: 'Quod autem est nomisma quo amici compa-

Digitized by Google

magis, quam habuit.[v] Reipublicæ[5] haud dubie intererat, Vitellium vinci:[w] sed imputare perfidiam[x] non possunt, qui

dubio referebat Reipub. superari Vitellium: sed ascribere Vespasiano proditionem

5 Male Rhenanus omisit, *reipublicæ*. Brotier.

NOTÆ

rantur? Benevolentia et gratia cum virtute conjuncta; quibus rebus nihil rarius fert natura. Itaque valde amare, et amari, inter multos locum non habet.'

Et infra: 'Ceterum amicitia stabile requirit quidpiam et immutabile ingenium, quod eandem retineat consuetudinem. Ideo rarus est atque inventu difficilis constans amicus.'

[v] *Meruit magis, quam habuit*] Apud Val. I. VII. Alexandrum sic increpat Philippus: 'Quæ te, fili, ratio in hanc tam vanam spem induxit, ut eos tibi fideles futuros existimares, quos pecunia ad amorem tui compulisses? a caritate istud præstatur.'

Meruit] *Meruit* certe amicitias, quia liberalitatem exercuit. Idque habuit principis. Sed non par liberalitati constantia, qua firmaret amicitias, et retineret. Ex gratia, ex largitione, ex beneficiis relinqui in animis per virtutem debuit stimulus quidam amoris et honoris. Hoc facit Genius, qui non arte, non doctrina paratur, qui cœleste munus est. Et modus largiendi sæpe validior in animis cum ingenio, quam donum ipsum cum pretio. Pretium est in dante, non in re data.

[w] *Reipub. haud dubie intererat Vitellium vinci*] Virg. III. Georg. ubi de Apibus: 'Verum ubi ductores acie revocaveris ambos, Deterior qui visus, eum, ne prodigus obsit, Dede neci: mellor vacua, sine, regnet in aula. Alter erit maculis auro squalentibus ardens; Nam duo sunt genera, hic melior, insignis et ore, Et rutilis clarus squamis; ille horridus alter Desidia, latamque trahens inglorius alvum.'

Quibus notis, (nempe *maculis auro squalentibus ardens*,) describi videatur Vespasianus, qui triumphalis, qui *melior, insignis et ore*.

Ut et his notis quasi describitur Vitellius, *ille horridus alter desidia, &c.* Ac prodigentia ejus et gula, sequentibus quasi arguuntur, *latamque trahens inglorius alvum*. Quare ut *deterior* et *prodigus*, *aula* pelli, vinci, et *dedi neci* meruit ductor iners.

Reipub. . . . intererat Vitellium vinci] Meliores imperare debent. Apud Thucyd. Meliis respondet legatus Atheniensis: Quandoquidem justa sunt, quæ juxta rationem æquali utrimque necessitate statuuntur, possibilia vero superiores seu meliores vi exigunt, et *invalidi* seu inferiores ea concedunt, &c. Id est, *justa* sunt ea, quæ sunt æqualium inter se; quæ vero per vim fiant, ea potentioribus adversus imbelles sunt *licita*. Quibus quidem verbis cum Melii paucis subjecissent, recte Athenienses facere, qui eorum, quæ justa essent, curam haberent; ne si quando illi quoque lapsi in aliorum potestatem venirent, et eadem, quæ nunc ipsi ferrent, a potentioribus pati cogerentur: quibus Atheniensis. . . . . 'Nos vero imperii nostri, etsi desierit, finem non metuimus.'

Intererat. . . . Vitellium vinci] Cic. pro Sextio: 'Si qui voluptatibus ducuntur, et se vitiorum illecebris et cupiditatum lenociniis dediderunt, missos faciant honores, nec attingant Rempub. patiantur viros fortes la-

Digitized by Google

Vitellium Vespasiano prodidere, cum a Galba descivissent. Præcipiti[6] in occasum die, ob pavorem Magistratuum[7] Senatorumque, qui dilapsi ex urbe, aut per domos clientium semet occultabant, vocari Senatus non potuit. Domitianum,

nequeunt, qui Vitellium deseruere, cum ante *a Galba defecissent. Declinante* in *vesperam die, ob formidinem magistratuum patrumque, qui digressi e civitate* erant, *aut per ædes clientium seipsos abscondebant, haberi senatus non potuit. Postquam nihil ab hostibus formidabatur, Domitianum, cum ad duces partium venisset, et Ca-*

6 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Agr. Guelf. In Ms. Corb. et editione principe, *præcipite*. Frustra Rhenanus emendavit, *præcipitanti*. Brotier.

NOTÆ

bore, se otio suo perfrui. Qui autem bonam famam bonorum, quæ sola vere gloria nominari potest, expetunt, aliis otium quærere debent et voluptates, non sibi. Sudandum est his pro communibus commodis, adeundæ inimicitiæ, subeundæ sæpe pro Repub. tempestates, cum multis audacibus improbis, nonnunquam etiam potentibus dimicandum.'

[x] *Imputare perfidiam*] Quasi Vespasiani causa fidem Vitellio fregissent. Non, inquam, possunt ascribere hoc Vespasiano: et proprio verbo, *imputare*. Neque aliud ea vi reperies. *Lipsius.*

Imputare perfidiam non possunt] Id est, Prætendere non possunt, quod perfide egerunt, se communis commodi cogitatione perfecisse. *Ferrettus.*

Illi præsertim, qui postea in Vespasianum ut proditores se gesserunt, et inprimis Cæcina. Suet. Tit. 6. et Xiphilinus. *Sevilius.*

Prætendere non possunt se Reipublicæ causa Vitellium prodidisse: nam iidem a Galba prius desciverant.

Signat præcipue Cæcinam, ac Bassum. *Pichena.*

Imputare perfidiam] Interpres Hisp. vertit: in Vespasianum rejicere seu refundere perfidiam suam non possunt.

Potius, non possunt perfidiam suam in Vitellium Vespasiano aut Reipub. ut meritum ascribere. Ut qui malitiam ac pravitatem suam potius sequerentur, quam virtutem Vespasiani. Parati et ipsum prodere, si majus præmium ipsis offerretur ex diverso. Parati adhuc et bella bellis serere, malis publicis nunquam satiati.

Imputare perfidiam] Imputare proditionem non possunt principi aut Reipub. qui jam alios, Neronem, Verginium occulte, et Galbam aperte prodidissent, qui et Fonteium pari causa et perfidia occidissent.

Imputare perfidiam] Curt. VI. de Besso: 'Hunc vos regnare patiemini, quem equidem crucifixum videre festino, omnibus regibus gentibusque, fidei, quam violavit, meritas pœnas solventem?'

[7] *Magistratuum*] Præcipue prætores quæsiti tum, ac necessarii. Prætoris quippe fuit, vocare senatum, si consul abesset; et de facto postea vocavit prætor, absentibus consulibus Vespasiano ac Tito. Sed primo die senatus vocatur a consulibus: tum scilicet Cæcilius Simplex et Quintius Atticus a Kalend. Novemb. ad Kal. Jan. consulatum obtinebant. Et vigesima prima die Decembris, quæ dies victoriam secuta est, vocatur senatus.

Digitized by Google

postquam nihil hostile metuebatur, ad Duces partium progressum et *Cæsarem* consalutatum, miles frequens, utque erat in armis, in paternos Penates[2] deduxit.

ser appellatus esset, confertus multusque miles, et ut erat in armis, in paternas ædes processitus est.

NOTÆ

[2] *In paternos Penates*] Quo loco mox struxit Domitianus *templum Flaviæ gentis;* quo et reliquiæ ejus illatæ, immixtæque cineribus *Juliæ, Titi filiæ*, teste Sueton.

Digitized by Google

C. CORNELII TACITI

HISTORIARUM

LIBER QUARTUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. 1. Interfecto Vitellio, milites Flaviani in urbe sæviunt. 2. Domitianus, nomen sedemque Cæsaris nactus, adulteriis filium Principis agit. L. Vitellius interficitur. 3. Campania composita, Vespasiano Senatus Consulatum cum Tito filio, Præturam Domitiano et Consulare imperium, decernit. 4. Muciani, Antonii, ceterorum honores. Restituendi capitolii consilium. Libertati consulit Helvidius Priscus, cujus 5. vita et mores, 6—8. et cum Eprio Marcello acre jurgium de legatis ad Principem mittendis. 9. De impensis publicis dissensio. 10. Musonius Rufus in P. Celerem invehitur. 11. Mucianus, urbem ingressus, cuncta in se trahit, Calp. Galerianum cædi curat, Asiaticum libertum servili supplicio tollit.

12. Germanicæ cladis fama. Ejus belli causa in Batavis, 13. Duce Claudio Civile. 14—16. Is Batavos, Canninefates, Frisios, excitat, statim dolo, mox aperta vi, Romanos superat. 17. Victoriæ hujus fama motæ Germaniæ auxilia offerunt Civili, qui et Galliarum societatem affectat. 18. Hordeonii Flacci segnitia. Victi Romani in Vetera castra fugiunt. 19. Batavorum et Canninefatium cohortes, jussu

Digitized by Google

Vitellii in urbem pergentes, corruptæ, Civili junguntur, et 20. Bonnensi prælio Romanorum aciem perfringunt. 21. Civilis, consilii ambiguus, suos in verba Vespasiani adigit, hostilia velans; 22. 23. mox Vetera obsidet, frustra. 24. 25. Hordeonius Flaccus, seditione conflictatus, summam rerum Voculæ permittit. 26. 27. Huic additus Herennius Gallus, re male gesta, verberatur. Nova seditio. 28—30. Civilis, immensis auctibus ab universa Germania elatus, obsidium Veterum urget, Ubios vexat. Varia certamina.

31. Nuntiato Cremonensi prælio, auxilia Gallorum a Vitellio desciscunt. Suos quoque Hordeonius in Vespasiani verba adigit hæsitantes. 32. Ad Civilem missus Montanus, ut a bello absistere jubeat, ab ipso tentatur. 33. 34. Cum Vocula confligit Civilis vario eventu, non sine utriusque Ducis culpa. 35. Vocula male utitur victoria. Vetera obsidione liberat. 36. Civilis Geldubam capit. Romani milites Hordeonium necant. Vocula per tenebras evadit. 37. Mox a Civile superati Voculam denuo sequuntur, quocum obsidione Magontiacum liberant. Treveri, nunc fidi, mox rebelles.

38. Vespasianus cum Tito Consulatum init. Falsi pavores in urbe et a L. Pisone. 39. Domitianus Prætor. Vis penes Mucianum. Is Primi Antonii potentiam infringit. 40. Restituti Galbæ honores. Bareæ Sorani Manibus, P. Celere damnato, satisfactum. 41. Alii quoque delatores castigati. 42. In his Aquilium Regulum, a Messalla fratre defensum, Montanus percellit. 43. 44. Idem in Marcellum tentat Helvidius, intercedente Cæsare, abolendam priorum temporum memoriam, rato. Itaque in paucos modo sævitum. 45. Senenses ob pulsatum Senatorem puniti. Antonius Flamma lege repetundarum damnatus. 46. Militaris seditio a Muciano repressa. 47. Abrogati Consulatus, quos Vitellius dederat. Funus Censorium Flavio Sabino ductum. 48—50. L. Pisonis, Africæ Proconsulis, cædes. Servi ejus egregium mendacium. Œensium Leptitanorumque discordiæ compositæ. Fusi Garamantes. 51. Parthorum auxilia non recipit Vespasianus. 52. Hunc iratum

Digitized by Google

Domitiano Titus mitigat. 53. Cura restituendi capitolii in L. Vestinum collata.

54. Audita mors Vitellii duplicaverat bellum per Gallias Germaniasque. Cum incendio capitolii finis Imperio adesse creditus. 55—58. Interfecto Hordeonio, conspirant cum Civile et Classico Julius Tutor et Julius Sabinus: nutant reliquæ Galliæ. Romanæ quoque legiones tentantur, frustra renitente Vocula, quo 59. 60. cæso, vinctisque Herennio et Numisio Legatis, istas pro Imperio Galliarum sacramento adigit Civilis, Tutor Agrippinenses, Classicus obsessos ad Vetera. 61. Civilis, voti compos, crinem deposuit. Tum et major auctoritas Veledæ. 62. Captarum legionum mœstum silensque agmen. Ala Picentina necem Voculæ vindicat. 63—65. Colonia Agrippinensis, Transrhenanis gentibus invisa, in summum discrimen adducta, cum Civile societatem init, Veledæ Numen donis placat. 66. Civilis Betasios, Tungros, Nervios in fidem accipit. 67. Fusi Lingones a Sequanis; J. Sabinus victus latet. 68. Mucianus cum Domitiano ad bellum accingitur. 69. Remi Gallias in fide Romana conservant, exceptis Treveris atque Lingonibus. 70. Sed nec iis nec reliquis civitatibus, nec ipsis Ducibus, satis consilii ac concordiæ. Tutor ad Bingium victus. 71. Petilius Cerialis Magontiacum venit, spes Romanorum erigit, Valentinum Ducem magna strage affectum capit. 72. Treveros intrat. Militibus, exitium urbis poscentibus, resistit. Victas legiones in castra recipit. 73. 74. Treveros et Lingonas officii admonet. 75. Civilis et Classicus ad Cerialem literas mittunt, ad quas ille nihil. 76. Civilis cunctandum, Tutor et Classicus statim pugnandum, statuunt. 77. 78. Atrox prælium, quo Cerialis, initio victus, mox victor castra hostium exscindit. 79. Agrippinenses a Germanis desciscunt. 80. Mucianus Vitellii filium interficit. Antonius Primus, ad Vespasianum profectus, non pro spe excipitur. 81. Multis miraculis cœlestis in Vespasianum favor ostensus. Ipse oculorum tabe notum, alium manu ægrum, sanitati restituit. 82. Confirmatur omine in templo Serapidis, cujus 83. 84. origo

Digitized by Google

Sinopensis, templum Alexandriæ magnificum, nomen. 85. Valentinus supplicio affectus. 86. Domitianus, frustra tentato Ceriale, an sibi exercitum imperiumque traditurus foret, literarum studium et amorem carminum simulat. Gesta hæc partim eodem anno, partim

IMP. VESPASIANO ITERUM, TITO FIL. COSS.

INTERFECTO Vitellio, bellum magis desierat, quam pax cœperat. Armati per urbem victores implacabili odio victos consectabantur: plenæ cædibus viæ, cruenta fora templaque, passim trucidatis, ut quemque fors[1] obtulerat. Ac mox, augescente licentia, scrutari ac protrahere abditos: si quem procerum habitu et juventa[a] conspexerant,[2] obtruncare, nullo militum aut populi discrimine. Quæ sævitia, recentibus odiis,[b] sanguine explebatur, dein verterat in avaritiam: nihil usquam secretum aut clausum sinebant, 'Vitellianos occultari,' simulantes. Initium id perfringenda-

Interemto Vitellio, magis posita arma, quam pax composita erat. Armati per civitatem victores immani rabie victos persequebantur: referta cædibus itinera, cruore madentia fora ac delubra, passim obtruncatis, ut quisque forte oblatus erat. Ac dein, crescente audacia, investigare et extrahere occultos: si quem statura et juventa præminentem animadverterant, trucidare cœperunt, *nulla differentia militum aut* inermis *plebeculæ. Quæ immanitas, repentibus odiis, cruore explebatur, dein flexerat in cupiditatem; nihil ullibi omittebant arcanum aut occlusum,* quod non scrutarentur, *fingentes* Vitellianos abscondi. *Principium id perrumpenda-*

1 Ita bene Ms. Corb. Beroaldus et recentiores. In Mss. Harl. Bodl. et editionibus veteribus, *sors;* ut jam vidimus supra Annal. XIV. 5. Cf. quoque Bentl. ad Hor. Serm. I. VI. 54. *Brotier.*—2 Sic recte Mss. Flor. Reg. Harl.

NOTÆ

[a] *Procerum habitu et juventa*] Duas notas *Germani* militis habebant, proceritatem corporis, itemque juventam. Nam *Germani* plerumque proceri; et milites a flore et robore ævi colligebantur. *Lipsius.*

[b] *Recentibus odiis*] Dum recens ardebat ira inter Vitellianos et Flavianos, statim sanguine et cæde grassabantur, dein avaritia et rapinis.

Digitized by Google

rum domuum; vel, si resisteretur, causa cædis; nec deerat egentissimus quisque ex[3] plebe: et pessimi servitiorum prodere ultro dites dominos: alii ab amicis monstrabantur. Ubique lamenta, conclamationes, et [forma[4] captæ urbis: adeo ut Othoniani Vitellianique militis invidiosa antea petulantia desideraretur. Duces partium, accendendo civili bello acres, temperandæ victoriæ impares: quippe in turbas et discordias pessimo cuique plurima vis: pax et quies bonis artibus indigent.

2. Nomen sedemque Cæsaris[c] Domitianus acceperat: nondum ad curas intentus, sed stupris et adulteriis[d] filium Principis agebat.[1] [e] Præfectura Prætorii penes Arrium Va-

rum ædium; vel, si repugnaretur, causa occidionis. Et instabat pauperrimus quisque e vulgo: et perditissimi servorum monstrare ultro opulentos heros: et *alii prodebantur ab amicis. Ubique gémitus planctusque ac vociferationes, et conditio expugnatæ per vim civitatis; ita ut* jam *Othoniani Vitellianique exercitus invisa antea licentia exoptaretur. Duces Flaviani incitando civili bello strenui,* jam *moderandæ victoriæ haud sufficiebant: quippe in seditiones dissensionesque perditissimo cuique maxima vis: pax et concordia egregiis artibus obtinentur.*

Vocabulum domumque Cæsaris occuparat Domitianus: nondum curis imperii *deditus, sed* ille *libidine* tantum *ac stupris se filium dominantis ferebat. Præto-*

Bodl. Jes. Guelf. Agr. editio princeps et recentiores. Male Puteolanus et Ryckius *prospexerant.* Idem.—3 Mss. Harl. Jes. Corb. et editio princeps *e plebe.*—4 [Brotierus cum Ryckio et Gronovio legit] *fortuna captæ urbis.* Mallet Vertranius, *et forma captæ urbis.* Et certe, *forma,* quam *fortuna,* huic loco aptior. *Formam* probavit Davanzati, 'e faccia di sforzata citta:' *fortunam,* Cl. Gordon, 'the miserable lot of a city stormed and sacked.' *Brotier.*

1. Cl. Ernestus mallet, *agens.* Vel, *sed nondum ad curas intentus, stupris et*

NOTÆ

[c] *Nomen sedemque Cæsaris*] Forsan tum digressus ille e paternis Penatibus, e quibus milites eum in palatium deduxerant. *Savilius.*

[d] *Sed stupris et adulteriis*] Tacitus in Agric. 'Admodum juvene Domitiano, et ex paterna fortuna tantum licentiam usurpante.' *Savilius.*

Stupris] Quæ flagitia vitarunt principes. Plutarch. Apophth. de Alexandro Magno: 'Puellam autem ad se sub intempestam noctem adductam, ut una cubaret, interrogavit, Cur tam sero? Ac illa, cum respondisset, se tantisper expectasse, dum maritus cubitum iret, graviter servos increpuit, quod fere ipsorum opera adulterium perpetrasset.'

Stupris et adulteriis] Puto omne adulterium stuprum esse, et sic vocari, sed non vice versa: nam ad plura extenditur stuprum, ad puerum, puellam, matronam, sive viduam, sive repudiatam et vacuam, seu conjunctam matrimonio, ad virgines Vestæ, etiam et ad concubinas, ut patet supra ubi de Tigellino.

[e] *Filium principis agebat*] Plutar.

Digitized by Google

rum: summa potentiæ in Primo Antonio: is pecuniam familiamque e Principis domo, quasi Cremonensem prædam, rapere: ceteri modestia vel ignobilitate, ut in bello obscuri, ita præmiorum expertes. Civitas pavida et servitio parata, 'occupari[2] redeuntem Tarracina L. Vitellium cum cohortibus, exstinguique reliqua belli,' postulabat.[3] Præmissi Ariciam[4] [f] equites: agmen legionum intra Bovillas stetit.[6] Nec cunctatus est Vitellius, seque et cohortes arbitrio victoris permittere. Et miles infelicia arma, haud minus ira, quam metu abjecit. Longus deditorum ordo, septus armatis, per urbem incessit. Nemo supplici vultu, sed tristes et truces et adversum plausus ac[5] lasciviam insultantis vulgi

rianis cohortibus *præerat Arrius Varus;* at *summa auctoritas* fuit *penes Antonium Primum: ille opes et servitia e domo Imperatoris auferre, velut* antea *Cremonensem pecuniam* rapuerat: *ceteri* duces, vel *modesti, vel* quia *obscuri, ut in bello ignobiles, ita prædæ et opum haud participes* erant. *Civitas trepida, et servitii patiens ultro, flagitabat,* præveniri remeantem Tarracina L. Vitellium cum cohortibus, et quod belli supererat, prorsus aboleri. *Equitatus Arriciam præire jussus* est; *at legiones circa Bovillas substitere. Nec dubitavit Vitellius seque et militem fidei victoris dedere. Et cohortes infausta arma posuere, non minus per iram, quam per formidinem. Longum deditorum agmen, circumdatum armatis, per civitatem ingrediebatur. Nullus degenere vultu, sed feroces et truculenti, et ad-*

****

adulteriis filium Principis agebat. Brotier.—2 Rhen. (e Bud.) edidit *occupare.* Vetus restituit Lipsius. Sed interpunctio ab Rhenano inducta, recte habet. Superiores valde hic turbant. *Ernest.*—3 Ms. Agr. *postulabant.*—4 Male editio princeps, *Artiani.* Ms. Corb. *Arriani.* Budens. *Arriciani.* in Ms. Jes. *Aritiam.* Brotier.—5 Ms. Corb. et editio princeps, *adversus plausus et lasciviam.*—

NOTÆ

præcept. Reipub. ger. ' Alexander cum esset certior factus, sororem suam cum formoso quodam juvene rem habuisse, non est indignatus; sed dandum hoc sorori esse dixit, ut regni aliquem et ipsa fructum perciperet: non recte ille, neque sibi convenienter talia permittens; neque enim petulantiam, et imperii subversionem, pro fructu ejus duci par est.' Sic et Julia filia Augusti voluptatem ex imperii paterni licentia sibi vindicabat.

[f] *Ariciam*] Aricia, oppidum Latinorum populorum in Latio provincia; hodie *La Riccia,* oppidum Campaniæ Romanæ, versus occidentem, in statu Ecclesiastico. *Tillemon.*

[6] *Intra Bovillas stetit*] Dictæ *Bovillæ,* auctore Nonio, quasi *bovis hillæ,* quod illuc bos advenerit, intestina ex vulnere trahens, quæ veteres, *hillas* vocabant.

Bovillas] Bovillæ oppidum Latinorum populorum ad viam Appiam, in Latio provincia: hodie in ruinis jacet, inter Rumam urbem et oppidum *Albano,* in Campania Romana, provincia status Ecclesiastici. *Tillemon.*

Digitized by Google

immobiles: paucos erumpere ausos, circumjecti pressere:[6] [h] ceteri in custodiam conditi. Nihil quisquam locutus indignum, et, quanquam inter adversa, salva virtutis fama. Dein L. Vitellius interficitur, par vitiis fratris,[7] in Principatu ejus vigilantior; nec perinde prosperis socius, quam adversis[8] abstractus.[i]

3. Iisdem diebus Lucilius Bassus, cum expedito equite, ad componendam Campaniam mittitur: discordibus municipiorum animis, magis inter semet, quam contumacia adversus Principem. Viso milite quies: et minoribus coloniis impunitas. Capuæ[j] legio tertia hyemandi causa locatur, et domus illustres afflictæ;[k] cum contra Tarracinenses nulla ope juvarentur. Tanto proclivius est injuriæ, quam beneficio, vicem exsolvere: quia gratia oneri, ultio in

versus clamores et petulantiam plebeculæ inflexi: nonnullos ulcisci ausos, circumfusi victores *oppressere: ceteri in custodia habiti* sunt. *Nemo indignum quicquam protulit, et licet rebus improsperis, salva* fuit *virtutis gloria. Mox interimitur L. Vitellius, similis flagitiis fratris, sub imperio ejus curis intentior; nec tam secundæ ejus fortunæ socius* fuit, *quam improsperis* in exitium *tractus* est.

Eodem tempore Lucilius Bassus mittitur cum celeri equitum agmine, ad ordinandam Campaniam: dissentientibus coloniarum animis, magis inter se ipsas, quam pervicacia adversus imperitantem. Animadverso milite pax statim *et concordia; et minoribus municipiis* concessa *impunitas.* At *Capuæ legio tertia in hybernis constituitur, et familiæ nobiles vexatæ; cum e contrario Tarracinenses nullo subsidio levarentur. Tanto promtius est injuriam ulcisci, quam meritis vicem præstare: quia,* scil. *beneficium grave et importunum, et vindicta pro lucro æstimatur. Sola-*

6 Brotierus mallet *oppressere.*—7 Idem cum Faërno et Ernest. *fratri.*—8 Frustra locum hunc solicitabat Faërnus, ut emendaret, *nec proinde prosperis socius, quam adversis in Gemonias abstractus.* Jam vidimus supra Annal. IV. 13. 'Claritudine infausti generis, et paternis adversis foret abstractus.' *Brotier.*

NOTÆ

[h] *Circumjecti pressere*] Legunt *oppressere.* Sed nihil necesse est; sic sæpe simplex usurpat Tacitus pro composito. Ita tamen forte repressere, ut occiderent erumpentes, velut hostes iterantes prælium: nam ceteri in custodiam conditi, ita ut alii occisi, alii in vinclis habiti sint.

[i] *Abstractus*] Id est, in exitium tractus ut Ann. l. IV. 'Claritudine infausti generis, et paternis adversis foret abstractus.' *Pich.*

[j] *Capuæ*] Hist. l. II. 'Capua Vitellio fida.' *Savilius.*

[k] *Domus illustres afflictæ*] Afflictio sane hæc brevis admodum fuit. Neque enim nisi a fine Decembris in principium Januarii extenditur.

Nam tum 'tertia legio, *familiaris* Arrio Varo miles, in Syriam remissa.' Tacitus alibi. *Savilius.*

Digitized by Google

quæstu, habetur.[1] Solatio fuit servus Verginii[1] Capitonis, quem proditorem Tarracinensium diximus, patibulo affixus, in iisdem annulis, quos acceptos a[2] Vitellio gestabat. At Romæ Senatus cuncta Principibus solita[m] Vespasiano decernit, lætus et spei certus: quippe sumta per Gallias Hispaniasque[n] civilia arma, motis ad bellum Germanis, mox Illyrico,[3] postquam Ægyptum, Judæam, Syriamque, et omnes provincias exercitusque lustraverant, velut expiato terrarum orbe, cepisse finem videbantur. Addidere alacritatem Vespasiani literæ, tanquam manente bello scriptæ: ea, prima specie,[o] forma:[4] ceterum ut Princeps loquebatur,

men exhibuit famulus Verginii Capitonis, quem prodidisse Tarracinam scripsimus, cruci affixus, cum iisdem annulis aureis, *quibus a Vitellio exornatus erat, et quos* digitis *ostentabat. At in urbe senatus omnia* decora *imperatoribus* decerni *solita Vespasiano cumulat, gaudens et spei firmus: quippe susceptum per Gallias Hispaniasque civile bellum, incitatis ad arma Germanicis* legionibus, *dein Illyricis, postquam* velut *expiaverat Ægyptum, Judæam, Syriamque, et provincias omnes legionesque, quasi lustrato purgatoque* toto *imperii orbe,* jam *invenisse finem existimabatur. Adjecere lætitiam epistolæ Vespasiani, quasi durante bello composita: ea primo aspectu* literarum *species fuit; ceterum scribebat ut Imperator, non per*

1 Rursus hic, ut Hist. III. 77. Ms. Ryckii *Virgilii.* Ms. Flor. *Vergilii.*— 2 Ita libri omnes scripti et editi præter Rhenanum, qui omisit præpositionem, *a.*—3 Sic bene Mss. et veteres ac recentiores editiones. Male Beroaldus, *Illyricos.* Brot.—4 Hæc, *ea, prima specie, forma,* insititia esse putat Cl. Ernestus. Quod minime crederim. In Ms. Agr. *formidata* pro *forma.* Inde

NOTÆ

[1] *Gratia oneri, ultio in quæstu, habetur*] Recte, *habetur,* apud vulgum scilicet. Nam, ut ait Seneca de Ira l. II. 32. 'Non, ut beneficiis, honestum est merita meritis repensare, ita injurias injuriis. Illic vinci turpe est, hic vincere. Inhumanum verbum est, et quidem pro justo receptum, ultio.'

Idem de Benef. I. 1. 'Ita natura comparatum est, ut altius injuriæ quam merita descendant, et illa cito defluant, has tenax memoria custodiat.' *Pichena.*

[m] *Senatus cuncta Principibus solita*] Scil. ex lege quæ appellabatur *regia.* De ea Ulpianus in libro I. Digestorum de Const. Principum; 'Quod principi placuit, legis habet vigorem: utpote cum lege regia, quæ de ejus imperio lata est, populus ei et in eum omne suum imperium et potestatem conferat.'

Et adhuc extat ænea tabula Romæ in Capitolio, partem quandam continens illius S. C. seu legis, quæ de Vespasiani imperio lata fuit. *Pichena.*

[n] *Sumta per Gallias Hispaniasque*] Scil. in bello a Galba et Vindice adversus Neronem gesto. *Savil.*

[o] *Ea, prima specie, forma*] Ita compositæ erant Vespasiani literæ, et ita modeste scriptæ, ut prima specie

Digitized by Google

civilia de se et[s] Reipublicæ egregia: nec Senatus obsequium deerat. Ipsi 'Consulatus cum Tito filio, Prætura Domitiano et Consulare imperium'[p] decernuntur.

4. Miserat et Mucianus epistolas ad Senatum, quæ materiam sermonibus præbuere: 'si privatus esset, cur publice loqueretur?[q] potuisse eadem, paucos post dies, loco senten-

superbiam de se, et de Repub. læta et eximia: nec patrum deerat obsequela. Ipsi SCto, consulatus *una* cum Tito filio, *et* prætoria dignitas Domitiano, *simul* cum imperio consulari, *decernitur.*

Scripserat etiam Mucianus literas ad senatum, quæ occasionem dedere variis *sermonibus:* si privatum ageret, cur publice scripsisset? easdem res proponi potuisse *in senatu* intra paucos dies, loco sententiæ: *ipsa etiam convicia in*

tentabat Ryckius, *et prima specie formidata.* Brotier.—5 *Et,* habent Mss. et veteres editiones. At mox in iis, *rep.* Inde emendabat Muretus, *de republica egregia.* Melius Jac. Gronovius, atque ex usu Taciti, *et reipublicæ egregia.* Brotier.

NOTÆ

modum civilem non egrederentur, et tanquam flagrante adhuc bello scriberet: ceterum *ut princeps* scribebat, sed tamen modeste, et *civilia de se* loquebatur.

[p] *Consulare imperium*] Intelligit *potestatem consularem,* ut Suetonius loquitur, Domitian. 1. 'Cæsar consalutatus, honorem præturæ urbanæ cum potestate consulari suscepit.' *Lipsius.*

Consulare imperium] Dio lib. LIV. duo ejus capita exprimit: 'Quod duodecim ipsis fasces semper et quovis loco præferrentur, et in medio lictorum, seu fascium, illi, qui consulatu fungebantur, sella curuli sederent.' *Savil.*

[q] *Miserat et Mucianus epistolas ad senatum, &c. cur publice loqueretur*] Mirari subit, cur nemo præter principem audeat ad senatum scribere, præsertim cum Mucianus rector Syriæ esset, quæ provincia triumphalis, et cum etiam ipse digna laureatis literis fecisset profligando Dacos, seu Sarmatas.

At aliter se res habuit, stante vetere Repub.

Sic enim invehitur Cicero in L. Pisonem: 'Quis unquam provinciam cum exercitu obtinuit, qui nullas ad senatum literas miserit? tantam vero provinciam cum tanto exercitu? Macedoniam præsertim, quæ tantis barbarorum gentibus attingitur.'

Forte scripserat Mucianus senatui tantum de bello civili; quod nemo attentare nisi princeps debuit. Nam si privatus loquitur, quid ei cum Repub. cum bello, quid cum senatu rei fuit? Potuit Mucianus scribere ducibus Flavianis, forte et consuli seu consulibus, de rebus urgentibus et ad Rempub. spectantibus, et nomine imperitantium tamen, qui sic certiores facti admonerent patres, cives, populumque Rom.

At non debuit privatus scribere senatui universo. Et id solum sibi arrogare debuit aut potuit princeps: literæque ejus lectæ in senatu per quæstorem principis, vel per ipsos consules.

Publice loqueretur] Id est, publicas ad senatum literas mitteret, quod principis fuit. *Lupanus.*

Digitized by Google

tiæ dici:' ipsa quoque insectatio in Vitellium[1] sera et sine libertate.[r] Id vero erga Rempublicam superbum, erga Principem contumeliosum, quod, 'in manu sua fuisse Imperium donatumque Vespasiano,' jactabat. Ceterum invidia in occulto; adulatio in aperto erant: multo cum honore verborum 'Muciano triumphalia' de bello civili[2] data: sed 'in Sarmatas expeditio' fingebatur.[s] Adduntur 'Primo

Vitellium jacta, *intempestiva* erant, *nullamque libertatem præferebant. Illud vero adversus Rempub. fastuosum, et* ipsi *principi indecorum, quod* in potestate sua fuisse principatum, concessumque Vespasiano *gloriabatur. Sed odium in secreto; assentatio in publico erant:* igitur *amplissimis verbis decernuntur* Muciano insignia triumphalia *de bello civili: sed prætexebatur expeditio adversus Sarmatas. Adjiciuntur* ornamenta consularia Antonio Primo, *et* insignia præto-

1 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *in Vitellianos.*—2 In Mss. Flor. Reg. et editione principe, *de bello civilium.* Inde tentabat Jac. Gronovius, *de bello civium data,*

NOTÆ

[r] *Sera et sine libertate*] *Sera,* quia jam hostes afflicti, aut nulli erant; non *libera,* quia sine periculo, mortuis vel invalidis insultabatur. *Lipsius.*

Sera et sine libertate] *Sera,* quia post victoriam: *sine libertate,* nam libere quis loquitur, quando citra odium et amorem, quicquid sentit, expromit, eo præsertim tempore, quo aliquod periculum impendet ex libertate sermonis. At cum Mucianus malediceret victo Vitellio, et a quo nihil jam timere poterat, recte, *sine libertate* eum insectari, dicebatur. *Pichena.*

[s] *In Sarmatas expeditio fingebatur*] *Triumphi* loco suffecta *triumphalia ornamenta;* et hæc decerni iis solebant, quorum insignia erant in Rempublicam merita, et post partas ex hostibus externis victorias illustriores.

Saltem nemo in Romano imperio triumphos de civibus victis affectavit. Valerius l. III. 'L. Sylla, qui plurima bella civilia confecit, cum consummata ac constructa potentia sua triumphum duceret, ut Græciæ, et Asiæ multas urbes, ita civium Romanorum nullum oppidum vexit.'

Cæsar confecto bello civili, quanquam in speciem abstineret triumpho de civibus victis, prætenderetque nomen Jubæ titulis Africani triumphi, potius quam Scipionis, Catonis aut Afranii, qui duces adversus eum militaverant; ulterius tamen quam Sylla processit, et circumductis in triumpho imaginibus eorum, excitavit in populi Romani animis mœrorem.

Augustus, post superatum Actiaca pugna Antonium et Cleopatram, maluit fœmina quam viro insigniri triumphum, εὐφημίας ἕνεκα.

Res certa est, quoties ab externo hoste victo leves suppeterent causæ, nec quæ ducendo sufficerent triumpho, neque verecundia cives nominari pateretur, quæsitos fuisse, ut hic, colores. *Savilius.*

Quid si respectum sit ad repulsionem Dacorum libro Hist. III. 'Mota et Dacorum gens, nunquam fida, tunc

Digitized by Google

Antonio Consularia, Cornelio Fusco, et Arrio Varo, Prætoria insignia.' Mox Deos respexere:[3] 'restitui' placuit 'capitolium.' Eaque omnia Valerius Asiaticus, Consul designatus, censuit: ceteri vultu manuque:[t] pauci, quibus conspicua dignitas, aut ingenium adulatione exercitum, compositis orationibus assentiebantur. Ubi ad Helvidium Priscum, Prætorem designatum, ventum, promsit sententiam,[u] ut[4] honorificam in bonum Principem,[v] ita[5] falsa abe-

ria Cornelio Fusco, atque Arrio Varo. *Dein ad Deos advertere: placuit* instaurari Capitolium. *Illaque omnia proponebat Valerius Asiaticus, consul destinatus. Alii nutu et manu; nonnulli, quibus eximia dignitas, aut animus assentationibus factus assuetusque, exquisitis sententiis eadem censebant. Ubi facta est dicendi potestas Helvidio Prisco prætori designato, protulit* ille *sententiam, decoram ut bono imperatori: falsitas et assentatio aberant; et favore Patrum celebrabatur. Et*

ant, *de bello civili non data.* At potior est vulgata scriptura. *Brot.*—3 Sic Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. Puteolanus et recentiores. Mss. Reg. Corb. Agr. editio princeps, et Beroaldus, *mox Deos respicere, restituique placuit, &c.*—4 Ms. Reg. *et honorificam.* Ms. Vatic. 1864. *ut honorificum.*—5 Sic bene Ms. Agr. Ryckius et recentiores. *Ita,* abest ab aliis Mss. et veteribus editionibus. Illud sensus omnino postulat. *Brot.* Gronovius omisit

NOTÆ

sine metu, abducto e Mœsia exercitu,' &c.

'Jamque castra legionum exscindere parabant, ni Mucianus sextam legionem opposuisset,' &c.

At Daci alii a Sarmatis. Non inficior, verum Cistoboci Ptolemæo sunt inter Dacos, quos Capitolinus et Marcellinus Sarmatis ascribunt. *Salinerius.*

Illud quidem nemini mirum videri debet, Dacos, Getas, Sarmatas eodem nomine aliquando appellari; hinc certe honorum istorum origo Muciano. *Colerus.*

[t] *Ceteri vultu manuque*] Ratio assentiendi in senatu, voce, aut signo. Signo dupliciter, pedibus, aut manu. Pedum in discessione usus, manus etiam in sessione, aut statione, cum ea exporrecta significarent talem sententiam se approbare.

Vopiscus in Aureliano: 'Deinde aliis manus porrigentibus, aliis, pedibus in sententiam euntibus, plerisque verbo consentientibus, conditum est senatusconsultum.'

Seneca epistola 8. 'Non videor tibi plus prodesse, quam si in senatu, candidato vocem et manum commodarem?'

Isidorus hanc notam ad exercitum quoque transfert, libro I. 'Mos est militaris, ut quoties consentiat exercitus, quia voce non potest, manu promittat.' *Lipsius.*

[u] *Promsit sententiam*] Scripserit Tacitus, *ut honorificam in bonum principem, ita adulationis expertem.* Rodolphus legit: *Ut honorif. in bonum principem, ita falsa uberant.* Sed sic sententiam sequentem debilitat et enervat. *Lipsius.*

[v] *Ut honorificam in bonum principem*]

Digitized by Google

rant, et studiis Senatus attollebatur.[6] Isque præcipuus[7] illi dies, magnæ offensæ[w] initium et magnæ gloriæ fuit.

5. Res poscere videtur, quia iterum[1] in mentionem[x] incidimus viri, sæpius memorandi, ut vitam studiaque ejus, et quali fortuna sit usus, paucis repetam. Helvidius Priscus,[2] Tarracinæ municipio,[y] Cluvio[3] patre, qui ordinem pri-

ille dies præcipue ipsi magnæ offensionis, simul *et magnæ famæ exordium fuit.*

Occasio exigere videtur, quia rursus mentionem hic *agimus viri, sæpius celebrandi, ut paucis enarrem vitam doctrinamque illius, et qualem fortunam expertus sit. Helvidius Priscus, origine Italus*, ortusque *e Tarracinæ municipio, genitore Cluvio, qui primipili munus obtinuisset, decorum ingenium sublimioribus studiis val*

---

ita, et ponit periodum post *principem*.—6 Ita bene Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *attollebantur*. Brotier.—7 Mss. Corb. et Agr. *præcipue*.

1 Ms. Ryckii habet *quoniam* pro *quia iterum:* sed vulgatum probat Ryckius. —2 [Brotierus cum Ryckio et Gronov. legit] *regione Italiæ, Tarracinæ municipio. Regione Italiæ*, insititia et omittenda videntur; ut jam sensit Cl. Ernestus. Recte vertit Cl. Davanzati: 'Nacque in Terracina, terra municipale: di Cluvio Capitanò di Primopilo.' Frustra conjiciebat Lipsius, *origine Italica*. Alii, cum Italia ab Augusto in XI. regiones fuisset divisa, supplevérunt, *regione Italiæ septima*, vel *regione I. Italiæ*. At minime verisimile est regionem Italiæ a Tacito hic fuisse memoratam. Potius crediderim librarium aliquem, vel in margine regionem Italiæ, in qua erat Tarracina, annotasse; vel, cum Ms. Agr. et editio princeps habeant, *Tarentino municipio*, additum fuisse, *e regione Italiæ*, quia Tarentum olim non erat in Italia, sed in magna Græcia, *e regione Italiæ*. Corrupte Mss. Farnes. et Corb. *Tarentinæ municipio*. Ms. Flor. *Carecinæ*. In uno e Mss. Vatic. *Tarentium*. Alii Mss. Puteolanus et ceteri omnes, *Tarracinæ*. Eruditus Corradinus, 'Vetus Latium.' Vol. II. p. 213. memorat veterem figlinam, haud procul Tarracina effossam, et inscriptam

L....LVID

quam sic legit L. HELVID. Indeque conjicit ibi fuisse Helvidii Prisci villam, prædiumque Helvidiæ gentis, quæ opus doleare ibidem habuit. *Brotier.* Jam Mercerus sensit *regione Italiæ* glossema esse. Tollo cum Bipont. *Oberl.*

NOTÆ

Legam: *Ut honorificum in bonum principem, ita falsa aberant, et studiis, &c.* Vult: Honorificam fuisse orationem Helvidii, ut in bonum principem, cum esset laudis materia: nec tamen adulatoriam, sed abfuisse *falsa*. Freinshem. leg. *honorif. ut in bonum principem.*

[w] *Isque præcipuus illi dies, magnæ offensæ*] Offendit primo, cum eligi, non sortiri legatos censuisset, præter mores. Secundo cum ærarii impensarumque curam senatui delegaret, non principi reservaret. Tertio de Capitolio restituendo.

Ex quibus sententiis nulla comprobata, atque in iis principem, ac nonnullos etiam senatorum, qui adversi fuerunt, offendit, quamvis apud senatum gloriam adeptus sit, incorrupta libertate.

Sed Tacitus, postquam dixit, diem

Digitized by Google

NOTÆ

illum præcipuum Helvidio fuisse magnæ offensæ, ac magnæ gloriæ, antequam senatus acta subjiceret, aliquid de ipsius Helvidii genere ac vita præfari voluit: cum in superioribus verbis, de honoribus tantum imperatori et ducibus tribuendis actum fuerit, nihil de seriis. *Pichena.*

[x] *Iterum in mentionem*] Meminerat Hist. l. II. Nam in Annalibus sæpe occurrit. *Savilius.*

[y] *Italiæ septima, Tarracinæ municipio*] Vocem *septima* inseruimus. Scimus enim Italiam totam in undecim regiones divisam ab Augusto. Itaque cum regionis hic mentio fiat, verisimile esse aiunt, numerum ejus a Cornelio expressum.

Sed jure ambigo. Primum, quia non Tacito, non aliis historicis usurpatum, ut in oppidi mentione, *regionem Italiæ* adjungant. Et ut id in loco ignotiore fiat, quid opus in Tarracina, municipio tam vicino urbi, tam noto?

Denique libri etiam in illo ipso verbo vacillant. Nam Vaticano est *Tarentium municipio:* Farnes. *Tarentinæ;* priscis editionibus, *Tarentino.* Mirum vero, si libri omnes in oppido toties jam ante sine errore ullo nominato, hic demum offendant.

At pro *regione Italiæ*, subit opinari, *origine Italica:* non exterum scilicet fuisse, ut tunc in senatu plurimi, non solum multi. *Lipsius.*

Regione Italiæ, Tarracinæ municipio] Veteres libri legunt: *Regione Italiæ*, nullo prorsus numero addito. Mirum est, a quibusdam *Tarracinam* hic legentibus inseri, explendo sensui, *septima*, ab aliis *secunda;* cum tamen luce clarius sit, *prima* contineri *Italiæ regione.*

Nam Italiæ ex Augusti divisione undecim fuerunt regiones, Plin. III. 15. *Regio prima* a Tiberi flumine Surrentum usque patet, aut potius ad flumen Silarum, ultra triginta milliaria, (istius enim partis fines dubie Plinius agnoscit,) complectiturque Latium, Campaniam, et Picentinos.

Regio secunda a Metaponto in sinu Tarentino porrecta ad amnem Tifernum in mari Adriatico, includit Salentinos, Calabriam, Apuliam, &c.

Regio tertia, Silarum inter et Metapontum sita, circumscribit Lucanos, Brutios, et magnam Græciam.

Regio quarta a Tiferno ad flumen Aternum, itidem in Adriatico, procurrens, habet Ferrentinos, Pelignos, Samnium, &c.

Regio quinta ab Aterno ad Anconam extenditur, in qua et Picenum est.

Regioni sextæ assignatur Umbria, et quæ Anconam inter et Ariminum ora.

Regionem septimam constituit Etruria, inter Flumen Macram et Tibrim.

Regio octava est tota illa regio quæ ab Occidente limitibus sextæ regionis assidet, inter Apenninum et Padum, continetque Ariminum, Ravennam, Bononiam, Brixellum, Mutinam, Parmam, Placentiam, &c.

Regio nona, fluviis Macra et Varo terminata, comprehendit Liguriam.

Regionem decimam occupat Venetia, et *regionem undecimam* Gallia Transpadana. *Savilius.*

Forte *ortus in Italia, e Tarracinæ municipio.* Nam quod legunt, natus Tarracinæ, forte fallit. Potius orti illi e municipiis Italicis et in urbe nati, qui honores pop. R. adipiscebantur: quorum parentes jam ante incolæ urbis et cives Romani erant.

Digitized by Google

mipili duxisset, ingenium illustre[3] altioribus studiis juvenis admodum dedit: non ut plerique, ut[4] nomine magnifico segne otium velaret, sed quo firmior adversus fortuita Rempublicam capesseret: doctores sapientiæ[5] secutus[a] est, qui sola bona, quæ honesta,[b] mala tantum, quæ

de juvenis adjunxit: non veluti plerique, ut illustri vocabulo inertem quietem occuleret, sed quo constantior adversus fortunæ casus Rempub. administraret. Philosophiæ magistros sectatus est, qui reputant *ea sola egregia, quæ decora, et mala*

—3 Male editio princeps, *Clunio.* Brotier.—4 *Ut* abest a Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. et editione principe. Inde omissum est a Ryckio. At melius alii libri, qui illud retinent. *Idem.*—5 Ms. Corb. *sapientium.*

NOTÆ

[1] *Ingenium illustre*] Cicero Cælium appellat *adolescentem illustri ingenio, industria, gratia.* Valerius Maximus l. IX. c. 12. de C. Licinio Calvo: 'Illustris ingenii orator.'

Noster v. Annalium, 'Pomponius multa morum elegantia, et ingenio illustri.' Nihil aliud de hoc, quam quod l. VI. de Vibio Marso dicit; 'illustris studiis erat.'

Illustre igitur *ingenium*, est eloquentiæ speciminibus celebratum: sic libro hoc quarto Hist. 'Ignotum adhuc ingenium et nullis defensionibus expertum.' *Gronov.*

Illustre ingenium] Est viri, qui eloquentiæ famam adeptus est; sive orationibus in senatu habitis, sive operibus editis soluta oratione, aut etiam carminibus: sic alibi vocat 'decora ingenia,' qui historiam scripserant.

Ingenium illustre] Dicunt *illustre* ingenium esse, quod est eloquentiæ speciminibus celebratum: sed id forte non satis congruit: Helvidio nam supra Dial. Orator. non pollet admodum eloquentia, longeque inferior Marcello describitur.

Et certe magis illustris Priscus studio sapientiæ, virtutis et constantiæ, quam facundia. Sic tamen et *ingenii illustris* gloriam habuit, cum simul insignis eloquentia, et longe tamen illustrior sapientiæ doctrina existimatus sit; cum contra Marcellus et Vibius insignes eloquentia, et flagitiis delationum infames sint. Sed τὸ *illustre* hic ad solam forte sapientiam respicit præcipue.

[a] *Doctores sapientiæ secutus*] Stoicos scilicet, ut quorum schola istas procudit opiniones. Laërt. Zenone lib. VII. Cicero Paradoxis, et alii. *Savil.*

[b] *Qui sola bona, quæ honesta*] Quam facunde Lucanus l. II. de Catone similia expressit! 'Hi mores, hæc duri immota Catonis Secta fuit, servare modum, finemque tenere, Naturamque sequi, patriæque impendere vitam; Nec sibi, sed toti genitum se credere mundo. Huic epulæ, vicisse famem; magnique Penates, Submovisse hyemem tecto; pretiosaque vestis, Hirtam membra super, Romani more Quiritis, Induxisse togam; Venerisque huic maximus usus, Progenies; Urbi pater est, Urbique maritus; Justitiæ cultor, rigidi servator honesti; In commune bonus; nullosque Catonis in actus Subrepsit partemque tulit sibi nata voluptas.'

Digitized by Google

turpia: potentiam, nobilitatem, ceteraque[6] extra animum, neque bonis, neque malis annumerant. Quæstorius adhuc,[c] a Pæto Thrasea gener delectus, e moribus soceri nihil æque ac libertatem hausit: civis, Senator, maritus, gener, amicus, cunctis vitæ officiis æquabilis, opum contemtor, recti pervicax, constans adversus metus.

6. Erant, quibus appetentior famæ videretur, quando etiam sapientibus[d] cupido gloriæ novissima exuitur.

tantum, *quæ inhonesta* sunt: qui *potestatem, claritudinem, et alia quæ extra mentem* sunt, *non inter bona aut mala accensent.* Cum *adhuc* tantum *quæsturæ dignitate* præniteret, *gener ascitus* est *a Pæto Thrasea, et ex ingenio institutisque soceri, nihil perinde ac libertatem sibi vindicavit: civis, senator, conjux, gener, amicus, omnibus vitæ muniis juxta constans, divitias spernens, boni tenax et firmus adversus pavorem.*

Erant, qui gloriæ cupidiorem eum existimarent, quandoquidem etiam Philosophis

6 Ms. Agr. *ceteraque quæ extra animum.*

NOTÆ

[c] *Quæstorius adhuc*] Quæstor autem fuit sub Nerone, et Achaiam administravit: quod Scholiastes in Sat. v. Juvenalis prodidit. At prætor demum sub Vespasiano, diserte ita scribente Suetonio cap. 15. Nominatur tamen Tacito 'Helvidius Priscus, legatus legionis,' anno urbis 805. lib. XII. quem, ex more ejus ævi, prætorium legatum fuisse probabile est.

Quis ergo iste? non noster; quia tunc sub Claudio nec quæstor. An pater ejus? non, quia Tacitus hic *Clutium* illi patrem dat, duntaxat *primipilarem.*

Suspicor avunculum fuisse, et abeo in nomen et familiam adoptatum. Nam unde alioqui *Helvidius* e *Clurio* patre? Notandum hoc sane est ad viri magni notitiam.

Item illud, quod aliam etiam uxorem ante habuerit, et ex ea Helvidium juniorem, quem Domitianus interfecit: Plinio ac Tacito laudatum item, et patre dignum virum. Vide quæ noto in fine Agricolæ. *Lipsius.*

Legati legionum non omnes prætorii erant: sed legati munus veluti gradus fuit ad præturam. Itaque quidam præturam obtinuerant, antequam præessent legioni, alii postea. Sic legatus legionis sorte et dignitate prætorius, aut certe quasi prætorius: qui præerant toti provinciæ et exercitui, consulares fere erant, ita et qui uni legioni, prætorii, aut prætura functi erant.

[d] *Quando etiam sapientibus*] Omnes affectus facilius a sapiente exuuntur, quam hæc cupido, et in magnis viris: 'Tu sola animum mentemque peruris, Gloria.' Plato ad hanc mentem aptissime: 'Cupidinem gloriæ, velut ultimam tunicam, anima solet deponere.' Et Tac. in Agricola: 'Fama, cui sæpe etiam boni indulgent.'

Quando etiam sapientibus cupido gloriæ novissima exuitur] Sic apud Simplicium in commen. ad Epicteti caput 48. 'Quare etiam extrema tunica reliquorum affectuum dicitur gloriæ cupiditas, propterea quod alios sæpe

Digitized by Google

Ruina soceri in exilium pulsus,[e] ut, Galbæ Principatu, rediit,[f] Marcellum Eprium, delatorem Thraseæ, accusare aggreditur. Ea ultio, incertum, major an justior, Senatum in studia diduxerat.[1] Nam, si caderet Marcellus, agmen reorum sternebatur.[g] Primo minax certamen, et egregiis utriusque[2] orationibus testatum.[3] Mox, dubia voluntate Galbæ, multis Senatorum deprecantibus, omisit Priscus: variis, ut sunt hominum ingenia, sermonibus, moderationem laudantium, aut constantiam requirentium.

ambitio famæ, rerum *ultima deponitur. Exitio Thraseæ in exilium actus, statim atque, Galba imperante, revertit* in urbem, *adoritur defertque Eprium Marcellum, accusatorem soceri sui. Ea vindicta, dubium*, an *amplior an justior, senatum in partes distraxerat. Nam, si subverteretur Marcellus*, sic *turba reorum* ingens *profligabatur. Primo altercatio infesta erupit, et* hæc *utriusque facundis orationibus expromta palam* est. *Dein ambiguo Galbæ consilio, plerisque senatorum rogantibus, ut absisteret, reliquit* accusationem *Priscus: diversis, ut sunt mortalium animi, sermonibus, qui modestiam* ejus *extollebant, aut constantiam desiderabant. Ceterum eo* ipso *die quo-*

1 Budens. *deduxerat*.—2 Tentabat Muretus *utrimque*.—3 Sic bene Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Corb. Agr. editiones veteres, et Ryckius. Male Rhenanus, *egregiis orationibus utriusque certatum*. Brotier.

NOTÆ

exuens, ipsa magis diutinsque animo adhærescat.'

Ergo cupido gloriæ, velut proverbio, Stoicis, ἔσχατος τῶν παθῶν χιτών, sive *extrema affectuum tunica*, dicebatur. Atque eo alludens, *exuendi* vocabulo hic usus est Tacitus. *Boxhorn.*

[e] *In exilium pulsus*] Tacit. Ann. XVI. *Sarilius.*

[f] *Galbæ principatu rediit*] Scholiastes in Sat. Juvenalis v. 'Elvidius Priscus, post damnationem soceri Pæti Thraseæ, interdicta sibi Italia, Apolloniam concessit.' *Lipsius.*

Rediit igitur Apollonia, ubi exulabat, a Nerone pulsus, et adversis Thraseæ soceri abstractus. Ipsi interdicta fuerat Italia. Itaque Apolloniam ad Græcos se contulit, literarum studio, Philosophiæ ac sapientiæ præsertim.

[g] *Agmen reorum sternebatur*] Delatores dicti *Rei*. Nam a *Re*, id est, lite, *reus* dictus antiquis, et *reus* non modo accusatus et conventus, sed et accusator et actor appellati *rei*. Cicero de Orat. 2. 'Reos appello, non eos modo, qui arguuntur, sed omnes, quorum de re disceptatur:' sic constat, nomine *rei*, non solum *accusatum*, sed et *delatorem* intelligi posse.

Sicque jure optimo, Marcellum Eprium, licet delatorem, *rei* nomine vocari potuisse.

Constat etiam, Eprium hunc et alios, qui sub Nerone delatores fuere, assurgente Vespasiani imperio, recte a Tacito *reos* appellatos, et proprie, quia in judicium vocabantur, ut de illis supplicium sumeretur. *Marcellus Donatus.*

Multi inter senatores ipsos inveniebantur, qui ea ratione accusaverant, ac, si Marcellus caderet, eadem ruina prosterni timebant. *Pichena.*

Digitized by Google

Ceterum, eo Senatus die, quo 'de Imperio Vespasiani' censebant, placuerat 'mitti ad Principem legatos.' Hinc inter Helvidium et Eprium acre jurgium. Priscus, 'eligi nominatim a Magistratibus juratis,' Marcellus 'urnam' postulabat:[4] quæ Consulis designati sententia fuerat.

7. Sed Marcelli studium proprius rubor excitabat, ne, aliis electis, posthabitus[1] crederetur. Paulatimque per altercationem ad continuas et infestas orationes provecti sunt, quærente Helvidio, 'quid ita Marcellus judicium Magistratuum pavesceret? esse illi pecuniam et eloquentiam, quis multos anteiret, ni memoria flagitiorum urgeretur.[2] Sorte et urna mores non discerni: suffragia et existimationem Senatus reperta, ut in cujusque[3] vitam famamque[4] penetrarent: pertinere ad utilitatem Reipublicæ, pertinere ad Vespasiani honorem, occurrere illi, quos innocentissimos Senatus habeat, qui honestis sermonibus aures Imperatoris imbuant. Fuisse Vespasiano amicitiam cum Thrasea, Sorano, Sentio:[5] quorum accusatores, etiamsi puniri non

senatus de principatu Vespasiani *consulebatur*, *decretum erat*, ut mitterentur legati ad imperatorem. *Unde atrox certamen* ortum est *inter Priscum et Marcellum*. *Priscus* flagitabat, ascisci nominatim *legatos* a magistratibus, interposito jurejurando, *Eprius* sortem *postulabat*: *et sic censuerat consul designatus*.

Sed Marcelli ambitum proprius incitabat pudor, ne, aliis ascitis, contemni videretur. Sensimque per jurgia, ad perpetuas infensasque orationes devenere, interrogante Prisco, cur tantopere delectum magistratuum exhorreret Eprius? esse illi opes, *esse* et facundiam, quibus *subsidiis* multos antecelleret, nisi conscientia scelerum premeretur. Sorte et urna vitam non dignosci aut penetrari: sententiam et judicium patrum adinventa *esse*, ut in cujusque mores et existimationem inquirerent: spectare ad salutem Reipub. spectare ad Vespasiani gloriam, obviam ire illi *viros*, quos sanctissimos habeat senatus, qui egregiis orationibus aures principis occupent. Fuisse amicum Vespasianum Thraseæ, Sorani et Sentii: in quorum delatores, etsi animadverti non expe-

4 Mss. Corb. et Agr. *postulat*, *et quæ*.

1 Budens. *prehabitus*.—2 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. Ms. Corb. et editio princeps, ac Lipsius, *memoria flagitiorum urgeret*.—3 Sic Ms. Flor. editio princeps, Pichena et recentiores. Sic quoque emendatum in Ms. Bodl. At Mss. Harl. Bodl. prima manu, Jes. Corb. et Puteolanus, *ut uniuscujusque*.—4 Copula *que* a Beroaldo omissa.—5 Ita Mss. Vatic. 1863. et 1864. Flor. Reg. Corb. editio princeps, Lipsius et recentiores. In Ms. Vatic. 1958. *Senetio*. A librario superadditum, *Senetione* et *Seneca*. Puteolanus edidit, *Senecione*. In Ms. Harl. *Senetio*. Ms. Jes. *Senecio*. Ms. Bodl. *Senetione*; et in margine, *Seneca*. Quis fuerit Sentius ignoratur; neque usquam memoratur. Certe error est in *Senecione*. Nam Senecio a Principe Domitiano occisus est. Nulla foret in *Seneca* diffi-

Digitized by Google

oporteat, ostentari non debere: hoc Senatus judicio[h] velut admoneri Principem, quos probet, quos reformidet: nullum majus boni Imperii instrumentum, quam bonos amicos. Esse[6] satis Marcello, quod Neronem in exitium tot innocentium impulerit. Frueretur præmiis et impunitate; Vespasianum melioribus relinqueret.'

8. Marcellus, 'non suam sententiam impugnari, sed Consulem designatum censuisse,' dicebat, 'secundum[1] vetera exempla,[i] quæ sortem legationibus posuissent, ne ambitioni aut inimicitiis[2] locus foret. Nihil evenisse, cur anti-

diat, *eos tamen* offerri aut monstrari *principi* non decere: hoc patrum consilio ac delectu, velut ostendi Imperatori, quos approbet, et quos pavescat: nullum validius boni principatus munimentum *esse*, quam egregios amicos. Sufficere Marcello, quod Neronem incitaverit in ruinam tot insontium. Potiretur opibus et impune haberet scelus; *esto: sed* Vespasianum melioribus permitteret.

Marcellus contra *disserebat*, non oppugnari id quod censuisset, sed statuisse *Valerium* consulem designatum, juxta prisca instituta, quæ urnam legationibus præscripsissent, ne *sic* cupiditati aut odiis occasio præberetur. Nihil

---

cultas, si magis faverent libri. Virque fuit Vespasiani amicitia dignus. *Brotier.*—6 Brotierus et Ryckius locum distinguunt *amicos esse. Satis, &c.* et ita Mss. et editiones veteres. Rhenanus et Cl. Ernestus cum Gronovio et Bipont. *amicos. Esse satis.*

1 Sic bene Ms. Corb. Rhenanus et recentiores. Editio princeps, *sed secundum vetera exempla.* Sic quoque emendatum in Ms. Harl. Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *sed vetera exempla.* Brotier.—2 Ms. Corb. *aut inimicitiæ.*—

NOTÆ

[h] *Hoc senatus judicio*] Nempe, si arbitrio senatus, non sorte eligantur legati, tali judicio admoneri Vespasianum, quos e proceribus, quos e patribus ipse amare aut metuere debeat: non esse publice ostentandos, qui delationibus occidissent bonos, et quidem etiam amicos Vespasiani, immo ipsos amovendos esse a Repub. et procul a gratia principis repellendos. Etenim nullum majus aut excellentius esse boni imperii instrumentum, quam bonos et constantes amicos.

[i] *Secundum vetera exempla*] Ego accipio, non quasi semper legati sorte olim missi, sed sæpe: et in eam rem exempla hæc reperio. Cicero ad Atticum l. I. Epist. 17. 'Senatus decrevit, ut legati cum auctoritate mitterentur.' Addit post pauca: 'hoc non queo præterire; cum de consularibus mea prima sors exisset, una voce senatus frequens, retinendum me in urbe censuit.' E quibus sortitionem illic fuisse, clare vides.

Dio l. LIX. 'Legatos his de rebus, alios quidem sorte, Claudium vero suffragiis electum miserunt.' Plura exempla avide quæsivi: sed frustra. *Lipsius.*

Digitized by Google

quitus instituta exolescerent: aut Principis honor in cujusquam contumeliam verteretur:[j] sufficere omnes obsequio:[k] id magis vitandum,[3] ne pervicacia quorundam[4] irritaretur animus, novo Principatu suspensus, et vultus quoque ac sermones omnium circumspectans. Se meminisse[5] temporum, quibus natus sit, quam civitatis formam patres avique instituerint: ulteriora mirari,[l] præsentia sequi: bonos Imperatores voto expetere, qualescumque tolerare.[m] Non magis sua oratione Thraseam, quam judicio Senatus, afflictum. Sævitiam Neronis per hujusmodi[6] imagines[n] illusisse:[7]

accidisse, cur vetera exempla omitterentur; aut *cur* Imperatoris decus in cujusquam ignominiam transferretur: sufficere quoscumque patrum officio et honori: idque potius cavendum, ne contumacia nonnullorum incenderetur animus *Vespasiani*, novo imperio ambiguus, et faciem ac sermonem cunctorum explorans. Se reputare animo tempora quibus ortus sit, quam Reipub. speciem patres avique condiderint; *se* antiquiora suscipere, præsentia sectari: egregios principes *omni* voto exoptare, qualescumque perferre. Non magis sua sententia perculsum Thraseam, quam decreto patrum. Immanitatem Neronis per tales prætextus delusisse *Senatum P. Q. R.* nec minus sibi

3 *Vitandum* perperam omissum in Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. Additum est in margine Mss. Harl. Guelf. *Brotier.*—4 Ita bene Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps, Rhenanus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *pervicacia cujusquam.* Idem.—5 Frustra tentat Rhenanus, *meminisset.* Male Ms. Corb. *se monuisse.* Brotier.—6 Mss. Corb. et Agr. *per ejusmodi.*—7 Ita, vel *inlusisse*, omnes fere Mss. Male Puteolanus, *illuxisse.* Brotier.

NOTÆ

[j] *Principis honor in cujusquam contumeliam verteretur*] Passive honorem accipio, qui scilicet principi habebatur, legatos ad eum mittendo. *Pichena.*

[k] *Sufficere omnes obsequio*] Id est, Sufficere etiam qualescumque homines officio in principem, seu bonas artes habeant aut industriam, sive minus clari aut minus digni sint. Ad dignitatem tantum senatus respicitur, non ad singulos.

[l] *Ulteriora mirari*] Tempus nimirum liberæ Reipublicæ. *Savil.*

[m] *Qualescumque tolerare*] Julianus Imper. Orat. 3. 'Suadere vero ipsis ducibus, ne ægre ferant impotentiam regum, et tolerent constanter, sed æquo animo, reprehensiones; ne sic vita plena sit anxietatis ac mutationis.'

[n] *Sævitiam Neronis per hujusmodi imagines*] Id est, Neronem eas imagines legum judiciorumque sen accusationum usurpasse, quibus sævitiam suam velaret, sicque illuderet Reipub. et Senatui; seque suscepisse illam accusationem invitum et coactum, gratiamque Neronis ipsi fuisse perinde invisam, ac damnationem aut supplicium aliis.

Per hujusmodi imagines illusisse] Hoc dicit Eprius: Non se magis auctorem interficiendi claros viros Neroni fu-

Digitized by Google

nec minus sibi anxiam talem amicitiam, quam aliis exilium. Denique constantia, fortitudine, Catonibus et Brutis æquaretur Helvidius: se unum esse ex illo Senatu, qui simul servierit. Suadere etiam Prisco,[o] ne supra Principem scanderet: ne Vespasianum, senem triumphalem,[p] juvenum liberorum patrem, præceptis coërceret. Quomodo pessimis Imperatoribus sine fine dominationem, ita quamvis egregiis modum libertatis, placere.' Hæc, magnis utrimque contentionibus[8] jactata, diversis studiis accipiebantur. Vicit pars, quæ sortiri legatos malebat, etiam mediis Patrum annitentibus, retinere morem. Et splendidissimus quisque eodem inclinabat, metu invidiæ, si ipsi eligerentur.

infestam hujusmodi amicitiam, quam aliis deportationem. Postremo virtute, firmitudine animi cum Brutis et Catonibus compararetur Priscus: se unum esse ex illis patribus, qui una obedierint. Admonere *se* etiam Priscum, ne supra dominantem se attolleret; ne Vespasianum, triumphali decore senem, *et* filiorum juvenum parentem, monitis *suis* in ordinem cogeret. Quo pacto deterrimis principibus sine modo potestatem, ita licet bonis imperitantibus cordi esse modestam libertatem. *Hæc, magnis utrimque certaminibus agitata, diversis* patrum *animis audiebantur. Superavit sententia* ea, *quæ urnam legationi præscribebat, etiam contendentibus patribus his qui neutrum ambitiose asserebant, ut prisca instituta retinerentur.*

8 Ms. Agr. *concertationibus.*

NOTÆ

isse, quam senatum universum, qui eos damnaverit.

Sed Neronem, videlicet, hoc quasi velum prætendisse sceleribus, ut quæ sponte jussurus erat, ea per accusatores et senatum exerceret. Atque ita imagine quadam justitiæ, hominibus vere illuderet. *Lipsius.*

[o] *Suadere etiam Prisco*] Et Helvidius, quod Eprio Marcello meliora monenti detrectasset obsequi, interemtus est sub Vespasiano, bono et moderato principe.

Sueton. Vesp. 'Helvidio Prisco, qui reversum ex Syria solus privato nomine Vespasianum salutaverat, et in prætura omnibus edictis sine honore ac mentione ulla transmiserat, non ante succensuit, quam altercationibus insolentissimis pæne in ordinem redactus. Hunc relegatum primo, deinde interfici jussum, missis qui percussores revocarent, servasset, nisi jam periisse, falso nuntiatum esset.'

Probus: 'Helvidius Priscus, post damnationem soceri Pa ti Thraseæ, interdicta sibi Italia, Apolloniam concessit; sed post interfectum Neronem, restitutus a Galba, non aliter quam libero civitatis statu egit.' Adeundus quoque Arrianus l. 1. c. 2. dissert. Epicteti. *Savil.*

[p] *Senem triumphalem*] Nam rebus in Britannia, tempore Claudii, bene gestis, Vespasianus obtinuerat *triumphalia ornamenta,* testante Suet. Vesp. 4.

Digitized by Google

9. Secutum aliud certamen. Prætores ærarii (nam tum a Prætoribus tractabatur ærarium[q]) 'publicam paupertatem' questi, 'modum impensis'[1] postulaverant. Eam curam Consul designatus, ob magnitudinem oneris et remedii difficultatem, Principi reservabat.[r] Helvidius, 'arbitrio Senatus agendum,' censuit. Cum perrogarent[2] sententias Consules, Vulcatius Tertullinus,[3] Tribunus plebis, intercessit, 'ne quid super tanta re, Principe absente, statueretur.' Censuerat Helvidius, 'ut capitolium publice restitueretur, adjuvaret Vespasianus.'[s] Eam sententiam modestissimus

Dein *orta alia contentio. Prætores ærarii (quippe tum a prætoribus administrabatur ærarium)* inopiam publicam *conquesti*, sumtui modum *poposcerant. Hoc negotium consul designatus, ad Imperatorem remittebat, ob molem curæ, et medendi seu corrigendi difficultatem. Helvidius, id* ex voluntate patrum gerendum, *statuit. Cum consules sententias rogarent, Vulcatius Tertullinus, tribunus plebis, se opposuit*, ne quid super tanto negotio decerneretur, absente Imperatore. *Proposuerat Helvidius*, ut Capitolium publico sumtu instauraretur, opem ferret Vespasianus. *Eam sententiam modestissimus quisque silentio præ-*

1 Ms. Guelf. vitiose *impensius*. Oberl.—2 Sic Mss. Reg. Harl. Bodl. editio princeps et recentiores. Ms. Guelf. et Puteolanus, *prorogarent*. Ms. Jes. *prorogaret*.—3 Ms. Reg. *Vulcanius Tetralinus*. Editio princeps, *Vulcanius Teturlinus*.

NOTÆ

[q] *A prætoribus tractabatur ærarium*] Hac de re multis egi ad Annal. XIII. ubi sæpe immutatam ærarii servandi formam Tacitus ait, quousque Nero viros prætorios, experientia probatos ærario præposuit: quod bellis civilibus non irritum, Vespasiano et filiis probatum, ad Trajanum duravit.

Hic vero, quos judicio probaret suo, præfectos ærarii creavit, ut Publicium Certum, Pliniumque Cæcilianum; et ita translatum a prætoribus ad præfectos, ab his gestum munus est sub secutis principibus, Adriano, Antonino Pio, et Marco Philosopho.

Sub quibus Gellius eruditissimus scriptor inquit: 'Quod per quæstores dixi, intelligi nunc oportet, præfectum ærario significari: nam cura ærarii a quæstoribus ad præfectum translata est.' Noctium XIII. 23. *Vertranius.*

[r] *Principi reservabat*] Non omnia subjicienda aut rejicienda munia in principem, et sæpe talia dehonestamenta Reipub. irrident ipsi dominantes. Ad rem Plutarchus Politicis: 'Etenim quemadmodum qui, nisi adhibito medico, consuetudine quadam adducti, nec cœnare nec lavare, nec aliud quicquam per se agere sciunt, ii ne valetudine quidem prospera sponte naturaque data frui audent: ita qui omni rei publicæ decernendæ, cuicumque cœtui habendo, omni simul administrationi censuram atque judicium principis afferendum putant, ii dominis sese, et reliquam patriæ libertatem, amplius quam ipsi principes velint, subjiciunt.'

[s] *Censuerat Helvidius, ut capitolium publice restitueretur, adjuvaret Vespasia-*

Digitized by Google

quisque silentio, deinde oblivio transmisit. Fuere qui et meminissent.[t]

teriit, dein oblivione. Extitere etiam qui recordarentur.

NOTÆ

nus] Censuit Helvidius, ut restitueretur Capitolium auspiciis Reipub. subveniente quidem in subsidium Vespasiano, sed quasi *privato;* hoc est, non tam ut capite ejusdem Reipublicæ, quam parte.

Haud aliter hæc accipienda: auctor est mihi Tranquillus in Vesp. 15. 'Helvidio Prisco, qui reversum ex Syria solus privato nomine Vespasianum salutaverat,' &c. *Gruterus.*

Censuerat Helvidius, *ut Capitolium publice restitueretur:* ubi τὸ *publice*, non id fieri tantum auspiciis Reipub. intelligi debet, sed publico sumtu, et pecunia ex ærario depromta, quod populi fuit, et quidem senatu decernente pecuniam illam, ut vetere Repub. nam tum opes imperii administrabat dispensabatque senatus. Itaque sic censet Helvidius, quasi stante prisca Repub. quasi reciperata libertate post Neronem, aut certe quasi sub bono principe, qui senatui et populo Rom. opes suas et opera publica permitteret, qui libertatem non premeret, sed unum civium se ferret, et principem, non dominum aut tyrannum: 'Optimus post malum principem dies primus.' Itaque censebat, ut restitueretur Capitolium sumtu Reipub. et consensu, jussuque, et auctoritate omnium ordinum, ac præcipue senatus, et ex ærario; adjuvaret autem Vespasianus suis opibus, et ex fisco depromtis. Qua sententia velut in ordinem cogebat principem, majestatemque minuebat, quasi non esset arbiter imperii et opum Reipub. nec deberet templi Deorum restituti gloriam sibi uni vindicare. Reipub. hanc gloriam et senatui, non uni, vindicabat Helvidius: quo pacto principatum spernebat, minuebat, aut certe penitus tollebat.

[t] *Fuere qui et meminissent*] Qui et apud Vespasianum nempe deferrent. quare? quia hæc sententia dignitatem principis minuebat, senatus populique augebat: a quo restitui Capitolium, duntaxat adjuvante Vespasiano, volebat. *Lipsius.*

Fuere qui et meminissent] Prisci mens fuit, impensæ partem in principem, contra morem, rejicere, ut exhausto ærario parceretur. *Pichena.*

Aut potius, quia sic principem in ordinem redigere videbatur, cujus rei meminere forte delatores postea.

Fuere qui et meminissent] Vult Tacitus, fuisse e senatoribus aliquot delationibus ac calumniis exercitos, qui liberiorem istam sententiam, et conjunctam satis cum Vespasiani contumelia, reconderent in præsens, ac suo tempore in deterius auribus ejusdem instillarent, eo ipso creaturi Helvidio periculum.

Nam senator iste, nimium philosophus, pessime periit sub Vespasiano, ut cognoscere est ex Arriano, Cassio, Suetonio, et aliis. *Gruterus.*

Fuere qui et meminissent] Interpretantur, quasi nonnulli senatorum, tunc non meminerint sententiæ Helvidii in senatu, sed postea apud principem; captantes hinc occasionem criminandi Helvidium, et adulandi principi. Non tamen id prorsus dicit Tacitus, nec possis præcise id ex eo loco colligere.

Forte modestiores patrum præter-

Digitized by Google

10. Tum invectus est Musonius Rufus in 'Publium Celerem,'[u] a quo Baream Soranum falso testimonio circumventum,'[v] arguebat. Ea cognitione renovari odia accusationum videbantur: sed vilis et nocens reus protegi[1] non poterat. Quippe Sorani sancta memoria: Celer professus sapientiam, dein testis in Baream, proditor corruptorque amici[2] et cujus se magistrum[3] ferebat. Proximus dies[w] causæ destinatur. Nec tam Musonius aut Publius, quam Priscus et Marcellus ceterique, motis ad ultionem[4] animis,[x] expectabantur.

Tum Musonius Rufus invasit Publium Celerem; *hunc incusabat*, oppressisse Baream Soranum falso testimonio. *Eo judicio instaurari offensiones delationum videbantur; sed infimus sordidusque et scelerosus reus defendi nequibat. Etenim veneranda Sorani memoria: Celer philosophum se ferens, dein testis adversus Baream, qui corruperat et prodiderat amicum, et* eum ipsum *cujus se doctorem profitebatur. Primus dies* senatus *cognitioni constituitur. Nec tam expectabantur Musonius aut Publius, quam Helvidius et Marcellus, et alii omnes, excitis ad vindictam odiis.*

1 Ms. Agr. *eripi non pot.*—2 Brotierus scribit *corruptorque amicitiæ cujus, &c.* et sic Mss. Reg. Harl. Bodl. Agr. et editiones veteres. Ms. Corb. habet quoque *amicitiæ*, sed omisit *que*. Pichena et recentiores, cum Gronov. Ryckio, et Bipont. e conjectura Lipsii edidere, *corruptorque amici, et cujus se magistrum ferebat.* Mallet Heinsius, *correptorque amici.*—3 Male Ms. Reg. et editio princeps, *cujus se ingratum.* Brotier.—4 Sic bene Lipsius et recentiores. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *motis adulationi animis.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *adulationibus.* Idem.

NOTÆ

iére silentio talia per honorem in Helvidium, nec forte sine prudentia erga principem; alii tamen meminere, dum sententiam suam proferrent, et eam tum rejecerunt in ipso senatu, et ipsa hac occasione.

[u] *Publium Celerem*] Publius Egnatius Celer ex testibus in Baream Soranum productis præcipuus. Ann. XVI. 32. Juvenal. 'Stoicus occidit Baream, delator amicum, Discipulumque senex.'

Scholiastes Juvenalis aliud speciatim notat: 'Egnatius philosophus filiam Bareæ Sorani, cum ipsius ad Magicam descendisset hortatu, Neroni detulit.' *Savilius.*

[v] *Circumventum*] Id est, interceptum, oppressum.

[w] *Proximus dies*] Quo res ejusmodi disceptarentur: neque enim aut proxime secutus dies erat, neque simpliciter proximus patrum conventus. *Savilius.* Forte *proximus* dies senatus, quo, scil. vocari solebat senatus; neque in tali re extra ordinem vocari debuit.

[x] *Motis ad ultionem animis*] Sententia est: Non tam minuti illi et plebeii accusatores expectabantur, aut expetebantur; quam, erectis semel cupidine ulciscendi animis, illi senatorii et illustres *delatores* Priscus et Marcellus. *Lipsius.*

Digitized by Google

11. Tali rerum statu, cum discordia inter patres,[1] ira apud victos, nulla in victoribus auctoritas, non leges, non Princeps[2] in civitate essent, Mucianus, urbem[3] ingressus, cuncta simul in se traxit: fracta Primi Antonii Varique Arrii[4] potentia, male dissimulata[7] in eos Muciani iracundia, quamvis vultu tegeretur. Sed civitas, rimandis offensis sagax, verterat se transtuleratque. Ille unus ambiri, coli: nec deerat ipse: stipatus armatis, domos hortosque permutans, apparatu, incessu, excubiis, vim Principis amplecti,[5] nomen remittere. Plurimum terroris intulit cædes[6] Calpurnii[7] Galeriani. Is fuit filius C. Pisonis, nihil ausus: sed nomen insigne, et decora ipsi juventa, rumore vulgi celebrabantur: erantque in civitate adhuc turbida, et novis sermonibus læta, qui Principatus inanem ei famam circumdarent. Jussu Muciani custodia militari cinctus, ne in ipsa urbe conspectior mors foret, ad quadragesimum ab urbe lapidem, via Appia,[8] fuso per venas sanguine, exstinguitur.

Cum sic se res haberent, et dissensio inter senatores, pervicacia apud victos, nihil auctoritatis victoribus, non jura, non imperator in urbe essent, Mucianus in urbem advectus, omnia simul in se vertit: depressa auctoritas Primi Antonii et Vari Arrii, male occultata in eos Muciani offensione, licet vultu dissimularetur. Sed civitas, perspicax introspiciendis odiis, mutaverat se statim *transtuleratque. Ille unus prensari, salutari, celebrari: nec deerat ipse; cinctus armatorum caterva, in hos, modo illos hortos domosque commigrans, comitatu, pompa, custodia, fortunam ac potentiam Imperatoris occupare, vocabulum relinquere. Multum pavoris incussit nex Calpurnii Galeriani. Is fuit filius C. Pisonis, nihil novi molitus: sed nomen eximium, et honesta ipsi adolescentia, sermonibus plebis extollebantur: erantque in urbe adhuc turbulenta, et novis rumoribus alacri, qui vanum imperii nomen ei accommodarent. Mandato Muciani, septus custodia militum, ne in ipsa civitate insignitior cædes foret, interficitur ad quadragesimum lapidem a civitate, via Appia,*

1 Ita bene Ms. Guelf. Mercerus et recentiores. Vulgo in Mss. et editionibus veteribus, *inter partes*. Brotier.—2 Sic bene Mss. Flor. Harl. Jes. Pichena et recentiores. In Mss. Reg. Bodl. et editionibus veteribus, *non principes*. Idem.—3 Ita Mss. et editiones veteres ac recentiores. Intermediæ quædam editiones, *in Urbem*. Idem.—4 Sic bene Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Corb. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Bud. et editione principe, *Arriique*, omisso, *Vari*. Contra Rhenanus omisit, *Arrii*. Idem.—5 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. et editio princeps. Puteolanus et recentiores, cum Ryckio et Gronov. *complecti*.—6 Ms. Corb. *cæde*.—7 Vulgo in

NOTÆ

[7] *Male dissimulata*] Intellige, et male dissimulata fuit, vel male dissimulabatur odium Muciani, licet facie vultuque velaretur offensio.

[8] *Via Appia*] Initium habet a porta Capena in latere meridionali Romæ

Digitized by Google

Julius Priscus, Prætoriarum, sub Vitellio, cohortium Præfectus, se ipse[8] interfecit, pudore magis, quam necessitate. Alphenus Varus ignaviæ infamiæque suæ superfuit. Asiaticus enim (is[9] libertus[a]) malam potentiam servili supplicio expiavit.[b]

12. Iisdem diebus crebrescentem[1] cladis Germanicæ famam, nequaquam mœsta civitas excipiebat: 'cæsos exercitus, capta legionum hyberna,[2] descivisse Gallias,' non ut mala loquebantur. Id bellum[c] quibus causis ortum, quanto externarum sociarumque gentium motu flagraverit, altius

misso per venas cruore. Julius Priscus, præfectus prætorii militis, sub Vitellio, seipsum occidit, flagitii dolore magis, quam necessitate. Alphenus Varus supervixit inertiæ suæ et ignominiæ. Asiaticus, quia libertus erat, *pravam potestatem servili pœna luit exsolvitque.*

Eodem tempore civitas sine mœstitia audiebat invalescentem rumorem cladis Germanicæ: deletos exercitus, expugnata legionum castra, defecisse Gallias, *non ut adversa sermonibus disserebant. Altius exequar, quibus causis motum id bellum,*

Mss. et veteribus editionibus, *Calphurnii.* At in nummis hujus gentis scriptum, CALPVRNIVS. Vide eruditum Vaillant, *Nummi antiqui familiarum.* Vol. I. p. 206. et seq. *Brotier.*—8 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Corb. Ryckius et recentiores. In Ms. Reg. *seipsum interficit.* Editiones veteres, *seipsum interfecit.* 9 Brotierus omisit *is.* Sic Mss. Reg. Corb. editio princeps, Ernestus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus nostram lectionem præbent. 'Forte,' Brotierus ait, 'ob servile supplicium in margine fuerat notatum, *is enim libertus,* quod postea in ipsam narrationem transierit. Forte etiam emendandum, *Asiaticus autem libertus.*' Conjiciebat Huetius *Asiaticus, nempe libertus.* Ms. Ryckii *etiam libert.*

1 Mss. Reg. Jes. et editio princeps, *crebescentem.*—2 Frustra Rhenanus, *legionum castra hyberna;* repugnantibus Mss. et veteribus editionibus. Bro-

NOTÆ

antiquæ: ducit Brundusium usque urbem Messapiæ, per Latium et Campaniam provincias, Hirpinos populos, Apuliam et Messapiam provincias Italiæ regionis. Vide Panvinii l. I. Reipub. Romanæ, p. 99. *Tillemonius.*

[a] *Asiaticus enim (is libertus)*] Posset defendi lectio vulgata [*Asiaticus (enim is libertus)*] illis Livii l. VII. 'M. Valerius (ei quoque enim in annum prorogatum imperium est) classem, quæ ad Siciliam erat, navium 70. obtineret:' at quod sciam, nunquam ita Tacitus. *Boxhorn.* Forte (*etenim is libertus.*)

[b] *Malam potentiam servili supplicio expiavit*] Hist. l. IV. 'Solatio fuit servus Verginii Capitonis, &c. patibulo affixus.' Servile supplicium, crux, vel patibulum.

Livius lib. XXX. 'De captivis, ut quisque liber, aut servus, suæ fortunæ a quoque sumtum supplicium est:' id est, servi cruce, securi liberi mulctati. *Marc. Donatus.*

[c] *Id bellum*] Quod breviter describit Josephus Exscidii VII. 2. attigit

Digitized by Google

expediam. Batavi, donec trans Rhenum agebant,[3] pars Cattorum :[d] seditione domestica pulsi, extrema Gallicæ oræ, vacua cultoribus, simulque insulam,[4 e] nunc Bataviam, occupavere, quam mare Oceanus[5 f] a fronte, Rhenus amnis[6]

et quanto tumultu extranearum fœderatarumque nationum exarserit. Batavi pars Cattorum erant, *dum habitabant trans Rhenum;* at *intestina discordia ejecti, insedere extremas partes oræ Gallicæ, destitutas incolis, et simul* habitavere *insulam positam inter æstuaria, quam Oceanus a fronte, Rhenus fluvius a tergo et lateribus*

tier.—3 Ms. Agr. *agitabant.*—4 Post *insulam* Brotierus, cum Ryckio et Gronov. inserit *inter vada sitam*, omisso omnino *nunc Bataviam:* et sic Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. Corrupte Mss. Vatic. 1863. et Reg. *insulam vocatam sitam.* Mss. Vatic. 1864. Corb. et in margine Ms. Vatic. 1863. *insulam vata sitam.* Ms. Bud. *jurata sitam.* Inde Colerus tentabat, *insulam Batavam:* Lipsius, *insulam Vahali assitam.* Sic Brotier. Mihi videtur legendum *nunc Bataviam*, et sic refingo. In codd. olim *nunc* ita pingebatur *nc*, unde intelligitur, qui ex *nunc bataviam* ortum *jurata sitam* et similia monstra, vel *inter vada sitam.* Heins. volebat *in Vahali sitam*, quod cod. Spinæ habebat *vata sitam.* Dotteville præfert Lipsii *Vahali*

NOTÆ

Frontinus Strateg. IV. 3. et Sarisburiensis in Polycratico. *Savilius.*

[d] *Cattorum*] Catti vel Chatti, populi Germaniæ ad Visurgim fluvium: hodie comitatus *Waldeck*, pars Landgraviatus *Hassiæ*, Abbatia *Hirschfeld*, et Abbatia *Fuld*, in circulo Rheni superioris. *Tillemonius.*

[e] *Insulam*] Insula Batavorum populorum, in Germania inferiore, provincia Belgicæ regionis: hodie pars tractus *Betuve* in ducatu Gueldriæ, partesque dominii *Utrecht*, et comitatus *Hollandiæ*, omnia in provinciis Unitis seu Belgio Fœderato. *Tillemonius.*

Insulam inter vada] Certe inter *vada*, aut vadosa loca, proprie sita non est hæc nobilis insula. Quippe inter Rhenum Mosamque, alta et profunda plane flumina. Sed *vadorum* scilicet voce paulo laxius et latius Tacitus usus, pro aquis; quomodo Catullus pro mari: 'Vada salsa cita decurrere puppi.'

Etsi revera *vada* et *brevia* multa olim, (ut opinor,) in illis fluminibus: cum aggeres nondum, nec certæ ripæ coërcerent: ideoque late diffundebantur. An alicui placeat, *insulam Vahali assitam?* Lipsius.

Dio ipsam insulam *Batavam* vocat. Ego quoque crediderim, illa verba, *inter vada sitam*, esse glossam, aut certe excidisse vocem, *Batavam:* et legendum esse: *simulque insulam Batavam occupavere.*

Porro *Batavam*, significasse locum inter vada situm, arguat ververbium Germanicum: hodieque pars hujus insulæ veterem nomenclaturam retinet, *Betam.* Colerus.

Legerim: *insulam vacantem occupavere*, id est, ἀδέσποτον, ut bona *vacantia* dicimus. *Grotius.* Repugnat quod immediate ante habet, '*vacua cultoribus:*' eandem vocem, scil. *vacantem*, non statim repeteret Tacitus.

[f] *Oceanus*] Oceanus Germanicus pars est Oceani Occidentalis: alluit oram Germaniæ regionis, et Galliæ partem: hodie vocamus *Mer d'Alle-*

Digitized by Google

tergum ac latera circumluit: nec opibus,[7 g] societate validiorum,[8] attriti,[h] viros tantum armaque Imperio ministrant: diu Germanicis bellis exerciti: mox aucta[9] per Britanniam gloria,[i] transmissis illuc cohortibus, quas vetere instituto nobilissimi popularium regebant. Erat[10] et domi delectus

allambit: nec vi, seu potestate Rom. aut *fœdere præpollentium* sociorum *exhausti, viros solum et arma imperio suppeditant: diu exercitati bellis Germanicis: dein aucto decore per Britanniam, translatis illuc cohortibus, quibus ex prisco more præerant splendidissimi Batavorum. Erat etiam apud ipsos validissimus equitatus,*

assitam, quia nomen *Bataviæ* videatur Tacito ignotum fuisse. *Oberl.*—5 Sic bene Ms. Reg. Sic quoque secunda manu emendatum in Ms. Harl. Prima habebat, *Oceanum*, ut et libri omnes editi, cum Ryckio et Gronov. Dixit quidem Julius Cæsar, Bell. Gall. III. 7. 'P. Crassus, adolescens, cum legione VII. proximus mare Oceanum Andibus,' nunc *Anjou*, 'hyemebat.' At *mare Oceanum* hic in quarto casu, non vero in primo, ponitur. *Brotier.*—6 *Amnis*, abest a Ms. Corb.—7 Brotierus legit *opibus Romanis*; et sic Ryckius et Gronov. Cum Colero τὸ *Romanis* insititium esse puto, et expungo: sensum enim turbat. *Oberl.*—8 Ms. Jes. *validorum*. Male Ms. Reg. et editio princeps, *societateve aliorum astricti*. Sic quoque secunda manu in Ms. Harl. In Ms. Agr. *societateve validiorum attriti*. Brotier. Bipont. ita locum constituunt, *nec operibus Romanis societateve alienorum attriti*.—9 Sic bene Mss. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. Puteolanus omiserat, *aucta*. Aberat quoque a Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Secunda manu additum est in Mss. Harl. Bodl. Guelf. *Brotier.*—10 Sic Mss. Reg. Harl. et libri editi. In Mss. Flor. Bodl. Jes. Guelf. Corb. *erant*. Secunda manu emendatum in Ms. Jes. *erat*.

NOTÆ

magne, vel *Noord Zee*. Tillemon.

[g] *Nec opibus Romanis*] De his Hist. I. v. 'Respicerent Rhætos Noricosque, et ceterorum onera sociorum: sibi non tributa, sed virtutem et viros indici.'

Ergo sensus est: Nec a Romanis attriti opibus, seu potentia, quod validioribus sociis evenit: *viros* tantum, &c. *Ferrettus*.

Nec opibus Rom. societate] Intellige, quasi scripsisset, *nec opibus Romanorum, aut societate validiorum attriti*: nam hic *opes Rom. et societas validiorum*, unum et idem est; et sic nihil deerit.

Societas autem cum potentioribus inita, re ipsa servitus est; sociorum validiorum potentia, miseria est inferiorum: sic honesta pacis fœderisque nomina iniquitatibus sæpe obtenduntur, ut in triste servitium mox erumpant.

[h] *Societate validiorum, attriti*] Sententia est: Quanquam Romanis socii et fœderati Batavi, quæ societas apud potentiores plerumque in servitutem transit: tamen non ita eis factum. Libertatem tenuere, nec tributa iis imposita, aut servitii aliæ notæ. *Lipsius*.

[i] *Mox aucta per Britanniam gloria*] Claudio principe, ni fallor, traductis e Germania Batavis a Vespasiano.

Ipse Tacitus infra, Batavorum cohortes *Britannica auxilia* appellat; puto enim a Claudii tempore ibi restitisse illas cohortes, donec postea in Germaniam revocarentur. *Colerus*.

Puto, errat Interpres de Vespasi-

Digitized by Google

eques, præcipuo[11] nandi studio, arma equosque[12] retinens,[j] integris turmis[k] Rhenum perrumpere.[13]

13. Julius Paulus et Claudius Civilis,[l] Regia stirpe,

summa natandi industria et arte, arma atque equos regens, cum universis alis Rhenum pervadere.

Julius Paulus et Claudius Civilis, regio sanguine, longe alios antecellebant. Fon-

—11 Ms. Reg. et editio princeps, *præcipuus nandi studio.*—12 Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *arma quoque retinens.* Ms. Budens. *arma quosque.*—13 Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *Rhenum perrupere.* Mendose quidem. Durum quoque, *perrumpere,* ni suppleas, *Rhenum suetus,* vel *doctus, perrumpere.* Quod omissum videtur, cum corrupta est scriptura in *perrupere.* Brotier.

NOTÆ

ano. Nam secundæ legioni præfuit Vespasianus; at cohortes illæ auxilia erant quartædecimanæ legionis. Nec etiam in Germaniam statim revocatæ cohortes, quod pateat ex historia; sed in Italiam cum sua legione XIV. transiere. Omnes itus reditusque harum cohortium exposuimus supra.

[j] *Arma equosque retinens*] Romanus codex, *arma quoque retinens,* quod haud spreverim, uti non tam ipsi tranatasse, quam equis tramisisse intelligantur.

Certe ambiguum mihi, Batavorumne hæc ars et opera fuerit, ita ut ipsi nantes equos armaque tenuerint: an potius equi ipsi docti sic, et facti. E Tacito aut priscis scriptoribus litem hanc haud facile decidas.

Noster in Agricola, viris ipsis tribuere iterum videtur: (de Batavis enim illa capio,) 'lectissimos auxiliarium, quibus nota vada, et patrius nandi usus, quo simul seque et arma et equos regunt, repente immisit.'

Xiphilinus in Adriano, ambigue: 'Equitatus eorum, quos Batavos appellant, cum armis transnatavit.' Adrianus de Sorano Batavo: 'Adriano potui qui judice, vasta profundi Æquora Danubii cunctis tranare sub armis.' *Lipsius.*

Ex hoc loco Agric. 'Quo simul seque et arma et equos regunt,' clare patet, spernendum esse Cod. Rom. qui habet, *arma quoque retinens.* Et colligi possit, nantes Batavos, equos et arma tenuisse, non vero transmisisse in equis.

[k] *Integris turmis*] Intellige *turmas* equitum universas simul Rhenum perrumpere solitas; non autem, ita ut unus alterve tantum transnatarent seorsim. Sed simul turmæ ordinatæ et compositæ, velut in acie aut agmine, cum armis et equis amnem transmeabant.

At hic dubitari potest, an in equis expediti cum armis natarent ipsi, an vero desilientes equis, nando, se arma et equos regerent; et de hoc etiam alibi actum, ubi de Britannis. Videntur ipsi enatasse, et equos manu ac fræno, armaque forte in equis rexisse. Ita ut prope annatarint equis, qui et huic arti facti, ut et homines ipsi.

[l] *Claudius Civilis*] Ipse Tacitus Hist. I. Plutar. Ἐρατικῷ, Frontinus, Sarisbur. *Julium Civilem* appellant Sed quicquid tandem de eo sit, Tacito *Paulus et Civilis* fratres fuisse videntur. *Savilius.*

Forte vocabatur Julius Claudius

Digitized by Google

multo ceteros anteibant. Paulum Fonteius Capito, falso rebellionis crimine, interfecit. Injectæ Civili[1] catenæ, missusque ad Neronem et a Galba absolutus, sub Vitellio rursus discrimen adiit,[2] flagitante supplicium ejus exercitu. Inde causæ irarum, spesque ex malis nostris. Sed Civilis, ultra quam barbaris solitum, ingenio solers, et 'Sertorium se,' aut 'Hannibalem' ferens, simili oris dehonestamento,[m]

teius Capito Paulum interemit, ficto ac supposito scelere perduellionis. Indita Civili vincla, ductusque ad Neronem, et a Galba dimissus; Vitellio imperante, denuo periculum subiit, postulante exitium ejus milite. Hinc principia odiorum, et spes ex calamitatibus nostris. Sed Civilis animo acer, plusquam usitatum barbaris, et se velut Sertorium *aut* Hannibalem *ostentans, pari labe ac dedecore faciei, Ves-*

1 Ms. Budens. *illi*.—2 Ita Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus

NOTÆ

Civilis. Haud dubie civitate Rom. donatus erat, et equestri fastigio ornatus, ut olim Arminius, Segestes, et alii illustriores sociorum. Igitur civis ille Romanus; nec mirum, si Romana nomina habuerit, et quidem more Rom.

[m] *Simili oris dehonestamento*] Livius de Hannibale, 'Vigiliis tamen et nocturno humore palustrique cœlo gravante caput, et quia medendi nec locus nec tempus erat, altero oculo capitur.' Vulgoque id ita accipitur, ut oculum amiserit Hannibal. Ideoque Juven. 'Portaret bellua luscum.'

Ceterum Probus, auctor non spernendus: 'Hoc itinere, adeo gravi morbo afficitur oculorum, ut postea nunquam dextro bene usus sit.' *Ferretius.*

Simili oris dehonestamento] Plut. in Sertorio: 'Non mirum forte sit, quod in immensa serie temporum, fluctuante et sese vertente huc et illuc fortuna, in eosdem casus quandoque ipsa recidat.' Et post allata plurima exempla similia, subdit: 'Age, et addamus illud istis, quod duces bellicosissimi, et qui multa egregia facinora per astutiam et summa calliditate perfecerunt, ii altero oculo orbi extitere, Philippus, Antigonus, Hannibal, et iste, de quo nunc scribimus, Sertorius.'

Et jam infra: 'Et cum mira facinora manu exequeretur, et corpus præliis audacissime exponeret, alterum oculorum pugnando sibi effossum amisit; ea vero labe ac deformitate oris tota vita gloriatus est. Quippe dicebat, alios quidem insignia virtutis non habere secum; non ea gestare semper, sed sæpe deponere phaleras, monilia, torques, hastas, et coronas; sibi vero fortitudinis decora, velut individua perpetuo adhærere, seque æternum simul et virtutis et vulneris spectaculum contuentibus exhibere.'

Sic et Dionysius de Horatio: 'Horatius, qui cognominatus Cocles, ex vulnere quod ore exceperat, cum ipsi alter oculus excussus esset in pugna, cum esset ipse omnium juvenum Rom. et forma pulcherrimus, et virtute præstantissimus,' &c.

Plutarchus initio Sertorii ait, qui duces maxime bellicosi fuerunt, eos

Digitized by Google

ne ut hosti obviam iretur, si a Populo Romano palam descivisset, Vespasiani amicitiam studiumque partium prætendit: missis sane ad eum Primi Antonii[n] literis, quibus, 'avertere[3] accita Vitellio[4] auxilia et, tumultus Germanici specie, retentare legiones,' jubebatur. Eadem Hordeonius Flaccus præsens monuerat, inclinato in Vespasianum animo, et Reipublicæ cura; cui excidium adventabat, si redintegratum[5] bellum et tot armatorum millia Italiam irrupissent.

14. Igitur Civilis, desciscendi[1] certus, occultato interim altiore consilio, cetera ex eventu judicaturus,[o] novare res hoc modo cœpit. Jussu Vitellii, Batavorum juventus ad

pasiani benevolentiam prætexit, favoremque partium, ne tanquam hostis comprimeretur, si aperte a populo Romano defecisset: scriptis certe ad illum epistolis Primi Antonii, quibus ei *imperabatur*, ut distringeret copias a Vitellio accersitas, et retineret legiones, prætextu motus Germanici. *Idem Hordeonius Flaccus præsens jusserat, prono in Vespasianum affectu, et studio Reipublicæ; cui exitium instabat, si novum* flagrasset *bellum, et tot millia armatorum Italiam invasissent.*

Cum itaque deficere statuisset Civilis, dissimulato interea profundiore arcano, reliqua pro eventu rerum *æstimaturus, turbare res hac ratione cœpit. Mandante*

editionibus, *adit.*—3 Male Mss. Flor. Corb. Agr. *adverteret.* Ms. Reg. et editio princeps, *averteret.* Brotier.—4 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *a Vitellio.* Præpositionem omittunt Mss. Flor. Corb. Agr. editio princeps et recentiores.—5 Sic bene Mss. Corb. Guelf. Rhenanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *reintegratum.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *redintegrandum.* Secunda manu in Ms. Harl. *redintegratum.* Brotier.

1 Sic bene Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Agr. Guelf. editiones veteres

NOTÆ

altero carnisse oculo, Philippum, Antigonum, Hannibalem, et Sertorium.

Quare Tacitus, 'Ore faciesque fœdum Civilem' illis similem ait, ut infra eodem: 'Dux Claudius Sanctus, effosso oculo, dirus ore.'

Et Annal. II. 'Flavium fratrem, amisso oculo, unde ea deformitas oris, interrogat Arminius.' *Vertran.*

[n] *Primi Antonii*] Quæ hic designat auctor, facile persuadeant, rebellionem Germanicam incidisse in hyemis principium. *Sarilius.*

[o] *Cetera ex eventu judicaturus*] Civilis defectioni suæ obtendebat in speciem partes Vespasiani, sed altius re ipsa consilium moliebatur, nempe quo regnum Galliarum affectabat: quod consilium interim premebat, postea *judicaturus*, seu deliberaturus ex primo eventu rerum, quid ultra moliretur; et prout res successisset, vel bello abstiturus, vel fortunam secuturus, si aspirasset votis; quod et fecit.

Nam postquam vicit Vespasianus, nullaque amplius necessitas erat avocandi Vitellianas legiones ex parte Germaniæ, tamen perseveravit bellum inferre Romanis; ita ut satis pa-

Digitized by Google

delectum vocabatur; quem, suapte natura gravem,[p] onerabant ministri avaritia ac luxu, senes aut invalidos conquirendo,[2] quos pretio dimitterent: rursus impubes,[3] sed forma conspicui (et est[4] plerisque procera pueritia) ad stuprum trahebantur. Hinc invidia: et compositæ[5] seditionis auctores perpulere, ut delectum abnuerent. Civilis primores gentis et promtissimos vulgi, specie epularum, sacrum in nemus vocatos, ubi nocte ac lætitia incaluisse videt, a laude gloriaque gentis orsus, injurias et raptus et cetera servitii mala enumerat. 'Neque enim societatem, ut olim, sed tanquam mancipia haberi: quando Legatum,[q] gravi quidem

Vitellio, Batavorum juventus citabatur ad delectum; quem, suopte ingenio molestum gravebant inquisitores, cupiditate ac libidine, homines scil. *ætate provectos, aut imbelles conscribendo, qui se pecunia redimerent: et contra impuberes, sed pulchritudine insignes (et est plerisque pueris* decora *proceritas) ad libidinum flagitia rapiebantur. Hinc indignatio: et subornati discordiæ fautores,* vulgus *incitavere, ut delectum recusarent. Civilis principes popularium, et audacissimos plebis convocat, prætextu convivii in sacram sylvam; et postquam animadvertit* illos *nocte et gaudio accensos, incipiens a fama et decore gentis, disserit exponitque iniquitates et rapinas et reliquas ærumnas servitutis.* Quippe non, ut olim *agi tanquam* cum sociis, sed *ipsos* veluti servitia haberi: quando *huc* adventare legatum,

et recentiores. Ms. Bud. et Rhenanus, *discidii certus.* Brotier.—2 Male Ms. Guelf. *conquirendos.* Idem.—3 Ita Mss. Vatic. 1863. et 1864. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *impuberes.* In margine Mss. Bodl. *impubes.* Sic quoque supra additum in Ms. Vatic. 1958.—4 Male Mss. Corb. Agr. *et ex plerisque.* Ryckii amicus tentabat, *ut est plerisque.* Brotier.—5 Ita Ms. Reg. editio princeps, Ernestus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, cum Ryckio et Gronov. *et compositi seditionis auctores: perpulere, &c.* Ernesto merito placuit, *compositæ,* ut apud Livium, IV. 13. 'nec dum compositis maturisve satis consiliis.' Sic et Sallustius, in Jugurth. 119. 'ita composito dolo, digrediuntur,' et Propert. II. Eleg. II. 2. 'At me, composita pace, fefellit amor.'

NOTÆ

teret, jam non esse bellum illud civile, sed externum.

Illas voces, *cetera ex eventu judicaturus,* Civilis ipse quidem sic interpretatur infra: 'Id bellum, cujus ambiguam fortunam Vespasiano imputaturos: victoriæ rationem non reddi.'

[p] *Delectum . . . suapte natura gravem*] Quippe in longam et longinquam militiam. Velleius in laudibus Tiberii: 'Quanta cum quiete hominum, rem perpetui præcipuique timoris supplementum, sine trepidatione delectus providet?' *Lipsius.*

Delectum] In urbe lenius egit postea, cogente necessitate. Suet. Vit. 15. 'Delectum quoque ea conditione in urbe egit, ut voluntariis, non modo missionem post victoriam, sed etiam veteranorum justæque militiæ commoda polliceretur.'

[q] *Quando Legatum*] Nota interrogandi hæc scripserim. Atque inter-

Digitized by Google

comitatu et superbo cum imperio, venire?[6] tradi se Præfectis Centurionibusque:[7] quos ubi spoliis et sanguine expleverint, mutari, exquirique[8] novos sinus et varia prædandi vocabula. Instare delectum, quo liberi a parentibus, fratres a fratribus, velut supremum dividantur. Nunquam magis afflictam rem Romanam, nec aliud in hybernis, quam prædam et senes: attollerent tantum oculos et inania legionum nomina[r] ne pavescerent. At[9] sibi robur peditum equi-

importuno sane apparatu et arroganti imperio? Se permitti *per contemtum* præfectis et centurionibus; quos ubi præda et cruore satiaverint, alios immitti, et indagari novos sinus, et diversa rapiendi nomina. Imminere delectum, quo velut extremum separentur filii a parentibus, fratres a fratribus. Nunquam magis exhaustum attritumque imperium Rom. nec aliud in castris, quam spolia et senes: erigerent solummodo oculos, et ne metuerent vana legionum vocabula. Habere se lectos pedites equitesque; cognatos Germa-

Idem.—6 Mss. et veteres editiones, *quando legatum . . . venire:* quod probat Cl. Ernestus; et *quando* pro *quippe* accipit. At quomodo tunc stabit, *gravi quidem comitatu?* Redundabit *quidem*, quod tamen habent libri omnes. Præterea ad Batavos non mittebantur legati, sed præfecti et centuriones, qui delectum agerent. Nec placet Davanzati: 'E quanto si stara a veder venire un legato con quel lungo codazo, e superbo imperio?' In Ms. Reg. et editione principe, *quendam legatum . . . venire:* Ms. Agr. *quando legatum . . . venire parum.* Quod minime Cornelianum, licet Ryckio probatum. *Brotier.* —7 *Que*, abest a Mss. Bodl. Jes. et Budens. Secunda manu additum in Ms. Harl.—8 Ed. pr. *exequique.*—9 Brotierus cum Ryckio et Gronov. edidit *esse sibi robur;* omisso *at. Esse*, abest a Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. et editione principe. In Ms. Flor. secunda manu, *at sibi robur*, quod et Bipont. recipi-

NOTÆ

preter: En, usque eo viles Romanis sumus, ut non legati aut prætores saltem nos diripiant; id est, honestiorum manibus pereamus; sed latrunculi aliquot minuti, præfecti et centuriones? *Lipsius.*

[r] *Inania legionum nomina*] Hoc tempore sex fuerunt legiones non integræ, aut potius *legionum nomina*, ut hic vocantur. In superiori Germania ad Maguntiacum duæ; *quarta Macedonica*, et *octavadecima*, alias, *duoetvicesima*, præter octo Batavorum cohortes.

In Germania inferiori ad Bonnam *prima legio;* et infra Bonnam ad Novesium *sextadecima;* et paulo versus illam partem longius ad Vetera, *quinta* et *quintadecima;* utriusque duce Mummio Luperco. Ultimas duas hoc bellum penitus consumserat, castris solo æquatis. Tacitus.

Sextadecima et *prima* post Hordeonii mortem sponte sua se sacramento hostibus obstrinxere, atque ex illorum arbitrio Treveros submotæ, unde sua sponte Mediomatricos petierunt; atque inde accitæ a Cereale, in gratiam redierunt.

Eodem tempore, quæ Moguntiacum tenebant, legiones duæ, transierunt in partes antea inimicas, et neque mutare locum jussæ sunt, sed quæ post Cerealis adventum ad Romanos

Digitized by Google

tumque: consanguineos Germanos:[10] Gallias[11] idem cupientes: ne Romanis quidem ingratum id bellum,[8] cujus am-

nos: *et* Gallias idem volentes: ne Romanis quidem invisum *fore* id bellum

****

unt. Ms. Bud. *et*.—10 Sic bene libri omnes editi. *Germanos* abest a Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. Additum in margine Mss. Harl. Guelf. *Brotier*. —11 Supra *Gallias* in Ms. Vatic. 1958. scriptum, *Gallos*. Ernest.

NOTÆ

redierunt. Tac. Octo Batavorum cohortes initio belli in seditiones actæ, ad Civilem defecerunt.

Jam vero supplendis et in integrum restituendis, quos aut seditio aut cædes abstulerat, assignatæ erant sub Petilio Cereale septem legiones, teste Tacito; nimirum *sexta Victrix*, cum Muciano e Syria redux, et *octava Augusta*, una ex Mœsicis legionibus; (sic enim legi debet, non *octavadecima*, istius enim nominis nulla inter victrices fuit:) *unaetvicesima Rapax; secunda*, cognomine, ut opinor, *Flavia, e recens conscriptis; quartadecima Gemina* ex Britannia; *sexta Ferrata*, et *decima Gemina* ex Hispania.

Est enim in vulgatis Taciti exemplaribus, *tertia ac prima ex Hispania accitæ;* at nulla *tertia* fuit in Hispania, et Hispanicam *sextam* hisce rebus interfuisse narrat Hist. l. v.

Verum quidem quod aliqua *prima Adjutrix* in Hispania fuerit; sed cum l. v. bis memoretur *decima* legio Hispanica, dicendum, aut omnes legiones ex Hispania accitas, contra omnem probabilitatem, aut pro *prima* legendum esse, *decima*.

Ita ut ex emendatione, in fine hujus adversus Gallos et Germanos belli, fuerint in Romano exercitu undecim legiones. Superioris Germaniæ: Quarta Macedonica; Octavadecima, alias duo et vicesima; Didius Vocula legatus. Inferioris Germaniæ Prima, Herennius Gallus legatus: Sextadecima, Numisius Rufus legatus, ut opinor. Sexta Victrix e Syriacis; Octava Augusta e Mœsicis; Unaetvicesima Rapax e Vitellianis; Secunda Flavia e recens conscriptis; Quartadecima Gemina e Britannicis; Sexta Ferrata et Decima Gemina ex Hispanicis. *Savilius*.

[8] *Ne Romanis quidem ingratum id bellum*] Hic pro *Romanis* intelligendi sunt Vitellianorum militum in Germania duces, quos ait ambiguam belli fortunam Vespasiano imputaturos; hoc est, simulaturos, se in ejus gratiam Vitellii vires debilitasse.

Supra l. II. 'Unde metus, et ex metu consilium, posse imputari Vespasiano, quæ apud Vitellium excusanda erant.' *Pichena*.

Immo Flavianis et melioribus omnium Romanorum, quos erat credibile, Vespasianum Vitellio prælaturos; et ideo non ingratum fore, hos, qui limitem obsidebant, tanquam portionem Vitellianæ factionis, impediri proprio negotio, ne creato et subornato ab sese imperatori, si necessum foret, auxilio venire possent.

Sic et *imputaturos* profecto Batavos, non Vitellianorum duces, ut putavit optimus interpres. *Gronovius*.

Forte potuerunt et ipsi Romani duces, qui Vitelliani hactenus, non *ingratum id bellum* habere, potuerunt et favere Vespasiano ut optimo, sicque bellum initio et hostem dissimulare, et hujus belli ambigua eidem

Digitized by Google

biguam fortunam Vespasiano imputaturos: victoriæ rationem non reddi.'[t]

15. Magno cum assensu auditus, barbaro ritu et patriis execrationibus universos adigit. Missi ad Canninefates,[1 u] qui consilia sociarent. Ea gens partem insulæ colit, origine, lingua, virtute, par Batavis; numero superantur. Mox occultis nuntiis pellexit Britannica auxilia,[v] Batavorum cohortes, missas[2] in Germaniam, ut supra retulimus, ac tum Magontiaci[3 w] agentes. Erat in Canninefatibus stolidæ

cujus dubium eventum Vespasiano ascriberent: nemini rationem reddituri, si vincerent.

Ingenti assentientium plausu auditus, barbaro more, et patriis jurisjurandi cærimoniis omnes obstringit. Missi ad Canninefates, qui cæpta communicarent. Ea natio partem insulæ habitat, stirpe, sermone, fortitudine similis Batavis; sed *multitudine impar. Dein secretis literis solicitavit copias auxiliares Britanniæ,* nempe *cohortes Batavorum, quæ missæ* fuerant *in Germaniam, ut antea memoravimus, ac tum Moguntiaci agitantes. Erat apud Canninefates inconsultæ audentiæ Brinio,*

1 Plinius, IV. 15. meminit *Cannenufatum;* et vetus Inscriptio apud Gruterum, p. 385. num. 1. ALAE PRIMAE CANNANEFATVM. Unde non male Cl. Ernestus edidit, *Canninefates.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. et veteribus editionibus, *Caninefates,* et sic Ryckius et Gronov. Ms. Corb. infra c. 79. habet, *Cannenefates.* Ibidem editio princeps, *Canninefates.* Brotier.—2 Brotierus conjicit *remissas.*—3 Ita Mss. Vatic. 1863. 1864. 1958. Bodl. et Puteolanus. Ptolemæo quoque, II. 9. Μοκοντιακον. Male Ms. Reg. *Magontiana gens.* At ipse infra c. 24. habet, *Mogontiaco.* Beroaldus et recentiores, *Magontiaci;*

NOTÆ

Vespasiano imputare. Sed præcipue hic respicit Tacitus ad socios Civilis, seu Flavianos, sive aperte sive occulte faverent, seu fortunam specularentur.

[t] *Victoriæ rationem non reddi*] Ausonius Paneg. ad Gratianum: 'Rationem felicitatis nemo reddit.' *Pichena.*

[u] *Canninefates*] Populi Batavorum populorum, in Germania inferiore. Hodie pars diœceseos archiepiscopatus Ultrajectensis *Utrecht.* Vel dominium Ultrajectense *la Seigneurie d'Utrecht,* una ex Provinciis Unitis, in Belgio Fœderato. *Tillemonius.*

[v] *Pellexit Britannica auxilia*] Intellige Batavorum cohortes, quæ in Britannia militabant pro Romanis. Nam Hist. IV. 12. 'Diu Germanicis bellis exerciti: mox aucta per Britanniam gloria, transmissis illuc cohortibus, quas vetere instituto nobilissimi popularium regebant.' Hæ remissæ erant ex Italia in Germaniam, supra l. II. 'Principium interno simul externoque bello parantibus fatis.'

[w] *Magontiaci*] Magontiacum urbs Vangionum populorum ad Rhenum fluvium, in Germania superiore, Galliæ Belgicæ provincia. Hodie *Mayntz* Allemanis, *Mayence* Francis, urbs archiepiscopatus et Electoratus Moguntini, in circulo Rheni inferioris. *Tillemonius.*

Digitized by Google

audaciæ Brinno,[4] claritate natalium insigni: pater ejus, multa hostilia ausus, Caianarum expeditionum ludibrium impune spreverat. Igitur ipso rebellis[5] familiæ[x] nomine[6] placuit,[y] impositusque scuto, more gentis,[z] et sustinentium humeris vibratus, Dux deligitur. Statimque accitis Frisiis[a] (transrhenana gens est) duarum cohortium hyberna,[b] proxima occupatu,[7] Oceano[c] irrumpit. Nec præviderant impe-

nobilitate stirpis eximia. Pater illius, etsi plurima hostiliter perpetrasset, impune tamen *contemserat vesaniam bellorum Caii* Cæsaris. *Itaque gratus fuit ipso vocabulo gentis perduellis, sublatusque in clypeum, ritu patrio, et portantium humeris libratus, dux assumitur. Statimque accersitis Frisiis,* qui *transrhenanus populus est, mari invadit castra duarum cohortium, quæ propius irrumpi poterant. Nec*

quæ scriptura nonnunquam in Mss. reperitur. *Brotier.*—4 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Agr. Ryckius et recentiores. Male Ms. Reg. et editio princeps, *Brumo.* Nam mox infra Ms. Reg. habet, *Brinnonem;* editio princeps, *Brinonem.* Puteolanus, *Brenno.* Rhenanus e Ms. Bud. *Brinio.* Idem. —5 Mss. Reg. Corb. *rebelle.* Editio princeps, *rebellæ.*—6 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *omine;* et sic Brotier. Editio princeps, *homine.* Emendatum in recentioribus editionibus, *nomine,* et sic edidere Ryckius et Gronovius cum Bipont. *Brotier.*—7 Sic optime Lipsius et recentiores. Male Ms. Flor. *proxima occupata.* Mss. Vatic. Harl. Bodl. Jes. Reg. Corb. et editiones veteres, *proximo occupata.* Beroaldus, *proximo occupato.* Idem. Dotteville

NOTÆ

[x] *Rebellis familiæ*] Ut cui velut ingenita esset audacia, et insitum implacabile odium adversus Romanos, quod traditum a patre velnti per successionem.

[y] *Nomine placuit*] *Brunonem* scribi, verius fortasse sit. *Lipsius.*

[z] *Impositusque scuto, more gentis*] Mos igitur ille ignotus Romanis, eo quidem ævo. Nam postea irrepsit, sed non nisi cum barbaris.

Galli, Gothi, Frauci hunc in cooptando principe ritum habuerunt: et notavit, atque exemplis firmavit P. Pythæus. Illum vide l. II. Subsecivor. c. 6.

Sed addo etiam Græcis levationem hanc *in scutum* usurpatam, inter solennia principatus. Zonaras de Hypatio, qui seditiose contra Justinianum electus: 'Et in scutum sublime tollentes, salutant imperatorem.'

Nicephorus Gregoras l. III. de Theodoro Ducæ filio: 'Dictus autem postea imperator est a volentibus subditis, sedens in clypeo, juxta morem in hac re receptum.' Curopalates de Officiis aulæ: 'Novus imperator scuto impositus tollitur in altum.' *Lipsius.*

[a] *Frisiis*] Hi populi Germaniæ magnæ ad Oceanum Germanicum. Hodie pars septemtrionalis comitatus *Hollandiæ*, et dominia *Ouest-Frise*, et *Groningue*, in provinciis Unitis, seu Belgio Fœderato. *Tillemon.*

[b] *Duarum cohortium hyberna*] Nullis enim legionum præsidiis occupata erat insula, sed quasdam tantum acceperat cohortes. *Surilius.*

[c] *Proxima occupatu, Oceano*] Scil. hac mente: ut Brinio duarum cohor-

Digitized by Google

tum hostium milites: nec, si prævidissent, satis virium ad arcendum erat. Capta igitur et direpta castra: dein vagos, et pacis modo effusos, lixas negotiatoresque Romanos invadunt. Simul excidiis castellorum imminebant:[d] quæ a Præfectis cohortium incensa sunt, quia defendi nequibant. Signa vexillaque et quod militum in superiorem insulæ partem[8 e] congregantur,[9] Duce Aquillio, Primipilari; nomen magis exercitus, quam robur. Quippe, viribus cohortium abductis,[10 f] Vitellius, e proximis[11] Nerviorum[t] Germanorumque pagis, segnem numerum armis oneraverat.[12]

præsenserat miles irruptionem hostium: nec satis roboris ad propellendum erat, etsi præscivissent. Igitur expugnata et spoliata hyberna; mox irruunt in lixas palabundos, ac tanquam in pace dispersos, et in mercatores Romanos. Eodemque tempore parabant exscindere propugnacula ac præsidia; quæ præfecti cohortium combussere, quia servari non poterant. Signa et vexilla Rom. *et quicquid militum* erat, *contruhuntur in superiorem partem insulæ, duce Aquilio primipilari; magis vocabulum, quam vis exercitus. Namque, robore cohortium abstracto, Vitellius, e finitimis regionibus Nerviorum et Germanorum, ignavam multitudinem armis oneraverat.*

e cod. suo dat *uni hyberna proximo occupata.*—8 Ita Ms. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *in superiore insulæ parte.* Brotier.—9 Editio princeps, *congregabantur.*—10 Male Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. *quam robur cohortium abductum.* Inde emendaverat Rhenanus, *quam robur, cohortibus abductis.* Recte emendatum in Ms. Harl. *quam robur. Quippe viribus cohortium abductis.* Sic quoque habent Mss. Reg. Corb. Male Puteolanus, *cohortis.* Brotier.—11 Ms. Corb. *ex proximis.* Male Ms. Reg. et editio princeps, *ex primis.* Idem.—12 Ita Ms. Vatic. 1958. Puteolanus et recentiores. In Ms. Vatic. 1863. et editione principe, *armis ornaverat.* Idem.

NOTÆ

tium castra, quæ finitima Caninefatibus, per Oceanum irruperit. *Lipsius.*

[d] *Simul excidiis castellorum imminebant*] Igitur erant castra cohortium, castra alarum, castra legionum, et forte *castella* ista, et hæc omnia præsidia, velut arces dominationis et servitutis.

Puto illa castella passim disposita esse in utraque ripa Rheni, quibus, scil. barbari arcerentur transitu, et socii continerentur. Patet ex his quæ infra: 'Directa ex diverso acies, haud procul a flumine Rheno, et obversis in hostem navibus, quas, incensis castellis, illuc appulerant.'

Illæ naves haud dubie apud castella distributæ passim, sed incensis castellis, simul eas contraxerant, iisque utebantur adversus Civilem.

[e] *In superiorem insulæ partem*] Propius *Vetera*, duabus insessa legionibus, *quinta* et *quintadecima.* Savilius.

[f] *Viribus cohortium abductis*] Vitellius certe non cohortes ipsas, aut legiones omnes e Germania abduxit; sed illis manentibus, nomine et specie, valentissimum quemque militem subtraxit. Id est, *vires cohortium* abduxit, ut hic ait. *Lipsius.*

Digitized by Google

16. Civilis, dolo grassandum[h] ratus, incusavit ultro Præfectos,[1] quod castella deseruissent. Se cum cohorte, cui præerat, Canninefatem tumultum compressurum:[1] illi sua quisque hyberna repeterent.' Subesse fraudem consilio, et dispersas cohortes facilius opprimi, nec Brinnonem Ducem ejus belli, sed Civilem esse,[2] patuit: erumpentibus paulatim indiciis, quæ Germani, læta bello gens, non diu occultaverant. Ubi insidiæ parum cessere, ad vim transgressus, Canninefates, Frisios, Batavos propriis cuneis componit: directa[3] ex diverso acies,[4] haud procul a flumine Rheno, et obversis in hostem navibus, quas,[5] incensis castellis, illuc appulerant: nec diu certato, Tungrorum[6] cohors signa ad Civilem transtulit: perculsique milites improvisa proditione a sociis hostibusque cædebantur. Eadem etiam navibus perfidia. Pars remigum e Batavis, tanquam imperitia, offi-

Cirilis, fraude utendum esse existimans, arguit ultro præfectos cohortium, quod præsidia reliquissent. Se Caninefatem motum coërciturum cum cohorte, quam regebat: illi in sua quisque castra reverterentur. *Inesse dolum monitis, et* sic *divisas cohortes* posse *facilius deleri, innotuit; nec Brinionem præcipuum auctorem ejus belli esse, sed Civilem: emergentibus sensim indiciis, quæ Germani, avida prœliorum natio, non diu dissimulaverant. Postquam dolus parum successit, ad vim confugiens, propriis catervis instruit Caninefates, Frisios, et Batavos. Ordinata e contrario acies* Rom. *non longe ab amne Rheno, et oppositis adversus hostem navigiis, quæ, crematis propugnaculis, illuc applicuerant. Nec diu dimicatum erat, cum cohors Tungrorum signa transmisit ad Civilem: exterritique milites* Rom. *inopinata transitione, interficiebantur a sociis et ab hostibus. Eadem etiam fraus classi. Pars nautarum e Batavis, velut inscitia, obstabant arti nauclerorum defen-*

1 Ita Mss. Reg. Bud. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *oppressurum*. Brotier.—2 In Mss. Reg. Agr. et editione principe, *ducem esse belli, sed civilem, eis patuit*. Idem.—3 Male Ms. Reg. et editio princeps, *detecta ex diverso acies*. Brotier.—4 Mallet Pichena, *directa ex diverso acie*.—5 Ed. pr. et Ms. Budens. *quasi*.—6 Mss. Harl. Bodl. Jes. et editio princeps, *Turingorum*. Solenni librariorum errore. *Brotier*.

NOTÆ

Vires, scil. cohortium, nomine vexillariorum, abduxerat in Italiam Vitellius.

[g] *Nerviorum*] Nervii, populi Belgicæ Secundæ, in Belgica regione Galliæ. Hodie diœcesis archiepiscopatus Cameracensis *Cambray*; vel secundum divisionem temporalem, pars est comitatus Hannoniæ *Haynault*, et omnis tractus Cameracensis *Cambresis*, in Belgica regia. *Tillemonius*.

[h] *Dolo grassandum*] Plutarch. Apophth. Lysander 'in eos, a quibus vituperabatur, ut Hercule indignus, quod dolo pleraque ageret, dicebat: Quo leonina pellis non pervenit, vulpinam esse assuendam.'

Digitized by Google

cia nautarum propugnatorumque impediebant: mox contra tendere, et puppes hostili ripæ objicere:[i] ad postremum gubernatores Centurionesque, nisi eadem volentes, trucidant, donec universa quatuor et viginti navium classis transfugeret, aut caperetur.

17. Clara ea victoria in præsens, in posterum usui: armaque et naves,[j] quibus indigebant, adepti, magna per Germanias Galliasque fama, 'libertatis auctores' celebrabantur.[1] Germaniæ statim misere legatos, auxilia offerentes. Galliarum societatem Civilis arte donisque affectabat, captos cohortium Præfectos suas in civitates remittendo: cohortibus, abire, an manere mallent, data potestate: manentibus honorata militia;[k] digredientibus spolia Romanorum[2] offerebantur. Simul secretis sermonibus admonebat 'ma-

sorumque: dein contra niti, et puppes hostili littori opponere: demum obtruncant rectores et centuriones, nisi eadem cupientes, donec totu classis quatuor et viginti navium transiret ad hostes, *aut expugnaretur.*

Insignis ea victoria ad præsens, et *in futurum utilis: armisque et navigiis, quibus opus habebant, potiti, magno decore per Germanias Galliasque, velut* libertatis assertores *extollebantur. Confestim e Germaniis missi oratores, qui copias et opem promitterent. Civilis arte et muneribus aucupabatur fœdus Galliarum; itaque præfectos cohortium, qui venerant in potestatem, in suas civitates remittit; concessa venia cohortibus,* seu *abscedere, sive remanere mallent: offerebatur remanentibus honestus in bello gradus seu locus; abeuntibus præda, et opes Romanorum. Etiam arcanis colloquiis enumerabat* ærumnas, quas per tot annos passi, misera-

1 Ms. Harl. *celebrantur.*—2 Ms. Agr. *spolia Romana.*

NOTÆ

[i] *Puppes hostili ripæ objicere*] Prora enim lacessere debuerunt Batavos, et sic proram objicere hostili ripæ, non puppes. Sed remiges Batavi pugnare in suos noluere, ad quos demum et transire maluerunt.

[j] *Armaque et naves*] Armis indigebant Batavi, quia viros et arma et virtutem imperio ministrabant; et naves forte prohibitæ, aut abreptæ, vel nullæ; et hic mirari subit, quod Batavi, habitantes insulam, præpolleant equitatu, et navibus indigeant.

Sed tum sic, nunc vero longe aliter se res habent. Puto equitatu prævaluisse Batavos, quia Galli ipsi, quia fortes viri, et in castris Rom. perpetuo militabant, atque in expeditiones longinquas abducebantur, et procul a sua Gallia, seu Germania.

[k] *Honorata militia*] Id est, Honestus gradus in bello, cuilibet pro sua sorte, splendidioribus munia officiaque, plebeiis vero stipendia majora, &c.

Digitized by Google

lorum, quæ tot annis perpessi, miseram servitutem falso pacem vocarent. Batavos, quanquam tributorum expertes, arma contra communes dominos cepisse: prima acie fusum victumque Romanum: quid? si Galliæ jugum exuant? quantum in Italia reliquum? provinciarum sanguine provincias vinci: ne Vindicis aciem cogitarent: Batavo equite protritos Æduos Arvernosque:[1] fuisse inter Verginii auxilia Belgas: vereque reputantibus, Galliam suismet viribus concidisse. Nunc easdem omnium partes,[m] addito, si quid[n] militaris disciplinæ in castris Romanorum viguerit: esse secum veteranas cohortes, quibus nuper Othonis legiones procubuerint. Servirent Syria Asiaque[o] et suetus Regibus Oriens:

bile servitium falso appellarent pacem. Batavos, licet a vectigalibus immunes, arma sumsisse adversus communes tyrannos. Prima pugna fugatum profligatumque Romanum: quid? si Galliæ jugum exentiant? quid in Italia superesse? populorum cruore populos superari: ne Vindicis prælium reputarent animis. Batavorum equitatu proculcatos Æduos Arvernosque: extitisse inter auxiliares Verginii Belgas: serioque advertentibus, Galliam suomet robore *prostratam* corruisse. Nunc easdem partes omnium *Gallorum*, adjuncto, si quid militari se veritate *retenta* in castris Romanis floruerit: stare a se vetustum militem, a quo nuper legiones Othonis profligatæ fuerint. Jugum subirent Syria, Asiaque, et regibus *inservire* soli-

NOTÆ

[1] *Æduos Arvernosque*] Sic loquitur, quia isti Galli, ut propiores Romanis, opulentia, luxu, deliciis, commercio urbis, ac longa pace fracti et emolliti, atque ipsi milites Vindicis protriti fuerant equitatu Batavorum, et auxiliis Belgarum, qui *fortissimi Gallorum*, ut scribit Cæsar.

Belgæ inter auxilia legionum superioris Germaniæ, quibus præerat Verginius, et vicit Gallos, immoto exercitu inferioris Germaniæ; nec bello aut prælio adversus Vindicem affuere Batavi, qui auxilia inferioris exercitus. Et ipsæ octo cohortes tum in Britannia, aut certe transibant in Italiam evocatæ a Nerone.

Arvernos] Arverni, populi Aquitaniæ Primæ, in Gallia. Hodie diœceses Episcopatuum *Clermont* et *Saint Flour*; vel, secundum divisionem temporalem, omnis provincia *Auvergne*, et pars provinciæ *Bourbonnois*, in regno Franciæ versus medium et meridiem. *Tillemonius.*

[m] *Nunc easdem omnium partes*] Innuit, jam non esse divisos Gallos, ut tempore Vindicis et Galbæ, sed in iisdem partibus esse Æduos, Arvernos, Batavos, Belgas, et omnes universim Gallias consensu easdem tueri partes.

[n] *Si quid*] Intelligit veteranas illas octo cohortes Batavorum toties memoratas, quas severitate disciplinæ anteponit legionibus, quæ in partibus Vitellii legiones Othonis profligaverant.

[o] *Servirent Syria, Asiaque*] Id dicit, quia apud Orientem opulentissimi

Digitized by Google

multos adhuc in Gallia[p] vivere, ante tributa genitos. Nuper certe, cæso Quintilio Varo, pulsam e Germania servitutem. Nec Vitellium Principem, sed Cæsarem Augustum bello provocatum. Libertatem natura, etiam mutis[3] animalibus, datam. Virtutem proprium hominum[4] bonum. Deos fortioribus adesse. Proinde arriperent vacui occupatos, integri fessos: dum alii Vespasianum, alii Vitellium, foveant, patere locum adversus utrumque.'

18. Sic[1] in Gallias Germaniasque intentus, si destinata provenissent, validissimarum ditissimarumque nationum Regno imminebat. At Flaccus Hordeonius primos Civilis conatus per dissimulationem aluit. Ubi 'expugnata castra,[q] deletas cohortes, pulsum Batavorum insula Romanum

tus Oriens: plurimos adhuc in Gallia superesse, natos ante vectigalia. Haud pridem certe, interfecto Quinctilio Varo, exturbatam e Germania servitutem. Nec Vitellium imperatorem, sed Cæsarem Augustum *tunc* armis lacessitum. Libertatem a natura concessam, etiam mutis animantibus. Fortitudinem proprium hominis decus. Deos melioribus favere. Igitur invaderent liberi et expediti distentos ac impeditos, recentes fatigatos atque attritos: dum alii juvant Vespasianum, alii Vitellium, aperiri occasionem adversus utrumque.

Ita *Galliis Germaniisque imminens, si consilia processissent, potentissimarum opulentissimarumque gentium imperium adipiscebatur. At Flaccus Hordeonius prima Civilis cæpta dissimulando fovit. Postquam* tamen *pavidi nuntii monebant*, capta hyberna, fusas cohortes, ejectum populum Rom. ex insula Batavorum,

3 Male Mss. Reg. Guelf. et editio princeps, *multis*. Frustra tentat Acidalius, *brutis*. Brotier.—4 Ita Mss. Flor. Reg. Bud. Agr. editio princeps, Jac. Gronovius et recentiores. Puteolanus cum Ryckio, *hominis*. Idem.

1 Perperam in Lipsianis quibusdam editionibus, *sicut in Gallias*. Brotier.—

NOTÆ

reges et maxima imperia. Comparat Asiaticos cum Galliis et Germanis, qui acerrime tuentur libertatem, et qui regnantur fere in quantum volunt, apud quos modici, vel nulli reges.

Hinc statim occisus Arminius, qui Germanicæ libertati insidiabatur, qui regnum apud suos affectabat: 'quippe regno Arsacis acrior est Germanorum libertas.' Tac. de Mor. Germ. 37.

p *Multos adhuc in Gallia*] Caute vide legas. Si enim de prima servitute et stipendio quod Cæsar imposuit capis, capieris. Quomodo enim vera hæc assertio, cum ab eo tempore ad hunc diem, anni intersint fere cxx? Nec tam vitales, ut opinor, tunc nostri Galli.

Sed ad Augustum ejusque ævum id referri verius erit, qui censum tributumque instituit, quod penderent Galli. Idque in consulatu suo septimo. Ad quam rationem nihil absurdi aut vani in hac oratione Civilis. *Lips.*

q *Castra*] Scilicet, legionum. *Savil.*

Digitized by Google

nomen,' trepidi nuntii afferebant, Mummium[2] Lupercum,[r] Legatum, (is duarum legionum hybernis præerat) 'egredi adversus hostem' jubet. Lupercus legionarios e præsentibus,[s] Ubios[t] e[3] proximis, Treverorum equites, haud longe agentes, raptim transmisit, addita Batavorum ala, quæ jam pridem corrupta, fidem simulabat, ut, proditis in ipsa acie Romanis, majore pretio fugeret.[4] Civilis, captarum cohortium signis[u] circumdatus, ut suo militi recens gloria ante

exire contra hostem *jubet Mumium Lupercum, legatum, qui duarum legionum castra curabat. Lupercus propere transmittit legionarios ex his qui aderant, Ubios e propinquis, et equitatum Treverorum haud procul agitantem, adjuncta ala Batavorum, quæ jamdiu solicitata, obsequium fingebat, ut, desertis in ipsa pugna Romanis, majore merito transiret. Civilis, expugnatarum cohortium vexillis circumcinctus, ut suis copiis nuperum decus ob oculos versaretur, et hostes recordatione*

2 Ita Ms. Agr. Ryckius et recentiores. Mss. Vatic. 1958. Harl Bodl. et Puteolanus, *Munium Lupercum:* Gronov. *Mumium.* Vitiose Ms. Vatic. 1863. et editio princeps, *munivit Lupercum.* Brotier.—3 Ms. Ryckii *Ubiorum ex prox.*—4 Male Ms. Bud. *fungeretur.* Brotier.

NOTÆ

[r] *Mummium Lupercum*] Non sine veri specie dicere liceat, Vitellium legiones admodum reliquisse imminutas, fere dimidia parte detracta, (utraque enim hæc legio vix quinque armatorum millia complectitur;) sed et ducibus destitutas, uno legato, qui duabus præesset legionibus, relicto.

Et tamen, quasi se corrigeret Tacitus, alium lectori tanquam ex machina obtrudit, scilicet Numisium Rufum; quem ut *Vetera* venisse nulla nobis ratione constat, ita longe absurdius alio extra Vetera loco constituitur.

Si ab initio ibi constitit, cur Tacitus scribit, Lupercus solus *duarum legionum hybernis præerat?* Si non, cur et quando eo se recepit? Et præsertim cur et quando discessit? *Savilius.*

[s] *Legionarios e præsentibus*] Militia *in præsenti*, et milites *præsentes* dicebantur, qui in comitatu principis agebant. Unde magistri militum *in præsenti*, vel *præsentales.* Quod explicat Guidus Pancirollus in notitia imperii Orientalis capite 31.

Τὸ, *præsentibus*, hic intelligendum de militibus, qui aderant, ad differentiam Ubiorum, qui in proximo, et Treverorum, qui longius degebant. Sic Hist. II. 'Missus est, in locum ejus, Vectius Bolanus e præsentibus.' Et Sallust. in Jug. 'Marius cum Ligure promissa ejus cognitum ex præsentibus misit.' *Pichena.*

[t] *Ubios*] Ubii populi Germaniæ inferioris provinciæ, in Belgica regione Galliæ, et ad Rhenum fluvium. Hodie pars diœceseos Archiepiscopatus Coloniensis, *Cologne;* vel secundum divisionem temporalem, dominium Archiepiscopatus et Electoratus Coloniensis, cum urbe Colonia, atque ducatus Juliacensis, *Juliers*, &c. in circulis Rheni inferioris et Westphaliæ. *Tillemonius.*

[u] *Captarum cohortium signis*] Instar

Digitized by Google

oculos, et[5] hostes memoria cladis terrerentur, matrem suam sororesque,[v] simul omnium conjuges parvosque liberos, consistere a tergo jubet: hortamenta victoriæ,[w] vel pulsis pudorem. Ut virorum cantu,[x] fœminarum[6] ululatu, sonuit acies, nequaquam par[y] a legionibus cohortibusque redditur clamor. Nudaverat sinistrum cornu Batavorum ala transfugiens, statimque in nos versa: sed legionarius miles, quanquam rebus trepidis, arma ordinesque retinebat. Ubiorum Treverorumque auxilia, fœda fuga dispersa, totis campis palantur. Illuc incubuere Germani. Et fuit interim effugium legionibus in castra, quibus *Veterum* nomen est.[z] Præfectus

cladis perturbarentur, stare a tergo præcipit matrem suam sororesque, simul et omnium uxores tenerosque filios: incitamenta victoriæ, vel fusis ignominiam. Ut virorum clamore, muliebrumque ululatu insonuit acies, nequaquam par vociferatio remittitur a legionibus et cohortibus Rom. *Ala Batavorum transiens detexerat cornu sinistrum, statimque adversus nos signa obvertit: sed legionarii, quamvis rebus ambiguis, arma stationemque tenebant. Copiæ Ubiorum et Treverorum turpi fuga effusæ, passim per agros vagantur. Illuc ingruere Germani. Et interea spatium fuit, quo legiones effugerent in hyberna, quæ* Vetera *vocant. Claudius Lubeo, præfectus*

—5 Bipont. ex ingenio *ante oculos esset, hostes.* Egregie: quæritur, an vere? Cod. obstant; nec in vulg. dura ellipsis. *Oberl.*—6 Ms. Bodl. *fœminarumque ululatu.*

NOTÆ

ducis, vel imperatoris Rom. quia scil. nihil sanctius, nihil venerabilius, aut splendidius ipsis signis. Non majora his decora aut insignia. 'Honorem pilorum,' vocat Plinius Paneg.

[v] *Matrem suam sororesque*] Sic de Mor. Germ. c. 7. 'Quodque præcipuum fortitudinis incitamentum est, non casus nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit. Sed familiæ et propinquitates et in proximo pignora; unde fœminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium; hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores.'

[w] *Hortamenta victoriæ*] Sic de Mor. Germ. 8. 'Memoriæ proditur, quasdam acies incliuatas jam et labantes a fœminis restitutas, constantia precum, et objectu pectorum, et monstrata cominus captivitate, quam longe impatientius, fœminarum suarum nomine, timent.'

[x] *Virorum cantu*] Sic de Mor. Germ. c. 3. 'Sunt illis hæc quoque carmina, quorum relatu, quem Barditum vocant, accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipso cantu augurantur. Terrent enim trepidantve, prout sonuit acies. Nec tam voces illæ quam virtutis concentus videntur.'

[y] *Nequaquam par*] Quod valde Romani observabant, et velut omen habebant eventus.

Appianus in Parthicis: 'Crassus jussit eos clamorem tollere. In quo maxime militum mœstitia deprehensa est, exilem et dissonum clamorem edentium. Contra, a barbaris clarus et fortis est redditus.' *Lipsius.*

[z] *Castra quibus Veterum nomen est*] Castra Vetera, oppidum Gugernorum

Digitized by Google

alæ Batavorum, Claudius Labeo, oppidano[7] certamine æmulus Civili, ne interfectus invidiam[8] apud populares, vel, si retineretur, semina discordiæ præberet, in Frisios avehitur.[9]

19. Iisdem diebus, Batavorum et Canninefatium cohortes,[a] cum jussu Vitellii in urbem pergerent, missus a Civile nuntius assequitur. Intumuere statim superbia ferociaque, et 'pretium itineris, donativum, duplex stipendium, augeri equitum numerum,' promissa sane a Vitellio, postulabant, non, ut assequerentur, sed causam seditioni. Et Flaccus, multa concedendo, nihil aliud[1] effecerat, quam ut acrius exposcerent,[2] quæ sciebant negaturum. Spreto Flacco, inferiorem Germaniam petivere, ut Civili jungerentur. Hor-

alæ Batavorum, provinciali æmulatione infensus Civili, in Frisios abducitur, ne occisus indignationem moveret *apud suos, vel, si remaneret, causas dissensionis excitaret.*

Eodem tempore, nuntius, missus a Civili, attingit cohortes Batavorum et Caninefatium, cum jussu Vitellii Romam contenderent. Statim exarsere animis per arrogantiam ac pervicaciam, et flagitabant præmium expeditionis, donativum, geminum stipendium, *et* addi sibi equitatum numero ampliorem, *quæ certe promiserat* illis *Vitellius*, sed hæc tum petebant, *non ut obtinerent, sed ut occasionem discordiæ* invenirent. *Et Flaccus, multa largiendo, nihil aliud obtinuerat, quam ut vehementius efflagitarent, quæ prævidebant recusaturum. Contemto Flacco, perrexere in Germaniam inferiorem, ut Civili se adjungerent. Hordeonius,*

7 Ms. Vatic. 1958. *oppidanorum certamine.*—8 In Mss. Reg. Agr. et editione principe, *esset invidia apud populares.* Inde tentabat Ryckius, *invidiæ.* At potior est vulgata scriptura. *Brotier.*—9 Sic bene Rhenanus et recentiores. Male Ms. Reg. et editiones veteres, *advehitur.* Idem.

1 In Budens. *aliud* abest.—2 Ms. Agr. *acrius expostularent.*

NOTÆ

populorum, in Germania inferiore, provincia Galliæ Belgicæ. Hodie *Santen*, oppidum ducatus Cliviæ ad meridiem, et ad occidentem Rheni fluvii, in circulo Westphaliæ. Ex Geographia Sansonis. *Tillemonius.*

[a] *Batavorum et Canninefatium cohortes*] Hæ sunt illæ *octo cohortes Batavorum*, nunc ad Magontiacum relictæ, quo loco Civilis clam submissis nuntiis, ad defectionem eas solicitabat, ut ex hoc libro cognoscimus.

Et quanquam nulli ante expressum Caninefatum nomen est, probat hic locus, illas octo cohortes ex mixtis duabus gentibus coiisse, sumto a Batavis nomine, velut a parte principaliori, quos et potentia atque exinde celebritas reddiderat notissimos.

Sane Caninefates Batavorum pars erant, juncti insula, lingua, et origine, ut paulo ante ostendit.

Atque hæc fortassis causa est, cur in libro de moribus Germanorum solos nominet Batavos, aut quod ceteros commune nomen designet, aut quod propria appellatione indigni essent. *Savilius.*

Digitized by Google

deonius, adhibitis Tribunis Centurionibusque, consultavit, 'num obsequium abnuentes vi coërceret.' Mox, insita ignavia et trepidis ministris, quos ambiguus auxiliorum animus et subito delectu suppletæ legiones[b] angebant, statuit, continere intra castra militem. Dein pœnitentia, et arguentibus ipsis, qui suaserant, tanquam secuturus, scripsit Herennio Gallo, legionis primæ Legato, qui Bonnam[c] obtinebat, ut 'arceret transitu Batavos: se cum exercitu tergis eorum hæsurum.' Et opprimi poterant, si hinc Hordeonius, inde Gallus, motis utrimque copiis, medios clausissent. Flaccus omisit inceptum, aliisque literis Gallum monuit, ne terreret[3] abeuntes.[d] Unde suspicio, sponte Legatorum excitari bellum: cunctaque, quæ acciderant[4] aut metuebantur, non inertia militis, neque hostium vi, sed fraude Ducum evenire.

20. Batavi, cum castris Bonnensibus[1] propinquarent,

accitis tribunis et centurionibus, deliberavit, num vi comprimeret parere recusantes. *Dein, ingenita socordia et pavidis administris, quos dubia sociorum fides, et tumultuario milite suppletæ legiones, anxios habebant, decrevit, attinere exercitum intra munimenta. Postea, mutato consilio, et increpantibus ipsismet, qui id consuluerant, veluti secuturus, mandavit Herennio Gallo, legato primæ legionis, qui Bonnæ præerat,* ut Batavos prohiberet transgressu: se cum legionibus a tergo invasurum. *Et profligari poterant, si hinc Hordeonius, inde Gallus, illatis utrimque signis, medios intercepissent. Flaccus proposito abstitit, aliisque epistolis Gallo mandavit, ne terrorem inferret abscedentibus. Unde* orta *opinio, voluntate ducum accendi bellum: quin etiam omnia quæ contigerant aut timebantur,* ea *non accidere ignavia militis, neque potentia hostium, sed perfidia legatorum.*

Batavi, cum ad præsidia Bonnensia prope accederent, præmisere, qui desideria

3 Sic bene Mss. veteres et recentiores editiones. Male Rhenanus, *teneret.* Brotier.—4 Sic bene Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Agr. Puteolanus et recentiores. Rhenanus e Ms. Bud. in quo, *qui cuncta,* emendaverat, *quin cuncta quæ acciderant;* [et sic edidit Ryckius.] *Idem.*

1 Ms. Budens. *Bononiensibus,* male; sic et paulo post. *Oberl.*

NOTÆ

[b] *Subito delectu suppletæ legiones*] Magontiaci tum duas habuit legiones Hordeonius, quartam et duodevicesimam, alias duoetvicesimam.

[c] *Bonnam*] Hæc urbs Ubiorum populorum, in Germania inferiore provincia Galliæ Belgicæ. Hodie *Bonne* urbs Archiepiscopatus et Electoratus Coloniensis, prope Rhenum fluvium.

[d] *Ne terreret abeuntes*] Ita Florent. et Ven. vulgo, *ne teneret.* Pichena.

Magis pro re et pro genio Taciti, *terreret.* Nam si *tenere* eas, seu retinere noluit, magis et cavere debuit, ne *terreret abeuntes:* quia sic contumaciam et rebellionem irritaret. Et sic volunt libri MSS.

Digitized by Google

præmisere, qui Herennio Gallo mandata cohortium exponeret:[2] 'nullum sibi bellum adversus Romanos, pro quibus totiens bellassent. Longa atque irrita militia fessis patriæ atque otii cupidinem esse. Si nemo obsisteret, innoxium iter fore; sin arma occurrant, ferro viam inventuros.' Cunctantem Legatum milites perpulerant, 'fortunam prælii experiretur.' Tria millia legionariorum[e] et tumultuariæ Belgarum cohortes, simul paganorum lixarumque ignava,[3] sed procax ante periculum, manus, omnibus portis erumpunt, ut Batavos numero impares circumfundant.[4] Illi, veteres militiæ, in cuneos[5] congregantur, densi undique et frontem tergaque ac latus tuti. Sic tenuem aciem nostrorum[6] perfringunt. Cedentibus Belgis, pellitur legio, et vallum portasque trepidi petebant. Ibi plurimum cladis: cumulatæ corporibus fossæ: nec cæde tantum et vulneribus, sed ruina[f] et suis plerique[7] telis interiere.[8] Victores, colonia Agrip-

cohortium Herennio Gallo referrent: Nullam sibi discordiam adversus Romanos, pro quibus toties armis certassent. Diuturno et sterili bello fatigatis *ipsis* desiderium esse patriæ et quietis. Si nemo obstaret, in via nihil hostile commissuros; quod si arma opponantur, *armis* ferroque iter *sibi* facturos. *Milites incitarant dubitantem legatum,* ut fortunam pugnæ tentaret. *Tria millia legionariorum, et subitariæ cohortes Belgarum, simulque oppidanorum, et lixarum iners, sed petulans ante discrimen, turba, omnibus portis effunduntur, ut Batavos numero inæquales circumveniant. Illi, pridem bello exercitii, in cuneos componuntur, conferti undique, et a fronte a tergo atque a lateribus defensi. Sic infrequentem aciem nostrorum perrumpunt. Abscedentibus Belgis, proturbatur legio, et ad castra portasque pavidi contendebant. Illic plurima cædes: impletæ cadaveribus fossæ: nec ferro tantum et vulneribus perire, sed* etiam *casu ac strage, et suis plerique telis* confossi. *Victores, declinata civitate Agrippinensium, nihil hostile per*

2 Ita Mss. Flor. Reg. et ed. princeps. Quod quoque Jac. Gronov. probatum. Puteolanus ceterique, *exponerent.*—3 Ita bene Rhenanus et recentiores. Male Mss. et veteres editiones, *ignavia:* Gronoviis immerito probatum. In Ms. Harl. secunda manu emendatum, *ignava.* Brotier.—4 Male Ms. Bud. et Rhenanus, *circumdant.* Idem.—5 Sic bene Mss. Vatic. 1864. Flor. Reg. Agr. editio princeps et recentiores. Male Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *illi veteris militiæ memores in cuneis congreguntur.* Brotier.—6 Sic Rhenanus aliique. Mss. Harl. Bodl. Jes. Agr. Edd. veteres cum Ryckio, Gronov. et Brotier. habent *ten. nostr. aciem.*—7 Ms. Corb. et editio princeps, *suis ple-*

NOTÆ

[e] *Tria millia legionariorum*] Cum integra legio constet 6000. aut minimum 5000. millibus armatorum. *Savil.*

[f] *Sed ruina*] Puto, quia fusi fugatique tendebant ad vallum et portas; hinc in fossas circumdatas vallo cadebant; et casu illo, seu ruina periere, et tum plerique cadendo, propriis, aut sociorum armis confodiebantur.

Digitized by Google

pinensium vitata, nihil cetero in[9] itinere hostile ausi, Bonnense prælium excusabant; tanquam petita pace, postquam negabatur, sibimetipsi consuluissent.

21. Civilis, adventu veteranarum cohortium, justi jam exercitus ductor,[1] sed consilii ambiguus et vim Romanam reputans, cunctos, qui aderant, in verba Vespasiani adigit: mittitque legatos ad duas legiones, quæ, priore acie pulsæ, in Vetera castra concesserant, 'ut idem sacramentum acciperent.' Redditur responsum, 'neque proditoris, neque hostium se consiliis uti. Esse sibi Vitellium Principem, pro quo fidem et arma usque ad supremum spiritum retenturos: proinde perfuga[2] Batavus arbitrum[3] rerum Romanarum ne ageret, sed meritas sceleris pœnas expectaret.' Quæ[4] ubi relata Civili, incensus ira, universam Batavorum gentem in arma rapit. Junguntur Bructeri[g] Tencterique,[h] et excita nuntiis Germania ad prædam famamque.

reliquam viam aggressi sunt, *et Bonnense certamen excusabant; tanquam postulata pace*, et *postquum non concedebatur, suæ saluti providissent.*

Cirilis, adjunctis vetustis cohortibus, justi jam exercitus imperator, sed consilii incertus, et potentiam Rom. revolvens animo, quotquot præsentes *aderant in nomen Vespasiani sacramentum appellare jubet: mittitque oratores ad duas legiones, quæ, superiore prælio fusæ, in Vetera hyberna se receperant*, ut eodem sacramento adigerentur. *Respondent*, se neque proditoris, neque hostium sequi consilia. Esse sibi Vitellium imperatorem, pro quo *obsequium* fideinque et arma retenturi essent, usque ad extremum vitæ finem: itaque desertor Batavus ne se rerum Rom. arbitrum ferret, sed dignum facinore supplicium opperiretur. *Quæ postquam renuntiata* sunt *Cirili, ira præceps, totam Batavorum nationem ad arma excit. Adduntur Bructeri Tencterique, et concitata nuntiis Germania ad raptus famamque.*

rumque telis.—8 Ms. Harl. *interire*, pro *interiere.*—9 Præpositio, *in*, abest a Ms. Corb.

1 Male Beroaldus, *doctor.* Ms. Agr. *justi exercitus jam ductor.* Brotier.—2 Sic bene Mss. Reg. Harl. Corb. editio princeps et recentiores. Male Puteolanus, *perfugus.* Idem.—3 Brotierus edidit *arbitrium rerum:* et ita Mss. Flor. Reg. Bodl. Corb. Guelf. editio princeps, et Cl. Ernestus. Puteolanus, *arbitrum;* ut supra Annal. XIII. 14. Sic quoque supra scriptum in Ms. Bodl.—4 Male Beroaldus, *quippe ubi.* Brotier.

NOTÆ

[g] *Bructeri*] Populi Germaniæ magnæ ad Amisiam fluvium, dividuntur in *Majores* et *Minores.* Hodie Episcopatus Monasteriensis *Munster*, &c. In circulo Westphaliæ. *Tillemonius.*

[h] *Tencteri*] Populi Germaniæ magnæ ad Rhenum fluvium. Hodie ducatus *Berg* seu *Mons*, et comitatus *Sigen*, et *Dillenbourg*, in circulo Westphaliæ. *Tillemonius.*

Digitized by Google

22. Adversus has belli concurrentes minas, Legati legionum, Mummius Lupercus et Numisius Rufus,[i] vallum murosque firmabant.[j] Subversa longæ pacis opera,[k] haud procul castris,[l] in modum municipii exstructa, ne hostibus usui forent. Sed parum provisum, ut[2][l] copiæ in castra conveherentur: rapi permisere. Ita paucis diebus per licentiam absumta sunt, quæ adversus necessitates in longum suffecissent. Civilis, medium agmen cum robore Batavorum obtinens, utramque[3] Rheni ripam,[m] quo truculentior visu

Adversus has belli undequaque ingruentis minas, legati legionum Mummius Lupercus et Numisius Rufus, muniebant aggerem fossamque et mœnia castrorum firmabant. Solo æquata sunt *diuturnæ pacis ædificia, haud procul vallo, instar oppidi constituta, ne iis hostes uterentur. Sed non satis prospectum* est, *ut commeatus in castra deferrentur;* copias *rapi passi sunt* duces. *Ita brevi consumta sunt per licentiam, quæ diu suppeditassent contra necessitates. Civilis cum lectissimis Batavorum media acie assistens, utrumque littus Rheni occupat, dispositis* hic *Germano-*

1 Ms. Vatic. 1863. *haud procul a castris.* Editio princeps, *haud procul a muris.*—2 Brotierus legit *ni copiæ:* et ita Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Agr. Puteolanus, aliique ante Lipsium. Veteris quoque scripturæ vestigia retinet editio princeps, licet corrupte habeat, *vi copiæ.* Lipsius emendavit, *ut copiæ.* Quod Salinerio Ryckioque jam observatum.—3 A Ms. Bud. abest, *utramque.*

NOTÆ

[i] *Numisius Rufus*] Ibi memoria lapsus Tac. nam solus Lupercus 'duarum legionum hybernis præerat.' Numisium quoque ad Vetera non fuisse, sed decimæsextæ potius legionis legatum, cui castra ad Novesium, alia facile ex Tacito loca probaverint. *Savilius.*

[j] *Vallum murosque firmabant*] Hyberna enim legionum postremis temporibus, urbium instar, muniri cœperunt. *Savilius.*

[k] *Longæ pacis opera*] Id est, *procestria,* et quæ ædificari ante castra solent, usibus lixarum, aut adventorum. Me vide Milit. v. Dial. I. *Lipsius.*

Longæ pacis opera] Extra ipsa hyberna seu stativa annectere solebant aliqua ædificia, quæ *procestria* appellabantur, ut in iis reciperentur lixæ, mercatores, aliique pagani, qui castra sequebantur. Eos enim Romani militibus non miscebant.

Quin etiam ignominiæ loco, extra vallum tendere milites cogebantur. Tacitus libro XIII. 'Militesque tendere omnes extra vallum jussit. Inque ea contumelia detenti; nec nisi precibus universi exercitus exsoluti sunt.'

Livius libro X. 'Cohortes quæ signa amiserant, extra vallum sine tentoriis, destitutas invenit.' Frontinus libro IV. 'Otacilius Crassus consul, eos qui ab Annibale sub jugum missi redierant, tendere extra vallum jussit.'

[l] *Sed parum provisum, ut*] Peccatum, inquit, in eo a ducibus, quod dum ædificia pro castris diruuntur, commeatum aliaque tolerandæ obsidioni diripi permisere, potius quam, ut in castra conveherent ad usum. *Lipsius.*

[m] *Utramque Rheni ripam*] Vox,

Digitized by Google

foret, Germanorum catervis complet,[n] assultante per campos equite. Simul naves in adversum amnem agebantur. Hinc veteranarum[4] cohortium[o] signa, inde depromtæ sylvis lucisve[5 p] ferarum imagines, ut cuique genti inire prælium mos est, mixta[6] belli civilis externique[q] facie obstupefecerant obsessos: et spem oppugnantium augebat amplitudo valli, quod, duabus legionibus situm, vix quinque millia armato-

rum cuneis, quo atrocior aspectu foret, advolitante interim *per campos equitatu. Simulque classis in adversum fluvium impellebatur. Hinc vexilla vetustarum cohortium, illinc detractæ saltibus nemoribusque ferarum effigies, ut quælibet natio incedere ad certamen solet, juncta* simul *belli civilis extraneique specie, terruerant circumsessos: et spem obsidentium firmabat spatium ingens castrorum, quæ,* pro *duabus legionibus exstructa, vix quinque millia militum Romanorum defendebant.*

****

At vocem illam habent alii omnes scripti et editi libri. Immerito ergo illam aut deletam, aut in *utrimque* mutatam, vult Lipsius. *Brotier.*—4 Ms. Corb. *veteranorum cohortium.*—5 Brotierus edidit *sylvis lucisque:* et ita Ms. Corb. et recentiores editiones. In Ms. Reg. et editione principe, *sylvis luciseve.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *sylvis jugisque.* Forte redundat, *lucisque.* Addi potuit in margine a quodam, qui attendebat ad librum 'de Moribus Germanorum, VII.' 'Effigies et signa quædam detracta lucis in prælium ferunt.' *Brotier.*—6 Ita Ms. Flor. Pichena et recentiores. In Ms. Corb. et editione principe, *belli civilis externique mixta facie.* Mss. Bodl. Guelf. et Puteolanus, *justa belli civilis externique facie.* Ms. Jes. et Rhenanus, *juxta.*—

NOTÆ

utramque, Budensi abest. Et vero cur utramque ripam milite compleverit, cum hæc in altera gesta?

Forte leg. *utrimque.* Id enim veri speciem habet, supra infraque castra militem locatum, ad obsessorum terrorem. *Lipsius.*

Vulgatam Florentinus et alii veteres confirmant, nec mirum videri debet, Civilem, qui militibus abundabat, navesque habebat, ad eos hinc inde absque ullo periculo traducendos, in utraque ripa catervas suas explicavisse, ad speciem et terrorem, ac fortasse ad commeatum, pro tanta multitudine facilius parandum. Romani enim suam ripam tunc non custodiebant; quippe obsessi. *Pichena.*

[n] *Quo truculentior visu foret, Germanorum catervis complet*] Britanni, Germani, Thraces, fere majores et truculentiores, armatos disponebant in muris, in vallo, vel in primis ordinibus, seu prima acie, in speciem simul ac terrorem. Sic supra Ann. lib. XI. notavimus. Et sic *truces* ultro, *insitæ feritati* magis *lenocinabantur.*

[o] *Veteranarum cohortium*] Batavos, scilicet. *Savilius.*

[p] *Sylvis luciseve*] Tacitus de Moribus gentis: 'Effigiesque et signa quædam detracta lucis, in prælium ferunt.'

[q] *Mixta belli civilis externique*] Respicit antecedentia verba. Nam veteranæ cohortes Batavorum, quæ in eo exercitu erant cum signis ad Romanum morem, speciem belli civilis præ se ferebant. *Pichena.*

Mixta belli civilis externique facie]

Digitized by Google

rum[7] tuebantur.[r] Sed lixarum multitudo, turbata pace illuc congregata, et bello ministra aderat.

23. Pars castrorum, in collem leniter exsurgens;[1] pars æquo adibatur: quippe, illis hybernis obsideri premique Germanias, Augustus crediderat: neque unquam id malorum, ut oppugnatum ultro legiones nostras venirent.[2] Inde non loco, neque munimentis labor additus:[s] vis et arma satis placebant. Batavi Transrhenanique, quo discreta virtus manifestius spectaretur, sibi[3] quæque gens consistunt,[t] eminus lacessentes. Post, ubi pleraque telorum turribus pinnisque[4] mœnium irrita hærebant,[5] et desuper saxis

Sed lixarum affluens turba, commoto bello, illuc concurrerat, et ipsa *bello operam navabat.*

Pars munimentorum, in acclive jugum clementer attollebatur, pars in plano jacebat. Namque Augustus existimaverat, illis castris occludi reprimique Germanias: neque unquam sperasset, *eam calamitatem* fore, *ut legiones nostras ultro* Barbari *obsiderent. Proinde non loco, neque castris adjuncta opera aut munimenta; vis et arma sufficere videbantur. Batavi et Transrhenani, quo separata virtus clarius animadverteretur et magis conspicua foret, quæque simul* invicem *natio componuntur*, castra *eminus oppugnantes. At postquam pleraque missilium incassum jacta pendebant, defixa propugnaculis pinnisque murorum, et desuper lapidibus*

7 Brotierus cum Ryckio et Gronov. legit *armatorum Romanorum:* et sic Mss. editiones veteres, Pichena et recentiores. Rhenanus, secutus unum suum Ms. Bud. omiserat, *Romanorum.*

1 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. et editio princeps. Hac voce jam usus est Tacitus, Hist. II. 14. Puteolanus et ceteri, *assurgens.* Brotier.—2 Mss. Harl. Bodl. Jes. *veniretur.*—3 Ita Mss. et libri editi. Pro *sibi* mallet Rhenanus, *simul;* Cl. Ernestus, *soli.* Vulgata scriptura, licet a communi dicendi ratione aliquantisper remota, non tamen displicet. *Brotier.*—4 Male Ms. Corb. *primisque mœnium.* Idem.—5 Pro *hærebant,* Mss. Reg. Agr. et editio

NOTÆ

Civilis, nempe, quia ibi signa Romana et socii eadem militia exerciti in castris Rom. quia ibi arma et disciplina eadem cum Romanis. *Externique*, quia ibi Germani suo more bellantes, suaque signa deferentes, nempe *ferarum imagines depromtas sylvis lucisque*, nempe aprorum; hinc terror.

[r] *Quinque millia armatorum Romanorum tuebantur*] Dixit Tacitus, *Romanorum*, ut a quinque millium summa excluderet servos, lixas, atque id genus hominum. *Pichena.*

[s] *Inde non loco, neque munimentis labor additus*] Naturæ seu ingenio loci nullum opus, ars, seu manus addiderat, et castra erant tantum munita pro more, fere potius ad continendum militem, quam ad propellendos hostes, et potius spectata distantia castrorum inter se, seu propinquitas, quam ingenium loci.

[t] *Consistunt*] Quo discreta virtus manifestius spectaretur, *sibi quæque*

Digitized by Google

vulnerabantur, clamore atque impetu invasere vallum, appositis[6] plerique scalis, alii per testudinem suorum: scandebantque[7] jam quidam, cum, gladiis et armorum incussu præcipitati, sudibus et pilis obruuntur, præferoces initio et rebus secundis nimii. Sed tum[8] prædæ cupidine adversa quoque[9] tolerabant. Machinas etiam, insolitum sibi, ausi: nec ulla ipsis[10] solertia: perfugæ captivique docebant[11] struere materias[12] in modum pontis,[a] mox subjectis rotis propellere: ut alii superstantes, tanquam ex aggere, prælarentur; pars intus occulti muros subruerent. Sed excussa balistis saxa stravere informe opus: et crates vineasque parantibus adactæ tormentis ardentes hastæ: ultroque ipsi oppugnatores ignibus petebantur; donec, desperata vi, verterent consilium ad moras, haud ignari paucorum dierum inesse alimenta et multum imbellis turbæ. Simul ex inopia

sauciabantur, ululatis insultuque irrupere castra, admotis plerique scalis, alii facta testudine. Subibantque jam nonnulli, cum, ensibus et armorum impulsu deturbati, et in præceps jacti, sudibus et telis opprimuntur, maxime promti violentique principio, et rebus prosperis audaciores. Sed tum spoliorum opumque desiderio, improspera etiam ferebant. Etiam machinas adhibuere, quod ipsis insuetum: nec ulla ipsis ars, aut industria: transfugæ et captivi admonebant, et erexere materias, seu tabulata *ad instar pontis, dein subditis rotis adigere: ut alii supra stantes, velut ex aggere, pugnarent; alii intus abditi mœnia subverterent. Sed emissi machinis lapides profligavere indigestam molem: et crates vineasque disponentibus injectæ* sunt *catapultis flagrantes tædæ; ultroque ipsi obsessores flammis oppugnabantur; donec, abjecta spe, vi* potiundi castris, *mutato consilio, tempus traherent, haud* inscii *inesse* vallo *copias ad paucos dies, et multum inermis vulgi. Simul ex penu-*

princeps, *pendebant.* Quod probabat Gruterus.—6 Ms. Budens. *oppositis.*—7 Ita Mss. Flor. Harl. editio princeps et recentiores. Copulam, *que*, omisit Puteolanus. Omissa quoque fuerat in Ms. Bodl. sed secunda manu fuit addita.—8 Male Mss. Corb. et Farnes. *sed tamen.* Brotier.—9 Ms. Corb. *adversa quæque.*—10 Ms. Corb. *illis.* Male Ms. Reg. et editio princeps, *nullam sibi ipsis solertiam.* Brotier.—11 Bene Mss. Corb. Guelf. Rhenanus et recentiores. Male Ms. Reg. et editio princeps, *ducebant.* Brotier.—12 In

NOTÆ

gens consistunt; id est, sibi invicem in aciem assistunt; seu, prope invicem consistunt gens quæque, seorsim, scil. ab alia gente.

[a] *In modum pontis*] Vegetius libro IV. c. 7. in descriptione turris ambulatoriæ, mentionem facit pontis, hisce verbis: 'Circa mediam partem accipit pontem factum de duabus trabibus, quem subito prolatum, inter turrim murumque constituunt, et per eum egredientes de machina milites occupant muros, et in civitatem transeunt.'

Digitized by Google

proditio et fluxa servitiorum fides ac fortuita belli sperabantur.[13]

24. Flaccus interim,[v] cognito castrorum obsidio,[1] et missis per Gallias, qui auxilia concirent, lectos e[2] legionibus Dillio Voculæ, duodevicesimæ[3] legionis Legato,[w] tradit,[4] ut quam maximis per ripam itineribus celeraret. Ipse pavidus, invalidus corpore,[5] invisus militibus: neque enim

ria transitio, et levis mancipiorum fides, et casus belli expectabantur.

Interea Hordeonius, comperta obsidione castrorum, et missis per Gallias, qui auxiliares copias accirent, robora legionum permittit Dillio Voculæ, legato legionis duodevicesimæ, ut properaret per littus Rheni *quam celerrimo gradu* posset. *Ipse* Flaccus *segnitia languere, odiosus militibus: nec enim occulte indignabantur; esse*

editionibus veteribus et Ms. Reg. *machinas.*—13 Ms. Agr. *spectabantur.*

1 Ms. Reg. *cognita castrorum obsidione.*—2 Ita Mss. Flor. Corb. Pichena et recentiores. A Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus abest præpositio.—3 Brotierus scribit *duoetvicesimæ legionis:* et sic Mss. Flor. Reg. Bodl. Corb. editio princeps, Rhenanus ac Lipsius. Mss. Harl. Jes. Puteolanus et recentiores, *duodevicesimæ.* In Ms. Vatic. 1958. *duodevicesimæ:* sed supra scriptum, *duoetvicesimæ.*—4 Ms. Corb. *tradidit.* Quod mallem, cum mox sequatur, *celeraret.* Brotier.—5 In Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. et editione principe, *ipse navibus, invalidus corpore.* Bene Pichena emendavit, *pavidus.* Puteolanus cum Ryckio, *ipse pavidus torpere,* omissis, *invalidus corpore.*

NOTÆ

Tacitus hoc loco per *pontem* intelligere videtur totam machinam ambulatoriæ turris, non solam partem, quam sic Vegetius speciatim vocat. *Savil.*

[v] *Flaccus interim*] Hordeonius Flaccus, cum ad Magontiacum, ubi quartæ et octavædecimæ legionis hyberna, obsessa Vetera intellexisset, Dildium Voculam, legatum octavædecimæ, præmisit, et selectum utriusque legionis robur.

Hordeonius, relicto ad Magontiacum præsidio, quod hybernis custodiendis sufficeret, videtur proxime subsecutus, et assecutus Voculam Bonnæ, assitæ fluvio, octo supra Coloniam milliaribus, sexaginta supra Vetera, ut testatur Antoninus in Itinerario et Tacitus Ann. 1. et sic pariter Coloniam profecti: ubi iustante per rebellionem exercitu, et suadente invaletudine, abdicatam præfecturam, saltem ejus exercitium, in Voculam transtulit.

Cum illis nihilominus Novesium perrexit, (hodie *Nuys* vocant,) sexdecim milliarium infra Coloniam distantia, ex Antonini dimensione. Flaccus Novesii substitisse videtur, occiditurque ibidem, ut manifestum, mota per ebrios milites seditione.

Sed Vocula cum magna exercitus parte contendit ulterius, ut cœperat, propiusque Vetera, delecto castris loco Geldubæ, quæ ad Rhenum arx est,' ubi ciceris generositas præcipua,' ait Plinius. *Savilius.*

[w] *Duodevicesimæ legionis Legato*] Libri et historia, *duodevicesimæ.* Vide quæ notavi Hist. 1. 55. Inferius etiam dixit: 'Dein mutati in pœnitentiam primani quartanique et duodevicesimani, ea Voculam sequuntur:' quod non est mutandum. *Savilius.*

Digitized by Google

ambigue fremebant,[6] ' emissas a Magontiaco[7] Batavorum cohortes, dissimulatos Civilis conatus, asciri[8] in societatem Germanos : non Primi Antonii, neque Muciani, ope Vespasianum magis adolevisse : aperta odia armaque[x] palam depelli : fraudem et dolum obscura, eoque inevitabilia. Civilem stare contra, struere aciem : Hordeonium e cubiculo et lectulo jubere, quicquid hosti conducat. Tot armatas fortissimorum virorum manus unius senis valetudine regi. Quin potius, interfecto traditore,[9 y] fortunam virtutemque suam malo[10] omine exsolverent.' His inter se vocibus instinctos[11] flammavere[12] insuper allatæ a Vespasiano literæ, quas Flaccus, quia occultari nequibant, pro concione recitavit:[13] vinctosque, qui attulerant, ad Vitellium misit.

dimissas cohortes Batavorum a Magontiaco, aucta adjutaque per dissimulationem Civilis cœpta, assumi in commilitium Germanos : neque magis provectum auctumque Vespasianum, subsidio Primi Antonii et Muciani, *quam ea simulatione :* manifestas offensiones, bellumque apertum palam propulsari ; perfidiam et astum occulta, ideoque ineluctabilia *esse.* Civilem contra pugnare et instruere aciem ; *at* Flaccum e tentorio et cubili imperare, quicquid hosti utile sit. Tot armatas strenuissimorum virorum dextras gubernari ab uno et invalido sene. Quin potius, occiso proditore, fortunam fortitudinemque suam infausto omine liberarent. *His invicem sermonibus incitos, accendere præterea missæ a Vespasiano epistolæ, quas* tamen *Hordeonius, vocato exercitu palam legit, quia dissimulari non poterant : et coërcitos vinclis nuntios duci jussit ad Vitellium.*

Frustra tentabat Lipsius, *ipse pavidus, invalidus, torpere.* Brotier.—6 Mss. Flor. et Ryckii, *premebant.*—7 Brotierus legit *emissas a Mogontiaco :* et ita Mss. Reg. Harl. Jes. In Ms. Bodl. *emissas Magontiaco.* In libris editis, *emissas a Magontiaco.*—8 Rhenanus, *acciri.*—9 Ita libri omnes scripti et editi. Suspecta tamen vox, *traditor ;* nec ante Tertulliani tempora Latinis auribus audita. Inde Heinsius tentabat, *traditove ;* id est, custodiæ, quæ eum ad Imperatorem adduceret, tradito. Potius crediderim, *hostibus tradito.* Dictum supra Annal. II. 66. ' tradito Cotye.' *Brotier.* Ferrettus et Acidalius legunt *proditore.*—10 Ms. Reg. et editio princeps, *a malo omine.*—11 Ita Mss. Flor. Reg. Agr. editio princeps, Pichena et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *vocibus insistentes.* In margine Ms. Harl. additum, *instinctos.*—12 Editio princeps et Ms. Agr. sed secunda tantum manu, *inflammavere.*—13 Ms. Corb. *recitaverat.*

NOTÆ

[x] *Aperta odia armaque*] Sallustii est: ' Hostem adversum deprimere, homini strenuo haud difficile est: occulta pericula neque vitare, neque facere, bonis in promtu est.' *Lipsius.*

[y] *Quin potius, interfecto traditore*] Sic vulgus insanum modo personis, modo locis, suas calamitates ascribit, etiam tempori, cœlo, et elementis ipsis.

Digitized by Google

25. Sic mitigatis animis, Bonnam,[1] hyberna primæ legionis, ventum.[2] Infensior illic miles, culpam cladis in Hordeonium vertebat: 'ejus jussu directam adversus Batavos aciem,[3] tanquam a Magontiaco legiones sequerentur: ejusdem proditione cæsos, nullis supervenientibus auxiliis. Ignota hæc ceteris exercitibus, neque Imperatori suo nuntiari: cum accursu tot provinciarum exstingui repens perfidia potuerit.' Hordeonius exemplaria[4] omnium literarum, quibus per Gallias Britanniamque et Hispanias auxilia orabat, exercitui recitavit; instituitque pessimum facinus,[5] ut epistolæ Aquiliferis legionum traderentur; a quis ante militi, quam Ducibus,[6] legebantur.[7] Tum e seditiosis unum vinciri jubet, magis usurpandi[8] juris,[a] quam quia unius culpa foret. Motusque Bonna exercitus[a] in coloniam Agrippinensem: affluentibus auxiliis Gallorum, qui primo rem Romanam enixe juvabant: mox, valescentibus Germanis, pleræque civitates[b] adversum nos armatæ[9] spe libertatis;

Ita placatis animis, venere Bonnam, castra primæ legionis. Infestior illic miles, causam cladis refundebat in Flaccum; ejus mandatis commissum adversus Batavos prælium, quasi advenirent legiones Magontiaco: ejusdem perfidia profligatos *ipsos*, nullis supervenientibus copiis. Incomperta hæc reliquis legionibus, neque principem suum admoneri: cum auxilio tot provinciarum, recens perduellio opprimi potuerit. *Hordeonius legit coram militi exemplaria omnium epistolarum, quibus auxilia rogabat per Gallias Britanniamque et Hispanias; usurpavitque institutum deterrimum*, scil. *ut præberentur literæ signiferis legionum; a quibus recitabantur prius militi, quam ducibus. Tum seditiosorum uni catenas indi jubet, magis exercendæ auctoritatis* gratia, *quam quia unius crimen foret. Exercitusque profectus* est *Bonna in civitatem Agrippinensem, accurrentibus auxiliis Gallorum, qui primo partes Rom. summa ope fovebant. Dein, adauctis Germanis, pleræque nationes* Galliarum *adversus nos excitæ, desiderio libertatis;*

1 Ms. Corb. *in Bonnam.*—2 Ms. Ryckii *est vent.*—3 Ms. Reg. et editio princeps, *directa .... acie.*—4 Sic bene Ms. Reg. et libri omnes editi. In Mss. Flor. Bodl. Jes. Corb. Bud. Guelf. *exemplares.* Brotier.—5 Acidalius includit *pessimum facinus* parenthesi cum exclamatione.—6 Ms. Agr. *duci.*—7 Lipsius mallet *legantur.*—8 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus addunt, *causa.* Illud autem eleganter omittunt Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. *Brotier.*—9 In Mss. Flor. Reg. Bud. Corb. et editione prin-

NOTÆ

[a] *Magis usurpandi juris*] Id est, Ut ostentaret, quid posset, aut quid sibi liceret pro jure suo, seu pro potestate legati; et tamen in seditiosos exemplum erat.

[a] *Motusque Bonna exercitus*] Assumta prima legione, aut magna ejus parte, ut aliunde patet. *Savilius.*

[b] *Pleræque civitates*] Nempe civitates Galliarum.

Digitized by Google

et, si exuissent servitium, cupidine imperitandi. Gliscebat iracundia legionum, nec terrorem unius militis vincula indiderant: quin idem ille arguebat ultro 'conscientiam Ducis: tanquam nuntius inter Civilem Flaccumque falso crimine testis veri opprimeretur.' Conscendit tribunal Vocula mira constantia, prehensumque militem ac vociferantem 'duci ad supplicium' jussit. Et, dum mali pavent, optimus quisque[10] jussis paruere. Exin consensu 'Ducem Voculam' poscentibus, Flaccus summam rerum ei permisit.

26. Sed discordes animos multa efferabant: inopia stipendii frumentique;[c] et simul delectum tributaque Galliæ aspernantes;[d] Rhenus incognita illi[1] cœlo siccitate[e] vix navium patiens; arcti commeatus: dispositæ per omnem ripam stationes, quæ Germanos vado arcerent:[f] eademque

et, si servitii jugum excussissent, cupiditate dominandi. Gravescebat ira legionum, nec unius militis catenæ metum intulerant: quin idem ille accusabat ultro eodem scelere innexum ducem; et quasi nuntius *ipse* inter Civilem et Flaccum, supposito facinore, conscius veri exstingueretur. *Ascendit suggestum Vocula, insigni constantia, correptumque militem clamitantemque,* rapi ad mortem *jussit. Et dum pessimi metuunt, modestissimus quisque imperiis morem gessere. Mox consensu* ducem Voculam *postulantibus, Hordeonius summum rerum arbitrium ei concessit.*

Sed turbidum militem plurima exasperabant; penuria pecuniæ et annonæ; et simul Galliæ abnuentes præbere auxilia et vectigalia; Rhenus insolita illis regionibus ariditate vix navigia ferens; angustæ tenuesque copiæ: et collocata per omne littus præsidia, quæ Germanos transitu prohiberent: ac proinde arctior res frumen-

****

cipe, *arma*. Quod immerito probavit et edidit Jac. Gronovius, *converterunt* intelligens. In Ms. Agr. *arma sumsere*. Sed, ut puto, est potius viri eruditi conjectura, quam vetus scriptura. *Brotier*. Bipont. legunt *armari*.—10 In margine Ms. Harl. *optimi quique*.

1 Ita Ms. Reg. et libri omnes editi. *Illi*, abest a Mss. Harl. Bodl. Jes.

NOTÆ

[c] *Inopia stipendii frumentique*] Puto, pecunia et frumentum tribuebantur militi, velut integrum stipendium. Cic. in L. Pisonem: 'Stipendio mehercule et frumento Catilinam esse putasses juvandum.' Stipendium ipsum, *annonam* vocabant.

[d] *Delectum tributaque Galliæ aspernantes*] Et tamen vix decem ante lineis scribit, 'affluentibus auxiliis Gallorum, quæ primo rem Rom. enixe juvabant.' *Savilius*.

[e] *Incognitu illi cœlo siccitate*] Sic de Mor. Germ. 5. 'Terra etsi aliquanto specie differt, in universum tamen, aut sylvis horrida, aut paludibus fœda: humidior qua Gallias, &c. aspicit.'

[f] *Quæ Germanos vado arcerent*] Id est, Ne flumen vado transirent, afferrentque commeatus: quod potuissent ob siccitatem et penuriam aquarum.

Digitized by Google

de causa minus frugum, et plures, qui consumerent. Apud imperitos prodigii loco accipiebatur ipsa aquarum penuria, tanquam nos amnes quoque et vetera Imperii munimenta[g] desererent: quod in pace 'fors,'[2] seu 'natura,' tunc 'fatum et ira Dei,'[h] vocabatur. Ingressis Novesium[i] tertiadecima[3] legio conjungitur. Additus Voculæ in partem curarum Herennius Gallus, Legatus: nec ausi ad hostem pergere, loco, cui[4] Gelduba[j] nomen est, castra fecere. Ibi struenda

taria, et plures qui absumerent. Apud ignaros in omen vertebatur ipsa aquarum inopia, tanquam nos ipsa *flumina etiam et antiqui limites imperii destituerent. Quod rebus tranquillis,* fors, *vel* natura, *vel* providentia vocaretur, *tunc* fatum *et* ira Numinis *appellabatur. Intrantibus Novesium adjungitur tertiadecima legio. Accessit Voculæ socius curarum Herennius Gallus, legatus: nec ausi adversus hostem ire, castra posuere loco, quem Gelduba vocant. Illic firmabant ex-*

Bud. Guelf. Additum est secunda manu in Ms. Harl.—2 Mss. Harl. Bodl. Jes. *sors.*—3 *Sextadecima legio.* Male Puteolanus et deinde ceteri omnes, *tertiadecima legio.* Emendandum, *sextadecima*, recte vidit Mercerus. Bene enim Mss. Reg. Agr. et ed. pr., XVI. *legio.* Sic quoque infra c. 62. Ms. Flor. *legio* XVI. Ibi quidem, vice versa, Ms. Reg. et ed. pr. habent, *legio tertiadecima.* Ms. Agr. *legio tredecima.* Nam legio tertiadecima erat in Pannonia. Sextadecima autem legio erat in Germania inferiore, ut videre est in not. et emend. ad Hist. II. 6. Nec est quod Pichena Mercero objiciat sextadecimanos a Vitellio in Italiam fuisse abductos, teste ipso Tacito Hist. III. 22. Primani, et quintani, et quintadecimani fuerant quoque abducti, teste Tacito ibid. Passim tamen in hoc Civilis bello memorantur. At hæc gesta ante Cremonense prælium, ut patet ex Hist. IV. 31. Præterea non integræ legiones, sed earum partes mittebantur, quæ etiam supplebantur. Inde manebant legionum nomina. Confer Hist. III. 22. Hist. IV. 35. *Brotier.* Budens. hic et c. 62. XIII. Fuere autem duæ legiones hoc numero, altera, quæ Vespasiano accesserat Hist. II. 86. altera, de qua h. l. in verba Vespasiani adigetur serius c. 62. *Oberl.*—4 Ita Ms. Reg. editio princeps et recentiores. A Mss.

NOTÆ

[g] *Vetera imperii munimenta*] Hi imperii limites, Rhenus, Oceanus, Danubius, Euphrates.

[h] *Fatum et ira Dei*] Caius libro X. ad Edictum provinciale, 'vis major, quam Græci Dei iram vocant.' Videntur enim auctores, quicquid grave, quicquid horriferum mortalibus accidit, divinæ iræ ascribere. *Alciatus.*

[i] *Novesium*] Urbs Ubiorum populorum, in Germania inferiore, Galliæ Belgicæ provincia; hodie *Nuys*, urbs Archiepiscopatus et Electoratus Coloniensis, prope *Erfft* fluvium, in circulo Rheni inferioris. *Tillemonius.*

[j] *Gelduba*] Oppidum Ubiorum populorum, in Germania inferiore, Belgicæ regionis provincia: hodie *Geldub*, aut *Gelb*, vicus Archiepiscopatus et Electoratus Coloniensis, ad occidentem Rheni fluvii, et inter oppida *Nuyss* et *Ordinghen*, in circulo Rheni inferioris. *Tillemonius.*

Digitized by Google

acie, muniendo vallandoque et ceteris belli meditamentis[k] militem firmabant. Utque præda ad virtutem accenderetur,[5] in proximos Gugernorum[l] pagos, qui societatem Civilis acceperant, ductus a Vocula[6] exercitus. Pars cum Herennio Gallo permansit.

27. Forte navem, haud procul castris, frumento gravem, cum per vada hæsisset, Germani in suam ripam trahebant. Non tulit Gallus, misitque subsidio cohortem. Auctus et[1] Germanorum numerus, paulatimque aggregantibus se auxiliis, acie certatum. Germani multa cum strage nostrorum navem abripiunt.[2] Victi (quod tum in morem verterat) non suam ignaviam, sed perfidiam Legati[m] culpabant. Protractum e tentorio, scissa veste, verberato[n] corpore, [o] quo

ercitum ordinanda acie, fossas et aggerem moliendo, et aliis belli imitamentis. Utque per raptus ad fortitudinem incitarentur, Vocula duxit partem exercitus in propinquas Gugernorum terras, qui ad partes Civilis transiverant. Pars remansit cum Herennio Gallo.

Fortuito casu Germani trahebant in suum littus navigium e nostris, *frugibus onustum, cum haud longe a castris* Rom. *vado defixum esset.* Id *non toleravit Gallus, et cohortem* nostris *auxilio misit. Accrevit etiam Germanorum turba, sensimque adjungentibus se auxiliis, prælio dimicatum. Germani non sine plurima cæde nostrorum navigium abducunt. Pulsi,* (*quod tum in consuetudinem abierat,*) *non suam segnitiam, sed fraudem legati criminabantur. Abreptum e tabernaculo, lacerata veste, et fœdato plagis corpore, promere jubent,* quo præmio, quibus sociis, tra-

Harl. Bodl. Jes. abest, *cui.* Illud quoque omisere Puteolanus, Ryckius et Gronov. In Ms. Harl. secunda manu additum est.—5 Sic Ms. Flor. editio princeps, Pichena et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *incenderetur.* Budens. *accederetur.*—6 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. Præpositio abest a Mss. Flor. Bud. et editione principe. Eam quoque omisit Rhenanus. In Ms. Agr. *Voculæ.* Brotier.

1 Male Puteolanus, *auctus est Germanorum.* Brotier.—2 Sic bene Mss. Harl. Jes. Guelf. Rhenanus et recentiores. In editionibus veteribus, *arri-*

NOTÆ

[k] *Ceteris belli meditamentis*] Illi labores seu exercitationes sunt veluti præludia et meditamenta belli, quibus instruitur, paratur, firmaturque miles, priusquam ducatur ad summam belli, priusquam in discrimen aut prælium veniat.

[l] *Gugernorum*] Gugerni, pagus, vel pars Menapiorum populorum, in Germania inferiore, Belgicæ provincia: hodie pars septemtrionalis diœceseos Archiepiscopatus *Coloniensis*; vel secundum divisionem temporalem, hic nunc est ducatus Cliviæ *Cleves*, pars septemtrionalis Archiepiscopatus et Electoratus *Coloniæ*, atque *Meurs* comitatus. *Tillemonius.*

[m] *Perfidiam legati*] Nempe, Herennii Galli, quem deripiunt e tentorio, et verberibus ac vinclis onerant.

[n] *Scissa veste, verberato*] Sic supra Hist. III. 77. [o] Julianus ad L. Vitel-

Digitized by Google

pretio, quibus consciis, prodidisset exercitum,' dicere jubent. Redit in Hordeonium[o] invidia. Illum 'auctorem sceleris,' hunc 'ministrum' vocant;[p] donec, exitium minitantibus exterritus, proditionem et ipse Hordeonio objecit: vinctusque,[q] adventu demum Voculæ exsolvitur. Is postera die[r] auctores seditionis morte affecit. Tanta illi exercitui diversitas inerat licentiæ patientiæque. Haud dubie gregarius miles Vitellio fidus: splendidissimus quisque in Vespasianum proni: inde scelerum ac suppliciorum vices, et mixtus obsequio furor: ut contineri non possent, qui puniri poterant.

28. At Civilem immensis auctibus[s] universa Germania extollebat, societate nobilissimis obsidum firmata. Ille, ut cuique proximum, 'vastari Ubios Treverosque, et aliam

didisset exercitum. *Dein revolvitur in Flaccum iracundia: illum* consultorem flagitii, *hunc* executorem ac satellitem *appellant; donec, mortem intentantibus metu perculsus, perfidiam et ipse Flacco exprobravit: et in vinclis habitus, adveniente tandem Vocula, eximitur. Is postridie auctores consternationis morte mulctavit. Tanta apud* illum *militem vicissitudo fuit audaciæ et tolerantiæ. Certe plebeius miles fide constans* pro *Vitellio fuit: clarissimus quisque in Vespasianum proclives* erant: *inde flagitiorum ac pœnarum vices, et mixtu obedientiæ ira;* ita *ut regi non possent, qui castigari poterant.*

At ingenti fama tota Germania Civilem celebrabat, inito stabilitoque fœdere per splendidissimos obsides. Ille, ut cuique genti *vicini* erant, diripi *jubet* Ubios et

piunt. Idem.—1 Sic bene Pichena e Ms. Flor. Sic quoque Ms. Covarruviæ. Cf. Ruhnken. ad Vell. Paterc. I. 40. In Mss. Vatic. 1958. et Bodl. *actibus.* Supra scriptum autem, *auctibus.* Male Ms. Agr. *laudibus.* Editio princeps habet quoque, *actibus.* At cum vox illa deesset in Ms. Vatic. 1863. quem

NOTÆ

lium perductus, et verberibus fœdatus, in ore ejus jugulatur.' *Scissa veste,* quod afflictis usurpatum, quo commiserationem moverent, et innocentiam testarentur, aut dolorem. Vel in reos sic sæviebant.

[o] *Hordeonium*] Qui videtur Novesii relictus.

[p] *Auctorem sceleris, hunc ministrum vocant*] Illum *auctorem,* nempe Hordeonium Flaccum, hunc *ministrum,* nempe Herennium Gallum.

[q] *Vinctusque*] Nempe Herennius Gallus.

[r] *Is postera die*] Vocula scil.

[s] *Immensis auctibus*] Sensus est, nempe, quotidie affluxisse Civili immensa Germanorum auxilia, *quibus* ille *auctibus* maxime extollebatur.

Livius l. IV. 'Cujus rei præmium sit in civitate, eam maximis semper auctibus crescere.' *Pichena.*

Digitized by Google

manum Mosam[t] amnem transire,'[2] jubet 'ut Menapios[u] et Morinos[v] et extrema Galliarum quateret.'[3] Actæ utrobique prædæ; infestius in Ubiis,[w] quod gens[4] Germanicæ originis, ejurata patria, Romanorum nomen, *Agrippinenses*, vocarentur.[5] Cæsæ cohortes eorum, in vico Marcoduro,[x] incuriosius agentes, quia procul ripa aberant.[y] Nec quie-

Treveros, et alio agmine transmeare Mosam fluvium, ut excirent commoverentque Menapios et Morinos et ultimas oras Galliarum. *Abrepta ex utraque parte spolia; infensius apud Ubios, quod natio Germanicæ stirpis, abdicata patria, Romanorum vocabulo* Agrippinenses *appellarentur. Profligatæ cohortes eorum, in pago Marcoduro, socordius agitantes, quia longe distabant a* Rheni *littore. Nec*

inspexit Lipsius, emendabat, *immensum universa, &c.* Brotier.—2 Brotierus legit, *alia manu . . . transire.* Vel *aliam manum*, vel *transiri*, emendandum videtur Ursino, Faërno et Freinshemio. Vulgatam tamen scripturam, *alia manu . . . . transire*, defendunt Ryckius et Ernestus, aut *suos*, aut *duces populorum*, intelligendo.—3 Sic bene Mss. editiones veteres et recentiores. Male Rhenanus, *quaterent.* Brotier.—4 Sic bene Mss. Flor. Bud. Pichena et recentiores. In Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *quos genus Germanicæ, &c.* In Mss. Reg. Agr. et editione principe, *quod Germanicæ originis.* Idem.—5 Sic bene Mss. Flor. Reg. Agr. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Romanorum nomine, Agrippinenses vocarent. Romanorum nomen*, insititia Grutero videbantur. *Idem.*

NOTÆ

[t] *Mosam*] Mosa fluvius Celticæ sive Lugdunensis et Belgicæ regionis in Gallia, exonerat se in Oceanum Germanicum; hodie vocatur *la Meuse*, vel *Vieille Meuse*, et *Maes*. Labitur per Campaniam, *Champaigne*; status Lotharingiæ, *Lorraine*; Belgicam hodiernam, *les Pays Bas*, *&c.* in mare Allemaniæ effunditur. *Tillemon.*

[u] *Menapios*] Menapii, populi Germaniæ inferioris, in Belgica regione Galliæ: hodie diœceses Episcopatuum *Ruremonde*, *Bosleduc*, *Anvers*, et *Middelbourg*, pars Episcopatus *Gand*, atque omnis diœcesis Archiepiscopatus *Malines*. Vel, secundum divisiones temporales, pars ducatuum *Brabant*, *Gueldres*, *&c.* omnis comitatus *Zeelande*, in Belgica hodierna: ex Geographia Sansonis. *Tillemon.*

[v] *Morinos*] Morini, populi Belgicæ Secundæ, ad Oceanum Britannicum, in Gallia: hodie diœceses Episcopatuum *Boulogne*, *Saint Omer*, *Ippres*, *Brugges*, *Tournay*, et pars Episcopatus *Gand*. Vel, secundum divisionem temporalem, pars est *Picardiæ*, et comitatuum *Flandriæ* et Artesiæ, *Artois*, in regno Franciæ et acquisitis, &c. *Tillemon.*

[w] *In Ubiis*] Ann. l. XII. 'Agrippina (uxor Claudii) quo vim suam sociis quoque nationibus ostentaret, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci imperat; cui nomen inditum ex vocabulo ipsius.'

[x] *Marcoduro*] Marcodurus vicus, aut oppidum Ubiorum populorum, in Germania inferiore, Belgicæ provincia; hodie *Duren*, oppidum ducatus Juliacensis, ad Ruram fluvium. *Tillemonius.*

[y] *Procul ripa aberant*] Scilicet non

Digitized by Google

vere Ubii, quominus prædas e Germania peterent: primo impune, dein circumventi sunt; per omne id bellum meliore usi fide, quam fortuna. Contusis Ubiis, gravior et successu rerum ferocior Civilis, obsidium legionum urgebat: intentis custodiis, ne quis occultus nuntius venientis auxilii penetraret. Machinas molemque operum Batavis delegat: Transrhenanos, 'prælium' poscentes,[6] 'ad scindendum vallum ire, detrusosque redintegrare certamen,' jubet; superante multitudine et facili damno: nec finem labori nox[7] attulit.

29. Congestis circum lignis accensisque, simul epulantes, ut quisque vino incaluerat, ad pugnam temeritate inani ferebantur. Quippe ipsorum tela per tenebras vana: Romani conspicuam Barbarorum aciem, et, si quis audacia aut insignibus[1] effulgens, ad ictum destinabant. Intellectum id Civili: et, 'restincto igne, misceri[2] cuncta tenebris et armis,' jubet. Tum vero strepitus dissoni, casus incerti, neque feriendi, neque declinandi providentia. Unde clamor

defuere Ubii, quin prædam agerent et ferrent e Germania: primo salvi et incolumes, deinde oppressi et intercepti sunt; et per omne id bellum majore fide, quam fortuna egere. Fractis Ubiis, immanior, et rebus secundis audacior Civilis, obsidioni legionum instabat: acribus excubiis, ne quis secretus nuntius adventantium legionum perrumperet. Tormenta et curam laborum Batavis demandat; Transrhenanos, pugnam *flagitantes*, ad expugnandum aggerem pergere *jubet*, deturbatosque instaurare prælium; *affluente numero, et vili jactura: nec pugnam aut laborem nox diremit.*

Aggestis passim lignis, subditoque igne, simul convivia celebrantes, ut quisque mero flagrabat, ad prælium vana audacia prorumpebant. Namque ipsorum missilia per noctem irrita: Romani conspicuum Germanorum agmen, et, si quis ferocia aut ornamentis præniteret, certo ictu petebant. Id animadvertit Civilis; et, amotis ignibus, omnia tenebris et armis implicari *jubet. Tum vero clamores discordes, accidentia ambigua, neque percutiendi* aderat *prudentia, neque ictus vitandi. Unde*

6 Male Mss. Harl. Bodl. Jes. *bellum poscentes.* Additum in margine Ms. Harl. *prælium.* Brot.—7 Ita Ms. Reg. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *ne finem quidem labori nox attulit.* Inde tentabat Jac. Gronovius, *ne nox quidem finem labori attulit.*

1 Male Ms. Agr. *insignibus armis effulgens. Insignibus*, ita usurpatum jam vidimus supra Hist. I. 38. et Annal. I. 24. *Brotier.*—2 Sic bene Mss. et edi-

NOTÆ

putabant, Germanos eo usque excursuros. *Pichena.*

Digitized by Google

acciderat,[3] circumagere corpora, tendere arcus:[4] [2] nihil prodesse virtus,[5] fors cuncta turbare et ignavorum sæpe telis fortissimi cadere. Apud Germanos inconsulta ira: Romanus miles, periculorum gnarus,[6] ferratas sudes, gravia saxa, non forte jaciebat. Ubi sonus molientium, aut appositæ scalæ hostem in manus dederant, propellere umbone, pilo sequi: multos, in[7] mœnia egressos, pugionibus fodere. Sic exhausta nocte, novam aciem dies aperuit.

30. Eduxerant Batavi turrim, duplici tabulato, quam,

strepitus advenerat, huc *obvertere corpora, obniti telis: nihil conducere fortitudo, fortuna omnia miscere, et inertium jaculis strenuissimi sæpe confodi. Apud Germanos præceps furor: Romanus miles, discriminum præliorumque sciens, ferratas sudes, et magnæ molis saxa, non temere inmittebat. Cum strepitus subruentium* muros, *vel admotæ scalæ hostem prope objecerant, umbone proturbare, et hasta insectari: plurimos, qui jam in muros evascerant, ferro confodere. Sic absumta nocte, novum certamen dies patefecit.*

Exstruxerant Batavi turrim, gemino ordine tabulatorum, quam, portæ præto-

tiones veteres. Jac. Gronovius et recentiores, *miscere cuncta*. Brot.—3 Ms. Agr. *accideret*.—4 Ita Mss. et libri editi. Frustra tentat Lipsius, *tendere armis*. Male Acidalius, *tendere jactus*. Tendebant arcus adversum Romanos, qui e summis mœnibus ferratas sudes et gravia saxa jaciebant. *Brotier*.—5 *Virtus*, in Ms. Reg. et ed. pr. perperam excidit.—6 Sic Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *ignarus*.—7 Sic bene veteres et recentiores editiones. In intermediis quibusdam editionibus præpositio, *in* est omissa. *Brotier*.

NOTÆ

[2] *Tendere arcus*] Mihi suspectum, et tibi, si attendes. Quorsum hic arcus? De Germanis sermo est, quibus haud crebra ea arma: sed nec ille sensus ad Taciti sensum.

Mihi videbatur, *tendere armis*; et ita solet: ubi periculum, eo armis tendimus. *Lipsius*.

Tendere arcus] Legunt *artus*; quod absurdum: sic idem bis dixisset Tacitus, nam circumagerent corpora, et tenderent artus eo loci unde clamor oriebatur; quod idem foret.

Sed puto, non ibi de Germanis tantum agitur, sed etiam de Romanis simul; ita ut par esset difficultas utrobique propter noctem: et postea distinguit iram Germanorum a Romani militis prudentia peritiaque.

Et licet de Germanis tantum ageretur, hi tamen potuerunt *tendere arcus*, aut similia. Nam infra de mor. German. 6. 'Pedites et missilia spargunt pleraque singuli, atque in immensum vibrant.'

Aut certe hæc inter liberos egressus et ornamenta historiæ, quæ non ita stricte capienda, sed ea magis ut sunt, quam ut dicuntur, intelligenda, et scriptori sua facundia condonanda sit. Quidni conflatus fuerit ille exercitus Civilis ex varii generis gentibus et militibus, quorum alii alia tela missiliaque in usu habuerint?

Digitized by Google

Prætoriæ portæ[a] (is æquissimus locus) propinquantem, promoti contra validi asseres et incussæ trabes[1] perfregere, multa superstantium pernicie. Pugnatumque in perculsos subita et prospera eruptione.[2] Simul a legionariis, peritia et arte præstantibus, plura struebantur. Præcipuum pavorem[3] intulit suspensum et nutans machinamentum, quo repente demisso, præter suorum ora singuli pluresve hostium sublime rapti, verso pondere intra castra[4] effundebantur. Civilis, omissa oppugnandi spe, rursus per otium assidebat, nuntiis et[5] promissis fidem legionum convellens.

31. Hæc in Germania ante Cremonense prælium[b] gesta, cujus eventum literæ Primi Antonii docuere, addito Cæcinæ edicto.[c] Et Præfectus cohortis e victis, Alpinus[1] Mon-

riæ imminentem, (is commodissimus locus,) provecti contra firmi asseres, et impulsæ trabes perrupere, cum plurima superstantium strage. Certatumque in exterritos, repentina et felici eruptione. Etiam plura moliebantur legionarii, experientia et industria præcellentes. Summum terrorem incussit suspensa et titubans machina, qua subito demissa, in conspectu suorum, unus pluresve barbarorum in altum abrepti, inverso libramento, intra muniminenta valli excutiebantur. Civilis, amissa spe expugnandi castra, *rursus ea per quietem obsidebat, et per nuntios, promissaque constantiam legionum solicitabat.*

Hæc apud Germaniam acta sunt *ante pugnam Cremonensem, cujus exitum renuntiavere epistolæ Primi Antonii, adjecto edicto Cæcinæ* consulis. *Et Alpinus*

1 In margine Ms. Harl. *et incussis trabibus.*—2 Ms. Budens. *ruptione.*—3 Mss. Reg. Agr. et editio princeps, *præcipuum terrorem.*—4 *Castra*, abest a Ms. Jes.—5 Copulam bene Rhen. inseruit e Budens. *Oberlin.*

1 Mss. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres, *Alpinius.* Alias habent quo-

NOTÆ

[a] *Prætoriæ portæ*] In castris Romanis fuerunt multiplices portæ, et ad summum quatuor, prima *Prætoria*, altera *Decumana*, tertia *Principalis*, quarta, *Quintana.*

Ea porta in castris appellata *Prætoria*, qua exercitus in prælium educi tur, quia initio *prætores* erant qui deinde consules, et ii bella administrabant: quorum tabernaculum quoque dicebatur *Prætorium*, ait Pompeius 14. significationum. *Vertran.*

[b] *Ante Cremonense prælium*] Pugnatum est ultimo Octobris, ut alibi dictum. *Savilius.*

[c] *Cæcinæ edicto*] Qui consul, publicato, ut videtur, edicto, suum in Flavianas partes studium probavit. *Savilius.*

Consul enim Cæcina erat; atque eo edicto, credendum est, de rebus Cremonæ gestis scripsisse, ac Vespasianum jam haud dubie imperatorem esse, ac vicisse, ut legiones, quæ in Germania erant, nihil ultra cunctarentur, quin Vespasiani parti-

Digitized by Google

tanus,[d] fortunam partium præsens fatebatur. Diversi hinc motus animorum.[e] Auxilia e Gallia,[f] quis nec amor, nec odium in partes, militia sine affectu,[g] hortantibus Præfectis,[2] statim a Vitellio desciscunt: vetus miles cunctabatur.[3 h] Sed adigente Hordeonio Flacco, instantibus Tribunis, dixit sacramentum, non vultu, neque[4] animo, satis affirmans: et, cum cetera jurisjurandi verba conciperent,[5] 'Vespasiani' nomen hæsitantes, aut levi murmure et plerumque silentio, transmittebant.

32. Lectæ deinde pro concione epistolæ Antonii ad Civilem, suspiciones[1] militum irritavere, tanquam ad socium partium scriptæ, et de Germanico exercitu hostiliter. Mox allatis Geldubam in castra nuntiis, eadem dicta factaque: et missus cum mandatis Montanus ad Civilem, 'ut

Montanus, præfectus cohortis, qui unus *e victis, præsens confitebatur fortunam partium. Hinc varii affectus animorum. Copiæ Gallorum, quibus nec favor, nec inimicitia in partes, et bellum sine studio, incitantibus præfectis, statim deficiunt a Vitellio: veteranus miles dubitabat. Sed compellente Flacco, hortantibus tribunis, appellavit sacramentum, non ore neque mente satis asseverans: et cum ceteram sacramenti formulam proferrent,* Vespasiani *vocabulum suspensi ac nutantes, aut levi susurro, et sæpe silentio, præteribant.*

Dein recitatæ literæ Antonii ad Civilem coram exercitu, suspicaces militum animos exasperavere, velut ad socium partium compositæ, et tamquam Primus *de Germanicis legionibus hostiliter* sentiret. *Posthac missis nuntiis Geldubam in castra, eadem dicta ac facta* sunt: *et missus cum literis Montanus ad Civilem,* ut

que, *Alpinus.*—2 Budens. *Tribunis.*—3 Male Ms. Jes. *conturbatur.* Brotier. —4 Ms. Bodl. *non vultu, non animo.*—5 Ms. Jes. *acciperent.*

1 Sic bene libri editi. In Ms. Bodl. *suspictiones.* In Ms. Vatic. quem

NOTÆ

bus accederent.

Quæ fortasse Antonius ipse a Cæcina curavit nuntianda, tanquam majorem auctoritatem edictum consulis, apud Rom. legiones habiturum esset. *Pichena.*

[d] *Alpinus Montanus*] Missus a Flavianis nuntius victoriæ. Hist. III. *Savilius.*

[e] *Diversi hinc motus animorum*] Alii alia sentiebant statuebantque; alius affectus Gallorum, alia voluntas veteris militis.

[f] *Auxilia e Gallia*] Id est, recenter conscriptæ copiæ accitæque e Gallia; a quibus copiis distinguit veterem militem, puto, etiam Gallorum, qui, scil. magis imbutus favore Vitellii.

[g] *Militia sine affectu*] Ut qui erant nuper delecti, forte plerique inviti.

[h] *Vetus miles cunctabatur*] An veteres cohortes Gallorum, an vetus miles Romanus? Puto tamen esse militem Romanum.

Digitized by Google

absisteret bello: neve externa armis[2] falsis velaret.[i] Si Vespasianum juvare aggressus foret, satisfactum cœptis.'[j] Ad ea Civilis primo callide: post, ubi videt Montanum præferocem ingenio, paratumque in res novas, orsus a questu periculisque, quæ per quinque et viginti annos in castris Romanis exhausisset, 'Egregium,' inquit, 'pretium laboris[3] recepi,[4] necem fratris[k] et vincula mea et sævissimas hujus exercitus voces,[l] quibus ad supplicium petitus,[m] jure gentium pœnas reposco. Vos autem[5] Treveri,[n] ceteræque servientium animæ,[o] quod præmium[6] effusi totiens

arma deponeret: et ne externo bello fraudem obtenderet. Si fovere Vespasianum cœpisset, proposito satisfecisse. *Ad hæc Civilis primo caute respondere: at postquam animadvertit Montanum audentem animo, promtumque ad nova cœpta, incipiens a questu, et a discriminibus, quæ per quinque et viginti annos in bellis Rom. exantlasset.* Eximium, *inquit*, operæ navatæ præmium accepi, cædem fratris, et catenas meas, et atrocissimos hujus exercitus clamores, quibus ad exitium flagitatus, jure gentium vindictam repeto. Vos vero Treveri, aliæque servitutis victimæ, quod præmium fusi toties cruoris

Lipsius inspexit, *suspectiones*. Brotier.—2 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Agr. editiones veteres et recentiores. Lipsius emendabat, *externa arma falsis*. In Ms. Jes. *extrema armis falsis*.—3 In Ms. Reg. et editione principe, *laborum*.—4 Sic Ms. Flor. et editio princeps. Ms. Reg. *recipi*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *cepi*, et sic Ryckius et Gronov.—5 Ms. Budens, *Vosque Treveri*.—6 Ita Mss. Flor. Reg. Agr. editio princeps, Jac. Gronovius, et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *pretium*. In margine

NOTÆ

[i] *Neve externa armis falsis velaret*] Clarius, *externa arma;* hoc sensu, Ne Civilis ultra tegeret perfidiam et rebellionem: neu quod revera externum bellum erat, tegeret et velaret, quasi pro Vespasiano sumtum, et civile esset. *Lipsius.*

[j] *Si Vespasianum juvare aggressus foret, satisfactum cœptis*] Ita Cicero pro Rege Deiotaro: 'Itaque Pharsalico prælio facto, a Pompeio discessit, spem infinitam persequi noluit. Vel officio, si quid debuerat, vel errori, si quid nescierat, satisfactum esse duxit.'

[k] *Necem fratris*] Sic supra c. 13. 'Julius Paulus et Claudius Civilis regia stirpe, multo ceteros anteibant. Paulum Fonteius Capito, falso rebellionis crimine, interfecit. Injectæ Civili catenæ,' &c.

[l] *Hujus exercitus voces*] Per *exercitum* hic, intellige legiones Romanas quas Civilis obsidebat, et etiam alias quæ in Germanicis castris.

[m] *Voces quibus ad supplicium petitus*] Supra eodem libro, 'sub Vitellio discrimen adiit, flagitante supplicium ejus exercitu.'

[n] *Treveri*] Ibi enim natus Alpinus. Hist. III. *Savilius.*

[o] *Servientium animæ*] Scite dictum de miseris servitioque pressis, qui nec vel animam in sua potestate habent.

Digitized by Google

sanguinis expectatis, nisi ingratam militiam, immortalia tributa, virgas, secures et dominorum ingenia?[p] En ego Præfectus unius cohortis et Canninefates Batavique, exigua Galliarum portio, vana illa castrorum spatia excidimus,[q] vel septa ferro fameque premimus:[r] denique ausos aut libertas sequetur, aut victi iidem erimus.' Sic accensum, sed 'molliora[7] referre' jussum, dimittit. Ille, ut irritus legationis, rediit,[8] cetera dissimulans, quæ mox erupere.

33. Civilis, parte copiarum retenta, veteranas cohortes, et quod e Germanis maxime promtum, adversus Voculam exercitumque ejus mittit: Julio Maximo et Claudio Victore, sororis suæ filio,[1] Ducibus. Rapiunt in transitu hyberna alæ, Asciburgii[s] sita: adeoque improvisi castra[2] involavere,[3] ut non alloqui, non pandere aciem Vocula potuerit.

speratis, nisi invisum bellum, sempiterna vectigalia, fasces, ac bipennes, et superba tyrannorum imperia? En ego præfectus unius cohortis, et Caninefates Batavique, modica pars Galliarum, vacuam inanemque illam castrorum amplitudinem evertimus, vel *ea* obsessa armis et inopia urgemus: tandem audentes aut libertatem adipiscemur, aut domiti perinde serviemus. *Sic animatum, sed* mitiora renuntiare *jussum, remittit. Ille, tanquam re infecta, revertit, cetera occultans, quæ postea patefacta sunt.*

Civilis, retinens partem militis, mittit vetustas cohortes, et quod e Germanis præcipue strenuum erat, *adversus Voculam et agmen illius: ducibus Julio Maximo, et Claudio Victore, filio sororis suæ. Invadunt ex itinere castra alæ, Asciburgii locata; adeoque inopinati irrupere castra, ut Vocula, neque hortari* suos *potuerit, neque stru-*

Ms. Bodl. *præmium.*—7 Sic bene Ms. Flor. editio princeps et recentiores. Nec aliter Puteolanus et Mss. Harl. Bodl., licet habeant, *moliora.* Mss. Reg. Jes. et Alciatus, *meliora.* Brotier.—8 Mss. Harl. Bodl. Jes. editio princeps, Puteolanus et Beroaldus, *redit.*

1 Ms. Agr. *sororis suæ viro.* Corrupte Ms. Reg. et editio princeps, *Claudio victores sororis suæ victores ducibus.*—2 *Castra* non est in Ryckii Msto.—3 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *involvere.* In margine Ms. Harl.

NOTÆ

[p] *Dominorum ingenia*] Scil. superbiam, fastum, impotentiam, sævitiam, avaritiam, ac libidines omnes, quas mens humana cogitare aut fingere sibi possit in dominantibus.

[q] *Excidimus*] In Batavia.

[r] *Fameque premimus*] Intelligit *Vetera.*

[s] *Asciburgii*] Asciburgium oppidum Gugernorum populorum, prope Rhenum fluvium, in Germania inferiore, provincia Galliæ Belgicæ. Hodie *Asburg*, villa comitatus Meursii, in circulo Westphaliæ et prope Rhenum fluvium. Ex Germania Cluverii et Sansonis. *Tillemon.*

Digitized by Google

Id solum, ut in tumultu, monuit, 'subsignano[4] milite media[5] firmare:' auxilia[t] passim circumfusa sunt. Eques prorupit, exceptusque compositis hostium ordinibus, terga in suos[6] vertit. Cædes inde, non prælium. Et Nerviorum cohortes, metu seu perfidia, latera nostrorum[7] nudavere. Sic ad legiones perventum: quæ, amissis signis, intra vallum sternebantur; cum repente novo auxilio fortuna pugnæ mutatur. Vasconum[u] lectæ a Galba cohortes ac tum accitæ,[v] dum castris propinquant,[8] audito prælianium clamore, intentos hostes a tergo invadunt, latioremque, quam pro numero, terrorem faciunt: aliis a Novesio, aliis a Magontiaco,[w] universas copias advenisse credentibus. Is error Romanis[9] addit

ere aciem. Id unum, ut in consternatione, præcepit; subsignanis copiis firmare mediam aciem: *socii passim circumstetere. Eques invectus est, exceptusque conferto hostium agmine, retrocessit in suos. Hinc internecio, non certamen. Et cohortes Nerviorum,* sive *pavore sive fraude, latera nostrorum detexere. Ita venit hostis ad legiones: quæ, abjectis vexillis, intra castra fundebantur; cum subito novis copiis fortuna prælii vertitur. Cohortes Vasconum conscriptæ a Galba, ac tum accersitæ, dum in castra adventant, audito pugnantium strepitu, a tergo irruunt in Germanos* pugnæ *intentos, majoremque, quam pro agmine, pavorem inferunt: aliis putantibus, adventasse universum exercitum a Novesio, aliis a Magontiaco. Is error*

involavere.—4 Male Ms. Reg. et editio princeps, *subsignato milite.* Brotier. —5 Male Ms. Agr. et editio princeps, *mænia firmare.* Idem.—6 Omitti in *suos* perperam vult Muretus, quasi in hostes, non in suos, terga verterent. At fugam versus suos direxere, ut recte animadvertit Cl. Ernestus. *Brotier.* —7 Ms. Agr. et editio princeps, *latera nostra.*—8 Ms. Budens. *appropinquant.* —9 *Romanis,* abest a Mss. Flor. Reg. Bud. et editione principe. In Ms. Harl. *Romanis addidit animos.* Male Ms. Jes. *Romanus addidit, &c.* Brotier.

NOTÆ

[t] *Subsignano milite media firmare: auxilia*] Sic distinguit legiones et cohortes Rom. ab auxiliis, seu cohortibus et aliis sociorum. Quia nempe legiones et cohortes Rom. sub signis Rom. et more seu disciplina Rom. institutæ; auxilia vero sociorum sub suis signis et magis expedita. Auxiliares, quasi levis armaturæ et antesignani; at subsignanus miles gravius agmen et fortius, ideoque eo firmatur acies media.

[u] *Vasconum*] Vascones, populi Hispaniæ Tarraconensis ad septemtrionem et orientem, atque ad montes Pyræneos. Hodie regnum *Navarræ* fere integrum, aliquid *Castellæ Veteris,* pars quædam regni *Arragoniæ,* sub ditione regis Catholici, in Hispania. *Tillemon.*

[v] *Accitæ*] Unde? Novesio, Bonna, Magontiaco, aut ex qua tandem terrarum parte? *Savilius.*

[w] *Aliis a Novesio, aliis a Magontiaco*] Ne sumas, ita ut hostes aliud crediderint, aliud Romani; sed hostium pariter et Romanorum indistincte alii credebant advenisse copias a Novesio, alii a Magontiaco.

Utrique ignorabant, quæ copiæ ad-

Digitized by Google

animos, et, dum alienis viribus confidunt, suas recepere.[10] Fortissimus quisque e Batavis, quantum peditum erat, funduntur: eques evasit cum signis captivisque, quos prima acie corripuerant. Cæsorum eo die, in partibus nostris, major numerus et imbellior; e Germanis ipsa robora.

34. Dux uterque, pari culpa meritus adversa, prosperis defuere. Nam Civilis, si majoribus copiis instruxisset aciem, circumiri[1] a tam paucis cohortibus nequisset,[2] castraque perrupta exscidisset.[3] Vocula nec adventum hostium exploravit, eoque simul egressus victusque: dein victoriæ parum confisus, tritis frustra diebus, castra in hostem movit: quem si statim impellere, cursumque rerum sequi maturasset, solvere obsidium legionum eodem[4] impetu potuit.[5] Tentaverat interim Civilis obsessorum animos, tanquam perditæ apud Romanos res, et suis victoria provenisset. Circumferebantur signa vexillaque: ostentati etiam captivi: ex quibus unus, egregium facinus ausus, clara voce gesta patefecit, confossus illico[6] [x] a Germanis: unde

Romanorum erigit animos, et, dum fidunt alieno robori, suum reciperavere. Validissimus quisque e Batavis, quotquot pedestres copiæ erant, profligantur: equitatus effugit cum vexillis et captivis, quos initio prælii abripuerant. Occisorum eo die, in partibus nostris, amplior numerus et invalidior; e Germanis ipsa decora.

Ambo duces, pari errore improspera meriti, rebus secundis defuere. Quippe Civilis, si majore numero firmasset agmen, circumdari a tam paucis cohortibus non potuisset, vallumque penetratum evertisset. Nec Vocula speculatus est, aut prævidit impressionem hostium, et ideo simul atque exiit castris, profligatus est. Dein victoriæ non satis fidens, absumto incassum tempore, copias in hostem duxit: quem si statim incessere, premere, et fortunæ rerum instare festinasset, liberare obsidione legiones eodem incursu potuisset. Interea Civilis exploraverat mentes obsessorum, quasi fractæ ac profligatæ res apud Romanos, et sui victoriam adepti essent. Ostentui passim ferebantur signa et vexilla: monstrati etiam captivi: ex quibus unus eximio facinore inclaruit; quippe *alta voce promsit aperuitque,* quæ *acta* essent, *obtruncatus illic a Germanis: unde certior fides indicii. Eodemque tempore popu-*

10 Male Ms. Agr. *suscepere.* Licet id probet Ryckius. *Brotier.*

1 In Mss. Reg. Agr. et editione principe, *circumveniri.*—2 Ms. Reg. et editio princeps, *nequivisset.*—3 In editione principe, *excidissent.*—4 Rhenanus, *eo impetu.*—5 In Mss. Flor. Agr. et editione principe, *potuit.* Puteolanus et Gronov. *potuisset.*—6 Sic mallet Freinshemius, probante Brotiero.

NOTÆ

venissent, et unde: utrique sciebant esse copias Novesii et Magontiaci; quare utrique idem dubie suspicari poterant, non diversa.

[x] *Confossus illico*] Alii legunt, *illic,* quod eundem sensum facit; nempe festinationem et iram Germanorum sic satis designat. Et cum illic con-

Digitized by Google

major indici[7] fides. Simul vastatione incendiisque flagrantium villarum, venire victorem exercitum, intelligebatur. 'In conspectu castrorum constitui signa, fossamque et vallum circumdari,' Vocula jubet: 'depositis[8] impedimentis sarcinisque, expediti certarent.' Hinc in Ducem clamor pugnam poscentium: et minari assueverant.[9] Ne tempore quidem ad ordinandam aciem capto, incompositi fessique prælium sumsere: nam Civilis aderat, non minus vitiis hostium, quam virtute suorum, fretus. Varia apud Romanos fortuna, et seditiosissimus quisque ignavus: quidam, recentis victoriæ memores, retinere locum, ferire hostem, seque et proximos hortari: et, redintegrata acie, manus ad obsessos tendere, 'ne tempori deessent.' Illi, cuncta e muris cernentes,[10] omnibus portis prorumpunt. Ac forte Civilis lapsu equi prostratus, credita,[11] per utrumque exercitum fama, 'vulneratum aut interfectum,' immane quantum suis pavoris, et hostibus alacritatis, indidit.

35. Sed Vocula, omissis fugientium tergis, vallum turresque castrorum augebat, tanquam rursus obsidium immine-

latione ignibusque ardentium prædiorum, adventare victorem exercitum, cognoscebatur. Imperat Vocula statui vexilla in præsentia castrorum, aggeremque et vallum circummuniri, *ut*, relictis *ibi* impedimentis et sarcinis, expediti dimicarent. *Hinc adversus legatum rociferatio prælium postulantium: et minas intentare* ipsi *soliti erant. Ne tempore quidem sumto ad instruendam aciem, inordinati fatigatique pugnam capessere: quippe Civilis ustabat, perinde erroribus hostium, ac fortitudine suorum, innixus. Diversa apud Romanos fortuna, et turbidissimus quisque segnis: nonnulli, nuperam victoriam reputantes animo, servare stationem, invadere hostem, seque et propinquos stimulare: et, instaurata pugna, palmas ad obsessos extollere,* ne occasioni deessent. *Illi, omnia e mœnibus spectantes, cunctis portis erumpunt. Ac forte Civilis casu equi afflictus, sparso per utramque aciem rumore,* sauciatum aut occisum *ipsum, incredibile quantum suis formidinis, et hostibus ardoris adjecit.*

Sed Vocula, cum fugientium tergis instare debuisset, firmabat aggerem, et turres

Mss. et Edd. *illic.*—7 Male Ms. Reg. et editio princeps, *judicii fides.* Brotier. —8 Ita Mss. Flor. Reg. Bud. Agr. editio princeps, Jac. Gronovius et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ut depositis impedimentis.* Idem. —9 Male Puteolanus, *asseverant.* Idem.—10 Hæc *cuncta e muris cernentes* absunt in Budens.—11 Ita Mss. et libri editi. Mallet Lipsius, *dedita,* vel *didita.* Rhenanus, *edita... fama.*

NOTÆ

fossus dicitur, simul et *illico* confectus intelligitur, nempe statim et coram ipsis obsessis; ne quid ulterius promeret, aut per iram, quod *gesta patefecisset,* nec loqueretur ut jusserat Civilis.

Digitized by Google

ret: corrupta totiens victoria, non falso suspectus bellum malle. Nihil æque exercitus nostros, quam egestas copiarum, fatigabat. Impedimenta legionum cum imbelli turba Novesium missa, ut inde, terrestri[7] itinere, frumentum adveherent: nam flumine hostes potiebantur. Primum agmen securum incessit, nondum satis firmo Civile: qui, ubi[1] rursus missos Novesium frumentatores,[2] datasque in præsidium cohortes, velut multa pace ingredi' accepit, rarum apud signa militem, arma in vehiculis, cunctos licentia vagos, compositus invadit: præmissis, qui pontes et viarum angusta insiderent. Pugnatum longo agmine et

munimentorum, quasi nova obsidio impenderet: labefacta toties victoria, non frustra suspectabatur bellum velle. Nihil perinde militem nostrum premebat, ac penuria commeatuum. Vehicula legionum cum inermi agmine missa Novesium, ut inde fruges asportarent, terrestri via: quippe amnem hostes insederant. Prima manus incolumis evasit, nondum satis valido Civile: qui, postquam comperit, iterum missos Novesium, qui frumentum adveherent, datasque in auxilium cohortes, tanquam profunda pace incedere, *infrequentem apud vexilla militem, arma plaustris invecta, omnes petulantia palabundos, ordinatus incolat: præmissis, qui occuparent pontes et angustias itinerum. Certatum longa acie, et ambiguo Marte,*

1 Sic bene Mss. Flor. Agr. Bud. Pichena et recentiores. *Ubi*, omisere Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus. Corrupte Ms. Reg. et editio princeps,

NOTÆ

7 *Ut inde, terrestri*] *Impedimenta*, id est, currus et jumenta. *Imbelli turba*, lixis scil. et calonibus, ut multa manus citius expedirent negotium frumentandi.

Sed qui medios inter hostes? Primum præsidio cohortium additarum, quod hic tacuit, mox nominaturus. Deinde minus in itinere timebant, ob recentem victoriam. *Gronovius.*

2 *Qui, ubi rursus missos Novesium frumentatores*] Etiamdum infirmo Civili ex equi lapsu, securum incessit agmen imbellium frumentatorum; quibus nondum reversis, alii Novesium missi sunt ab obsessis, cum præsidio cohortium, quod nimis de annona soliciti essent: sed valido jam Civili, qui, (milites per iter sciens raros apud signa armaque in vehiculis,) compositus, huc et illuc vagos adoritur.

Pugnatur anceps ad noctem prælium, quamobrem cohortes cum una secum missis frumentatoribus, omisso Novesio, quo ire jussi, Geldubam se conferunt.

Non semel itaque missi sunt frumentatores: priores et imbelles securi Novesium veniunt, sed regredi non audebant. 'Non erat dubium, quantum in regressu discriminis adeundum foret frumentatoribus, onustis pauculisque.' Secunda missio præsidio cohortium firmata frustra fuit. *Salinerius.*

Forte hic sensus sit: Qui ubi accepit, rursus missos Novesium frumentatores, datasque in præsidium cohortes, velut multa pace ingredi, rarum esse apud signa militem, arma in vehiculis ferri, cunctos licentia vagos esse, eos compositus invadit: præmissis, &c.

Digitized by Google

incerto Marte, donec prælium nox dirimeret. Cohortes Geldubam perrexere, manentibus, ut fuerant, castris, quæ relictorum illic militum præsidio tenebantur. Non erat dubium, quantum in regressu discriminis adeundum foret, frumentatoribus onustis perculsisque.[2a] Addit[3] exercitui suo Vocula mille delectos e quinta et quintadecima[4] legionibus,[b] apud Vetera obsessis, indomitum militem et Ducibus infensum. Plures, quam jussum erat, profecti, palam in agmine fremebant, 'non se ultra famem, insidias Legatorum, toleraturos.' At, qui remanserant, 'desertos se, abducta parte legionum,' querebantur. Duplex hinc seditio; aliis revocantibus Voculam,[c] aliis redire in castra abnuentibus.

donec pugnam nox separaret. Cohortes petiere Geldubam, stantibus, ut fuerant, munimentis, quæ remanentium illic militum præsidio occupabantur. Non incertum erat, quantum periculi subeundum foret, frumenti vectoribus paucis et oneratis. Adjungit Vocula agmini suo mille validissimos, e legionibus quinta et quartadecima, apud Vetera circumsessis, præferocem militem, et legatis infestum. Plures, quam imperatum erat, exeuntes, aperte in itinere fremebant, non se amplius passuros inopiam commeatuum, et perfidiam ducum. *At, qui relicti erant*, destitutos se *indignabantur*, abstracta parte legionum. *Hinc gemina discordia; aliis Voculam revocantibus, aliis reverti in castra nolentibus.*

---

urbi. Aliis male emendatum, *qui reversus missos*. Brotier.—2 Ita Ms. Agr. Ryckius et recentiores. Mss. Flor. Reg. et editio princeps, *periculisque*. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *vehiculisque*. In margine Ms. Bodl. *pauculis*. Sic quoque Puteolanus ceterique omnes ante Ryckium, *pauculisque*. Atque ita vertit Davanzati: 'Nel ritorno s'andava a pericolo manifesto, essendo i frumentieri carichi, e pochi.' Contra Ryckium secutus est Cl. Gordon: 'There remained no doubt what threatening danger must be incurred in the return, whilst they who carried the grain were loaded, and indeed already dismayed.' Dictum est supra c. 30. 'pugnatumque est in perculsos.' *Idem.* —3 Sic bene veteres et recentiores editiones. In mediis quibusdam editionibus, *addidit*. Brotier.—4 Sic optime Mercerus. *Quintadecima* enim legio, non vero *quartadecima* fuit in Germania inferiore. Vide supra Hist. III. 22.

NOTÆ

[a] *Onustis pauculisque*] Rom. *onustis perculsisque*. Lipsius.

[b] *E quinta et quartadecima legionibus*] Scribendum, *et quintadecima*. Nam sequenti capite, *adventu quintanorum quintadecimanorumque*, (illorum ipsorum de quibus hic sermo,) *auctæ legiones*.

Quartadecimanos enim in Britanniam remiserat Vitellius (ut vere animadvertit Lipsius ad Hist. III. 23. quem locum simili ratione purgavit) statim post Bedriacense prælium, supra Hist. II. 66., ubi adhuc fuerunt cum gererentur res descriptæ infra Hist. IV. 79. Postmodum demum evocati, neque in prælium deducti, Hist. V. 14. *Freinshemius*.

[c] *Aliis revocantibus Voculam*] Id est, Qui in castris erant, Voculam revocabant: qui autem cum Vocula, in castra redire abnuebant. *Pichena*.

Digitized by Google

36. Interim Civilis Vetera circumsedit. Vocula Geldubam atque inde Novesium concessit. Civilis capit Geldubam Mox, haud procul Novesio, equestri prælio prospere certavit. Sed miles secundis adversisque perinde in exitium Ducum accendebatur.[1] Et adventu quintanorum quintadecimanorumque auctæ legiones, 'donativum' exposcunt, comperto, pecuniam a Vitellio missam. Nec diu cunctatus Hordeonius nomine Vespasiani dedit. Idque præcipuum fuit seditionis alimentum. Effusi in luxum et epulas, et nocturnos cœtus, veterem in Hordeonium iram renovant:[2] nec ullo Legatorum Tribunorumve obsistere auso, (quippe omnem pudorem nox ademerat) protractum e cubili interficiunt. Eadem in Voculam parabantur, nisi servili habitu, per tenebras, ignoratus evasisset. Ubi, sedato impetu, metus rediit, Centuriones cum epistolis ad civitates Galliarum misere, auxilia ac stipendia oraturos.[d]

Interea Civilis obsidione cinxit Vetera castra. *Vocula se recepit Geldubam, atque illinc Novesium. Civilis expugnat Geldubam. Dein, equestri certamine feliciter pugnavit, non longe a Novesio. Sed miles,* rebus *prosperis et improsperis, pariter incitabatur in perniciem legatorum. Et advenientibus quintanis et quintadecimanis, firmatæ legiones,* congiarium *efflagitant, cognito, missam a Vitellio pecuniam. Nec diu moratus Hordeonius, vocabulo Vespasiani largitus est. Eaque* largitio *præcipua fuit discordiæ causa. Projecti in lasciviam et convivia, et nocturnos conventus, priorem in Flaccum rabiem instaurant: et nullo ducum aut tribunorum prohibere audente, (nam omnem modestiam nox abstulerat) ubreptum e lecto* Hordeonium *interimunt. Eadem in Voculam struebantur, nisi servili amictu, per noctem, incognitus abscessisset. Postquam, senescente violentia, rediit formido, misere centuriones cum literis ad nationes Galliarum, rogaturos copias et stipendia.*

Male Mss. Reg. Agr. et editio princeps, *quinta et decima.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus [cum Ryckio et Gronov.] *quinta et quartadecima.* At bene infra cap. seq. iidem Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus habent, *quintanorum et quintadecimanorum.* In editione principe, *quintanorum et quintadecimorum.* Idem.

1 Male Ms. Agr. *accendebantur.* Brotier.—2 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Rhenanus et recentiores. In editione principe, *effusus in luxum et epulas, et nocturnos cœtus miles, veterem in Hordeonium iram renovavit.* Sic quoque habent Mss. Reg. Agr. et Puteolanus, omisso tantum *miles.* Manu secunda additum est in Ms. Agr. *Idem.*

NOTÆ

[d] *Auxilia ac stipendia oraturos*] Capio hic *stipendia* pro censu, sive tributo, quod a Galliarum civitatibus Romani exigere solebant. Namque eam pecuniam destinatam ad usus et stipendia octo legionum, juxta Rhenum præsidium agitantium, colligitur Annalium lib. 1. quando Germanicus Cæsar eidem exactioni erat intentus.

Sic infra in oratione ad Treveros et Lingonas: 'Nos quanquam toties lacessiti, jure victoriæ id solum vobis

Digitized by Google

37. Ipsi, ut est vulgus sine rectore præceps, pavidum,[1] socors, adventante Civile, raptis temere armis ac statim omissis, in fugam vertuntur. Res adversæ discordiam peperere, iis, qui e superiore exercitu erant,[e] causam suam dissociantibus.[f] Vitellii tamen imagines, in castris et per proximas Belgarum civitates, repositæ, cum jam Vitellius occidisset.[2] Dein mutati in pœnitentiam primani quartanique et duodevicesimani,[3] Voculam sequuntur: apud quem resumto Vespasiani sacramento, ad liberandum Magontiaci obsidium ducebantur. Discesserant obsessores, mixtus ex Cattis,[4g] Usipiis,[h] Mattiacis[5i] exercitus, satietate[6] prædæ, nec incruenti.[7] In via dispersos et nescios miles noster

Ipsi, ut est multitudo sine ductore inconsulta, trepida, segnis, adveniente Civile, capessitis, captis temere armis, ac statim relictis, terga vertunt. Res improsperæ dissensionem creavere, milite superioris Germaniæ in alias partes inclinante. Effigies tamen Vitellii restitutæ sunt *apud castra, et per finitimas urbes Belgarum, cum jam Vitellius interiisset. Postea, mutato consilio, primani et quartani et duodevigesimani Voculæ obsequuntur: apud quem, renovato in Vespasianum jurejurando, ductabantur ad solvendam obsidionem Magontiaci. Abierant obsessores, compositus* scilicet *ex Cattis, Usipiis, et Mattiacis exercitus, spoliis graves, nec impune* tamen. Quippe illos *miles Rom. involarat in itinere palantes et incautos.*

1 Sic bene Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *pavidus*. Brotier.—2 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Agr. Guelf. editiones veteres et recentiores. Rhenanus e Ms. Bud. *corruisset*.—3 Sic Puteolanus cum Ryckio et Gronov. Brotierus habet *duoetricesimani*: et sic Bipont. Sed vid. Hist. 1. 55. Corrupte Ms. Reg. *primum quartumque et duovicesima manus*. Editio princeps, *et duoetvicesima manus*.—4 Male Ms. Agr. *ex Caucis*. Mss. Bodl. Jes. *Cuetis*. Editio princeps, *Cautis*. Brotier.—5 Ms. Ryckii *Matricis*.—6 Mss. Reg. Agr. et editio princeps, *societate prædæ*.—7 In Mss. Flor. Reg. et editione principe, *nec incruentari via dispersos*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *nec incruentati. Ita dispersos*. Ms. Agr. *nec incruenti. Via dispersos*. Merito receptum est, *incruenti*. Suspecta enim *incruentari* et *incruentati*. *In via*, recte conjecit Lipsius, quem omnes sunt secuti. *Brotier.*

NOTÆ

addidimus, quo pacem tueremur. Nam neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt.' *Pichena.*

Auxilia ac stipendia oraturos] Hæc duo potissimum tributa Galli Romanis pendebant, nempe, alii pecuniam, alii viros, equos, arma.

[e] *Iis, qui e superiore exercitu erant*] Non quod ibi esset exercitus superioris Germaniæ, sed tantum quædam aderant copiæ, quæ auxilio venerant, nempe propter bellum Civilis: quippe auxilio mutuo advolabant hi duo exercitus, superior et inferior, aut pars, si quis rebellaret.

[f] *Causam suam dissociantibus*] Quia, scilicet, Vespasianum quam Vitellium malebant. *Pichena.*

Digitized by Google

invaserat. Quin et loricam vallumque per fines suos Treveri[j] struxere, magnisque invicem cladibus cum Germanis certabant, donec egregia erga Populum Romanum merita mox rebelles fœdarent.

38. Interea Vespasianus iterum ac Titus Consulatum absentes inierunt; mœsta et multiplici metu suspensa civitate, quæ, super instantia mala, falsos pavores induerat: 'descivisse Africam, res novas moliente L. Pisone.' Is præerat[1] provinciæ, nequaquam turbidus ingenio: sed, quia naves sævitia hyemis prohibebantur, vulgus, alimenta in dies mercari solitum, cui una[2] ex Republica annonæ cura,[k] clausum littus, retineri commeatus, dum timet, credebat; augentibus famam Vitellianis, qui studium partium nondum

Quinetiam Treveri muniere loricam et murum per limites suos terreum, *et pugnabant cum Germanis, non sine magnis invicem damnis et cædibus, donec postea desciscentes, conspicuam testatamque amplissimis meritis erga populum Rom. fidem poluerent.*

Interea Vespasianus secundum ac Titus absentes consulatum obtinuere; consternata urbe, et diversis metuendi causis anxia, ut, *quæ præter præsentes calamitates, inanes* etiam *metus conceperat,* defecisse Africam, nova cœpta agitante L. Pisone. *Is regebat provinciam, minime natura turbulentus: sed, quia naves* transitu *arcebantur, ob violentiam hyemis, plebecula, quæ copias cibosque emere in diem solet,* et *cui una ex Repub. solicitudo* est *rei frumentariæ,* existimabat *insessam* esse *eorum* maris, ac *prohiberi commeatus,* et id *quia verebatur, credebat; intendentibus rumorem Vitellianis, qui favorem partium nondum abjecerunt;*

1 Sic bene Puteolanus et recentiores. In Mss. Flor. Reg. Bud. et editione principe omissum, *præerat.* Inde frustra conjicit Jac. Gronovius olim scriptum fuisse, *is prov. provinciæ,* id est, proconsul provinciæ. In Ms. Agr. *is provinciæ præerat.* Brotier.—2 In quibusdam Mss. *cui una* desunt.

NOTÆ

[c] *Mixtus ex Cattis*] Quos haud dubie exciverat Civilis ad infestandos Germanos socios Romanorum.

[d] *Usipiis*] Usipetes, populi Germaniæ magnæ ad Rhenum fluvium. Hodie pars septemtrionalis ducatus *Geldriæ* cum *Zutphaniæ* comitatu, in provinciis Unitis, sive Fœderato Belgio. *Tillemon.*

[e] *Mattiacis*] Populi Germaniæ magnæ inter Visurgim et Rhenum fluvios. Hodie pars Landgraviatus *Hassiæ,* et regionum *Westerwaldiæ,* et *Wetteraviæ,* in circulis superioris et inferioris Rheni. *Tillemon.*

[j] *Per fines suos Treveri*] Quidam vertunt, quasi *Treveri* struxissent vallum adversus eosdem hostes, nempe Cattos, Usipios, et quasi se ipsis transeuntibus opponerent. Sed præcise non dicit Tacitus, adversus quosnam Germanos mutua clade certarint Treveri.

[k] *Una ex Repub. annonæ cura*] Tale illud Juvenalis de populo Romano est: 'Duas tantum res anxius optat, Panem et Circenses.' *Lipsius.*

Digitized by Google

posuerant; ne[3] victoribus quidem ingrato rumore, quorum cupiditates, externis quoque bellis inexplebiles, nulla unquam civilis victoria satiavit.

39. Kal. Januariis[1] in Senatu, quem Julius Frontinus, Prætor urbanus,[1] vocaverat, Legatis exercitibusque ac Regibus, 'laudes gratesque' decretæ:[m] et Tertio[2] Juliano Prætura, 'tanquam[3] transgredientem in partes[n] Vespasiani legionem deseruisset,' ablata, ut in Plotium Griphum[o] transferretur. Hormo dignitas Equestris[p] data. Et mox, ejurante

et ne victoribus quidem invisa ea fama erat, *quorum cupiditates, extraneis etiam bellis insatiabiles, nulla unquam Reipub. clades exsaturavit.*

Kalend. Januariis apud senatum, quem convocaverat Julius Frontinus, prætor urbanus, constitutæ decreto laudes gratesque *legatis legionibusque ac regibus. Et prætura ademta Tertio Juliano,* quasi reliquisset legionem transeuntem in partes Flavianorum, *ut conferretur Plotio Gripho. Equestre fastigium Hormo*

—3 Male Mss. et veteres editiones, *nec.* Brotier.

1 Ms. Bodl. *Januarii.*—2 Sic bene Mss. Guelf. Jes. Rhenanus et recentiores. Male Mss. Flor. Reg. Agr. et editiones veteres, *Tito Juliano.* Mox cap. seq. habent, *Tertio.* Brot.—3 Ita Mss. Flor. Reg. editio princeps, Pichena et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *quod transgredientem.* Ms.

NOTÆ

[1] *Prætor urbanus*] Cujus erat, senatum convocare, si consules abessent. *Savilius.*

[m] *Laudes gratesque decretæ*] Id erat solenne haud dubie erga victoriæ socios, ut tali honore celebrarentur; sed id genus honoris forte non sufficere videretur erga reges. Hic intelligit præcipue reges Orientis, qui inserviebant, et qui inter instrumenta dominationis seu servitutis erant: et jam mos priscus exoleverat, quo togæ pictæ, scipiones, et alia dona magnifica ipsis mitterentur per legatos, auctore senatu.

[n] *Tanquam transgredientem in partes*] Adverbio *tanquam,* ostenditur, non omnino illam causam fuisse, prætura Juliano adimendi, sed ut Griphus honore prætura decoraretur. Ac tamen paulo infra dignitas eadem Juliano restituitur. *Pichena.*

[o] *Plotium Griphum*] Qui Muciani cliens. Hist. III. *Savilius.*

In mente dominantium fuit ablata prætura Juliano, quasi vere deseruisset partes: et sic statim crediderant; non autem eo prætextu usi, ut eam Gripho, seu insignia traderent. Nam certe statim ei restituta est prætura, cognita ejus innocentia: quamvis forte duces ipsi infensi eo prætextu usi sint, ut auferrent prætura. Sed id factum præter mentem Muciani et Vespasiani, qui tum aberant. Et τὸ *tanquam* sæpe rem designat, non figmentum solum, aut prætextum.

[p] *Hormo dignitas equestris*] Puto, is non libertus fuit Vespasiani, sed Cæsaris, qui se inseruit, immiscuitque bellis civilibus ultro, deinde et malis publicis; haud dubie sub Vespasiano, aut certe bello durante, et interregno.

Digitized by Google

Frontino, Cæsar Domitianus Præturam cepit. Ejus nomen epistolis edictisque præponebatur,[4] vis[5] penes Mucianum erat:[6] nisi quod pleraque Domitianus, instigantibus amicis, aut propria libidine, audebat. Sed præcipuus Muciano metus e Primo Antonio Varoque[7] Arrio: quos recentes,[q] clarosque rerum fama ac militum studiis, etiam[8] populus fovebat,[r] quia in neminem ultra aciem sævierant. Et ferebatur Antonius Scribonianum Crassum, egregiis majoribus et fraterna imagine fulgentem,[o] ad capessendam Rempublicam hortatus: haud defutura consciorum manu, ni Scribonianus abnuisset, ne paratis[9] quidem[s] corrumpi facilis, adeo metuens incerta. Igitur Mucianus, quia propalam opprimi Antonius nequibat, multis in Senatu laudibus cumulatum,

concessum. Et mox, abdicante se Frontino, Cæsar Domitianus præturam sumsit. Ejus vocabulum præscribebatur literis et diplomatibus, auctoritatem habebat Mucianus: nisi quod multa sibi arrogabat Domitianus, incitantibus amicis, aut propria cupiditate. Sed summus Muciano pavor ex Primo Antonio et Varo Arrio: quos super nobilitatos, celebresque rerum gestarum *gloria et legionum favore, etiam vulgus tuebatur, quia neminem interfecerant extra prælium. Et dicebatur Antonius impulisse Scribonianum Crassum, illustri stirpe et fraterna nobilitate micantem, ad occupandum imperium: non defuturo sociorum agmine, nisi Scribonianus respuisset, ne parata quidem ac certa fortuna facile pelliciendus, adeo timebat ambigua. Itaque Mucianus, quia non poterat aperte occidi Antonius, plurimis* eum *apud patres laudi-*

Budens. nec *quod*, nec *tanquam* habet.—4 Sic bene Mss. Reg. Harl. Jes. Agr. editio princeps, J. F. Gronovius et recentiores. Ms. Bodl. et Puteolanus, *præferebatur*. At in margine Ms. Bodl. additum, *præponebatur*. Rhenanus, *proponebatur*. Brotier.—5 Sic bene Lipsius et recentiores. In Mss. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *jus penes Mucianum;* solito librariorum errore. *Idem.*—6 *erat* a Rhenano omissum, quia deest in Budens.—7 *Varioque Ario* Ms. Budens.—8 Ms. Agr. *et populus.*—9 Ms. Budens. *petrutis.*

NOTÆ

[q] *Quos recentes*] Id est, Recenter gloriam adeptos, ob res eximie gestas. Istam autem novitatem præcipue amat fovetque vulgus, et præsertim adversus potentiores crudeliorsque, qualis fuit Mucianus.

[r] *Etiam populus fovebat*] Quia scil. in neminem extra aciem sævierant. Cic. pro Ligario: 'Nunc melior certe ea [causa] judicanda est, quam etiam Dii adjuverunt. Cognita vero clementia tua, quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo, nisi armatus?'

[o] *Fraterna imagine fulgentem*] Pisonis puta, quem Galba adoptavit. *Sueil.*

[s] *Ne paratis quidem*] Videtur intelligi de rebus, quas in promtu licet haberet, tamen solicitari iis non facilis fuerit; usque adeo metuebat res incertas.

Digitized by Google

secretis promissis onerat, 'citeriorem Hispaniam' ostentans,[t] 'discessu Cluvii Rufi vacuam;'[u] simul amicis ejus Tribunatus Præfecturasque largitur. Dein, postquam inanem animum spe et cupidine[10] impleverat, vires abolet:[11] dimissa in hyberna legione septima, cujus[12] flagrantissimus in Antonium amor. Et tertia legio, familiaris Arrio Varo miles, in Syriam remissa. Pars exercitus[v] in Germanias ducebatur. Sic egesto, quicquid turbidum, redit urbi sua forma legesque et munia[13] Magistratuum.

40. Quo die Senatum ingressus est Domitianus, 'de absentia[1] patris fratrisque ac juventa sua' pauca et modica

bus extollit, et occultis promissis cumulat, afferens ei citeriorem Hispaniam, digressu Cluvii Rufi *legato* destitutam; *etiam amicis ejus concedit tribunatus et præfecturas. Mox, ubi vanum hominem cumulaverat spe et ambitione, vires infringit: amoveudo in castra* sua *legionem septimam, cujus ardentissimus* erat *erga Antonium favor. Et legio tertia, devinctus Arrio Varo miles, in Syriam amandata. Pars exercitus ductabatur in Germanias. Sic abstracto, quicquid turbulentum* fuit, *redit civituti sua species, juraque et officia magistratuum.*

Quo die Domitianus curiam introiit, de absentia Vespasiani ac Titi, et de

10 Ms. Jes. *cupiditate.*—11 Ms. Agr. *adimit.* Mendose editio princeps, *adolet.* Brotier.—12 Ms. Ryckii *ejus.*—13 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. Male editio princeps, *redditur sua forma legibus et muniis magistratuum.* Ita quoque Ms. Reg. omisso *redditur.* Brotier.

1 Ms. Budens. *de essentia.*

NOTÆ

[t] *Citeriorem Hispaniam ostentans*] Eam vero libentius suscepit regendam Antonius, quia Tolosæ natus erat, puer cognomine *Beccus* dictus apud Suetonium.

Legitur autem Tolosæ in Hispania Capitolium, sacris annalibus: ut inde conjicere liceat, et Narbonensi Galliæ, et Hispaniæ citeriori Tolosam annumeratam olim fuisse. *Vertran.*

[u] *Discessu Clucii Rufi vacuam*] Erat *vacua* provincia, quia sic volebat, aut sic videri cupiebat Mucianus. Attamen illam retinuerat Rufus sub Vitellio, etiamsi Romæ maneret, ut olim L. Arruntius sub Tiberio. Ideoque non vere *vacua* fuit, quamvis discessisset Cluvius. Attamen Vitellii partes foverat Cluvius in Hispania; quare forte suspectus fuit Flavianis, et tales legatos mutare statim festinabant, ut sibi providerent, simul et suos fautores remunerarent. Retinuerat Hispaniam, licet absens Cluvius, nullo metu imperitantis, sed favore, quo certe præcelluit apud Vitellium. Nam pacto celebri affuit ipse et Silius Italicus: quo sibi opes et amœna littora paciscebatur cum Flavio Sabino.

[v] *Pars exercitus*] Sexta et octava de legionibus victricibus. Tacitus. *Savilius.*

Digitized by Google

disseruit, decorus habitu: et, ignotis[2] adhuc moribus, crebra oris confusio[w] pro modestia accipiebatur. Referente Cæsare, 'de restituendis Galbæ honoribus,'[x] censuit Curtius Montanus, 'ut Pisonis quoque memoria celebraretur.' Patres utrumque jussere: de Pisone irritum fuit.[y] Tum sorte ducti, 'per quos redderentur bello rapta,[3] quique æra legum, vetustate delapsa,[4 z] noscerent figerentque, et fastos,[5] adulatione temporum[a] fœdatos, exonerarent, modumque publicis

adolescentia sua, *pauca et modesta protulit, præclarus specie: et, incognitis adhuc vitiis, frequens in vultu rubor pro pudore sumebatur. Referente Domitiano* de reponendis Galbæ imaginibus, *addidit Curtius Montanus*, ut honoraretur etiam memoria Pisonis. *Senatus utrumque decrevit: de Pisone haud ratum* decretum *fuit. Tum sorte electi* e patribus, per quos restituerentur bello capta, quique tabulas legum vetustate corruptas examinarent, firmarent figerentque; et Fastos, assentatione temporum contaminatos, purgarent, modumque statue-

—2 Mss. Guelf. Jes. *ignotus*.—3 Budens. *Tum rapta:* omissis intermediis.—4 *Dilapsa* Ms. Reg. editio princeps, Ernestus et recentiores cum Brotiero. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus cum Ryckio, Gronov. et Bipont. *delapsa*.—5 In Edd. vet. *et qui fust*. Flor. et Bud. *qui* non habent. Delevit jam

NOTÆ

[w] *Crebra oris confusio*] Erat plurimo rubore et sanguine suffusus vultus Domitiani. Et se tali rubore quasi velabat mox tuebaturque adversus crimen et cruorem.

[x] *Restituendis Galbæ honoribus*] Intellige de statuis erigendis, seu publice rursus proponendis.

[y] *De Pisone irritum fuit*] Puto, propter Calpurnium, qui occisus est a Mucianio, via Appia; et propter L. Pisonem, qui postea occisus est dolo ejusdem in Africa. Forte ob æmulationem etiam in Crassum fratrem natu majorem Pisonis hujus, de quo hoc loco Tacitus; et hæc familia fœcunda viris eximiis. Hinc invidia dominantium, hinc 'de Pisone irritum fuit.'

[z] *Vetustate delapsa*] Vespasianus 'ærearum tabularum tria millia, quæ simul conflagraverant, restituenda suscepit, undique investigatis exemplaribus,' inquit Suetonius Vesp. 8.

Quod verisimilius est, quam leges, quæ summo cultu servarentur, solius temporis vetustatisve causa aboleri cœpisse. *Vertran.*

Æra legum vetustate delapsa] Forte nonnullæ tabulæ vetustate labefactæ, et suo loco dimotæ: vel, loquitur tantum de legibus insculptis, quæ jam oculos fugiebant.

[a] *Et fastos, adulatione temporum*] Mens auctoris videtur, ut qui æra legum reponerent, iidem Fastorum quoque exonerandorum curam susciperent. *Pichena.*

Fastos adulatione] Multa quippe in Fastos invehebantur decreta adulatoria in honorem scil. principum, sæpe levibus, aut etiam turpibus ex causis, ex flagitiis sceleribusque. Hæc omnia talia purgari et aboleri decrevit imperator.

Digitized by Google

impensis[b] facerent.' Redditur Tertio Juliano Prætura, postquam cognitus est ad Vespasianum confugisse: Gripho honor mansit.[c] Repeti inde cognitionem inter Musonium Rufum et P. Celerem placuit, damnatusque Publius et Sorani Manibus satisfactum. Insignis publica severitate dies, ne privatim quidem laude caruit. Justum indicium[6] explesse Musonius videbatur: diversa fama[7] Demetrio,[d] Cynicam sectam professo; quod manifestum reum ambitiosius, quam honestius, defendisset. Ipsi Publio neque[8] animus in periculis, neque oratio suppeditavit. Signo ultionis in accusatores dato, petit a Cæsare Junius Mauricus,[9] 'ut commentariorum Principalium[e] potestatem Senatui faceret, per

rent sumtibus publicis. *Prætura restituitur Tertio Juliano, postquam compertum est transiisse ad Vespasianum: Plotio insignia mansere. Dein placuit resumi causam inter Musonium Rufum et P. Celerem, punitusque Publius, et Sorani mors vindicata. Illustris* hic *publico exemplo dies, ne privatim quidem sine decore fuit. Æquissimam causam suscepisse Musonius putabatur:* sed *alia existimatio Demetrii* fuit, *Cynicam sapientiam æmulantis; quod compertum reum patrocinio suo jurisset, majori ambitione quam decore. Ipsi Publio neque mens in discrimine, neque verba suppetivere. Prolato in delatores vindictæ signo, Junius Mauricus postulat a Cæsare,* ut copiam faceret patribus commentariorum principis *Neronis,* per quos

Pichena.—6 Mss. et Edd. *judicium.* Ernestus emendavit *indicium:* quod et Bipont. recepere.—7 Hæc *diversa fama* absunt in Ed. pr.—8 Sic bene Mss. Flor. Reg. editio princeps, Lipsius et recentiores. Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus omisere, *neque.* Secunda manu additum est in Mss. Harl. et Guelf. *Brotier.*—9 Sic bene Lipsius et recentiores. Mss. Flor. Harl. Bodl. Guelf. et Puteolanus, *Maricus.* Ms. Agr. et editio princeps, *Martius.* Idem.

NOTÆ

[b] *Modumque publicis impensis*] Supra memoravit Tacitus in senatu modum impensis postulatum a prætoribus ærarii, cum quererentur publicam paupertatem. Eam tamen cognitionem a consule designato principi reservatam. *Lupanus.*

[c] *Gripho honor mansit*] Id est, insignia prætoræ, ut *prætorius* dici potuerit, non tamen *prætura functus.* Honorem et ornamenta habuit dignitatis, quasi suo anno prætoram obiisset.

[d] *Demetrio, &c.*] Muciani consilio, Vespasianus omnes Stoicos, in quorum numero fuit Demetrius Cynicus, urbe abegit. Demetrius vero in insulam relegatus. Ei, nondum quiescenti, dixit Vespasianus, 'Tu omnem moves lapidem, ut te interfici jubeam: ego tamen latrantem canem non occido.' Dio.

Suet. Vesp. 13. 'Demetrium Cynicum in itinere obvium sibi, post damnationem, ac neque assurgere neque salutare se dignantem, oblatrantem etiam nescio quid, satis habuit, canem appellare.'

[e] *Ut commentariorum Principalium*] Commentarius liber est, quem sibi

Digitized by Google

NOTÆ

quisque conficit, quasi eorum, quæ agimus, memoriæ promtuarium, id est, diarium et ephemeris. Hujusmodi commentarios sibi factitasse principes ex hoc loco, et ex Sueton. in Tib. apparet.

Cicero Philippica I. 'An in commentariolis et chirographis et libellis, se uno auctore prolatis, acta Cæsaris firma erunt?'

Commentariorum, quæ ab Agrippina confecta, meminit Tacitus Annal. IV. et *commentariorum* Claudii patris, lib. XIII.

Commentarios quoque sibi senator conficiebat, ut ex l. XV. in fine, et l. V. apparet et l. XII. 24. 'Quos Claudius terminos posuerit, publicis actis scriptum.' *Lupanus.*

Commentaria dixere Latini libros, in quibus non fuse lateque res, sed tantum quasi per capita describerentur. Cicero in Bruto: 'Non est oratio, sed quasi capita rerum, et orationis commentarium.' Paulo plenius Seneca l. III. Declamationum: 'Sine commentario nunquam dixit Crassus, nec hoc commentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur.'

Hunc *diurnum*, *Ephemeridem*, *regestum*, a verbo *regero*, quo usus est Quintilianus, unde vulgo *registrum*: et Latine sic vocari posse docet Budæus in Pand.: ita Plutarch. Julii Cæsaris commentaria, *Ephemerides* appellavit.

Hujusmodi autem commentariis omnes fere magistratus, qui Reipublicæ Romanæ munia obibant, usos fuisse, comperimus. Cicero appellat commentarium sui consulatus Græce scriptum.

De Prætoribus idem in Verrem: 'Audite decretum mercenarii prætoris, ex ipsius commentario.' De regibus in Orat. pro Rab. capite 5. Livius l. I. 60. et l. XLII. 6. et libro XLV. de Pontificibus. Cicero de Clar. Orat. Livius IV. 3.

Quod vero et imperatores propria haberent commentaria, patet ex Cicerone Philippica I. 7. Tranquillus in Tib. 61. Calig. 15. Trajanus ad Plinium, 'referri in commentarios jussi.'

Quod etiam *publica* scriberentur, *et urbana commentaria*, patet ex Cicerone libro de Oratoribus: 'Publicis commentariis consignatis.' Et in Epist. 'In commentario est rerum urbanarum;' et II. 8.

Ex his patet, *commentariorum principalium*, ibi esse, superiorum principum, quorum sub imperio delationes frequentes exercitæ, puta, Claudii et Neronis. *Marc. Donatus.*

Præcipue hic respicit Tacitus ad commentaria Neronis, superborum Æneadum ultimi. Alia superiorum principum, non tam vetustate abolita, quam nova et inaudita sævitia Neronis, exoleverant: nec ea in immensum erui, excitari, aut moveri rursus debuerunt.

Itaque illa vetusta, majore mox sævitia obruta aut excusata, et Reipub. interfuit talia aboleri tandem. Sed hic nuperos Neronis delatores quærebant, quorum opes vigebant adhuc, et metus proxime urgebat. In commentariis illis ascriptæ literæ, accusationes, et alia pessima delatorum facinora, consiliaque, et commercia exitiabilia cum Nerone.

Ipsæ literæ, ipsa scripta delatorum hic consignata manebant; unde doli, flagitia, et scelerum omnium series statim erui in lucem et probari poterat. Et senatorum quisque eligere potuit, quem statim aggrederetur, et perderet, ac profligaret; non sine decore Reipub. senatus, et temporum, quibus tandem scelera hæc vindica-

Digitized by Google

quos nosceret, quem quisque accusandum poposcisset.' 'Consulendum tali super re Principem,'[10] respondit.

41. Senatus, inchoantibus primoribus, jusjurandum concepit, quo certatim[f] omnes Magistratus, ceteri ut sententiam

scirent, quem quisque deferendum flagitasset. Interrogandum *esse* de tali re imperatorem, *respondit Domitianus.*

Senatus, incipientibus proceribus, certis verbis *concepit sacramentum, quo certatim omnes magistratus, reliqui quasi sententiam* prolaturi *interrogabantur*, Deos

10 Male Puteolanus, *Princeps.* Brotier.

NOTÆ

rentur. Sed flagitia cum opibus tum etiam præpollnere, ut ante, ut semper. Forte tot tantaque flagitia ernere in lucem noluerunt, ne reperirent etiam bonos inter nocentes, aut certe qui boni æstimarentur. Ne miseriarum colluvionem rursus moverent, ne facere adversus malos cogerentur, quod factum antea in bonos promiscue ex malos. Ne quid mali rursus in Rempub. ex talibus miseriis erumperet. Et ut tandem quocumque pacto tamen pax orbi urbique restitueretur. Facinus, quod veluti publicum et omnium fuit, nemo vindicare ausus. Ut inter multos tutiores rei et secura scelera. Vindicare in acie imperium sufficiebat novo principi. Cetera vindicavit perpetua facinorum ignominia, et æterna conscientiæ labes.

[f] *Jusjurandum....quo certatim*] Est juramentum a toto senatu editum, de calumnia, quam nemini capitalem intulissent. Sed hic non video, cur ita *certatim* magistratus præstiterint. Neque enim in honorem principis, aut adulatio aliqua fuit, immo cunctanter potius hoc agendum.

Sane ea vox suspecta est; et *seriatim*, aut tale aliquid malim: quia certum habeo, ordine quodam magistratus omnes id præstitisse, et dignioores primo. *Lipsius.*

Cur non *certatim* magistratus tale jusjurandum amplecterentur; quo nempe statim innocentiam suam publice, et coram universo senatu, approbarent?

Neque accipiendum τὸ *certatim*, quasi properarent, nec suo ordine jusjurandum promerent: nempe consules præire debuerunt, dein consulares, mox prætores et prætorii. An cunctanter agendum fuit, quia ordine agendum? Non certe cunctanter tunc, sed *certatim* agendum erat, ubi innocentia et decus æternum agebatur: *seriatim* nihil ad rem, neque Taciti est.

Jusjurandum concepit, quo certatim omnes magistratus] Forte leg. *quo seorsim*; vel sic intellige: Jusjurandum concepit, quo certatim omnes magistratus (ceteri patres ut sententiam rogabantur) Deos testes advocabant.

Jusjurandum] Tamen sacerdotio præditi magistratus jurare non cogebantur forte. Plutarchus Problem. Rom. quærit, 'Cur Flamini Diali jurare non liceat? An quod tormenti genus quoddam est homini libero jusjurandum? Flaminis autem corpus et animum intactum inviolatumque esse oportet? An quod parva in re

Digitized by Google

rogabantur,[g] 'Deos testes' advocabant, 'nihil ope sua factum, quo cujusquam salus læderetur, neque se præmium, aut honorem, ex calamitate civium cepisse:' trepidis et verba jurisjurandi per varias artes mutantibus, quis flagitii conscientia inerat. Probabant religionem Patres, perjurium arguebant.[h] Eaque velut censura in Sariolenum[1] Voculam

testes *appellabant*, nihil a se gestum, quo cuiquam exitium struneretur, neque se opes aut dignitates ex pernicie civium percepisse: *pavidis, et verba sacramenti per varias ambages eludentibus, quos facinoris conscientia premebat. Æstimabant religionem patres, perjurium convincebant. Eaque quasi censura atrocis-*

1 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Ms. Agr. et editione principe, *Sannolenum*. Mss. Reg. *Saneleium*. At mox Ms. Reg.

NOTÆ

ei fidem non habere absurdum est, cui divina ac summa credita sunt? An quod omne jusjurandum in perjurii terminat imprecationem, execratio vero omnis tristis et abominanda: unde ne aliis quidem imprecari Flamines solent? Laudata est igitur Athenis sacerdos illa, quæ populi jussu adduci non potuit, ut Alcibiadem execraretur. Dixit enim precandi se causa, non imprecandi, sacerdotio præditam fuisse. An commune omnium perjurii periculum est, si homo impius ac perjurus vota pro civitate suspiciat?' Hoc tamen soli Diali concessum videtur.

[g] *Ceteri ut sententiam rogabantur*] Id est, loco sententiæ. Jusjurandum promere debuerunt: in id interrogabantur.

[h] *Probabant religionem patres, perjurium arguebant*] An probabant *religionem* insontium, verumque jurantium; aliorum vero *perjurium* reprehendebant? Potius vero putem, referri hæc ad eos tantum, qui verba jurisjurandi detorquebant.

Ironice enim, patres laudasse quidem virorum talium religionem, quod trepidanter et ambigue jurassent, ne perjurium admitterent: sed tamen ex illa trepidatione, et perjurii et noxiæ conscientiæ argumentum eliciebant. *Pichena.*

Probabant religionem patres] Id potest intelligi, ita ut patres probarent *religionem* innocentium, qui scil. suam innocentiam vero jurejurando affirmabant, et iidem patres arguebant *perjurium* in sontibus, qui contra conscientiam jurabant, ita ut de diversis ibi sit religio et perjurium.

Vel intelligi possit de iisdem senatoribus, quos sceleris conscientia premit, et qui jurare non audent, et qui verba jurisjurandi mutant ac torquent per varias artes: in ipsis patres probant religionem, et in iisdem ipsis perjurium arguunt. *Probant religionem*, quia trepidant et se varie torquent; et simul *perjurium arguunt*, quia, licet trepidando, jurant tamen, et licet se in varias partes vertant flectantque deprehensi, jurant tamen, seu potius pejerant. Nec illi conscientiæ propriæ, aut religioni patrum interrogantium satis respondent.

Digitized by Google

et Nonium[2] Actianum et Cestium Severum acerrime incubuit, crebris apud Neronem delationibus famosos. Sariolenum ei recens crimen urgebat, quod apud Vitellium molitus eadem foret: nec destitit Senatus manus intentare Voculæ, donec curia excederet. Ad Pactium Africanum transgressi, eum quoque proturbant:[3] tanquam Neroni Scribonios[4] fratres,[1] concordia opibusque insignes, ad exitium monstravisset. Africanus neque fateri audebat, neque abnuere poterat: in Vibium Crispum, cujus interrogationibus fatigabatur,[5] ultro conversus, miscendo quæ defendere nequibat, societate culpæ invidiam declinavit.

42. Magnam eo die pietatis eloquentiæque famam Vipstanus[1] Messala adeptus est, nondum Senatoria ætate, ausus

sime ingruit in Sariolenum Voculam, et Nonium Actianum, et Cestium Severum, multis accusationibus apud Neronem infames. Sariolenum etiam novum facinus premebat, quod apud Vitellium easdem artes exercuisset: nec desiere patres dextras intentare Voculæ, donec senatu exiret. Dein *invadentes Pactium Africanum, eum etiam exterrent; velut ad perniciem exhibuisset Neroni Scribonios fratres, amicitia et divitiis illustres. Africanus neque confiteri audebat, neque inficiari poterat:* sed *ultro invectus in Vibium Crispum, cujus quæstionibus premebatur, confundendo quæ excusare non poterat, societate scelcris indignationem* patrum *effugit.*

Eo die Vipsanius Messalla egregiam assecutus est existimationem caritatis et facundiæ; ille *nondum senatoriæ ætatis, rogare ausus* est patres *pro fratre Aquilio*

---

et editio princeps, *Sariolenum.* Brotier.—2 Ita Ms. Reg. Lipsius et recentiores. In Mss. Harl. Guelf. et editione principe, *Novium.* Ms. Agr. *Novum.* Puteolanus, *Nomium.*—3 Ms. Budens. *perturbant.*—4 Ita bene Mss. Flor. Reg. Agr. editio princeps, Ryckius et recentiores. Sic jam supra Annal. XIII. 48. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Scribonianos.* Brotier.—5 Editio princeps, *fatigaretur.* Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *cujus fatigabatur interrogationibus.* Ita quoque Ms. Jes. sed habet, *fatigatur.*

1 Sic Ryckius et recentiores. Sed de hoc cognomine jam dictum est supra

NOTÆ

[1] *Scribonios fratres*] Junctim eos iterum nominat Annal. XIII. 'Ad Scribonios fratres ea cura transfertur.' Nec temere aut jungit, aut concordiam laudat. Audi Xiphilinum, qui unus hæc illustrat in Nerone: 'Fratres,' inquit, 'et quodam modo æquales, nihil alter absque altero facientes, sed ut genere, ita et electione vitæ et facultatibus conjuncti.' Addit deinde, 'cum utrique Germaniæ præfuissent, vocatos a Nerone in Græciam, ibique, incisis sponte venis, periisse.' Lipsius habet *Scribonianos.*

Sed rectene *Scribonianos* hic legimus? non opinor. Taciti loco dicto *Scribonios* habes: et in Xiphilino, Σκριβωνίους. *Lipsius.*

Digitized by Google

pro fratre, Aquilio Regulo,[k] deprecari. Regulum subversa Crassorum et Orphiti[2] domus in summum odium extulerat.[3] Sponte ex SC.[4] accusationem subisse[5][l] juvenis admodum, nec depellendi periculi, sed in spem potentiæ videbatur. Et Sulpicia Prætextata, Crassi uxor,[6][m] quatuorque liberi,

Regulo. Eversa Crassorum et Orphiti familia Regulum in maximam invidiam adduxerat. Ultro ille *et suopte ingenio juvenis admodum credebatur delationem suscepisse, nec amoliendi periculi* gratia, *sed spe amplioris fortunæ. Et si judicarent patres, vindices instabant Sulpicia Prætextata, conjux Crassi, et quatuor li-*

c. 9.—2 Male Ms. Reg. et editio princeps, *Orfita domus.* Sic quoque secunda manu emendatum in Mss. Vatic. 1958. et Harl. Mss. Bodl. Jes. *Orphitii*, vel *Orphicii.* Brotier.—3 Ms. Ryckii *extulerant.*—4 Ms. Agr. habet *sponte ex se.* Pichena conjicit *sponte, nec Senatu consulto.* Bipont. legunt *sponte antequam ex SC.* ex similitudine vocum alteram omissam a librario rati. Addunt, sæpius datos a Senatu patronos se excusasse. Id et de accusatoribus valet. Innuit ergo hic Tacitus, decretam sibi SC. accusationem avide arripuisse Regulum; quæ est interpretatio Huetii, vera, ut puto. Itaque verba *ex SC.* cancellis, quibus incluserat Ernesti, libero et sanum esse locum pronuntio cum Broterio. *Oberl.*—5 Sic Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus: Brotierus cum Ryckio et Gronov. et Bipont.

NOTÆ

[k] *Aquilio Regulo*] Qui, teste Plinio juniore, 'omnium bipedum nequissimus,' pessimum perniciosissimumque crudelitati Neronis et Domitiani instrumentum l. I. Ep. 5. *Savilius.*

[l] *Sponte ex SC. accusationem subisse*] Moris fuisse videtur, ut alicujus causæ, vel accusatio, vel etiam defensio, a senatu huic vel illi oratori plerumque demandaretur; sive actoribus vel reis nominatim unum aliquem petentibus, sive proprio senatus motu; quod notissimum est, ac præsertim ex Plinio juniore l. I. epist. 12. l. III. epist. 4. et v. 20. et VI. 29.

Tangit etiam hunc morem Tacitus, Annal. l. III. de Pisone patronos a senatu petente, et l. XV. 'At nunc colimus externos et adulamur: et quomodo ad nutum alicujus grates, ita promtius accusatio decernitur.'

Hæc autem verba, *sponte ex SC.* secum pugnant. Quomodo enim ex SC.? An ipsemet Regulus irrequisitus, ac *sponte* curavit, ut sibi ex SC. accusatio injungeretur? Mea conjectura est: *Sponte, nec senatusconsulto.* Pichena.

Mihi certum est, illa, *ex SC.* dolo malo irrepsisse. Nam Plinius l. III. epist. de Silio: 'Læserat famam suam sub Nerone: credebatur sponte accusasse.' *Colerus.*

Sponte, nec SC. bono quidem sensu; sed non sic scripsit Tacitus. Sufficiebat dixisse *sponte*, ut constaret non esse id ei senatusconsulto imperatum, nec etiam scripsit Tac. *sponte ex se.* Et τὸ *ex SC.* verum figmentum et glossema est vocis *sponte*, cui aliquis forte ascripserat, *ex se.* Illæ accusationes, quæ a senatu decernebantur oratoribus, nullatenus *sponte* sola suscipiebantur, sed imperabantur. Et quamvis pravitate ingenii, aut peculiari ratione aliqua inductus, actor talia susciperet ultro, hoc tamen ipso quod jubebantur demandabanturque tales actiones a senatu, jam non *sponte* suscipi censebantur.

[m] *Crassi uxor*] Vox, *uxor*, abest Rom. edit. rectissime. Vix enim ali-

Digitized by Google

si cognosceret Senatus, ultores aderant. Igitur Messala non causam, neque reum tueri, sed periculis fratris semet opponens, flexerat quosdam. Occurrit truci oratione Curtius Montanus, eo usque progressus, ut, 'post cædem Galbæ, datam interfectori Pisonis pecuniam[n] a Regulo, appetitumque[7] morsu Pisonis caput,' objectaret. 'Hoc[8] certe,' inquit, 'Nero non coëgit, nec dignitatem, aut salutem, illa[9] sævitia redemisti. Sane toleremus istorum defensiones, qui perdere alios, quam periclitari ipsi, maluerunt. Te securum reliquerat[o] exul pater,[p] et divisa inter creditores bona, non-

beri. Itaque Messalla, neque crimen, neque sontem defendere, sed discrimini fratris ultro occurrens, patrum *nonnullos placaverat. Opposuit se cum atroci oratione Curtius Montanus, eo usque provectus, ut exprobraret*, post necem Galbæ, numeratam *esse* percussori Pisonis pecuniam a Regulo, laniatamque dentibus Pisonis cervicem. Hæc sane, *ait*, non jussit Nero, nec illa crudelitate redemisti honorem, vel incolumitatem *tuam*. Esto, feramus *hominum* istorum excusationes, qui subvertere alios maluerunt, quam periculum subire ipsi. Te parens exul *adversus pericula* tutum fecerat, et distributæ creditoribus facul-

subiisse.—6 *Uxor*, abest a Mss. Reg. Agr. et editione principe.—7 Ita Mss. Flor. Reg. editio princeps et recentiores. Copulam, *que* omisere Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus.—8 Sic bene Mss. Flor. Agr. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *hæc certe*. Ms. Reg. *certo*. Brotier.—9 Sic optime Lipsius et recentiores. Perperam Mss. Vatic. Reg. Harl. et editio princeps, *nec dignitate hausta litem illam sævitia redemisti*. Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *nec dignitatem aut ista lucem sævitia redemisti*. Idem.

NOTÆ

ter prisci locuti, aut scripsere, quam *Terentia Tullii, Livia Drusi, &c.* Lipsius.

[n] *Datam interfectori Pisonis pecuniam*] Puto datam nomine Othonis, qui nominatim miserat percussores ad cædem Pisonis: attamen potest fieri, ut inimici morte gestiens Regulus, etiam suo nomine pecuniam largitus sit interfectori Pisonis. Omnia perverse agebat.

Interfectori Pisonis] Et tamen suffragante Verania legationem adeptus est, 'cujus marito,' ait Plinius II. epist. 20. 'inimicissimus, ipsi invisissimus erat.' *Savilius*. 'Verania Pisonis [a Galba adoptati,] graviter jacebat.' Regulus aruspicem consulit: 'illa ut in periculo credula, poscit codicillos; legatum Regulo scribit.' Plin. II. Ep. 20.

[o] *Te securum reliquerat*] Neronianis enim temporibus magni ac potentes viri periculis conflictabantur; contra, viles atque abjecti securi agebant. Ideo sequitur, 'nihil quod timeret.' *Pichena*.

[p] *Exul pater*] Quatuor de causis nihil erat, quod ex ipso speraret aut timeret Nero; nempe, quia subversus pater, ac perculsus pœna exilii; quia nullæ opes, nulla dignitas, et quia ipse ætate juvenili.

Digitized by Google

dum honorum capax ætas: nihil quod ex te concupisceret Nero, nihil quod timeret. Libidine sanguinis et hiatu præmiorum ignotum adhuc ingenium, et nullis defensionibus[q] expertum, cæde nobili imbuisti: cum ex funere Reipublicæ raptis Consularibus spoliis,[r] septuagies[s] sestertio saginatus[10] et sacerdotio fulgens, innoxios pueros, illustres senes, conspicuas fœminas eadem ruina prosterneres: cum segnitiam[11] Neronis incusares, quod per singulas domos seque et[12] delatores fatigaret: posse universum Senatum una voce subverti. Retinete, Patres conscripti, et reservate homi-

tates et nondum *capessendis* dignitatibus idonea ætas: nihil quod ex te desideraret Nero, nihil quod metueret. Cupidine cruoris, avlditate prædæ et opum, *sævitiam ac sanguinem prælibasti*, imbuistique cruore illustri Incognitam adhuc facundiam, et nullis patrociniis spectatam: cum ex ruina et exitio Reip. abreptis consularibus spoliis, septuagies sestertio impinguatus, et sacerdotio splendens, eadem strage profligares insontes pueros, nobiles senes, splendidas matronas: cum inertiam Neronis increpares, quod per singulas familias, seque et accusatores lassaret: posse profligari totum senatum uno verbo. Servate, Patres conscripti, et habete apud vos virum tam egregii

—10 Sic optime Faërnus, Scaliger et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *signatus*. Lipsius primum emendaverat, *dignatus*. Brotier.—11 Mss. Corb. Agr. et editio princeps, *segnitiem*.—12 Pro *seque et* Ms. Ryckii

NOTÆ

[q] *Nullis defensionibus*] Cum ejus eloquentia nullis patrociniis reorum exercita esset, ignotum erat illius ingenium, et mansisset incognitum, nisi se ingenti crimine ultro polluisset.

[r] *Consularibus spoliis*] Eo dictum, quia consulatum acceperat, præmium accusationis. Nam ita obtinebat, ut accusanti et damnanti, non pecuniæ solum merces esset, sed et honoris, aut magistratus, quem reus habuisset.

Dio l. XLVI. de accusatoribus percussorum Cæsaris pulchre: 'Nam et pecunias e bonis damnati, et honorem aut magistratum, siquem modo haberet, accipiebant.'

Tacitus sæpe indicat: et clare initio Hist. l. I. 'Nec minus præmia delatorum invisa, quam scelera. Cum alii sacerdotia et consulatus, ut spolia, adepti; procurationes alii et interiorem potentiam: agerent, ferrent cuncta.' *Lipsius.*

Raptis consularibus spoliis] Si acceperat præmium accusationis, consulatum, Regulus, ut placuit viris summis, mirum cur infra mox de eodem dicatur: 'Et quem adhuc quæstorium offendere non audemus, prætorium et consularem visuri sumus?' *Gruterus.*

Forte tantum illi promissus erat consulatus a Nerone, quem adeptus foret suo tempore, seu post alia munia, si durasset Nero, aut habuit forte insignia consularia.

[s] *Septuagies*] Sunt 175000. coronati.

Digitized by Google

nem tam expediti consilii, ut omnis ætas instructa sit,[t] et quomodo senes nostri Marcellum, Crispum, juvenes Regulum, imitentur. Invenit etiam æmulos infelix nequitia:[u] quid si floreat vigeatque? Et quem adhuc Quæstorium offendere non audemus, Prætorium et Consularem visuri sumus? An Neronem extremum dominorum putatis? Idem crediderant, qui Tiberio, qui Caio, superstites fuerunt: cum interim intestabilior et sævior[v] exortus[13] est. Non timemus Vespasianum: ea Principis ætas, ea moderatio. Sed diutius durant exempla, quam mores.[14][w] Elanguimus,[15] Patres

consilii, ut omnis ætas edoceatur, et juvenes *nostri* Regulum æmulentur, quemadmodum senes nostri *imitati sunt Eprium* Marcellum, et *Vibium* Crispum. Reperit etiam imitatores infausta malitia: quid si approbetur et floreat? Et quem adhuc quæstorium lædere formidamus, an prætorium et consularem aspecturi sumus? an Neronem ultimum tyrannorum creditis? Idem existimaverant, qui supervixere Tiberio, et Caligulæ: cum interea detestabilior et immanior invasit principatum. Non metuimus Vespasianum; ea Imperatoris ætas, ea modestia. Sed diutius manent *commissorum* exempla, quam virtutes.

habet *sequens*.—13 Ed. pr. *exceptus*.—14 Ita Mss. et libri omnes editi. Secunda tantum manu Ms. Agr. *quam hoies*, id est, *quam homines*. Atque ita vertit Davanzati: 'Ma gli uomini non vivono, quanto gli esempi.' Longius Cl. Gordon: 'But more lasting are the examples of justice and severity, than is the good, but perishing life of any mortal man.' Murphy ita vertit, 'but virtue operates slowly, while pernicious examples remain in force, and teach a system of cruelty when the tyrant is no more.' Frustra tentat Lipsius, *quam amores*, vel *quam auctores*. Minime displicet, immo acutum est, *quam mores*, uti jam observatum est Ryckio et Ernesto. Nec aliter vertit Coloma: 'Pero lo que veo es, que duran mas los exemplos, que las costumbres.' *Brotier*.—15 Ms. Agr. ed. pr. *elanguemus*.

NOTÆ

[t] *Omnis ætas instructa sit*] Non omnem forte ætatem hic intelligi deceat, sed ut *omnis ætas nostra instructa sit;* nempe, senes nostri a Marcello et Crispo, et nostri juvenes a Regulo.

[u] *Infelix nequitia*] Potius indistincte sumi debet; nempe de universis delatoribus, qui præsertim sub Tiberio mutuis vulneribus et prœliis sese vicissim prosternebant.

Fuit tum *infelix nequitia* illa, et tamen æmulos imitatoresque reperit. Iste igitur debet statim subrui: nam si ad summas dignitates pervenerit, tum certe quid faciet, quid non molietur tantus artifex, qui se tenera jam ætate imbuit atrocissimo scelere?

[v] *Intestabilior et sævior*] *Intestabilior*, pro detestabilior. Horat. in 2. serm. 'Intestabilis et sacer esto.' Tacitus l. v. Annalium de Æmilia Lepida: 'quanquam intestabilis, tamen impunita agebat.'

Paulo post, eodem libro de Tiberio: 'Intestabilis sævitia, sed obtectis libidinibus.' *Rhenanus*.

[w] *Diutius durant exempla, quam mores*] Id est, Hic diutius durant ex-

Digitized by Google

conscripti, nec jam ille Senatus sumus, qui, occiso Nerone, delatores et ministros more majorum puniendos flagitabat. Optimus est, post malum Principem,[x] dies primus.'

43. Tanto cum assensu Senatus auditus est Montanus, ut spem caperet Helvidius, posse etiam Marcellum prosterni. Igitur a laude Cluvii Rufi orsus, qui, perinde dives et eloquentia clarus, nulli unquam sub Nerone periculum facessisset,[1] crimine simul exemploque Eprium urgebat:[y] arden-

Jam torpemus, Patres conscripti, nec nunc ille senatus sumus, qui, interfecto Nerone, postulabat accusatores et *horum* satellites puniendos more majorum. Justissimus et maximus est primus, post pravum Imperatorem, dies.

Tantis patrum studiis excepta est oratio Montani, ut spem conciperet Helvidius, posse etiam Marcellum subverti. Itaque incipiens a decore Cluvii Rufi, qui, juxta opibus et facundia insignis, nemini unquam, Nerone imperante, discrimen intentasset, scelere simul et comparatione Marcellum premebat: flagrantibus senatorum

1 Ita Ms. Reg. Puteolanus et recentiores. In Mss. Harl. Agr. et editione principe, *fecisset*. Utrumque Latine dicitur. Jam vidimus supra Annal. I. 74. 'Clarissimo cuique periculum facessit,' et Annal. XIII. 35. 'Insonti periculum fecissent.' *Brotier.*

NOTÆ

empla mala quam boni mores, scil. comparat virtutem Vespasiani cum flagitiis priorum principum.

Et certe magis durant mala exempla dominantium, quam boni mores novi principis, et longe plures fuerunt mali principes, quam boni. Et ab Augusto usque ad Vespasianum frustra quæras bonos. Et possint vocabula bonorum principum annuli circulo facile insculpi.

Mala exempla, principum, seu delatorum, perpetua et æterna sunt, abeuntque in exemplum omnibus posteris futurisque sæculis. At boni mores ævo unius principis limitantur, et vix ad unum aut alterum sæculum se extendunt, etiam in civitatibus felicissimis aut egregie constitutis, quoad mores legesque spectat.

[x] *Optimus est, post malum Principem*] Defuncto enim malo principe, senatus statim pravos mores tollere nititur; sed paulatim deinde ardor ille refrigescit. *Pichena.*

Optimus] Cic. Philipp. 1. post cædem Cæsaris. 'Quo senatus die lætior? quo populus Rom. qui quidem nulla in concione unquam frequentior fuit, tum denique liberati per viros fortissimos videbantur, quia, ut illi voluerant, libertatem pax consequebatur.'

[y] *Crimine simul exemploque Eprium urgebat*] *Crimine* urgebat, tanquam delatorem Thraseæ; quam actionem tentaverat olim Helvidius, Galba imperante, dein omiserat, ut refert Tacitus initio hujus libri.

Exemplo, quoniam laudando Cluvium, sic vitæ morumque diversitatem Marcello exprobrabat. *Pichena.*

Comparat Cluvium cum Marcello, ita ut opibus et facundia perinde clarus sit Cluvius ac Marcellus; cum hoc discrimine, quod divitiis et elo-

Digitized by Google

tibus Patrum animis. Quod ubi sensit Marcellus,[z] velut excedens curia: 'Imus,' inquit, 'Prisce, et relinquimus tibi Senatum tuum: regna, præsente Cæsare.' Sequebatur Vibius Crispus: ambo infensi,[a] vultu diverso: Marcellus minacibus oculis, Crispus renidens: donec accursu amicorum retraherentur. Cum glisceret certamen, hinc multi bonique, inde pauci et validi, pertinacibus odiis tenderent, consumtus per discordiam dies.

44. Proximo Senatu, inchoante Cæsare 'de abolendo dolore iraque, et priorum temporum necessitatibus,' censuit Mucianus prolixe pro accusatoribus: simul eos, qui cœptam, dein omissam, actionem repeterent, monuit sermone molli, et tanquam rogaret. Patres cœptatam[1] libertatem,

animis. Quod postquam animadvertit Marcellus, quasi abiret e senatu: Eximus, *inquit*, Helvidi, et permittimus tibi senatum tuum: impera, videnti Cæsare. *Et comitabatur* eum *Vibius Crispus: ambo infesti, ore dissimili: Eprius trucibus oculis, Vibius maligne ridens: donec affluentibus amicis, retinerentur. Cum jurgium ingravesceret, hinc plurimi egregiique, inde pauci et præpollentes, pervicacibus animis niterentur*, sic *absumtus* est *per dissensionem dies.*

Primo senatu, incipiente Domitiano de obliterando dolore odioque, et superiorum temporum calamitatibus, *disseruit Mucianus multis verbis pro delatoribus: etiam eos, qui inchoatam, dein relictam, cognitionem renovarent, hortatus est miti clementique oratione, et tanquam precaretur. Senatores occupatam libertatem,*

1 Sic Mss. Flor. Bodl. Guelf. Puteolanus, Pichena et recentiores. In Ms. Jes. *captam libertatem;* et sic Gronov. Ms. Reg. et editio princeps, *cæptam*

NOTÆ

quentia ille recte usus esset, et in salutem civium; iste vero in exitium: quare sic Eprium et *crimine* urgebat, ut qui periculum bonis *facessisset sub Nerone* et *exemplo*, qui divitiis et eloquentia non recte usus esset, quemadmodum Cluvius.

[z] *Marcellus*] Hic homo eloquens magis, quam sapiens aut bonus, ea vi accusatores omnes repressit, aut rejecit; et simul Vespasianum mox suum fecit.

Quod idem observat in Vibio Crispo auctor Dialogi de causis corruptæ eloquentiæ super hac re: 'Quid aliud infestis patribus nuper Eprius Marcellus, quam eloquentiam suam opposuit? cum accinctus et minax, disertam quidem, sed inexercitatam ejusmodi certaminum, et rudem Helvidii sapientiam elusit.'

Jam et de gratia apud principem ibidem de illis duobus: 'Multos jam annos, ac donec libuit, principes fori, nunc principes in Cæsaris amicitia, agunt feruntque cuncta.' *Lipsius.*

[a] *Ambo infensi*] Id est, Iram et indignationem præferentes vultu, sed disparl modo.

Digitized by Google

postquam obviam itum, omisere. Mucianus, ne sperni Senatus judicium, et cunctis sub Nerone admissis data impunitas videretur, Octavium[2] Sagittam et Antistium Sosianum, Senatorii ordinis,[3] egressos exilium, in easdem insulas redegit. Octavius Pontiam Postumiam,[4] stupro cognitam et nuptias suas abnuentem, impotens amoris interfecerat; Sosianus pravitate morum multis exitiosus. Ambo gravi Senatus consulto damnati pulsique, quamvis concesso aliis reditu, in eadem pœna retenti sunt. Nec ideo lenita erga Mucianum invidia. Quippe Sosianus ac Sagitta viles, etiam si reverterentur: accusatorum ingenia et opes et exercita malis artibus potentia timebantur.[b]

45. Reconciliavit paulisper studia Patrum habita in Senatu cognitio secundum veterem morem. Manlius Patruitus,[1] Senator, pulsatum se in colonia Senensi cœtu multitu-

postquam obstabatur, reliquere. Mucianus, ne contemni patrum decretum, et omnibus sceleribus *Nerone imperante perpetratis concessa venia crederetur, in eosdem scopulos compulit, ac retraxit Octavium Sagittam, et Antistium Sosianum, senatorii fastigii, qui locum exilii* sui *reliquerant. Octavius Pontiam Postumiam, cum qua consuetudinem stupri habuerat, et quæ matrimonium suum sperneret, cupidine vesanus occiderat; Sosianus sævitia ingenii multis perniciosus. Uterque atroci decreto patrum damnati ejectique, licet alii* exules *revocarentur, in eadem exilia redacti sunt. Nec ideo mitigata in Mucianum offensio. Etenim Sosianus ac Sagitta infimi rei* et spernebantur, *etiam si redirent:* at *metuebantur ingenia delatorum et divitiæ, et imbuta pessimis artibus auctoritas.*

Patrum animos placavit tantisper cognita apud senatum causa, juxta priscum morem. Manlius Patruitus, senatorii fastigii, expostulabat, verberatum se in

voluntatem.—2 *Octavium Sabinum Sagittam.* Sic Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Corb. Guelf. Agr. et editiones veteres. In Lipsianis recentioribusque editionibus omissum est, *Sabinum;* sane, quod supra Annal. XIII. 44. appelletur tantum *Octavius Sagitta.* In Ms. Reg. deest, *Sagittam.* Brotier.—3 In Ms. Reg. et editione principe, *senatorio ordine.*—4 Ms. mens: *Pontiam positam in a stupro cognitam.* Manu vero secunda deletum τὸ *in*, et emendatum, *ac stupro.* Ryckius.

1 Ita Mss. Vatic. 1863. Flor. Reg. editio princeps, Jac. Gronovius, et re-

NOTÆ

[b] *Accusatorum ingenia ... timebantur*] Id indistincte sumi possit de omnibus omnino accusatoribus, et quasi in exemplum hi qui delationes exercuerant sub Nerone puniendi essent, et quasi omnino omnes accusatores metuerentur. Nonnulli tamen speciatim de istis intelligunt, quasi patres comparent hic, verbi gratia, Vibium et Marcellum, eorumque similes reos famosos, cum Sosiano et Sagitta, qui viles rei, quod ad exemplum spectabat, nec delatores fuerant.

Digitized by Google

dinis[d] et jussu Magistratuum,'[e] querebatur: 'nec finem injuriæ hic stetisse: planctum et lamenta[f] et supremorum imaginem præsenti sibi circumdata cum contumeliis et probris, quæ in Senatum universum[g] jacerentur.' Vocati, qui

civitate Senensi, in concione populi, et mandato duumvirorum: nec ibi contumeliam desiisse; *sed* ejulatus et lamenta et funeris *seu exequiarum* simulacrum astanti sibi circum adumbrata *esse* cum conviciis et injuriis, quæ in Patres omnes refunderentur. *Appellati, qui accusabantur. Et, cognitione*

centiores. In Mss. Vatic. 1958. et Jes. *Patricius.* Mss. Harl. Bodl. *Patritius ordinis senatorum.* Puteolanus, *Patricius ordinis senatorii.* In Ms. Agr. *Mallius Patruitus senator.* Frustra Lipsius tentat, *Patruinus;* licet in margine Ms. Vatic. 1958. additum sit, *patri unus.* Brotier.—2 Sic bene Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus habent *Seniensi*, et mox infra *Seniensium;* et sic Ryckius et Gronov. In Ms. Reg. et editione principe, *Semensi* et *Semensium.* In Mss. Vatic. 1863. Corb. et editionibus recentioribus, *Seniensi* et *Seniensium.* Memoratur quidem apud Gruterum, p. 372. n. 7.

PLEB. SENIENSIVM.

At oppidum illud Senia, nunc *Segna*, fuit in Dalmatia: vide Plinium, III. 21. Hic vero agitur de colonia Senensi, nunc *Sienne*, de qua Plinius, III. 5. *Intus coloniæ .... Senensis.* Reperit quidem Harduinus in Mss. Plinii, *Senienses;*

NOTÆ

[c] *Pulsatum se in colonia*] Grande priscis illis moribus crimen. Nam nec convicio senatorem aspergere licebat impune.

Arnobius l. IV. 'Magistratum in ordinem redigere, senatorem aut convicio prosequi, suis esse decrestis periculosissimum pœnis.'

Salvianus l. VI. 'Illustrem ac præpotentem virum nequaquam exhonorari a quoquam licet; et si quisquam exhonoraverit, decretis legalibus reus sistitur, et injuriam auctor jure damnatur.' *Lipsius.*

Colonia Senensi] Sena Julia, urbs Etruriæ regionis in Italia: hodie *Siene*, urbs agri Senensis in ducatu Toscanæ. *Tillemonius.*

[d] *Cœtu multitudinis*] Crediderim fuisse pulsatum in cœtu, et a cœtu, multitudinis; idque assentiente et approbante, et veluti jubente ea multitudine, seu plebe Senensi: quippe, *jussu magistratuum*, hanc omnem contumeliam fuisse *ipsi præsenti* publice circumdatam, ac cœtu persultante, *querebatur* Manlius.

[e] *Jussu Magistratuum*] Decuriones intelligit.

[f] *Planctum et lamenta*] An Senenses, lasciviæ causa, iis similia in Manlio lusere, quæ Apuleius in Thessalia passus est, dum risus anniversarius dies celebratur?

Certe enim hæc, *planctum et lamenta, et supremorum imaginem præsenti sibi circumdata*, lusum sapiunt, quo ille vivus, ut vita functus, a Senensibus habitus sit. *Saliner.*

[g] *Quæ in Senatum universum*] Non quod senatum Rom. præcise et directe lacesserent; id enim audacius, quam in decuriones et magistratus municipales cadat; sed quia senatori inferebatur illa contumelia, non potuit fieri, quin simul etiam refunderetur id convicium in senatum, aut saltem id queri debuit Manlius apud

Digitized by Google

arguebantur. Et, cognita causa,[3] in convictos vindicatum. Additumque[h] SC. quo Senensium plebes[4] modestiæ admoneretur. Iisdem diebus Antonius Flamma Cyrenensibus[5][i] damnatur lege repetundarum, et exilio ob sævitiam.

46. Inter quæ militaris seditio prope exarsit. Prætorianam militiam repetebant a Vitellio dimissi, pro Vespasiano congregati: et illectus[l] in eandem spem, e legionibus miles[j] promissa stipendia flagitabat: ne Vitelliani quidem sine

habita, in compertos reos *animadversum. Adjunctumque S. C. quo Senensium populus modestiæ admoneretur. Eodem tempore Antonius Flamma a Cyrenensibus* postulatur, *mulctaturque lege repetundarum, et exilio ob immanitatem.*

Interea discordia militaris fere accensa est. Exauctorati a Vitellio militiam prætorianam reposcebant pro Vespasiano convocati: et assumtus in idem votum, e legionibus miles promissam pecuniam postulabat: ne Vitelliani quidem ejici pote-

at recte edidit, *Senensis.* Brotier.—3 Ita Mss. et libri editi, præter J. F. Gronovium, qui edidit, *cognita jussa.* Unde Illustr. Huetius emendabat, *cognito jussu.* At verum est, *cognita causa.* Sic in Digest. lib. XLVII. Tit. 10. 'de Injuriis et famosis libellis.' leg. 17. ex Ulpiano: 'Ait prætor....causa cognita, ipsi qui injuriam accepisse dicetur, judicium dabo.' *Brotier.*—4 Mss. Harl. Jes. *plebs.*—5 Ita bene Mss. Harl. Jes. Rhenanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *Cirensibus.* Ms. Bodl. et Puteolanus, *Cyrensibus.* Ms. Agr. *Cretensibus.* Brotier.

l Brotierus cum Ryckio et Gronov. scribit, *lectus in eandem spem.* Ms. Reg. et editio princeps, *lectus eadem specie.* Tentabat Muretus, *erectus in eandem spem.* Cl. Ernest., *illectus,* vel *allectus: illectus* recipiunt Bipont. *Brot.*—

NOTÆ

patres, ut eos ad vindictam privatæ injuriæ accenderet. Jam sub principibus imminuta dignitas patrum, et ob numerum, et ob tenues opes, et quia remoti illi magna ex parte a repub. regenda; nec jam publica negotia decidebant modici patres, qui fere dignitates non adipiscebantur, neque provincias regebant: et quia inducti socii opulentiores in curiam, et jam multi senatores erant, qui neque urbem neque curiam viderant.

h *Additumque, &c.*] Sic fiebat, cum plebs admoneri publice deberet, decretum patrum, quod consules edicto suo promulgabant: tunc autem ambo consules aberant, Vespasianus scil. et Titus.

i *Cyrenensibus*] Cyrenaica provincia Libyæ regionis in Africa citeriore: hodie pars occidentalis regni et deserti *Barca*, in Barbaria et Biledulgerid regionibus.

Cyrene] Urbs Cyrenaicæ provinciæ: hodie *Cairoan*, oppidum regni Barcæ versus oram, in Barbaria. *Tillemon.*

j *Lectus in eandem spem e legionibus miles*] Ex Flavianis partibus; ut vero quam simillimum videatur, multos legionariorum facilius inductos esse, ut isti se rei miscerent, tanta beneficii spe. *Savil.*

Alii, *erectus.* Sed miles, quia in spem prætorianæ militiæ *electus* erat, repetentibus eam aliis, promissam sibi flagitabat. *Acidalius.*

Digitized by Google

multa cæde pelli poterant; sed immensa pecunia dicebatur, qua tanta vis hominum retinenda erat.[2] Ingressus castra Mucianus, quo rectius stipendia singulorum spectaret, suis cum insignibus armisque victores constituit, modicis inter se spatiis discretos.[k] Tum Vitelliani, quos apud Bovillas in deditionem acceptos memoravimus, ceterique per urbem et urbi[3] vicina conquisiti, producuntur prope intecto corpore. 'Eos' Mucianus[l] 'diduci,[4] et Germanicum Britannicumque militem, ac si qui aliorum exercituum, separatim[5] assistere,' jubet. Illos primus statim aspectus obstupefecerat: cum ex diverso velut aciem, telis et armis

rant, sine plurima cæde. Intrans castra Mucianus, quo melius stipendia cujusque noscceret, disposuit victores suis cum ornamentis armisque, divisos inter se modicis intervallis. Tum Vitelliani, quos se fidei victoris permisisse apud Bovillas retulimus, aliique per civitatem, et proxima civitati loca investiguti, exhibentur fere nudo corpore. Eos *Mucianus* separari *jubet*, et seorsim astare militem Germanicum ac Britannicum, et si qui aliorum exercituum *aderant. Vitellianos statim* ea *prima species perculerat: cum ex alia parte, velut instructum agmen, telis*

2 Ita plane habet Bud. cod. et Puteol. editio cum seqq. absque illa transpositione, quam e cod. Flor. notavit Pich. (de Guelf. et Agr. dubitare licet.) Verba, quæ in cod. Agr. adduntur, sunt ista: *sed immensa pecunia tanta vis hominum retinenda erat.* Ex quibus collatis cum iis, quæ ex cod. Flor. et Guelf. referuntur, Bip. quos lubens sequor, acute non minus quam vere locum nostrum ita refingunt: *sed immensa pecunia dicebatur, qua tanta vis hominum retinenda erat*, ubi *dicebatur* loco *τοῦ fer(ebatur)* Flor. pro *promittebatur:* ut apud Nonium IV. 122. Ceterum verba ista: *quo tanta vis hominum retinenda erat*, capiti 53. nullatenus convenire, sensit non nemo interpretum. Sic Guerin non videre se ait, quid *altitudo templo adjecta ad tantam vim hominum retinendam* facint. In Bud. *τῷ ingressus* 2. m. adjecit *post hec.* Oberl. In Edd. Ryckii, Gronov. et Brotier. omittuntur hæc verba Msti Agr.—3 Ms. Agr. *Urbique vicina.*—4 Mss. Reg. Agr. et editio princeps, *deduci.*—5 Male

NOTÆ

[k] *Discretos*] Id intelligendum de legionibus aut cohortibus, quæ a se invicem, sub suis quæque signis, modico intervallo discretæ erant.

[l] *Eos Mucianus diduci*] Eos Mucianus, statim atque producti sunt, diducit; Germanicum, nempe, militem a Britannico separat, ita ut seorsim assisteret Britannicus miles, seorsim Germanicus; et sic de milite aliorum exercituum.

Attamen sic non singuli, sed per centurias assistebant; sed cum sic ab invicem distraherentur, ea separatio, simul et ex diverso acies victorum horrida armis telisque, ipsos exterruerat. Vitelliani, seu victi simul omnes ibi congregantur; dein ex quocumque exercitu distrahuntur ab invicem, circumfusi agmine victorum seu Flavianorum: id eos terret.

Digitized by Google

trucem, semet clausos nudosque et illuvie deformes, aspicerent. Ut vero huc illuc distrahi cœpere,[6] metus per omnes et præcipua Germanici militis formido, tanquam ea separatione ad cædem destinarentur:[7] prensare commanipularium[m] pectora,[8] cervicibus innecti,[9] suprema oscula petere, 'ne desererentur soli, neu, in pari causa, disparem fortunam paterentur:' modo Mucianum, modo absentem Principem, postremum[10] cœlum ac Deos obtestari: donec Mucianus, 'cunctos ejusdem sacramenti, ejusdem Imperatoris milites' appellans, falso timori obviam iret. Namque et victor exercitus clamore lacrymas eorum juvabat. Isque finis illa die. Paucis post diebus, alloquentem Domitianum[n] firmati jam excepere. Spernunt oblatos[11] agros: 'militiam et stipendia' orant. Preces erant, sed quibus

armisque horridum, et *seipsos circumdatos intectosque, et pædore squalidos, viderent. Ut vero huc et illuc diduci cœperunt*, it *pavor per universos, et maximus Germanici militis metus, tanquam ea divisione exitium* ipsis *præparetur: complecti pectora commilitonum, cervicibus implicari, novissimos amplexus poscere*, ne destituerentur soli, et ne in simili causa dissimilem sortem experirentur: *nunc Mucianum, nunc absentem Imperatorem; denique sidera ac Numina obtestari: donec Mucianus*, omnes *vocans* earundem partium, et ejusdem principis milites, *vano parori subveniret. Quippe etiam victor miles vocibus* suis *fletus eorum defendebat. Isque exitus* rerum *illa die. Paucis interjectis diebus, concionantem Domitianum firmati* animis *sustinuere. Contemnunt promissas terras, postulant* bellum et sti-

Mss. Flor. Reg. Guelf. et editio princeps, *separati*. Brotier.—6 Ms. Reg. et editio princeps, *incœpere*.—7 Ita Rhenanus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. et editiones veteres, *destinaretur*.—8 Sic bene veteres et recentiores editiones. Suffragatur Ms. Reg. licet corrupte habeat, *prensare cum manipularium præterea*. Male Aldus, *cum prehensare manipularium pectora*. Frustra tentat Lipsius, *prensare commanipulares, pectori, &c.* Acidalius, *prensare commanipularium dextras*. Brotier.—9 Ita bene Ms. Flor. Lipsius et recentiores. In Mss. Reg. Harl. Agr. et editione principe, *cervicibus injecta*. Puteolanus, *injecti*, uti placebat Ryckio. Ms. Bodl. *invecti*; quod Rhenano probatum. *Idem*.—10 Ms. Ryckii *postremo*.—11 Ita veteres editiones, Pichena et recentiores. Sine necessitate Rhenanus, *oblatos sibi agros*. Brotier.

NOTÆ

[m] *Prensare commanipularium*] Alii aliter reponunt, *pectori, cervicibus*: pro *innecti, invecti*, pro *pectora*, legunt *dexteras*. Sed hæc frustra: sufficit vulgata lectio.

[n] *Alloquentem Domitianum*] Dio: 'Mucianus adduxit Domitianum ad milites, fecitque ut, quamvis puer, apud eos concionaretur, tum singuli aurei dati sunt viritim militibus.' Aureus valebat 100. nummis sestertiis: nostro more sunt septem libræ et 10. asses.

Digitized by Google

contradici non posset: igitur in Prætorium accepti. Dein, quibus ætas et justa stipendia,[o] dimissi cum honore, alii ob culpam; sed carptim ac singuli: quo tutissimo remedio consensus multitudinis extenuatur.

47. Ceterum verane[1] pauperie, an uti videretur,[p] actum in Senatu, 'ut sexcenties sestertium[q] a privatis mutuum acciperetur.' Præpositusque ei curæ[2] Poppæus[3] Silvanus: nec multo post necessitas abiit, sive omissa simulatio. Abrogati[4] inde, legem ferente Domitiano, Consulatus,[r] quos Vitellius dederat. Funusque Censorium[s] Flavio Sabino ductum: magna documenta instabilis Fortunæ, summaque et[5] ima miscentis.[t]

pendia. *Precationes erant, sed quibus resisti non posset: itaque in militiam prætorianam allecti* sunt. *Dein, quibus ætas et merita stipendia* erant, sacramento *soluti cum decore, alii ob flagitium; sed seorsim et divisim quilibet: quo certissimo remedio conspiratio turbæ infringitur.*

Ceterum an vera inopia, an ut sic *crederetur, relatum apud patres,* ut sexcenties sestertium a privatis mutuum sumeretur. *Præfectusque tali muneri Poppæus Silvanus: et paulo post egestas cessavit, vel spreta dissimulatio. Dein abrogati, legem sanciente Domitiano, consulatus, quos Vitellius concesserat. Et decore censorio celebratæ exequiæ Flavii Sabini: magna exempla fallacis fortunæ, sublimia simul et infima permiscentis.*

1 *Vera*, excidit in Ms. Reg. et editione principe. Ms. Ryckii, *Ceterum milites ne pauperie abuti viderentur.*—2 In Msto Ryckii desideratur *curæ.*—3 Brotierus legit *Pompeius Silvanus:* et sic Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres. Pichena et recentiores, *Poppæus Silvanus*, et sic Ryckius, Gronov. et Bipont.—4 Guelf. Budens. et ed. pr. vitiose *abroganti.* Ernest. —5 Sic optime Ms. Agr. Berneggerus et recentiores. In Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *summaque etiam.* Brotier.

NOTÆ

[o] *Quibus ætas et justa stipendia*] Nempe sexdecim, vel etiam viginti anni.

[p] *An uti videretur*] Sueton. cap. 16. 'Initio statim principatus professus est Vespasianus, quadringenties millies HS. opus esse, ut Respublica stare posset.' Summa cui parem audivisse non memini, colligit supra trecentos milliones librarum. *Savil.*

[q] *Sexcenties sestertium*] Quindecies centena millia ducatorum quantitas hujus pecuniæ æquat. *Alciat.* Id est, 468,750 lib. sterl. *Savil.*

[r] *Abrogati....Consulatus*] Abrogari lege semper debuit consulatus eorum qui vel ultro exibant, vel abdicabantur, prinsquam in eorum locum alii sufficerentur, etiam mortuorum, vel et perduellium, &c. quod supra neglectum a Vitellio in Cæcinam, criminatur Tacitus.

[s] *Funusque Censorium*] Magnifice exstructum significat, et eminenti præ ceteris apparatu, ut censuræ dignitas reliquis præfulgebat, eratque

Digitized by Google

48. Sub idem tempus L. Piso Proconsul[1] interficitur. Ea de cæde[2] quam verissime[3] expediam, si pauca supra repetiero,[4 u] ab initio causisque talium facinorum non absurda. Legio in Africa auxiliaque tutandis Imperii finibus, sub D. Augusto Tiberioque Principibus, Proconsuli parebant. Mox C. Cæsar, turbidus animi, ac M. Silanum,[v]

Eadem tempestate L. Piso proconsul interimitur. Quam brevissime referam de ea nece, si pauca altius repetiero, quæ *haud aliena* sunt *a principio et causis talium flagitiorum. Legio in Africa, et copiæ sociorum defendendis imperii limitibus* necessariæ, *obsequebantur proconsuli, Divo Augusto Tiberioque imperitantibus. Dein Caligula, mente commotus, et formidans M. Silanum, qui præerat Africæ,*

1 Ita Mss. Bodl. Jes. et editiones veteres. Jac. Gronovius e Ms. Flor. *proconsule*. Sic quoque fuit prima manu in Mss. Harl. Guelf. Secunda emendatum, *proconsul*.—2 Ms. Ryckii *eam cædem*.—3 Acidalius mavult *brevissime*. —4 Edd. habent *petiero*. Sed forte, et ex usu Taciti, *repetiero*; uti Mureto

NOTÆ

cujuslibet honoris fastigium.

Polybius lib. VI. scribit, in funere consulari aut prætorio nonnullos e nobilioribus lectos defuncti pompam duxisse, *in veste* tantum *prætexta purpura*. At in funere censorio ἐν πορφυρᾷ, *in purpura*. Savil.

[t] *Summaque etiam miscentis*] Rodolphus acute, *summaque et ima miscentis*. Lipsius. Vulgata tamen lectio eundem sensum recipere possit: sæpe cum acute corrigunt, tum acute corrumpunt.

[u] *Si pauca supra repetiero*] Videatur vocula excidisse: *quam potero verissime expediam*: ut tanquam in re incerta secuturum se verum, qua possit, profiteatur.

Sed credo, non *verissime* hic Tacito scriptum, sed *brevissime*: quod postea corruptum ex vitiosa scribendi ratione, *crevissime*.

Nam hæc auctoris mens, quasi veniam digressus aliquanto longioris orantis: cum alia quædam huc facientia altiuscule repetierit, de cæde ipsa quam brevissime se absolutnrum. *Acidalius.*

Cur veritatem profiteatur egregius auctor, præcipue post fata et cineres Muciani, qui auctor hujus cædis, et post exstinctam gentem Flaviam? Nam ævo Trajani scripsit, aut certe edidit historiam. Nec solet id profiteri Tacitus: sufficit historicum profiteri semel. Attamen est quod dubitetur, ut in re incerta, et multis dolis insidiisque et sceleribus incretata, adversus proconsulem et quidem nobilissimum et bonis artibus eximium: unde metus imperitantium, et quæ cædes ad multos spectabat, et quæ forte varie ab auctoribus ejusdem ævi tradita erat, prout faverent, aut dominantes odissent. Sed tamen cum dicit, *expediam*, de brevitate innuere videtur, scil. se breviter acturum proponit, postquam pauca supra repetierit. Reponunt, *petiero*, et sæpe Tacitus simplex usurpat pro composito. Melius tamen, *repetiero*.

[v] *M. Silanum*] Dio hæc in rebus Caii mire confundit ac miscet: nec M. Silano proconsule evenisse divisionem hanc vult, sed ipso L. Pisone.

Digitized by Google

obtinentem Africam, metuens, ablatam Proconsuli legionem, misso in eam rem Legato tradidit. Æquatus inter duos beneficiorum numerus,[w] et mixtis utriusque mandatis, discordia quæsita, auctaque pravo certamine.[5] [x] Legatorum vis[6] adolevit diuturnitate officii, vel quia minoribus major

ademit legionem proconsuli, eamque permisit legato in eam curam misso. Divisis inter duos muneribus pari jure, et conjunctis utriusque imperiis, dissensio nata, et adaucta est. *Improba contentione, legatorum auctoritas increvit,* vel *continuatione*

aliisque eruditis viris jam observatum. *Brotier.*—5 Sic bene Ms. Agr. editio princeps, Ryckius et recentiores. Male interpunxerat Puteolanus, *auctaque. Pravo certamine legatorum jus, &c.* et sic Gronov. *Brotier.*—6 Sic Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *Jus,* habent Gronov. Ryckius et Brotier. *Vis* recipiunt Bipont.

NOTÆ

Vide eum, et de hac ipsa cæde Plinium, l. III. epist. 7. *Lipsius.*

[w] *Beneficiorum numerus*] Proprie et ex ævi usu accipe *beneficia,* promotiones ad altiores ordines sive gradus.

Castrense in ea re verbum est, Livio sic usurpatum l. IV. 'Ut tribuni militum a populo senideni crearentur; quæ antea, perquam paucis suffragio populi relictis locis, dictatorum et consulum ferme fuerant beneficia.'

Ciceroni etiam, epistola ad Rufum quæstorem: 'de centurionibus tamen et tribunorum militum contubernalibus, res est in integro: genus enim horum beneficiorum definitum lege non erat.'

Nec Valerius alio sensu l. IV c. 7. scripsit: 'Ad equestrem ordinem et splendidæ militiæ stipendia P. Cælii beneficio pervenerat.' Item Suetonius Tiberii cap. 12. clare: 'venit in suspicionem, per quosdam beneficii sui centuriones.'

Noster adæque l. I. supra: 'Primores militum, per beneficia Nymphidii, ut suspectos.' Hi tales, *beneficiarii* dicti.

Cæsar de bello civili lib. II. 'Petreius cum prætoria cohorte, barbarisque equitibus paucis, beneficiariis suis.' Passim in lapidibus: BF. COS. ET BF. PR. PR. id est: 'Beneficiarius consulis: beneficiarius prætoris: beneficiarius præfecti prætorio aut proprætoris.'

Vegetius restringere nomen videtur. Et 'beneficiarii,' inquit, l. II. c. 7. 'ab eo appellati, quod beneficio tribunorum promoverentur:' et ad ejus mentem in lapidibus lego ista, in Piceno: BENEFICIARIUS. TRIBUNI. DEINDE. OPTIO. IN. CENTURIA. Romæ: CORNELIO. MARCIANO. MILITI. COHORT. XII. URB. BENEF. TRIBUN. *Lipsius.*

[x] *Pravo certamine*] Sic distinguo, *auctaque pravo certamine. Legatorum jus adolevit diuturnitate officii.* Gronov.

Vulgata recte, *auctaque. Pravo cert. &c.* Sic intelligendum, quasi scripsisset: In pravo hoc certamine legatorum jus adolevit, diuturnitate, scil. officii; quia, nempe, proconsul ad unum annum Africæ, legatus ad plures annos legioni præerat.

Digitized by Google

æmulandi cura; Proconsulum splendidissimus quisque securitati magis, quam potentiæ[y] consulebant.

49. Sed tum legionem in Africa regebat Valerius Festus,[a] sumtuosæ adolescentiæ, neque modica cupiens,[1] et[2] affinitate Vitellii anxius. Is crebris[3] sermonibus tentaveritne Pisonem ad res novas, an tentanti restiterit, incertum; quoniam secreto eorum nemo affuit, et, occiso Pisone, plerique ad gratiam interfectoris inclinavere. Nec ambigitur, provinciam et militem alienato[4] erga Vespasianum animo fuisse: et quidam e Vitellianis, urbe profugi, ostentabant Pisoni 'nutantes Gallias, paratam Germaniam, pericula ipsius, et in[5] pace suspecta[6] tutius bellum.' Inter quæ Claudius Sagitta, Præfectus alæ Petrinæ,[7] [a] prospera navi-

muneris, vel quia inferioribus majus obtrectandi studium; et quia *proconsulum illustrissimus quisque providebant magis incolumitati* suæ, *quam auctoritati.*

Sed tum Valerius Festus legioni præerat in Africa, is *luxuriosæ juventæ, neque exigua appetens, sed necessitudine Vitellii solicitus* erat. *Ille frequentibus colloquiis, dubium, an impulerit Pisonem ad nova molienda, an molienti repugnaverit; quoniam arcano illorum nullus* testis *adhibitus, et, interemto Pisone, multi propendere in favorem percussoris. Nec dubitatur, Africam legionemque a partibus Flavianis abhorruisse: et nonnulli e Vitellianis, ex urbe fugientes, exhibebant Pisoni* dubitantes Gallias, promtam Germaniam, discrimina ipsius, et in pace ambigua minus periculosum bellum. *Interea Claudius Sagitta, præfectus alæ Petrinæ, felici navigatione antevertit Papirium, centurionem, quem Mucianus miserat,*

1 Male Mss. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. *cupido.* Brotier.—2 *Et,* habent Mss. Reg. Agr. editio princeps et Ryckius. Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores cum Gronov. *sed.* Quod non ita convenit. In Ms. Bud. *si.* Idem.—3 *Crebris,* et mox *ad res novas,* omissa sunt in Ms. Agr.—4 Pessime Ms. Reg. et editio princeps, *alienatam.* Brotier.—5 Præpositionem, *in,* habent libri omnes. Recte tamen omitteretur, ut Mureto, Grotio aliisque jam observatum. *Brotier.*—6 Male Ms. Reg. *susceptum.* Editio princeps, *suscepit.* Idem.—7 Perperam Ms. Reg. *paternæ.* Editio princeps, *Peternæ.*

NOTÆ

[y] *Securitati magis quam potentiæ*] Quia proconsules illi, utpote splendidissimi, semper suspecti malis principibus, hinc saluti tantum suæ consulebant, non augendæ potentiæ vel auctoritati; immo tum ignavia pro virtute et sapientia fuit. Sueton. Galba 9. 'Paulatim in desidiam segnitiemque conversus est, ne quid materiæ præberet Neroni; et, ut dicere solebat, quod nemo rationem otii sui reddere cogeretur.'

[a] *Valerius Festus*] Plinius lib. III. epist. 7. 'Nuper L. Piso, pater illius, qui a Valerio Festo per summum facinus in Africa occisus est.'

[a] *Præfectus alæ Petrinæ*] In Notitia imperii, *præfectus alæ Petrianæ* legitur in Britannia *per Lineam valli:* ubi

Digitized by Google

gatione prævenit Papirium, Centurionem, a Muciano missum,[8] asseveravitque 'mandata interficiendi Pisonis Centurioni data. Cecidisse[9] Galerianum, consobrinum ejus generumque. Unam[10] in audacia spem salutis. Sed duo itinera audendi; seu mallet statim arma, seu petita navibus Gallia, Ducem se Vitellianis exercitibus ostenderet.'[11] Nihil ad ea moto Pisone, Centurio a[12] Muciano missus, ut portum Carthaginis attigit, magna voce læta Pisoni omina,[13] [b] tanquam Principi, continuare;[14] obvios et subitæ rei miraculo attonitos, ut eadem astreperent,[15] hortari: vulgus credulum, ruere in forum: 'præsentiam Pisonis' exposcere. Gaudio clamoribusque cuncta miscebant, indiligentia veri[16] et adulandi libidine. Piso, indicio Sagittæ, vel insita modestia, non in publicum egressus est, neque se studiis vulgi permisit. Centurionemque percunctatus, postquam, 'quæsitum sibi crimen cædemque,' comperit,[c] 'animadverti in

affirmavitque data centurioni jussa interimendi Pisonis. Interfectum fuisse Galerianum, sobrinum ejus generumque. Unam *superesse* in virtute spem incolumitatis. Sed duas aggrediendi vias; sive mallet statim bellum, sive navibus in Galliam advectus, ductorem se Vitellianis legionibus offerret. *Nequaquam ad ea Pisone excito, centurio missus a Muciano, ubi portum Carthaginis ingressus est, alta voce, affluentia omnia Pisoni, velut Imperatori, continuo apprecari; incitare obvios, et repentinæ rei prodigio stupentes, ut eadem acclamarent: credula plebs, concurrere in forum:* conspectum Pisonis *flagitare. Lætitia, plausu, et acclamationibus omnia turbabant, incuria veri, et assentandi cupidine. Piso, nuntio Sagittæ* inductus, *vel ingenita moderatione, non in publicum exiit, neque se favori plebis tradidit. Et sciscitatus centurionem, ubi intellexit* paratum sibi crimen et exitium, puniri eum *jussit, non tam spe salutis, quam ira in inter-*

Brotier.—8 Budens. *omissum;* vitium e vicinia ortum. *Oberl.*—9 Ms. Bnd. *cessisse.* Inde frustra tentat Rhenanus, *cæsos esse.* Brotier.—10 Ms. Jes. *una.* —11 Ms. Agr. *ostentaret.*—12 Præpositio deest in Budeus.—13 Sic bene Acidalius, Ernestus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *omnia;* [et sic Gronov. et Ryckius] *Brotier.*—14 Frustra tentat Groslotius, *conclamare.* Non conclamavit tantum, sed læta hæc omina magna voce intentisque clamoribus continuavit. *Idem.*—15 Ms. Bodl. *obstreperent.*—16 Ita optime Rhenanus et recentiores. Male Ms. Reg. et editiones veteres, *viri.* Mss.

NOTÆ

Linea valli, non aliud est, quam tractus ille ad vallum a Severo aliisque exstructum. *Lipsius.*

[b] *Læta Pisoni omina*] Melius, *omnia:* sic enim supra de Vespas. 'affluentia omnia excepit,' cum nempe imperator salutatus est.

[c] *Quæsitum sibi crimen cædemque comperit*] Sensus est, Centurionem lætas illas voces vulgavisse, ad ten-

Digitized by Google

eum' jussit, haud perinde spe vitæ, quam ira in percussorem, quod idem ex interfectoribus Clodii Macri, cruentas Legati sanguine manus ad cædem Proconsulis retulisset. Anxio deinde edicto[d] Carthaginiensibus[17] increpitis, ne solita quidem munia usurpabat, clausus intra domum, ne qua motus novi causa vel forte oriretur.

50. Sed, ubi Festo consternatio vulgi, Centurionis supplicium, veraque et falsa, more famæ, in majus innotuere, equites in necem Pisonis mittit. Illi raptim vecti, obscuro adhuc[e] cœptæ lucis, domum Proconsulis irrumpunt, destrictis[1] gladiis: et magna pars Pisonis ignari, quod Pœnos auxiliares[f] Maurosque[2] in eam cædem delegerat: haud procul cubiculo, obvium forte servum, quisnam,[g] et ubi esset

fectorem, quod idem ipse unus *ex percussoribus Clodii Macri, imbutas cruore legati manus ad necem proconsulis rursus attulisset. Mox solicito edicto objurgatis Carthaginensibus, ne sueta quidem officia exercebat, clausus intra penates, ne qua novi tumultus occasio vel casu fortuito existeret.*

Sed, postquam compertus est Valerio tumultus plebis, mors centurionis, veraque et ficta, ut famæ ingenium est, *in majus* nuntiata sunt, *mittit equites in cædem Pisonis. Illi propere invecti, dubia adhuc et vix albente luce, irruunt in ædes proconsulis, nudatis ensibus: et* illi *magna ex parte Pisonem ignorabant, quia* Festus *assumserat in eam necem Pœnos auxiliares Maurosque: haud longe a cubiculo* Pisonis *servum forte occurrentem percunctati sunt,* quisnam *esset,* et ubi versare-

Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *indulgentia.* Brotier.—17 Sic bene Cl. Lallemand; et ita passim Livius, Plinius aliique. In libris ante editis, *Carthaginensibus.* Idem.

1 Ms. Harl. et veteres editiones, *districtis.*—2 In Ms. Reg. et editione

NOTÆ

tandum Pisonis animum: ut si alacrem vidisset, paratumque ad capessendum imperium, conscientiam criminis in eo magis argueret; et sic justius ac majori indibrio illum occideret; Pisonem autem, cognito centurionis dolo, jussisse in eum animadverti. *Pichena.*

[d] *Anxio deinde edicto*] Tale fuit edictum, ut anxietatem ejus declararet, et fere ambiguum fuit: quomodo enim loquatur aut edicat? an abblandietur iis, qui principatum illi deferunt? an castigabit, ut statim eum deserant, et stent pro quærentibus ipsi crimen exitiumque? Angustiæ undique et anxietas.

[e] *Obscuro adhuc*] Id est, diluculo, seu luce maligna, mane oriri incipiente, vix dum albente die.

[f] *Pœnos auxiliares*] Mirari subit, quod Pœni ignorarent proconsulem Africæ Carthagine sedentem. Attamen illi externi Romanis, et per unum tantum annum imperabat proconsul, nec se castris immiscebat.

[g] *Quisnam*] Sic intelligendum, quisnam ipse esset? et ubi esset Piso?

Digitized by Google

Piso?' interrogavere. Servus egregio mendacio, 'se Pisonem esse,' respondit: ac statim obtruncatur: nec multo post Piso interficitur. Namque aderat, qui nosceret, Bebius Massa, e Procuratoribus[3] Africæ, jam tunc optimo cuique exitiosus, et in causas malorum, quæ mox tulimus,[h] sæpius rediturus. Festus Adrumeto,[i] ubi speculabundus[j] substiterat, ad legionem contendit,[4] Præfectumque castrorum, Cetronium[5] Pisanum, vinciri jussit, proprias ob simultates: sed 'Pisonis satellitem' vocabat, militesque et Centuriones quosdam puniit,[6] alios præmiis affecit: neutrum ex merito, sed ut oppressisse[7] bellum crederetur. Mox Oëensium,[8k]

tur Piso? *Servus honesto commento respondit*, se esse Pisonem: *et statim trucidatur: et paulo post occiditur Piso. Quippe aderat, qui* eum *nosset. Bebius Massa* unus *e procuratoribus Africæ, jam tunc honestissimo cuique perniciosus, et inter causas calamitatum, quas postea tolerarimus, sæpe memorandus. Valerius Adrumeto, ubi cunctabundus et futuri anxius restiterat, ad legionem se confert, et catenas injici jussit Cetronio Pisano, præfecto castrorum, ob privatas inimicitias: sed* ministrum Pisonis *appellabat, militesque et centuriones nonnullos pœnis affecit, alios remunerarit: omnia* hæc *præter jus fasque, sed ut extinxisse bellum putaretur. Dein pacat sedatque dissensiones Ophensium, et Leptitanorum, quæ, populatione mes-*

principe, *Pœnos, auxiliaresque Mauros.*—3 In Ms. Reg. et editione principe, *procurator Africæ.* Quod certe melius, si unus fuerit procurator Africæ. At forte plures fuere in hac provincia, populi Romani altrice. In Ms. Reg. et editione principe omissum, *Massa.* Brotier.—4 Ita Ms. Reg. editio princeps, Ernestus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus cum Ryckio et Gronov. *tendit.*—5 Ms. Reg. *Secronium.* Editio princeps, *Cecronium.*—6 Ita Mss. Flor. Reg. editio princeps, Rhenanus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *punit.*—7 Ms. Budens. *obrepsisse.*—8 Pessime Ms. Reg. *offensam.* Editio princeps, *offensum.* Ms. Agr. *Aspensium.* Nec melius Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus cum Gronov. *Ophensium.* Emendandum, *Oëensium*, duce Plinio, v. 5. monuerunt Surita, Lipsius, Ryckius et Huetius. Forte tamen ex nummo, quem edidit Cl. Pellerin, 'second Supplément aux Recueils de Médailles,' p. 48. et 49. corrigen-

NOTÆ

[h] *Quæ mox tulimus*] Tempore nempe Domitiani. Tacitus in vita Agricolæ. Plinius in epistolis. *Savilius.*

[i] *Adrumeto*] Adrumetum, urbs Byzacenæ provinciæ, in Africa minore: hodie *Hamamethe*, urbs regni Tunetani in Barbaria. *Tillemonius.*

[j] *Speculabundus*] Ibi enim expectabat Valerius, quorsum res evaderet, num equites occiderent Pisonem, num populus arma capesseret, vel quid aliud forte contingeret.

[k] *Mox Oëensium*] *Oëensium* reposui, statimque, *populus Oëensis.* Te advoco, C. Plini, in meam fidem et Taciti lucem: scribis l. v. c. 5. his ipsis verbis: 'Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit. Proximo bello quod cum Oëensibus Romani gessere, *initiis* Vespasiani imperatoris, compendium viæ quatridui deprehensum est.'

Quod illud bellum sub initia Ves-

Digitized by Google

Leptitanorumque[l] discordias componit, quæ, raptu frugum et pecorum inter agrestes, modicis principiis, jam per arma atque acies exercebantur. Nam populus Oëensis, multitudine inferior, Garamantas exciverat, gentem indomitam et inter accolas latrociniis fœcundam. Unde arctæ[9] Leptitanis res,[m] lateque vastatis[10] agris intra mœnia trepidabant: donec, interventu cohortium alarumque, fusi Garamantes[n] et recepta omnis[11] præda, nisi quam vagi per inaccessa mapalium ulterioribus vendiderant.

51. At Vespasiano, post Cremonensem pugnam et prosperos undique nuntios, 'cecidisse Vitellium,' multi cujusque ordinis, pari audacia fortunaque hybernum mare ag-

sium et armentorum inter rusticos, levibus initiis, tum armis et prœliis decertabant. Quippe natio Ophensis, numero impar, excitaverat Garamantas, nationem imperii ignaram, et inter vicinos raptibus opulentam. Unde angustæ Leptitanorum res erant, *et populatis passim prædiis, intra muros parebant consternati; donec, succurrentibus cohortibus* Rom. *alisque, pulsi* sunt *Garamantes, et recuperatæ quas rapuerant copiæ et opes, nisi quas palati per invia mapalium, remotioribus* populis *venumdederant.*

At post Cremonense prœlium, et fausta undique allata *nuntia, plurimi cujusvis ordinis, simili audentia et fortuna,* sævum ut *per hyemem pelagus ingressi, Vespa-*

dum *Ocensium.* Brotier.—9 Ita Mss. et veteres recentioresque editiones. Rhenanus, *arcta.*—10 Ms. Agr. *vastis.*—11 Ms. Ryckii, *omni.*

NOTÆ

pasiani, nisi illud? itaque Plinio quoque prælucent clare hæc Corneliana. Tempus, situs, nomen, omnia conveniunt.

Et est hoc illud ipsum celebre oppidum, unde Pudentilla Apuleii, ut ipse apologia commemorat. Scripsit et orationem, *pro statua sibi Oëæ locanda.* Lipsius.

Ophensium] Lego cum Lipsio, *Oëensium.* Oëa, urbs Tripolitanæ provinciæ in Africa minore: hodie *Tripoli*, urbs primaria regni Tripolitani, in Barbaria. *Tillemonius.*

[l] *Leptitanorum*] Leptis magna, vel Neapolis, urbs Tripolitanæ provinciæ in Africa minore: hodie *Lebeda* urbs regni Tripolitani ad oram, in Barbaria. Fuit etiam *Lepte minus*, urbs Byzacenæ provinciæ in Africa minore: hodie *Lenita*, vel *Monastero*, urbs regni Tunetani ad oram, in Barbaria. *Tillemonius.*

[m] *Unde arcta Leptitanis res*] Scripserim, *unde arctæ L. res.* Sic supra Hist. III. 69. 'ni subveniretur, arctas res nuntiaret.' *Freinshemius.*

[n] *Garamantes*] Garamantes late sumti, populi Africæ sive Libyæ interioris: hodie pars orientalis regionis *Suara*, vel *Deserti.*

Garamantes proprie dicti, populi Garamantum supradictorum: hodie deserta *Berdoa* et *Lempta*, in regione Saara, &c. *Tillemon.*

Digitized by Google

gressi,[r] nuntiavere. Aderant legati Regis Vologesi, 'quadraginta Parthorum[o] equitum millia' offerentes. Magnificum lætumque, tantis sociorum auxiliis ambiri,[p] neque indigere. Gratiæ Vologeso actæ, mandatumque, 'ut legatos ad Senatum mitteret[q] et pacem esse sciret.' Vespasianus, in Italiam resque urbis intentus, adversam de Domitiano famam accipit: 'tanquam terminos ætatis et concessa filio egrederetur.' Igitur validissimam exercitus partem Tito tradit, ad reliqua Judaici belli perpetranda.

52. Titum, antequam digrederetur,[r] multo apud patrem sermone orasse dicebatur, 'ne criminantium nuntiis temere accenderetur: integrumque se ac placabilem filio præstaret. Non legiones, non classes, perinde firma imperii munimenta,

siano retulere, periisse Vitellium. *Adventabant oratores regis Vologesi, promittentes* quadraginta millia equitum Parthorum. *Gloriosum faustumque* erat, *a tam multis sociorum copiis coli ac prensari, neque opus habere. Redditæ grates Vologeso, rescriptumque*, ut mitteret legatos ad senatum, et finitum bellum esse disceret. *Vespasianus*, curas suas *in Italiam resque civitatis convertens, sinistrum de Domitiano rumorem audit:* tanquam transiret fines ætatis, et permissa filio. *Itaque permittit Tito firmissimam exercitus partem, ad reliquias Judaici belli profligandas.*

Ferebatur Titum, priusquam discederet a patre, *plurimo apud illum colloquio obsecrasse*, ne literis accusantium facile commoveretur: incorruptumque se et exorabilem filio exhiberet. Non exercitus, non classes, æque valida *esse*

1 Ferrettus mallet, *ingressi*. Sed nec peccat, *aggressi*. Brotier.

NOTÆ

[o] *Quadraginta Parthorum*] Nec nimis pro illo rege, et militia totius gentis equestri. Idem numerus in Suetonio, cap. 6. 'Vologesum promisisse quadraginta millia sagittariorum.'

Non pugnat. Nempe equites illi *sagittarii*, ut solent, et hippotoxotæ. *Lipsius.*

[p] *Ambiri*] Magnificum novo principi Rom. prensari et coli a talibus sociis, et præsertim cum auxilio illorum non indigeret.

[q] *Ut legatos ad Senatum mitteret*] Duo facit hic Vespasianus: monet Parthos, ne se immisceant bellis et discordiis populi Rom. quod forte potissimum hac legatione quærebant hostes nominis Rom. honorat simul etiam senatum; captat benevolentiam optimatum procerumque, cum ad senatum mitti legatos jubet, non ad imperatorem: quo priscum decus patrum et veteris libertatis asserere videbatur.

[r] *Antequam digrederetur*] A patre et Alexandria; illum eo usque secutus erat; inde digressus est Cæsaream: quod iter speciatim describit Josephus, sub finem quarti libri de Exscidio. *Savilius.*

Digitized by Google

quam numerum liberorum. Nam amicos tempore, fortuna, cupidinibus aliquando, aut erroribus, imminui,[s] transferri,[t] desinere: suum cuique sanguinem indiscretum, sed maxime Principibus: quorum prosperis et alii fruantur, adversa ad junctissimos pertineant: ne fratribus quidem mansuram concordiam, ni parens[1] exemplum præbuisset.' Vespasianus, haud æque Domitiano mitigatus, quam Titi pietate gaudens, 'bono esse animo' jubet, 'belloque et armis Rempublicam attollere:[2] sibi pacem domumque curæ fore.' Tum celerrimas navium, frumento onustas, sævo adhuc mari committit. Quippe tanto discrimine urbs nutabat, ut decem haud amplius dierum frumentum in horreis fuerit, cum a Vespasiano commeatus subvenere.

53. Curam restituendi capitolii[u] in L. Vestinum confert,[1]

imperii subsidia aut columina, ac numerum filiorum. Quippe amicos tempore, fortunæ casibus, ac cupiditatibus aliquando, aut imprudentia, infringi, transmutari, cessare: suam cuique progeniem ac sobolem inseparabilem, sed maxime imperatoribus: quorum felicitate etiam alii potiantur, improspera ad proximos *tantum* spectent: ne fratres quidem retenturos amicitiam *inter se*, nisi parens specimen exhibuisset. *Vespasianus non perinde placatus Domitiano, ac caritate Titi lætus*, forti esse animo *suadet*, belloque et armis augere Remp. se paci et familiæ invigilaturum. *Tunc hyberno etiam tum æquore invehi jussit promtissimas navium, tritico oneratas. Namque tanto periculo civitas trepidabat, ut annona* quæ *in horreis ad decem non amplius dies sufficeret, cum a Vespasiano copiæ advenere.*

Munus instaurandi Capitolii L. Vestino, equestris loci viro, tribuit, sed qui *gratia,*

1 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Bud. Agr. Guelf. editio princeps, et Ernestus. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ni pater;* et sic Ryckius et Gronov.— 2 Sic bene Ms. Reg. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Guelf. et Puteolanus, *attolleret.* Ms. Jes. *attollerent.* Budens. *attollere;* sed ibi deest *jubet.*

1 Ms. Corb. *cura.* Forte scriptum fuit olim, *cura.... confertur.* Brotier.

NOTÆ

[s] *Imminui*] Per *amicitias* intelliguntur *amici*, et vice versa. Itaque τὸ *imminui*, potest intelligi, vel de ipsa amicitia, quæ inminuitur; vel de ipso numero amicorum, qui pro fortuna crescit aut decrescit.

[t] *Transferri*] Id est, transmutari, et transire seu abire cum ipsa fortuna.

[u] *Curam restituendi capitolii*] Confert in illum jam dictum. Sed affuit igitur Vespasianus, an abfuit? Affuisse Suetonius fortiter dicit, c. 8. 'Ipse restitutionem Capitolii aggressus, ruderibus purgandis manus admovit primus, ac suo collo quædam extulit.' Simile et in Dionis compendio legas.

At Taciti verba et narratio aliorsum eunt, et omnia acta sunt ut Vespasiano absente. Nam si præsens, cur in alium transfert? cur nec nominatur quidem?

Cur cetera omnia, quæ temporum

Digitized by Google

Equestris ordinis virum, sed auctoritate famaque inter proceres. Ab eo[2] contracti Haruspices monuere, ' ut reliquiæ prioris delubri[v] in paludes aveherentur:[3] templum iisdem

honore et auctoritate inter primores excelleret. *Ab illo convocati haruspices jussere*, ut quæ supererant materiæ veteris templi, asportarentur in lacus; delu-

—2 Ms. Corb. *ad ea contracti.*—3 Male Ms. Jes. *aveherent:* [ed. pr. *adveheren*

NOTÆ

serie narrantur, illo absente gesta? Ego nihil nisi pugnam manifestam hic video, et libens audiam (paci amicus sum) conciliantem. *Lipsius.*

Curam restituendi capitolii] Puto Vespasianum fundando Capitolio affuisse. Sic Sueton. Vesp. 8. et Xiphilin. ' Protinus animum adjecit ad struendum in Capitolio templum, primusque rudera auferre cœpit.'

Tamen apud Tacitum præcipuæ dignitatis in hoc negotio præsens Helvidius Priscus est, prætor urbanus, summo, si consules abfuissent, loco.

Equidem seposita Taciti auctoritate, contra quem ne viginti quidem istius generis scriptores præponderent, non video quomodo Vespasianus Romam intrasse potuerit ante vigesimum primum Junii diem.

Alexandriæ enim aliquot menses egit, inquit Tacitus, ' certa maris operiens.' A decimo autem Novembris usque ad decimum Martii, ait Vegetius IV. 39. ' maria clauduntur.'

A decimo Martii ad decimum quintum Maii, ' periculose maria tentantur;' neque facile se quisquam iis committebat, nisi mercator; ut ante, aut circa dimidium Maii, Alexandria solvisse non videatur.

Zonaras vult longe diutius proposito in Ægypto substitisse, quod speraret expugnatum interim iri Hierosolyma ante discessum, ut tum quoque profecturus Romam, Titum haberet comitem.

Præterea, Vespasiani iter fuit tardum, et plerumque terrestre, magnis negotiis occupatum, ut Josephus Excid. VII. c. 5. et 10. Suetonius et alii testantur.

Ita ut, omnibus pensitatis, Romam ingredi non potuerit, nisi declivi jam æstate, et interesse non potuerit Capitolii fundationi. *Savilius.*

Ipse restitutionem Capitolii aggressus, non per se, sed per Vestinum, sed per se ipse ' ruderibus purgandis manus admovit,' cum Romam advenisset.

L. Vestinum equestris ordinis] Estne ille, de quo, oratione pro Gallis, Claudius Cæsar? ' Ex qua colonia (Viennensi) inter paucos equestris ordinis ornamentum L. Vestinum familiarissime diligo.' Ego puto: idque paulo certius, quam eundem Martiali intelligi lib. IV. Epig. 29. ' Cum gravis extremas Vestinus duceret horas, Et jam per Stygias esset iturus aquas: Ultima volventes oravit pensa sorores, Ut traherent parva stamina pulsa mora. Tum largas partitus opes, a luce recessit: Seque mori post hoc credidit ille senem.' Nam hic fuerit potius filius ejus: qui videtur e clausula juvenis obiisse. *Lipsius.*

[v] *Reliquiæ prioris delubri*] Rudera scil. Capitolii sacra erant. Senec. lib. consol. ad Helviam. c. 13. ' Si magnus vir cecidit, magnus jacuit. Non magis illum putes contemni, quam cum ædium sacrarum ruinæ calcantur, quasi religiosi æque ac stantes

Digitized by Google

vestigiis sisteretur: nolle Deos, mutari veterem formam.' Undecimo[4] Kal. Julias, serena luce[w] spatium omne, quod templo dicabatur, evinctum vittis coronisque. Ingressi milites, quis fausta nomina,[5][x] felicibus ramis:[y] dein virgines Vestales, cum pueris puellisque patrimis matrimisque,[z] aqua, vivis e[6] fontibus amnibusque hausta, perluere.[7][a] Tum

brum iisdem fundamentis statueretur; nolle Deos inverti priscam formam. *Vigesimo primo* die *Junii* mensis, *sereno ac tranquillo cœlo, omne intervallum, quod delubro sacrabatur, redimitum* est *tæniis et corollis. Intravere milites, quibus prospera* erant *vocabula*, cum *faustis ramusculis: dein virgines Vestæ, cum pueris puellisque patrimis et matrimis, lympha, e rivis fontibusque et fluviis allata*, id

rentur.] Brotier.—4 Perperam Ms. Jes. *XV. Kal. Jul.* Ceteri libri scripti et editi, *XI. Kal. Jul.* vel *undecimo Kalendas Julias.* Idem.—5 Ita Mss. Vatic. 1863. Flor. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. In Ms. Bodl. *quibus fausta nomina.* Mss. Harl. Jes. et Puteolanus, *quibus fausta omina.* Ms. Agr. *quis fausta omina.* In Mss. Harl. et Jes. superscriptum, *nomina.*—6 Sic bene Jac. Gronovius et recentiores. Sic apud Livium, 1. 45. 'Quin tu ante vivo perfunderis flumine?' Pessime Ms. Reg. *aquaturis e fontibus.* Ms. Flor. *aquatrimis e fontibus.* Editiones veteres, *aquatrimis et fontibus.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *aqua rivis et fontibus.* Emendaverat Ryckius, *aqua e vicinis fontibus.* Brotier.—7 Ms. Corb. *perlueret.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. et veteribus edi-

NOTÆ

adorant.' Scil. *ruinæ* illæ perinde coluntur a religiosis *jacentes*, ac *stantes.*

[w] *Serena luce*] Nihil auspicato fiebat, nisi tranquillo et sereno cœlo.

[x] *Quis fausta nomina*] Non, *omina*, ut vulgo. Vaticanus ita jubet, et mos religionis priscæ: quibus magnæ curæ, ut in his talibus initiis, homines præessent aut interessent bono nomine: id est, e quorum nominibus captari velut augurium aliquod posset prosperitatis et diuturnitatis.

Talia sunt *Salvius, Longinus, Statorius, &c.* Mala contra *nomina*, e quibus triste aliquod, infirmum, breve: ut *Curtius, Minucius, Furius, Hostilius.*

Cicero de Divinat. 'Cum Imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis nominibus, qui hostias ducerent, eligebantur: quod idem in delectu consules observant, ut primus miles fiat bono nomine.'

Plinius: 'Publicis lustris etiam nomina victimas ducentium prospera eligimus.' Tale vaticinium lenonis illius Plautini, in Lucride: 'Nomen atque omen quantivis est pretii, Mihi quoque Lucridem confido fore te.' Adi et Festum in lacus Lucrinus. *Lipsius.*

[y] *Felicibus ramis*] Id est, e felici arbore, (Dis grata, interpretatur Macrobius,) decerptus Ammianus in religione simili, lib. XXIX. 'Linteis quidam indumentis amictus, torulo capite circumflexo, verbenas felicis arboris gestans.'

Huic usui maxime laurus. Livius lib. XL. 'Omnes coronati, et lauream in manu tenentes, supplicaverunt.' Suidas: 'Aisacus: ramus lauri, quem manu tenentes Deos celebrabant.' *Lipsius.*

[z] *Patrimis matrimisque*] Id ad sanctitatem matrimoniorum spectare videbatur, cum domus non esset imminuta, morte aut repudio; nec abs re.

[a] *Aqua... perluere*] Solenni et usi-

Digitized by Google

Helvidius Priscus, Prætor, præeunte Plautio Æliano,[8] Pontifice,[b] lustrata suovetaurilibus[9 c] area et super[10] cespi-

perlavere. Tum Helvidius Priscus, prætor, præmonente Plauto Æliano, Pontifice, expiata suovetaurilibus area, et super cespitem repositis egestisque visceribus,

tionibus, *pluere:* in Budens. *plueret.* Mallet eruditus Antonius Augustinus, *perpluere.* At melius veriusque, *perluere.* Brotier.—8 Male Mss. Vatic. Bodl. Jes. Corb. et editiones veteres, *Plauto Heliatio.* Emendatum postea in libris editis, *Plauto Eliano.* Nondum bene. Vere *Plautio Æliano,* ut habet Cl. Lallemand. Atque ita vertunt Cll. Gordon et Murphy: ' preceded by Plautius Ælianus, the Pontiff.' Ms. Harl. habet quoque, *Æliano.* Sic corrigendum jam conjecerat Ryckius. *Brotier.*—9 Sic bene Lipsius et recentiores. Corrupte Mss. Vatic. 1863. Flor. Reg. Agr. et editio princeps, *bovetaurilibus.* Ms. Covarruviæ, *bovetauribus.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *bove taurisque.* Idem.—10 Ita bene Mss. Flor. Reg. Harl. Jes. Agr. Corb. editio princeps, Rhenanus et recentiores. Ms. Bodl. et Puteolanus, *secundum cespi-*

NOTÆ

tata lustratione, publice privatimque recepta. Tertullianus de baptismo: ' Ceterum villas, domos, templa, totasque urbes aspergine circumlatæ æquæ expiant passim.'

Huic rei et περιῤῥαντήρια vasa in templis, aqua lustrali plena, qua sacerdotes aut æditui intrantes aspergerent, aut etiam ipsi sese.

Sozomenus: ' Ramos quosdam aqua madidos sacerdos tenens, aspergebat, ritu Græcorum sive gentilium, intrantes.' Ovidius: ' Udaque rorales laurea misit aquas.' Insignem ad hanc ablutionem locum abluo, Asconii in divinationem: ' Alii *delubra* dicunt ea templa, in quibus sunt labra corporum abluendorum mortuorum, ut Dodonæi Jovis, aut Apollinis Delphici, in quorum delubris lebetes tripodesque visuntur.'

Fallor, aut τὸ *mortuorum,* ab inepto glossographo est: nec aliunde delubra derivari vult, quam ab ista in templorum vasis aqua, ad deluendum. *Lipsius.*

Et certe corpora mortuorum non abluerentur in delubris, sed intra domos ipsas, scil. priusquam efferrentur.

[b] *Præeunte ... Pontifice*] Livius de Decio se devovente: ' Agedum pontifex populi Rom. præi verba, quibus me pro legionibus devoveam.'

Plin. lib. XXVIII. ' Vidimus certis precationibus obsecrasse summos magistratus; et ne quid verborum prætereatur, aut præposterum dicatur, de scripto præire aliquem.'

[c] *Lustrata suovetaurilibus*] Hæc vera dictio, non *bove taurisque:* præit Vatic., in quo, *bovetaurilibus;* et Covarruviæ, qui, *bovetauribus.* Scilicet prisci in lustrationibus, aut piamentis, hoc sacrificii genus adhibebant, solenni ritu.

Livius lib. IX. ' Telo potiri hostem fas non est: si potiatur, Marti suovetaurilibus piaculum fieri.' Tacitus Annalium V. ' Sacrificantibus, cum hic, more Romano, Suovetaurilia daret; ille, equum placando amni.'

Cato de re Rustic. ' Cum, Divis volentibus, quodque bene eveniat, mando tibi, Mani, uti illace Suovetaurilia, fundum, agrum, terramque meam, quota ex parte circumferenda censeas, uti cures lustrare.'

Quæ victimæ in hoc sacro, etsi vox indicat, clare etiam Varro l. II.

Digitized by Google

tem redditis extis,[d] 'Jovem, Junonem, Minervam præsidesque Imperii Deos'[e] precatus, 'uti cœpta prosperarent, sedesque suas,[f] pietate hominum inchoatas, Divina ope attollerent;' vittas, quis[11] ligatus[g] lapis, innexique funes erant, contigit. Simul ceteri Magistratus et Sacerdotes et Senatus et Eques et magna pars populi, studio lætitiaque connixi, saxum ingens traxere:[h] passimque injectæ fundamentis argenti aurique stipes[i] et metallorum primitiæ, nullis fornaci-

cum rogasset Jovem, Junonem, Minervam, custodesque ac vindices imperii *Deos*, uti vota secundarent, et ædes suas, religione populorum incœptas, divino numine proveherent; *tænias* manu *attigit, quibus evinctum saxum, illigatique funes erant. Pariter reliqui magistratus et sacerdotes, et patres, et equites, et magna pars plebis, studio et alacritate contendentes, lapidem ingentem propulere: passimque immissæ* sunt *fundamentis stipes auri argentique, et auri-*

tem. Brotier.—11 Vulgo *quibus* vel *queis*, ut supra.

NOTÆ

de re Rustic. 'Populus Romanus cum lustratur Suovetaurilibus, circumaguntur verres, aries, taurus.'

Et Quintilianus: 'Nam Suovetaurilia jam persuasum est sue, ove, et tauro.' *Solitaurilia* hæc etiam dicta, docebit te Festus.

Nec abeunt a Græcorum veteri sacro; quod illi τριττὺν, dicebant. De quo Eustatius, aliique. *Lipsius.*

[d] *Super cespitem redditis extis*] Puto, ea pars sacrificii erat, aut potius expiationis. Hoc enim ritu expiavit locum, ita ut super aream cespitemque exta horum animalium exponeret, porriceret, et velut offerret; simulque et effunderet preces tribus numinibus, quibus forte tria hæc animalia mactaverat.

[e] *Præsidesque Imperii Deos*] Sic Græcis Ζεὺς πολιεὺς, πολιοῦχος, ξένιος, φίλιος, ἀγοραῖος dicitur.

[f] *Sedesque suas*] Id est, templum seu Capitolium.

[g] *Quis ligatus*] Vertunt, Quibus adhærebat, *vel*, Ad quas alligatus lapis et annexi funes erant. Potius putarem, vittas illas tenues alligatas lapidi et funibus, in speciem ac decorem tantum; cum e contra, si ad vittas alligaretur lapis, sic vim et molem saxi sustinere viderentur vittæ illæ: quod minus verisimile est. Nam supra: 'Spatium omne quod templo dicabatur, evinctum vittis coronisque.' Sic et pariter crediderim, lapidem *evinctum* et ornatum fuisse vittis, non vero sustentum aut suspensum.

Ligatus] Eodem modo vittis ligatus lapis, quo funes innexi iisdem vittis; nempe ad ritum et ornatum.

[h] *Saxum ingens traxere*] Ita vertunt nonnulli, ut ille ingens lapis libratus funibus suspensusque in aëre, tandem demissus sit in fundamenta Capitolii. Non tamen id præcise colligas ex verbis Taciti: dicit tantum magistratus, sacerdotes, &c. *saxum ingens traxisse;* at quomodo illud fundamentis demiserint, non declarat.

[i] *Argenti aurique stipes*] Haud dubie nummi seu pecunia signata *stipes* illæ, quæ distingui debent a metallo rudi, infecto, et nullis fornacibus victo, quod simul etiam injectum est

Digitized by Google

bus[j] victæ, sed ut gignuntur.[12] Prædixere Haruspices, ne temeraretur[k] opus saxo aurove, in aliud destinato. Altitudo ædibus adjecta. Id solum religio annuere:[l] et prioris[13] templi magnificentiæ defuisse creditum.[14]

54. Audita interim per Gallias Germaniasque mors Vitellii duplicaverat bellum. Nam Civilis, omissa dissimulatione, in Populum Romanum ruere. Vitellianæ legiones vel[1] externum servitium,[m] quam Imperatorem Vespasianum,

fodinarum primitiæ, nullis ignibus domitæ, sed ut generantur. Præmonuere haruspices, ne contaminaretur ædes lapide vel auro, in alium usum destinato. Sublimitas adjuncta delubro. Id unum mutare *permisit* augurum *religio; et* id *existimatum* est *defuisse decori et amplitudini superioris delubri, quo tanta multitudo mortalium contineri debuit.*

Interea mors Vitellii per Gallias Germaniasque vulgata auxerat bellum. Quippe Cirilis, posita omni ambage, imperium Rom. invadere cœpit. *Legiones Vitellianæ præferebant vel extraneam servitutem, principi Vespasiano. Galli in spem erecti,*

12 Ms. Flor. et editio princeps, *sed ut signantur.* Ms. Corb. *et ut signanter.* Ms. Agr. *victæ, sed et signanter prædixere haruspices, &c.* Quod Ryckio non displicet. At immerito. *Brotier.*—13 Ms. Budens. *primoris.*—14 Ernesti cum Brotiero aliisque servarat hic verba: *quo tanta vis hominum retinenda erat.* Sed rectius ad c. 46. referuntur: id respice. *Oberlin.*

1 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Agr. Guelf. editiones veteres et

NOTÆ

fundamentis. Nisi forte idem sint illæ *argenti aurique stipes* et *metallorum primitiæ* nullis ignibus domitæ; ita ut illæ *stipes* fuerint auri argentique infecti.

Puto tamen eas stipes fuisse auri argentique signati. Nam apud Sueton. Aug. 57. 'Omnes ordines in lacum Curtii quotannis, ex voto, pro salute ejus stipem jaciebant.' Et 90. 'Ex nocturno visu stipem quotannis die certo emendicabat a populo, cavam manum asses porrigentibus præbens.' Ubi nota, *asses* datos.

Ejus etiam generis fuit *strena*, quæ Kal. Jan. data Augusto etiam absenti, quam et mox *edixit* Caligula. Suet. 42. 'Stetitque in vestibulo ædium ad captandas stipes, quas plenis manibus ac sinu omnis generis turba fundebat.' Sic in locis sacris, aut quos sacrare vellent. Sozomenus l. II. ubi de quercu Mamre, et puteo ibi effosso: ἄλλοι δ' ἔρριπτον νομίσματα, *Jaciebant alii numismata:* quæ sunt *stipes.*

j *Et metallorum primitiæ nullis fornacibus*] Sic l. XVI. 'Non in formam pecuniæ, sed rudi et antiquo pondere.'

k *Ne temeraretur*] Quemadmodum reliquias veteris templi nulli alii usui prodesse volunt, sed in paludes avehi, ne scil. calcarentur et despectui forent: ita et nullam materiam, quæ in aliud opus destinata fuisset, volunt templo novo extruendo inservire.

l *Id solum religio annuere*] Supra dixerat, 'nolle Deos, mutari veterem formam.'

m *Externum servitium*] Id est, im-

Digitized by Google

malle. Galli sustulerant animos, eandem ubique exercituum nostrorum fortunam rati: vulgato rumore, 'a Sarmatis Dacisque Mœsica ac Pannonica hyberna circumsideri:' paria de Britannia fingebantur. Sed nihil æque, quam incendium capitolii, ut finem Imperio[2] adesse crederent,[3] impulerat. 'Captam olim a Gallis urbem: sed, integra Jovis sede, mansisse Imperium. Fatali nunc igne signum cœlestis iræ datum, et possessionem rerum humanarum Transalpinis gentibus portendi,' superstitione vana Druidæ canebant. Incesseratque fama, primores Galliarum,[n] ab Othone adversus[4] Vitellium missos, antequam digrederentur, pepigisse,[o] 'ne deessent libertati, si Populum Romanum continua bellorum civilium[5] series et interna mala[6] fregissent.'

existimantes eandem esse *ubique nostrarum legionum sortem: sparsa fama*, castra Mœsica et Pannonica obsideri a Sarmatis Dacisque: *similia de Britannia componebantur. Sed nil perinde* illos *commoverat ac combustio Capitolii, ut exitum Reipub.* Rom. *instare putarent.* Expugnatam olim a Gallis civitatem; sed, incolumi Jovis templo, stetisse Rempub. Nunc vero *inani superstitione* moti *Druidæ jactabant*, fatali jam incendio signum Deorum iræ præmonstratum, et totius orbis principatum Transalpinis nationibus præsagiri. *Increbueratque rumor, proceres Galliarum, missos ab Othone contra Vitellium, priusquam abirent aut separarentur* ab invicem, *pactum iniisse inter se*, ne libertati *vindicandæ* deessent, si Resp. Rom. diuturno bellorum civilium motu et intestinis cladibus infringeretur attereretur que.

recentiores. Rhenanus ac Lipsius omisere, *vel.*—2 Sic Mss. Flor. Reg. Agr. editio princeps, Ryckius et recentiores. Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *finem imperii.* Ms. Jes. *imperii finem.*—3 Sic bene Mss. et veteres recentioresque editiones. In intermediis, *crederetur.* Brotier.—4 Budens. *versus.*—5 *Civilium* abest ab editione principe.—6 Male editio princeps, *et intervalla.* Brotier.

NOTÆ

perium Galliarum. Jurare, seu adigi malebant in verba Galliarum, quam in Vespasiani nomen.

[n] *Primores Galliarum*] Hæreo: qui isti, quando, et unde ab Othone adversus Vitellium missi? nisi intelligat *Rom. senatores*, quorum multi origine Galli, in comitatum asciti ab Othone adversus Vitellium.

Sed istius ordinis homines, nisi me fallit conjectura, adeo novis inceptandis studere non solent. *Savilius.*

Quidni *primores Galliarum*, licet senatorii, potuerunt asserere libertatem Galliarum? (nam de hac ibi tantum agitur:) quidni et alii proceres, præter senatorios, fuere tum in urbe, et agitare animo libertatem suæ Galliæ potuerunt? Nam in eo procerum decus agebatur et summa gloriæ, si jugum servitii Rom. excutere potuissent. Mallent quippe regnare in Galliis, in patria, quam servire in urbe et in curia cum titulo senatorio; et illi *inter instrumenta servitutis;* et pridem forte pœnitebat.

Digitized by Google

55. Ante Flacci Hordeonii cædem, nihil prorupit,[1] quo conjuratio intelligeretur. Interfecto Hordeonio, commeavere nuntii inter Civilem Classicumque, Præfectum[p] alæ Treverorum. Classicus nobilitate opibusque ante[2] alios.[q] Regium illi genus et pace belloque clara origo. Ipse e majoribus[3] suis hostis Populi Romani quam socius, jactabat.[r]

Ante necem Flacci Hordeonii nihil eruperat, quo conspiratio aperiretur. Interemto Hordeonio, sibi vicissim misere nuntios Civilis et Classicus, qui præerat alæ Treverorum. Is claritudine et diritiis ceteros præcellebat. Regia stirps illi, et domi militiæque nobilis prosapia. Ipse jam et *ab avis et patribus suis,* velut ingenitum *hostile odium adversus Romanos,* magis *quam societatem prædicabat.*

1 Ms. Agr. *erupit.*—2 Ita Mss. Vatic. 1863. Flor. Reg. Agr. Covarruviæ, editio princeps, Pichena et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *anteibat alios.* Jam dictum supra Annal. I. 27. 'Maxime infensi Cn. Lentulo, quod is ante alios ætate et gloria belli.' *Brotier.*—3 Ita editio princeps, Lipsius et recentiores. Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *is se e majoribus suis, hostis, &c.* Ms. Jes. *is se e moribus suis, &c.* Mallent Mercerus et Pichena, *ipse e majoribus suis hostes populi Romani, quam socios, jactabat.* Forte tamen non ita peccat vulgata scriptura. Nempe ipse, ob majores suos, se hostem potius populi Romani, quam socium jactabat. *Hostis* et *socius* sunt quoque in Mss.

NOTÆ

[o] *Antequam digrederentur, pepigisse*] Intellige, antequam a se invicem digrederentur, primum pepigisse, seu convenisse, non cum Othone certe, sed secum invicem.

Non id pepigerant proceres cum Othone. Nam *libertas* illa directe pugnaret cum ejus principatu, et cum ejus cœptis. Nam cum illos *primores Galliarum* præmitteret *adversus Vitellium,* habuit in animo, non asserere *libertatem,* sed imperium, et quidem sibi uni.

Et quamvis restitueret Otho libertatem et Rempub. populo Rom. de quo tamen hic nondum agebatur, non tamen assereret aut restitueret libertatem Galliarum, quod volebant illi primores; immo cohiberet Gallos et Germanos ceterosque Barbaros, remque Rom. tueretur assereretque adversus hasce gentes, quæ primo Vitellium defendebant. Nec forte *libertate* contenti forent Galli, ejectis Romanis. Nam ut infra habetur, c. seq. 'Coalita libertate, dispecturas Gallias, quem virium suarum terminum velint.'

[p] *Præfectum*] Sic vocabant indistincte, qui præessent alis equitum, sive legionarii et Romani sive auxiliares essent illi equites. Hæc ala auxiliaris et sociorum fuit, *Treverorum* nempe.

[q] *Ante alios*] Ita brevius et verius Vatic. et Covarruviæ. Sic Annalium lib. I. 'Cn. Lentulus ante alios ætate et gloria belli.' *Lipsius.*

[r] *Hostis ... quam socius jactabat*] Sic restitui. Transmarinum et elegans dicendi genus est, *jactat esse socius:* pro *jactat se socium esse.* Homerus: 'Hector qui jactat filius esse Tonantis.' Plautus Bacchidibus: 'Eja, nunc esse ego opinor Hercules; tu

Digitized by Google

Miscuere sese Julius Tutor et Julius Sabinus: hic Trevir, hic Lingon.[4a] Tutor ripæ Rheni a Vitellio præfectus: Sabinus, super insitam vanitatem,[t] falsæ stirpis gloria incendebatur:[5] 'proaviam suam D. Julio, per Gallias bellanti, corpore atque adulterio placuisse.' Hi[6] secretis sermonibus animos ceterorum scrutari:[7] ubi, quos idoneos rebantur, conscientia obstrinxere,[8] in colonia Agrippinensi in[9] domum privatam conveniunt; nam publice civitas talibus inceptis abhorrebat: attamen interfuere quidam Ubiorum Tungrorumque. Sed plurima vis penes Treveros ac Lin-

His accessere Julius Tutor et Julius Sabinus: ille Trevir, iste Lingon. Tutor littori Rheni a Vitellio impositus erat: Julius *Sabinus, præter ingenitam juctandi decoris arroganticm*, etiam *ementitæ originis ambitione incitabatur:* proaviam suam dictatori Cæsari, bellum per Gallias gerenti, forma atque stupro arrisisse, gloriabatur. *Hi occultis colloquiis mentes aliorum explorare: ubi, quos aptos existimabant, societate consiliorum sibi devinxere, apud civitatem Agrippinensem, in ædes privatas coëunt; quippe publice colonia ejusmodi consilia aversabatur: affuere tamen nonnulli Ubiorum et Tungrorum. Sed maxima vis penes Tre-*

Reg. et Guelf. *Brotier.*—4 Ita Puteolanus et recentiores. Nec variant Mss. Harl. Bodl. Jes. et sæpe in iis Historiarum libris memorantur, *Lingones.* Habet tamen Ms. Flor. *Lingonus.* Mss. Reg. Agr. et editio princeps, *Lingonius.* Forte Romani dixere, *Lingonus.* Sic enim de Gallo quodam Lingono Martialis, VIII. 75. 'Dum repetit sera conductos nocte penates Lingonus a recta Flaminiaque recens, Expulit offenso vitiatum pollice talum, Et jacuit toto corpore fusus humi. Quid faceret Gallus, qua se ratione moveret? Ingenti domino servulus unus erat,' &c. *Brotier.*—5 Ms. Budens. *incedebat.*—6 Sic bene editiones veteres et recentiores. In Ms. Bodl. et intermediis editionibus, *his. Brotier.*—7 Tentat Pichena, *scrutati.* Quod certe vitiosum non foret. Sed nec peccat vulgata scriptura. *Idem.*—8 Editio princeps, *astrinxere.* Perperam in margine Ms. Bodl. *obstringere. Idem.*—9 Præpo-

NOTÆ

antem Linus.' Virg. 'Sensit medios delapsus in hostes.' *Lipsius.*

E majoribus suis hostis, &c.] Dupliciter id intelligi possit: suos majores jactabat Sabinus, sed magis qui hostes fuerant populi Romani: vel, si spectarentur sui majores, potius hostem se populi Romani, quam socium prædicabat. Si legis, *socios*, sensus erit: *e majoribus suis*, magis celebrabat eos qui fuerant hostes populi Romani, quam qui socii fuerant. Nec Græcam phrasim usque adeo æmulatur Tacitus; et maxime diffidendum correctoribus. Puto scripsisse, *hostis*, pro *hostes;* scil. *hostes populi Rom. quam socios jactabat:* supple, *magis.*

[a] *Hic Trevir, hic Lingon.*] Sententia exigit: *ille Trevir, hic Lingon.* Pichena.

[t] *Super insitam vanitatem*] Quidam ita vertunt, ut eam vanitatem intelligant de natione. Quasi diceret: Præter innatam suæ genti Gallicæ vanitatem, &c. quæ vanitas tamen propria Sabini fuit.

Digitized by Google

gonas: nec tulere moras consultandi: certatim proclamant: 'furere discordiis Populum Romanum, cæsas legiones, vastatam Italiam, capi cum[10] maxime urbem, omnes exercitus suis quemque bellis detineri:[11] si Alpes præsidiis firmentur, coalita libertate, dispecturas[12] Gallias, quem virium suarum terminum velint.'

56. Hæc dicta pariter probataque: de reliquiis[1] Vitelliani exercitus dubitavere. Plerique 'interficiendos' censebant, 'turbidos, infidos, sanguine Ducum pollutos.' Vicit ratio parcendi: 'ne, sublata spe veniæ, pertinaciam accenderent.[2] Alliciendos potius in societatem. Legatis tantum legionum interfectis, ceterum vulgus,[a] conscientia scelerum et spe impunitatis, facile accessurum.' Ea primi consilii[3] forma: missique per Gallias concitores[4] belli. Simulatum

veros et Lingonas: nec toleravere stata ordine *deliberandi tempora: certatim exclamant;* vesanam ruere dissensionibus gentem Rom. profligatas legiones, depopulatam Italiam, subverti præcipue civitatem, universos exercitus suis quemque bellis occupari: si Alpes stationibus obsideantur, firmata libertate, *jam* consulturas Gallias, quem potentiæ suæ finem cupiant.

Hæc prolata simul et laudata sunt: *consultavere de reliquiis Vitellianarum legionum. Plurimi* necandos esse *disserebant; utpote* seditiosos, perfidos, et cruore legatorum inquinatos. *Vicit ratio veniam concedendi;* ne, ademta spe salutis, pervicacia irritarentur. Illiciendos *esse* potius in partes. Ducibus solummodo legionum interemtis, reliquam plebem, societate facinorum et spe veniæ, ultro sese adjuncturam. *Ea primo conventu gesta* sunt: *missique per*

sitio *in*, abest a Ms. Jes. Addita est secunda manu in Ms. Harl.—10 Ita Rhenanus et recentiores. Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *tum maxime*. Editio princeps, *tamen maxime*.—11 Sic Ms. Reg. editio princeps et Ernestus. Mss. Harl. Bodl. Guelf. et Rhenanus, *distineri*. Puteolanus, *destineri*. Male Ms. Jes. *destinari*. Brotier.—12 Sic bene recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *despecturas*. Ms. Reg. et editio princeps, *alias despecturas*. Ms. Agr. *altius despecturas*. Redundant *alias* et *altius*. Brotier. Budens. male *disceptas*. Oberlin.

1 Mss. Budens. Agr. *reliquis*.—2 Sic bene Mss. Flor. Reg. Agr. editio princeps, Ernestus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus cum Ryckio et Gronov. *pertinacia accenderentur*. Brotier.—3 Ita Ms. Reg. editio princeps, Ernestus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus cum Ryckio et Gronov. *concilii*. Sic quoque vertit Davanzati: *Così conchiuse la prima dieta*. At Cl. Gordon: 'This was the substance of their first consultation.'—4 Ms. Jes. *concitutores*.—5 Ms. Reg. et editio princeps, *invidis*.—

NOTÆ

[a] *Ceterum vulgus*] Nempe gregarium militem.

Digitized by Google

ipsis obsequium,[v] quo incautiorem Voculam opprimerent. Nec defuere, qui Voculæ nuntiarent. Sed vires ad coërcendum deerant, infrequentibus[w] infidisque[5] legionibus. Inter ambiguos milites et occultos hostes, optimum[6] e præsentibus ratus, mutua dissimulatione[7] et iisdem, quibus petebatur, artibus[8] grassari; in coloniam Agrippinensem descendit. Illuc Claudius Labeo, quem, captum et extra conventum[9] [x] amandatum in Frisios, diximus, corruptis custodibus

Gallias commotores belli. Ficta conjuratis obedientia, quo facilius inopinantem Voculam circumvenirent. Et fuere, qui Voculam admonerent. Sed vires ad comprimendum non suppetebant, invalidis et ambiguis legionibus. Inter dubiæ fidei milites, et dissimulantes hostes, tutissimum e præsentibus arbitratus, vicissim simulando, et iisdem, quibus oppugnabatur, dolis obrepere; in civitatem Agrippinensem se contulit. Illuc Claudius Labeo, quem vinctum, et extra concilium Batavorum *ablegatum in Frisios, memoravimus, solicitatis qui custodiæ appositi erant, evasit;*

6 Ms. Agr. et editio princeps, *opportunum*.—7 Ms. Bodl. *discordia*. At in margine habet, *dissimulatione*.—8 Ita Ms. Agr. Puteolanus et recentiores. Nec variant Mss. Harl. Bodl. Jes. A Mss. Flor. Reg. et editione principe abest, *artibus*. Quod quidem probabat Jac. Gronovius, ne *artes* de iis fraudibus dicerentur. At, *artes* eo sensu a Livio Sallustioque usurpatas fuisse, merito observat Cl. Ernestus. *Brotier*.—9 Bene Ms. Agr. Rhenanus et recentiores, *conventum*. In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *commentum*. Ms. Flor. *comtum*. Mss. Harl. Jes. *continentem amnem*. Ms. Bodl. *commentum amnem*; et in margine, *continentem* pro *commentum*. Inde tentabat Boxhornius, *extra continentem amandatum*. At melius, *conventum*. Amandatus enim fuerat extra conventum Batavorum, et in Frisios avectus, ut dictum est supra Hist. IV. 18. Tanto melius autem dicitur conventus, quod plures convenirent populi, Batavi, Canninefates, Marsaci. Sic apud Plinium, III. 3. et V. 29. multi populorum conventus celebrantur. *Amandatum* habent Mss. Agr. Bodl. Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *emendatum*. Ita

NOTÆ

[v] *Simulatum ipsis obsequium*] An Gallis, an Batavis? Nam infra: 'Vocula Gallorum fraude illectus.' Puto, illi Galli sunt Classicus scil. ac Tutor; qui statim Voculam deseruere, et cum Germanis inita societate, proprium vallum sibi muniere.

[w] *Infrequentibus*] Quia robora legionum a Vitellio abducta, et restabant inania tantum nomina; aut suppletæ fuerant legiones novis et licentia corruptis militibus.

[x] *Extra conventum*] Accipio, extra conventum socialem ejectum ab iis omnibus, qui arma in Romanos junxissent. *Lipsius*.

Non ab omnibus ejectus; sed Civilis eum, ut æmulum, amovit, supra c. 18. 'Ne interfectus, invidiam apud populares, vel si retineretur, semina discordiæ præberet:' quod nunc facit. Amotus est in Frisios, *extra conventum* Batavorum, ne scil. conventui, aut consiliis Civilis et aliorum, adversaretur.

Extra conventum amandatum] Noluerat enim Civilis Labeonem interesse conciliis Batavorum reliquorum-

Digitized by Google

perfugit; pollicitusque, 'si præsidium daretur, iturum in Batavos et potiorem civitatis partem ad societatem Romanam retracturum;' accepta peditum equitumque modica manu, nihil apud Batavos ausus, quosdam Nerviorum Betasiorumque[10 y] in arma traxit. Et furtim magis, quam bello, Canninefates Marsacosque[11 z] incursabat. Vocula Gallorum fraude illectus, ad hostem contendit.

57. Nec procul Veteribus aberat, cum Classicus ac Tutor, per speciem explorandi prægressi, cum Ducibus Germanorum[1] pacta firmavere. Tumque primum discreti a legionibus proprio vallo castra sua circumdant, obtestante Vocula, 'Non adeo turbatam[a] civilibus armis rem Romanam, ut Treveris etiam Lingonibusque despectui sit. Su-

promisitque, si copiæ sibi traderentur, petiturum Batavos, et majorem nationis partem ad obsequium et partes Rom. reducturum; *accepto peditum equitumque modico agmine, nihil inter Batavos molitus, nonnullos Nerviorum, Bethasiorumque in commilitium allexit. Et latrociniis magis, quam* justo *bello, Caninefates Marsacosque infestabat. Vocula Gallorum dolo pellectus, adversus hostem movit.*

Nec longe a Veteribus distabat, cum Classicus ac Tutor, prætextu explorandi præeuntes, sanxere fœdus cum ducibus Germanorum. Tumque primum separati a legionibus, proprio aggere munimenta sua cingunt, contra clamitante Voculu, Non adeo subversum aut perculsum civili bello imperium Rom. ut contemtui etiam sit Treveris et Lingonibus. Manere adhuc in fide provincias, *superesse*

quoque Mss. Harl. et Jes. in margine. *Brotier.*—10 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus. In Ms. Reg. et editione principe, *Becasiorum*. Ms. Guelf. *Bertasiorum*. Alii, *Bethasiorum*. Plinio quidem, IV. 17. memorantur, *Betasi*. At iidem in Inscriptione veteri appellantur CIVES BETASII. Eorum memoria manet adhuc in vico *Bets*, teste Bucherio; 'Belgium Romanum,' p. 184. *Brotier.*—11 *Marsatiosque* legebat Muretus: at in *Marsacosque* omnes conspirant libri.

1 Faërnus volebat *Treverorum*.

NOTÆ

que Gallorum, et præcipue ultimo; omnia enim obtrectatione gloriæ, et æmulatione adversus Civilem, corrupisset.

y *Betasiorum*] Aduatici, qui postea *Betasii* dicti sunt, pars Eburonum populorum, in Germania inferiore, Belgicæ provinciæ; hodie major pars episcopatus Namurcensis, *Namur*, et aliquid episcopatus Leodiensis, *Lyege*. Tillemon.

z *Marsacosque*] Marsaci, populi Germaniæ magnæ, ad Salam fluvium et Flevonem lacum, prope Belgicam regionem: hodie *Veluve*, tractus Gueldriæ ducatus ad septentrionem, in Belgio Fœderato. *Tillemon.*

a *Non adeo turbatam*] Sic mox Stilico apud Claudianum, de bello Getico: 'Non ita Romanum fati violentia nomen Obruit, ut vestros nequeat punire tumultus.' *Lipsius.*

Digitized by Google

peresse fidas provincias, victores exercitus, fortunam Imperii, et ultores Deos. Sic olim Sacrovirum et Æduos,[b] nuper Vindicem Galliasque, singulis præliis concidisse. Eadem rursus Numina,[2] eadem fata, ruptores fœderum expectarent. Melius D. Julio Divoque Augusto notos eorum animos. Galbam,[c] et infracta tributa, hostiles spiritus induisse. Nunc hostes, quia molle servitium: cum spoliati exutique fuerint, amicos fore.' Hæc ferociter locutus, postquam perstare in perfidia Classicum Tutoremque videt, verso itinere, Novesium concedit. Galli duum millium spatio distantibus campis consedere. Illuc commeantium Centurionum militumque emebantur animi: ut (flagitium incognitum) Romanus exercitus in externa verba

victrices legiones, fortunam Pop. Rom. et vindices Deos. Sic olim Sacrovirum et Æduos, novissime Vindicem et Gallias singulis certaminibus corruisse. Eosdem rursus Deos, eandem sortem exitiumque, pacis infractores sperarent. Melius perspecta eorum ingenia *fuisse* Divo Julio et Divo Augusto. Galbam, et imminuta vectigalia, hostiles animos incitasse. Nunc infensos, quia mitis servitus; cum spoliati direptique fuerint, *tum* amicos fore, *ac pacem servaturos. Hæc cum minaci ore promisisset, ubi permanere in rebellione Classicum Tutoremque animadvertit, mutata via, Novesium se recipit. Galli substitere in agris, duorum millium intercapedine discretis. Illuc itinantium centurionum militumque solicitabantur animi: ut (o scelus inauditum) Romanæ legiones externo*

2 Ita bene Rhenanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *nomina*. Ms. Bodl. et Puteolanus *omina*. Mss. Harl. Jes. *omnia*. In margine Ms. Harl. *omina*. Brotier.

NOTÆ

[b] *Sic olim Sacrovirum et Æduos*] Quarto Tiberii anno. Tacitus Annal. III. *Savilius*.

[c] *Galbam*] Splendidum Taciti ἀμφίτημα μνημονικόν. Galba enim non imminuit, sed auxit potius Lingonum et Treverorum tributa, eosque varie afflixit. Urbibus quidem nonnullis quartam tributorum pendi solitorum, partem remisit, sed non in hisce comitiis. *Savilius*.

Ego potius artem oratoris esse censeo, ad invidiam faciendam defectoribus Gallici nominis, quod quædam civitates accepissent, quasi omnibus datum esset, interpretantis; et quasi pro eo, quod nonnulli ejusdem gentis populi adepti forent, alii quoque gratiam deberent.

Asconius in Divinat. 'Siculis omnibus. Elatorie: cum enim a duobus quæstoribus Sicilia regi soleret, uno Lilybætano, altero Syracusano, ipse vero Lilybætanus quæstor fuerit, Sex. Peducæo prætore, omnibus tamen se placuisse dixit.' *Gronovius*.

Jam ad optimam et maximam Galliarum partem respicit, quæ Galbam foverat, et adversos Lingonas spernit.

Digitized by Google

jurarent, pignusque tanti sceleris nece aut vinculis Legatorum daretur. Vocula, quanquam plerique fugam suadebant, audendum ratus, vocata concione, in hunc modum disseruit :

58. ' Nunquam apud vos verba feci, aut pro vobis solicitior, aut pro me securior. Nam mihi exitium parari, libens audio: mortemque in tot malis honestam,[1] [d] ut finem miseriarum, expecto. Vestri me pudet miseretque, adversus quos non prælium et acies parantur, id enim fas armorum et jus hostium.[2] Bellum cum Populo Romano vestris se manibus gesturum, Classicus sperat, Imperiumque et sacramentum Galliarum ostentat. Adeo nos,[3] si fortuna in præsens virtusque[4] deseruit, etiam vetera exempla deficiunt; quotiens Romanæ legiones perire præoptaverint,[5] ne loco

sacramento adigerentur, et auctoramentum tanti facinoris præberetur morte aut carcere legatorum. Vocula, licet multi fugam ei consulerent, forti animo agendum censuit, et vocato milite, in eam sententiam orsus est :

Nunquam apud vos orationem habui, vel pro vobis magis anxius, aut pro me cura magis vacuus. Quippe libens accipio, mihi perniciem strui : necemque in tot calamitatibus, ut honestum exitum ærumnarum, opperior. Subit animum pudor vestri et miseratio, contra quos non pugna et acies instruuntur, id quippe jus armorum, et fas hostium. Classicus sibi pollicetur, bellum illaturum imperio Rom. vestris dextris, principatumque et sacramentum Galliarum ostentui *vobis* exhibet. Adeo nobis, si fors ad præsens et fortitudo destituit, etiam prisca exempla desunt; quoties legiones Rom. inter-

1 Brotierus cum Ryckio et Gronovio pro *honestam*, scribit *hostium*. Colerus dabat *in tot manibus hostium*. Bip. *extremum*, quod, quomodo a librariis potuerit verti in *hostium*, difficile dictu. Potius *honestum* scripserit Tacitus, ut A. I. 70. 'honestæ mortis usos.' Id ergo recepi Ann. quoque XV. 25. pro *inhonesta* libri habent *in hoste*, *inhosta*. Oberl.—2 Post *hostium* Gronovius inserit *est*, consentientibus Mstis. Flor. Budens. et Agr.—3 Mss. Harl. Agr. et Ryckius, *adeo vos*. Ceteri omnes, *adeo nos*. Paulo vividior erit oratio, si *vos* legatur. *Brotier.*—4 Hæc, *virtusque* absunt a Ms. Bud.—5 Ita

NOTÆ

[d] *In tot malis hostium*] Haud plane damno. Forte, *portum et finem*. Quid si *in tot malis honestam?* Lipsius.

In tot malis hostium] Forte scripsit, *mortemque in tot malis, honestum ut finem*, Mallem tamen abesset illa vox, *hostium*; et forte irrepsit ex sequentibus, aut male addita est. Scripsisse, *honestum*, seu *honestam*, possit colligi ex sequentibus : 'De supremis agitantem liberti servique prohibuere, fœdissimam mortem sponte prævenire.' Scil. *fœdissima mors*, quæ a desertore illata est; at *honesta*, quam sua manu *sponte* prævenisset.

Digitized by Google

pellerentur:[e] socii sæpe nostri,[f] exscindi urbes suas, seque cum conjugibus ac liberis cremari, pertulerunt: neque aliud pretium exitus, quam fides famaque. Tolerant cum[6] maxime inopiam obsidiumque apud Vetera legiones, nec terrore aut promissis demoventur. Nobis, super arma et viros et egregia castrorum munimenta, frumentum et commeatus, quamvis longo bello pares. Pecunia nuper etiam[7] donativo suffecit:[8] quod sive a Vespasiano, sive a Vitellio, datum interpretari mavultis, ab Imperatore certe Romano accepistis. Tot bellorum victores, apud Geldubam, apud Vetera, fuso totiens hoste, si pavetis aciem, indignum id quidem: sed est vallum murique et trahendi artes, donec e proximis provinciis auxilia exercitusque concurrant. Sane[9] ego displiceam: sunt alii Legati,[g] Tribuni, Centurio[h] denique,[10]

necione deleri maluerint, ne statione dimoverentur: nostri sæpe socii, solo æquari civitates suas, seque cum uxoribus et filiis incendi sustinuerunt: neque alia merces excidii *fuit*, quam constantia gloriaque. Legiones ferunt quam patientissime famem et obsidionem apud Vetera *castra*, nec pavore aut spe deturbantur. Nobis, præter arma et homines, et validissima castrorum propugnacula, annona et copiæ, licet diuturno bello sufficiunt. Pecunia novissime etiam congiario suppeditavit: quod, sive a Vespasiano sive a Vitellio tributum intelligere malitis, a principe certe Rom. donati estis. Tot præliorum victores, apud Geldubam, apud Vetera, cæso toties hoste, si formidatis pugnam, id sane flagitium *est:* sed sunt castra munimentaque, et nectendi moras industria, donec e finitimis provinciis confluant copiæ sociorum, exercitusque. Ego sane non placeam vobis: sunt alii duces, tribuni, centurio tandem,

veteres et recentiores editiones. In intermediis, *præoptaverunt*.—6 Ita Ms. Reg. editio princeps, Rhenanus et recentiores. Ms. Bodl. et Puteolanus, *nunc maxime*. Mss. Harl. Jes. Guelf. *quor*, vel *cur nunc maxime*.—7 Ms. Ryckii *et* pro *etiam*.—8 Sic bene Lipsius, Pichena et recentiores. Male in Mss. et veteribus editionibus, *sufficit*. Jam enim acceperant donativum. *Brotier*.—9 Ms. Reg. et editio princeps, *sin ego*. Puteolanus ac ceteri omnes, *sane*. Nec variant Mss. Harl. Bodl. Jes.—10 Ita editiones veteres

NOTÆ

[e] *Ne loco pellerentur*] Ne statione seu ordine, potissimum in prælio, dimoverentur legiones, perire maluerunt.

[f] *Socii sæpe nostri*] Intelligit de Saguntinis, quos Annibal expugnavit, et similibus.

[g] *Sunt alii legati*] Est qui vertat: Sunt alii duces, ut et alii milites: sed male sana illa antithesis. Vult tantum hoc Vocula; Si vobis displiceo, sunt alii legati, quos vobis præficere potestis, qui vos ducere et regere possunt; sunt etiam tribuni, vel centurio, vel miles, e quibus ducem eligere potestis; penes vos est, assumere ducem ex illis, qui vobis placeat.

[h] *Centurio denique*] Id est, Si vobis displiceam, sunt alii duces; Tribu-

Digitized by Google

aut miles. Ne hoc prodigium toto[11] terrarum orbe vulgetur, vobis satellitibus, Civilem et Classicum Italiam invasuros. An,[12] si ad mœnia urbis Germani Gallique duxerint, arma patriæ inferetis? Horret animus tanti flagitii imagine. Tutorin'[13] Trevero agentur excubiæ?[i] Signum belli[14] Batavus dabit? Germanorum catervas supplebitis? quis deinde sceleris exitus? cum Romanæ legiones contra direxerint; transfugæ e transfugis, et proditores e proditoribus, inter recens et vetus sacramentum[j] invisi Deis errabitis? Te, Jupiter Optime Maxime, quem per octingentos[15] viginti annos, tot triumphis coluimus, te, Quirine, Romanæ parens urbis, precor venerorque, ut, si vobis non fuit[k] cordi,[16]

vel miles. Ne hoc portentum per universum orbem differatur, vobis auctoribus ac ministris, Civilem et Classicum Italiam irrupturos. An, si ad muros urbis Germani Gallique ductarint, bellum penatibus illaturi estis? Pavet animus cogitatione tanti facinoris. Tutori Trevero apponentur custodiæ? Signum prælii dabit Batavus? Germanorum cuneos replebitis? quis postea flagitii finis? cum legiones Rom. contra aciem struxerint; perfugæ e perfugis, et desertores e desertoribus; infesti Diis *et incerti* errabitis inter novissimum et priscum sacramentum? Te rogo adoroque, Jupiter Optime Maxime, quem per octingentos viginti annos, tot laureis triumphisque celebravimus; te, Romule, Romanæ conditor civitatis, ut, si vobis non placet, me rectore, hæc

et recentiores. Ms. Reg. *et miles.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Rhenanus, *centurioque aut miles.* Sensus autem est: Sunt alii legati, tribuni, centurio denique, aut etiam miles, ex quibus ducem eligere potestis. *Brotier.*—11 *Toto* displicet Cl. Ernesto. Mallet, *tantum.* Melius, *toto.* Idem. —12 Ms. Bodl. *aut si.* Mss. Harl. Jes. *at si.* Recte emendatum in Ms. Harl. *an si.* Brotier.—13 Sic Ms. Flor. Ms. Reg. *Tutor in Treviros.* Editio princeps, *Tutor in Treviro.* Inde scriptum olim, *Tutorine Trevero,* vult Jac. Gronovius. In Mss. Harl. Bodl. Jes. *Tutori Treviro;* et sic Brotierus cum Ryckio et Gronov. et Bipont.—14 *Belli* non est in Ryckii Msto.—15 Male Ms. Guelf. *ducentos et XX.* Brotier.—16 A Ms. Bud. aberat, *cordi.*

NOTÆ

num, centurionem, vel quempiam militum, summæ rerum præficere potestis.

[i] *Agentur excubiæ*] Nempe tanquam imperatori, vel duci: habebat enim prætor seu imperator cohortem prætoriam excubantem apud tentorium, ex more militiæ.

[j] *Inter recens et vetus sacramentum*] Id est, An rursus prodetis Gallos, et novum sacramentum violabitis, ita ut inter recens sacramentum, nempe Gallorum, et vetus sacramentum populi Rom. erretis incerti et infesti Diis hominibusque?

[k] *Si vobis non fuit cordi*] Imitatum clare e Livio: 'Vos, Dii immortales, precor quæsoque, si vobis non fuit

Digitized by Google

me Duce, hæc castra incorrupta et intemerata servari, at certe pollui fœdarique a Tutore et Classico ne sinatis.[l] Militibus Romanis aut innocentiam detis, aut maturam et sine noxa pœnitentiam.'

59. Varie excepta oratio, inter spem metumque ac pudorem. Digressum Voculam, et de supremis agitantem, liberti servique prohibuere, fœdissimam mortem[m] sponte prævenire. Et Classicus, misso Æmilio Longino, desertore primæ legionis, cædem ejus maturavit. Herennium et Numisium, Legatos,[n] vinciri satis visum. Dein, sumtis Roma-

munimenta integra et illibata manere, at saltem ne permittatis contaminari temerarique a Tutore et Classico. Legiones Romanas vel innoxias servate, vel properam et sine clade pœnitentiam tribuite.

Diversis animis audita oratio, inter spem formidinemque ac verecundiam. Cum discessisset Vocula, et de exitu deliberaret, liberti servique cohibuere, ne turpissimum finem ultro occuparet. Et Classicus, misso Æmilio Longino, transfuga primæ legionis, necem ejus properavit. Placuit sufficere, *si vinclis cohiberent Herennium et Numisium, legatos. Postea* Classicus, *acceptis insignibus imperii Rom. ad*

Inde emendavit ediditque Rhenanus, *si vobis non fuit*, id est, licuit. Quod merito reprehendit Lipsius. Tacitus imitatur Livium, IX. 8. 'Vos, Dii immortales, precor quæsoque, si vobis non fuit cordi Sp. Postumium, T. Veturium consules, cum Samnitibus prospere bellum gerere: at vos satis habeatis, vidisse nos sub jugum missos.' *Idem.*

NOTÆ

cordi, Spur. Postumium cum Samnitibus bellum gerere,' &c.

Tacitus infra: 'Id fortasse cordi Diis, et divino ministerio principem electum.' Nec quicquam hic scrupi aut nodi. *Lipsius.*

[l] *At certe pollui fœdarique a Tutore et Classico, ne sinatis*] Durius est a domesticis, ab amicis aut sociis prodi polluique, quam ab extraneis et justis hostibus. Supra: 'Id enim fas armorum et jus hostium.' At quid molestius Romanis, quam invadi imperium Rom. a sociis vilibus et perduellibus, quales Batavi aut Belgæ? Id certe de Germanis aut Parthis æquius tulissent.

[m] *Prohibuere, fœdissimam mortem*] Fœdissimam vocat mortem, quæ desertoris proditorisque manu obvenit. *Pichena.*

Non fœda mors præcise, quæ inferretur manu proditoris; sed fœda, quia inferebatur a proditore: sicque non inhonesta ea Voculæ fuit, sed his tantum qui proderent ducem, ac desererent in ea occasione.

Prohibuere, fœdissimam mortem sponte prævenire] Quidam vertunt, quasi esset ignominiosa illa mors Voculæ: sed fuit tantum fœda seu turpis illa mors deserentibus et interficientibus ducem per scelus. Nec fuit præcise fœda aut ignominiosa mors Voculæ, nisi quatenus *fœdum* est a suis prodi, et ab amicis sociisque interfici.

[n] *Herennium et Numisium Legatos*] Id accipiendum de Numisio Rufo,

Digitized by Google

ni Imperii insignibus,[o] in castra venit. Nec illi, quanquam ad omne facinus durato, verba ultra suppeditavere, quam ut sacramentum recitaret. Juravere, qui aderant, 'pro Imperio Galliarum.' Interfectorem Voculæ altis ordinibus,[p] ceteros, ut quisque flagitium navaverat, præmiis attollit. Divisæ inde inter Tutorem et Classicum curæ. Tutor valida manu circumdatos Agrippinenses, quantumque militum apud superiorem Rheni ripam,[q] in eadem verba adigit, occisis Magontiaci[1] Tribunis,[r] pulso castrorum Præfecto, qui detrectaverant. Classicus corruptissimum quemque e deditis

castra accessit. Nec illi, licet ad omne flagitium obduruisset, oratio ultra suppetiit, quam ut legeret sacramentum. Adacti, qui præsentes erant, in verba Galliarum. *Percussorem Voculæ ad primos militiæ gradus* evehit; *alios, ut quisque se facinoris satellitem tulerat, præmiis exornat. Dein partita inter Tutorem et Classicum* imperii *munia. Tutor firmo agmine circumsessos Agrippinenses, et quicquid copiarum* erat *apud superiorem Rheni orum, eodem sacramento obstringit, interfectis tribunis Maguntiaci,* et *ejecto castrorum præfecto, qui* adigi *noluerant. Classicus flagitiosissimum quemque e deditis* ire ad obsessos *jubet,* salutem offe-

1 Male Ms. Reg. et editio princeps, *occisi Maguntiaci tribuni.* Brotier.

NOTÆ

cujus supra hoc libro capite 22. fit mentio.

'Legati,' inquit, 'legionum Mumius Lupercus et Numisius Rufus vallum murosque firmabant.' Infra: 'Annumerabor Numisiis et Herenniis, ut omnes legati vestri,' &c. *Rhenanus.*

Herennius legatus primæ legionis, cui hyberna Bonnæ, et *Numisius* septimædecimæ, quæ Novesii erat. *Savilius.*

[o] *Sumtis Romani Imperii insignibus*] An ut ipse Classicus insignia imperii, tanquam imperator, induerit? Cave credas; sed intellige, aquilas, vexilla, ceteraque Romani exercitus signa secum sumsisse: et nullum imperatorem nominatum, sed juratum esse pro imperio Galliarum. *Pichena.*

Sumtis Romani imperii insignibus] Intellige *fasces, secures, &c.* Sed forte *insignia,* cum de militibus agitur, sunt *signa* militaria: forte utraque *insignia* hic intelliguntur. Potius tamen fasces, secures, et lictores intelligam, quæ vera *insignia imperii Romani,* in quod jurare compellebant, nomine tamen imperii Galliarum. Infra, 'juravere . . . pro imperio Galliarum.'

[p] *Altis ordinibus*] Forte centurionis, aut primipili; ut supra de C. Volaginio et Varo vidimus.

[q] *Apud superiorem Rheni ripam*] Id est, superiorem Germaniam.

[r] *Occisis Magontiaci Tribunis*] Ita est: a Novesio, partitis curis, Tutor in superiorem Germaniam missus, Agrippinenses in itinere, dein legiones Rom. Magontiaci adegit in verba Galliarum; Classicus inferiorem Rheni ripam secutus, ad Vetera direxit. Novesium supra Vetera fuit, infra Agrippinensem coloniam. *Mercerus.*

Digitized by Google

'pergere ad obsessos' jubet, 'veniam ostentantes, si præsentia sequerentur: aliter nihil spei: famem ferrumque et extrema passuros.' Adjecere, qui missi erant, exemplum suum.

60. Obsessos hinc fides, inde egestas, inter decus ac flagitium distrahebant. Cunctantibus solita insolitaque alimenta deerant; absumtis jumentis equisque et ceteris animalibus, quæ profana fœdaque in usum necessitas vertit. Virgulta[s] postremo et stirpes et internatas saxis herbas vellentes, miseriarum patientiæque documentum fuere: donec egregiam laudem fine turpi macularent, missis ad Civilem legatis, 'vitam' orantes. Neque ante preces admissæ, quam in verba Galliarum jurarent. Tum, pactus 'prædam[1] castrorum,' dat custodes, qui pecuniam, calones, sarcinas[t] retentarent, ac qui ipsos leves[2] abeuntes prosequerentur. Ad quintum fere lapidem coorti Germani incautum agmen aggrediuntur. Pugnacissimus quisque in

rentes, si præsentibus cederent: secus nihil sperarent: inopiam, cædem, et ultima passuros. *Adjunxere, qui irerant, imitandi se consilium.*

Circumsessos hinc constantia, hinc fames diducebant, inter gloriam ac dedecus. Dubitantibus sueta insuetaque cibaria deerant; devoratis jumentis et equis, et ceteris animantibus, quas impuras impiasque in alimentum cibi inopia convertit. Denique frutices surculosque et radices, et internata lapidibus gramina eruentes, ærumnarum et tolerantiæ exemplum præbuere: donec eximiam gloriam fœdo exitu polluerent, missis ad Civilem oratoribus, salutem *rogantes. Nec prius approbata* sunt *desideria, quam adigerentur sacramento Galliarum. Tum, pacto vindicata sibi* præda castrorum, Civilis *apponit custodes, qui retinerent pecuniam, lixas, et impedimenta, et ipsos expeditos digredientes deducerent. Ad quintum fere milliare consurgentes Germani, inopinantem militem adoriuntur. Strenuissimus quisque in*

1 Mss. Bodl. Jes. *præda.*—2 Ita Rhenanus, Ernestus et recentiores. Ms. Agr. et Ryckius, cum Bipont. *et qui.* Mss. Flor. Reg. et editio princeps, *ut qui:* unde Pichena emendavit, *atque ipsos.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *aut qui.* Gronov. *atque qui.* *Leves* Ryckius et Ernestus intelligunt de custodibus levis armaturæ. Quod sic explicari vix patitur Latinitas. *Leves* dicuntur, quod prius fuerant spoliati. *Brotier.*

NOTÆ

[s] *Virgulta*] Vertunt, *pastos foliis;* sed in virgultis, præter folia, sunt pellis et summitates teneræ, quas arrodere misere potuerunt ritu pecorum.

[t] *Calones, sarcinas, &c.*] Cur Calones? Vel quia servi et mancipia Romanorum; vel ut in servitutem eos sibi assererent, aut venderent; vel quia *sarcinas* retinebant, ideo et *calones* his vehendis retinuerunt.

Digitized by Google

vestigio, multi palantes, occubuere: ceteri retro in castra profugiunt; querente sane Civile et increpante Germanos, 'tanquam fidem per scelus abrumperent.' Simulata ea fuerint, an retinere sævientes nequiverit, parum affirmatur. Direptis castris, faces injiciunt:[u] cunctosque, qui prælio superfuerant, incendium hausit.

61. Civilis, barbaro voto,[v] post cœpta adversus Roma-

loco, multi errantes, occidere: reliqui retro in munimenta fugiunt; indignante quidem Civili, et incusante Germanos, tanquam fœdus per fraudem infringerent. *Parum constat, an ea ficta fuerint, an cohibere grassantes non potuerit. Egesta præda, munimentis ignem inferunt: omnesque, qui e pugna evaserant, flammæ absumere.*

Civilis, perpetrata tandem cæde legionum, excussit exuitque capillum, quem Ger-

NOTÆ

[u] *Direptis castris, faces injiciunt*] Ex pacto præda ad Civilem pertinebat. Itaque egestis sarcinis, sicque amotis calonibus, digressisque militibus, potuit tum pro suo nutu Civilis injicere faces castris. Sed mirari subit, quod prælio superstites simul incenderit Civilis, qui vulgus militum pellicere in suas partes cupiebat, occisis tantum legatis.

Sed forte pauci illi milites, qui refugerant in castra, neglecti sunt a Civili, et ipsi hauriri incendio maluerunt, quam in potestatem hostium venire, cum nollent se viæ ultra committere. Egesta præda, Civilis castris ignem injecit, nihil ultra curans, cum pacto et promissis stetisset, nempe concessa militibus Romanis venia, et facultate abeundi quo vellent.

Est tamen, qui vertat, quasi Germani eos, in quos incidere, milites, usque in castra refugientes persecuti sint, et castra expilarint, dein ignem injecerint, quo absumti illi milites qui eo refugerant. Quasi vero Germani socii Civilis, nolente Civili et videnti, expilassent castra, quorum præda ad Civilem pertinebat! quasi vero Germani rapuissent prædam, non interfectis potius militibus, quam postea incensis!

Spoliarunt occideruntque milites Romanos Germani in itinere, nihil ultra; sed Civilis, egesta præda, contemtis his refugis, ignem immisit castris, quo illi hausti sunt. Attamen quia plurali numero dicit, *faces injiciunt*, id forte etiam de Germanis intelligi possit, et addit Tacitus: 'Cunctosque, qui prælio superfuerant, incendium hausit.'

[v] *Civilis, barbaro voto*] Patrium et solenne Germanis hoc votum. Tacitus de moribus ejus gentis: 'Aliis Germanorum populis usurpatum, rara et privata cujusque audentia, apud Cattos in consensum vertit, crinem barbamque summittere, nec nisi hoste cæso exuere votivum obligatumque virtuti oris habitum.'

Mansit inferiore ævo. Et lego apud Diaconum III. de gestis Longobardum capite 3. 'Sex millia Saxonum, quæ bello superfuerant, devoverunt se neque barbam neque capillos rasuros, nisi se de Suevis hostibus ulciscerentur.'

Pulchre igitur et decore Sillus Sarmenti Gallo hoc affingit, Punic. IV. 'Occumbit Sarmens, flavam qui ponere victor Cæsariem crinemque tibi,

Digitized by Google

nos arma, propexum[1] rutilatumque crinem,[w] patrata demum cæde legionum, deposuit. Et ferebatur, parvulo filio[x] quosdam captivorum, sagittis jaculisque puerilibus figendos, obtulisse. Ceterum neque se, neque quenquam Batavum, in verba Galliarum adegit: fisus Germanorum opibus: et, si certandum adversus Gallos de possessione rerum foret, inclytus fama et potior. Mummius Lupercus, Legatus legionis, inter dona missus Veledæ. Ea virgo nationis Bructeræ late imperitabat:[y] vetere apud Germanos more, quo

manico voto, post susceptum in Romanos bellum, promissum rutilumque ostentabat. *Et dicebatur, tenello filio exhibuisse nonnullos captivorum, missilibus telisque pueri confodiendos. Porro neque se, neque ullum Batavum, sacramento Galliarum obstrinxit: fidens Germanorum copiis; et, si pugnandum adversus Gallos de summa rerum foret, illustris fama, et validior. Mumius Lupercus, legatus legionis, inter munera Velledæ missus* est. *Ea virgo gentis Bructeræ late dominabatur: prisco*

1 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg.

NOTÆ

Gradive, vovebat.'

Quin et Romani usurparunt interdum, ut Julius Cæsar, de quo Suetonius capite 67. 'Diligebat quoque milites usque adeo, ut, audita clade Tituriana, barbam capillumque submiserit, nec ante demserit, quam vindicasset.' *Lipsius.*

[w] *Propexum rutilatumque crinem*] Id habuit forte a natura, ut rutilus ei, seu flavus, capillus esset: nec ob luctum aut mœrorem submisit crinem Civilis, sed in magnam spem, et voto ingenti ultionis in Romanos; cujus compos factus, crinem tandem deposuit, quem voto submiserat, more Cattorum, ex quibus traxerat originem.

[x] *Parvulo filio*] Civilis Hannibalem se ferebat, simili oris dehonestamento. Hannibal statim a puero imbutus sanguine Romanorum, sacramentoque ad aras in populi Romani immortale odium obstrictus a patre erat: sic et statim tali odio imbuit parvulum filium Civilis, ne id dediscat unquam, quod primum nascens hausit a patre, et velut a natura ipsa.

[y] *Ea virgo nationis Bructeræ late imperitabat*] Vertunt, quasi *ea virgo* ingenti regioni aut provinciæ dominaretur, et quasi terras late possideret in Germania: quod falsum.

Puto, *late imperitabat* virgo, sanctitate nempe, veneratione, et fama; nec in una provincia tantum, sed et in tota Germania, et etiam Gallia; præsertim durante illo motu, cujus socii participesque Galli. Late imperitabat ipsa auctoritate et fama oraculorum, quia nempe ipsa 'prosperas Germanis res et excidium legionum prædixerat.'

At certe forte possidebat tantum turrim suam, ad quam nulli patebat aditus, nisi fratribus, 'quo plus venerationis inesset.' Non id jus principum, ut sanctitate imperent, sed Numinum, aut certe Numinis Interpuntiorum. Tac. Germ. 8. 'In-

Digitized by Google

plerasque fœminarum fatidicas,[2] et, augescente superstitione, arbitrantur[4] Deas.[4] Tuncque Veledæ[3] auctoritas adolevit:

apud Germanos ritu, quo plerasque mulierum futuri præscias, et, gliscente religione, existiment Deas. Tuncque Velledæ fama increvit: quippe præsagierat secundas

et editione principe, *perpexum*. Ms. Agr. *perplexum*. Brotier.—2 Ita Ms. Reg. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Jes. et Puteolanus, *arbitrentur*.—3 Sic Mss. Flor. Agr. et editiones recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Velledæ*. Mendose Ms. Reg. et editio princeps, *Tede*. Sed mox infra cap. 65. in Ms. Reg. *Veledam;* quam quoque Dio, LXVII. p. 761. appellat τὴν Βελήδαν. *Brotier.*

NOTÆ

esse quin etiam sanctum aliquid [fœminis;] et providum putant, nec aut consilia earum aspernantur, aut responsa negligunt.' Sic late imperitabat ea virgo.

[2] *Vetere apud Germanos more, quo plerasque fœminarum fatidicas*] Sic Plutar. in Cæsare, ubi de Ariovisto rege: 'Præterea magis retinebant vaticinia fœminarum, quæ fluviorum vorticibus inspicientes, et ex fluctuum variis flexibus gyrisque ac murmuribus divinant: nam prædicebant ipsæ, non licere prælium committere ante novilunium.'

Forte æmulatus Civilis Sertorium, ut pari faciei dehonestamento, ita et pariter ingenio callidus. Fingebat Sertorius, teste Plut. missam sibi a Diana cervam, quam fere ut Deam haberi voluit, scil. esse donum Numinis, et fama vulgavit, quasi ipsi multa ignota declararet. Sciebat ille prona esse in superstitionem barbarorum ingenia. Quo tamen dono seu Numine, non satis cautus adversus suorum insidias fuit Sertorius.

[3] *Et, augescente superstitione, arbitrantur Deas*] Vertunt, quasi illas virgines post mortem Deas consecrarent, more Romanorum; sed nihil ad Taciti mentem.

Non enim eas post mortem faciebant aut putabant Deas; sed dum viverent, dum spirarent, et responsa darent, tum fatidicas virgines et futuri præscias et quasi divinas, aut Deas, ipsas reverebantur; 'nec tanquam facerent Deas,' inquit Tacitus, sed quia Deas credebant, et tanquam revera essent, aut certe quid divinum in se haberent.

Sic Tac. de Mor. Germ. 8. 'Vidimus, sub Divo Vespasiano, Veledam diu apud plerosque numinis loco habitam. Sed et olim Auriniam, et complures alias venerati sunt, non adulatione, nec tanquam facerent Deas.'

Hoc dicit Tacitus ad discrimen moris Romani, quo adulabantur viris principibus et etiam fœminis, quos consecrabant, *tanquam facerent Deos Deasque*, licet non crederent; at non ita Germani. Quippe virgines fatidicas sincere et ex animo venerabantur, 'non adulatione, nec tanquam facerent Deas,' sed tanquam ipsas vere arbitrarentur *Deas*.

Arbitrantur Deas] *Matronæ* erant *Deæ* quædam provinciarum urbiumque *tutelares*, quæ etiam *matræ*, et *matres* appellabantur, et cognominabantur vocabulo loci vel urbis cujus patronæ erant. Notant eas fuisse cultas in Germania aut Gallia tantum, et raro alibi aras habuisse. Idque sub tempus Severi invaluisse.

Digitized by Google

nam 'prosperas Germanis res et excidium legionum' prædixerat. Sed Lupercus in itinere interfectus. Pauci Centurionum Tribunorumque, in Gallia geniti, reservantur, pignus societatis. Cohortium, alarum, legionum hyberna subversa cremataque: iis tantum relictis, quæ Magontiaci ac Vindonissæ[b] sita sunt.

62. Legio sextadecima[1c] cum auxiliis simul deditis a Novesio in coloniam Treverorum[d] transgredi jubetur, præfinita die, intra quam castris excederet. Medium omne tempus per varias curas egere: ignavissimus quisque, cæsorum apud Vetera exemplo, paventes; melior pars rubore

res Germanis, et internecionem legionum. *Sed Lupercus in via occisus est. Nonnulli centurionum tribunorumque, in Gallia nati, conservantur*, velut *pignus commilitii ac fœderis. Castra cohortium alarumque* et *legionum subruta incensaque: iis tantum reservatis, quæ posita sunt Maguntiaci ac Vindonissæ.*

Legio tertiadecima, cum copiis sociorum, quæ simul se permiserant, jubetur transire a Novesio in civitatem Treverorum, præstituto tempore, intra quod munimentis exiret legio. *Interjectum omne tempus, per diversas anxietates transegere: segnissimus quisque trepidantes, exemplo interfectorum apud Vetera; pars honestior,*

1 Sic Ms. Flor. Ceteri Mss. librique editi, *legio XIII.* vel *legio tertiadecima:*

NOTÆ

Frustra afferunt hunc Taciti locum ex Hist. IV. 61. de Veleda. 'Ea virgo nationis Bructeræ late imperitabat.... et augescente superstitione arbitrantur Deas.' Nam Tacito erant cæ *virgines*, non *matres*. Et forte virginitati id datum, ut prædicerent.

Nec Taciti ævo colebantur post fata, sed dum viverent et prædicerent. Colebant ut Deas, et ut divinitatis conscias; putabant Deas, non faciebant, aut certe non aliter faciebant, quam quia credebant, teste ipso Tacito. Nec forte ad rem Taciti locus, cum ea superstitio, imperante Severo, inceperit a rusticis, &c.

[b] *Vindonissæ*] Urbs ea Tigurinorum, in Helvetiis populis Lugdunensis Quintæ. Hodie *Vindisch*, villa Cantonis Bernæ ad septemtrionem et orientem, atque ad meridiem fluvii *Aar*, in tractu *Argauv*, Helvetiæ recentioris. *Tillemonius.*

[c] *Legio sextadecima*] Sic Mercerus reponit pro *legio XIII.* quod mihi præter historiæ mentem videtur; nam ea in Italiam a Vitellio ducta fuit; quod testatur libro præcedenti, ubi ordinem agminis Vitellianorum refert. Ait enim: 'mediam aciem sextadecimanos duoetvicesimanosque.'

At supra hoc eodem libro ejusdem tertiædecimæ legionis meminit, quæ apud Novesium erat: 'ingressis Novesium, tertiadecima legio conjungitur.' *Pichena.*

[d] *Coloniam Trererorum*] Augusta Treverorum, urbs Treverorum populorum ad Mosellam amnem, in Belgica Prima: hodie *Trier* incolis, *Treves* Francis, urbs Archiepiscopatus et Electoratus Trevirensis, in circulo Rheni inferioris. *Tillemonius.*

Digitized by Google

et infamia: ‘ quale illud iter? quis dux viæ? et omnia in arbitrio eorum, quos vitæ necisque dominos fecissent.’ Alii, nulla dedecoris cura, pecuniam, aut carissima sibimetipsi circumdare. Quidam expedire arma, telisque tanquam in aciem accingi. Hæc meditantibus,[e] advenit proficiscendi hora, expectatione tristior. Quippe intra vallum deformitas haud perinde notabilis: detexit ignominiam campus et dies. Revulsæ Imperatorum imagines, inhonora[a] signa,[f] fulgentibus hinc inde Gallorum vexillis: silens agmen, et velut longæ exequiæ: dux Claudius Sanctus,[g] effosso oculo: dirus ore, ingenio debilior. Duplicatur flagitium, postquam,

pudore et ignominia, reputabant, qualis *foret* illa via? quis dux itineris? et cuncta in potestate illorum *fore*, quos vitæ mortisque arbitros *ipsi* constituissent. *Alii, nihil de flagitio aut ignominia anxii, pecuniam, aut pretiosissima* quæque *sibi cingere ipsi. Nonnulli parare arma et tela, velut ad prælium expedire. Hæc reputantibus, advenit exeundi tempus*, ipsa *expectatione molestius. Namque intra castra ignominia non æque conspicua: aperuit dedecus planities et dies. Dereptæ principum effigies, incomta vexilla, micantibus hinc et illinc Gallorum signis: taciturnum agmen, et velut longa funerum pompa: dux Claudius Sanctus, excusso oculo; truculentus vultu, animo deformior. Augetur flagitium, postquam, relicto*

vel *tredecima*. *Tertiadecima* Ryckius et Gronov. Sed vide c. 26.—2 Sic optime Victorius, Lipsius et recentiores. Mss. Flor. Reg. *in hora signa*. Ms. Agr. et editio princeps, *in ora*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *innexa signa*. Frustra Jac. Gronovius e Ms. Flor. tentat, *viliora signa*. Brotier.

NOTÆ

[e] *Hæc meditantibus*] Idque ex Livio, qui in deditione illa turpi ad Furculas: ‘ Hæc frementibus,’ inquit, ‘ hora fatalis ignominiæ advenit, omnia tristiora experiundo factura.’ *Lipsius.*

[f] *Inhonora signa*] Budensis codex, *inhora signa*. Rom. *in ora*. Divinabam olim, *inversa signa*, quod ignominiæ fuit, et victos se fatentium.

Spartianus in Severo: ‘ In palatium eodem habitu perrexit, prælatis signis, quæ prætorianis ademerat, supinis, non erectis.’ Idem usurpatum in dolore: Tacitus Annal. III. ‘ præcedebant incomta signa, versi fasces.’

Pedo Albinovanus ad Liviam: ‘ Quos primum vidi fasces, in funere vidi; Sed vidi versos, indiciumque mali.’

At nunc putem commodius legi, *inhonora signa*, id est, squalida, non uncta, non nitidata: quæ opponit ‘ fulgentibus Gallorum vexillis.’

Aut potius retineri illud *innexa*, cum explicatione, *signa innexa*, id est, sine nexu, et nuda fuisse: nam solent imagines principum, clypei, etiam coronæ et talia innecti. *Lipsius.*

Fortasse etiam *inhonora signa* dicuntur, quia revulsæ ab iis Imperatorum imagines fuerant. *Pichena.*

[g] *Dux Claudius Sanctus*] Dux scilicet viæ deditis datus, nam supra dixit: ‘ quale illud iter? quis dux viæ?’ *Pich.* Dux, qui non solum viæ præiret, sed et forte defenderet deditos ab injuria.

Digitized by Google

desertis Bonnensibus castris, altera se legio miscuerat. Et, vulgata captarum legionum fama, cuncti, qui paulo ante Romanorum nomen horrebant, procurrentes ex agris tectisque et undique effusi insolito spectaculo nimium fruebantur. Non tulit ala Picentina gaudium insultantis vulgi: spretisque Sancti promissis aut minis, Magontiacum abeunt: ac forte obvio interfectore Voculæ, Longino, conjectis in eum telis, initium exsolvendæ in posterum culpæ fecere. Legiones, nihil mutato itinere, ante mœnia Treverorum considunt.

63. Civilis et Classicus, rebus secundis sublati, an coloniam Agrippinensem diripiendam exercitibus suis permitterent, dubitavere. Sævitia ingenii[1] et cupidine prædæ ad excidium civitatis trahebantur: obstabat ratio belli, et novum Imperium inchoantibus utilis clementiæ fama. Civilem etiam beneficii memoria flexit, quod filium ejus, primo rerum motu, in colonia Agrippinensi deprehensum, honorate custodierant. Sed Transrhenanis gentibus invisa civitas, opulentia auctuque. Neque alium finem belli rebantur, quam si promiscua ea sedes omnibus Germanis foret, aut, disjecta, Ubios quoque dispersisset.

64. Igitur Tencteri, Rheno discreta gens, missis legatis,

Bonnensi vallo, altera se legio adjunxerat. Et, sparso rumore expugnatarum legionum, omnes, qui paulo ante populum Romanum exparebant, contracti ex agris prædiisque, et undique affluentes, insolenti spectaculo nimis oblectabantur. Haud toleravit ala Picentina lætitiam illudentis turbæ; contemtisque Claudii *Sancti promissis aut minis, Maguntiacum tendunt: ac forte oblato percussore Voculæ, Longino, immissis in eum jaculis, principium dedere expiandi in futurum flagitii. Legiones, nihil immutata via, ante muros Treverorum substitere.*

Civilis et Classicus, rebus prosperis erecti, deliberavere, an civitatem Agrippinensem depopulandam suis copiis concederent. Violentia ingenii, et cupiditate raptuum, ad exitium coloniæ impellebantur: vetabat prudentia belli, et novum principatum incipientibus necessaria mansuetudinis fama erat. *Civilem quoque gratiæ memoria placavit, quod* Agrippinenses *cum honore custodierant filium ejus, principio belli, in civitate sua interceptum. Sed colonia* hæc *Transrhenanis populis infesta, opibus et incremento. Neque alium belli exitum* fore *arbitrabantur, quam si communis ea patria foret universis Germanis, aut, subversa, Ubios etiam dissipasset.*

Itaque Tencteri, Rheno diremta natio, missis oratoribus, mandata promi jubent in

1 Sic bene Lipsius, Pichena et recentiores. In Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. et editionibus veteribus, *sævitis ingenti*. Rhenanus emendaverat, *ingenita*. Brotier.

Digitized by Google

mandata apud concilium Agrippinensium edi jubent: quæ ferocissimus e legatis in hunc modum protulit:[h] ‘ Redisse vos in corpus nomenque Germaniæ,[i] communibus Deis et[1] præcipuo Deorum,[j] Marti, grates agimus: vobisque gratulamur, quod tandem liberi inter liberos eritis. Nam ad hunc diem flumina ac terras[2] et cœlum[k] quodammodo ipsum

concione Agrippinensium: quæ promtissimus legatorum in eam sententiam edidit: Gratias referimus Diis communibus *Germaniæ, sed* et maximo Deorum Marti, quod reversi estis in corpus vocabulumque Germaniæ; vobisque lætitiam nostram testamur, quod tandem inter liberos libertate fruemini. Quippe ad id tempus, amnes terrasque et ipsum quodammodo cœlum obstruxerant Ro-

1 Ita Mss. Flor. Agr. Corb. editio princeps, Ryckius et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, cum Gronov. *sed præcipuo.*—2 Ms. Corb. *ac*

NOTÆ

[h] *Quæ ferocissimus e legatis in hunc modum protulit*] Feroces, nempe, populi concionantur truci oratione. Ut sunt, quam egregie decorum servat Tacitus. Sic Curtius Scythas olim loquentes induxerat suo more feroci et Scythico; sic Germani, Germanico more, de Marte Deorum præcipuo, et de libertate Germanica nunc disserunt: ‘ flumina ac terras et cœlum quodam modo ipsum clauserant’ Romani, nempe castris, amnibus, et munimentis. Dein etiam, ‘ fera animalia, si clausa teneas,’ &c. Hæc omnia simplici vere et Germanico more concionatur legatus.

Sic olim Scythæ ad Alexandrum, quorum genus sunt Germani: ‘ Quid tu ignoras, arbores magnas diu crescere, una hora extirpari? stultus est, qui fructus earum spectat, altitudinem non metitur. Vide, ne, dum ad cacumen pervenire contendis, cum ipsis ramis, quos comprehenderis, decidas. Leo quoque aliquando minimarum avium pabulum fit: et ferrum rubigo consumit.’ En Germana vere et Scythica oratio!

[i] *Redisse vos in corpus nomenque Germaniæ*] Sic lib. de Mor. Germ. 39. ‘ Adjicit auctoritatem fortuna Semnonum. Centum pagis habitantur: magnoque corpore efficitur, ut se Suevorum caput credant.’

[j] *Et præcipuo Deorum*] Flor. *et præcipuo.* Pichena. Mallem *et*, vel *sed et*; vulgo *sed.*

Præcipuo Deorum, Marti] Attamen lib. de Mor. Germ. 9. ‘ Deorum maxime Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habent. Herculem ac Martem concessis animalibus placant.’ Sed quia hic bellum agebatur, forte ideo præcipuum Deorum Martem celebrabant, ut propitius esse vellet omnibus Germanis simul conspirantibus, adversus communes hostes Romanos.

[k] *Flumina ac terras et cœlum*] Terræ fluminibus clauduntur, per hæc transitus arcetur; et cœlum dicitur claudi, cum per cœlum tantum, nec alia patet via. Vel, quia castris, præsidiis, propugnaculis, turribusque Romanorum quodammodo cœlum auferri claudique videbatur. Cum fluvios et terras clauderent, simul et cœlum clausisse aliquatenus, et captivum habere vide-

Digitized by Google

clauserant Romani: ut colloquia congressusque nostros arcerent; vel, quod contumeliosius est viris ad arma natis, inermes ac prope[3] nudi, sub custode et pretio coiremus.[1] Sed, ut amicitia societasque nostra in æternum rata sit,[4]

mani: ut sermonis mutui commercia conventusque nostros prohiberent; vel, quod ignominiosius est populis ad bellum genitis, *ut* inermes, ac prope intecti, sub vigile ac satellite et soluta pecunia conveniremus. Sed, ut concordia fœdusque nostrum in sempiternum perstent *firma*, petimus a vobis, *ut*

terram. Editio princeps, *et terram.*—3 Budeus. male *inermes nec probe nudi.* Oberl.—4 Sic Mss. Reg. Agr. editio princeps, Ernestus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *rata sint;* et sic Gronov. et Ryckius; hic

NOTÆ

bantur. Occupasse et invasisse id omne videbantur, quod adiri non poterat.

[1] *Sub custode et pretio coiremus*] *Sub custode*, qui attenderet loquentium sermonibus. Hæc Senecæ l. 1. de Clem. capite 19. 'Vota sub custode nuncupantibus.' Non sunt capienda de observatoribus, quibus cura sit, ut rite nuncupentur vota; sed de sacerrimis aliis, quos princeps tyrannus secreto apponit iis, quos suspicatur male de se opinari.

Plin. Paneg. 'Queri libet, quod in secreta nostra non inquirant principes, nisi quos odimus.' Inde est, quod de Tiberio prodiderit Tranquillus capite 63. 'Haruspices secreto et sine testibus consuli vetuit.'

Immo eadem causa legimus l. 1. Annalium 76. 'Censuit Asinius, ut libri Sibyllini adirentur: renuit Tiberius, perinde divina humanaque obtegens.'

Nec aliunde queritur Tacitus, in vita Agricolæ: 'Dedimus profecto grande patientiæ documentum; et sicut vetus ætas vidit, quid ultimum in libertate esset; ita nos quid in servitute; ademto per inquisitiones et loquendi audiendique commercio.'

Custodis nomine, venire talem otacusten, arguit illud Senecæ, de Ira II. 33. ubi bis meminit *custodis*, a C. Cæsare pastori appositi, qui observaret, an ebiberet pocula propinata. *Gruterus.*

Non agitur hic de secretis illis inquisitoribus, seu custodibus, secreto appositis a principibus: isti *custodes*, palam et publice dati, Germanis commeantibus ad ripam Rom. qui non solum attenderent loquentibus, sed et observarent quid agerent, ne cœtus aut conciliabula haberent, ne quid molirentur adversus Rempub. Romanam: quod maxime cavebant in limitibus imperii; ita ut immensas terras incultas sibi haberent, prætextu armentorum militum, ut procul amoverent barbaros.

Et certe paucis commeandi copia concessa. Tac. de Mor. Germ. 'Hermundurorum civitas fida Romanis: eoque solis Germanorum, non in ripa commercium, sed penitus atque in splendidissima Rhætiæ provinciæ colonia: passim et sine custode transeunt; et cum ceteris gentibus arma modo castraque nostra ostendamus, his domos villasque patefecimus,' &c.

Ideo mox permissum barbaris convenire tantum semel in mense, certo loco, centurione præsente et inspectore: sic Dio.

Digitized by Google

postulamus a vobis, muros coloniæ, munimenta servitii, detrahatis; (etiam[5] fera animalia, si clausa teneas,[6] virtutis obliviscuntur;) Romanos omnes in ñnibus vestris trucidetis; (haud facile libertas et domini miscentur;) bona interfectorum in medium cedant, ne quis occulere quicquam aut segregare causam suam possit. Liceat nobis vobisque utramque ripam colere, ut olim majoribus nostris: quomodo lucem diemque[7] omnibus hominibus;[m] ita omnes terras fortibus viris natura aperuit. Instituta cultumque patrium resumite, abruptis voluptatibus,[8] quibus[n] Romani plus adversus sub-

mœnia civitatis, tanquam propugnacula servitutis, auferatis; etiam feræ animantes, si in custodia clauseris, fortitudinis haud jam recordantur. Interficiatis omnes Romanos intra vestram ditionem; libertas et dominatio non facile conveniunt. Opes interemtorum in commune veniant, ne quis occultare quicquam, aut separare causam suam queat. Fas sit nobis vobisque habitare utrumque littus *Rheni*, ut quondam nostris patribus *licuit:* sic omnes terras strenuis viris aperuit natura, quemadmodum solem diemque omnibus mortalibus *exhibuit*. Reciperate, repetite mores habitumque patrium, abscissis deliciis et amœnitatibus, quibus Romani magis in subditos

autem mallet *sit*, vel *ratæ sint*.—5 Mss. Harl. Jes. *et fera*.—6 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. Puteolanus et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *clausa tenetis*. In Ms. Corb. *inclusa*.—7 Sic Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Agr. Puteolanus, Pichena et recentiores. Pariter Plinius, in Panegyric. c. 45. 'Bonos autem otio, aut situ abstrusos, et quasi sepultos, non nisi delationibus et periculis in lucem ac diem proferebant.' Mss. Vatic. 1863. Reg. editio princeps, et Lipsius, *lucem noctemque*. Brotier.—8 Sic bene Mss. Harl.

NOTÆ

m *Quomodo lucem diemque omnibus hominibus*] Lipsius, quia in Vat. invenit, *lucem noctemque*, eam lectionem amplexus est.

Ego vulgatam malui: non enim *lucem diemque*, ideo dicitur, quasi lux et dies differant: sed duo simul verba eadem significantia sæpissime junguntur.

Sic infra, 'nova et recentia jura.' In libello de Causis corruptæ eloquentiæ 'libentius novis et recentibus, quam remotis et obliteratis utor.' Ibi etiam non semel invenies, 'veterem et antiquum.' Seneca epistola 111. 'Ceteris æque vanis et inanibus.'

Non absimile Plin. Paneg. ad Trajanum: 'Ut sol et dies non parte aliqua, sed statim totus; nec uni aut alteri, sed omnibus in commune profertur.'

Sed prorsus simile inferius; 'bonos autem otio et situ abstrusos. Et quasi sepultos, non nisi delationibus et periculis, in lucem ac diem proferebant.'

Præterea non impropria hic; nam recte quidem dicitur viventes aut die frui; falso, nocte. Immo si ad verbum, *aperuit*, respiciamus, lucem ac diem nobis natura vere aperit, sed noctem quasi recondit, ac tenebris involvit. *Pichena.*

Digitized by Google

jectos, quam armis, valent: sincerus et integer et servitutis oblitus populus, aut ex æquo agetis, aut aliis imperitabitis.'[9]

65. Agrippinenses, sumto consultandi spatio, quando neque subire conditiones metus[1] futuri, neque palam aspernari conditio præsens, sinebat, in hunc modum re-

pollent quam bellis. *Vos* pura et incorrupta gens servitiique immemor, aut ex æquo agitabitis, aut aliis dominabimini.

Agrippinenses, impetrato tempore deliberandi, quando quidem, *neque timor futuri sinebat approbare conditiones, et fortuna præsens temporum* eas *aperte contemni* non patiebatur, *in eam sententiam respondent* legatis: Quæ

Bodl. Jes. Guelf. Agr. Corb. Lipsius et recentiores. Male Ms. Reg. et editio princeps, *voluntatibus*. Puteolanus, *vectigalibus*. Brotier.—9 Ms. Corb. *imperabitis*.

1 Sic bene Mss. Reg. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl.

NOTÆ

[a] *Abruptis voluptatibus, quibus*] Ambigua lectio: quam posui, libri firmant, nec ratio impugnat. Vere enim inter Romanas artes fuit, ad homines in imperio retinendos, mollire vires eorum, et per delicias amœnasque voluptates frangere.

Tacitus in Agricola: 'Sequens hyems saluberrimis consiliis absumta, ut homines dispersi ac rudes, eoque bello faciles, quieti et otio per voluptates assuescerent.'

Et paulo post: 'paulatimque discessum ad delinimenta vitiorum, porticus, et balnea, et conviviorum elegantiam; idque apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars servitutis esset.'

At veteres tamen editiones, *abruptis rectigalibus;* quod stabiliri prorsus responso Ubiorum videtur, ad hanc orationis partem: 'vectigal et onera commerciorum resolvimus.' *Lipsius.*

Bene, *abruptis voluptatibus:* sic Hist. II. 53. de Othone: 'abruptis vitæ blandimentis.'

Abruptis voluptatibus] Forte, *vectigalibus:* nam huic parti respondere videntur Agrippinenses, his nempe verbis, 'vectigal et onera commerciorum resolvimus:' aut potius respondeat istis Tencterorum: 'sub custode et pretio coiremus.'

Stat tamen pro lectione, *voluptatibus*, quod præivit: 'instituta cultumque patrum resumite, abruptis,' &c. Quid enim instituta et cultus ad vectigalia? Et si legis *vectigalibus*, sequentia etiam hæc nullum sensum habent, 'quibus Romani plus adversus subjectos quam armis valent:' nam certe Romani præpolluere armis in subjectos, dein *vectigalibus*. Sed semper plus armis polluere.

Et prægnantior sententia est de *voluptatibus*, et est haud dubie Taciti, ut patet ex Tac. in Agricola, c. 20. Semel subegere populos armis, sed eos diu perpetuoque vincebant deliciis, obiectamentis, et artibus, quæ ad luxum, elegantiam, et amœnitatem pertinerent: 'idque apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars servitutis esset.'

Digitized by Google

spondent: ‘ Quæ prima libertatis facultas data est, avidius quam cautius, sumsimus, ut vobis ceterisque Germanis, consanguineis nostris, jungeremur. Muros civitatis, congregantibus se cum[2] maxime Romanorum exercitibus, augere nobis, quam diruere, tutius est. Si qui ex Italia, aut provinciis, alienigenæ in finibus nostris fuerant, eos bellum absumsit, vel in suas quisque sedes refugere. Deductis[3] olim et nobiscum per connubium sociatis, quique mox provenere,[o] hæc patria est. Nec vos adeo iniquos existimamus, ut interfici a nobis parentes, fratres, liberos nostros velitis. Vectigal et onera commerciorum resolvimus. Sint[4] transitus incustoditi; sed diurni et inermes: donec nova et recentia jura[p] in vetustatem consuetudine[5] vertantur.[6] Arbitrum habebimus Civilem et Veledam, apud quos pacta sanciantur.’ Sic lenitis Tencteris, legati ad Civilem et Veledam

prima libertatis occasio exhibita est, *eam* cupidius quam prudentius occupavimus, ut accederemus vobis aliisque Germanis, fratribus nostris. Mœnia coloniæ firmare nobis, quam evertere, melius est, nunc præcipue cum contrahuntur exercitus Romanorum. Si qui ex Italia, aut e provinciis, extranei in regione nostra fuerant, illos bellum abstulit, vel in suam quisque patriam dilapsi sunt. Deductis olim *colonis*, et nobiscum conjugio permixtis, quique postea nati sunt, hæc nativa sedes est. Nec vos adeo injustos putamus, ut jubeatis occidi a nobis parentes, fratres, sobolem nostram. Tributum et vectigalia mercium abolemus. Sint itinera pervia et aperta; sed interdiu tantum et sine armis *commeare liceat:* dum nova et recentia fœdera, coalita vetustate in morem evalescant. Judicem assumemus Civilem et Veledam, apud quos conditiones pacis firmabuntur. *Ita placatis Tencteris, missi oratores*

Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *metu*. Brotier.—2 Ita bene Ms. Reg. editio princeps et recentiores. Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *tum maxime*. Ms. Corb. *cum maximis*. Idem.—3 Ita Mss. et veteres recentioresque editiones. In intermediis quibusdam, *eductis*.—4 Mss. Harl. Bodl. Jes. *sunt*.—5 Sic bene Mss. Flor. Agr. Reg. Farnes. Lipsius et recentiores. Male Ms. Corb. et editio princeps, *in vetustatem consuetudinem*. In Mss. Harl. Bodl. Jes. *in vetustate et consuetudine*. Puteolanus, *in vetustatem et consuetudinem*. Sic quoque Ms. Harl. prima manu. *Brotier*.—6 *Vertuntur* habent Ms. Reg. et

NOTÆ

[o] *Quique mox provenere*] Id est, Qui ex eis nati sunt. *Pichena*.

[p] *Donec nova et recentia jura*] Intelligit conditiones et pacta, de quibus nunc transigunt inter se Germani et Agrippinenses: quæ pacta sunt *nova jura*, seu novæ leges, quibus mutuo obligantur. Quæ tamen *jura* non possunt, statim coalescere, aut rata sanctaque haberi, nisi longa pacis et perpetuæ fidei experientia approbata firmataque fuerint.

Digitized by Google

missi cum donis, cuncta ex voluntate Agrippinensium perpetravere. Sed coram adire alloquique[7] Veledam negatum. Arcebantur aspectu, quo venerationis plus inesset. Ipsa edita in turre:[8 q] delectus e propinquis consulta responsaque, ut internuntius Numinis, portabat.

66. Civilis, societate Agrippinensium auctus, proximas civitates affectare, aut adversantibus bellum inferre, statuit. Occupatisque Sunicis,[1 r] et juventute eorum per cohortes composita, quo minus ultra pergeret, Claudius Labeo Betasiorum Tungrorumque et Nerviorum tumultuaria manu restitit: fretus loco, quia pontem Mosæ fluminis anteceperat. Pugnabaturque in angustiis ambigue, donec Germani transnatantes[2] terga Labeonis invasere. Simul Civilis, ausus, an ex composito, intulit se agmini Tungrorum, et clara voce: 'non ideo,'[3] inquit, 'bellum sumsimus, ut Batavi et

ad Civilem et Veledam cum muneribus, omnia ex desiderio Agrippinensium constituere. Sed in conspectum venire et colloqui cum Veleda non licuit. Prohibebantur intuitu, quo plus reverentiæ inesset. Ipsa in excelsa turre agebat: *assumtus* unus *e cognatis*, qui, *velut internuntius divinitatis, consultationes et oracula perferebat.*

Civilis, fœdere Agrippinensium erectus, propinquis nationibus imminere, vel repugnantibus inferre arma, decrevit. Cum Sunicos invasisset, pubemque illorum per cuneos ordinasset, quin ulterius irrumperet, impediit Claudius Labeo, propere contracto agmine Betasiorum Tungrorumque et Nerviorum: nixus loca, quia occuparat pontem Mosæ amnis. Certabaturque in arctis locis ancipiti Marte, donec Germani transmeantes, Labeonem a tergo invasere. Eodemque tempore Civilis, dubium, an *per audentiam, an ex compacto, inseruit se cohortibus Tungrorum, et alta voce:* Non ideo, *ait*, arma cepimus, ut Batavi et Treveri populis dominentur.

editio princeps.—7 Ms. Corb. *colloquique.*—8 In Mss. Reg. et editione principe, *edita intrare.* Inde sane emendatum in Ms. Agr. *adyta intrare.* At melius ceteri libri, *edita in turre.* Brotier.

1 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. Ita quoque Ms. Flor., sed alterum n superscriptum, quasi legendum, *Sunnicis.* Plinio, IV. 17. dicuntur, *Sunuci.* Corrupte Ms. Reg. *summis.* Editio princeps, *sumas.* Brotier.—2 Sic Ms. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *tranantes.* Additum in margine Ms. Bodl. *tranatantes*, quod in suo textu Gronov. recepit.—3 Mss. Bodl. Jes. *nondum, inquit.*

NOTÆ

q *Ipsa edita in turre*] Romana edit. et Rodolphus, *ipsa adyta intrare, dilectus e prop.:* quæ lectio non spernenda. *Lipsius.*

Vox *adyta*, hic nihil ad rem. Tacitus nunquam Græca vocabula usurpat, nisi cum non suppetunt Romana: sensus non spernendus, sed vox spernenda.

r *Sunicis*] Sunici, pars Ubiorum populorum, in Germania inferiore. Vide notas l. IV. c. 18. ubi de *Ubiis* egimus. *Tillemonius.*

Digitized by Google

Treveri gentibus imperent. Procul hæc a nobis arrogantia: accipe societatem: transgredior ad vos, seu me Ducem,[3] seu militem, mavultis.' Movebatur vulgus, condebantque gladios; cum Campanus ac[4] Juvenalis, ex primoribus Tungrorum, universam ei gentem dedidere. Labeo, antequam circumveniretur, profugit. Civilis Betasios quoque ac Nervios, in fidem acceptos, copiis suis adjunxit: ingens rerum,[5] perculsis civitatum animis, vel sponte inclinantibus.

67. Interea Julius Sabinus,[1] projectis fœderis[2] Romani[3]

Longe hæc a nobis superbia: assumite societatem: transeo ad vos, seu me ductorem, seu militem, cupitis. *Excitabatur multitudo, recondebantque enses; cum Campanus ac Juvenalis, ex proceribus Tungrorum, universum ei agmen tradidere. Labeo, priusquam interciperetur, fuga evasit. Civilis Betasios etiam ac Nervios, fidei permissos, exercitui suo adjecit: eo successu ingens* ille, *exterritis gentium animis, vel ultro ad ipsum concedentibus.*

Interea Julius Sabinus, proculcatis societatis Romanæ monumentis, Cæsarem *se*

4 Ms. Corb. *atque.*—5 Sic bene Mss. Jes. Guelf. et editiones recentiores. Ms. Bodl. et Puteolanus, *rigens rerum.* In Mss. Reg. Agr. et editione principe, *ingens rerum tumultus. Tumultus* quoque secunda manu additum in Ms. Guelf. Inde Heinsius conjiciebat, *ingens rerum cumulus;* ut dictum est supra Hist. II. 24. 'cumulus prosperis.' At plus vigoris ac sensus, si *ingens rerum* retineatur. *Brotier.*

1 Male tentat Lipsius, *prolectus,* vel *prolatis Romani generis monumentis.* Quasi Julius Sabinus, proavia sua et divo Julio, ut dictum est supra c. 55.

NOTÆ

[3] *Seu me Ducem*] Insidiosa modestia dictum: ut a Sallustii Catilina: 'vel imperatore, vel milite me utimini.' *Lipsius.*

[1] *Julius Sabinus*] Alius ab isto, qui Senecæ patri nominatur, l. IX. controv. 4., qui Gallis præfuit sub Caio: paterne hujus? Dionem vide libro ultimo. *Lipsius.*

[2] *Projectis fœderis Romani*] Pseudo-Cæsar ille tabulas et monumenta projecit et discerpsit; palam quibus scilicet fœdus Romanorum cum Lingonibus et ceteris circa populis sancitum fuerat.

Infra Cerealis 77. 'Neque aliud excusandum habeo, quam quod vos Gallici fœderis oblitos, &c. credidi.' *Colerus.*

Atqui omnia plena moris, quem significat his verbis Tacitus. Dionysius Halic. l. IV. ubi de pactis a Ser. Tullio cum Latinis: 'Ut nullo unquam tempore obliterarentur fœderis pacta, columnam æneam erexit, inscripsitque in ea, quæ in conciliis decreta erant, et eas civitates quæ societatis principes erant.'

Eodem de fœdere, quod Sabinis dedit Superbus: 'Horum fœderum monumentum Romæ positum stat in templo Jovis Fidii, quem Romani Sancum vocant, clypeus nempe ligneus, et pellis bovina valde distenta, scil. bovis illius, qui ob fœdus mactatus fuit; quæ pellis literis antiquis

Digitized by Google

monumentis, *Cæsarem* se salutari jubet: magnamque et inconditam popularium turbam in Sequanos rapit, conterminam civitatem et nobis fidam. Nec Sequani detrectavere certamen. Fortuna melioribus affuit. Fusi Lingones.[v] Sabinus festinatum temere prælium[2] pari formidine deseruit: Utque famam exitii sui faceret, villam, in quam perfugerat,

appellari jubet: ingentemque et incompositam multitudinem in Sequanos abripit, finitimam gentem et nobis fidelem. Nec Sequani abnuere pugnam. Fortuna fortiores juvit. Fugati Lingones. Sabinus properatum inconsulto certamen pari pavore reliquit. Et ut mortis suæ rumorem spargeret, incendit prædium, in quod

superbus, se Cæsarem appellaret. *Brotier.*—2 Ita Ms. Corb. et editiones recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *bellum.* In editione prin-

NOTÆ

inscriptas habet conditiones fœderis.'

Cicero pro Balbo: 'Cum Latinis omnibus fœdus ictum, Sp. Cassio, Postumo Cominio coss. quis ignorat? quod quidem nuper in columna ænea meminimus post rostra incisum et proscriptum fuisse.' De eodem Livius, l. II. 'Nisi fœdus cum Latinis columna ænea insculptum monumento esset.'

Livius rursum l. XXVI. 'Hæc convenerunt, conscriptaque biennio post Olympiæ ab Ætolis, in Capitolio ab Romanis, ut testata sacratis monumentis essent, suut posita.'

Fœdus Smyrnæorum et Magnetum in marmoribus Arundelianis: 'Inscribant fœdus utrique populi in columnis, et reponant Smyrnæi quidem in templo Veneris Stratonicidæ, et Magnetiæ, quæ ad Mæandrum sita, in templo Dianæ Leucophrynæ; Magnetes vero in foro, juxta aram Dionysii et imagines imperatorum.' Memnon de Romanis et Heracliensibus: 'Et duæ tabulæ æneæ pacta fœderis paria similiaque exhibebant; quarum altera quidem apud Romanos, affixa est in templo Jovis Capitolini, altera vero apud Heracleam posita est, utique in delubro Jovis.'

Auctor l. Macab. 14. 'Et inscripserunt in tabulis æneis, quas affixerunt columnis, in monte Sion.'

De hujusmodi igitur στήλαις, cippis, vel columnis, tabulisve, aut δέλτοις, quibus fœdus, quod Romani Lingonibus dederant, incisum erat publiceque propositum, eversis et confractis, intellige. *Gronovius.*

Fœderis Rom.] Sic tabulas fœderum in templis reponebant, aut locis aliis publicis. Dionysius: 'Fœderum pariter descripta exemplaria et similibus verbis, affixa in templis.'

[v] *Fusi Lingones*] Tangit hoc bellum, quod in Joanne Sarisberiense legitur, l. v. c. 7. 'Auspiciis imperatoriis Cæsaris Domitiani, Germanico bello, quod Julius Civilis in Gallia movcrat, Lingonum opulentissima civitas, quæ ad Civilem desciverat, cum advenientem ab exercitu Cæsaris populationem timeret, quod præter spem inviolata nihil ex rebus suis amiserat, ad obsequium redacta, septuaginta millia armatorum tradidit ei.' Quæ totidem verbis apud Frontinum l. IV. Strategematon. *Lipsius.*

Digitized by Google

cremavit: illic voluntaria morte interiisse[3] creditus. Sed, quibus artibus latebrisque vitam per novem mox annos traduxerit, simul amicorum ejus constantiam et[4] insigne Epponinæ[5] [w] uxoris exemplum, suo loco reddemus. Sequanorum prospera acie belli impetus stetit. Resipiscere paulatim civitates, fasque et fœdera respicere, principibus Remis: qui per Gallias edixere, 'ut missis legatis in commune consultarent, libertas an pax placeret.'

68. At Romæ cuncta in deterius audita Mucianum angebant; ne, quanquam egregii Duces (jam enim Gallum Annium et Petilium Cerialem delegerat) summam belli parum tolerarent.[1] Nec relinquenda urbs sine rectore.[x] Et Domi-

se ex fuga receperat: illic sponte mortem sibi attulisse existimatus est. *Sed, suo tempore trademus, quibus* postea *artibus et receptaculis vitam exegerit per novem annos, atque etiam familiarium ejus fidem firmitudinemque, et eximium Epponinæ conjugis exemplum. Secundo Sequanorum certamine, ardor belli cohibitus. Sensim redire ad obsequium nationes, jusque et pacta reputare, ducibus auctoribusque Remis: qui per Gallias pronuntiavere palam,* ut missis oratoribus, in publicum deliberarent, an libertatem mallent, an pacem.

At in urbe omnia in pejus nuntiata Mucianum solicitum habebant, ne, licet eximii duces (jam enim asciverat Gallum Annium, et Petilium Cerialem) hanc *belli molem parum sustinerent. Nec omittenda civitas sine rectore. Et metuebantur*

cipe, *festinatur temere.* Omisit, *prælium,* aut *bellum.*—3 Mss. Harl. Jes. *interiisse.* In Ms. Corb. *creditus interiisse.*—4 *Et* a Cl. Ernesto omissum.—5 Sic Mss. Harl. Bodl. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Jes. Agr. et editione principe, *Eponinæ,* quod et recipit Brotier. Plutarchus in Ἐρωτικῷ eam appellat Ἐμπονήν.

1 Sic optime Mercerus, Pichena et recentiores. Perperam Mss. et veteres editiones, *nequaquam egregii duces.... tolerare.* Frustra conjiciebat vir eruditus in editione Gryphii: *nec, quanquam egregii duces.... poterant tolerare.*

NOTÆ

[w] *Insigne Epponinæ*] Vere *insigne* et rarum, plenumque fidei in sexu infido. Non est in libris qui extant. Servaverat Tacitus in ultimum Vespasiani annum; cum et Julius hic Sabinus (qui gloriabatur a Cæsare genus ducere) et ista ipsa Epponina interfecti. *Lipsius.*

[x] *Nec relinquenda urbs sine rectore*] Non intelligit hic præfectum urbis tantum: nam eo viro opus fuit, qui simul et haberet auctoritatem comprimendi novatores, et res novas in urbe; et cujus fides probatissima esset in Flavianas partes.

Elegit autem in id Arretinum Clementem, qui innexus domui Vespasiani, et qui prætorio impositus, vim armaque et imperium haberet in urbe; sicque simul prætorianis Varum sibi suspectum abstrahit Mucianus; et Domitianum urbi, cujus metuebatur ambitio, illumque ducit Lugdunum usque, non ultra; ne occuparet illic.

Digitized by Google

tiani indomitæ libidines timebantur: suspectis, uti diximus, Primo Antonio Varoque Arrio. Varus, Prætorianis præpositus, vim atque arma retinebat. Eum Mucianus pulsum loco, ne sine solatio ageret, annonæ præfecit. Utque Domitiani animum, Varo haud alienum, deliniret, Arretinum[2] Clementem, domui Vespasiani per affinitatem innexum et gratissimum Domitiano, Prætorianis præposuit, 'patrem ejus,[3] sub Caio Cæsare, egregie functum ea cura,' dictitans: 'lætum militibus idem nomen, atque ipsum, quanquam[4] Senatorii ordinis,[1] ad utraque munia sufficere.' Assumun-

flagrantissimæ Domitiani cupidines: suspectis, ut memoravimus, Primo Antonio, Varoque Arrio. Varus, prætoriis cohortibus impositus, vim et arma habebat. Eum Mucianus prætorio amotum, ne solatii expers agitaret, rei frumentariæ imposuit. Utque demulceret Domitiani animum, qui in Varum pronus erat, prætoriano militi præfecit Arretinum Clementem, necessitudine conjunctum familiæ Vespasiani, et acceptissimum Domitiano; asseverabat, parentem illius, imperante Caligula, eximie id munus exercuisse. Gratum idem vocabulum militi, atque ipsum, licet senatorii loci, utrique muneri parem esse. *Asciscuntur ex urbe illustrissimus*

Brotier.—2 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Agr. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. *Arrentinum*. Editio princeps, *Arentinum*. Ursinus ex vetere inscriptione, quæ extat apud Gruterum, p. 104. n. 6.

PERMISSU. M. ARRICINI. CLEMENTIS.

emendabat *Arricinum Clementem*. At minime constat Arricinum hunc Clementem eundem esse, atque Arretinum Clementem, quem quoque memorat Suetonius in Domit. XI. 'Arretinum Clementem consularem virum, e familiaribus et emissariis suis, capitis condemnaturus, in eadem, vel etiam in majore gratia habuit.' *Idem*.—3 Ryckii Ms. *pat. ejus bello sub, &c.*—4 Sic bene Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Corb. Agr. Puteolanus et recentiores. In

NOTÆ

exercitus, resque turbaret.

Volebat enim, ut frater Titus in Oriente, ita et ipse famam belli in Germania sibi comparare quocumque pacto: cui cupiditati obsistit Mucianus de pace anxius, ut et pater Vespasianus, qui compressit mox, depressitque juvenem, licentia principatus ferocientem.

1 *Quanquam Senatorii ordinis*] Suetonium igitur culpæ quis purgat, scribentem, Titum primum e senatoriis prætorio præfectum? In Tito c. 6. 'Præfecturam quoque prætorii suscepit, nunquam ad id tempus, nisi ab equite Romano administratam.' *Lipsius*.

Non condit historiam Suetonius: præcipua quædam capita rerum attingit tantum, haud solicitus de circumstantiis, quæ ad personam aut genium principis non spectarent, et quæ raro contingerent, aut in exemplum consuetudine nondum firmata essent; ut hoc loco se habet de præfectura prætorii, quæ Arretino senatorio mandata tantum ad aliquot dies aut menses; et ex necessitate, non ex more.

Quanquam Senatorii ordinis] Ne so-

Digitized by Google

tur e civitate clarissimus quisque, et alii per ambitionem.[a] Simul Domitianus Mucianusque[a] accingebantur, dispari[5] animo: ille spe ac juventa properus, hic moras nectens, quis flagrantem retineret, ne ferocia ætatis et pravis impulsoribus, si exercitum invasisset, paci belloque male consuleret.[b] Legiones victrices, sexta et octava,[6] Vitellianarum unaetvicesima, e recens conscriptis secunda, Penninis Cottianisque[7] Alpibus,[c] pars monte Graio,[d] traducuntur: XIV.

quisque, et alii ambitiose delecti. Una Domitianus Mucianusque expediebant, diverso voto et affectu: ille spe et ætate promtus; hic cunctandi causas componens, quibus ardentem cohiberet, ne impetu juventæ, et malignis consultoribus, si exercitum occupasset, paci belloque minus recte provideret. Legiones victrices sexta et octava, Vitellianarum unaetvicesima, et e proxime delectis secunda, transmittuntur Alpibus Penninis et Cottianis, pars monte Graio. Accersuntur e Britannia quartadecima

Ms. Reg. et editione principe, *tanquam*. Brotier.—5 Ms. Guelf. *dispersi:* at in margine, *dispari*.—6 Sic recte eruditus Savilius, Pichena et recentiores. Idque patet ex Hist. II. 83. et 85. *Sexta* autem habetur in Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Sic quoque Puteolanus. Male Ms. Flor. *XI.* id est, undecima. Ms. Agr. *tertiadecima*. *Octava* est in Mss. Vatic. 1864. Flor. Agr. Corb. Perperam Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *XVIII.* id est, *duodevicesima*. Pessime pro utroque numero Mss. Vatic. 1863. Reg. et editio princeps, *XXVIII.* Brotier.—7 Male Ms. Reg. et editio princeps, *Cocianis*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Coctianis*. De Cottianis Alpi-

NOTÆ

licitetis locum hunc. Ad breve tempus hoc et necessitate rerum temporumque id expressum; nempe, dum rediret Mucianus in urbem, aut Vespasianus, vel adventaret ipse Titus, qui patri præfectus prætorii fuit; nec abibit in exemplum, donec sub Antonino tandem præfecti prætorii omnes senatorii ordinis fuere.

[a] *Et alii per ambitionem*] Mucianus assumebat secum in expeditionem splendidissimum quemque ex civitate; metu, ne quid absente se molirentur: alii per ambitionem ipsorum, vel et ipsius Muciani, vel per invidiam et æmulationem suspicionemque, expedire adacti; vel ultro ipsi expediebant colebantque Mucianum, et demereri eum volebant hac expeditione, et per ipsum, principem Vespasianum.

[a] *Domitianus Mucianusque*] Sueton. Domit. 2. 'Expeditionem quoque in Galliam Germaniasque, neque necessariam, et dissuadentibus paternis amicis inchoavit [Domitianus] tantum ut fratri se et operibus et dignatione adæquaret.'

[b] *Ne....paci belloque male consuleret*] Non hic agitur proprie de bello externo seu Germanico, quod non perinde metuebat Mucianus. Timebat longe magis, ne ferox juventa et ambitione Domitianus, aliquid novi moliretur, et res iterum misceret bello civili: et sic, *ne bello et paci male consuleret*, in genere et indefinite.

[c] *Penninis Cottianisque Alpibus*] Quidam ante Cerealem, nonnulli post eum, ut ex hoc et sequente libro

Digitized by Google

legio[8] e Britannia, sexta ac decima[9] ex[10] Hispania accitæ.[a] Igitur venientis exercitus fama, et suopte ingenio, ad mitiora inclinantes Galliarum civitates, in Remos[f] convenere. Treverorum legatio illic opperiebatur, acerrimo instinctore[11] belli Tullio Valentino. Is meditata oratione cuncta, magnis imperiis objectari solita, contumeliasque et invidiam in Populum Romanum effudit: turbidus miscendis seditionibus, et plerisque gratus vecordi facundia.

69. At Julius Auspex,[1] e primoribus Remorum, 'vim Romanam pacisque bona' dissertans, et 'sumi bellum etiam ab ignavis, strenuissimi cujusque periculo geri, jamque super caput legiones,' sapientissimum quemque reverentia fideque, juniores periculo ac metu, continuit.[g] Et[2] Valentini

legio, ex Hispania sexta ac decima. Itaque adventantium legionum rumore, et suamet sponte, proclives ad meliora Galliarum gentes, Durocorturum Remorum coirere. Legati Treverorum illic expectabant, vehementissimo concitore belli Tullio Valentino. Is composita oratione expromsit *omnia, quæ magnis dominationibus exprobrari solent, convicia probraque et odium in nomen Rom. profudit: promtus ingenio et discordiis incitandis idoneus, ac plerisque acceptus vesana eloquentia.*

At Julius Auspex, e proceribus Remorum, potentiam Rom. et commoda pacis *enumerans, disserensque* suscipi bellum etiam ab inertibus, sed fortissimi cujusque discrimine transigi, jamque cervicibus imminere legiones, *prudentissimum quemque respectu et fide cohibuit, ferocioresque discrimine ac formidine. Et* illi

bus vide Plinium, III. 20. *Brotier.*—8 *Legio* abest a Ms. Corb.—9 Sic optime eruditus Savilius, Pichena et recentiores. *Sexta* etiam legitur in Ms. Flor. Perperam alii Mss. et veteres editiones, *III.* vel *tertia.* Pro *decima*, Mss. et editiones veteres habent, *prima.* Sed mendose, ut patet ex Hist. v. 19. *Brotier.* —10 Ms. Corb. *de Hispania.*—11 Ms. Corb. *instructore.*

1 Ms. Reg. *Julius haruspex.* Sed mox habet, *Auspicis.*—2 Ms. Jes. *ut Valentini.*

NOTÆ

discere est. *Savilius.*

[a] *Monte Graio*] Alpis Graia, mons Centronum et Salassorum populorum, in Viennensi quinta, Galliæ provincia: hodie *le Petit Saint Bernard*, mons comitatus Tarentasiæ in Sabaudia, et ducatus *Aouste*, in Pedemontio. *Tillemonius.*

[b] *VI. ac X. ex Hispania accitæ*] Sic Tacitus libro præcedenti: 'Initio per Hispaniam a prima Adjutrice orto; quæ memoria Othonis infensa Vitellio, decimam quoque ac sextam traxit.' *Pichena.*

[f] *Remos*] Hi populi Belgicæ secundæ, in Gallia Belgica: hodie diœcesis Archiepiscopatus *Rheims*, et Episcopatus *Laon:* vel, secundum divisionem temporalem, pars est majorum præfecturarum, *Picardiæ*, *Campaniæ*, et *Insulæ Franciæ*, in regno Franciæ ad septemtrionem. *Tillemonius.*

[g] *Sapientissimum quemque reverentia fideque, &c. continuit*] An Auspex illos continuit sui reverentia, et fide sua in Romanos velut exemplo, an pro-

Digitized by Google

animum laudabant, consilium Auspicis sequebantur. Constat, obstitisse[3] Treveris Lingonibusque apud Gallias, quod, Vindicis motu, cum Verginio steterant.[4] Deterruit plerosque provinciarum æmulatio: 'quod bello caput? unde jus[5] auspiciumque peteretur?[h] quam, si cuncta provenissent, sedem Imperio legerent?' Nondum victoria, jam discordia erat: aliis fœdera, quibusdam opes viresque, aut vetustatem originis, per jurgia[6] jactantibus.[i] Tædio futu-

Valentini strenuitatem extollebant, et prudentiam Auspicis sectabantur. Haud ambigitur, nocuisse Treveris Lingonibusque apud Gallias, quod, bello Vindicis, Verginium secuti essent. Multos absterruit invidia civitatum: quæ bello sedes? unde imperium et auspicium sumeretur? et si omnia pro votis cessissent, quod caput rerum deligerent? *Nondum vicerant, et jam dissentiebant* de principatu: *aliis societates* suas prædicantibus, *nonnullis copias et potentiam, aut antiquitatem*

—3 Ita Mss. et veteres recentioresque editiones. Rhenanus, *obstetisse*, et sic Gronov.—4 Ms. Corb. *steterunt*.—5 Sic bene Mss. Flor. Harl. Bodl. Bud. Agr. Guelf. editio princeps, Rhenanus et recentiores. Ms. Jes. et Puteolanus, *vis auspiciumque*. Brotier.—6 Optime sic emendavit Paulus Manutius, quem Lipsius ceteriqne sunt secuti, præter Ryckium, qui e suo Ms. Agr. edidit, *pro jure jactantibus*. Id quoque laudabat Lipsius ex Romano libro; quo nomine vulgo indigitat editionem principem. At in ea non legitur, *pro jure*, sed, *perjuria;* uti habent etiam Mss. Flor. Reg. Corb. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *perjuriaque:* quod immerito probant Superantius et Salinerius, quasi sua perjuria, et suas a Romanis defectiones jactaverint. Laudantque Classicum, qui se hostem populi Romani potius quam socium jactabat, supra cap. 55. *Idem.*

NOTÆ

pria sua ipsius reverentia, quam scil. ei exhiberent? an ipsorum nempe sapientum reverentia et fide ipsos sapientes continuit? an auctoritate sua velut sapientissimus? Puto, quemadmodum juniores continuit metu aut periculo armorum Romanorum, ita et sapientiores continuit reverentia et fide erga imperium Romanum. Est qui vertat, quasi ipsos, sua ipsorum reverentia et fide, continuerit, supple, in imperium: sed eo sensu scribere debuisset Tacitus, *fides*. Est qui sumat hic, *fidem* pro *auctoritate*, quasi in ipsum crederent, nec parum ei deferrent.

[h] *Unde jus auspiciumque peteretur*] Unde auctoritas et imperium? ubi vis et majestas principatus resideret?

Unde jus auspiciumque peteretur] Unde *jussa*, unde *imperia peterentur?* Cic. pro Scatio: 'Hic, qui se est tutatus, sic, ut in privata re, Deos Penates suos, in Repub. jura tribunatus, auspiciaque defenderet.' Formula loqnendi, qua dominandi vis, qua summa auctoritas regendi imperandique significatur, quandoque et fortuna.

[i] *Per jurgia jactantibus*] In Mss. *perjuria jactantibus:* quod Manutii conjecturam firmat *per jurgia*.

Romano tamen libro est, *pro jure jactantibus;* quod rejicere, injuriam sane sit. *Lipsius.*

Digitized by Google

rorum præsentia placuere. Scribuntur ad Treveros[j] epistolæ, nomine Galliarum, 'ut abstinerent armis, impetrabili venia et paratis deprecatoribus, si pœniteret.' Restitit idem Valentinus, obstruxitque civitatis suæ aures, haud perinde instruendo bello intentus, quam frequens concionibus.

70. Igitur non Treveri, neque Lingones ceteræve rebellium civitates, pro magnitudine suscepti discriminis agere. Ne Duces quidem in unum consulere. Sed Civilis avia Belgarum circumibat:[k] dum Claudium Labeonem capere aut exturbare[l] nititur. Classicus, segne plerumque otium trahens, velut parto imperio fruebatur. Ne Tutor quidem maturavit superiorem Germaniæ ripam et ardua Alpium præsidiis claudere.[1] Atque interim unaetvicesima legio

gentis, per altercationes ostentantibus. Cura et metu futurorum, præsentia maluere. Componuntur ad Treveros litera, nomine Galliarum, ut ponerent arma, impetrari pacem posse, et promtis *internuntiis* qui deprecarentur, si resipiscerent. *Repugnavit idem Valentinus, obsepsitque aures suæ nationis, non perinde acer parando bello, ac vehemens et multus orationibus.*

Itaque neque Treveri, neque Lingones, aut aliæ, quæ defecerant, nationes, satis intentæ curis erant, pro mole suscepti belli. Ne duces quidem in commune deliberabant. Sed Civilis per inaccessa Belgarum loca *distinebatur: dum intercipere Claudium Labeonem, vel expellere conatur. Classicus, per inertiam plerumque tempus agens, velut certo* jam *principatu potiebatur. Ne Tutor quidem properavit dispositis stationibus insidere superiorem Germaniæ ripam, et Alpium juga. Atque interim unaetvicesima legio Vindonissa prorupit,* simul et *Sextilius Felix cum cohor-*

1 Lipsius e Ms. Rom. corrigit, *præsidiis capere.*

NOTÆ

Per jurgia jactantibus] Nescio quid venerit in mentem Italis et Hispanis, qui vertunt, quasi sæpius rebellasse adversus Romanos gloriarentur. Forte sumserant eam interpretationem ex voce *perjuria*, qua veteres libros inseserat.

[j] *Scribuntur ad Treveros*] Spernuntur Lingones, dum consulitur saluti Treverorum; et hoc a Gallis, et a Remis! scil. quia Lingones defensores acerrimi Verginii contra Vindicem. Jamque profligati in Sabino Galli, Lingones suos conterrenos negligunt, et servant Germanos. Puto, sic actum, quia caput rebellionis, aut saltem præcipui Treveri; at Lingones tantum socii; hinc ad potentiores scribitur, ut, si velint, communicent aliis epistolas et consilia de pace.

[k] *Avia Belgarum circumibat*] Forte paludes et æstuaria Batavorum.

[l] *Capere aut exturbare*] Ex duobus hostibus, acrius insequitur domesticum et intestinum, *æmulatione oppidana*, ut fieri solet sæpe in exitium Reipub.

Digitized by Google

Vindonissa,[m] Sextilius Felix[n] cum auxiliariis cohortibus per Rhætiam irrupere. Accessit ala Singularium,[o] excita olim a Vitellio, deinde in partes Vespasiani transgressa. Præerat Julius Briganticus, sorore Civilis genitus, ut ferme acerrima proximorum odia sunt, invisus avunculo infensusque.[p] Tutor Treverorum copias, recenti Vangionum,[2q] Caracatium,[r] Tribocorum[s] delectu[3] auctas, veterano pedite

tibus sociorum per Rhætiam invasit. *Adjunxit se ala Singularium, evocata olim a Vitellio, mox ad partes Flavianas translata. Hanc regebat Julius Briganticus, sorore Civilis natus, ut plerumque vehementissimæ sunt propinquorum iræ, inimicus avunculo infestusque. Tutor Treverorum agmen, novis auxiliis Vangionum, Caracatium* et *Tribocorum validum, auxit* adhuc *veterano peditatu equitatuque, solici-*

2 Cluver. *Nemetum* et mox *Nemetibus*. Sed hæc nimis abeunt a veterum et vulgatorum vestigiis. Suspicabar *Vangionum, Tabernatium, Tribocorum:* deinde *Tribocis Vangionibusque et Tabernatibus*. Ipsum Cluv. vide Germ. Ant. 2. 12. *Gronov.* Non mitior hæc correctio, quam Cluveriana. Ms. Flor. *Cæracatium*. Bud. *Ceracat*. Agr. ed. pr. *Ceratacium*. Lectionem Florentinam probat Ryckius, intelligitque *Cæraæos* Cæsaris B. G. II. 4. quod situi populi istius non convenire, bene docet Cellarius Geogr. Ant. t. 1. p. 245. nihil ipse definiens, quod optimum factu puto. Rhenanus Rer. Germ. III. p. 326. suspicatur fuisse in eo loco, ubi arx *Drakenfels* fuerit. Eam sic fortasse dictam a loco, quasi *Racatium* h. e. *Caracatium*. Ernest. Brotier. et Lall. recepere *Cæracates*. Vales. Not. Gall. p. 42. *Caracates* male in sede Tribocorum locat, iisque Argentoratum assignat, quod nullo modo admittendum Schœpflinus nostras docet Alsat. ill. t. 1. p. 62. Neque audiendus Laguille in Notice de l'anc. Gaule p. 9., qui *Saracates* effingit, Saræ fluminis accolas. Placet hoc Biponlinis, qui potius *Saravates* a *Saravo* dictos autumant. D'Anvillius in Not. de la Gaule p. 198. nomen vulgatum servat, *Caracates*que Vangionibus ad latus ponit, urbemque iis Magontiacum tribuit. Hoc et in tabula Galliæ antiquæ ita expressit.—3 Ita Mss. Flor. Corb. editio princeps, Pichena et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *lectu auctas*. Secunda manu in

NOTÆ

[m] *Unaetvicesima legio Vindonissa*] *Vindonissa*, sexto casu. Oppidum est Helvetiorum, unde irrupisse, ait, legionem *unaetvicesimam*, quæ ex Vitellianis fuerat, et *Rapax* cognominabatur, ut alibi Tacitus. *Pichena.*

Unaetvicesima legio Vindonissa] An illa legio prorupit ex castris, quæ reservata Vindonissæ fuerant, sicut et Magontiaci? an vero per Vindonissam transiens hostes invasit? Certe hæc missa fuerat ex Italia; sicque per Vindonissam et Helvetios, irrupit in Germaniam.

[n] *Sextilius Felix*] Puto, erupit legio XXI. Vindonissa; at Sextilius Felix solus per Rhætiam invasit cum cohortibus.

[o] *Ala Singularium*] Unde emergit illa *ala Singularium*, nisi forte ex Rhætia cum Sextilio? Sic et statim derepente eduxit Vascones supra, nec unde tam subito emerserint, declarat.

[p] *Invisus avunculo infensusque*] Odio eum habet avunculus, *et vicissim* ille aversabatur avunculum.

[q] *Vangionum*] Vangiones populi

Digitized by Google

atque equite[t] firmavit, corruptis spe, aut metu subactis legionariis: qui primo cohortem, præmissam a Sextilio Felice, interficiunt; mox ubi Duces exercitusque Romanus[4] propinquabant, honesto transfugio[u] rediere: secutis Tribocis Vangionibusque et Caracatibus. Tutor, Treveris comitantibus, vitato[5] Magontiaco, Bingium[v] concessit, fidens loco, quia pontem Navæ[6] fluminis[w] abruperat, sed incursu

tatis spe legionariis, aut formidine adactis: qui primo obtruncant cohortem, quam præire Sextilius jusserat; dein postquam adventabant duces legionesque Rom., laudabili perfugio revertere: simul accedentibus Tribocis, Vangionibusque et Caracatibus. Tutor, simul cum Treveris, declinato Magontiaco, Bingium se recepit, fisus loco, quia pontem Navæ amnis intersciderat, sed irruptione cohortium, quas Sexti-

Ms. Harl. *delectu.*—4 Ita Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Agr. Guelf. editio princeps et recentiores. Compendiose in Ms. Flor. *Roman.* Ex hoc, aut simili, compendio Rhenanus edidit, *Romani;* quod recipere Gronov. et Ryckius. In Mss. Harl. Jes. *propinquabat.* Brotier.—5 Ms. Ryckii *vitata.*—6 Sic bene Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *navas,* aut

NOTÆ

Germaniæ superioris, in Belgica regione Galliæ: hodie diœceses Archiepiscopatus *Mayence,* et Episcopatus *Wormbs.* Vel, secundum divisiones temporales, pars est dominii temporalis Archiepiscopatus et Electoratus *Mayence,* omnis Episcopatus *Wormbs* dominium temporale, pars *Palatinatus Rheni* late sumti, pars *Hassiæ* provinciæ, et *Wetteraviæ,* in circulis Rheni superioris et inferioris. *Tillemonius.*

[r] *Caracatium*] Alii legunt, *Nemetum.* Nemetes, populi Germaniæ superioris, in Belgica regione ad Rhenumfluvium: hodie diœcesis Episcopatus *Spiræ.* Vel, secundum divisiones temporales, pars *Palatinatus Rheni,* et Lotharingiæ *Lorraine,* omne dominium temporale Episcopatus *Spiræ,* et Marchionatus *Badæ,* in circulis Rheni superioris, inferioris, et Sueviæ. *Tillemon.*

[s] *Tribocorum*] Hi populi Germaniæ superioris, in Belgica regione Galliæ: hodie diœcesis Episcopatus *Strasbourg,* in *Alsatia,* ad utramque Rheni ripam. *Tillemon.*

[t] *Veterano pedite atque equite*] Intellige legionarios, quos spe aut metu traxerat.

[u] *Honesto transfugio*] Quia inhonesti transfugii pœnitebat, quia honestius redire ad suos, quam transfugisse ad hostes; si quid tamen *honestum* in tanta mobilitate ingeniorum, in tanto fidei et sacramenti militaris neglectu.

[v] *Bingium*] Oppidum Vangionum populorum, in Germania superiore: hodie *Bingen,* oppidum Archiepiscopatus et Electoratus Moguntini, ad occidentem, et ad confluentes Rheni Navæ. *Tillemon.*

[w] *Pontem Navæ fluminis*] Solus Ausonius meminit: 'Transieram celerem nebuloso flumine Navam.' Apud Bingium *Nava* Rheno miscetur. *Rhenanus.*

Navæ] Nava flumen est Trevorum et Vangionum populorum, in Belgica regione Galliæ: hodie *Nabe* vel *Naue;* labitur per Palatinatum Rheni &c. in Rhenum fluvium se ex-

Digitized by Google

cohortium, quas Sextilius ducebat, et reperto vado, proditus fususque.[x] Ea clade perculsi Treveri, et plebes,[7] omissis armis, per agros palatur: quidam Principum, ut primi posuisse bellum viderentur, in civitates, quæ societatem Romanam non exuerant, perfugerunt.[8] Legiones a Novesio Bonnaque in Treveros, ut supra memoravimus, traductæ, se ipsæ[9] in verba Vespasiani adigunt. Hæc Valentino absente gesta: qui ubi adventabat furens, cunctaque rursus in turbas et exitium conversurus, legiones in Mediomatricos, sociam civitatem, abscessere. Valentinus ac Tutor in arma Treveros retrahunt: occisis Herennio ac Numisio, Legatis, quo minore spe veniæ cresceret vinculum sceleris.[y]

71. Hic belli status erat, cum Petilius Cerialis Magontiacum venit: ejus adventu erectæ[1] spes. Ipse pugnæ avidus et contemnendis, quam cavendis, hostibus[z] melior,

lius regebat, et invento vado, proditus et profligatus est. Eo damno exterriti Treveri, et vulgus, abjectis armis, per campos vagus errat: nonnulli procerum, ut primi omisisse bellum crederentur, abscessere in urbes, quæ fidem Romanam non mutarant. Legiones a Novesio Bonnaque in Treveros translatæ, ut antea retulimus, propria sponte in nomen Vespasiani sacramentum appellant. Hæc transacta absente Valentino: qui postquam advenit ira vesanus, omniaque rursus in discordias et perniciem concitaturus, legiones abiere in Mediomatricos, ejusdem sacramenti urbem. Valentinus ac Tutor rursus ad bellum Treveros impellunt: interfectis Herennio ac Numisio, legatis, quo minore spe impunitatis coalesceret societas seu facinoris sacramentum.

Sic se res habebant quoad bellum, cum Petilius Cerialis Magontiacum ingressus est: eo adventante erecti animi. Ipse ad prælia promtus, et aptior spernendis hostibus, quam vitandis insidiis, *vehementia verborum legiones incitabat: statim*

---

naves, aliudve corruptius. *Brotier.*—7 Mss. Harl. Jes. Corb. *plebs.*—8 Ms. Corb. *perfugere.*—9 *Se ipsas.* Ita libri omnes scripti et editi. Mallet tamen Cl. Ernestus, *se ipsæ.* Et sane sic vulgo scriptores, atque ipse Tacitus. *Brotier.* Ms. Budens. *se ipsa.*

1 Budens. male, *erepte.* Oberl.—2 Sic idem *loci* pro *socii.*—3 Ms. Ryckii,

NOTÆ

operat. Ex Geographia Sansonis. *Tillemon.*

[x] *Reperto vado, proditus fususque*] An proditus a suis? an proditus ab incolis Bingii? vel an proditus tantum dicitur, quia repertum vadum, cum se tutum, opposito amne, crederet? scil. abrupto ponte.

[y] *Cresceret vinculum sceleris*] Sic legati Tencterorum ad Agrippinenses supra, 'Romanos omnes in finibus vestris trucidetis, &c. Bona interfectorum in medium cedant, ne quis occulere quicquam, aut segregare causam suam possit;' idque *vinculum scelexis* esset.

[z] *Quam cavendis, ostibus*] Magis acer ad lacessendum Cerialis vincen-

Digitized by Google

ferocia verborum militem incendebat: ubi primum congredi licuisset, nullam prælio moram facturus: delectus per Galliam habitos in civitates remittit, ac nuntiare jubet, 'sufficere Imperio legiones: socii[2] ad munia pacis redirent, securi, velut confecto bello, quod Romanæ manus excepissent.' Auxit ea res Gallorum[3] obsequium. Nam, recepta juventute, facilius tributa toleravere, proniores ad officia, quod spernebantur.[a] At Civilis et Classicus, ubi 'pulsum Tutorem, cæsos Treveros, cuncta hostibus prospera' accepere, trepidi ac properantes, dum dispersas suorum copias conducunt,[b] crebris interim nuntiis Valentinum monuere, 'ne summæ rei periculum faceret.'[c] Eo rapidius Cerialis, missis in Mediomatricos, qui breviore itinere legiones in hostem verterent, contracto, quod erat militum Magontiaci, quantumque[4] secum transvexerat,

atque pugnandi facultas daretur, quin decertaret, nihil moraturus. Auxilia recens *scripta per Galliam, redire in* suas *civitates, et* popularibus *referre jubet*, sufficere legiones imperio *tuendo:* socii ad curas et officia pacis reverterentur, cura vacui, tanquam patrato bello, quod Romana virtus suscepisset. *Intendit ea res fidem obedientiamque Gallorum. Quippe, reciperata pube, libentius vectigalia exsolvere*, eo *promtiores ad munia, quod contemnebantur. At Civilis et Classicus, postquam audivere* fusum Tutorem, profligatos Treveros, omnia hostibus affluentia faustaque, *pavidi et festinantes, dum diductum suum militem contrahunt, frequentibus interea literis mandant Valentino*, ne belli summam fortunæ et aleæ committeret. *Eo promtius Cerialis, missis in Mediomatricos, qui compendiis viarum legiones adversus hostem ducerent, conjuncto, quod erat copiarum Magon-*

Galliarum.—4 Idem Ms. *quantumcumque.*—5 Ms. Corb. *ternis castris.*—

NOTÆ

dumque, quam intentus ne vinceretur. Tanto impetu ferebatur in hostes, ut magis eos per audaciam ac ferociam sperneret, quam prudentia caveret, ne deciperetur aut vinceretur. Sic infra: plerique 'culpabant Cerialem passum jungi, quos discretos intercipere licuisset. Romanus exercitus castra vallo circumdedit,' &c.

[a] *Proniores ad officia, quod spernebantur*] Sic est ingenium hominis: contemtu sæpe incitatur magis, quam si multis precibus ambiretur. Hinc concordiam et vim Romanam magis admirati sunt Galli, quod fessi et exhausti bellis civilibus, ad externa tamen bella sufficerent ipsi fere sine sociis, cum eos, e contra, per bella civilia, tanta cura ambirent, prensarent.

[b] *Dispersas suorum copias conducunt*] Id est, convocant, et in unum contrahunt. Non enim hic intelligam, quasi pretio aut mercede militem conducerent; sed conscriptas, variisque locis sparsas copias contrahunt.

[c] *Ne summæ rei periculum faceret*] Id est, Ne summam belli fortunæ ex-

Digitized by Google

tertiis[5] castris Rigodulum[6 d] venit; quem locum magna Treverorum manu Valentinus insederat, montibus aut[7] Mosella[e] amne septum; et addiderat fossas obicesque saxorum. Nec deterruere ea munimenta Romanum Ducem, quo minus peditem perrumpere juberet, equitum aciem in collem erigeret,[f] spreto hoste; quem, temere collectum,[g] haud ita loco juvari, ut non plus suis in virtute foret. Paulum moræ in ascensu,[8] dum missilia hostium prævehuntur:[h] ut ventum in[9] manus, deturbati ruinæ modo[10] præcipitantur. Et pars equitum, æquioribus jugis cir-

tiaci et quantum secum transmiserat, tribus diebus Rigodulum adventat; quam sedem Valentinus ingenti agmine Treverorum occuparat, collibus et amne Mosa circumdatam; etiam adjunxerat fossas, et claustra lapidibus structa. Nec obstitere illa propugnacula, quin dux Rom. pedestres copias perrudere juberet, et equitatum prælio instructum in jugum attolleret, contemto hoste; cujus copias subito delectas, haud adeo ingenio locorum defendi putaret, ut non plus in strenuitate suorum reponeret. Paulisper cunctati Romani, *dum eniituntur subeuntque, et tela hostium prætergrediuntur. Ubi consernere pugnam, dejecti, stragis ad instar præcipitantur. Et pars equitatus, cum per clementiores aditus montium circumisset,*

6 Ita Mss. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Ms. Vatic. 1863. *Ridogulum.* In Mss. Reg. Agr. Corb. et editione principe, *Rigodolum.* In diplomate Dagoberti I. apud P. Bertholet, 'Histoire de Luxembourg,' Vol. I. p. 22. *Regiodola.* Brotier.—7 Ita Mss. Flor. Bodl. Corb. Rhenanus, Jac. Gronovius et recentiores. In Mss. Reg. Harl. et editionibus veteribus, *et Mosella;* et sic Ryckius. Ms. Guelf. *ac Mosella.*—8 Male Ms. Guelf. et Puteolanus, *assensu. In* abest a Ms. Corb. *Brotier.*—9 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ad manus.* In Ms. Bodl. secunda manu emendatum, *in.*—10 Mss. Agr. Corb. *ruinæ more.*

NOTÆ

poneret, seu ne generale prælium committeret.

[d] *Rigodulum*] Hodie pagus aliquot milliaribus supra Confluentes, *Rigos* dictus. *Lipsius.*

Rigodulum] Oppidum Treverorum populorum in Belgica prima: hodie *Reol*, villa et castellum Archiepiscopatus et Electoratus Trevirensis prope Mosellam fluvium, et ad orientem urbis Trevirensis. *Tillemon.*

[e] *Moselle*] Amnis Belgicæ primæ in Gallia, exonerat se in Rhenum fluvium: hodie vocamus *Moselle:* labitur per status Lotharingiæ, *Lorraine;* ducatum Luxemburgi, *Luxembourg;* Archiepiscopatum et Electoratum Trevirensem, *Treves;* atque Palatinatum Rheni. *Tillemon.*

[f] *Equitum aciem in collem erigeret*] Id est, Equitatum acie instructum eniti et subire in collem juberet.

[g] *Quem, temere collectum*] Intelligit subito conscriptas seu tumultuarias copias, et in trepidatione seu tumultu delectas ex vulgo, et plebe incondita.

[h] *Paulum moræ in ascensu, dum missilia hostium prævehuntur*] Dum ascendunt, nempe, intra jactum telorum

Digitized by Google

cumvecta, nobilissimos Belgarum, in quis Ducem Valentinum, cepit.

72. Cerialis postero die coloniam Treverorum ingressus est, avido milite eruendæ civitatis: 'hanc[1] esse Classici, hanc Tutoris, patriam: horum scelere clausas cæsasque legiones. Quid tantum Cremonam meruisse; quam e gremio Italiæ raptam, quia unius noctis moram victoribus attulerit?[2] Stare in confinio Germaniæ integram sedem,[i] spoliis exercituum et Ducum cædibus ovantem. Redigeretur[3] præda in fiscum:[j] ipsis sufficere ignes et rebellis coloniæ ruinas, quibus tot castrorum excidia pensarentur.' Cerialis, a[4] metu infamiæ, si licentia sævitiaque imbuere militem crederetur, pressit iras: et parcere, posito civium[5]

splendidissimos Belgarum cepit, in quibus fuit *dux Valentinus.*

Postridie ejus diei Cerialis civitatem Treverorum introiit, avido exercitu exscindendæ coloniæ: Hanc esse Classici, hanc Tutoris natalem sedem: horum flagitio obsessas interfectasque legiones. Quod tantum *facinus* perpetrasse Cremonam; quæ e sinu Italiæ exterminata *fuisset, scil.* quia unius noctis spatio victores remorata sit? Servari in limite Germaniæ incolumem *Treverorum* civitatem, opibus legionum et nece legatorum exultantem. Inferrentur spolia in ærarium: sibi sufficere flammas, et perduellis civitatis excidium, quis castrorum ruinæ exsolverentur. *Cerialis, timore ignominiæ, si audacia et immanitate grassari exercitum permittere videretur, retinuit furentes: et* illi *morem*

1 Ms. Budens. *ac esse.*—2 Ms. Corb. *attulerat.*—3 Ita Mss. Reg. Corb. Bud. Agr. editio princeps, Pichena et recentiores. In Ms. Flor. *redigetur.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *redigeret prædam.*—4 Ita Mss. Flor. Reg. Bodl. Jes. Guelf. editiones veteres et Cl. Ernestus. *A metu*, id est, ob metum. Sic Livius, I. 31. 'ab eodem prodigio,' pro, ob id prodigium; et XXVI. 1. 'ab ira,' pro, ob iram: sic sæpe alias. Præpositionem *a* omisere Lipsius et Ryckius et Gronov. abest quoque a Mss. Corb. et Agr. *Brotier.* Budens. habet *Cereal. autem metu.*—5 Sic Mss. Flor. Reg. Bud. Agr. editio princeps et Cl. Ernestus ac recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *civili bello;* et sic Gronovius et Ryckius; at hic, *civium*, in margine.—

NOTÆ

seu missilium; dum, scil. tela ultra provehi nituntur, ut ad hostem accedant, ac conserant manus et cominus pugnent. Intellige, dum subeunt ultra tela, vel per tela et inter tela hostium prætervehuntur: scil. dum ascendunt telis expositi, et missilia prætervehuntur, dum ascendunt ad hostem, et ad *complexum armorum* veniunt: quo facto, jam nullus usus hosti missilium, et *in aperto* pugna.

[i] *Integram sedem*] Nempe, illibatam illæsamque et incolumem esse coloniam Treverorum, dum Cremona longe opulentissima Italiæ civitas suis sepulta cineribus jaceret.

[j] *Redigeretur præda in fiscum*] Opes Treverorum raptæ attribuerentur principi. Jam noverant parcimoniam Vespasiani, vel ducis animum sic ipsi

Digitized by Google

bello, ad externa modestiores. Convertit inde animos accitarum e Mediomatricis legionum miserabilis aspectus. Stabant conscientia flagitii mœstæ,[6] fixis in terram oculis. Nulla inter coëuntes exercitus consalutatio:[7 k] neque solantibus hortantibusve responsa dabant, abditi per tentoria et lucem ipsam vitantes: nec perinde periculum aut metus, quam pudor ac dedecus, obstupefecerat: attonitis etiam victoribus, qui[8] vocem precesque[1] adhibere non ausi, lacrymis ac silentio veniam poscebant: donec Cerialis mulceret animos, 'fato acta'[9] dictitans,[m] 'quæ militum Ducumque[10] discordia, vel fraude hostium, evenis-

gessere, relictis civilibus armis, ad extraneum bellum obsequentiores. Dein advertit animos deformis fœdaque facies accersitarum e Mediomatricis legionum. Erant memoria dedecoris tristes, demisso in terram vultu. Nulla inter convenientes legiones usurpata *salutatio: neque alloquentibus aut excitantibus respondebant, occulti per contubernia, et lumen ipsum fugientes: nec tam* eos *discrimen aut pavor, quam rubor et ignominia perculerat: stupentibus etiam victoribus, qui verba et preces cum interponere non auderent, fletu et silentio gratiam postulabant: donec Cerialis leniret animos,* fato *hæc* evenisse *prædicans,* quæ militum ducumque dissensione,

6 Ms. Agr. *mœsti.*—7 Budens. male *consultatio.* Oberl.—8 Ita scripti et editi librl. At *qui* omissum vellet Muretus. Mureto assentitur Cl. Ernestus. Acidalius tentabat, *quia.* Aliter interpungit Ryckius, *obstupefecerat, attonitis etiam victoribus: qui vocem precesque, &c.* Ita ut *qui* non ad victores, sed ad milites conscientia flagitii mœstos referatur. Davanzati aliique optimi interpretes obvio sensu recte accepere. Nempe ipsi victores attoniti vocem precesque non audebant, sed lacrymis tantum ac silentio veniam poscebant, ut Cerealis legionibus ignosceret. *Brotier.* Bipont. probabili conjectura legunt *quis* pro *quibus.* Oberl.—9 Mallet Cl. Ernestus, *fato facta.* Quod passim in veteribus scriptoribus, *fato fieri, fato factum.* Brotier.—10 Ita Mss. Flor. Corb. editio princeps, Pichena et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Pu-

NOTÆ

explorabant. Fiscus imperatoris seu ducis in ipsis principiis. Ann. lib. I. 31. 'Cum fisci de Imperatore rapti inter signa interque aquilas veherentur.'

[k] *Nulla inter coëuntes exercitus consalutatio*] Similem descriptionem habes Ann. XV. 16. ubi sibi occurrunt legiones Pæti et Corbulonis: 'Corbulo cum suis copiis apud ripam Euphratis obvius, [victis, scil. cum Pæto legionibus,] non eam speciem Insignium et armorum prætulit, ut diversitatem exprobraret: mœsti manipuli [Corbulonis] ac vicem comilitonum miserantes, ne lacrymis quidem temperavere: vix præ fletu usurpata consalutatione. Decesserat certamen virtutis et ambitio gloriæ, felicium hominum affectus: sola misericordia valebat.' Similem habes etiam apud Livium, ubi de Romanis sub jugum missis ad furcas Caudinas.

[l] *Victoribus, qui vocem precesque*] Sic supra 46. 'Namque et victor exercitus clamore lacrymas eorum juvabat.'

[m] *Fato acta dictitans*] Sic intellige:

Digitized by Google

sent. Primum illum[11] stipendiorum et sacramenti diem haberent: priorum facinorum neque Imperatorem neque se meminisse.' Tunc recepti in eadem castra, et edictum per manipulos, ne quis in certamine[n] jurgiove seditionem aut cladem commilitoni objectaret.

73. Mox Treveros ac Lingones, ad concionem vocatos, ita alloquitur: 'Neque ego unquam facundiam exercui; et Populi Romani virtutem[o] armis affirmavi. Sed, quia[1] apud vos verba plurimum valent, bonaque ac[2] mala non sua natura, sed vocibus seditiosorum, æstimantur;[3] statui pauca disserere, quæ, profligato bello, utilius sit vobis audisse, quam nobis dixisse. Terram vestram, ceterorumque Gallorum, ingressi sunt Duces Imperatoresque Romani,

vel dolo hostium contigissent. Primum illum militiæ et sacramenti diem *esse* intelligerent: eorum quæ ante acta essent, neque se, neque principem recordari. *Tunc admissi* sunt *in eadem castra, et imperatum edicto per centurias et cohortes, ne quis in contentione aut rixa exprobraret contubernalibus discordiam aut cladem.*

Dein Treveros et Lingonas in cœtum vocatos sic affatur: Nunquam ego eloquentiæ operam dedi; et populi Rom. fortitudinem armis asserui. Sed, quia apud vos maxime pollent conciones, et bona ac mala non se ipsis, sed verbis turbidorum, perpenduntur approbanturque; decrevi nonnulla exponere, quæ, confecto bello, magis vobis expediat accepisse, quam nobis protulisse. Duces imperatoresque Rom. venere in regionem vestram, et alio-

teolanus, *ducumve.*—11 Sic bene Mss. Reg. Corb. Guelf. editio princeps, Rhenanus et recentiores. Nec variant Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus tamen, *illorum.* Brotier.

1 Corrupte editio princeps, *quæ.* Ms. Corb. *quoniam.* Brotier.—2 Ms.

NOTÆ

Dictitans fato ea esse acta, quæ militum tamen ducumque discordia, vel fraude hostium revera facta essent: vel sic; Dictitans fato acta, vel fraude hostium, quæ militum ducumque discordia evenissent. Sed primus sensus magis ad verba mentemque Taciti esse videtur.

Fato acta dictitans] Sic Ann. lib. I. 39. Germanicus 'fatalem increpans rabiem, neque militum, sed Deum ira resurgere,' &c.

[n] *Ne quis in certamine*] Habes quid simile apud Livium. Per *certamen*, intellige jurgium et rixam, seu contentionem, forte etiam inter ludendum ortam, et inter jocos seu facetias militares: hinc enim magni sæpe motus, discordiæ, et cædes oriuntur in castris, ut supra sub Vitellio evenit.

[o] *Populi Romani virtutem*] Id ambigue scriptum videtur; quasi diceret, Eloquentiam non exercui, nec pacis artes; sed virtutem Romanam in armis posui: vel, Ego facundiam non didici; at populi Romani virtutem ipse armis exhibui, celebravi.

Digitized by Google

nulla cupidine, sed majoribus vestris invocantibus,[p] quos discordiæ usque ad exitium fatigabant: et acciti auxilio Germani sociis pariter atque hostibus servitutem imposuerant. Quot prœliis adversus Cimbros[q] Teutonosque,[4 r] quantis exercituum nostrorum laboribus, quove eventu Germanica bella tractaverimus, satis clarum.[5] Nec ideo Rhenum insedimus, ut Italiam tueremur; sed nequis alius Ariovistus Regno Galliarum potiretur. An vos cariores Civili Batavisque et Transrhenanis gentibus[6] creditis, quam majoribus eorum patres avique vestri fuerunt? Eadem semper causa Germanis transcendendi in Gallias, libido atque avaritia et mutandæ sedis amor, ut, relictis paludibus et solitudinibus[s]

rum Gallorum, nulla ambitione aut cupiditate *moti*, sed avis vestris *opem* implorantibus, qui seditionibus usque ad *ultimam* perniciem divexabantur: et *tum* vocati ad suppetias ferendas Germani, perinde socios ac hostes servitio premebant. Satis compertum, quot certaminibus adversus Cimbros Teutonosque, quantis laboribus nostrarum legionum, et quo successu bella Germanica gesserimus. Nec propterea Rhenum occupavimus, ut Italiam defenderemus; sed ne quis alius Ariovistus imperium Galliarum invaderet. An existimatis majus *esse* vestri studium Civili Batavisque et Transrhenanis populis quam *fuit* majoribus illorum erga patres avosque vestros? Eadem semper ratio Germanis *fuit eritque* transmittendi in Gallias, luxuria *scil.* et prædandi cupido, et ardor mutandæ patriæ, ut, omissis stagnis et desertis

Corb. *atque mala.*—3 Ms. Budens. *extimantur.*—4 Mss. Reg. et Agr. et editio princeps, *Teutonesque.*—5 In Mss. Vatic. 1863. Reg. Agr. et editione principe, *satis claret.* Verbum poëticum, quo Lucretius aliique usi sunt; et quo forte nec ipse Tacitus abstinuit. *Brotier.*—6 *Gentibus* abest a Ms. Corb.

NOTÆ

[p] *Majoribus vestris invocantibus*] Nempe, adversus Germanos, quos ejecere Romani e Galliis. Certe illi servitium servitio depulerunt, 'magis alii homines, quam alii mores.' In locum Germanorum substituti Romani, qui etiam Gallis sociis pariter atque hostibus servitutem imposuerunt, ut fit.

[q] *Cimbros*] Cimbri populi Cimbricæ Chersonesi, in Germania magna, ad Oceanum Germanicum, et ad mare Suevicum: hodie *Jutlandia*, peninsula et major pars regni Daniæ. *Tillemonius.*

[r] *Teutonos*] Populi Scandinaviæ in Germania magna ad septentrionem: hodie insulæ regni Daniæ, *Dannemarck;* inter Jutlandiam peninsulam et Gothlandiam regionem. *Tillemon.*

[s] *Relictis paludibus et solitudinibus*] Sic lib. de mor. Germ. 2. 'Quis porro præter periculum horridi et ignoti maris, Asia aut Africa aut Italia relicta, Germaniam peteret, informem terris, asperam cœlo, tristem cultu aspectuque, nisi si patria sit.' Et c. 5. 'Terra etsi aliquanto specie differt, in universum tamen aut sylvis horrida aut paludibus fœda.'

Digitized by Google

suis,[7] fœcundissimum hoc solum vosque ipsos possiderent. Ceterum[8] libertas et speciosa[9] nomina prætexuntur: nec quisquam alienum servitium et dominationem sibi concupivit, ut non eadem ista vocabula usurparet.

74. Regna bellaque per Gallias semper fuere, donec in nostrum jus concederetis. Nos, quanquam totiens lacessiti,[t] jure victoriæ id solum vobis addidimus,[1] [u] quo pacem tueremur. Nam neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt. Cetera in communi sita sunt. Ipsi plerumque legionibus nostris præsidetis:[v] ipsi has aliasque provincias regitis. Nihil separatum clausumve. Et laudatorum Prin-

snis, fertilissimam hanc terram, vosque ipsos occuparent. Porro libertas, et honesta vocabula obtenduntur: et nemo affectavit alienam servitutem imperiumque, quin eadem ista nomina prætexeret.

Imperia bellaque per Gallias semper extitere, donec in nostram potestatem veniretis. Nos, etsi toties oppugnati, id unum vobis imposuimus jure belli, quo pacem servaremus. Quippe nec tranquillitas populorum sine milite, neque miles sine stipendiis, neque stipendia sine vectigalibus haberi possunt. Cetera in promiscuo posita sunt. Ipsi sæpe nostras legiones regitis; ipsi his aliisque provinciis præestis. Nihil distinctum aut secretum. Et egre-

—7 *Suis* deest in Ms. Corb.—8 Budens. *ceterorum*.—9 Male Mss. Harl. Jes. *pretiosa nomina*. Brotier.

1 Ursinus laudat ex vetere codice, *adjicimus*. Tentat ipse, *ademimus*.

NOTÆ

[t] *Totiens lacessiti*] Nempe crebris rebellionibus Gallorum.

[u] *Id solum vobis addidimus*] Id multa importat, et eo prætextu omnia ingenio dominantium inservire debent. Socii invalidiores pecuniam, copias, et opes conferebant; Galli, arma, viros, equos. Et sic cetera, non ex modo aut æquitate, sed ex libidine imperitantium. De Mor. Germ. 36. 'Inter impotentes et validos falso quiescas; ubi manu agitur, modestia ac probitas nomina superioris sunt.' *Boni* et *æqui* socii tandem *stulti et inertes* vocantur; fortiores, boni et æqui sunt, si velint, et sic appellantur: inferiores invalidique, stulti et ignavi appellantur, nec sibi magna nomina justitiæ vindicare possunt. Soli victores id habent, ut *boni* sint et *æqui*, et sic vocentur. Alii miseri, et serviunt: *væ victis*.

[v] *Ipsi plerumque legionibus nostris præsidetis*] Id forte, postquam in civitatem et senatum introducti sunt Galli: supra; 'Tribuni et centuriones in Gallia orti, in pignus societatis reservantur.'

Primo, civitate et equestri fastigio evecti proceres Galli; dein in senatum asciti; ex senatoribus mox prætores et consules facti; et exinde proconsules et legati legionibus et provinciis præsidebant.

Digitized by Google

cipum[w] usus ex æquo, quamvis procul agentibus: sævi proximis ingruunt.[2] Quomodo sterilitatem,[x] aut nimios imbres et cetera naturæ mala, ita luxum vel avaritiam dominantium tolerate. Vitia erunt, donec homines:[y] sed neque hæc continua, et meliorum interventu pensantur; nisi forte, Tutore et Classico regnantibus, moderatius imperium speratis: aut[3] minoribus, quam nunc, tributis parabuntur[4] exercitus, quibus Germani Britannique[5] arceantur. Nam pulsis (quod Dii prohibeant) Romanis, quid aliud, quam bella[z] omnium inter se gentium existent? Octingentorum

giorum imperatorum perinde *vobis* utilitas, licet longe distantibus: crudeles propinquis imminent. Sic *forte* libidinem vel avaritiam imperitantium, quemadmodum toleratis infertilitatem, aut immodicas pluvias, et alias naturæ calamitates. Flagitia erunt, dum homines *erunt*: sed neque hæc *mala* perpetua, et *ista* meliorum *principum* successione compensantur; nisi forte, Tutore et Classico dominantibus, mitiorem dominationem expectatis: aut levioribus, quam nunc, oneribus contrahentur copiæ, quibus propellantur Germani Britannique. Quippe, ejectis Romanis, (quod omen Deus avertat,) quid aliud, quam bella omnium inter se populorum exorientur? Octingento-

Utrumque male. *Brotier.*—2 Gronovius ponit comma post *ingruunt.*—3 Ms. Jes. *ac minoribus.*—4 Male Beroaldus, *parabuntur.*—5 In margine Ms. Bodl.

NOTÆ

[w] *Et laudatorum Principum*] Id est, bonorum virtutem ex æquo participatis, quamvis urbe procul absitis: at mali principes sæviunt magis in proximos, nempe in cives et proceres, qui Romæ degunt.

Laudatorum principum] Sallustius, in oratione Syllæ ad Bocchum: 'Tibi vero nulla amicitia opportunior nostra: primum quod procul absumus, in quo offensæ minimum, gratia par ac si prope adessemus.' *Lipsius.*

[x] *Quomodo sterilitatem*] Sic Seneca, de Constantia sapientis capite 9. 'Omnia itaque sic patitur, ut hyemis rigorem, et intemperantiam cœli, ut fervores morbosque, et cetera forte accidentia.'

At Dio Cassius Ciceronem ita loqui facit, ubi Amnestiam suadet, post cædem Cæsaris: 'Itaque hæc præterita, grandinis aut nimbi modo evenisse existimantes, oblivioni tradite.' *Lipsius.*

[y] *Vitia erunt, donec homines*] Vitia erunt, quamdiu erunt homines; 'qui vitia odit, homines odit,' aiebat Thrasea. Durant vitia, ut homines, sed non continuo durant certa vitia, ut homines. Quorundam flagitia, interventu meliorum principum, pensantur. Aut non durant flagitia, aut non durant eadem: nec certis sæculis aut dominationibus pariter vigent. Pensantur quandoque virtutibus aliorum, aut etiam superantur. Prout sunt exempla imperitantium, ita et mores hominum: prout est dominatio, ita fere et sæculum; et ut sæculum et exemplum, ita et mores.

[z] *Quid aliud, quam bella*] Plutarchus vere, 'imperium Romanum velut an-

Digitized by Google

annorum fortuna disciplinaque compages hæc coaluit, quæ convelli, sine exitio convellentium, non potest. Sed vobis maximum discrimen, penes quos aurum et opes, præcipuæ bellorum causæ. Proinde pacem et urbem, quam victi victoresque[6] eodem jure obtinemus,[7] amate, colite. Moneant vos utriusque fortunæ documenta, ne contumaciam cum pernicie, quam obsequium cum securitate, malitis.' Tali oratione graviora metuentes composuit erexitque.

75. Tenebantur victore exercitu Treveri, cum Civilis et Classicus misere epistolas ad Cerialem, quarum hæc sententia fuit: 'Vespasianum, quanquam nuntios[1] occultarent,[a]

rum annorum fortuna et virtute adolevit hæc *Imperii* moles, quæ concuti aut abrumpi, sine pernicie abrumpentium, nequit. Sed vobis *præcipue* gravissimum periculum *ingruit*, qui possidetis aurum et divitias, *quæ sunt* maxima bellorum incitamenta. Itaque amate, observate pacem, et civitatem, qua victi victoresque pari jure fruimur. Doceant vos utriusque sortis experimenta, ne anteponatis pervicaciam et perniciem fidei et incolumitati *vestræ*. *Ejusmodi verbis atrociora formidantes* Treveros *compescuit*, simul *et solatus est*.

Victor exercitus Treveros insidebat, cum Civilis et Classicus scripsere literas ad Cerialem, quarum is sensus fuit: Vespasianum, quamvis nuntia supprimerent,

Battavi.—6 *Que* abest a Ms. Jes.—7 Ms. Corb. *obtinebimus*.

1 Bud. vulgatum habet. Brotier. *nuntii occultarent*. In loco exponendo Pichenam sequitur Ernestus; contra Salinerius *nuntios* accipiebat pro re nuntiata, et verbum *occultarent* referebat ad Domitianum et Mucianum. *Oberl.*—

NOTÆ

choram esse' scripsit, 'fluctuanti mundo.' Et sic Crispus ad Cæsarem: 'Quippe si morbo jam aut fato huic imperio secus accidat; cui dubium est, quin per orbem terrarum vastitas, bella, cædes oriantur?' *Lipsius*.

[a] *Quanquam nuntios occultarent*] Castigationibus parcendum erat. Nuntius enim aliquando pro re quæ nuntiatur. Catulius in Arrium: 'Metuebam talia verba, cum subito affertur nuntius horribilis.'

Plinius lib. v. epist. 5. 'Nuntiatum mihi T. Fannium decessisse, qui nuntius gravi me dolore confudit.' Noster: 'prosperos rerum in Treveris gestarum nuntios accepere.'

Verum quinam sunt isti, qui famam occisi Vespasiani supprimere dicuntur? Iidem, quos Civilis et Classicus appellant, 'vana et sine viribus nomina.'

Nimirum Domitianus ac Mucianus, quibus id affingitur, ut facile ad imponendum: solitum est enim iis, qui in imperium non suum sese intrudunt.

En Livia, Ann. lib. I. 'Lætique interdum nuntii vulgabantur, donec provisis, quæ tempus monebat, simul excessisse Augustum, et rerum potiri Neronem, eadem fama tulit.' *Salinerius*.

Ego censeo literarum, quas Civilis Classicusque ad Cerialem scripserunt, sensum fuisse; certiores se de Ves-

Digitized by Google

excessisse vita. Urbem atque Italiam interno bello consumtam. Muciani ac[2] Domitiani vana et sine viribus nomina. Si Cerialis imperium Galliarum velit, ipsos finibus[b] civitatum suarum contentos; si prælium malit,[3] ne id quidem abnuere.' Ad ea Cerialis Civili et Classico nihil: eum, qui attulerat ipsas[4] epistolas, ad Domitianum misit. Hostes, divisis copiis, advenere undique. Plerique culpabant Cerialem, passum[5] jungi, quos discretos intercipere licuisset. Romanus exercitus castra fossa valloque circumdedit, quis temere antea intutis[6] consederat. Apud Germanos diversis sententiis certabatur.

76. Civilis, ' opperiendas Transrhenanorum gentes, qua-

mortem obiisse. Urbem et Italiam civilibus armis exhaustam. Muciani ac Domitiani inania et sine robore vocabula. Si Cerialis imperium Galliarum cupiat, ipsos limitibus provinciarum suarum contentos; si pugnam potius vellet, ne id quidem *se* detrectare. *Ad ea Cerialis Civili et Classico nihil* respondet; sed *eum* ipsum nuntium *misit ad Domitianum, qui has literas reddiderat. Hostes, separatis copiis, undique affluxere. Multi arguebant Cerialem, quod permisisset in unum concurrere* ipsos, *quos diductos* diremtosque *circumvenire potuisset. Romanæ legiones castra cinxere aggere fossisque, quibus temere antea parum firmatis substiterant. Germani diversa in consilia trahebantur.*

Ceusebat *Civilis*, expectandas *esse* Transrhenanorum copias, quarum pavore

2 Ita Ms. Flor. et editiones recentiores. Puteolanus, *et*. Ms. Corb. et editio princeps, *atque*.—3 Plerumque legitur *velit, mallet*. Alterutrum est vitiosum, et aut *vellet* legendum, aut *malit*. Posterius Latinius est; itaque sic correxi. *Ernest*. Recepere emendationem Bipont. sed Brotier. et Lall. vulgatum servant, *mallet*. Sic et Bud. *Oberl*.—4 *Ipsas* redundare videtur Cl. Ernesto. Certe recte abesset. Acidalius emendabat, *ipsasque epistolas;* vel, quod minus probabile, sic interpungebat, *eum qui attulerat, ipsas epistolas, &c*. Brotier. —5 Bene sic veteres et recentiores editiones. In intermediis quibusdam, *passim jungi*. Sic quoque Mss. Jes. et Corb. Sed recte suprascriptum in Ms. Corb. *passum*. Idem.—6 Ita vulgo Mss. Beroaldus et recentiores. In editione principe, *intutus*. Ms. Reg. et Puteolanus, *in tutis*. Ms. Guelf. *in tutius*.

NOTÆ

pasiani obitu factos, quanquam Cerialis et alii Romani duces occultarent nuntios, seu tabellarios, qui id significatum Roma venerunt. *Pichena*.

Possit τὸ *nuntios* intelligi de utrisque, et de ipsis nuntiis seu tabellariis, et de rebus nuntiatis. Ut *nuntii* seu res nuntiatæ *vulgabantur*, ita et *occultabantur*. Et τὸ *occultarent* potius refertur ad Cerialem et ad alios legatos præsentes, quam ad Domitianum et Mucianum, qui procul aberant, et qui vix supprimere *nuntios* in Germania poterant.

[b] *Ipsos finibus*] Id est, ipsa regione, quam possiderent civitates suæ ante bellum. Sic eum suspectum reddere cupiebant militibus, vel imperitantibus. Hinc statim mittit nuntium ipsum et literas ad Cæsarem. Vel capio: ipsos contentos esse, civitates suas in libertatem vindicarent.

Digitized by Google

rum terrore fractæ Populi Romani vires obtererentur.[1] Gallos quid aliud, quam prædam[c] victoribus? et tamen, quod roboris sit, Belgas,[d] secum palam aut voto stare.'[2] Tutor, 'cunctatione crescere rem Romanam,' affirmabat, 'coëuntibus undique exercitibus. Transvectam e[3] Britannia legionem: accitas ex Hispania: adventare ex Italia: nec subitum militem, sed veterem expertumque belli. Nam Germanos, qui ab ipsis sperentur,[4] non juberi,[5] non regi,[6][e] sed cuncta ex libidine agere: pecuniamque ac dona, quis

perculsæ Romanæ legiones proculcarentur. Gallos quid aliud, quam opes et spolia victoribus? Et tamen, quantum virium sit, Belgas, secum stare aperte, aut favore. *Asseverabat Tutor*, tempore moraque adolescere vires Romanas, confluentibus undique copiis. Transmissam legionem e Britannia; arcessitas ex Hispania: advenire ex Italia: nec tumultuarias copias, sed vetustas bellique usu firmatas. Quippe Germanos, qui ab ipsis expectentur, non dicto audientes esse, non imperia accipere, sed omnia ex nutu et arbitrio suo gerere: opesque ac munera, quibus unis convellantur, affluentiora penes

1 Ms. Reg. et editio princeps, *obterentur*. Male Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et J. F. Gronovius, *obterrerentur*. Emendatum in Ms. Harl. *obtererentur*. Brot.—2 Pessime Mss. Harl. Bodl. Jes. *aut vastari*. In Ms. Bud. *aut vastare*. Inde tentabat Rheuanus, *aut clam stare*. Idem.—3 Ita Ms. Flor. Pichena et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *ex Britannia*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Putcolanus, *a Britannia*.—4 Male Beroaldus, *sperneutur*. Ms. Guelf. vitiose *seperentur*.—5 Ms. Corb. *non haberi*.—6 Mss. Harl. Bodl. Jes. *non cogi*. Recte supra

NOTÆ

[c] *Gallos quid aliud, quam prædam*] Idque, quia longa pace et otio segnes, fractique deliciis Galli, et tum opulentissimi erant. *Gallos* intelligit Civilis, qui, scil. cum ipso militabant. Hos spernit præ Transrhenanis, quos expectandos censebat. Id dico, quia nonnulli intelligunt de Galliis, quæ præda victoris forent: quod falsum est.

[d] *Quod roboris sit, Belgas*] Scil. 'Belgæ fortissimi Gallorum,' ut scripsit Cæsar ipse.

[e] *Germanos .... non juberi, non regi*] Sic lib. de Mor. Germ. 7. 'Nec regibus, infinita aut libera potestas; et duces exemplo potius, quam imperio; sic promti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione præsunt. Ceterum neque animadvertere, neque vincire, neque verberare quidem, nisi sacerdotibus permissum.' Dum Germanicam libertatem ostentant, juberi aut regi nolunt. Sic et eodem lib. cap. 1. 'Illud ex libertate vitium, quod non simul, nec jussi conveniunt,' &c.

Et ipsi Germani supra, invito Civili, præter fœdus et decus gentis, invaserunt spoliaruntque legiones Romanas, fide publica abeuntes, castraque ipsa simul cum ipsis Romanis incenderunt, contra jus gentium; at forte non consilio publico, sed quasi per latrocinium.

Digitized by Google

solis corrumpantur, majora apud Romanos, et neminem adeo in arma pronum,[7] ut non idem pretium quietis,[f] quam periculi, malit. Quod si statim congrediantur, nullas esse Ceriali, nisi ex reliquiis Germanici[8] exercitus, legiones, fœderibus Galliarum obstrictas. Idque ipsum, quod inconditam nuper Valentini manum contra spem suam fuderint, alimentum illis[9] Ducique temeritatis. Ausuros rursus venturosque in manus, non imperiti[10] adolescentuli,[g] verba et conciones, quam ferrum et arma, meditantis, sed Civilis et Classici: quos ubi aspexerint, redituram in animos formidinem, fugam famemque[11] ac totiens captis præcariam vitam: neque Treveros aut Lingonas benevolentia contineri: resumturos arma, ubi metus abscesserit.' Diremit consiliorum diversitatem, approbata[12] Tutoris sententia, Classicus: statimque exequuntur.

Romanos, nec quenquam adeo in bella ferocem, ut non malit idem præmium otii et pacis quam prælii et discriminis. Quod si statim prælium committant, nullas adesse Ceriali, nisi ex clade Germanici exercitus, *superstites* legiones, in verba Galliarum adactas. Et illud ipsum, quod proxime præter spem suam vicerint incompositum Valentini agmen, *fore* incitamentum illis legatoque temeritatis. Aggressuros iterum, conserturosque pugnam, non cum rudi juvene, *potius* exercente facundiam et orationes, quam aciem et tela *parante*, sed cum Civili et Classico; quos postquam animadverterint, incessurum rursus animos pavorem, cladem, penuriamque, ac toties expugnatis concessam et habitam precario salutem: nec Treveros aut Lingonas amore retineri: renovaturos bellum, postquam abierit formido. *Contrarietatem sententiarum abrupit Classicus, comprobato Tutoris consilio; statimque erumpunt.*

scriptum in Ms. Bodl. *non regi*. Brotier.—7 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps, Ryckius et recentiores. Mss. Harl. Jes. et Puteolanus, *in arma promtum*. Idem.—8 In Mss. et veteribus editionibus, *Germani*. Secunda manu additum in Ms. Bodl. *Germanici*; ut habent Rhenanus et recentiores. —9 Ita libri scripti et editi, præter Cl. Ernestum, qui edidit, *illi*.—10 Sic optime Rhenanus et recentiores. In Ms. Corb. et editione principe, *non imperitia adolescentuli*. In Ms. Reg. *adolescendi*. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *non imperitia militum, sed adolescentuli*. Brotier.—11 Budens. *famamque*.—12 Ms. Corb. *probata*.

NOTÆ

[f] *Ut non idem pretium quietis*] Id est, ut non malit idem stipendium seu præmium habere in pace et otio, quod habet in bello.

[g] *Non imperiti adolescentuli*] Tullium Valentinum intelligit, de quo supra: 'Is, meditata oratione, cuncta magnis imperiis objectari solita, contumeliasque et invidiam in populum Rom. effudit.' Et paulo post, 'restitit idem Valentinus, obstruxitque civitatis suæ aures,' &c. *Pichena*.

Digitized by Google

77. Media acies Ubiis Lingonibusque data: dextro cornu cohortes Batavorum: sinistro Bructeri Tencterique.[1] Pars montibus, alii, viam inter Mosellamque flumen,[2] [h] tam improvisi[3] assiluere, ut in cubiculo ac lectulo Cerialis (neque enim noctem in castris egerat) pugnari simul vincique suos audierit, increpans pavorem nuntiantium, donec universa clades in oculis fuit. Perrupta legionum castra, fusi equites: medius Mosellæ pons,[i] qui ulteriora coloniæ annectit, ab hostibus insessus. Cerialis, turbidis rebus intrepidus et fugientes manu retrahens, intecto corpore promtus inter tela, felici temeritate et fortissimi cujusque accursu, reciperatum pontem electa[4] manu firmavit. Mox in castra reversus, palantes captarum apud Novesium Bonnamque legionum manipulos et rarum apud signa militem

Media acies permissa Ubiis et Lingonibus: cohortes Batavorum cornu dextro; sinistro stetere *Bructeri et Tencteri. Alii collibus, alii, inter viam et Mosellam amnem, adeo præter spem assultavere, ut Cerialis, qui nocte* illa *a castris abfuerat, in cubiculo lectoque acceperit, certari, simul et profligari suos, incusans metum admonentium, donec universa strages in aspectu fuit. Perfracta legionum munimenta, pulsi equites; medius pons Mosellæ, quo ulteriora coloniæ junguntur, occupatus ab hostibus. Cerialis, trepidis rebus impavidus, et fugaces manu reducens, nudo corpore, strenuus inter arma, fausta temeritate, et promtissimi cujusque auxilio, receptum pontem firmo præsidio insedit. Dein regressus in castra, palabundos expugnaturum apud Novesium et Bonnam legionum manipulos, et infrequentem apud vexilla*

1 Notatum in margine Ms. Harl. *Hic deficit.* Quasi aliquid hic desit. Turbat quoque Ms. Flor. in quo, *Tencterique pars montibus alii alii viam.* Forte nominabantur adhuc aliquot populi, quorum nomina exciderint. *Brotier.*— —2 Addit Ms. Agr. *Mosellamque flumen dispositi per pontem, tam improvisi, &c.* At prorsus inutile est istud additamentum.—3 Ita Ms. Agr. Rhenanus et recentiores. In Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editionibus veteribus, *tam improvisa.*—4 Ita Mss. et veteres recentioresque editiones. Lipsius, cum Gronov. et Ryckio, *lecta manu.* Ms. Ryckii *e lecta manu.* Flor. *delecta,*

NOTÆ

[h] *Viam inter Mosellamque flumen*] Tacitus, ut ea defunctus descriptione est, (si rem rite excussam concipio,) non modo nobis eam intellectu difficilem reddit, sed et iis quibus ista scripsit; nisi putemus, Romæ tum viventibus viam fuisse notissimam, de qua agit; aliaque minutiora, quæ Treverorum spectant situm, ut ad plenam cognitionem nihil deesset.

Adde quod utcumque mutetur loci situs, in promtu sit, ex textu sic constituto, controversias movere non ita facile enodandas. *Suvilius.*

[i] *Medius Mosellæ pons*] An quia media pars pontis jam insessa ab hostibus? An quia dividebat civitatem in duas partes Mosella? An quia pons jungebat utramque ripam? Medium pontem insederant, quia scilicet ad

Digitized by Google

ac prope circumventas aquilas videt.[5] Incensus ira, 'non Flaccum,' inquit, 'non Voculam deseritis. Nulla hic proditio: neque aliud excusandum[j] habeo, quam quod vos, Gallici fœderis oblitos, redisse in memoriam[k] Romani sacramenti, temere credidi.[6] Annumerabor Numisiis et Herenniis: ut omnes Legati vestri, aut militum manibus, aut hostium, ceciderint. Ite, nuntiate Vespasiano,[l] vel, quod propius est, Civili et Classico, relictum a vobis[7] in acie Ducem: venient legiones, quæ neque me inultum, neque vos[7] impunitos, patiantur.'

militem, ac fere interceptas aquilas animadvertit. Inflammatus ira, non Hordeonium, *inquit*, non Voculam relinquitis. Nulla hic perfidia; neque aliam culpam deprecari debeo, quam quod *prædixerim*, abolitam *esse* ex animis vestris societatem Galliarum, penitusque infixam *vobis* memoriam fidei Romanæ, perperam existimavi. Accensebor Numisiis et Herenniis; ut cuncti duces vestri, vel militum, vel hostium sævitia conciderint. Ite, referte Vespasiano, vel, quod promtius est, Civili et Classico; desertum a vobis in prælio legatum. Adventant legiones, quæ neque me sine ultione, neque vos sine supplicio relinquent.

quod recepere Bipont.—5 Ms. Corb. et editio princeps, *vidit*.—6 Locum hunc Brotierus sic edit: *oblitos prædixerim: memoriam Romani sacramenti temere credidi*. Sic Mss. Flor. Reg. Corb. Pichena et recentiores. In Ms. Bud. *prædixi*. Ab editione principe abest, *temere*. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *tenere*. Inde sane in Ms. Agr. conjectura potius, quam ex vetere scriptura, *quod vos Gallici fœderis oblitos proximam memoriam Romani sacramenti tenere credidi*. Lipsius existimabat, *prædixerim* redundare; et emendabat, *oblitos redisse in memoriam Romani sacramenti temere credidi*. Quod valde probabile. Pro *prædixerim* corrigebat Pichena, *et retinere*. J. F. Gronovius, *repetisse*. Absurde vero e nescio quibus veteribus Titinnii quisquiliis Jac. Gronovius, *præfiscini memoriam Romani sacramenti tenere credidi*. Brotier.—7 Ms. Budens. *vobis, vos*.

NOTÆ

aliud extremum hostibus proximum et amicum Romanis, nondum succedere audebant.

[j] *Neque aliud excusandum*] Neque aliud purgandum, aut diluendum nunc habeo crimen, quam quia prædixi, id est, intempestive, et priusquam oporteret, ego dixi, vos oblitos esse sacramenti Galliarum; et quia leviter seu temere credidi, vos meminisse fidei erga populum Romanum.

[k] *Memoriam*] Id est, Reverentiam.

[l] *Ite, nuntiate Vespasiano*] Similis invidiæ metum suis militibus jam fugientibus Sylla injicit: 'Si quis vos, milites, rogaverit, ubi Syllam imperatorem vestrum reliqueritis, respondete, apud Orchomenum pugnantem.'

Atque ille hac increpatione rem labentem sustinuit. Plutarchus, et Appianus. *Lipsius*.

Digitized by Google

78. Vera erant,[1] et a Tribunis Præfectisque eadem ingerebantur. Consistunt per cohortes et manipulos: neque enim poterat patescere acies, effuso hoste,[m] et impedientibus tentoriis sarcinisque, cum intra vallum pugnaretur. Tutor et Classicus et[2] Civilis, suis quisque locis, pugnam ciebant: Gallos 'pro libertate,' Batavos 'pro gloria,'[n] Germanos 'ad prædam' instigantes. Et cuncta pro hostibus erant: donec legio unaetvicesima,[3] patentiore,[4] quam ceteræ, spatio conglobata,[o] sustinuit ruentes; mox impulit. Nec sine ope Divina, mutatis repente animis, terga victores vertere. Ipsi, territos se cohortium aspectu, ferebant, quæ primo impetu[p] disjectæ, summis rursus jugis congregabantur, ac speciem novi auxilii fecerant. Sed obstitit vincentibus pravum inter ipsos certamen, hoste omisso, spolia consectandi. Cerialis, ut incuria prope rem[5] afflixit, ita constantia restituit: se-

Certa hæc *erant, et tribuni præfectique eadem admonebant. Componuntur per cohortes et manipulos: neque enim poterat extendi acies, late invecto hoste, et obstantibus tabernaculis impedimentisque, cum intra castra certaretur. Tutor, et Classicus, et Civilis, suis quique stationibus, prælium accendebant: incitantes Gallos* pro libertate, *Batavos* pro decore, *Germanos* ad prædam. *Et omnia favebant hostibus: donec legio unaetvicesima, liberiore, quam aliæ, statione composita, excepit irrumpentes; dein et fudit. Nec sine auxilio divino, mutatis subito animis, in fugam conversi, qui vincebant. Ipsi, perculsos se dicebant spectatis cohortibus, quæ primo incursu proturbatæ, summis iterum collibus conglobabantur, et se instar novi agminis exhibuerant. At nocuit superantibus improba inter ipsos contentio, relicto hoste, prædam persequendi. Cerialis, ut negligentia fere rem* Rom. *profligavit, ita* et *firmitudine animi instauravit: et permittens se fortunæ,*

1 Sic Mss. Sed, ne quis cum amico *penetraverant* velit, supple, militum animos; quod tuebatur parallelis aliquot locis. *Ryckius.*—2 *Et* perperam a Puteolano omissum. *Brotier.*—3 Sic bene Ms. Agr. Pichena et recentiores. Ms. Reg. et Alciatus, *vicesima prima.* Vulgo Mss. et Puteolanus, *legio XXI.* Idem.—4 Ms. Budens. *potentiore.*—5 Ms. Guelf. et quædam edd. *res.*

NOTÆ

[m] *Effuso hoste*] Quia hostis jam omnem locum occuparat, non solum extra castra, sed etiam et intra castra proruperat; ubi jam pugnabatur. Non mirum igitur si non posset porrigi acies Rom.

[n] *Batavos pro gloria*] Pro gloria simulque et *pro imperio;* id enim volebat Civilis.

[o] *Conglobata*] Quamvis illa legio liberiore loco esset, erat tamen adhuc restricta, conferta et conglobata, et nondum satis libere instructa in aciem assistebat: attamen sic *sustinuit ruentes hostes.*

[p] *Quæ primo impetu*] Id est, Statim atque hostes ex improviso assilnere, et proturbatas quasdam cohortes in

Digitized by Google

cutusque fortunam, castra hostium eodem die capit exscinditque.

79. Nec in longum quies militi data. Orabant auxilium Agrippinenses; offerebantque uxorem ac sororem Civilis et filiam Classici, relicta sibi pignora societatis. Atque interim dispersos in domibus Germanos trucidaverant. Unde metus et justæ preces invocantium, antequam hostes, reparatis viribus, ad spem vel ad ultionem accingerentur. Namque et Civilis illuc intenderat, non invalidus, flagrantissima cohortium suarum[q] integra:[1] quæ ex Chaucis[r] Fri-

eadem die expugnat munimenta hostium et evertit.

Nec diuturnum otium exercitui concessum est. *Opem implorabant Agrippinenses; promittebantque conjugem, et sororem Civilis, et filiam Classici, deposita apud ipsos pignora fœderis. Atque interea interfecerant Germanos, qui per ædes sparsi* erant. *Hinc formido et legitimæ preces* auxilium *rogantium, priusquam hostes, instauratis viribus, ad spem vel ad vindictam præpararentur. Quippe et Civilis huc se contulerat, haud parum firmus, ferocissima cohortium suarum illibata: quæ ex Chaucis*

1 Ita Pichena et recentiores e Ms. Flor. in quo, teste Pichena, *integraque ex Chaucis.* At adversatur Jac. Gronovius, et ait legisse se in Ms. Flor. *integraque et ex Chaucis.* Quam scripturam defendit, legitque, *non invalidus flagrantissima cohortium suarum integraque et ex Chaucis Frisiisque composita. Tolbiaci in finibus Agrippinensium agebat.* Hæc vero per parenthesim dicta volebat Illustr. Huetius, et ita distinguebat: *non invalidus (flagrantissima cohortium suarum integra: quæ ex Chaucis composita) Tolbiaci, &c.* Verum potior est Pichenæ emendatio. Favetque Ms. Corb. in quo, *integraque et Chaucis.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. *integra et e Chaucis.* In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *integra manu et e Chaucis.* Unde tentabat Lipsius, *integra*

NOTÆ

fugam vertere: quæ tamen cohortes in montibus rursus congregabantur, et hinc fortunam partium haud dubie speculabantur.

[q] *Flagrantissima cohortium suarum*] An quia ferocissima et pugnacissima illa cohors? An quia flagrabat studio in Civilem? Forte utrumque. Sic supra septima legio in Antonium Primum maxime prona.

[r] *Integra: quæ ex Chaucis*] Romanus codex, et editiones aliæ: *integra manu et e Chaucis.* Legam, *integra manente e Chaucis.* Florentinus porro, *integraque ex.* Si plene, facias cum Pichena, *integra quæ.* Lipsius.

Integra] Si affuit prælio, quomodo *integra?* Si legis, *integra manu*, quomodo etiam *integra* illa *manus;* si composita ex viris profligatis, et cur adderet, *ex Chaucis Frisiisque?* Non enim illam manum, aut agmen ex istis solum composuisset, sed ex indomitis Batavis suis, et Belgis, qui e prælio evaserant.

Præterea quis sic loquatur, *Flagrantissima cohortium suarum integra manu?* Si *integra* est *manus* cohortium, haud dubie abfuit a prælio; at non verisimile est, plures tum cohortes otiosas, seu vacuas, data pugna, reliquisse Civilem.

Digitized by Google

siisque composita, Tolbiaci,[2] in finibus Agrippinensium, agebat. Sed tristis nuntius avertit, 'deletam cohortem dolo Agrippinensium:' qui largis epulis vinoque sopitos Germanos, clausis foribus,[1] igne injecto, cremavere. Simul Cerialis propero agmine subvenit. Circumsteterat Civilem et alius metus, ne quartadecima legio, adjuncta Britannica classe, afflictaret Batavos, qua[3] Oceano ambiuntur. Sed legionem terrestri itinere Fabius Priscus, Legatus, in Nervios Tungrosque duxit: eæque civitates in deditionem acceptæ: classem ultro[4] Canninefates aggressi sunt: majorque pars navium depressa aut capta. Et Nerviorum mul-

Frisiisque conscripta, Tolbiaci, in terris Agrippinensium, agitabat. Sed mæstus nuntius absterruit, scil. profligatam cohortem fraude Agrippinensium: *qui Germanos lautis conviviis et mero sopitos, obseratis januis, igne admoto, combussere. Eodemque tempore Cerialis, ducto raptim exercitu, succurrit. Incesserat Civilem et alia formido, ne quartadecima legio, accedente classe Britannica, divexaret Batavos, qua* parte *alluit Oceanus. At Fabius Priscus, legatus, duxit legionem terrestri via in Nervios ac Tungros: eæque nationes se dedidere: Canninefates classem ultro adorti sunt: et maxima ex parte naves demersæ aut expugnatæ. Et*

manente e Chaucis. Brotier.—2 Bene sic Mss. Flor. Agr. editio princeps et recentiores. Male Ms. Farnes. *Colbiaci.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Calbiaci.* Idem.—3 Male Ms. Corb. *qui Oceano.* Brotier.—4 Ita vulgo Ms. et libri omnes editi. In Ms. Agr. *Classem vero;* quod probabat Ryckius.

NOTÆ

Potius dicendum est, unam illam cohortem Tolbiaci relictam; vel, quia conduci cum aliis copiis non potuit; vel, quia in his locis necessarium illud præsidium, forte et subsidium in alios casus fuit. Quod nec placuit Agrippinensibus; et fuisse unam *cohortem*, clare patet ex sequentibus: 'Deletam cohortem dolo Agrippinensium.'

Chaucis] Hi populi Germaniæ magnæ ad Oceanum Germanicum, dividuntur in Majores et Minores. Hodie ducatus *Bremen*, in circulo Saxoniæ inferioris, atque comitatus *Embden* et *Oldenbourg*, in circulo Westphaliæ. *Tillemonius.*

[2] *Tolbiaci*] Tolbiacum, oppidum Ubiorum populorum in Germania inferiore. Hodie *Zulch*, vel *Zulpich*, oppidulum ducatus Juliacensis versus meridiem, paret tamen Electori Coloniensi. *Tillemonius.*

[1] *Clausis foribus*] An portis Tolbiaci; vel an in suis castris clausi? Numquid Tolbiaco injecere ignem, et cremavere oppidulum simul cum Germanis? Forte non fuit tanti ille pagus, ut ei parceretur: tunc forte occupavere fores, ne exire Germani possent ad vindicandum.

Puto, portas pagi, seu oppidi insedere, et stationibus firmavere, dum flammæ grassarentur; non vero fores domorum, ut quidam vertunt. Quis enim omnes fores ædium oppidi claudat, nemine advertente?

Digitized by Google

titudinem, sponte commotam, ut pro Romanis bellum capesseret, iidem Canninefates fudere. Classicus quoque adversus equites, Novesium a Ceriale præmissos, secundum prælium fecit: quæ modica, sed crebra, damna famam victoriæ, nuper partæ, lacerabant.

80. Iisdem diebus Mucianus Vitellii filium[u] interfici jubet: mansuram discordiam obtendens, ni semina belli restinxisset. Neque Antonium Primum asciri inter comites[v] a Domitiano passus est: favore militum anxius,[1] et superbia viri, æqualium quoque, adeo superiorum, intolerantis. Profectus ad Vespasianum Antonius, ut non pro spe sua excipitur,[2] ita neque averso[3] Imperatoris animo. Traheba-

iidem Caminefates, plebem Nerviorum, sponte excitam, ut arma pro Romanis sumeret, fugavere. Classicus etiam prospere decertavit adversus equitatum, quem Cerialis præire Novesium jusserat: quæ exiguæ, sed frequentes clades, gloriam victoriæ nuper comparatæ dilaniabant.

Eodem tempore Mucianus occidi jubet Vitellii filium: prætexens, duraturam esse *dissensionem, nisi materiam bellorum penitus sustulisset. Neque Antonium Primum assumi inter socios* expeditionis *a Domitiano permisit;* æger animi *solicitus*que *studio militum, et arrogantia hominis, impatientis etiam parium, et tanto magis superiorum. Digressus ad Vespasianum Antonius, ut non pro expectatione sua excipitur, ita neque alieno principis affectu. In varia distrahebatur* Vespa-

1 Male Alciatus, *anxius est.* Brotier.—2 Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *accipitur.* Recte emendatum in Ms. Bodl. *excipitur;* uti habent Ms. Corb. editio princeps et recentiores. *Idem.*—3 Ms. Corb. et editio princeps,

NOTÆ

[u] *Filium*] Sic Ann. XII. 52. 'Pater Scriboniani Camillus arma per Dalmatiam moverat. Idque ad clementiam trahebat Cæsar [Claudius] quod stirpem hostilem iterum conservaret.' Dicit *iterum*, quia debuit occidere Scribonianum in ipsa rebellione patris; et tum illum primo servarat, et illum ipsum rebellem jam iterum conservabat Claudius hoc loco.

Filium interfici] Jul. Imper. Orat. 3. ubi de filio Magnentii, cui, cum obses esset, veniam concessit Constantius.

'Hoc vero, quod ejus filio pepercit, qui nefarie sese gesserat, ac datam fidem et jusjurandum violaverat, num tandem regium esse, ac divinum arbitrabimur? An potius assentiemur Agamemnoni indignanti, et adversus Trojanos acerrime concitato; non in eos solum qui cum Paride venerant, et Menelai domum contumelia sua læserant; sed iis insuper irato, qui adhuc in utero gerebantur; et forte iis etiam, quorum ne matres quidem tum fortassis adhuc in lucem editæ fuerant, cum ille de rapienda Helena consilium iniret.'

Filium interfici jubet] Aristot. Rhet. 1. 'Fidem facit proverbium... filios occidere, quorum patres occideris. Innocens et inscius, qui patrem occidit, et filios relinquit incolumes.'

[v] *Inter comites*] Nemper inter co-

Digitized by Google

tur in diversa: hinc meritis Antonii, cujus ductu confectum haud dubie bellum erat, inde Muciani epistolis: simul ceteri, ut 'infestum tumidumque' insectabantur, adjunctis prioris vitæ criminibus: neque ipse decrat, arrogantia vocare[4] offensas, nimius commemorandis, quæ meruisset. Alios, ut 'imbelles,' Cæcinam, ut 'captivum'[w] ac dediticiium,' increpat. Unde paulatim levior viliorque haberi,[x] manente tamen[5] in speciem amicitia.

81. Per eos menses, quibus Vespasianus Alexandriæ statos æstivis[1] flatibus dies, et certa maris opperiebatur,[y]

siani animus: *hinc opera et ministeriis Antonii, cujus ductu profligatum procul dubio bellum erat, inde Muciani literis: etiam et alii, ut* invisum, importunum et superbum *incusabant, accedentibus anteactæ vitæ flagitiis: neque ipse omittebat fastu incitare odia, immodicus jactandis, quæ gessisset. Alios ut* ignavos prælioruumque expertes; *Cæcinam, ut* vinctum atque dediticium *insectatur. Unde sensim contemtior leviorque æstimari* cœpit, *durante tamen in speciem gratia* principis.

Per ea tempora, quibus Vespasianus apud Alexandriam expectabat eam, qua

adverso.—4 Ita libri omnes scripti et editi, præter Ms. Agr. in quo, *provocare.* At eo quoque sensu dicitur, *vocare.* Sic infra, de Moribus Germanorum, c. 14. 'Vocare hostes, et vulnera mereri.' *Brotier.*—5 Ms. Ryckii *tantum.*

1 Bene sic libri omnes scripti et editi. Perperam tentabat Lipsius, *Etesiarum:* Acidalius, *Etesiis flatibus.* Immo Etesiis, Aquilonaribus ventis, im-

NOTÆ

mites expeditionis, quam suscipiebant in Germaniam; sed Lugdunum usque tantum profecti sunt.

[w] *Cæcinam, ut captivum*] Erat etiam Cæcina tumidus et arrogans: nec mirum, si contentio et æmulatio existat inter duos homines pari superbia infestos atque odiosos.

[x] *Paulatim levior viliorque haberi*] Id intellige de mobilitate animi, aut ingenii, de minore virtute aut constantia, quam reputabatur; ita ut in eo potius vanitas innotuerit, quam vera magnitudo animi: hinc levior ejus fama et auctoritas. Et certe firmiori judicio opus habuit Antonius, quo victoria uteretur, quam qua victoriam pararet. Non debuit adeo 'commemorare, quæ meruisset.' Nam supra Ann. IV. 18. 'destrui per hæc fortunam suam Cæsar, imparemque tanto merito rebatur. Nam beneficia eo usque læta sunt, dum videntur exsolvi posse; ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur.'

[y] *Statos æstivis flatibus dies, et certa maris opperiebatur*] *Certa maris* erant a quintodecimo aut septimo et vigesimo Maii (utrumque enim habet Vegetius, IV. 39.) usque ad quartumdecimum Septembris.

A quartodecimo Septembris usque ad undecimum Novembris *navigatio,* sed *incerta;* ab undecimo Novembris usque ad decimum Martii *maria clausa;* et ab illo tempore usque ad

Digitized by Google

multa miracula evenere, quis cœli[2] favor et quædam in Vespasianum inclinatio Numinum ostenderetur. Ex[3] plebe Alexandrina quidam, oculorum tabe[4] notus,[5] genua[5] ejus

spirare solent Etesiæ, tempestatem, et tranquillitatem pelagi, plurima prodigia obtigere, quibus benignitas divina, et specialis *quidam in Vespasianum numinis favor demonstraretur. E populo Alexandrino quidam, luminis orbitate cognitus, se ad ejus*

pedita fuisset Vespasiani navigatio, ut recte observavit eruditus Savilius. Inde Jul. Cæsar, Bell. Civ. III. 107. 'Ipse enim necessario Etesiis tenebatur, qui Alexandria navigantibus sunt adversissimi venti.' '*At* Vespasianus Alexandriæ statos æstivis flatibus dies, *quibus* certa maris *incipiunt*, opperiebatur.' Nauticas autem illas Romanorum leges clare explicat Vegetius, v. 9. 'Post ortum Pleiadum, a die sexto Kalendarum Juniarum, usque ad Arcturi ortum, id est, in diem octavumdecimum Kalendarum Octobrium secura navigatio creditur, quia æstatis beneficio ventorum acerbitas mitigatur. Ita post hoc tempus usque in tertium Idus Novembris incerta navigatio est, et discrimini propior: propterea, quia post Idus Septembris oritur Arcturus vehementissimum sidus. Et octavo Kalendarum Octobris æquinoctialis evenit acerba tempestas .... A Novembri autem mense crebris tempestatibus navigia conturbantur Vergiliarum hyemali occasu. Ex die igitur tertio Iduum Novembris usque in diem sextum Iduum Martiarum maria clauduntur.' Tacito autem suffragatur Josephus, Bell. Jud. IV. 11. n. 5. Αὐτὸς μέντοι (Οὐεσπασιανὸς) εἰς τὴν Ῥώμην ὥρμητο λήξαντος τοῦ χειμῶνος ἀνάγεσθαι, καὶ τάχος τὰ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν διώκει: *Ipse tamen Vespasianus extrema hyeme Romam proficisci parabat; et quam primum res Alexandriæ componebat.* Brotier.—2 Ita Mss. Bodl. Guelf. editio princeps, Ernestus et recentiores. Ms. Reg. *celis.* Ms. Bud. *cœlis est.* Ms. Corb. *celitis.* Ms. Agr. *cœlitum.* Emendaverat Puteolanus, *e cœlis.* Rhenanus, Ryckius, et Gronov. *cœlestis.*—3 Mss. Corb. Agr. et editio princeps, *e plebe.*—4 Frustra amicus Ryckii tentabat, *nube. Tabes* medicum est vocabulum, ut Ryckium monuit Cl. Drelincurtius. Et in definitionibus, quæ tribuuntur Galeno, sic explicatur: Φθίσις ἐστὶ μείωσις τῆς κόρης μετὰ ἀμυδρώσεως: 'Tabes est pupillæ imminutio cum obscuratione.' *Bro-*

NOTÆ

quintum decimum Mail *navigatio periculosa.*

Ut satis appareat Vespasianum non solvisse, nisi Maio extremo. Joseph. IV. Exscid. 42. 'Vespasianus Romam profectus est extrema hyeme.'

Quod ante Lipsius, pro *statos æstivis flatibus dies*, legit, *statos Etesiarum flatibus dies*, hallucinatur. Etesiarum enim flatus illa navigatio adversos habet Hist. II. et Cæsar de bell. civ. III. 107. 'Ipse necessario Etesiis tenebatur, qui Alexandria navigantibus sunt adversissimi venti.'

Si expectasset, donec deflarent, quod fit extremo Augusto, incidisset in tempus *incertæ navigationis*, et ea *incertissima* domum procul dubio venisset. *Savilius.*

[5] *Oculorum tabe notus*] Spartianus in Adr. scribit, ipsum Adrianum cæcæ mulieri visum restituisse. Et quidam Pannonius, natus cæcus, febricitantem Adrianum contigit, quo facto et Adrianum febris reliquit, et cæcus visum recepit.

Pyrrhus Epirotarum rex, simul atque spleneticos pede presserat, morbus decedebat. Erat in ipsius pede pollex divina facultate præpotens, qui post ipsius obitum, neque igni absumi potuit, neque ætate contabuit.

Digitized by Google

advolvitur, 'remedium cæcitatis' exposcens gemitu;[6] monitu Serapidis[7][a] Dei, quem dedita superstitionibus gens[8] ante alios colit: precabaturque Principem, 'ut genas et oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento.'[9] Alius manum[10] æger, eodem Deo auctore, 'ut pede ac vestigio Cæsaris calcaretur,' orabat. Vespasianus primo irridere, aspernari: atque, illis[11] instantibus, modo famam vanitatis metuere,[b] modo obsecratione[12] ipsorum et vocibus

pedes abjicit, fletuque medelam cæcitatis *efflagitat; numine seu afflatu Dei Serapidis, quem addicta superstitionibus natio* hæc *præ ceteris* Diis *veneratur. Rogabat imperatorem,* ut saliva oris linire vellet genas et luminum orbes. *Alter manu debilis, eodem afflante numine, precabatur,* ut planta pedis et calceo principis premeretur, tangeretur. *Vespasianus* id *primo risu excipere, contemnere: atque, illis urgentibus, nunc existimationem vanitatis timere, nunc obtestatione ipsorum, et*

tier.—5 Ms. Corb. et editio princeps, *genibus ejus advolvitur.*—6 Ita vulgo Mss. et libri omnes editi. Merito tamen redundare *gemitu* videbatur Cl. Ernesto. Non ita bene, quod Mss. Guelf. Jes. habent *in gemitu*, tentabat *ingenitum*; quasi Vespasianus ingenitam curandi vim habuerit, quod de Pyrrho retulere Plutarchus in Pyrrh. p. 384. et Plinius, VII. 2. *Brotier.*—7 Sic Ms. Flor. Puteolanus, Pichena et recentiores. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *Serapis.* Lipsius, *Sarapis.* Quod sane hauserat a Græcis, quibus Deus ille dicitur ΣΑΡΑΠΙΣ. *Idem.*—8 Ms. Ryckii, *quem dicta gens superstitionibus.*—9 Editio princeps, *respuere oris excreamento.*—10 Sic Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Jac. Gronovius et recentiores. In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *manu æger.* Nec ineleganter, *manum*, Græcorum more. *Idem.*—11 Ms.

NOTÆ

Franci reges, saliva tantum pollice in decussem allita, strumis medentur. *Lupanus.*

[a] *Serapidis*] Macrob. l. I. Satur. 7. 'Nam quia nunquam fas fuit Ægyptiis, pecudibus aut sanguine, sed precibus et thure solo placare Deos, his autem duobus advenis hostiæ erant ex more mactandæ: fana eorum extra pomœrium locaverunt, ut et illi sacrificii solenni sibi cruore colerentur: nec tamen urbana templa pecudum morte polluerentur. Nullum itaque Ægypti oppidum intra muros suos, aut Saturni, aut Serapis fanum recepit.'

Serapidis] Diodor. Sicul. Hist. l. I. 'Osiris vero tum Serapis dicitur, tum Dionysius, tum Pluto, tum Ammon, tum Jupiter. Alii Pana eundem vocant. Multi existimant Serapin esse, quem Græci Plutonem putant.'

[b] *Famam vanitatis metuere*] Quam inducunt adulantes sæpe, etiam non sponte dominantium, et reluctante ipsorum modestia. Plutarch. de Fort. aut virt. Alexandri: 'Sed nunc non illas expendimus verborum insolentias, quas simulacris ejus Poëtæ statuisque adsculpere solent, non ad ipsius modestiam, sed ad opes potius et potentiam attendentes; cujusmodi illud est: Æreus in cœlum suspectans, fare, quid aiat: Jupiter, asserui terram mihi, tu assere cœlum.' Et rursus: 'Alexander ego Jove natus.'

Digitized by Google

adulantium in spem induci: postremo existimari[13] a medicis jubet, an talis cæcitas ac debilitas ope humana superabiles[c] forent. Medici varie disserere:[14] 'Huic non exesam vim luminis, et redituram, si pellerentur obstantia: illi elapsos in pravum artus, si salubris vis adhibeatur, posse integrari.[15] Id fortasse cordi Deis, et Divino ministerio[d]

sermonibus assentantium in spem erigi. Demum examinare medicos jubet, an hæc cæcitas ac infirmitas humano remedio vinci possent. Medici diversa censere: Huic non absumtam omnino facultatem visus, et reversuram, si amoverentur prohibentia: illi debilitatos artus; at posse *in integram sanitatem* restitui, si salubris virtus accesserit. Id forte placere Diis, et divino beneficio as-

Corb. *aliis instantibus.*—12 Male Beroaldus, *obsecrationes.* Brotier.—13 In Ms. Jes. et editione principe, *extimari.* Unde Cl. Ernestus et recentiores, *existimari.* Mss. Reg. Harl. Bodl. et Puteolanus, *estimari*, vel *æstimari.* Solito librariorum errore, ut sæpe supra vidimus. *Idem.* Ryckius et Gronov. *æstimari.*—14 Ms. Jes. *dixere.*—15 Ms. Reg. et editio princeps, *integrare.*

NOTÆ

Quale et illud Augusto dictum: 'Divisum imperium cum Jove Cæsar habet.' Scite magis quam vere.

[c] *Ope humana superabiles*] Præcepit medicis judicare, an essent quocumque modo superabiles tabes illæ. Nam medici indefinite respondent, posse eos homines sanari, non definiendo præcise qua ope, an humana an divina. Respondent absolute posse sanari, 'si vis salubris adhibeatur.'

Igitur petebat Vespasianus, an absolute sanari posset, cum statuisset id aggredi, ne rem omnino vanam incipere videretur. Sed nec illos medicos satis aulæ aut adulationi factos video. Debuissent potius respondere esse insanabiles eos, omni humana ope; sic favor Numinum magis inclaruisset in principe, tot prodigiis monstrato.

Sed hoc modo tamen voluerunt medici ad id inducere principem, cui sic *auctoritas* tamen et *majestas* amplissima accessit, eo quod afflatu Dei id suscepit, et quia id nullo remedio humano, sed solo contactu patravit: et hinc clarum et manifestum fuit, eum esse divinitus electum in principem.

Quod describit Sueton. Vespas. 7. 'Auctoritas et quasi majestas quædam, ut scilicet inopinato et adhuc novo principi, deerat: hæc quoque accessit. E plebe quidam luminibus orbatus, item alius debili crure, sedentem pro tribunali pariter adlerunt, orantes opem valetudinis, demonstratam a Serapide per quietem; restituturum oculos, si inspuisset; confirmaturum crus, si dignaretur calce contingere. Cum vix fides esset, rem ullo modo successuram, ideoque ne experiri quidem auderet; extremo, hortantibus amicis, palam pro concione utrumque tentavit, nec eventus defuit.'

[d] *Divino ministerio*] Drepanus Paneg. 'An ut illi majestatis tuæ participi Deo feruntur assistere fata cum tabulis: sic tibi aliqua vis divina sub-

Digitized by Google

Principem electum:[e] denique patrati[16] remedii gloriam penes Cæsarem, irriti ludibrium penes miseros, fore.' Igitur Vespasianus, cuncta fortunæ suæ patere[17] ratus,[f] nec quicquam ultra incredibile, læto ipse vultu, erecta, quæ astabat, multitudine, jussa exequitur.[g] Statim conversa ad usum manus, ac cæco reluxit dies. Utrumque, qui interfuere, nunc quoque memorant, postquam nullum mendacio pretium.[h]

82. Altior inde[1] Vespasiano cupido adeundi sacram se-

sumtum imperatorem: tandem collati remedii decus penes principem; temere suscepti, contumeliam penes miseros fore. *Itaque Vespasianus, omnia amplitudini suæ aperta et facilia ratus, et nihil* esse *amplius quod fidem excederet, hilari ipse ore,* et *excita intentaque, quæ aderat, plebe, ea quæ rogabant, exequitur. Confestim immutata ad officium redit manus, et cæco lux affulsit. Utrumque, qui præsentes astabant, nunc etiam narrant, postquam nullum* est *mentiendi præmium.*

Hinc majus Vespasiano desiderium adeundi templum Serapidis Dei, *ut* eum *de*

—16 Ita Ms. Corb. editio princeps, Lipsius et recentiores. Mss. Harl. Jes. et Puteolanus, *peracti remedii.*—17 Sic omnes ferme libri scripti et editi. Nec necessario tentat Cl. Ernestus, *parere.* Corrupte Ms. Reg. *patriæ ratus.* Brotier.

1 Perperam in Lipsianis quibusdam editionibus, *altior in Vespasiano.* Bro-

NOTÆ

servit: quæ, quod dixeris, scribat, et suggerat.' Adde et, *feceris.*

[e] *Principem electum*] Divino favore principem electum, eadem ope divina id posse; sic et testari Deos, id se velle, ope divina ipsum electum; sicque benevolentiam suam et novum favorem in eum testari velle.

[f] *Cuncta fortunæ suæ patere ratus*] Plutarch. de Tranquill. animi: 'Vincti et nexi, solutos, beatos esse autumant: soluti, liberos: liberi rursus, eos qui jus civitatis habent: hi item, divites: atque hi, præsides: præsides, itidem reges: postremo reges, Deos; quos etiam ipsos regni pœnitet, nisi fulminis propemodum dixerim, fulgurisque potentes sint.' Sic *vocibus adulantium* reges *in spem* cœlestis potentiæ facile inducuntur, *nec quicquam ultra incredibile putant:* sic omnia *patere fortunæ* suæ arbitrantur; has tamen adulationes moriens irridebat ipse Vespasianus, 'ut puto,' inquit, 'ego Deus fio.' Sueton.

[g] *Jussa exequitur*] Nempe Dei Serapidis, seu Numinum. Diodor. Hist. l. II. Filius Sesostris 'eodem, quo pater, casu afflictatus est: oculis enim captus, &c. coactus est ad Deorum auxilium confugere: ac, plurimo tempore, variis peractis sacris ad placanda numina,' &c.

[h] *Nullum mendacio pretium*] Quis autem *gratuito* mendax sit? 'Cum sint præmia falsi Nulla, ratam debet testis habere fidem,' ait Ovidius. *Lipsius.*

Nullum mendacio pretium] Nempe tempore Nervæ aut Trajani, quo exstincta penitus gens Flavia, postquam Domitianus ipse perierat.

Digitized by Google

dem,[2] ut super rebus Imperii consuleret. 'Arceri templo cunctos' jubet: atque ingressus intentusque Numini, respexit pone tergum e primoribus Ægyptiorum nomine *Basiliden*;[1] quem procul Alexandria plurium dierum itinere et ægro corpore detineri haud ignorabat. Percunctatur Sacerdotes, 'num illo die Basilides templum inisset?' percunctatur obvios, 'num in urbe visus sit?' denique, missis equitibus,[3] explorat, illo temporis momento octoginta millibus passuum abfuisse. Tunc Divinam speciem et vim responsi ex nomine *Basilidis*[a] interpretatus est.

fortuna principatus interrogaret. Excludi omnes delubro *jubet. Et cum introiisset, et impense Deo addictus* foret, *animadvertit post tergum* nnum *e proceribus Ægyptiorum, vocabulo* Basiliden; *quem sciebat longe Alexandria multorum dierum cursu, et adversa valetudine laborare. Interrogat antistites templi,* numquid illa die Basilides sacram ædem introiisset? *interrogat occurrantes,* num in civitate conspectus sit? *tandem, missis equitibus, comperit, illo temporis instanti viginti leucis* hinc *amotum fuisse. Tunc divinum* esse *visum, et mentem sensumque oraculi ex vocabulo* Basilidis *intellexit.*

tier.—2 Brotierus præfert *ædem*, quod habet editio princeps: sed Puteolanus ac deinde ceteri omnes, *sedem.* Bipont. *sedem.*—3 Mss. Reg. Corb. Agr. et editio princeps, *missis militibus.*

NOTÆ

[1] *Cupido adeundi sacram sedem*] Ipsius nempe Serapidis templum. *Pichena.*

[1] *E primoribus Ægyptiorum nomine Basiliden*] Firmat hoc valde viri eximii conjecturam Lævini Torrentii, in Suetonii Vespasiano: *Basilides libertus obtulisse ei visus est.* Quomodo *libertus*, si *sacerdos?* si, quod hic dicitur, e primoribus Ægyptiorum? Bene igitur ille magnus amicus noster scribit: *Basilides obtulisse;* deleta voce, *libertus*, perperam infarcta. *Lipsius.*

Ægyptiorum] Vide l. I. c. 11.

Basiliden] Putant quidam sacerdotem esse, qui in monte Carmelo, et cujus mentio Hist. l. II. sed obstant, quæ pæne conciliationem fugiunt. *Savilius.*

Basiliden] Haud dubie, si Basilides ille fuit *e primoribus Ægyptiorum*, et sacerdos Ægyptius, ut hinc colligi posse videtur, non fuit plebeius, aut *libertus;* quod patet ex hoc loco Diodori Siculi Hist. l. I. 'Apud Græcos, urbem, quæ Astu vocatur, ab Ægyptiorum more olim tripartitam fuisse, asseverant. Nam primus gradus erat nobilium: qui præ ceteris doctrinæ dediti, majore honore digni habebantur; in ea re sacerdotibus Ægyptiis persimiles. Secundus, eorum, quibus agri erant assignati,' &c. Igitur, ut vides, sacerdotes Ægyptii inter nobiles et primores, nec e ministris aut ex libertis assumti.

[a] *Ex nomine Basilidis*] Is enim mos erat veterum, ut quoties aliquid ex sententia proveniret, se omen accipere dicerent; ut hic Vespasianus, ex nomine *Basilidis*, futurum se regem conjectavit.

Roma a Gallis capta, cum Romani

Digitized by Google

83. Origo Dei[k] nondum nostris auctoribus celebrata; Ægyptiorum antistites sic memorant: 'Ptolemæo Regi, qui Macedonum primus Ægypti opes firmavit, cum Alexandriæ recens conditæ mœnia templaque et religiones adderet, oblatum, per quietem, decore eximio et majore quam humana specie juvenem, qui moneret, ut, fidissimis amicorum in Pontum missis, effigiem suam acciret: lætum id Regno, magnamque et inclytam sedem fore, quæ excepisset: simul visum eundem juvenem in cœlum igne plurimo attolli.' Ptolemæus, omine et miraculo excitus, Sacerdotibus Ægyptiorum, quibus mos talia intelligere, nocturnos visus aperit. Atque illis Ponti et externorum parum gnaris, Timotheum, Atheniensem,[l] e gente Eumolpidarum, quem, ut antistitem cærimoniarum, Eleusine[l.m]

Origo Numinis nondum nostris scriptoribus memorata est; *sacerdotes Ægyptiorum sic tradunt:* Ptolemæum regem, qui primus Macedonum Ægypti potentiam constituit, cum Alexandriæ nuper exstructæ muros delubraque et cærimonias adjungeret, vidisse in somnis adolescentem forma egregia, et ampliore quam *pro* mortali specie, qui juberet, ut, missis optimis amicorum in Pontum, imaginem suam accerseret; prosperum id Ægypto, ingentemque et celebrem civitatem fore, quæ accepisset: simul conspectum eundem adolescentem in astra multas inter flammas evehi. *Ptolemæus*, eo *auspicio prodigioque permotus, quæ viderat per quietem patefacit antistitibus Ægyptiorum, qui talia solent interpretari. Atque illi cum parum noscerent Pontum, et extranea* sacra, *consulit Timotheum Atheniensem, e familia Eumolpidarum, quem accersiverat, velut antistitem religionum Eleusi*, quænam illa cærimonia *esset*, quis

1 In Mss. Flor. Reg. Corb. et editione principe, *Eleusim*. Ex hac scrip-

NOTÆ

Veios migrare vellent, centurio exclamavit, 'signifer, statue signum: sic optime manebimus;' qua voce audita, senatus se accipere omen dixit.

Paulus, cui bellum a senatu adversus Persen decretum, domum rediens, cum filiam parvulam tristem videret, eam interrogavit, cur tristis esset. Tum illa respondit, 'Persam mortuam:' erat enim catella hæc, quam puella habebat in deliciis. Atque pater, se omen accipere, dixit. *Lupanus.*

[k] *Origo Dei*] De Serapidis origine et cultu variis produntur varia: quæ omnia ex Varrone, Diodoro, Plutarcho, Macrobio, Eusebio, Augustino, Suida, Eustathio et aliis observata retulit diligentissimus scriptor Lilius. Histor. Deorum, Syntagmate 6. *Vertranius.*

[l] *Atheniensem*] Athenæ, urbs Atticæ tractus, in Achaia provincia Græciæ. Hodie vocatur *Athina* ab incolis, a Francis *Athenes:* urbs est Achaiæ recentioris in præfectura Romeliæ, sub Turcico imperio Europæo. *Tillemon.*

[m] *Eleusine*] Eleusis, urbs Atticæ

Digitized by Google

exciverat, 'quænam illa superstitio, quod Numen?' interrogat. Timotheus, quæsitis, qui in Pontum meassent, cognoscit, urbem illic Sinopen,[n] nec procul templum, vetere[2] inter accolas fama, Jovis Ditis. Namque et muliebrem effigiem assistere,[o] quam plerique Proserpinam vocent. Sed Ptolemæus, ut sunt ingenia Regum,[p] pronus[3] ad formidinem, ubi securitas rediit, voluptatum quam religionum appetens, negligere paulatim aliasque ad curas animum vertere: donec eadem species, terribilior jam et instantior, 'exitium ipsi Regnoque' denuntiaret, 'ni jussa patrarentur.'[4] Tum legatos et dona Scydrothemidi,[5] Regi, (is tunc Sinopensibus imperitabat)[6] expediri jubet: præcipitque[7]

deus? *Timotheus, investigatis, qui transiissent in Pontum, comperit, civitatem illic Sinopen* sitam, *nec longe* urbe abesse *delubrum Jovis Ditis, antiqua inter indigenas fama. Quippe et fœmineam imaginem* Deo *prope astare, quam multi Proserpinam appellent. Sed Ptolemæus, ut sunt animi principum, proclivis ad metum, postquam tranquillitas remeavit, deliciarum quam cærimoniarum magis cupidus, omittere sensim, et alias ad curas mentem conferre: donec eadem facies, formidabilior jam et infensior*, perniciem ipsi, regnoque *cladem, minitaretur*, ni mandata perficerentur. *Tum jubet* accingi *oratores, pararique munera regi Scydrothemidi, qui tunc Sinopensibus dominabatur: imperatque navigaturis*, ut Apollinem

tura emendandum *Eleusine*, recte vidit J. F. Gronovius: idem probavere Ryckius et recentiores. Puteolanus, *Eleusi*, [et sic Gronov. et Ryckius.] Plinius, xxxv. 11. n. 29. 'in templo Eleusine.' *Brotier.*—2 Male Ms. Reg. et editio princeps, *veteres*. Idem.—3 Ms. meus *pronius*. An voluit *proniora?* Ryckius.—4 Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *pararentur*. Ms. Bodl. habet, *patrarentur*. Sed in margine additum, *peragentur*.—5 Ms. Bodl. *Sidrothemidi*. Mox Mss. Bodl. Jes. *Sydrothemidi*. Ms. Reg. et editio princeps, *Ciarothemadi*. Ms. Agr. *Ciarothemidi*. Ms. Corb. *Cyarothemedi*. Mox infra, *Cyarochemedi*.—6 Ms. Corb. *imperabat*. Verbum autem *imperitabat* non abest ab editione principe, ut scripsit Cl. Ernestus. *Brotier.*—7 Ms. Ryckii *prace-*

NOTÆ

in Achaia provincia Græciæ. Hodie *Lepsina*, urbs semidiruta in Achaia provincia præfecturæ Romeliæ, in Turcico imperio Europæo, et ad sinum Eginæ. *Tillemon.*

[n] *Sinopen*] Urbs hæc Paphlagoniæ provinciæ, ad Pontum Euxinum, in Asia minore. Hodie *Sinopi* Europæis, *Sinabe* Turcis: urbs est præfecturæ Natoliæ ad mare Nigrum, in Turcico imperio Asiatico. *Tillemon.*

[o] *Muliebrem effigiem assistere*] Vetere enim fama putabatur esse templum Jovis Ditis, eo præsertim argumento, quia Proserpina assistebat. *Pichena.*

[p] *Ut sunt ingenia Regum*] Hæc habent, ut proni sint ad formidinem rebus adversis; ubi securitas rediit, voluptates appetant, religiones omittant, aliis curis impliciti. Talia sunt ingenia, non modo regum, sed et fere omnium mortalium.

Digitized by Google

navigaturis, 'ut Pythium[8] Apollinem adeant.' Illis mare secundum;[q] sors oraculi haud ambigua: 'irent, simulacrumque patris sui reveherent, sororis relinquerent.'[r]

84. Ut Sinopen venere, munera, preces, mandata Regis sui Scydrothemidi allegant. Qui versus[1] animi, modo Numen pavescere, modo minis adversantis populi terreri: sæpe donis promissisque legatorum flectebatur. Atque interim triennio exacto, Ptolemæus non studium, non preces, omittere. Dignitatem legatorum, numerum navium, auri pondus augebat. Tum minax facies Scydrothemidi offertur, 'ne destinata Deo[2] ultra moraretur.' Cunctantem varia pernicies morbique[s] et manifesta cœlestium ira graviorque in dies fatigabat. Advocata concione, 'jussa Numinis, suos Ptolemæique visus, ingruentia mala'[t] exponit.

Pythium consulant. *Illis navigatio prospera: responsum oraculi sine ambage* fuit: Abirent, imaginemque parentis sui reportarent, sororis omitterent.

Ut Sinopen adventarunt, dona, preces, jussa regis sui exponunt Scydrothemidi. Qui dubius animi, nunc Deum formidare, nunc turbari minis plebis repugnantis: sæpe exorabatur muneribus et promissis legatorum. Atque interea tribus annis elapsis, Ptolemæus non interrumpere curam, et ardorem et obtestationes. Exornabatque dignationem oratorum, majorem *numerum navium, oppulentiamque donorum* addebat. *Tunc atrox species exhibetur Scydrothemidi,* ne *iis* quæ constituisset Deus, ultra moram afferret. *Dubitantem diversa lues, ægritudinesque, et comperta Numinum ira, acriorque in dies vexabat. Convocato populo,* mandata Dei aperit, sibique et Ptolemæo oblatas species et imminentes calamitates

pitque.—8 Mss. Flor. Corb. et Agr. *Pythicum.* Corrupte editio princeps, *Phiticum. Pythius Apollo* memoratur a Plinio, XXXIV. 7. *Brotier.*

1 Brotierus scribit, *diversus animi:* at Mss. Flor. Agr. Corb. et ed. pr. *versus animi;* et sic Bipont. Ms. Jes. *adversus.*—2 Mss. Corb. et Agr. *destinata*

NOTÆ

[q] *Illis mare secundum*] Id est, Prospera navigatio fuit, qua Apollinem adiere, qui sine ambiguitate monuit: *Irent, &c.*

[r] *Sororis relinquerent*] Jubet, aveherent simulacrum patris sui, nempe Jovis; at *sororis*, scil. Proserpinæ, relinquerent: non enim, puto, Dianæ fuisse, de qua nihil ibi. Per Plutonem, Jovem intelligas, qui Pluto pater Apollinis; nisi forte sit idem Jupiter sub variis nominibus.

[s] *Varia pernicies morbique*] Habes quid simile apud Livium, de homine, qui sperneus speciem sibi oblatam per quietem membris pedibusque captus est, et variis morbis fatigatus; donec deferri se in senatum juberet; cui postquam jussa exposuit, subito sanus domum revectus est.

[t] *Ingruentia mala*] An sibi ingruentia tantum, vel etiam Sinopensibus, nisi obedirent?

Digitized by Google

Vulgus adversari[3] Regem,[u] invidere Ægypto, sibi metuere[v] templumque circumsidere.[4][w] Major hinc fama tradidit,[x] 'Deum ipsum appulsas littori naves sponte conscendisse.' Mirum inde dictu, tertio die, tantum[5] maris emensi,[y] Alexandriam appelluntur. Templum pro magnitudine urbis[z] exstructum loco, cui nomen Rhacotis: fuerat illic sacellum, Serapidi atque[6] Isidi[a] antiquitus sacratum. Hæc de ori-

exponit. Plebs abhorrere regem, irasci Ægypto, sibi timere, et delubrum obsidere. Celebrior hinc fama vulgavit, Deum ipsum sponte ingressum *esse* naves ripæ applicitas. *Hinc, mirum effatu, tertio die, Alexandriam advehuntur, tantum pelagi* spatium *emensi. Delubrum ædificatum erectumque pro amplitudine civitatis, loco cui vocabulum* Rhacotis. *Fuerat illic sacra ædicula Serapidi atque Isidi jam olim dicata. Hæc de origine et transvectione Dei maxima* fama *celebrantur. Nec*

a Deo. In ed. pr. *destinata ultra a Deo.* Omisit autem, *moraretur.*—3 Mallet Muretus, *aversari.* Librarios sæpissime scripsisse *adversari* pro *aversari* jam vidimus supra in not. et emend. ad Hist. I. 1. et 38. Hic tamen Pichenæ aliisque placet, *adversari.* Sic quoque vertit Davanzati: 'Il popolo contrastava al Re.' In Mss. Corb. Agr. et ed. pr. *reges.* Quod Ryckio placebat, ob supra expositos Scydrothemidis et Ptolemæi visus. Si quis retineat *reges*, tunc omnino emendandum, *aversari.* Brotier.—4 Mss. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres, *circumsedere.*—5 Ms. Reg. et editio princeps, *totum maris.*—6 Ms. Reg. *Serapidi Isidi.* Editio princeps, *Serapidi Ysidi.* Eruditus Savilius emendatum vellet, *Osiridi atque Isidi.* Quod minime necessarium est. Vetera enim apud Ægyptios Serapidis et Isidis nomina. Sed cum apud eos, Ptolemæorum vi, Jovis Ditis ac Proserpinæ religio grassata est, tunc Ægyptii, ne peregrinis nominibus fœdarentur, Jovem Ditem Serapin dixere, et Proserpinam Isin. Id patet ex Plutarcho, loc. cit. p. 161. et 162. Οὐ γὰρ ἄλλον εἶναι Σάραπιν ἢ τὸν Πλούτωνά φασι, καὶ Ἶσιν τὴν Περσέφασσαν .... Οὐ γὰρ

NOTÆ

[u] *Vulgus adversari Regem*] Muretus mallet, *aversari.* Pichena.

Vulgus adversari Regem] Puto scripsisse: *regi.* Sed propter primas literas sequentis vocis, *invidere*, sic obtrusum nobis. Ita aversabantur regem, ut illi adversarentur. Sed non reperias, apud Tacitum, *adversari* aliquem, pro obsistere, ut vult Pichena.

[v] *Sibi metuere*] Metuebant scilicet, ne si patrius Deus illinc aveheretur, sibi adversa omnia succederent. *Pichena.*

[w] *Circumsidere*] Insedere Sinopenses templum, quod ab urbe tamen procul distabat, ne simulacrum Dei aveheretur.

[x] *Major hinc fama tradidit*] Id est, Majus miraculum fama narratur. *Pichena.*

Major hinc fama] Id est, In majus composita fama; ex eo quod circumsessum fuit templum, ideo magis celebravit fama, *Deum ipsum* ultro *naves conscendisse, &c.*

[y] *Tantum maris emensi*] Vide quantum distet Sinope ab Alexandria.

[z] *Templum pro magnitudine urbis*] Dionysius περιηγήσει: 'Hinc Sinopitæ Jovis ingens tollitur ædes, magnifico ornatu,' &c. *Savilius.*

[a] *Serapidi atque Isidi*] Potius Osiridi et Isidi, aut alioquin Serapis se ipsum antevertet, eritque, cum non-

Digitized by Google

gine et advectu[7] Dei celeberrima. Nec sum ignarus, esse quosdam, qui 'Seleucia,[b] urbe Syriæ, accitum, regnante Ptolemæo, quem tertia ætas tulit:'[c] alii 'auctorem eundem Ptolemæum,[d] sedem, ex qua transierit, Memphim'[e] perhi-

me fallit, nonnullos esse, qui tradunt, *Deum* accersitum *esse* Seleucia, civitate Syriæ, imperante Ptolemæo, qui tertius regnavit: *alii* id *tribuunt* eidem Ptolemæo, *sed* locum, ex quo *Deus* advectus sit, Memphim *esse, dicunt*, ur-

ἐκεῖθεν οὗτος ὀνομαζόμενος ἧκεν, ἀλλ' εἰς Ἀλεξάνδρειαν κομισθεὶς τὸ παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Πλούτωνος ἐκτήσατο τὸν Σάραπιν. Et sic facile explices, quæ Macrobius, Saturnal. I. 7. habet de Serapeis, et cur extra Ægyptiarum urbium pomœria locarentur. Conjuncta autem Serapidis et Isidis numina veneratione mque multo post reperimus in nummis Juliani, Imperatoris, aliisque monumentis, quæ vide apud eruditum Banduri, Nummismata Imperatorum Romanorum, Vol. II. p. 425. *Brotier.*—7 *Adventu Dei.* Ita Mss. Reg. Harl. Jes. Guelf. et editiones veteres ante Rhenanum, qui e conjectura edidit, *ad-*

NOTÆ

dum venisset: quæ absurditas fuerit non excusanda. *Savilius.*

At quomodo antiquitus sacrum Alexandriæ sacellum Serapidis, tum cum a Sinope Deus ille avectus fuit? Censeo vere Serapidis sacellum antea fuisse Alexandriæ, sed nullam intus Dei formam. Quem autem Sinopenses Jovem Ditem appellabant, unum eundemque Deum fuisse, licet cognomine diverso. Ideo Alexandrinos, postquam advectus fuit, non Jovem Ditem, sed antiquo apud eos nomine Serapidem vocare continuasse. *Pich.*

[b] *Seleucia*] Urbs Cassiotidis tractus, in Syria provincia. Hodie *Seleuche Jelber* vel *Gebele*, oppidum aut burgus præfecturæ Tripolis, in Sonria regione imperii Turcici Asiatici. *Tillemon.*

[c] *Quem tertia ætas tulit*] Id est, qui tertius Ptolemæorum seu Macedodum regnavit in Ægypto, hunc vocant *Euergetem.*

[d] *Auctorem eundem Ptolemæum*] Intelligit tertium Ptolemæum, ita ut alii putent Seleucia accitum, alii vero Memphi; in rege autem conveniant.

[e] *Memphim*] Urbs hæc Memphitites Nomi, sive Præfecturæ, in Ægypto media. Hodie *Menuf-il-eliè*, vel *Memphis Superior*, urbs partis Vostani, seu Ægypti mediæ recentioris, ad occidentem Nili fluvii. *Tillemon.*

Memphim] De qua urbe sic Diod. Siculus, II. 1. 'Ab hujus regis [Slmandii] progenie profectus postea Ogdous, qui Uthoreus cognominatus est. Memphim condidit, ambitu stadiorum centum et quinquaginta, urbem omnium Ægypti præclarissimam, opportuniori totius ejus oræ loco, ubi Nilus in plures scissus partes, efficit formam deltæ. Quo fit ut tanquam in Nili claustro posita aditum præbeat, prohibeatque ad superiora loca navigantibus. Urbs munita est, ac optime sita. Nam, fluente juxta eam Nilo, ad cohibendam aquarum inundationem versus Nothum aggeres ingentes opposuit, et incremento fluvii præsidium, et adversus hostes, qui a terra irent, munimentum. A partibus ceteris undique effossus est lacus ingens ac profundus: qui superabundantia flumi-

Digitized by Google

bent, inclytam olim et veteris Ægypti columen. Deum ipsum multi 'Æsculapium,[f] 'quod medeatur ægris corporibus;' quidam 'Osirin, [g]antiquissimum illis gentibus Numen:' plerique 'Jovem, ut rerum omnium potentem;' plurimi 'Ditem patrem, insignibus,[g] quæ in ipso manifesta,' aut per ambages conjectant.

85. At Domitianus Mucianusque, antequam Alpibus propinquarent,[1] prosperos rerum in Treveris gestarum nuntios accepere. Præcipua victoriæ fides, Dux hostium Valentinus,[2] nequaquam abjecto animo, quos spiritus gessisset, vultu ferebat. Auditus ideo[3] tantum, ut nosceretur ingenium ejus, damnatusque, inter ipsum supplicium,[4] exprobranti cuidam 'patriam ejus captam,' 'accipere se solatium mortis,'[h] respondit. Sed Mucianus, quod diu occultaverat,

bem *claram olim, et antiquæ Ægypti arcem* seu metropolim. *Multi Deum ipsum* Æsculapium, putant, quod sanet ægra corpora; *nonnulli* Osirim, antiquissimum illis populis Deum; *plerique* Jovem, ut omnium rerum dominum; *plurimi* Plutonem, *ex ornamentis*, aut signis, quæ in ipso clara *et aperta sunt, vel* quæ *per ambigua interpretantur.*

At Domitianus Mucianusque, priusquam ad Alpes pervenirent, læta accepere nuntia rerum, quæ apud Treveros transactæ erant. *Insigne victoriæ documentum, dux hostium Valentinus, nequaquam fracto animo, quam ferociam animi prætulisset,* hanc *ore gerebat. Ideo solum auditus* est, *ut mens illius agnosceretur, damnatusque, inter ipsam mortem, objectanti cuidam,* civitatem ejus expugnatam, Accipere se *hoc* levamen exitii, *respondit. Sed Mucianus, quod diu dissimulaverat, ut*

vectu. In Ms. Corb. *de adventu et origine Dei.* Brotier.—8 In Ernesti 2nda legitnr, *aut antiq.*

1 Ms. Corb. *Alpibus appropinquarent.*—2 Ms. Budens. *Valentinus. Is neq.* —3 Ms. Corb. *auditus igitur.*—4 Mss. Harl. Bodl. Jes. *ipsum judicium.* Ad-

NOTÆ

nis in eum delata, ac locis urbi vicinis, excepto aggere, aqua repletis, urbem efficit munitissimam. Talem igitur ejus urbis conditor loci opportunitatem elegit, ut posteri reges fere omnes, relictis Thebis, et regiam et habitationes in ea ædificarint.'

[f] *Æsculapium*] Sed quicumque vere fuerit Deus, Ægyptiis Serapis est: 'neque id nominis Sinopa attulit.' Plutarchus libro de Iside et Osiride: 'Sed postquam Alexandriam deductus est, nomen ei Serapis inditum, Ægyptiaca lingua, Pluto.' *Savilius.*

[g] *Insignibus*] Id est, notis certis, seu ornamentis, quæ in ipso simulacro conspiciebantur, aut ei adjuncta erant; ut, verbi gratia, quod muliebris effigies assisteret, quam Proserpinam putabant. Male vertunt, quasi quidam ex illis *insignibus* conjicerent, illum Deum, esse Æsculapium, Osirim, aut Jovem, &c. nam puto *insignia* illa tantum referri debent ad Ditem patrem, seu Plutonem.

[h] *Accipere se solatium mortis*] Non

Digitized by Google

ut recens expromsit:[5] 'quoniam benignitate Deum fractæ vires hostium[6] forent, parum decore Domitianum, confecto prope bello, alienæ gloriæ interventurum.[i] Si status Imperii aut salus Galliarum in discrimine[7] verteretur, debuisse Cæsarem in acie stare: Canninefates Batavosque minoribus Ducibus delegandos. Ipse Lugduni vim fortunamque Principatus e proximo ostentaret,[8] nec parvis periculis immixtus, et majoribus non defuturus.'

86. Intelligebantur artes:[j] sed pars obsequii in eo, ne deprehenderentur: ita Lugdunum ventum. Unde creditur Domitianus occultis ad Cerialem nuntii, fi em ej tentavisse, 'an præsenti sibi exercitum Imperiumque traditurus foret:' qua cogitatione bellum adversus patrem agitaverit,[1]

novum patefecit: Quandoquidem beneficio Numinum contusæ vires hostium forent, parum honeste Domitianum, patrato fere bello, alieno decori interventurum. Si columen imperii aut incolumitas Galliarum in periculum adduceretur, oportuisse Cæsarem acie decertare: *at* inferioribus ducibus permittendos Canninefates Batavosque. Ipse Lugduni potentiam, amplitudinemque imperii e vicino monstraret, nec exignis periculis implicitus, et gravioribus non defuturus.

Noscebantur artes, sed pars obsequentiæ in eo vertebatur, *ne intelligerentur: ita Lugdunum venere. Unde existimatur Domitianus, secretis ad Cerialem literis constantiam mentemque ejus exploravisse,* an sibi astanti legiones imperiumque permissurus foret: *quo consilio, dubium est,* an *bellum ad-*

ditum in margine Ms. Bodl. *supplicium.*—5 Ms. Corb. et editio princeps, *expressit.*—6 Brotierus habet, *fractæ hostium vires:* et ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. et editio princeps. Puteolanus, *fractæ vires hostium.*—7 Sic Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Corb. Gnelf. Agr. editio princeps, Ernestus et recentiores. Puteolanus, *in discrimen,* et sic Ryckius et Gronov. Frustra tentat Cl. Ernestus, *in discrimine versaretur.* Jam vidimus supra Hist. II. 28. 'Sin victoriæ sanitas, sustentaculum, columen in Italia verteretur.' *Brotier.*—8 Perperam Mss. Harl. Bodl. Jes. et veteres editiones, *ostentare.* Idem.

1 Sic bene Mss. Flor. Corb. Pichena et recentiores. In Ms. Reg. et

NOTÆ

quod optaret casum aut exitium civitatis suæ; sed forte, quia adhuc vivere cupiisset, si staret libertas patriæ; qua sublata, libentius moritur, ne scil. patriam captam et servientem vivens videat.

[i] *Alienæ gloriæ interventurum*] Non tantum ut testis esset partæ jam gloriæ; sed ut eam indecore sibi arrogaret gloriam, quæ alterius fuit. Fere ut olim C. Marius abstulit Metello belli Jugurthini decus, et Pompeius Lucullo gloriam profligati belli Mithridatici.

[j] *Intelligebantur artes*] Cognoscebantur artes Muciani: sed maxima ars fuit, ne viderentur intelligi. Nam, ut habet Tacitus in vita Agric., 'proprium humani ingenii est, odisse quem læseris.'

Digitized by Google

an opes viresque adversus fratrem,[k] in incerto fuit: nam Cerialis salubri temperamento elusit, ut vana pueriliter cupientem. Domitianus, sperni a senioribus[1] juventam suam cernens, modica quoque et[3] usurpata antea[4] munia Imperii omittebat: simplicitatis[5] ac modestiæ imagine, in altitudinem[6] conditus,[m] studiumque literarum et amorem carminum simulans,[n] quo velaret animum et fratris æmulationi subdu-

versus parentem molitus sit, an paraverit *copias et potentiam adversus* Titum *fratrem: quippe Cerialis utili moderatione frustratus est* illum, *tanquam inania puerili animo appetentem. Domitianus, videns contemni ætatem suam a natu grandioribus, exigua etiam, et quæ obierat antea officia imperii relinquebat: facilitatis et moderationis specie, in solitudinem abditus, amoremque literarum et studium carminum obtendens, quo tegeret mentem, et fratris invidiæ subtraheretur, cujus*

editione principe, *qua contagione .... cogitaverit.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *qua cogitatione .... cogitaverit.* Tentaverat Lipsius, *qua cunctatione.* Gruterus, *qua rogitatione.* Mallet Cl. Ernestus, *qua solicitatione.* Brotier.—2 Frustra tentat Barthius, *a sanioribus. Seniores* enim opponuntur juventæ, ut recte observat Ryckius. *Idem.*—3 *Et* abest a Ms. Corb.—4 In Mss. Flor. et Agr. *ante ea munia.*—5 Sic bene Ms. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *simul simplicitatis ac modestiæ.* Brotier.—6 Mss. Reg. Corb. Agr. et editio princeps, *in altitudine.* Mallet Cl. Ernestus, *in solitudinem.* Sed hic eleganter usurpatur, *altitudinem.* Perperam tentabat Barthius, *in altitudinem conditus studiorum atque literarum.*

NOTÆ

[k] *Adversus fratrem*] Forte et adversus Mucianum ipsum, quem fratre ipso potentiorem, et velut dominationis magistrum longe graviorem, aversari potuit Domitianus.

[1] *Sperni a senioribus*] Cum nondum implevisset tunc septimum decimum ætatis annum. *Savilius.*

[m] *In altitudinem conditus*] Id est, in profundam solitudinem. Forte leg. *solitudinem:* nec in eo plane dissimulabat indolem suam Domitianus; secretum enim per totam vitam affectavit. Tac. Agric. 'Quodque sævæ cogitationis indicium erat, secreto suo satiatus;' et Suet. 21. 'Ad horam somni nihil aliud quam secreto solus deambulabat.'

Quidam vertunt, quasi in se ipsum se receperit condideritque; at in Albanum montem, cum Domitia sua, quam marito Ælio Lamiæ abduxerat, se recepit; ibique carmina et muscas eodem stylo captabat.

Jam tum intra se sæviebat bellua, jam querebatur intra secretum, sibi eripi imperium a patre et fratre. Sueton. Domit. 13. 'Principatum vero adeptus, neque in senatu jactare dubitavit, et patri se et fratri imperium dedisse: illos sibi reddidisse.'

Initio puer sic se gessit, velut ipsum patrem dejecturus imperio. 'Post victoriam ... Cæsar consalutatus.... omnem vim dominationis tam licenter exercuit, ut jam inde qualis futurus esset ostenderet .... atque uno die super viginti urbana officia atque peregrina distribuit: mirari se Vespasiano dictitante, quod successorem non et sibi mitteret.' Suet. Domit. 1.

[n] *Amorem carminum simulans*] Simu-

Digitized by Google

ceretur,[7] cujus disparem mitioremque naturam contra° interpretabatur.[8]

dissimilem lenioremque indolem in contrarium accipiebat.

Idem.—7 Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus, *subduceret*.—8 Perperam addunt Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Corb. et editio princeps, *neque vos impunitos patiantur*: quæ repetita sunt ex superiore c. 77. 'Neque me inultum, neque vos impunitos patiantur.' Ob illum librariorum errorem notat Ms. Farnes. *Deest hic aliquantulum*. Nihil deest, licet aliter sentiat Lipsius. Perperam in Ms. Agr. *interpretabantur*. Brotier.

NOTÆ

lans tantum? ita. Suetonius: 'Simulavit [Domitianus hic iste] mire modestiam, inprimisque Poëticæ studium, tam inusitatum antea sibi, quam postea spretum et abjectum.'

At scriptores ejus ævi campum hunc adulatorium egregie exercent, et vatem faciunt supra vates.

Omitto Poëtas, (more mentiri aliquid et extollere iis fas,) ecce nostrum senem Fabium: 'Hos nominavimus, quia Germanicum Augustum' [cave alium a Domitiano intelligas] 'ab institutis studiis deflexit cura terrarum; parumque Diis visum est, esse eum maximum Poëtarum. Quid tamen iis ipsis operibus ejus, in quæ donatus imperio juvenis successerat, [scribo, secesserat] sublimius, doctius, omnibus denique numeris præstantius?' Ite, Homere et Virgili, erepta vobis a Paride hoc palma. Plinius etiam Præfatione ad Titum: 'Quantus in Poëtica es? o magna fœcunditas animi! quemadmodum fratrem quoque imitareris, excogitasti.' Hæc turpia: atque utinam, tamen timeam, ne quis hodie apud Principes sic peccet. *Lipsius.*

° *Contra interpretabatur*] Scripti libri subtexunt, *neque vos impunitos patiantur*. Perperam: quia verba sunt ex oratione Cerialis supra repetita. Farnesianus ascribit, 'Deest hic aliquantulum:' cui fidem habeo. *Lipsius.*

Cujus disparem mitioremque naturam contra interpretabatur] Multa simulabat Domitianus avertendæ suspicioni regni a se affectati. Idque faciebat metu fratris, cujus mitissimam naturam ad tempus assumtam putabat, mortuoque patre, in sui perniciem erupturam. Sed quam falsus animi sit, arguunt ejus facinora, vel Tito rerum habenas moderante. 'Fratrem insidiari sibi non desinentem, sed pæne ex professo solicitantem exercitus, meditantem fugas, nec occidere, nec seponere, ac ne in minore quidem honore habere sustinuit.' Suet. in Tito.

Digitized by Google

C. CORNELII TACITI

HISTORIARUM

LIBER QUINTUS.

BREVIARIUM LIBRI.

Cap. 1. Interim Titus cum valido exercitu prope Hierosolyma castra facit. 2—5. Judaicæ gentis primordia, sacra, instituta, deque iis maligna profanorum judicia. 6. 7. Descriptio terræ finiumque, balsami, Libani, Jordanis, lacus bitumen egerentis, camporum torridorum, fructuum in cinerem vanescentium, Beli amnis, cujus arenæ vitro inservientes. 8. Hierosolyma genti caput. Immensæ opulentiæ templum. Judæorum sub aliis gentibus et suis Regibus fata; 9. varia sors sub Romanis. 10—12. Bellum sub Gessio Floro Procuratore ortum. Titus Judæos, in urbem compulsos, obsidet. Hierosolymorum munitiones, copiæ, Duces. 13. Prodigia ante obsidium.

14. Interea Civilis, reparato per Germaniam exercitu, bellum renovat. 15. Manum conserit cum Ceriale, satis prospere. Uterque, ad maturandum summæ rei discrimen erectus, 16. 17. aciem instruit, suos alloquitur. 18. Fit atrox pugna, qua, proditione cujusdam Batavi, Germani vincuntur. 19. 20. Civilis, in Batavorum insulam transgressus, præsidia Romanorum invadit, Verace, Classico, Tutore suffultus. 21. Ambiguum prælium. Subvenit Ce-

Digitized by Google

rialis fortunamque vertit; 22. at parum providus ferme opprimitur. 23. Civilis navalem aciem ostentat, sed a Ceriale trans Rhenum pellitur. Hic, insulam Batavorum populatus, superfuso amne, novum discrimen adit. 24. 25. Tum hostium animos occultis nuntiis labefactat. 26. Civilis, petito colloquio, ad deditionem se pronum profitetur.

EJUSDEM anni principio Cæsar Titus, perdomandæ Judææ delectus[1] a patre, et prælatis[2] utriusque[a] rebus militia clarus, majore tum vi famaque agebat, certantibus provinciarum et exercituum studiis. Atque ipse, ut super fortunam[b] crederetur,[3] decorum se promtumque in armis ostendebat,[c] comitate et alloquiis officia provocans: ac plerumque in

Initio ejusdem anni, Titus Cæsar, ascitus a patre profligando bello Judaico, et bello inclytus, dum privata esset utriusque fortuna, majore tum virtute gloriaque agitabat, certatim studio et favore annitentibus provinciis legionibusque. Atque ipse, ut supra fastigium principatus excellere *videretur, egregium se strenuumque in armis ostentabat, urbanitate studia* hominum *incitans ac præveniens: et sæpius*

1 In Ms. Reg. et editione principe, *delegatus*. Ms. Bodl. *electus*. Puteolanus et recentiores, *delectus*. Mallet Cl. Ernestus, *relictus;* quod Imperatoris filio dignum magis ei videtur: atque ita Sueton. in Tit. v. 'Ad perdomandam Judæam a patre relictus.' *Brotier.*—2 Brotierus cum Ryckio et Gronov. habet *privatis utriusque rebus;* et ita Rhenanus et recentiores, ex loco simili Hist. III. 65. In Mss. Flor. Agr. Corb. et editione principe, *prælatis*. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *præliantis*.—3 In Ms. Bud. *ut superior unam:* in Ms. Vatic. *superiori unam*. Inde emendavit Lipsius, *ut super fortunam:* quod in recentioribus editionibus receptum. In Mss. Farnes. Agr. Reg. Corb. et editione principe, *ut superior omnibus crederetur*. Ms. Bodl. et Puteolanus, *ut superior sui jam crederetur*. In Mss. Jes. Harl. *ut imperio dignus jam crederetur*. Rhenanus divinabat, *ut superior omnibus ingrederetur*.—

NOTÆ

[a] *Privatis utriusque*] Cum neque Vespasianus, neque Titus Cæsar esset. *Ferrettus.*

[b] *Ut super fortunam*] Sic lego, eleganti sententia. Titus, inquit, jam tum privatus, clarus bello: nunc multo promtior, ut parem, vel superiorem se potius fortuna hac imperatoria ostenderet. Farnes. codex et Rom. habent, *superior omnibus crederetur*. Lipsius.

[c] *Decorum se promtumque in armis ostendebat*] Egesippus v. 10. 'Ipse quoque [Cæsar] acriter pugnans, sternit duodecim adversi agminis propugnatores.'

Digitized by Google

opere, in[4] agmine, gregario militi mixtus, incorrupto Ducis honore.[d] Tres eum[5] in Judæa legiones, quinta et decima et quintadecima, vetus Vespasiani miles, excepere. Addidit e[6] Syria duodecimam et adductos[7] Alexandria duoetvicesimanos tertianosque. Comitabantur viginti sociæ cohortes, octo equitum alæ: simul Agrippa Sohemusque, Reges, et auxilia Regis Antiochi,[e] validaque et, solito inter accolas odio, infensa Judæis Arabum[f] manus:[g] multi, quos urbe atque Italia sua quemque spes acciverat occupandi Principem adhuc vacuum.[h] His cum copiis fines hostium ingres-

in labore, in itinere, plebeio militi se inserebat, salvo illibatoque imperatoris decore. Tres invenit apud Judæam legiones, quintam et decimam, et quintamdecimam, qui prior Vespasiani exercitus fuit. *Dedit etiam Syria duodecimam; et duoetvicesimam tertiamque ex Alexandria* secum *adduxerat. Sequebantur viginti cohortes auxiliarium, octo alæ equitum: etiam Agrippa, et Sohemus, reges, et copiæ regis Antiochi, et agmen Arabum firmum, suetaque inter finitimos æmulatione, Judæis infestum: plurimi, quos Roma atque Italia sua quemque spes exciverat conciliandi* sibi *Cæsarem nondum occupatum. Hoc cum exercitu terras hostium irrupit, ordinatoque*

4 Ms. Jes. *et in agmine.*—5 Bene sic Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Rhenanus et recentiores. *Eum* abest a Ms. Reg. et editione principe. *Brotier.* Ms. Budens. *cum:* Edd. Puteol. Beroal. Alciat. *tum:* ed. pr. *tres in Jud.*—6 Ita Ms. Reg. Ed. pr. et Ernestus. Ms. Bodl. et Puteol. cum Ryckio et Gronov. *tradidit et Syria.* Ms. Jes. Harl. Guelf. *tradidit ei Syria.*—7 Ms. Bodl. *abductos.*

NOTÆ

[d] *Incorrupto Ducis honore*] Plin. Paneg. 'At principi nostro quanta concordia, quantusque concentus omnium laudum omnisque gloriæ contigit; ut nihil severitati ejus, hilaritate, nihil gravitati, simplicitate, nihil majestati, humanitate detrahatur!'

[e] *Auxilia Regis Antiochi*] Quas copias ducebat ipse filius Antiochi. Hegesippus v. 19. 'Erat in exercitu Antiochi Comageni filius, qui venerat ad belli societatem; impiger sane juvenis, et manu promtus.'

[f] *Arabum*] Arabes, populi Arabiæ: Arabia vero regio Asiæ ad Oceanum; hodie *Arabistan* Asiaticis, apud Europæos antiquum retinet nomen; variis paret principibus. *Tillem.*

[g] *Infensa Judæis Arabum manus*] A quibus Judæi multa atrocia passi sunt; eos enim eviscerabant Arabes, sed postea, ut aurum egererent. Hegesippus v. 24. 'A Syris in Arabas diffusa fama est, quibus et non minor avaritia, et feritas barbaricæ propior immanitati, eo quod farti auro Judæi forent; diripiunt quoscumque offenderant advenientes, contra fas, contra leges deditionis, contra promissum Cæsaris, quod occidi non licebat: incidunt adhuc viventes, cruentisque manibus eviscerant ventris secreta. Alvum scrutantur, et inter ejus manantia purgamenta, aurum requirunt; non minus turpiter, quam illi, quos adigebat fames: insuper etiam sæva crudelitate.'

[h] *Principem adhuc vacuum*] Ut qui

Digitized by Google

sus, composito agmine, cuncta explorans,[i] paratusque decernere, haud procul Hierosolymis castra facit.

2. Sed, quia famosæ urbis supremum diem tradituri sumus, congruens videtur, primordia ejus aperire. 'Judæos, Creta insula profugos,[j] novissima Libyæ[k] insedisse,' memorant, 'qua tempestate Saturnus, vi Jovis pulsus, cesserit regnis:' (argumentum e nomine petitur: 'inclytum in Creta Idam[l] montem, accolas Idæos; aucto in barbarum[1 m] cog-

incessu, omnia speculabatur, et paratus dimicare, haud longe Hierosolymis castra locat.

Sed, quia inclytæ civitatis excidium memoraturi sumus, operæ pretium videtur, originem ejus perscrutari. Tradunt, Judæos e Creta insula pulsos, extremas Libyæ oras occupasse, *eo* tempore quo Saturnus, potentia Jovis ejectus, imperium reliquerit. *Documentum e vocabulo sumitur:* celebrem *esse* in Creta Idam collem, *et* incolas Idæos, adaucto in barbarum vocabulo, Judæos

1 *Morem* addunt Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus. Melius omisere Mss. Flor. Bud. Rhenanus et recentiores. Sic enim supra Annal. vi. 42. 'neque in barbarum corrupta.' *Brotier. Barbarorum* est in Ms. Agr. et ed. pr.

NOTÆ

adulatoribus aulicis, amicitiisque nondum obsessus esset; et qui quasi recens adhuc fortunæ, nec multis adhuc devinctus foret, ut in ipso nempe transitu a rebus privatis ad supremum fastigium.

[i] *Composito agmine, cuncta explorans*] Sic et Hegesip. v. 3. 'Movit itaque iter magno decore exercitus, solicitudo ubique et parato agmine anspectans insidias, quia virtute se superiorem videbat.'

[j] *Judæos Creta insula profugos*] Quandoquidem gregis Asinorum hoc loco Tacitus meminit, non omittendum a Tertulliano, in Apologet. Jndæos et Christianos ab improbis, ea causa *Asinarios* dici. *Lupanus.* Jam vero nemo nescit, posteaquam in Syriæ delecta regione, Deo Optimo Maximo duce, Hebræi consedissent, veteri nomine relicto, quoniam princeps ex avis eorum *Judas* erat, *Judæos* appellatos, et Judææ ab illis nomen regioni fuisse: quæ biblia sacra Josephusque in antiquit. pluribus literis exequuntur. *Vertranius.*

Creta] Insula maris Mediterranei, ad orientem et meridiem Græciæ regionis: hodie *Candie* in Turcico imperio Europæo. In hac insula etiam nunc aliquid possidet respublica Veneta. *Tillem.*

[k] *Libyæ*] Libya, regio Africæ ad mare Libycum, partem maris Mediterranei: hodie regnum et desertum *Barca* in Barbaria et Biledulgerid regionibus. Aliquando tota *Africa* et pars ejus septemtrionalis dicta est *Libya.* Tillemonius.

[l] *Idam*] Ida, mons Idæorum Dactylorum populorum, in parte media Cretæ insulæ: hodie etiam *Ida*, territorii Retimi ad orientem, in Candia insula, nunc imperii Turcici Europæi. *Tillemon.*

[m] *In barbarum*] Id est, una litera adaucto nomine *in barbarum*, seu ex-

Digitized by Google

nomento, Judæos vocitari:'[2]) quidam, 'regnante Iside, exundantem per Ægyptum multitudinem,[n] ducibus Hierosolymo ac Juda, proximas in terras exoneratam:' plerique, 'Æthiopum prolem, quos Rege Cepheo[o] metus atque odium mutare sedes perpulerit.' Sunt, qui tradant,[3] 'Assyrios convenas,[p] indigum[4] agrorum populum, parte Ægypti potitos,[5] mox proprias urbes Hebræasque terras[q] et propiora[6]

appellari: *nonnulli*, imperante Iside, superaffluentem in Ægypto populi turbam, vicinas in regiones se effudisse, principibus Hierosolymo et Juda: *plerique*, Æthiopum sobolem, quos, regnante Cepheo, timor atque invidia abire e regione coëgerit. *Sunt qui scribant, eos* convenas Assyrios, egentem terris multitudinem, partem Ægypti occupasse, *et* posthac habitasse proprias civi-

—2 Post *vocitari* perperam addunt Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *quasi Ideos*. Quod in editione principe et recentioribus recte omissum. *Brotier*.—3 Sic bene editio princeps et recentiores. Male Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *tradunt*. Idem.—4 Ed. pr. *indignum*.—5 *ac* ante

NOTÆ

ternum loquendi modum, *Judæi* pro *Idæis* dicti sunt. Hoc vult: *Idæi* nomen origine et nativo idiomate Græcum fuit; at auctum est in externum seu barbarum: id est, barbarum ex Græco factum est. Sicque nomen *Judæi* orientale et externum factum est, cum antea Græcum esset: nam Græci erant Cretes, et Ida pars Cretæ.

[n] *Exundantem per Ægyptum multitudinem*] Ibi aliquid veri falsitati immixtum, ut passim in istis opinionibus, quibus Græci admiscuere fabulas.

[o] *Æthiopum prolem, quos Rege Cepheo*] Populi finitimi, sed legibus, moribus, lingua, literisque diversi. Chaldæi Judæique ab exteris opinione confusi sunt.

Quod hic dicitur, de illis accipiendum est, qui a regis nomine Chaldæi dicti, postquam, mortuo Cepheo, e finibus Æthiopiæ cum exercitu in Persidem exierunt, ut Hellanicus in historia Persica scribit.

Idem antea *Cepheni* dicebantur, ait Stephanus, a Cepheo rege, cui suberant: ille pater Andromedæ, quam in Joppe littore, ubi nunc Zappha, oreæ expositam Perseus liberavit, et duxit uxorem. *Vertranius*.

Æthiopum] Æthiopia proprie dicta, regio Africæ: hodie *Abyssinia* vel *Habessinia*, cum parte *Nubiæ*. Vide notas ad Annales II. 60. *Tillem*.

[p] *Assyrios convenas*] Convenæ populi sunt, qui ex pluribus locis simul in unum conveniunt, ut easdem sedes habitent: vel sunt externi noviqne coloni, indistincte.

Assyrios] Assyria fuit aliquando regio imperii Persarum, sive Parthorum ad Euphratem et Tigrin fluvios: hodie *Diarbeck* regio late sumta, in Turcico imperio Asiatico. *Tillem*.

[q] *Hebræasque terras*] Terra Hebræorum, postea dicta *Judæa*, fuit regio Syriæ late sumtæ ad meridiem: hodie nomen antiquum retinet apud nos; vocatur etiam *Terra Sancta*; est sub præfecto Damasci vel *Scham*, in Souria regione imperii Turcici Asiatici. *Tillemon*.

Digitized by Google

Syriæ coluisse rura.'[7] Alii, 'Judæorum initia, Solymos, carminibus Homeri[q] celebratam gentem, conditam urbem[8] Hierosolyma nomine[r] suo fecisse.'

3. Plurimi auctores consentiunt, 'orta per Ægyptum tabe,[s] quæ corpora fœdaret, Regem Bocchorim,[t] adito Hammonis[u]

tates, regionemque Hebræam, et viciniora Syriæ loca. *Alii*, inclyta esse Judæorum primordia; Solymos, versibus Homeri laudatum populum, constructam civitatem e suo nomine Hierosolymam appellasse.

Permulti scriptores consensu tradunt, nata per Ægyptum luc, *seu scabie*, quæ

---

mox delevi cum Ryckio et Gronov. quod addiderat de conjectura Rhenan., quia in Budens. erat *an mox*. Abest *ac* e Mss. Flor. Guelf. Oxon. Agr. Edd. ante Rhenan. *Ernest.*—6 Budens. *propriora.*—7 Olim legebatur *coluisse. Clara:* at verum hic puto vidisse Bipont. qui τῷ *clara* substituunt *rura*, et eo, quo expressi, modo distinguunt. *Oberl.*—8 Rhenanus ex ingenio edidit *conditæ urbi:* cui consentiunt Gronovius, Ryckius, et Brotier. Sic et Ms. Ryckii et Budens. Ceteri Mss. et Edd. *conditam urbem.*

1 Sic Mss. Vatic. 1958. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Puteolanus, Pichena et recentiores. In Mss. Vatic. 1863. et 1864. Reg. Agr. et editione principe,

NOTÆ

[q] *Carminibus Homeri*] Sententia ambigua inter scholiastas. Sunt qui designari Lycios aut finitimos quosdam velint: quo Strabo et Eustathius et Pindari interpres inclinant.

Sunt qui Pisidas, quo Plinius et Stephanus. Sunt qui Judæos: quod noster hic suggerit, et Tzetzes. Eusebius etiam, Chærili poëtæ testimonio Hebræos Solymos olim dictos censet evinci.

Nec Q. Calaber sane aliter apud Homerum accepit: ideoque Σολύμων ἱερὸν στρατὸν dixit: sacri epitheto *sacram* indicans gentem. *Lipsius.*

Solymos carminibus Homeri] Ab iis dissentio qui sacram gentem ab Homero designari putant: quo enim pacto testimonium clarissimi poëtarum Josephus præteriisset? qui alias anxie minima quæque persequitur, quibus asserat suæ gentis antiquitatem, quique non ignoravit eos Homeri versus, ut patet ex VII. 3. Antiq.

Apud Homerum Iliad. v. 104. agit Glaucus de Bellerophonte a Lyciæ rege periculis objecto: quem par est credere cum finitimis pugnasse, qui *Milyæ*, alias *Solymi* dicebantur. Herod. lib. I. 'Hanc nunc habitant Lycii, ipsa olim Milyas appellata; illi vero Milyæ, tunc Solymi appellabantur.' *Salm.*

[r] *Urbem Hierosolyma nomine, &c.*] De qua tamen Hegesippus v. 9. 'Urbem Hierosolymam Chananæorum quidam potens condidit, qui patrio sermone vocaretur rex justus, quam primo Solymam nuncupavit: postea templum addidit, unde Hierosolyma dicta civitas est. Ea a principio suo incolas habuit de gente Chananæorum. David primus, vir Hebræus, Chananæos expulit, constituit suos, qui in ea domum sibi regiam fecit.

[s] *Orta per Ægyptum tabe*] *Vitilginem* appellat Justinus. *Lips.*

[t] *Regem Bocchorim*] Lego, *Occhorim;* ita libri veteres: etsi vulgatæ huic scripturæ assertor Justinus venit.

Digitized by Google

oraculo, remedium petentem, purgare Regnum et id genus hominum, ut[2] invisum Deis, alias[3] in terras avehere[4] jussum. Sic conquisitum collectumque vulgus, postquam vastis locis[v] relictum sit, ceteris per lacrymas torpentibus, Mosen, unum exulum,[5] monuisse,[6] ne quam Deorum[7] hominumve opem expectarent, utrimque[8] deserti, sed sibi, ut Duci cœlesti, crederent,[9] primo cujus auxilio[w] præ-

homines contaminaret, regi Bocchori, consulto oraculo *Jovis* Hammonis, remedium postulanti imperatum *esse*, ut purgaret provinciam, et eam progeniem mortalium, tanquam infestam Diis, in alias regiones deportaret. Sic investigata contractaque multitudo, postquam desertis locis destituta sit, ceteris fletu et dolore hebescentibus, Mosen, unum profugorum eis consuluisse, ne quod auxilium Deorum aut hominum sperarent, ab utrisque relicti, sed sibi ipsi confiderent, tanquam divino duci, primo cujus adjutorio

---

Occorim vel *Occhorim*. Budens. *Bocchorum*.—2 Male Puteolanus, *et invisum*. Brotier.—3 *Alias* abest a Ms. Corb.—4 Bene sic Mss. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. *abire*. Editio princeps, *abjicere*. Brotier. —5 Ms. Reg. et editio princeps, *Moisen, unum exulem*. Mss. Harl. Jes. Corb. *Moysen* aut *Moysem*.—6 Ed. pr. *morisse*.—7 Quædam Editiones *Deor. templorumque hom*.—8 Ita Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps, Ryckius et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ab utrisque deserti*.— 9 *Sed sibimet, ut duci cœlesti, crederent* Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores [cum Ryckio, Gronov. et Brotier.] Orosius quoque, I. 10. habet *sed*. In Mss. Flor. Reg. atque editione principe, *et sibimet*. In Ms. Corb. *ni sibimet*. In Ms. Agr. *ut sibimet*. Secunda manu in hoc codice super *ut* ascriptum *et*. Forte autem redundat *ut*. Abest enim a Mss. Reg. Corb. et editione principe. Nec illud habent Orosius et Otho Frisingensis, quos vide inter Testimonia Veterum. Schelius emendabat, *adessent sibimet: ut duci cœlesti crederent, primo cujus*. Nec aliter J. F. Gronovius et Cl. Ernestus, qui *sibimet* ad Judæos; *primo cujus* ad quemvis Judæorum, qui eis opem fer-

NOTÆ

Λόγῳ παραινετικῷ. Nam ait, 'Quartum vero dicunt legislatorem fuisse Bocchorim regem quendam sapientem, et astu ac vafritie præcellentem.'

Etiam Orosius libro I. Bocchorim appellat, ut et Plutarchus libello περὶ δυσωπίας. Itaque jure vacillo: nam Clemens Strom. I. *Omosim* hunc, vel *Amasim* appellat.

At quod ad rem ipsam, falsa est, et refellunt libri sacri. Tamen sumsit hæc Tacitus a Lysimacho, uti videre potes apud Josephum contra Apionem, lib. I. extremo, ubi item scriptum, *Bocchoris*. Lipsius.

[u] *Hammonis*] Hammon templum Hammoniacæ regionis minoris, in Libya proprie dicta. *Tillemon*.

[v] *Postquam vastis locis*] Mirum, non addere eum, quibus in locis. At sane ex Tertulliano legendum videatur, *vastis Arabiæ locis*. Is enim Apologetico narrat, Cornelium Tacitum scripsisse in Hist. v. 'Judæos Ægypto expeditos sive extorres, in vastis Arabiæ locis aquarum egenos,' &c. Orosio tamen non aliter lectum, quam nostri libri præferunt. *Lipsius*.

[w] *Primo cujus auxilio*] Citat etiam ita Orosius: ambigo tamen et contor,

Digitized by Google

sentes[10] miserias pepulissent.[x] Assensere, atque omnium ignari fortuitum iter incipiunt. Sed nihil æque, quam inopia aquæ fatigabat. Jamque[11] haud procul exitio, totis campis procubuerant; cum grex asinorum agrestium,[12] e pastu in rupem, nemore opacam, concessit.[13] Secutus Moses, conjectura herbidi soli,[y] largas aquarum venas ape-

fidentes, præsentes calamitates devitassent. *Ultro consensere, atque omnium inscii fortuitum iter aggrediuntur. Sed nihil perinde* illos *vexabat, ac penuria aquæ. Jamque haud longe ab interitu, totis agris jacebant; cum agmen asinorum sylvestrium e pascuis contendit in rupem, lucis umbrosam. Insecutus Moses, indicio terræ gramineæ, uberrime scaturientes aquarum fontes deprehendit. Id sola-*

ret, referebant: vel omissa volebat Ernestus verba, *ut duci cœlesti*. At hæc omnia vana sunt. Manifestum est enim id pertinere ad Mosen, cœlestem ducem, *primo cujus* auxilio Judæi præsentes in Ægypto et in maris Rubri transitu miserias jam pepulerant. Recte Illustr. Huetius: 'Id vult Cornelius jam opem aliquam ipsis tulisse Mosem, qui propterea sibi credi a Judæis postularet. Jam inde autem Mosi fidem habitam sequentia ostendunt.' In Mss. Flor. Reg. et editione principe, *duce cœlesti*. Brotier.—10 Pro *primo* tentabat eruditus Grotius, *pridem*. Quod minime necessarium est. Nec melius Freinshemius, *cujus consilio*. Mox in Mss. et libris editis, *auxilio credentes præsentes, &c.* [et sic Gronov. et Ryckius.] At *credentes* omnino redundat: ab amanuensibus additum post Orosii tempora. Abest enim ab ejus libris. Nec illud habet Otho Frisingensis. Vide Testimonia Veterum. Lampugnanus e codice suo Mirandulano frustra laudat, *pertulissent*. Idem. Bipontini locum ita concinnant: *sed sibimet quærentes, ut Duci cœlesti, crederent primo, cujus auxilio præsentes mis. pep.* Putant quippe, istud *quærentes*, a librario omissum, alieno dein loco intrusum, in *credentes* esse mutatum. Mihi turbas dedisse enclitica pronominis *sibi* videtur, qua resecta expulsoque spurio *credentes* omnia plana, sana. *Sibi* profecto nonnisi ad *Mosen* referri potest. *Præsentes miserias* intelligo, quibus mox fuerant pressi. *Oberl.*—11 *Que* abest a Ms. Corb.—12 Pessime editio princeps, *Assiriorum agrestum*. Asinos illos agrestes Tertullianus onagros dixit. *Brotier.*—13 Editio princeps, *conscendit*.

NOTÆ

an non vox, *credentes*, ejicienda sit. Et jam video abesse in Othonis Frisingensis l. 1. c. 18. ubi hæc citat. *Lipsius*.

Id est: Destituti a Diis hominibusque, nullam aliunde opem sperarent, quam a se uno, cujus unico auxilio pulsuri præsentes essent miserias. *Pepulissent* scil. pro pulsuri essent. Sic Agric. c. 6. 'Electus a Galba ad dona templorum recognoscenda .... fecit, ne cujus alterius sacrilegium Respub. quam Neronis sensisset:' scil. pro, sensura esset.

x *Pepulissent*] Id est, pellerent, seu pulsuri erant.

y *Conjectura herbidi soli*] Deus misertus eorum, qui sub Ægyptiis regibus intolerabili servitutis jugo premebantur, post annos 330. duce Moise, eduxit et liberavit, ediditque populo plurima signa virtutis et majestatis suæ.

Inter cetera, cum sitim paterentur, castra metati in Raphidim, ictu virgæ a Mose Horeb rupe percussa, prosiluit fons aquæ, populumque recreavit. Exodi 17. *Vertran.*

Digitized by Google

rit.[14] Id[15] levamen: et continuum sex dierum iter emensi, septimo, pulsis cultoribus, obtinuere[16] terras, in quis[17] urbs et templum dicata.[18]

4. Moses, quo sibi in posterum gentem[1] firmaret,[a] novos ritus contrariosque ceteris mortalibus indidit. Profana illic[2] omnia,[a] quæ apud nos sacra: rursum concessa apud illos, quæ nobis incesta.[b] Effigiem[3] animalis,[c] quo mon-

tium fuit; *et cum continuam sex dierum viam peragrassent, septimo, ejectis incolis, occupavere agros, in quibus civitas, et delubrum sacrata* sunt.

Moses, quo sibi in futurum nationem assereret, novas cærimonias adversasque ceteris hominibus instituit. Profana apud illos cuncta, quæ apud nos sancta: contra vicissim *permissa apud illos, quæ nobis illicita* et impia. *Simulacrum ani-*

—14 Mallet Illustr. Huetius, *venas reperit.*—15 Male Ms. Guelf. *idem levamen.* Intellige, *fuit.*—16 Ms. Budens. *continuere.*—17 Brotier. scribit *quis;* et ita Ms. Flor. editio princeps et recentiores. Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *in quibus;* et sic Ryckius et Gronov.—18 Sic Mss. Flor. Corb. Agr. Ernestus et recentiores. Ms. Harl. et Puteolanus, *dicata sunt.* Ms. Reg. et editio princeps, *dedicata sunt;* et sic Ryckius et Gronov.

1 Ms. Corb. *gentes.*—2 Frustra tentat Acidalius, *profana illis.* Brotier.—3 In quibusdam recentioribus Edd. ut Gronoviorum, irrepsit *effigies.* Ernest.

NOTÆ

[1] *Quo sibi in posterum gentem firmaret*] Sensus est: Eo magis illos sibi conciliare videbatur, et sibi asserere, quo eos longius a moribus ceterorum populorum amoveret, ut sic, scil. eo magis ab ipso penderent, quo infensiores aliis essent, sic potior auctor futurus novarum legum institutorumque.

[a] *Profana illic omnia*] Forte, *illis.*

Profana] Id est, Impia, scelesta, abominanda, quæ apud nos sancta, augusta, sacra, et veneranda.

[b] *Quæ nobis incesta*] Illicita, nefauda.

[c] *Effigiem animalis*] Hoc de capite asini magno consensu omnes veteres tradiderunt; ne tantopere noster culpetur, tanquam *mendaciorum plenissimus* scriptor.

Et sane Strabo, Plutarchus, Democritus, apud Suidam multo majora deliria delirarunt, contra gentem et libros sacros. *Lipsius.*

Effigiem animalis] At saltem sui, si non veritatis, mendacem memorem esse oportuit. Idem mox de Cneio Pompeio templum Hierosolymorum ingresso, scribit: 'Inde vulgatum, nulla intus Deum effigie, vacuam sedem et inania arcana.'

'Et utique,' ait Tertullianus, 'si id colebatur, quod aliqua effigies repræsentabat, nusquam magis quam in sacrario suo exhiberetur; eo magis, quia verebatur extraneos vana cultura.' Solis enim sacerdotibus adire licitum, et conspectus ceterorum velo oppanso, interdicebatur. *Vertran.*

Effigiem animalis] An in eo posita arcana Judæorum crediderunt Ethnici, cum nil aliud esset in sacra illa sede? Cur in templo *effigies animalis*, ubi neque Deum imagines effingere fas erat, neque ipsum Cæsarem? In-

Digitized by Google

strante errorem[4] sitimque depulerant, penetrali sacravere: cæso ariete, velut in contumeliam Hammonis.[d] Bos quoque immolatur, quem Ægyptii Apin colunt.[e] Sue absti-

mantis, qua præeunte errorem sitimque amoliti erant, sanctiori *adyto dicavere: mactato ariete, tanquam in contemtum Hammonis. Bovem etiam sacrificant, quem Ægyptii Apin venerantur. Porco non vescuntur, memoria calamitatis, quod ipsos*

—4 Quidam omissum vellent, *errorem*. At perperam: libris omnibus in hac

NOTÆ

fra ubi de Pompeio: 'nullas intus Deum effigies:' non forte propterea excludit effigiem seu caput asini, quemadmodum et asseruerant multi alii Tacito antiquiores; excludit tantum Deos similitudine humana effictos. Attende verbis Taciti: 'Effigiem animalis, quo monstrante errorem sitimque depulerant, penetrali sacravere.' At non tanquam Deum *sacravere*, sed tantum beneficii memoria: *sacravere* certe, at non coluere; neque tam ignarus Cornelius ritus Judaici, ut nesciret nullam prorsus effigiem colere Judæos, neque Deorum neque hominum, neque, a fortiori, vilium animantium. Infra: 'Ægyptii pleraque animalia, effigiesque compositas venerantur. Judæi mente sola, unumque Numen intelligunt:' non *effigie* igitur, sed *mente*; non adumbrant *Numen*, non *effingunt*, sed tantum *intelligunt*. Addit: 'profanos, qui Deum imagines mortalibus materiis in species hominum effingant.' Ergo cum dicit Tac. 'nulla intus Deum effigie, vacuam sedem,' &c.; hoc verissimum etiam in sensu Taciti, quia nulla ibi expressa Deum effigies in oris humani similitudinem; et effigies illa asini, etiam in mente auctoris, nuliatenus colebatur a Judæis, neque in speciem Numinis efficta erat: non ergo sibi contradicit Cornelius hoc loco, ut voluit Interpres doctissimus.

[d] *Cæso ariete, velut in contumeliam Hammonis*] Legum Mosis multiplici caplte cautum est, ut pro peccato aries offerretur, lib. Levitici: quod Ethnici conscii, vel suspicaces propriæ vanitatis, eorum contumeliæ, et Jovis Hammonis contemtus causa, a Judæis observari interpretati sunt.

Sane Herodoti l. II. Jupiter, cum ab Hercule videri nollet, ab eo tandem exoratus, id commentus est, ut amputato arietis capite, pelleque villosa, quam illi detraxerat, induta, ita sese videndum Herculi præberet: inde factum, ut Ægyptii Jovis simulacrum arietina facie confingerent; et ab Ægyptiis Hammonios aiunt accepisse. *Vertran.*

Cæso ariete] Inducit mores contrarios Diis et hominibus, et præcipue Græcis et Ægyptiis, qui quo viciniores Judæis, eo magis infensi: et detestabiles invicem populi, solita æmulatione et invidia inter finitimos.

[e] *Bos quoque immolatur, quem Ægyptii Apin colunt*] Bovem immolari præcepit Dominus Deus, Deuter. 16. et gentes odio tribuebant, quod ex præcepto Israëlitæ facerent.

Illic enim in Memphi, Ægypti civitate, bos, Apis nomine, nutriebatur in templo, quod regis Apis memoriæ dedicarant: cum is, fame facta Alexandrinis, ex propriis facultatibus alimenta præbuisset, teste Suida. Ejus bovis aureum caput, quod eos signo

Digitized by Google

nent,[f] memoria cladis, qua[5] ipsos scabies quondam turpaverat, cui id animal obnoxium. Longam olim famem crebris adhuc jejuniis fatentur: et raptarum frugum argumentum panis Judaicus, nullo fermento, retinet.[6] 'Septimo[7] die otium placuisse,' ferunt; 'quia is finem laborum[g] tulerit: dein, blandiente inertia, septimum quoque annum ignaviæ[h] datum.' Alii, 'honorem eum Saturno haberi: seu principia religionis tradentibus Idæis,[8] quos cum Saturno pulsos et conditores gentis accepimus, seu quod e[9]

tabes lepræ *olim fœdaverat, qua id genus animalium plerumque inficitur. Diuturnam olim penuriam frequentibus etiamtum jejuniis agnoscunt: et rapti frumenti documentum exhibet adhuc panis Judaicus*, coctus *absque fermento. Traduntur* septimo die quietem cordi fuisse; quod is exitum laborum attulerit: dein, arridente otio, septimum etiam annum inertiæ tributum. *Alii*, decus illud exhiberi Saturno; seu quia docuere initia religionis Idæi, quos cum Saturno ejectos, et auctores populi *Judaici* comperimus, seu quia e septem stellis,

voce consentientibus.—5 Ita Mss. Flor. Bodl. Jes. Puteolanus, Ernestus et recentiores. Mss. Reg. Corb. editio princeps, et Lipsius, *quod ipsos scabies;* et sic Gronov. et Ryckius. Bipont. mallent *quia*.—6 Sic bene Puteolanus et recentiores. In editione principe aliisque nonnullis, *detinetur*. Ms. Harl. *retinetur*. Brotier.—7 Ms. Corb. *septima die*.—8 Sic bene Lipsius et recentiores. Male Mss. et veteres editiones, *Judæis*. Brotier.—9 Sic bene Rhenanus et recentiores. In veteribus editionibus, *quod de septem*. Idem.—

NOTÆ

præcederet, in deserto Hebræi figurarunt, ut ait Lactantius: quo peccato ac scelere offensus Deus, impium et ingratum populum gravibus meritisque pœnis affecit, Exodi 32. *Vertran.*

[f] *Sue abstinent*] Sic et Strabo lib. XVI. ex superstitione instituta est carnium abstinentia, et circumcisiones et excisiones. At Judæis vetuerat Dominus, quæ non ruminaret, licet pedibus bifidis esset, *suem* comedere, ejusque cadaver, quod immundum, contingere. Levitici 11. *Vertran.*

Sue abstinent] Plut. l. IV. Sympos. 'Quod autem Sui parcitur a Judæis, isque in honore habetur, non caret ratione. Primo enim sus (ut aiunt) rostro terram findens vestigium arationis impressit, ac vomeris opus submonstravit, quem hynnin inde dictum, sunt qui putent.' Et infra: 'Et fortassis rationi hoc consentit: sicut asino suus est apud eos honor, qui fontem aquæ eis demonstravit, ita suem eos revereri, ut sationis et arationis magistrum.'

[g] *Septimo die otium....quia is finem laborum*] Ratio falsa est. Eam enim sibi diem ab initio sæculorum elegit Deus, religioseque populus etiam in Ægypto et in deserto observavit. *Vertran.*

[h] *Septimum quoque annum ignaviæ*] Vitio vertit Ethnicus, quod ex lege Dei est, Levitici 25. 'Sex annis seres agrum tuum, et sex annis putabis vineam, colligesque fructus ejus: septimo autem anno sabbatum erit terræ, requietionis domini; agrum non seres, vineam non putabis, sponte nata non metes,' &c.; sicque ex odio error.

Digitized by Google

septem sideribus,[i] quis mortales reguntur, altissimo orbe et præcipua potentia, stella Saturni feratur: ac pleraque[10] cœlestium vim suam et cursum[11] septimos per numeros[j] conficiant.'[12]

5. Hi ritus,[l] quoquo modo inducti, antiquitate defenduntur: cetera instituta[k] sinistra fœda pravitate valuere.[l] Nam pessimus quisque,[m] spretis religionibus patriis,[n] tributa et

quæ homines regunt, sidus Saturni movetur excelsissimo cœlo, et summa potestate *censetur:* et pleraque astra vim influxus, motumque per septenas revolutiones complent.

Hæ cærimoniæ, quovis pacto introductæ, vetustate fulciuntur; ceteri ritus absurdi, sordidi, pertinacia invaluere. Quippe deterrimus quisque, despectis cærimo-

10 Sic optime Ms. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ac plerisque.* Additum in margine Ms. Harl. *pleraque.* Brotier.—11 Sic Puteolanus et recentiores. In Ms. Corb. et editione principe, *cursus.*—12 Sic bene Lipsius et recentiores. In Ms. Vatic. 1863. et editione principe, *coniciant.* Ms. Corb. *comiciant.* Mss. Reg. et Agr. *conjiciant.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. *commeare.* In margine Ms. Harl. *conjiciant.* Ms. Flor. *commearent.* Brotier.

1 Male Ms. Guelf. *his quoquo.* Sic etiam Ms. Harl. prima manu.

NOTÆ

[i] *E septem sideribus*] Mundum Deus et hoc rerum naturæ admirabile opus, sicut arcanis sacræ scripturæ Geneseos 9. continetur, sex dierum spatio consummavit, diemque septimum, quo ab operibus suis requieverat, sanxit.

Hic est dies Sabbati, qui lingua Hebræorum a numero nomen accepit: non, ut putat Cornelius, a septem sideribus. Græcorum siquidem vel Romanorum, non Judæorum, id inventum fuit, non ita pridem ante Dionis tempora, dies hebdomadis planetarum appellatione insignire: qua vero ratione repertum, harmonia scil. cœli spectata, prodidit idem Cassius lib. XXXVII. Et Plutarchus problem. 102. *Vertran.*

[j] *Septimos per numeros*] Septenarius numerus, ait L. Cælius, legitimus et plenus est: nam et dies septem sunt, quibus per orbem revolutis, orbes annorum conficiuntur; et septem stellæ, quæ non occidunt; et septem sidera, quæ vocantur errantia, quorum dispares cursus et inæquales motus rerum ac temporum varietates efficere creduntur.

[k] *Cetera instituta*] Puto leg. *ceterum;* aut saltem sic intelligendum. Forte orta confusio propter *in* syllabam sequentis vocis *instituta.* Nisi forte distinguat inter ritus qui antiquitate se tuentur, et alia instituta posthac addita, scil. pravitate pessimorum hominum huc confluentium.

[l] *Pravitate valuere*] Id est, Improbitate et contumacia seu pervicacia.

[m] *Pessimus quisque*] An pessimi illi, quia stipes congerebant in templum? an quia sic spernerent religiones avitas, patriosque ritus? Potius putem, quia deterrimi mortalium, postquam multa scelera perpetravissent, se exsolutos omni piaculo credebant, cum

Digitized by Google

stipes illuc gerebant:[2] [o] unde auctæ Judæorum res. Et, quia apud ipsos fides obstinata,[p] misericordia in promtu, sed[3] adversus omnes alios hostile odium, separati epulis,[q]

niis patriis, vectigalia et dona illuc conferebant: unde increvere Judæorum opes. Et, quia inter ipsos fides pervicax, promta caritas, sed adversus ceteros populos *hostilis invidia, sejuncti conviviis, distincti nuptiis, effusissima in cupidinem natio,*

2 Gronov. cum Ryckio et Brotiero scribit, *illuc congerebant*; et ita Puteol. et recentiores. In Mss. Flor. Corb. Agr. et editione principe, *illuc gerebant*. In Mss. Harl. Guelf. *illuc congregabant*. Ms. Jes. *congrebant*. Ernestus conjicit, *ferebant*.—3 Ita libri scripti et editi. Acidalius quidem ait in libris suis esse, *atque ut apud ipsos....sic adversus*, &c. At quinam sint isti libri, incompertum. Tentat Cl. Ernestus, *et quidem*. Sed non necessario. *Brotier*.—

NOTÆ

aliqua dona in templo obtulissent: ut nunc etiam multi, spoliatis provinciis, stipem aliquam templis ac sacerdotibus erogant.

Attamen Augustus ipse hnc olim dona miserat, ut et ipsa Livia Augusta. Ipse Alexander summum Antistitem veneratus erat, sed alio animo votoque. Hi numen absolute venerati: non item alii, qui mali et male offerebant.

Laudavit mox tamen Augustus C. Cæsarem filium, quod non adorasset in templo Hierosolymitano, teste Suetonio. Sed alia causa. Forte quia scil. juvenis Cæsar, et metuebant ne ad extraneos ritus descisceret. Et certe extranei ritus jam tum in urbe invalescebant; quod exhorrebant imperitantes, metu rerum novarum. Et jam accusabant juvenem voluisse sibi asserere imperium, aut certe partem imperii in Oriente; fraude id forte Liviæ novercæ. Unde forsan exitium Cæsaris.

[n] *Spretis religionibus patriis*] Intelligit de illis, qui nominati Judæi, et qui extranei huic religioni; cum se pessimis facinoribus polluissent, quasi pœnitentia ducti, et ut veniam pacemque numinis obtinerent, *spretis religionibus et Diis patriis, tributa et stipes* in illud templum *gerebant*. Sic rex Adiabenorum Izates, et regina mater, hnc se pietatis causa contulerunt. Quod in malam partem interpretatur auctor Ethnicus; nec mirum.

[o] *Stipes illuc gerebant*] Cicero pro Flacco: 'Cum aurum, Judæorum nomine, quotannis ex Italia et ex omnibus provinciis Hierosolymam exportari soleret, Flaccus sanxit edicto, ne ex Asia exportari liceret.' Philo de legatione ad Caium: 'Singulis annis sacrorum ministri mittuntur, auri argentique vim magnam ferentes, quod collatum est ex primitiis.' Et paulo ante: 'Sciebat Tiberius sacram pecuniam ex primitiis collegisse, et eam mittere Hierosolymam per eos qui hostias et sacrificia offerre debuerunt.' Sed et Josephus notat, 'immensam vim auri congestam in templum ab omni Asia et Europa,' Antiquit. xv. 12. Nos plura in *magnitudine Hebræa*. Lipsius.

[p] *Fides obstinata*] An fides erga Deum, templum, religionemque? An vero mutua invicem fides? quemadmodum caritas et miseratio promiscua et effusa in omnes gentes ejusdem ritus, sicut in alios mortales omnes immortale odium.

[q] *Separati epulis*] An quia ceteros mortales repellunt hospitio et con-

Digitized by Google

discreti cubilibus, projectissima ad libidinem gens, alienarum[4] concubitu abstinent;[r] inter se nihil illicitum;[s] circumcidere genitalia instituere, ut diversitate noscantur.[t] Transgressi[5] in morem eorum idem usurpant: nec quicquam prius imbuuntur, quam contemnere Deos, exuere[6] patriam, parentes, liberos, fratres, vilia habere. Augendæ tamen multitudini consulitur. Nam et necare quenquam ex agnatis,[7] [u] nefas: animasque prælio aut suppliciis[v] peremto-

extraneorum coitu stuprisque abstinent; inter se nihil incestum; morem circumcidendi præputium induxere, ut eo discrimine discernantur. Transeuntes in ritum illorum, idem celebrant: nec quicquam prius docentur, quam aspernari Deos, ejurare patriam, parentes, liberos, fratres, abjicere ac deserere. Propagandæ tamen genti providetur. Nam et interficere quenquam ex natis liberis, non licet: animasque

4 Mallet Heinsius, *alienigenarum*. Verum eodem sensu usurpatur, *alienarum*. Brotier.—5 Ms. Agr. *transgressique in morem*.—6 Male Ms. Reg. et editio princeps, *exire*. Idem.—7 Mallet Lipsius, *ex gnatis*. At forte hic et infra de Moribus Germanorum 19. *agnati* pro *nati* usurpantur. Forte etiam aliquid reconditius latet. Fuere Judæis proselyti, et viguit sane apud Germanos, ut hodie viget apud barbaros, adoptio. Proselyti et adoptati, ut nati habebantur, et agnascebantur. Inde nefas tum natos, tum agnatos necare. Male tentabat Samuel Petitus, *ex a. d. natis*: id est, *ex ante diem natis*. Idem.

NOTÆ

victu? An quia non eodem genere ciborum vescuntur? Ut verbi gratia suc abstinent Judæi, et pane fermentato utuntur.

[r] *Alienarum concubitu abstinent*] An alienas mulieres intelligit, aliis nuptas? Potius interpretor, quæ *Judææ* non sint; hoc est, alienigenas. Nam sequitur: 'inter se nihil illicitum.' *Pichena*.

[s] *Inter se nihil illicitum*] Id dicit forte, quia frater fratris mortui ducebat uxorem, ut ei prolem suscitaret. Forte ob reges Judaicos, et ob ipsum Agrippam regem tum florentem, qui cum sorore Berenice rem habere dicebatur.

[t] *Ut diversitate noscantur*] Et hæc est ratio sacrorum codicum. Est etiam alia ratio, quasi sic augendæ proli legislator consuluerit. Putant præputii pelle abscissa, facilius et frequentius generari sobolem.

[u] *Necare quenquam ex agnatis*] Si de cæde capis tantum, quid in eo novi? Sane et Romanis, et Barbaris plerisque, necare consanguineos nefas.

Sed alium ego hic sensum odoror, et scribo: *Necare quenquam ex gnatis*. Scimus Græcis Latinisque in promiscuo usu fuisse abjectiones infantum et expositiones, immo neces.

Id aliter in Judæorum moribus, et gentem inprimis soboli studuisse constat; adeo ut nullius modi partum necare fas esse notet ut novum noster. Itaque quia de liberis, jure addit: 'hinc generandi amor:' quoniam matres scilicet certæ sunt, prolem esse tollendam seu educandam.

Simile prorsus, quod de Germanis in libello de moribus: 'Numerum liberorum finire, aut quenquam ex

Digitized by Google

rum æternas[8] putant. Hinc generandi amor[w] et moriendi contemtus. Corpora condere,[x] quam cremare, e[9] more Ægyptio: eademque cura,[y] et de infernis persuasio:[z] cœlestium contra.[10] Ægyptii pleraque animalia[11] effigiesque

immortales credunt eorum qui certamine aut pœnis occiduntur. Hinc suscipiendi prolem cupido, et fastidium mortis. Corpora sepelire potius, *quam comburere, e ritu Ægyptiorum* habent: *eademque anxietas et fides de inferis:* at *contra* sentiunt *de Numinibus. Ægyptii multas animantes imaginesque effictas colunt; Ju-*

—8 In Ms. Agr. et editione principe, *animosque....æternos.* Mss. Reg. et Corb. habent quidem *animos.* Sed in Ms. Reg. *æternis;* in Ms. Corb. *æternas.* Ceteri libri, *animas.*—9 In Mss. Harl. Jes. *e* abest.—10 Sic bene Rhenanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. et editione principe, *persuasio cœlestium. Contra Ægyptii.* In Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *et persuasio cœlestium. Contra Ægyptii.* In Ms. Agr. *eademque cura de infernis et persuasio cœlestium contra. Ægyptii.* Quod quidem probabat Ryckius. At potior est recepta nunc scriptura. *Brotier.*—11 Ms. Corb. *pleraque animalium.*

NOTÆ

agnatis necare nefas habetur.' Nam et ibi scribo, *gnatis.* Lipsius.

Necare quenquam ex agnatis] Τὸ *agnati*, hic et de mor. German., pro *filiis* sumitur, ut *prognatus.* Plaut. Epid. 'prognatus Theti.' Nec nimis remota est hæc significatio a verbo, *agnascor;* quod apud Jurisconsultos amplectitur *filios*, vel *nepotes*, qui post conditum testamentum nascuntur. Cicero pro Cæcina. *Salinerius.*

Agnati hic non nomen, sed participium ab *agnascor.*

[v] *Animas prælio, aut suppliciis*] Intellige *prælio*, seu bello, quod pro templo et religione præsertim suscipiebatur. Idem statue de *suppliciis*, quæ pro lege et ritu patrio sustinebantur, quæ duo maxime usurpata sunt in illo excidio Hierosolymitano.

Hegesip. v. 18. 'Malle se liberos mori, quam servos vivere, devovisse animam suam in templo, immortalem futuram, si cum templo exusti, aris ac focis patriis immorerentur.'

[w] *Hinc generandi amor*] Erat alia ratio validior, nempe quia expectabant Christum. Tamen Hegesippus sic eos inducit loquentes: 'Consecrari parvulos suos, non interfici, quorum parentes cœlestium propugnatores fuerint sacramentorum.'

[x] *Corpora condere*] Cum magna copia aromatum: is enim mos Hebræorum. At Ægyptii condiebant, quod Græci ταριχεύειν dicunt. Hinc in Poppææ sepultura Ann. XVI. 'Corpus non igni abolitum (ut Romanus mos,) sed regum externorum consuetudine, differtum odoribus conditur, tumuloque Juliorum infertur.'

Cur autem Persæ igni cadavera non traderent, epigramma satis docet l. III. Anthol. Dioscoridis: 'Euphratem ne crema, Philonyme, neque polluas Ignem meo cadavere; Persa sum, etiam a parentibus Persa indigena: certe, domine, ignem polluere, Nobis acerba acerbius est morte.' *Salin.*

[y] *Eademque cura*] An referas ad curam sepeliendi et condendi corpora? an vero eadem illis cura de inferis, ac Ægyptiis, ut et *persuasio?* Potius puto, agi hic de *cura* sepeliendi mortuos.

Digitized by Google

compositas venerantur; Judæi mente sola unumque[12] Numen intelligunt.[a] 'Profanos, qui Deum imagines mortalibus materiis in species hominum effingant: summum[13] illud et æternum,[b] neque mutabile, neque interiturum.' Igitur nulla simulacra urbibus suis, nedum templis, sinunt.[14] Non Regibus hæc adulatio, non Cæsaribus honor. Sed, quia Sacerdotes eorum tibia tympanisque concinebant, hedera vinciebantur, vitisque aurea templo reperta, 'Libe-

dæi solo animo, Deumque unum cognoscunt. Impios *illos esse putant*, qui Deorum effigies e mortalibus materiis in similitudinem hominum conforment: supremum illud et sempiternum, neque mutabile, neque periturum. *Itaque nullæ imagines in civitatibus suis, nedum in delubris, existunt. Non Regibus hæc assentatio, non* hoc *Imperatoribus decus. Sed, quia Pontifices eorum fistula ac tympanis canebant, hederaque redimiti erant, et vinea auro solida in delubro inventa*

12 Ms. Reg. et editio princeps, *unum tantum Numen.*—13 In Ms. Reg. et editione principe, *solum illud et æternum.* Quod satis placeret, ni ante dictum fuisset, *unumque numen.* Nam Judæi passim ingeminant, passim inscribunt, יהוה אלהינו יהוה אחד, id est, 'Jehovah Deus noster Jehovah unus.' Deuteronom. VI. 4. *Summum* quoque optime dicitur; 'Quoniam Deus magnus Dominus: et rex magnus super omnes Deos.' Psalm. XCIV. 3. *Brotier.* —14 Perperam Mss. et veteres editiones, *nedum templis sunt.* Emendandum, *sinunt*, recte monuit J. F. Gronovius: quod quidem omnes postea probavere; et sic postulat Latinitas. *Idem.* Ryckius autem retinet *sunt.*

NOTÆ

[a] *Persuasio*] Curam istam, non ad infernos, sed ad superiora verba referri autumo; ut scilicet in condendis corporibus, eadem sit Judæis cura, quæ Ægyptiis, eademque de infernis persuasio. *Pichena.*

Hic igitur sensus foret: *Corpora condere*, potius *quam cremare*, habent *e more Ægyptio: eademque cura*, eademque *et de inferis persuasio;* at *cœlestium contra.*

[a] *Judæi mente sola unumque Numen intelligunt*] Bene et vere hæc Tacitus. Ideoque nec statuæ Judæis, et ipsum sub dio et apertum, dico majus illud et exterius templum; nam *interius clausum*, ut mox dicet.

Dio l. XXXVII. 'Nullam statuam Hierosolymis habebant, et Deum ineffabilem quendam, et visui non obnoxium arbitrantes, magna religione et super ceteros homines eum colunt. Cui et templum, MAXIMUM ET PULCHERRIMUM, nisi quod APERTUM et sine tecto ullo est, construxerunt.'

Sunt hæc verissima, pro Judæorum sano sensu: sed quem Ethnici depravarunt; et quia sub cœlo, et in illud aspicientes precabantur, rati sunt, cœlum ab iis adorari. Juvenalis: 'Nil præter nubes et cœli lumen adorant.' Alius Satiricus: 'Et cœli summas advocat auriculas.' Quasi putarent cœlum aures habere, idque invocarent. *Lipsius.*

[b] *Summum illud et æternum*] Quia Deus *summus* est, ipsum omnem superare speciem et imaginem mortalium crediderunt; et quia *immutabilis* est, mutabilibus *mortalibus*que *materiis* effingi, indignum Deo putaverunt.

Digitized by Google

rum Patrem coli,[c] domitorem Orientis,' quidam arbitrati sunt, nequaquam congruentibus institutis: quippe Liber festos lætosque ritus posuit; Judæorum mos absurdus[d] sordidusque.

6. Terra finesque, qua[1] ad Orientem vergunt, Arabia terminantur; a meridie[2] Ægyptus objacet; ab occasu Phœnices[e] et mare; septemtrionem a[3] latere Syriæ longe prospectant. Corpora hominum salubria et ferentia laborum: rari[4] imbres, uber solum:[f] fruges[5 g] nostrum ad morem; præterque eas balsamum[h] et palmæ.[i] Palmetis proceritas

est, *nonnulli crediderunt* honorari Bacchum, victorem Orientis, *minime convenientibus ritibus: nam Bacchus instituit cærimonias lætas hilaresque; ritus Judæorum tristis, infestus, fœdusque.*

Regio limitesque, qua ad Orientem spectant, Arabia finiuntur; a meridie Ægyptus obtenditur; ab Occidente, Phœnices et pelagus; late porriguntur in septemtrionem ex parte Syriæ. Corpora genti valida et tolerantia laborum: infrequentes pluviæ, ferax tellus: affluunt *messes fructusque nostris similes; et præter illas Balsamum et Palmæ. Palmetis sublimitas et pulchritudo. Balsamum exigua arbor;*

1 Ms. Harl. *quæ ad Orientem.*—2 Ms. Corb. *ei Ægyptus objacet.*—3 Ita Rhenanus et recentiores. In Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editionibus veteribus, *e latere Syriæ;* et sic Gronov.—4 Ms. Corb. *raro imbres.*—5 Sic Mss. Flor. et Agr. Brotierus habet *exuberant frug.* et sic Gronov. et Ryckius.

NOTÆ

[c] *Liberum Patrem coli*] Bacchum a Judæis cultum, Plutar. in Sympos. tradidit, appellatumque eorum lingua Σάββον: unde *Sabbati* nomen: vane et ridicule.

Liberum Patrem] Plut. l. IV. Sympos. 'Bacchum vero a Judæis coli, id quoque argumento non levi est, quod inter multas pœnarum formas, una maxime odiosa est, qua vino interdicitur damnatis ad certum tempus, quod a Judice præscibitur.'

[d] *Absurdus*] Tristis, austerus, invisus, inusitatusque et alienus a moribus et indole aliarum gentium; quæ in festis Deorum ludos celebrabant et convivia, cum Judæi tum jejunia usurparent.

[e] *Phœnices*] Phœnicia pars vel regio Syriæ regionis ad mare Phœnicium, partem maris Syriaci. Hodie pars præfecturarum *Tripoli* et *Damas*, in Souria regione imperii Turcici Asiatici. *Tillemonius.*

[f] *Uber solum*] Hegesip. l. III. 6. 'Circa fertilitatem soli nulli secunda, maturitate certe fructuum prior omnibus. Nam cum adhuc alibi serantur frumenta, illic metuntur.'

[g] *Exuberant fruges*] Mihi vero vox ea ipsa *exuberare* videtur: legamque, *uber solum; fruges nostrum ad morem.* Lipsius.

[h] *Balsamum*] Propriam eam arborem Judææ esse plerique tradiderunt, nec alibi gigni. Justinus l. XXXVI. 'Opes genti ex vectigalibus opobalsami crevere, quod in his tantum regionibus gignitur.'

Digitized by Google

et decor.[j] Balsamum modica arbor: ut quisque ramus intumuit,[6k] si[7] vim ferri adhibeas, pavent venæ;[l] fragmine

prout quilibet ramus prægnat ac inflatur, si ferro secueris, exhorrent venæ; frag-

Deleo cum Bipont. *Oberl.*—6 Ed. pr. *intimuit.*—7 Budens. non habet *si.*—

NOTÆ

Atque ita sane tunc fuerit. Postea, non dubium, stirpem eam in Ægyptum transisse; atque illic crevisse. Claudianus in Epithalamio Palladii: 'Gemmatis alii per totum balsama tectum Effundere cadis; duro quæ saucius ungue Niliacus pingui desudat vulnere cortex.' Perseverare etiam illic nostro ævo, qui peregrinati sunt, affirmant. *Lipsius.*

Balsamum] Plin. Nat. Hist. XII. 25. 'Ostendere arbusculam hanc urbi imperatores Vespasiani: clarumque dictu, a Pompeio Magno in triumpho arbores quoque duximus. Servit nunc hæc, et tributa pendit cum sua gente, in totum alia natura, quam nostri externique prodiderant. Quippe viti similior est quam myrto. Malleolis seri dicitur, nuper vincta, ut vitis; et implet colles vinearum modo, quæ sine adminiculis se ipsæ sustinent. Tondetur similiter fruticans, ac rastris nitescit; properatque nasci intra tertium annum fructifera. Folium proximum rutæ, perpetua coma. Sæviere in eandem Judæi, sicut in vitam quoque suam. Contra defendere Romani, et dimicatum pro frutice est. Seritque nunc eam fiscus,' &c.

Balsamum] Solinus XXXVIII. 'In hac terra tantum balsamum nascitur, quæ sylva intra terminos viginti jugerum, usque ad victoriam nostram claudebatur. At cum Judæa potiti sumus, ita luci illi propagati sunt, ut jam nobis latissimi colles sudent balsama. Similes vitibus stirpes habent, malleolis digeruntur, rastris nitescunt, aquis gaudent, amant amputari, tenacibus foliis sempiterno inumbrantur. Lignum caudicis attrectatum ferro, sine mora moritur. Ea propter, aut vitro, aut cultellis osseis, sed in solo cortice, artifici plaga vulneratur, ex qua eximiæ suavitatis gutta manat. Post lacrymam, secundum in pretiis locum poma obtinent, cortex tertium, ultimus honos ligno.' Hic Pompeii Magni *victoriam* intelligit.

[i] *Et palmæ*] Sic Hegesippus I. III. 6. 'Maximeque olea vestitus ager, aut vitibus intextus, aut palmis insignitus, inenarrabile quanto decori sit, cum vento impulsi palmarum ordines concrepant, et suaviores solito funduntur dactylorum odores.'

[j] *Proceritas et decor*] Plin. Natur. Hist. XII. 25. 'Proceritas intra bina cubita subsistit.'

[k] *Ut quisque ramus intumuit*] Plin. XII. 25. 'Alexandro Magno res ibi gerente, toto die æstivo unam concham impleri justum erat. Omni vero fœcunditate e majore horto congios senos, minore singulos, cum duplo rependebatur argento. Nunc etiam singularum arborum largior vena, ter omnibus percutitur æstatibus, postea deputatur.

Ut quisque ramus intumuit] Nempe, cum succo illo benigno ac pretioso liquore plenus est ramus, ita ut velit se effundere, et exonerari egeat, &c.

[l] *Adhibeas, pavent venæ*] Sic inter-

Digitized by Google

lapidis[m] aut testa aperiuntur: humor in usu medentium[n] est. Præcipuum montium Libanum erigit,[o] mirum dictu, tantos inter ardores opacum fidumque nivibus.[8] Idem amnem Jordanem alit[p] funditque. Nec Jordanes pelago ae-

mento silicis vel testa exsolvuntur: eo liquore utuntur medici. Altissimum montium Libanum attollit, mirum memoratu, inter tantos æstus umbrosum et amicum nivibus. Mons *idem fluvium Jordanem nutrit emittitque. Nec Jordanes in mare*

8 Male Mss. Harl. Bodl. Jes. *fidumque nimbis.* In margine Ms. Harl. addi-

NOTÆ

pungenda ista: et in *parendi* verbo elegans metaphora. Plinius de eadem arbore: 'Inciditur vitro, lapide, osseisve cultellis: ferro lædi vitalia odit.'

Josephus, qui indigena: ὀξεῖ λίθῳ, aut ὀξεσι λίθοις, *acutis lapidibus*, incidi asserit. Falsus ergo cum Theophrasto Dioscorides, qui 'ferreis unguibus' secari arborem credidit: falsus compilator Isidorus, qui 'percussum ferreis ungulis corticem.'

Pausanias l. XIX. nescio quid de Balsamo Arabiæ nugatur, et circa eum viperis. *Lipsius.*

Pavent venæ] Plin. 'Ferro lædi vitalia odit. Emoritur protinus; eadem amputari supervacua patiens.' *Parent*, id est, metuunt, horreut, aversantur. Quod exprimit Plin. voce, *odit.*

[m] *Fragmine lapidis*] Plin. 'Et ramus crassior, quam myrto. Inciditur vitro, &c. Incidentis manus libratur artifici temperamento, ne quid ultra corticem violet.'

[n] *In usu medentium*] Plin. 'Corticis etiam ad medicamenta pretium est. Præcipua autem gratia lacrymæ; secunda, semini; tertia cortici, minima ligno.'

[o] *Præcipuum montium Libanum erigit*] Sic narrant qui videre, versus Damascum rupium, quas nos pendentes et incisas dicimus, præcipitio erigi montem Libanum. *Vertranius.* Quis est qui erigit? an terra ipsa et solum? ita videtur. *Pichena.*

Terra, scil. hæc erigit *præcipuum montium Libanum.* Supra: 'terra finesque,' &c.

Libanum] Libanus mons Syriæ proprie dictæ et Phœniciæ. Hodie ab incolis dicitur *Lebnon;* Arabes vocant *Loban:* est in præfecturis Tripolis et Damasci, atque in Souria regione Turcici imperii Asiatici.

Ad meridiem *Libani* montis, fuit mons *Anti Libanus*, in Syria proprie dicta, Phœnicia, et Judæa, sive Palestina regionibus vel provinciis. Hodie vocatur *Xouf:* est in præfecturis Tripolis et Damasci, &c. in Bibliis vocatur *Libanus*, et de isto hic loquitur Tacitus. *Tillemonius.*

[p] *Amnem Jordanem alit*] Non ex Libano, sed ex Antilibano fluit Jordanes fluvius: in quo et Hieronymus sui videtur oblitus fuisse, ubi ait: 'Jordanes ad radices oritur Libani, et habet duos fontes; unum nomine Jor, alterum Dan, qui simul juncti, Jordanis nomen efficiunt.' *Vertran.*

Jordanem] Jordanis amnis Judææ regionis, labitur in Mare Mortuum. Hodie Arabes vocant *Nahar-el-Chiria*, vel *Scheriach*, *Jourdain:* est in Terra Sancta. *Tillemon.*

Digitized by Google

cipitur: sed unum atque alterum lacum[q] integer perfluit, tertio retinetur.[r] Lacus immenso ambitu,[s] specie maris, sapore corruptior,[t] gravitate odoris accolis pestifer, neque vento impellitur, neque pisces aut suetas aquis volucres patitur. Incertæ undæ[9] superjacta,[u] ut solido, ferunt:[10]

erumpit: sed unum alterumque stagnum intemeratus pervadit, et *tertio remanet. Palus immenso spatio, ad instar pelagi, sapore gravior, vehementia et accerbitate odoris finitimis pestilens, neque aura exagitatur, neque pisces aut solitas undis alites tolerat. Ambiguæ aquæ superimmissa, veluti firmo solo, sustinentur: gnari ignari-*

tum *viribus*. Brotier.—9 Sic bene Mss. Flor. Reg. Corb. editio princeps, et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *incertum unde*. Frustra tentabant Grotius et Freinshemius, *inerti undæ*. Brotier. Gronovius scribit *incertæ unde sup.* Brotierus ponit colon post *undæ*.—10 Sic Mss. Vatic. Flor. Reg. editio princeps, et recentiores. In Ms. Corb. *fert*. Ms. Agr. *feret*.

NOTÆ

[q] *Unum atque alterum lacum*] Ita et Hegesippus l. III. 'Duos lacus victor egressus, tertio retinetur.' At Pausanias repugnat clare, et quidem oculatus, ut ait, testis, l. v. 'In Hebræorum terra fluvium quendam Jordanum et ipse novi, qui stagnum Tiberias subit; ac deinde alterum, cui Mare Mortuum nomen est, in qua ipsa palude consumitur.'

Sed Tacito nos jure fidem habemus; qui in Trachonitide lacum minorem esse scimus, quem primo Jordanis ingreditur, cui *Samochonitis* nomen. *Lipsius.*

Unum .... lacum] Aquæ Merom, vel Samachonitis, lacus tribus Nephthalim et dimidiæ tribus Manasses, trans Jordanem, in parte septemtrionali Judææ regionis. Hodie vocatur *Houlet Panias*, in tractu *Saphet*, et in Terra Sancta. *Tillemonius.*

Alterum lacum] Mare Galilææ, sive Tiberiadis; lacus tribuum Zabulon, Nephthali, Manasse, Gad, et Issachar, in Judæa regione, versus medium et septentrionem. Hodie *Tabarie* in Terra Sancta. *Tillemon.*

[r] *Tertio retinetur*] Mare Mortuum, vel Asphaltites lacus tribuum Juda, Benjamin, et Reuben, in parte meridionali Judææ regionis, &c. Hodie ab incolis dicitur *Bahheret Louth*, id est, lacus Lothi; a Francis vocatur *Mer Morte:* est in Terra Sancta. *Tillemon.*

[s] *Lacus immenso ambitu*] Sic Hegesip. VI. 18. 'Longitudo lacus ejus usque ad Zoaras Aradiæ dirigitur stadiis quingentis octoginta: latitudo stadiis centum quinquaginta usque ad vicina Sodomorum,' &c. Plin. v. 16. 'Asphaltites nihil præter bitumen gignit: unde et nomen. Nullum corpus animalium recipit; Tauri Camelique fluitant. Longitudine excedit centum millia passuum, latitudine maxima XXX. implet, minima sex.'

[t] *Sapore corruptior*] Hegesip. IV. 18. 'Aqua ipsa amara et sterilis, nihil recipiens generum viventium. Denique neque pisces, neque assuetas aquis et lætas mergendi ullas patitur aves. Lucernam accensam ferunt aquis supernatare sine ulla conversione exstincto demergi lumine: et quamvis demersum arte, quod vivat, difficile in profundo hærere.'

Digitized by Google

periti imperitique nandi[v] perinde attolluntur. Certo anni[11 w] bitumen egerit:[x] cujus legendi usum, ut ceteras artes, ex-

que natandi perinde eriguntur. Stato anni tempore *bitumen effundit: cujus col-*

Puteolanus, aliique deinde multi, *feruntur;* sic Ryckius et Gronov.—11 Frustra addunt Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *certo anni tempore.* Ægyptios autem bitumine in condiendis corporibus usos fuisse docet Strabo, XVI. p. 764. Χρῶνται δ' Αἰγύπτιοι τῇ ἀσφάλτῳ πρὸς τὰς ταριχείας τῶν νεκρῶν. *Brotier.*—

NOTÆ

[u] *Incertæ undæ superjacta*] Emendatio e libris: vulgo est, *incertum unde.* Quod sententiam etiam recipere potest. Vide de tota re Hegesippum l. IV. 18. *Lipsius.*

Incertæ undæ superjacta, ut solido feruntur] *Incertam undam* accipio, quæ intuentes quasi ambigere cogat, verane sit, an solidum solum: idque propter bituminis colorem.

Constructio videtur: *Superjacta feruntur incertæ undæ,* (tertio casu, pro, ab incerta unda,) *ut solido.*

Nisi sententiam dividere malimus, ac plurali numero legere: *Incertæ undæ: superjacta, ut solido, feruntur.* Sed quoniam Cod. Flor. habet: *ut solido fer*. suspicor, an magis congruens lectio sit: *incertæ undæ, superjacta, ut solido ferunt.* Pichena.

Alii legunt, *inerti undæ.* Quod certe convenit Asphaltitæ. Sic 'iners Cocytus' apud Senecam. Trag. sic 'pigrum mare' infra de Mor. Germ. sed recte, *incertæ.* Et ideo *incerta* aqua, quia *iners;* quia scil. non movetur, nec *vento impellitur.* Quia non habet id, neque facit, quod aliæ aquæ solent, ideo *incerta* dicitur. Et quia non movetur et impellitur, hinc *gravitate odoris accolis pestifer* est. Itaque hic, *incertæ undæ superjacta,* idem est ac, *super incertam undam jacta,* nihil aliud.

Incertæ undæ] Hegesip. IV. 18. 'Mutare etiam ter in die colorem aquæ, et ad radios solis varie refulgere, non placuit pro vero locare, cum sit ipsius aqua lacus obscurior ceteris aquis, et quasi adustæ præferens similitudinem.'

[v] *Periti imperitique nandi*] Hegesip. IV. 18. 'Denique Vespasianum ferunt præcepisse, nandi ignaros, revinctis manibus in profundum dejici, eosque omnes illico supernatasse, quasi spiritu quodam venti levatos, et ad superiora vi magna repulsos resiliisse.'

[w] *Certo anni*] Ita libri: supple *tempore.*

[x] *Certo anni bitumen egerit*] Idem Plinius tradit. At Strabo l. XVI. Μεστὴ δὲ ἐστὶν ἀσφάλτου αὕτη· τοῦτον δὲ ἀναφυσᾶται κατὰ καιροὺς ἀτάκτους: *Plenus est ille lacus bitumine: hoc vero ebullit non statis temporibus.* Ibi Casaubonus ait, κατὰ καιροὺς ἀτάκτους, idem esse, quod in eadem re Diodoro Siculo κατ' ἐνιαυτόν, *singulis annis:* quod sane videretur designare, certo tempore bitumen illud ebullire.

At Strabo rationem postea reddit, cur incerto tempore id miraculi fiat: 'Incerta,' inquit, 'nec stato tempore ebullitio fit; quia motus ignis non habet ordinem, qui nobis clarus et compertus sit; ut neque motus aliorum spirituum plurimorum.'

Manifesto, inquam, fatetur, incertum esse istiusmodi ebullitionis tempus, ex eadem causa, qua sæpe ignis vi terræ motuum e terra prorumpat. Xiphilinus de Vesuvio. 'Et hæc in ipso monte fiunt singulis annis, ut

Digitized by Google

perientia docuit. Ater suapte natura liquor, et sparso aceto concretus,[y] innatat: hunc manu captum, quibus ea cura, in summa navis trahunt.[z] Inde, nullo juvante, influit, oneratque, donec abscindas: nec abscindere ære ferrove possis: fugit cruorem[a] vestemque infectam sanguine, quo fœminæ per menses exsolvuntur: sic veteres auctores. Sed gnari locorum tradunt, undantes bitumine[b] moles pelli, manuque trahi ad littus: mox, ubi vapore terræ, vi[12] solis, inaruerint, securibus cuneisque, ut trabes aut saxa, discindi.

ligendi industriam, ut reliquas artes, experientia monstravit. Niger suopte ingenio humor, et superfuso aceto coalitus, seu coagulatus, *innatat: hunc manu lectum* ii, *quibus id munus, in summa navigii ducunt, propellunt. Dein, nemine conniventé, illabitur, impletque* navim, *donec abrumpas: nec abrumpere ære aut ferro queas: vitat sanguinem vestemque pollutam cruore, quo mulieres singulis mensibus exonerantur: sic prisci scriptores* memoravere. *Sed periti locorum docent, fluitantes liquoris moles trahi, et manu duci ad ripam: dein, postquam calore terræ, et ardore solis, exsiccatæ fuerint, securi,* bipennibus, *et cuneis, velut tigna aut silices diffindi.*

12 Ms. Corb. *vique solis.*

NOTÆ

plurimum.' *Colerus.*

Bitumen egerit] Solinus c. 4. 'Bitumen nascitur in Judæa, quod Asphaltites gignit lacus, adeo lentum mollitie glutinosa, ut a se nequeat separari. Enimvero si abrumpere partem velis, universitas sequatur: scindique non potest, quoniam in quantum ducatur, extenditur. Sed ubi admota fuerint cruore illo [menstruali] polluta fila, sponte discerpitur; et applicita tabe, diducitur paulo ante corpus unum, fitque de tenacitate connexa, contagione partitio repentina.'

Bitumen egerit] Hegesippus IV. 18. 'Vagari super aquas bituminis glebas certum est atro liquore, quas scaphis appropinquantes colligunt, quibus id muneris est: hærere sibi fertur bitumen, ut ferro haudquaquam, vel alia præacuta metalli specie, recidatur. Sanguini sane cedit mulierum, quo menstrua solventes levari feruntur. Cujus attactu, vel urina, (ut allegant) quibus experiendi usus fuit, interrumpi proditur. Utilis autem ad compagem navium fertur, et corporibus hominum salubris, admixta medicamentis.'

[y] *Sparso aceto concretus*] Nempe ob frigiditatem aceti; quia bitumini inest spiritus igneus et sulphureus; hinc calor, hinc fluiditas liquoris, qui aceto veluti congelatur.

[z] *In summa navis trahunt*] Per *summa*, intellige, *tabulata.*

[a] *Fugit cruorem*] Gallicus Interpres vertit, quasi liquor ille perinde paveret, fugeretque sanguinem menstruum ac ferrum et æs: ita fugit ut abrumpatur.

[b] *Undantes bitumine*] Vertit interpres Gall. quasi impellerentur moles illæ a ventis; nec satis attendit ad ea, quæ supra dixit Tacitus de illo lacu,

Digitized by Google

7. Haud procul inde campi,[c] quos ferunt olim uberes, magnisque urbibus habitatos,[1] fulminum jactu[2] arsisse;[d] et manere vestigia, terramque ipsam,[3] specie torridam,[4] vim frugiferam perdidisse. Nam cuncta sponte edita, aut manu sata, sive herbæ tenues[5] aut flores, ut[6] solitam in speciem[e] adolevere, atra et inania[f] velut in cinerem vanes-

Haud longe inde agri, quos tradunt quondam feraces, magnisque oppidis frequentatos, fulminum igne conflagravisse; et superesse monumenta seu indicia, *solumque ipsum, specie* videri *aridum et ambustum, ac ferendarum frugum facultatem amisisse. Quippe omnia sponte genita, aut terræ mandata, sive usque ad gramen vel florem accrevere, sive consuetum formam maturitatemque attigere, nigra et vacua ac*

1 Quædam Edd. *habitos*.—2 Sic Mss. Corb. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Rhenanus et recentiores. In Ms. Reg. et editionibus veteribus, *fulminis*. Latinus Latinius et Lipsius mallent, *ictu*: at recte quoque dicitur, *jactu*. Brotier. —3 Brotierus delet *ipsam*: Ryckii Ms. habet *ipsa*.—4 Sic bene Mss. et libri editi. Non ita bene Orosius, *solidam*. Brotier.—5 Brotierus cum Gronov. scribit *sive herba tenus aut flore*. Editio princeps et Beroaldus, *sive herbas tenues aut flores*. Mss. quoque et Puteolanus habent, *herbas et flores*. At in iis pro *tenues* scriptum *tenus*. Unde emendavit Rhenanus, *sive herba tenus aut flore*. Ryckius e Ms. suo Agr. edidit, *sive herbæ tenues aut flores*; quam lectionem cum Bipont. reducere non dubitavi. *Oberl.*—6 Brotier. cum Gronov. *seu solitam*. In Mss. Corb. Agr. et editione principe, *ut*

NOTÆ

'neque vento impellitur.'

Certe expirat halitus quidam, seu vapor, ex illo bitumine sulphureo, qui pestilens et gravis odore; sed ille flatus iners est et gravis, nec agitatur nec agitat; inde lues et gravitas odoris pestiferi, et illæ *undantes*, seu fluitantes bituminis moles pelluntur, trahuntorque manu ad littus. *Undantes* dicit, quia undæ supernatant ac fluitant.

[c] *Haud procul inde campi*] Sic Hegesipp. IV. 18. 'Quinque itaque urbes incensæ, quarum umbra quædam et species in favillis videtur. Arsere terræ, ardent aquæ, in quibus cœlestis ignis reliquiæ recognoscuntur; atque adhuc manent.' Dicit forte ardere aquas, quia lacus ille spiritum igneum emittit, qui pestifer accolis, odore sulphuris, et quasi fulminis; quod tamen ex natura et vi bituminis promanare videatur in mente Taciti.

[d] *Fulminum jactu arsisse*] Orosius, *ictu*, sed recte, *jactu*, Florentino consentiente. Sic et Cicer. in Catil. orat. 3. 'Visas nocturno tempore ab Occidente faces ardoremque cœli, ut fulminum jactus, ut terræ motus,' &c. De divinatione libro II. 'Nonne perspicuum est ex prima admiratione hominum, quod tonitrua jactusque fulminum extimuissent?' *Pichena.*

[e] *Solitam in speciem*] Quid est *in solitam speciem adolescere*? An non et herbæ et flores solitæ sunt species? Lego: *seu solidam in speciem adolevere*: ita vocat fructum. *Salmasius.*

Recte, *solitam in speciem*, id est, *solitam* aliis locis terrisque *speciem*, seu *solitam* formam aliis fructibus et qui alibi nascuntur. Quod *solidum* est, opponi videtur *speciei*. Nam si *species* est tantum, jam non *solidus*, neque verus fructus est.

Digitized by Google

cunt.[6] Ego sicut inclytas[7] quondam urbes igne cœlesti flagrasse concesserim, ita halitu lacus infici[8] terram,[h] corrumpi superfusum spiritum, eoque fœtus segetum et autumni putrescere reor, solo cœloque juxta gravi. Et Belus[9] amnis[i] Judaico mari[k] illabitur: circa cujus os collectæ[10]

evanida, velut in cinerem fatiscunt. Ego quemadmodum claras olim civitates flamma cœlesti arsisse non inficias ierim, ita existimo exhalatione paludis corrumpi solum, infici superambientem aërem, ideoque fructus messium, et autumni putrefieri, perinde infesto cœlo soloque. Et Belus flavius Judaico pelago excipitur: circa

solitam. Sic quoque edidit Ryckius; sic et Bipont.—7 Sic Mss. Corb. Agr. editio princeps, Pichena et recentiores. In Mss. Flor. et Jes. *sicut indicas.* In Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus, *sicut Judaicas.*—8 Ms. Guelf. *interfici*: at in marg. *infici.*—9 Idem Ms. et Edd. ante Rhenan. *Bellus.*—10 Ita Lip-

NOTÆ

[f] *Atra et inania*] Hegesipp. IV. 18. 'Spectes illic ad speciem poma viridantia, formatos uvarum racemos, ut edendi generent spectantibus cupiditatem: si carpas, fatiscunt ac resolvuntur in cinerem, fumumque excitant, quasi adhuc ardeant.'

[g] *Velut in cinerem vanescunt*] Solin. 38. 'Longo ab Hierosolymis recessu tristis sinus panditur, quem de cœlo tactum testatur humus nigra et in cinerem soluta. Duo ibi oppida, Sodomum nominatum, alterum Gomorrum. Apud quæ pomum gignitur, quod habeat speciem licet maturitatis, mandi tamen non potest. Nam fuliginem intrinsecus favillaceam ambitio tantum eximia cutis cohibet, quæ, vel levi tactu pressa, fumum exhalat, et fatiscit in vagum pulverem.'

[h] *Halitu lacus infici terram*] Plin. XXXV. 15. 'Fulmina et fulgura quoque sulphuris odorem habent: ac lux ipsorum sulphurea est. Et bituminis vicina est natura, alibi limus, alibi terra; limus e Judææ lacu, ut diximus, emergens,' &c.

Nihil mirum igitur, si tali sulphureo halitu aër superfusus inficitur, cum terra illa bitumine conferta, etiam sit suopte ingenio infecta; hincque et infectæ omnes, quæ ibi nascuntur fruges.

[i] *Belus amnis*] Plin. Natur. Hist. XXXVI. 26. 'Pars est Syriæ, quæ Phœnice vocatur, finitima Judææ, intra montis Carmeli radices, paludem habens, quæ vocatur Cendevia. Ex ea creditur nasci Belus amnis, quinque millium passuum spatio in mare perfluens, juxta Ptolemaidem coloniam. Lentus hic currit, insalubri potu, sed cærimoniis sacer, limosus, vado profundus; non nisi refuso mari arenas fatetur. Fluctibus enim volutatæ nitescunt, detritis sordibus,' &c.

Belus amnis] Pagida, vel Pigida, et Pacida, sive Belus, rivus Phœnices regionis, teste Plinio v. 19. *Tillemon.*

[k] *Judaico mari*] Pars est Syriaci maris, quæ alluit Judæam regionem: hodie totum mare Syriacum vocatur *mer de Sourie;* pars est orientalior maris Mediterranei, ad oram Souriæ. *Tillemon.*

Digitized by Google

arenæ, admixto nitro,[11] in vitrum[j] excoquuntur, modicum id littus et[12] egerentibus inexhaustum.

8. Magna pars Judææ vicis dispergitur: habent et oppida. Hierosolyma[k] genti[1] caput. Illic immensæ opulentiæ templum, et primis munimentis[2] urbs,[1] dein Regia:[3] templum

hujus amnis *ostium congestæ arenæ, adjuncto nitro, in vitrum efformantur, exigua ea ripa, sed educentibus haurientibusque quam uberrime sufficit.*

Maxima pars Judææ pagis habitatur; habent etiam urbes. Hierosolyma nationi sedes præcipua. Illic inexhaustæ opulentiæ delebrum, et primis mœnibus oppidum,

sius et recentiores. Male Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *conjectæ arenæ.* In Mss. Flor. Reg. Farnes. Corb. Agr. et editione principe, *lectæ arenæ.* Quod melius puto. *Brotier.*—11 Sic bene Ms. Reg. Rhenanus et recentiores. Perperam vulgo in Mss. et veteribus editionibus, *vitro.* In Ms. Jes. *intro.* Idem.—12 Gronov. et Brotier, *sed egerentibus:* et ita Rhenanus, Lipsius, Ryckius aliique plurimi. In Mss. et veteribus editionibus, *et egerentibus.* Quod Cl. Ernesto probatum. *Brotier.*

1 Sic Rhenanus et recentiores. In Mss. et veteribus editionibus, *gentis caput.*—2 *Primis* habent libri omnes scripti et editi. Mallet tamen Lipsius, *trinis,* quod urbis Hierosolymorum tres essent partes, suis quæque defensæ munimentis. Male Beroaldus, *monumentis.* Ryckius e Ms. Agr. *ex primis munimentis urbis,* id est, *præcipuum munimentum urbis.* Brotier.—3 Sic optime Mercerus et recentiores. Pessime Ms. Corb. *urbs deningia.* Ms. Reg. *urs ob denigia.* Editio princeps, *urs ob dein jugis.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *urbs: dein jugis.* Unde Rhenanus emendaverat, *urbs dejugis.* Tentabat Lipsius, *urbs, ob dejugia.* Ryckius e suo Ms. Agr. male edidit,

NOTÆ

[j] *In vitrum*] Plin. XXXVI. 26. 'Quingentorum est passuum non amplius littoris spatium: idque tantum multa per sæcula gignendo fuit vitro. Fama est, appulsa nave mercatorum nitri, cum sparsi per littus epulas pararent, nec esset cortinis attollendis lapidum occasio, glebas nitri e nave subdidisse. Quibus accensis, permista arena littoris, translucentes nobilis liquoris fluxisse rivos, et hanc fuisse originem vitri. Mox ut est assueta et ingeniosa solertia, non fuit contenta nitrum miscuisse, cœptus et addi Magnes lapis: quoniam in se liquorem vitri quoque, ut ferrum trahere crederetur,' &c.

[k] *Hierosolyma*] Sic appellata est ex *Jeru* et *salem,* id est, *videbitis pacem;* quæ et dicitur *pacis visio.* Paulus enim sic habet, 'deinde autem et Rex Salem, quod est Rex pacis.'

At Josephus libro VII. antiq. 3. a Davide (unde ei muri circumdati sunt) *Hierosolyma* dictam putat, quæ prius *Solyma* tantum vocabatur. 'Hieron vero, Hebræa lingua, munitio est.' *Salin.*

[1] *Primis munimentis urbs*] Ex Josepho et Zonara legam, *et trinis munimentis.* Nam triplici muro circumdatam eam fuisse, uterque is scriptor te docebit. Josephus lib. VI. Excidii cap. 6. Zonaras tomo 1. *Lipsius.*

Recte *primis munimentis:* nam statim addit, *dein regia;* quasi diceret, secundis munimentis *regia;* mox et subjicit, *intimis* seu tertiis munimentis *templum.*

Primis monumentis urbs dejugis, tem-

Digitized by Google

intimis[4] clausum : ad fores tantum[5] Judæo[6] aditus :[m] limine,[7] [n]

dein sedes principatus: delubrum interioribus muris *septum: ad valvas* templi

urbis, *alienigenis templum interius clausum.* Brotier. Budens. *et pr. m. urbs de uigia* (scil. *de jugia*). Bipont. totum locum ita refingunt : *ex pr. m. urbi, dein vigiliis, ad postremum fœminis clausum.* In alia abit Heinsius. Equidem ingenue fateor, mihi non liquere. A Mercero receptam lectionem sat commode reddit Dotteville interpres. *Oberl.*—4 *Intimis* abest a Ms. Corb. Frustra tentat Cl. Ernestus, *cunctis*, vel *adeuntibus clausum.* Brotier.—5 Male Ms. Guelf. *ad fores tamen.* Idem.—6 Perperam Mss. Reg. Corb. et editio princeps, *Judææ.* Brotier.—7 Ed. pr. vitiose *lumine.* Ernest.—

NOTÆ

plum intimis clausum] Variant libri, sed omnes tamen constanter *gia*, non *gis*, referunt. Itaque lego, *primis munimentis urbs, dein regia, templum intimis clausum.*

Nam trinus ambitus murorum, et regia proprios muros habuit. Præter alios Tacitus ipse paulo post : 'Alia intus mœnia regiæ circumjecta.' *Mercerus.*

Primis munimentis] Prima ergo munimenta respectu aliorum : *prima* enim castellum Davidis, *secunda* Acra dicebantur, *intima* vero, quæ templo circumdata sunt. Tacitus capite 12. 'Extrema et latissima mœnia Simon, mediam urbem Joannes, quam et Bargioram vocabant : templum Eleazarus firmaverat.' *Salinerius.*

Vulgò, *urbs dejugis*, suo quidem sensu, sed non a libris. *Pich.*

Dejugis explicant, disjuncta et separata ; quia *urbs* scil. sua habuit munimenta separata a munimentis templi. Sed melius de regia intelligitur, et legitur ; quod explicare videtur Tacitus, quasi diceret, *primis* seu exterioribus *munimentis urbs, dein* interioribus *regia* et *intimis* templum clausum.

Templum] Templum Domini, vel domus Domini, et sanctuarium, fuit in secunda parte urbis Jerusalem, et quæ dicebatur *filia Sion*, et *civitas inferior*, primo conditum super montem Moriam. Hodie a Turcis vocatur *Gameat et Sakhra*, id est, Mosquea aut templum Rupis, a Christianis dicitur *Templum Salomonis*, est in parte orientali Jerosolimæ novæ : ex Adrichom. *Tillem.*

Regia] Domus David, vel palatium Davidis et regum Judæ, &c. fuit in monte Sion, et in parte meridionali antiquæ urbis Jerusalem. Hodie ruinæ tantum extra mœnia urbis : ex Adrichomio p. 150. num. 3. *Tillemon.*

[m] *Ad fores tantum Judæo aditus*] Illæ *fores* erant argento solido exornatæ, et etiam auro. Sic Hegesipp. v. 42. 'Ingenio tamen Cæsar [Titus] præveniens, januas argento opertas succendi jussit, quibus igne admoto, argentum defluere cœpit.' Et infra : 'Unus de Romanis semiustam nactus materiem, quæ de fastigio deciderat, adulto igne, portæ admovit quæ aurea nuncupatur, quod auro vestitas habebat fores.' Et c. 34. Sic Titus ad Judæos : 'Quid sibi volunt, Johannes, impressi illi ante fores templi apices elementorum ? nonne significant, neminem, nisi sacratum, debere templo appropinquare ? Quid illa septa pro templo ? nonne ut conspectus arceant universorum liberos, solisque mysticis pateat secretorum

Digitized by Google

præter Sacerdotes, arcebantur.[8] Dum Assyrios[o] penes Medosque[p] et Persas[q] Oriens fuit, despectissima pars servienti-

accedere soli Judæo fas: limine etiam *prohibebantur* omnes Judæi, *præter sacerdotes. Dum Assyrii Medique et Persæ Orientem obtinuere, contemtissima pars*

8 Pro *arcebantur* legendum *arcentur* totus contextus clamat. *Idem.*

NOTÆ

cognitio; atque hic sit liber aspectus, quibus est legitimus ingressus? Prospectus excluditis peregrinorum, et accessus cogitis. Scribitis, ut nullus ingrediatur advena, nullus peregrinus introeat; et peregrinum sanguinem intra templum funditis, advenarumque simul et civium cruore vestra altaria commaculatis.'

n *Limine*] Distingue igitur inter *fores* et *limen:* per *limen*, intelligunt aditum penetralis atque adyti interioris seu sanctuarii.

o *Assyrios*] Assyriorum monarchia, omnium prima fuit; extensa pro variis temporum rationibus per *Asiam* et *Africam*, partes orbis terrarum.

In Asia, pars *Sarmatiæ Asiaticæ* et *Armeniæ Majoris*, quædam provinciæ Asiæ minoris peninsulæ, veluti *Cappadocia, Cilicia*, et *Lydia:* his addendæ regiones *Syria, Assyria, Media, Bactriana, Persis*, et *Arabia*, parsque *Indiæ* citérioris. In Africa, *Libya, Ægyptus*, et quædam pars *Æthiopiæ*.

Post mortem Sardanapali, ultimi Assyriorum regis, hæc monarchia in duo regna divisa: regnum *Babyloniæ et Assyriæ* fuit in parte occidentali, regnum vero *Medorum et Persarum* in latere orientali.

Hodie hic sunt pars *Moscoviæ*, major pars imperii *Turcici Asiatici*, regnum *Persiæ* integrum, aliquid *Magnæ Tartariæ* et imperii *Magni Mogolis*, regnum et desertum *Barca*, Ægyptus vel *Egypte* recentior, et pars *Abissiniæ*, &c. *Tillemon.*

p *Medos*] Media regio Asiæ, fuit aliquando pars monarchiæ Assyriorum, postea vero imperii Persarum sive Parthorum: hodie provinciæ integræ *Kilan* et *Adirbeitzan*, et pars provinciæ *Erak Atzen*, in regno Persiæ recentiore. *Tillemon.*

q *Persas*] Secunda monarchia fuit Persarum; extendebatur vero pro variis temporibus per Asiam, Africam, et Europam.

In Asia, regna *Persarum* et *Medorum*, regiones *Assyria, Syria, Armenia major, Colchis*, aliique populi circa montem *Caucasum; Asia minor* peninsula, cum insulis adjacentibus, et *Cypro* insula, pars *Indiæ* citerioris, pars Scythiæ magnæ, ubi *Sacæ* et *Caspii* populi; his etiam addendi *Arabes* sub clientela regum Persarum.

In Africa, *Libya, Ægyptus*, et pars *Æthiopiæ* his adjacens. In Europa, *Thraces* et *Getæ* populi aliquando victi a Persis, et *Insulæ* maris *Ægæi* usque ad oram Thessaliæ, tributum pendebant regi Persarum.

Hodie hic sunt, regnum *Persiæ*, *Turcicum imperium Asiaticum* cum *Georgia* forsan integra, pars imperii *Magni Mogolis*, et pars occidentalis *Magnæ Tartariæ*, ad mare Caspium, quibus addi potest *Arabia*, in Asia. In Africa recentiore, regnum et desertum *Barca*, Ægyptus sive *Egipte*, pars *Abissiniæ* et forsan pars *Nubiæ* his vicina.

In Europa, pars quædam *imperii*

Digitized by Google

um: postquam Macedones præpotuere,[r] Rex Antiochus,[s] demere superstitionem et mores Græcorum dare annixus,[9] quo minus teterrimam gentem in melius mutaret, Parthorum bello prohibitus est: nam ea tempestate Arsaces desciverat.[10 t] Tum Judæi, Macedonibus invalidis, Parthis nondum adultis (et Romani procul erant[11]) sibi[12] ipsi Reges

subditorum Judæi: *ubi Macedones imperavere, rex Antiochus, auferre religionem, et ritus Græcorum præscribere conatus, Parthorum armis impeditus est, quominus fœdissimam gentem ad meliora flecteret: quippe eo tempore Arsaces defecerat. Tum Judæi, contusis Macedonum viribus, Parthorum nondum coalitis aut firmatis, (et Romani longe distabant,) sibi ipsi reges constituere: qui incon-*

9 Ms. Budens. *annisus*.—10 Cl. Ernestus existimat verba hæc, *nam ea tempestate Arsaces desciverat*, esse additamentum imperiti hominis. Bipont. tuentur.—11 Sic bene Mss. Flor. Reg. Corb. Agr. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *procul aberant*; et sic Gronov. et Ryckius.—12 Ms. Corb. *sed ipsi*.

NOTÆ

Turcici versus septemtrionem et in Archipelago.

Postquam Persæ victi sunt a *Græcis*, mansit tamen nomen *imperii Persarum*: hoc nomine comprehendebantur variæ regiones Asiæ, veluti Media, Parthia, Bactriana, Aria, Persis, et Assyria, quæ antea partes erant monarchiæ Persarum, postea vero fuerunt monarchiæ Græcorum: de hoc *imperio Persarum*, vide notas ad Annales lib. VI. c. 31. *Tillemon*.

[r] *Macedones præpotuere*] Tertia monarchia, fuit Græcorum sive Macedonum, complectebatur partem Europæ, Asiæ, et Africæ.

In Europa, *Græcia* omnis, pars Illyrici, ubi *Thruces* et *Triballi* populi: aliquando etiam *Daci* victi ab Alexandro Magno rege Macedonum, &c.

In Asia, *Asia minor* peninsula, *Cyprus* insula, *Syria* regio, pars *Arabiæ*, imperium *Persarum*, sub quo nomine censentur *Media*, *Bactriana*, *Persis*, *Assyria*, *&c. pars Indiæ* ad occidentem Gangis fluvii.

In Africa, *Libya*, et *Ægyptus* regiones. Post mortem Alexandri Magni regis Macedonum, &c. hæc monarchia divisa fuit in varia regna et præfecturas, usque ad tempora quartæ monarchiæ, quæ est Romanorum.

Hodie in hoc tractu sunt, pars major *imperii Turcici Europæi* et *Asiatici*, *Arabia*, pars occidentalis imperii *Magni Mogolis*, pars quædam *Magnæ Tartariæ* ad occidentem et prope Persiam, omne regnum *Persiæ*, regnum et desertum *Barca*, atque Ægyptus. Ex Matthiæ hostoria monarchiar. *Tillem.*

[s] *Rex Antiochus*] De quo Plutar. in Apoph. regum: 'Antiocho obsidenti Hierosolyma, Judæi, ut maximam suam festivitatem possent celebrare, septem dierum inducias poposcerunt: non id modo concessit, sed et tauros auratis cornibus apparavit, aromatumque copiam, et usque ad portas cum pompa deduxit, traditaque ipsorum sacerdotibus victima, in castra rediit. Quod mirati Judæi, statim post exactos festos dies, deditionem fecerunt.'

[t] *Arsaces desciverat*] Is primus Par-

Digitized by Google

imposuere: qui mobilitate vulgi expulsi, resumta per arma dominatione, fugas civium, urbium eversiones, fratrum, conjugum, parentum neces aliaque solita Regibus ausi, superstitionem fovebant: quia honor Sacerdotii, firmamentum potentiæ.[u] assumebatur.

9. Romanorum primus Cn. Pompeius Judæos[1] domuit;[v] templumque jure victoriæ ingressus est.[w] Inde vulgatum, 'nulla intus Deum effigie[2] vacuam sedem et inania arcana.' Muri Hierosolymorum diruti,[3] delubrum mansit. Mox, civili inter nos[4] bello, postquam in ditionem[5] M. Antonii provinciæ cesserant, Rex Parthorum Pacorus Judæa poti-

stantia plebis ejecti, reciperato per vim regno, exilia civium, oppidorum excidia, cædes fratrum, uxorum, parentum, aliaque sueta regibus facinora perpetrare *ausi, ritum tuebantur: quia dignitas sacerdotii,* velut *munimentum imperii, accipiebatur.*

Primus Romanorum Cn. Pompeius Judæos subegit; et jure victoriæ fanum introiit. Hinc increbuit, nullas intus Deorum imagines, vacuum penetrale, et vana mysteria. *Mœnia Hierosolymorum subversa* sunt, *sacra ædes stetit. Dein, bello civili inter nos, postquam in potestatem M. Antonii provinciæ* Orientis *venerant,* cum *Pacorus rex Parthorum Judæam occupasset, occisusque a P. Ventidio,*

1 *Judæos* abest a Ms. Corb. Illud quoque omisit Lipsius.—2 Sic bene Ms. Corb. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *nullas intus Deum effigies.* Brotier.—3 Ms. Budens. *dirupti.*—4 Ita Ms. Agr. et Cl. Ernestus, qui tamen vel *civili*, vel *inter nos* redundare existimat. In Mss. Flor. Reg. Corb. et editione principe, *civili interno bello.* Puteolanus, *civili bello interno.*—5 Male Mss. Bodl. Jes. Corb. *in ditione.* Brotier.

NOTÆ

thorum opes auxit, tanti imperii conditor, a quo ceteri reges Parthorum et principes Arsacidæ dici cœperunt.

[u] *Quia honor sacerdotii firmamentum potentiæ*] Regiæ majestati adjungebant dignitatem summi pontificis, ut sic augustiores, sanctiores, et venerabiliores essent reges utraque potestate nixi, et sic auctoritate apud populos prævalerent: sic et Ethnici Imperatores Romani, non solum, ut tribuni, fuerunt sacrosancti, sed et ideo summum pontificatum sibi vindicarunt; etiam et ipsi Christiani principes usque ad Gratianum, qui tandem profanum decus sprevit.

[v] *Romanorum primus Cneius Pompeius Judæos domuit*] Hæc pluribus a Josepho narrantur libro Antiq. XIV. 8. primumque Pompeium refert Judæos in Romanorum ditionem redegisse, et postea Crassum, quod a Tacito est prætermissum, in Parthos euntem e templo pecuniam omnem abstulisse, quam Pompeius ne attingere quidem voluerat. *Lupan.*

[w] *Templumque jure victoriæ ingressus est*] Hegesipp. I. 17. 'Denique Pompeius curarum istiusmodi declinans superflua, dum triumpho potius ani-

Digitized by Google

tus, interfectusque a P. Ventidio, et Parthi trans Euphraten[x] redacti: Judæos C. Sosius[6] subegit. Regnum, ab Antonio Herodi datum, victor Augustus auxit.[7] Post mortem Herodis, nihil expectato Cæsare, Simo[8] quidam Regium nomen invaserat. Is a Quintilio Varo, obtinente Syriam, punitus: et gentem coërcitam liberi Herodis tripartito rexere. Sub Tiberio quies: dein[9] jussi a C. Cæsare, 'effigiem ejus in templo locare,' arma potius sumsere: quem motum Cæsaris mors diremit. Claudius, defunctis Regibus, aut ad modicum redactis,[y] Judæam provinciam Equitibus Romanis aut libertis permisit; e quibus Antonius Felix,[z] per om-

et Parthi ultra Euphratem repulsi essent; *C. Sosius Judæos domuit. Antonius Herodi regnum concesserat, et victor Augustus adauxit. Post obitum Herodis, haud consulto principe, Simon quidam regium vocabulum usurpaverat. Is a Quintilio Varo, regente Syriam, interfectus* est; *et nationem compressam filii Herodis, diviso in tres partes regno, gubernavere. Sub Tiberio pax: dein cum* eis *imperasset Caligula*, imaginem suam in delubro statuere, *potius arma capessere: quod bellum Caligulæ interitus discussit. Claudius, mortuis regibus, vel in arctum restrictis, Judæam provinciam equitibus Rom. aut libertis concessit; inter quos Antonius*

—6 Ms. Corb. *C. Sesius.* Ms. Ryckii *C. Sestius.*—7 Sic bene Mss. et veteres ac recentiores editiones. Male Rhenanus, *Augustus sanxit.* Brotier.—8 Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. et editiones veteres, cum Gronov. Ryckio et Brotier. *Simon.* Cl. Ernestus, *Simo.*—9 Mss. Harl. Corb. *deinde jussi.*

NOTÆ

busta ambiret, sequentibus sese suorum plurimis, vidit tabernaculum secundum, quod soli principi sacerdotum solemni accessu patebat; atque intus inspexit lucernam et mensam, et thymiamata, et tabulas testamenti: superque eas Cherubim, et multitudinem aromatum dispersam, et sacræ pecuniæ talenta duo millia, in quibus quamplurimum auri esset; integer tamen ab omni cupiditate, vel ipsa, vel si qua sacrorum vasorum inventa sunt, intacta servari præcepit.

[x] *Euphraten*] Euphrates, fluvius Armeniæ majoris, Asiæ minoris, Syriæ, Assyriæ, Arabiæ desertæ, &c. regionum; ubi jungitur cum Tigri fluvio, ambo vocantur *Pasitigris*, et in Persicum sinum se exonerant.

Hodie Euphrates vocatur a Turcis *Morat-Sou*, et a Francis *Euphrate*: labitur per Armeniam recentiorem, Natoliam, Souriam, Diarbeck, Beriaram seu Arabiam desertam, &c. regiones imperii Turcici Asiatici, &c.

Ubi vero conjungitur cum fluvio Tigri, ambo vocantur ab Arabibus recentioribus *Schat-el-Arab*, et deinde in sinum Balsoræ se exonerant. *Tillemon.*

[y] *Ad modicum redactis*] Id est, ad tenuem aliquam portionem regni, veluti Tetrachiam. Sic enim Romani regna partiebantur inter plures, ut potentiam et opes regum infringerent, sicque facilius in obsequio continerent.

[z] *Antonius Felix*] Qui veluti regem se ferebat; non tam quia Drusillam neptem reginæ Cleopatræ duxerat,

Digitized by Google

nem sævitiam ac libidinem, jus Regium servili ingenio exercuit, Drusilla, Cleopatræ[a] et Antonii nepte, in matrimonium accepta: ut ejusdem Antonii Felix progener, Claudius nepos esset.

10. Duravit tamen patientia Judæis usque ad Gessium Florum,[b] Procuratorem. Sub eo bellum ortum; et compri-

Felix, per omnem immanitatem atque luxuriam, potestatem regiam servili animo gessit, ducta uxore Drusilla, nepte Cleopatræ et Antonii: ita *ut Felix esset progener ejusdem Antonii, et Claudius nepos.*

Mansit tamen tolerantia Judæis usque ad Gessium Florum, procuratorem. Sub

NOTÆ

quam quia Pallas frater ipsius in flagranti gratia, et qui consuetudine stupri cum Agrippina et socordia Claudii tum præpollebat.

[a] *Drusilla, Cleopatræ*] Progener ergo erat Antonii, cum maritus esset neptis Antonii ex Cleopatra. Claudius vero natus ex Druso et Antonia minore, nepos fuit Antonii.

Indignatur itaque Cornelius, ejusdem Antonii fuisse progenerum Felicem, et nepotem Claudium; illum libertum, hunc vero principem Romanum, utrimque ex nobilissimis familiis genitum. *Ferrettus.*

Antonius Felix, Judææ procurator, Drusillæ maritus fuit, Actis Apostolorum 14. ea vero Cyprus et Agrippæ filia erat: ipsaque Cyprus ex Cleopatra et Marco Antonio nata. Sic Felix Antonii progener, Claudius Cæsar ex Druso Germanico et Antonia minore natus, hæc Marci Antonii ex Octavia filia, ideo dicitur fuisse Antonii nepos. *Vertran.*

Drusilla, Cleopatræ] Dicitur *trium reginarum maritus* Felix; et Josepho *Claudius* appellatur, ob Claudium scil. patronum, et *Antonius*, ab Antonia patrona, quæ mater Claudii. Illo uxores duxerat tres, non quæ proprie reginæ essent, (si Drusillam excipias,) sed quæ regio sanguine ortæ essent, et filiæ regum: nam v. c. Berenice regina dicitur, et tamen non video habuisse regnum, sed tantum forte provinciam aliquam, seu partem modicam Judææ: de qua re tamen nihil reperio, nec fuit etiam uxor regis; nam de nuptiis Titi sic non cogitasset. Et sic video filios præcipue natu majores Regum, passim dici reges, etiam cum imperium nondum adepti essent. Sic Pacorus filius Orodis regis Parthorum, rex appellatur ab auctoribus; forte sic, quia ordo nascendi et verecundia ætatis eos certo imperio destinabat. Sic Epiphanes dicitur Tacito hisce libris rex, qui scilicet pugnans pro Othone vulneratur, licet filius tantum fuerit Antiochi Comagenorum regis.

[b] *Usque ad Gessium Florum*] Primus Cæsaris procurator Judææ cum imperio Pontius Pilatus præfuit, a Tiberio missus, cum scil. Judæa pulso in exilium Archelao, in formam provinciæ redacta esset.

Deinde a Cæsaribus investiti Tetrarchæ, per aliquot annos in illa regnarunt; tandemque ad procuratores administratio rediit: hique ex ordine fuere, Felix, Albinus, Festus et Florus. *Vertran.*

Digitized by Google

mere cœptantem[1] Cestium Gallum,[c] Syriæ Legatum, varia prælia ac sæpius adversa excepere.[2] Qui ubi fato, aut tædio occidit, missu Neronis Vespasianus fortuna famaque et egregiis ministris, intra[3] duas æstates, cuncta[4] camporum omnesque, præter Hierosolyma,[5] urbes, victore exercitu tenebat. Proximus annus civili bello intentus, quantum ad Judæos, per otium transiit. Pace per Italiam parta,[6] et externæ curæ rediere. Augebat iras, quod soli Judæi non

illo bellum exarsit; et coërcere incipiens Cestius Gallus, rector Syriæ, diversa certamina commisit, et sæpius improspera. Qui postquam sua morte, aut ægritudine animi interiit, jussu Neronis Vespasianus fortuna famaque, et acribus ministris, intra duos annos, omnem regionem, cunctaque oppida, præter Hierosolymam, victricibus legionibus obtinebat. Sequens annus civilibus armis occupatus, quod spectat *ad Judæos, per quietem elapsus est. Rebus in Italia compositis, simul externæ so-*

1 Sic Rhenanus et recentiores. In Mss. Reg. Bud. Corb. et editione principe, *comprimere receptantem.* Puteolanus, *comprimere reos cœptantem.* Necaliter Ms. Bodl. licet habeat *ceptantem.* Ms. Jes. *reos captantem.* Ms. Harl. *eos captantem.* Unde non displiceret, *comprimere eos cœptantem*, ni prius dictum fuisset, *sub eo bellum ortum.* Brotier.—2 Sic bene Puteolanus; et sic vulgo Mss. Perperam Ms. Reg. et editio princeps, *accipere.* Ms. Bud. *excipere.* Idem.—3 Sic Rhenanus et recentiores. In Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Corb. et editionibus veteribus, *inter duas.*—4 Ms. Corb. *cuncta composuit.*—5 Ita Puteolanus ac recentiores, et ex communi usu Taciti. In Mss. Reg. Harl. Bodl. Jes. Corb. Bud. Guelf. et editione principe, *præter Hierosolymam.* Brotier.—6 Sic bene Ms. Corb. Rhenanus et recentiores. In Mss. Reg.

NOTÆ

[c] *Cestium Gallum*] Idem Suetonio narratur Vespas. capite 4. 'Judæi rebellarunt, cæsoque præposito, legatum insuper Syriæ consularem, suppetias ferentem, rapta aquila fugarunt.'

In Josepho hæc ipsa, et plane omnia vide. Sed quis tamen *præpositus* ille *cæsus?* Ita enim Suetonius, nec rem tam notabilem vel Josephus vel Tacitus dixere. Immo ille plane contra; dicit Florum, qui tunc *præpositus* fuit, evasisse, et bellum iis fecisse.

An *cæsoque præsidio?* Ita enim Eutropius, qui sua solet ex Tranquillo describere: 'Exstinctis Romanis præsidiis, legatum quoque Syriæ suppetias ferentem, rapta aquila fugarunt:' sunt ipsa, ut vides, Tranquilli.

An verius, *Gessiumque Florum* (id ei nomen) fugatum, ac tum etiam Cestium Gallum? *Lipsius.*

Recte apud Sueton. *cæsoque præposito:* quia scil. cohortes, quæ in præsidiis erant, *cæsæ* sunt; et licet ille evaserit cædem aut cladem, tamen sic pro *cæso* habitus est, et sic vulgata fama, historiaque scripta ex rumoribus: unde et sumsit Suetonius, ut solet. Sic vulgatus rumor, olim Pæto duce, ac Nerone imperante, missas sub jugum legiones a Parthis: et rem ut certissimam, statim affirmat Suetonius, cui judicium et trutina Taciti sæpe defuit.

Digitized by Google

cessissent. Simul manere apud exercitus[7] Titum, ad omnes Principatus novi eventus casusve utilius[8] videbatur. Igitur castris, uti[9] diximus, ante mœnia Hierosolymorum[10] positis, instructas legiones ostentavit.

11. Judæi sub ipsos muros struxere aciem, rebus secundis longius ausuri, et, si pellerentur, parato perfugio. Missus in eos eques cum expeditis cohortibus[d] ambigue certavit. Mox cessere hostes, et sequentibus diebus crebra pro portis prælia serebant:[1] donec assiduis damnis intra mœnia pellerentur. Romani ad oppugnandum versi, neque enim dignum videbatur, famem hostium opperiri:[2] poscebantque pericula, pars virtute, multi ferocia et cupidine præmiorum. Ipsi Tito Roma et opes voluptatesque ante oculos: ac,[3] ni statim Hierosolyma conciderent, morari videbantur. Sed urbem, arduam situ, opera molesque firmaverant, quis vel plana satis munirentur. Nam duos colles, immensum[4]

licitudines revertere. Gravabat indignationem, quod soli Judæi non paruissent. Etiam magis expedire credebatur, retineri apud legiones Titum, ad omnia imperii recentis eventa et accidentia. Itaque Titus *castra metatus, uti memoravimus, ante muros Hierosolymorum, ordinatas in acie legiones monstravit.*

Judæi pro ipsis munimentis direxere aciem, rebus prosperis ulterius progressuri, et, si vincerentur, promto receptu. Missus in illos equitatus cum expeditis cohortibus, ancipiti Marte pugnavit. Dein abscessere hostes, et proximis diebus frequentes pro portis pugnas conserebant: donec, continuis cladibus, intra muros redigerentur. Romani ad oppugnationem flexere, neque enim decorum credebatur, expectare penuriam hostium: postulabantque discrimina, pars fortitudine, plerique audacia et cupiditate opum. Ipsi Tito Urbs ob oculos, et divitiæ deliciæque: ac, nisi confestim oppidum corrueret, moram injicere votis putabatur. Sed civitatem, inaccessam ingenio loci, munimenta aggeresque muniebant, quibus vel in plano sita oppida *satis*

Harl. Bodl. Jes. Guelf. et editionibus veteribus, *parata*. Idem.—7 Mss. Harl. Corb. *apud exercitum*.—8 Ita Pichena et recentiores e Ms. Flor. In Mss. Harl. Bodl. Jes. Corb. Agr. Guelf. et editionibus veteribus, *utile videbatur*.—9 Ms. Harl. *ut*.—10 Ms. Corb. et editio princeps, *ante Hierosolymorum mœnia*.

1 Ms. Corb. et editio princeps, *ferebant*.—2 In Ms. Reg. et editione principe, *experiri*.—3 A Ms. Agr. abest, *ac*.—4 Ita editio princeps et recentiores.

NOTÆ

[d] *Cum expeditis cohortibus*] Sic vertunt, quasi illæ cohortes levis armaturæ miles esset, ut Cretenses et Arabes, qui optimi sagittarii. Sed forte erant validissimæ cohortes sociorum, aut etiam legionariorum, quæ separatæ mererent ab aquila. Sæpe certe pugnacissimos et promtissimos eligebant, armatura tamen gravi.

Digitized by Google

editos,[e] claudebant muri, per artem obliqui, aut[5] introrsus[6] sinuati; ut latera oppugnantium ad ictus patescerent. Extrema rupis[f] abrupta: et turres, ubi mons juvisset, in sexaginta pedes, inter devexa, in centenos vicenosque[7] attollebantur: mira specie, ac procul intuentibus pares. Alia intus mœnia, Regiæ circumjecta:[8] conspicuoque[9] fastigio turris *Antonia*,[g] in honorem[10] M. Antonii ab Herode appellata.

12. Templum in modum arcis propriique muri, labore et opere[1] ante alios: ipsæ porticus, quis templum ambiebatur,[2] egregium propugnaculum. Fons perennis aquæ, cavati sub terra montes: et piscinæ cisternæque servandis imbribus:

firmarentur. Quippe duo montes, admodum sublimes, cingebantur muris, de industria obliquis, aut interius inflexis; ut latera obsidentium ad vulnera detegerentur. Extrema colliuni abscissa: et turres, ubi juga faverent, ad sexaginta pedes erectæ, *inter declivia usque ad centenos vicenosque sublatæ: admirabili prospectu, et procul aspicientibus æquales. Alii interius muri, palatio circumsepti: insignique fastigio turris* Antonia, *in decus M. Antonii ab Herode* sic *vocitatu.*

Delubrum ad instar propugnaculi, propriaque munimenta labore et arte aliis præcellebant: ipsæ porticus, quibus delubrum cingebatur, eximium munimentum. Scaturigo perennium undarum, effossi sub terra colles: et piscinæ cisternæque retinendis pluviis comparatæ: *intellexerant conjecerantque fundatores, ex dissimilitu-*

Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *in immensum editos.* Ms. Corb. *et immensum editos.*—5 Mss. Harl. Jes. *at.*—6 Ms. Corb. *introrsum.*—7 Ita Ms. Reg. editio princeps et recentiores. In Ms. Corb. *in centenas vicenasque.* Ms. Bud. *in centenosque.* Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *in centenos quoque attollebantur.* Inter devexa, muri in cxx. pedes attolli poterant, ut patet ex altitudine turrium, quam memorat Josephus, 'Bell. Jud.' v. 4. n. 3. *Brotier.*—8 Male editio princeps, *circumrecta.* Idem.—9 *Que* abest a Ms. Harl.—10 Mss. Harl. Bodl. Jes. *in honore.* Secunda manu in Ms. Harl. emendatum, *in honorem.*

1 Ita Rhenanus et recentiores. In Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Agr. Guelf. et editionibus veteribus, *labore et opera.* At proprium hac in re verbum, *opus*, ut recte observat Cl. Ernestus. *Brotier.*—2 Ms. Flor. *ambibatur.*

NOTÆ

[e] *Colles immensum editos*] Usurpat *immensum* adverbialiter. Sic libro Annalium xv. 'Nuntiavere accolæ Euphratem nulla imbrium vi, sponte et immensum attolli.' *Rhen.*

[f] *Extrema rupis*] Vertunt, *alta rupis:* possit intelligi illa ora seu pars rupis, quæ declivis et pendens in summa præcipitia, quæ ex illa parte erant, ut ea describit Hegesippus, et qua rupe structæ erant turres et mœnia. Per *extrema* potest etiam intelligi infima pars, aut certe summa, quæ muros eorumque fundamenta fulciret.

[g] *Turris Antonia*] Fuit arx firma et munita, a septemtrione templo adjacens, in secunda parte urbis Jerusalem, quæ dicebatur *Filia Sion*, vel *Civitas inferior.* Ex Terra Sancta Adrichomii p. 152. num. 29. *Tillem.*

Digitized by Google

prævideranti conditores, ex diversitate morum, crebra bella: inde cuncta quamvis adversus longum obsidium: et a Pompeio expugnatis metus atque usus pleraque monstravere. Atque, per avaritiam Claudianorum temporum[h] emto jure muniendi,[i] struxere muros in pace, tanquam ad bellum: magna colluvie et ceterarum[4] urbium clade aucti: nam pervicacissimus quisque illuc perfugerat, eoque seditiosius agebant. Tres Duces,[j] totidem exercitus. Extrema et

dine ritus, fore frequentia bella; ideoque disposita *omnia, licet adversus diuturnam obsidionem; et cum a Pompeio bello capti* fuerunt, *formido et experientia* obsidionis *plurima docuere. Et per avaritiam Claudiani principatus, pretio obtenta facultate muros struendi, ædificarunt propugnacula in pace, velut ad bellum: immensa colluvione* hominum, *et aliorum oppidorum excidio adolevere: quippe ferocissimus quisque illuc concesserat, ideoque majori discordia agitabant. Tres ductores, toti-*

—3 Sic bene Puteolanus et recentiores. In Mss. Reg. Corb. Agr. et editione principe, *proriderant*. Brotier.—4 Ita Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Ms. Corb. *cunctarum urbium*. Mss. Reg. Agr. et editio

NOTÆ

[h] *Avaritiam Claudianorum temporum*] Quia tum regnabat Agrippina mulier impotens, et grassabantur liberti opulentissimi, egentissimo principe. Congerebat opes, velut *in subsidium* Agrippina, lib. XIII. 13. 'Suarum opum, quæ haud procul imperatoris aberant, copias tradebat filio.'

[i] *Emto jure muniendi*] Observandum ex hoc loco per avaritiam Claudianorum temporum venditum, quod secuti principes soliti sunt petentibus gratuito concedere.

Et sane, quod veteres suo injussu muros exstrui nolebant, et M. Aurelius Antoninus, præsides vetuit se inconsulto permittere, ideo institutum arbitror, quod ut l. VII. superiori, Tencteri ad Agrippinenses dicebant, muri coloniæ cum munimenta servitii sint, si clausos iis cives teneas, virtutis obliviscuntur. Ad hæc muros nos ab hostibus tutos, et a subitis latronum incursionibus præstat, inquit Seneca de Benef. l. VI.

Quare quod honori commodoque civitatum cederet, id avari principes vendiderunt, liberales concesserunt.

Itaque Galba inter civitates Hispaniarum et Galliarum, quæ cunctantius sibi accesserant, quasdam murorum destructione punivit, ut ait Suetonius. *Vertran.*

Forte id quidam prohibuerunt, ut mox venderent; alii omnino vetuerunt exstruere muros, quia fidem suspectarent. Alii vindicarunt rebelliones destructione murorum: nunc dominantes exstruunt validas arces, quibus vindicent, et contineant rebelles oppidanos.

[j] *Tres Duces*] Hegesip. l. v. 1. 'Anno primo delati imperii Vespasiano, bellis asperis Judæa et seditionibus domesticis lacerabatur, nec per hyemem inducias malorum egerat, quando solent bellorum sæva requiescere: quin etiam tertius ei tyrannus Eleazarus accesserat, quasi emendaturus vitia superiorum,' &c.

Digitized by Google

latissima mœnium Simo,[5] quem et Bargioram[6k] vocabant, mediam urbem Joannes, templum Eleazarus,[7] firmaverat. Multitudine et armis Joannes ac Simo, Eleazarus loco, pollebat. Sed prælia, dolus, incendia inter ipsos, et magna vis frumenti ambusta.[l] Mox Joannes, missis per speciem sacrificandi,[m] qui Eleazarum manumque ejus obtruncarent, templo potitur: ita in duas factiones civitas discessit, donec propinquantibus Romanis, bellum externum[8] concordiam pareret.[9]

dem agmina. Ultimos et amplissimos murorum Simon insederat, mediam civitatem Joannes, quem et Bargioram appellabant, sacram arcem Eleazarus occupaverat. *Numero et armis præpollebant Joannes ac Simon, Eleazarus ingenio loci prævalebat. Sed pugnæ, fraudes, ignesque inter ipsos, et magna copia annonæ cremata* est. *Dein Joannes, missis obtentu sacrificiorum, qui Eleazarum agmenque illius contrucidarent, delubrum occupat: sic in duas partes urbs distracta* est, *donec imminentibus Romanis, arma externa ad consensionem pacemque incitaret.*

princeps, *exterarum urbium.*—5 Sic Mss. Flor. Reg. Guelf. ed. pr. et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Symo.* Mox editio princeps, *Simon.*—6 Sic bene Lipsius. Male vulgo Mss. et veteres editiones, *Barbagioram.* Brotier.—7 Sic bene Puteolanus. Corrupte Mss. et editio princeps, *Heleazarus* vel *at Lazarus.* Idem.—8 Ms. Reg. *bellum extremum.*—9 Mss. Harl. Bodl. Jes. et editiones veteres, *pararet.*

NOTÆ

[k] *Bargioram*] Recte, *Bargioram:* Hebraico vocabulo significante emphatikῶς illum *Gioræ filium.* Ceterum Josippo non *Joannes*, sed *Simon filius Gioræ* dicitur: ille scilicet, qui Hierosolymis principatum tenebat, solusque in triumpho Vespasiani patris et filii supplicio affectus est. *Vertran.*

Sed qui Joannes is dicitur Bargioræ, sive Gioræ filius? qui Giscalenus et filius Liviæ; Josephus l. VI. 26. et l. IV. 4. et 5. bell. Jud. hæc verba, *quem Bargioram vocabant*, continuanda sunt cum illis, *Simon:* nam is vere filius Gioræ. Joseph. l. V. 7. et 9. et l. VI. 1. bell. Jud. *Salin.*

Non necesse est in omnibus convenire Tacitum cum Josepho, et præsertim in nominibus propriis. Ita apud Xiphil. appellatur iste *Burphoras*, qui hic *Bargioras:* quid mirum? Græci auctores sic maxime turbant, invertuntque vocabula propria gentium, urbium, hominum, &c.

[l] *Incendia inter ipsos, et magna vis frumenti ambusta*] Hegesip. l. V. 1. 'Ubi parcebant telis, ignes jaculabantur, qui comprehensis tectorum fastigiis, depascebantur domos, quæ refertæ frugibus ceterisque subsidiis alimentorum ad belli tolerantiam prolixioris, pariter exurebantur: majoraque pabula incendio dabantur.'

[m] *Missis per speciem sacrificandi*] Hegesip. l. V. 5. 'Namque Paschalis interventu celebritatis, subornatis plerisque Joannes, qui quasi observationis gratia templum adirent, et tanquam sociis data ingrediendi copia, dolum patravit. Ingressi enim specie civili, sed interius armati, re-

Digitized by Google

13. Evenerant prodigia,[n] quæ neque hostiis, neque votis piare fas habet gens superstitioni obnoxia, religionibus adversa. Visæ per cœlum concurrere acies,[o] rutilantia arma[p] et subito nubium igne collucere templum.[q] Expassæ[1] repente delubri fores[r] et audita major humana vox, 'Excedere Deos:[s]' simul ingens motus excedentium. Quæ pauci

Exhibita erant ostenta, quæ neque victimis, neque precibus procurare licet genti superstitioni addictæ, Deorumque *cærimoniis infensæ. Aspecti in cœlo conserentes pugnam exercitus, micantia tela, et repentinis nubium flammis coruscare delubrum. Apertæ derepente templi valvæ, et excepta* est *vox mortali validior,* Migrare Deos: *simul* auditus *ingens tumultus exeuntium. Quæ pauci in formidinem*

1 Sic bene Puteolanus. Corrupte Ms. Flor. *expertæ.* In Mss. Reg. Agr.

NOTÆ

jectis exuviis, gladios attollunt loricato pectore... cæsi illic multi mortales.'

[n] *Evenerant prodigia*] Puto, intelligit, Judæos non potuisse procurare illa prodigia, quia superstitiosi erant et religionibus Deorum adversi: vel, tanta erant illa portenta, ut nullis hostiis, nullis piaculis aut cærimoniis piari, exorari, aut averti possent; et præsertim a tali gente prava et superstitioni dedita.

[o] *Concurrere acies*] Hegesip. v. 44. 'Ante solis occasum subito visi in nubibus currus et acies armatæ, quibus totius Judææ regionisque ejus urbes incursarentur.'

[p] *Rutilantia arma*] Hegesip. v. 44. 'Per annum ferme supra templum ipsum cometes, passim ignis et gladii quandam præferens similitudinem.'

[q] *Igne collucere templum*] Hegesip. v. 44. 'Visus est autem [ignis] priusquam populus a Romanis sese dissociaret. Ipsis autem Paschæ diebus, Xantici mensis octava die, et per singulas noctes, hora circiter nona, templum et ara ejus ita lumine refulgebat, quasi dies esset, per dimidium ferme horæ quotidie manens: quod vulgus interpretabatur, cumulandæ gentis indicium videri: eoque impulsi sunt, tanquam tempus foret libertatis recipiendæ.'

[r] *Expassæ repente delubri fores*] Hegesip. v. 44. 'Orientalem quoque portam interiorem solido ære gravem, quæ soleret ad vesperam viginti virorum multo claudi labore, obseratam vectibus ferreis, per aliquot noctes sponte reseratam, et vix postea a custodibus clausam. Id quoque arbitrabantur plerique futurorum signum bonorum, quibus ingressuris porta aperiretur.'

[s] *Excedere Deos*] Si sacra profanis miscere licet, hoc maxime metuebant Ethnici veteres. Scil. quasi deserentibus Diis, hostibus in excidium permissi videbantur. At hoc de Angelis templum relinquentibus intellexit Josephus. De hoc metu gentium Plutarch. problem. Rom. 'Cur Deum illum, cujus in tutela urbem esse dicunt, sive masculus is est seu fœmina, et quærere et nominare nefas esset?

'Hoc enim ita esse religione confirmant, Valerium Soranum male periisse dicentes, quod Numinis nomen

Digitized by Google

in metum[2] trahebant: pluribus persuasio inerat, antiquis Sacerdotum literis[t] contineri, eo ipso tempore fore, ut valesceret Oriens, profectique Judæa rerum potirentur: quæ ambages Vespasianum ac Titum prædixerant.[3] Sed vulgus, more humanæ cupidinis,[u] sibi tantam fatorum magni-

accipiebant: pluribus indita erat opinio, vetustis antistitum libris haberi prædicique, futurum ea ipsa tempestate, ut præpolleret Oriens, venientesque ex Judæa imperium adipiscerentur: quæ ambiguitates significaverant Vespasianum ac Titum. Sed populus, pro more ambitionis mortalium unimis insitæ, tantam fortunæ amplitudi-

et editione principe, *apertæ*. Ms. Jes. *expansæ*. Brotier.—2 Mss. Harl. Bodl. *in metu*. Altera manu in Ms. Harl. emendatum, *metum*.—3 Ita vulgo Mss. Puteolanus et omnes libri postea editi. In Mss. Flor. Reg. et Ed. pr. *prædixerat:* quod approbat Jac. Gronov. At magis placet *prædixerant;* et ex

NOTÆ

efferre ausus est. An quod Latinorum quidam monumentis tradiderunt, evocationes quasdam ac Deorum veneficia esse putaverunt, quibus quoniam ipsi hostium Deos evocare et ad se traducere consuevissent, ne idem ipsi paterentur, magnopere verebantur? Quemadmodum igitur Tyrii vincula statuis injiciunt, alii vero sponsores petere dicuntur, si quem Deorum ad lavacrum, aut purgationem aliquam deducunt: sic Romani, quod arcanum et incognitum esset Dei nomen, firmissimam ac tutissimam Dei custodiam esse crediderunt. An sicut Homerus finxit: Terra vero communis est hominum, ut homines Deos omnes colant ac venerentur, terram communiter habentes: sic veteres Romani Deum salutis auctorem celaverunt, quod non eum solum, sed omnes Deos a suis civitatibus honorari voluerunt?'

Excedere Deos] Hegesip. v. 44. 'In ipsa autem Pentecostes solennitate ingredientes sacerdotes in templi interiora nocturno tempore, ut sacrificia assueta celebrarent, primo motum quendam sensisse se prodiderunt, et sonum auditum, postea etiam audisse repentina voce clamatum, Transeamus hinc.'

[t] *Antiquis Sacerdotum literis*] Sic Hegesip. v. 44. 'Inter quæ illud præcellentissimum, quod in literis æque vetustis, quas sacras vocabant, manebat impressum, quod secundum illud tempus futurus esset vir, qui de regione eorum imperium assumeret in orbem terrarum. Quæ res eos in tanto furore posuit, ut sibi non solum libertatem, sed etiam regnum pollicerentur.'

Sic omnia loca tum temporis plena fere superstitionum et vanitatis. Nam eodem tempore Druidæ Gallorum, et fatidicæ virgines Germanorum, etiam et Hispanorum, sibi pollicebantur invicem imperium: quod certe contigit, sed aliter quam pro spe votisque gentium, et ad breve tempus, quasi ut illuderentur, Hispani in Galba, Galli et Germani in Civili, forte et etiam in Vitellio, cui etiam Druida fœmina prædixerat imperium, teste Suetonio: quod gentibus ac ducibus exitio fuit, paulo minus tamen quam Judæis.

[u] *More humanæ cupidinis*] Id est, ex natura seu ingenio hominum, qui

Digitized by Google

tudinem interpretati,[4] ne adversis quidem[v] ad vera mutabantur. Multitudinem obsessorum, omnis ætatis, virile ac muliebre secus,[5] [w] sexcenta millia fuisse accepimus.[x] Arma cunctis, qui ferre possent: et plures, quam pro numero,[y]

nem per interpretationem sibi arrogantes, ne improsperis quidem ad certiora flectebantur. Numerum obsessorum, omnis ætatis aut sexus, sexcenta millia extitisse comperimus. Arma omnibus, qui apti bello essent; et plures, quam pro multitudine,

Taciti usu. *Brotier.*—4 Male Ms. Jes. *interpretari.* Ita tamen emendatum altera manu in Ms. Harl. *Idem.*—5 Sic Ms. Flor. a m. pr. quod recte receptum a J. Gronov. Add. ad A. IV. 62. Ceteri libri (in his Bud.) *virilis ac muliebris sexus:* inde a Pichena *virile ac muliebre sexus.* In ed. pr. *sexus* excidit, ob initium sequentis verbi. *Ernesti.* De voce *secus* v. et Charisius ap. Pursch.

NOTÆ

id, quod cupiunt, certo eventurum volunt, credunt: sic obscura et incerta credimus, insequimur, dum interim certa perdimus.

[v] *Ne adversis quidem*] In tantum obcæcati Judæi; ne adversis quidem flectebantur, ut verum agnoscerent, ac resipiscerent; immo pervicaciores fiebant. *Adversa* erant vera, certa, instantia; et tamen ab incertis, vanis, falsisque commentis dimoveri non poterant.

[w] *Virile ac muliebre sexus*] Sic Florentinus quarto casu. Etsi vulgati non male, *virilis ac muliebris sexus*, secundo casu. *Pichena.*

[x] *Sexcenta millia fuisse accepimus*] Josephus, Zonaras et Jornandes *undecies centena millia* periisse obsidione illa clare tradunt. Periisse, inquam, fame, morbo, ferro.

Nam Sulpicio Severo fidem vix habeo, qui 'numerum peremtorum, ad undecies centena millia' profert: 'capta vero centum millia ac venundata.' Sed peremtos fortasse largius accepit, et nostro illo sensu. *Lipsius.*

Sexcenta millia fuisse] Suo fato totidem mortui sunt intra muros. Hegesip. v. 25. 'Quæ autem sepultura, nisi ut de muro cadavera dejicerentur? Post ipsum plerique non ignobiles viri confugientes ad Titum, sexcenta millia defunctorum fuisse, quæ per portas elata, numerata sint, commemorabant.' Et c. 49. 'Cæsa per omne tempus obsidionis innumera millia, decies centena millia (centum et decem myriades, ut plerique asserunt) Judæorum tamen omnium, sed non omnium ejusdem regionis et loci, quia eo undique convenerunt, tempore Paschalis festivitatis. Captivi abducti ad nonaginta septem millia,' &c.

Sexcenta millia] Parens hic est in numero obsessorum referendo. Josippo obsessi ad vicies centena et septuaginta millia fuerunt. Cum ad festum azymorum eo ex omni Judæa convenissent. *Vertranius.*

[y] *Plures, quam pro numero*] Id valet, fuere obsessi *sexcenta millia:* credas quartam aut circiter partem (pro communi ratiocinatione) arma tulisse: at hic aliter fuit, et plures impetu atque ardore ceperunt. Qui? infra aut supra legitimam ætatem, pueri senesque. *Lipsius.* Adde et fœminas ipsas, forte et sacerdotes.

Plures, quam pro numero, audebant] *Plures quam, &c.* quod explicat sta-

Digitized by Google

audebant. Obstinatio viris[z] fœminisque par: ac, si transferre sedes cogerentur, major vitæ metus, quam mortis. Hanc adversus urbem gentemque Cæsar Titus, quando impetus[6] et subita belli locus abnueret, aggeribus vineisque certare statuit. Dividuntur legionibus munia, et quies præliorum fuit: donec cuncta expugnandis urbibus reperta apud veteres, aut novis ingeniis, struerentur.

14. At Civilis, post malam in Treveris pugnam, reparato per Germaniam exercitu, apud Vetera castra[1] consedit: tutus loco,[a] et ut memoria prosperarum illic rerum augescerent barbarorum animi. Secutus est eodem Cerialis, duplicatis copiis, adventu secundæ et VI.[a] et XIV. legionum.[b] Cohortesque et alæ,[3 c] jampridem accitæ, post vic-

irruebant. Pervicacia viris mulieribusque æqualis; ac, si mutare solum adigerentur, major vitæ formido, quam interitus. Adversus hanc civitatem nationemque decrevit Titus Cæsar pugnare aggeribus et vineis, quandoquidem natura loci ardorem animi *insultumque et repentina prœliorum negaret. Distribuuntur legionibus labores, et cessatum a prœliis fuit; donec omnia capiendis oppidis adinventa apud antiquos, aut novis artibus, pararentur.*

At Civilis, post adversum apud Treveros certamen, instauratis per Germaniam copiis, substitit apud Vetera castra: fretus loco; et ut recordatione secundarum illic rerum, accresceret barbarorum ferocia. Eodem ingruit Cerialis, auctis copiis, adventu legionum secundæ, et sextædecimæ, et quartædecimæ. Cohortesque, et alæ,

p. 61. *Oberlin.*—6 Ita Mss. Flor. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Pichena et recentiores. In Ms. Reg. et edd. veteribus, *impetum.*

1 Sic bene Mss. et veteres recentioresque editiones. Lipsius omisit, *castra.* Brotier.—2 Sic optime Mercerus. Perperam in Mss. et libris omnibus editis ante Cl. Ernestum, qui Mercerum secutus est, *et XVI.* vel *et sextædecimæ.* Jam sextadecima legio erat cum Cereali. Præterea auctus est sexta legione, quæ ex Hispania accesserat, ut patet ex cap. 16. in quo Cerealis quartadecimanos, sextam legionem et secundanos appellat. Sæpe librarii denarium numerum temere addidere. *Idem.*—3 Ms. Reg. et editio princeps, *cohortesque alæque.*

NOTÆ

tim cum dicit: *obstinatio viris fœminisque par.*

[z] *Obstinatio viris*] In prælio non solum obstinati, sed etiam in suppliciis. Hegesip. v. 18. 'Capiebantur innumeri, quingenti ferme ad diem cruciabantur, camposque ante urbem, miserabilis pompæ ordine prætexebant, ut de muris aspicerentur.'

[a] *Tutus loco*] Non quia ingenio aut natura munita essent *Vetera.* Nam supra Hist. IV. 23. 'Pars castrorum in collem leviter assurgens, pars æquo adibatur. Quippe illis hybernis obsideri premique Germanias Augustus crediderat,' &c. Attamen ea munimenta erant arte et manu firmata; sed longe magis memoria secundarum illic rerum nitebatur Civilis.

[b] *Adventu secundæ et* VI. *et* XIV.

Digitized by Google

toriam properaverant. Neuter Ducum cunctator. Sed arcebat latitudo[d] camporum, suopte ingenio humentium.[e] Addiderat Civilis obliquam in Rhenum molem, cujus objectu revolutus amnis adjacentibus superfunderetur.[f] Ea loci forma, incertis vadis subdola et nobis adversa: quippe miles Romanus armis gravis et nandi pavidus; Germanos, fluminibus suetos, levitas armorum[g] et proceritas corporum attollit.

15. Igitur, lacessentibus Batavis, ferocissimo[1] cuique

jamdiu accersitæ, festinaverant post victoriam. Neuter ducum moras nectebat. Sed prohibebat amplitudo terrarum suapte natura humidarum. Adjecerat Civilis obliquum Rheno aggerem, cujus obice repulsus fluvius, vicina inundaret. Ea loci natura, ambiguis æstuariis fallax, et nobis iniqua: etenim miles Rom. gravis armis, et natandi trepidus erat; *Germanos, amnibus assuetos, levis armatura et magnitudo corporum erigit.*

Itaque, oppugnantibus Batavis, strenuissimi quique nostrorum suscepere præ-

1 Sic bene Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. In Ms. Vatic. 1863. et editione principe omissum, *ferocissimo.* At in Ms.

NOTÆ

legionum] Pro VI. sæpe legitur XVI.: at sextadecima jamdudum cum Ceriali. Nam ex iis erat, quæ in verba Galliarum adactæ, dein pœnitentia reversæ ad prius sacramentum. Lege: *sextæ*, quæ ex Hispania missa, ut clarum est ex libro præcedenti, et aperte infra in cohortatione ante pugnam. *Mercerus.*

Adventu secundæ et XVI.] Forte ibi legendum *decimæ et sextæ.* Nam hæ duæ legiones tum temporis accitæ ex Hispania erant; an vero simul adventarint dubium est.

[c] *Cohortesque et alæ*] Intelligit auxilia sociorum, quæ fortunam partium speculantes cunctabantur. At nuntiata victoria, iter maturaveraut; quippe cohortes jam pridem accitæ; quia nempe alias victos spreturæ, nunc victoribus certatim adjungun-'tur et affluunt.

[d] *Arcebat latitudo*] Non præcise *latitudo* camporum arcebat, sed latitudo madentium humentiumque camporum.

[e] *Suopte ingenio humentium*] Sic Virg. Georg. II. 'Nunc locus arvorum ingeniis.' Plinius l. XIV. 'Ad cœli mores solique ingenia.' Sallustius Hist. l. III. 'Castrisque collatis, pugna tamen ingenio loci prohibebatur.'

[f] *Cujus objectu . . . superfunderetur*] Non tamen patet, superfusum tunc amnem, quia scil. victores e prælio discessere Germani, aut certe superiores. Et id forte extremæ necessitati reservabat Civilis.

[g] *Levitas armorum*] Quia fere intecti Germani pugnabant. Sic libro de Mor. German. 6. 'Nudi, aut sagulo leves, nulla cultus jactatio: scuta tantum lectissimis coloribus distinguunt: paucis loricæ, vix uni alterive cassis aut galea.'

Prælongas tamen et enormes hastas ferebant. Sed quibus industrie

Digitized by Google

nostrorum cœptum certamen: deinde orta trepidatio, cum præaltis paludibus arma, equi, haurirentur.[2] Germani notis vadis persultabant,[3] omissa plerumque fronte, latera ac terga circumvenientes: neque, ut in pedestri acie,[h] cominus[4] certabatur;[5] sed, tanquam navali pugna, vagi inter[6] undas, aut, si quid stabile occurrebat, totis illic corporibus[i] nitentes, vulnerati cum integris, periti nandi cum ignaris in mutuam perniciem implicabantur. Minor tamen, quam pro tumultu, cædes: quia, non ausi egredi paludem Germani, in castra redire.[7] Ejus prælii eventus utrumque Ducem, diversis animi motibus, ad maturandum summæ rei discrimen[j] erexit. Civilis instare fortunæ;[k] Cerialis

lium: mox incessit consternatio, cum arma et equi profundis stagnis absorberentur. Germani cognitis æstuariis assultabant, sæpe prima acie relicta, invadentes latera et postremum agmen: neque dimicabatur e proximo, tanquam in terrestri pugna; sed, velut prælio navali, palati et errabundi inter aquas, vel, si quid firmum se offerret, totis illic viribus contendentes, saucii cum validis, gnari nandi cum imperitis in mutuum exitium involvebantur. Minor tamen clades, quam pro trepidatione, fuit: *quia Germani, non audentes stagnum prætervehi, in munimenta sua revertere. Istius certaminis exitus incitavit utrumque ductorem, dispari animorum affectu, ut propere summam belli prælio deciderent. Civilis sequi fortunam* volebat; *Cerialis*

Vatic. est hiatus, ut vocem unam desiderari significetur. *Brotier.*—2 Sic bene Jac. Gronovius et recentiores. Sic legendum jam conjecerat Rhenanus e Ms. Bud. in quo, *arme qui haurirentur.* Ita et editio princeps. Nec aliter Ms. Flor. licet corrupte habeat, *aurirentur.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *arma equique haurirentur.* Idem.—3 In Ms. Reg. et editione principe, *exultabant.*—4 E monitu Jac. Gronov. Brotierus habet *cominus eminus cert.* Mss. Flor. Reg. et Ed. pr. *cominus minus cert.* Puteolanus et ceteri omnes, *cominus certabatur.*—5 Ms. Jes. *certabantur.*—6 Ms. Jes. *intus undas.*—7 Budens. *re-*

NOTÆ

utebantur per illas paludes; at Romani gravi ornatu instructi, brevibus gladiis et hastis non perinde pollebant, ut iniquis locis.

[h] *Neque, ut in pedestri acie*] Qua scil. miles servaret ordinem stationemque, et qua sibi invicem cohærerent, parique gradu simul moverentur; sed tum diducebantur invicem, vagi per undas et per incerta paludum.

[i] *Totis illic corporibus*] An quia toto impetu totoque nisu corporis illuc succederent? An quia omnes simul illuc concurrebant? ita ut præ turba in eundem locum confluente, in mutuum exitium se traherent; ita ut nandi imperiti, peritos secum abriperent, saucii integros; an forte utrumque, quia omnes illuc connitebantur totis viribus, seque invicem in gurgites abstraherent?

[j] *Summæ rei discrimen*] Id est, prælium, quo summam belli fortuna aut virtus decideret.

[k] *Instare fortunæ*] Quæ secunda fuerat, et qua aspirante, vicerat Germanos ultimo prælio.

Digitized by Google

abolere ignominiam. Germani prosperis feroces; Romanos pudor excitaverat.[8] Nox apud barbaros cantu aut clamore, nostris per iram et minas, acta.

16. Postera luce, Cerialis equite et auxiliariis cohortibus frontem explet;[l] in secunda acie legiones locatæ: Dux sibi delectos retinuerat ad improvisa. Civilis haud porrecto agmine, sed cuneis, astitit.[m] Batavi Gugernique[1] in dextro: læva ac propiora fluminis Transrhenani tenuere. Exhortatio Ducum, non more concionis apud universos, sed ut quosque[2] suorum[3] advehebantur.[4] Cerialis 'veterem Romani nominis gloriam, antiquas recentesque victorias: ut perfidum,[5] ignavum, victum hostem, in æternum excideret:[6] ultione magis, quam prælio, opus esse. Pauciores

obliterare dedecus. Germani rebus *secundis audaces; Romanos flagitii rubor accenderat. Nox Barbaris transacta tripudiis aut ululatu, Romanis per iracundiam ac minas* in hostem.

Postera die, Cerialis disponit in prima acie equitem et cohortes sociorum, in secunda legiones constitutæ; dux sibi reservaverat lectissimos ad subita belli. *Civilis haud extenta acie, sed per cuneos instruxit agmen. Batavi Gugernique in dextro* latere. *Transrhenani occupavere sinistra et viciniora Rheno. Oratio ducum, non ritu concionis apud omnes, sed ut singulos suorum accedebant. Cerialis* antiquum populi Rom. decus, veteres novasque victorias, prædicabat; ut in perpetuum exterminarent hostem infidum, inertem, ac profligatum; vindicta magis, quam pugna, opus esse. Pauciores novissime cum pluribus dimicasse:

dire.—8 Idem Ms. *exercitaverat.*

1 Ms. Reg. et editio princeps, *Eugenii* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Cugerni;* et sic Gronov. et Ryckius. At supra Hist. IV. 26. *Gugernorum.*—2 Ms. Ryckii *quemque.*—3 Ita Mss. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Guelf. Agr. editio princeps et recentiores. Puteolanus et Gronovius, *quosque eorum.*—4 Mss. Vatic. 1863 et 1958. Reg. et editio princeps, *advehebant.*—5 Ms. Reg. *perfide ignavum.*—6 Ita Mss. Flor. Agr. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *exscinderent;* et sic Gronov. et

NOTÆ

[l] *Auxiliariis cohortibus frontem explet*] Observa Romanos fere semper instruxisse socios in prima acie, ut et patet ex hoc loco. Sic etiam in prælio Antonii Primi adversus Vitellianas legiones, Suevi primi in acie dispositi.

Sic et in prælio Agricolæ adversus Britannos, ut scil. sanguine externo barbaros vincerent, aut saltem primam ferociam retunderent. Tac. Agric. 35. 'Ita disposuit, ut peditum auxilia, quæ octo millia erant, mediam aciem firmarent... ingens victoriæ decus citra Romanum sanguinem bellanti, et auxilium, si pellerentur,' legiones nempe.

[m] *Cuneis, astitit*] Sic fere Germani. Tac. lib. de mor. German. 6. 'Acies per cuneos componitur.'

Digitized by Google

nuper cum pluribus certasse: attamen[7] fusos Germanos,[8 n] quod roboris fuerit. Superesse, qui fugam animis, qui vulnera tergo, ferant.' Proprios inde stimulos[o] legionibus admovebat, 'domitores Britanniæ quartadecimanos' appellans: 'Principem Galbam sextæ legionis auctoritate factum: illa primum acie secundanos nova signa[p] novamque aquilam dicaturos.' Hinc, prævectus[9] ad Germanicum exercitum,[q] manus tendebat, 'ut suam ripam, sua castra, sanguine hostium reciperarent.'[10] Alacrior[11] omnium clamor, quis vel e longa pace[r] prælii cupido, vel fessis bello pacis[12 s] amor, præmiaque et quies in posterum sperabantur.[13]

attamen pulsos *esse* Germanos, quod validissimum *apud hostes* fuerit. Extare adhuc, qui fugam animo, qui plagas tergo, gerant. *Dein propria incitamenta legionibus addebat, vocans* quartadecimanos Britanniæ victores: auctoritate sextæ legionis Galbam creatum Imperatorem: secundanos illo primum prælio consecraturos nova vexilla novamque Aquilam. *Hinc advolans ad Germanicas legiones, palmas tendebat*, ut vindicarent suum littus, sua munimenta, *fuso* cruore hostium, *repeterent. Ardentior omnium vociferatio, quibus vel post longum otium pugnæ ardor, vel lassis bello pacis cupido, commodaque, et quies in futurum sperabantur.*

Ryckius. -7 Brotierus e Ms. Flor. scribit *ac tamen:* sic quoque volebat Muretus. In Ms. Reg. *ac tum.* In libris editis, *attamen.*—8 Pro *Germanos*, male editio princeps habet, *Romanos.* Brotier.—9 Mss. Vatic. 1863 et 1958. *prorectus.* Ms. Jes. *præventus.* Ms. Agr. *pervectus.*—10 Ms. Budens. *recuperarent.* - 11 Ms. Ryckii *alacer.*—12 Ms. Reg. et editio princeps, *et pacis amor.*—13 Ms. Reg. et editio princeps, *ferebatur.* In Ms. Jes. *spectabantur.* In Ms. Budens. *sperabatur.*

NOTÆ

n *Attamen fusos Germanos*] Loquitur de prælio, quod commissum fuit a Civili, Tutore, et Classico prope castra ipsius Cerialis, fusosque ibi esse Germanos jactat, *quod roboris fuit* in illo exercitu.

o *Proprios inde stimulos*] Id est, proprias cuilibet legioni causas, propria singulis incitamenta virtutis exhibebat, proponebat.

p *Secundanos nova signa*] Quia recens lecta illa legio a Flavianis, et nondum ullo prælio imbuta aut experta erat.

q *Ad Germanicum exercitum*] Intelligit Vitellianas legiones, quæ in Germania remanserant, Vitellio abeunte, et quæ tot cladibus afflictæ fuerant a Civili.

r *Quis vel e longa pace*] Non video cui legioni fuerit longa pax, nisi forte *Sextæ*, quæ in Hispania manserat, flagrante bello civili inter Flavianos Vitellianosque: sed certe semper longa pax et importuna prælionum cupidis, seu potius prædæ et spoliorum ex bello civili avidis.

Digitized by Google

17. Nec Civilis silentem[1] struxit aciem,[s] locum pugnæ testem virtutis ciens: 'stare Germanos Batavosque super vestigia gloriæ,[t] cineres ossaque legionum calcantes: quocumque oculos Romanus intenderet, captivitatem, clademque et dira omnia[2] obversari.'[3][u] Ne terrerentur vario Treverici[4] prælii eventu:[v] suam illic victoriam[5] Germanis

Nec Civilis silentio direxit agmen, locum ipsum *prælii testem fortitudinis appellans:* Instrui Germanos Batavosque super monumenta decoris, terentes *pedibus* reliquias cineresque legionum. Quocumque aspectum Romanus obverteret, offerri oculis captivitatem, cædemque, et infausta præsagia. Ne turbarentur ambiguo exitu certaminis Treverici: suam illic victoriam nocuisse

1 Melius, *silens struxit aciem;* et ita vertunt optimi interpretes. Sic quoque volebant Lipsius, Huetius, aliique plurimi. Tentabat quoque Lipsius, *silenter:* Muretus, *silentio;* quod probat Cl. Ernestus. Pichena, *silens instruxit aciem.* Brotier.—2 Sic Mss. Vatic. 1863. Harl. Jes. Guelf. Beroaldus, Ernestus et recentiores. Mss. Flor. Reg. et Puteolanus, *dira oïa.* Mss. Vatic. 1958. Bodl. Agr. editio princeps, Pichena et Ryckius, et Gronovius *dira omina.*—3 Male Mss. Vatic. 1863. Reg. et editio princeps, *observari.* Bene Ms. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores, *obversari.* Brotier.—4 Ms. Ryckii *Treveriani.*—5 Bene sic Mss. Harl. Bodl. Jes. Puteolanus et recentiores. Male Ms. Vatic. 1863. et editio princeps, *suam illic materiam.* Ms. Reg. *suam materiam illic.* Inde tentabat Acidalius, *suam illic*

NOTÆ

[s] *Civilis silentem struxit aciem*] Romani dicta ducis clamore prosecuti sunt; Germani tripudiis sonoque armorum: nam apud eos 'honoratissimum assensus genus armis laudare.' *Salin.*

Legunt *silens,* aut *silenter:* melius, *silentio.*

Puto tamen scripsisse Tacitum: *Nec... silentem struxit aciem.* Quasi vero sileat acies tot gentium diversarum cum ad prælium instruitur! Quasi vero non sonore, et ululatibus, ac barditu respondeant feroces isti et prælionum avidi Germani ferocissimo et exultanti per audaciam Civili! quo scil. concionem ejus laudarent et approbarent, proprie et præcise hic sensus est: *nec Civilis* silens *struxit aciem.* Sed ita intelligendum, non legendum.

[t] *Super vestigia gloriæ*] Habes quid simile Ann. xv. 28. de Corbulone. 'Tempus propinquum, locus, in quo nuper obsessæ cum Pæto legiones erant, cum a barbaris delectus esset, ad memoriam lætioris sibi rei, non est a Corbulone vitatus, ut dissimilitudo fortunæ gloriam augeret.'

[u] *Dira omina obversari*] Vulgo, *dira omnia.* At quoniam Florentinus habet, *omina,* facile conjicitur scriptum fuisse, *oïa,* quod melius videtur. *Pichena.*

Dira omina] Non scripsisset, ut puto, *dira,* nisi etiam *omina* subjunxisset.

[v] *Vario Treverici prælii eventu*] Intellige prælium illud, non quo deleti sunt Treveri cum Valentino duce, sed prælium apud Treveros, seu castra Cerialis commissum, cujus certe *varius eventus* fuit. Quippe initio et prima impressione vicere Batavi, et perrupere castra Cerialis, sed prædæ

Digitized by Google

obstitisse, dum, omissis telis, præda[6] manus impediunt: sed cuncta mox prospera et hosti contraria evenisse. Quæ provideri astu Ducis oportuerit, provisa:[7] campos madentes[w] et ipsis gnaros; paludes hostibus noxias.[8] Rhenum et Germaniæ Deos in aspectu: quorum numine capesserent pugnam, conjugum, parentum,[x] patriæ memores: illum diem aut gloriosissimum[9] inter majores,[y] aut ignominiosum apud posteros, fore.' Ubi sono armorum[z] tripudiisque (ita illis mos[10]) approbata sunt dicta, saxis glandibusque[a] et ceteris

Germanis, dum, relictis armis, dextras spoliis implicant: sed omnia postea secunda, et hosti adversa obtigisse. Se providisse, quæ provideri ingenio et arte ducis necesse sit: agros humentes, et ipsis notos; æstuaria Romanis infesta. Rhenum et Germaniæ Deos in conspectu: quorum ope *fulti* sumerent prælium, haud obliti uxorum, parentum, et patriæ: illum diem aut inter patres decorum, aut flagitiosum apud posteros futurum. *Postquam strepitu armorum, cantuque (sic illi solent) approbata est oratio, inchoatur certamen lapidi-*

****

araritiam. Brot.—6 Male Mss. Harl. Jes. *prædam manus.* Idem.—7 Ita Ms. Agr. Sic quoque placebat Ryckio, atque ita edidit Cl. Lallemand. Ms. Bud. *prarisa.* Ms. Flor. et editio princeps, *prærise.* Ms. Reg. *pervisse.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Rhenanus, *providisse*, et sic Gronov. et Ryckius. Puteol. *prævidisse.*—8 Sic bene Puteol. et recentiores. Nec variant Mss. Harl. Bodl. Jes. In Mss. Reg. Agr. et editione principe, *hostibus medias.* Quod immerito probat Ryckius, licet palus fuerit inter utrasque acies. *Brotier.*—9 Vivide breviterque dictum. Dies enim ille vel omnia majorum facinora erat superaturus, vel ignominiosus apud posteros futurus. Corrupte Ms. Reg. et editio princeps, *illum diem divo gloriosissimum.* Ms. Guelf. *gloriosum.* Idem.—10 Ms. Harl. sed secunda tantum manu, *illis mos est.*

NOTÆ

aviditas rapuit illis victoriam e manibus: viceruut illi, et vicissim victi sunt.

[w] *Provisa: campos madentes*] Pro *provisa*, sæpe legitur *prævidisse.* In libro manuscripto, *prævisa.* Fortassis *prorisa.* Quæ provideri astu ducis oportuerit, provisa,' campos madentes, et ipsis gnaros, paludes hostibus noxias. *Rhenanus.*

[x] *Conjugum, parentum*] Sic de mor. Germ. 7. 'Quodque præcipuum fortitudinis incitamentum est, non casus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familiæ et propinquitates.' Non quod forte ibi præsentes fœminæ essent, sed tamen ut ipsorum animis quasi præsentes offerrentur, sic admonet Civilis.

[y] *Gloriosissimum inter majores*] Id est, inter acta et facinora majorum egregia, illam diem, seu pugnam clarissimam fore.

[z] *Ubi sono armorum*] Tac. de mor. Germ. 3. 'Affectatur præcipue asperitas soni, et fractum murmur, objectis ad os scutis, quo plenior et gravior vox repercussu intumescit.' Et c. 11. 'Si displicuit sententia, fremitu aspernantur: sin placuit, frameas concutiunt. Honoratissimum assensus genus est armis laudare.'

[a] *Glandibusque*] Nempe globulis plumbeis aut æneis, quos fundibulis

Digitized by Google

missilibus prælium incipitur: neque nostro milite paludem ingrediente, et Germanis, ut elicerent,[11] lacessentibus.

18. Absumtis,[1] quæ jaciuntur, et ardescente pugna, procursum ab hoste infestius: immensis corporibus et prælongis hastis fluitantem[b] labantemque[2] militem eminus fodiebant: simul e mole, quam eductam in Rhenum retulimus, Bructerorum cuneus tranatavit:[3] turbata ibi res; et pellebatur sociarum cohortium acies, cum legiones pugnam excipiunt, suppressaque hostium ferocia, prælium æquatur.[4] Inter quæ[5] perfuga Batavus adiit Cerialem, 'terga hostium'[c] promittens, 'si extremo[6] paludis eques mitteretur: solidum illa,[7] et Gugernos,[8] quibus custodia obvenisset, parum intentos.' Duæ alæ, cum perfuga missæ, incauto hosti cir-

bus, globulis plumbeis, *et aliis missilibus: neque nostris copiis locum intrantibus, et Germanis, ut ingredi auderent, provocantibus.*

Exhaustis, quæ immittantur, et accenso prælio, acrius incecti sunt *hostes: vastis corporibus, et enormibus lanceis, jactatum undis nutantemque militem eminus transverberabant: eodemque tempore caterva Bructerorum transmeavit ex aggere, quem exstructum adversus amnem memoravimus: trepidavit ibi acies; et fundebatur auxiliarium cohortium agmen, cum legiones prælium capessunt, cohibitaque hostium audacia, æquo marte certatur. Interea transfuga Batavus convenit Cerialem,* postremam hostium aciem a tergo invasurum *promittens,* si equitatus mitteretur per extrema æstuarii: firmum illic *solum,* et Gugernos, quibus statio *illa* obtigisset, parum *custodiæ* acres *esse. Duæ alæ, missæ cum transfuga, inopi-*

11 Sic bene Mss. Flor. Reg. Bud. Harl. Bodl. Jes. Guelf. editio princeps, Rhenanus et recentiores. Male Puteolanus, *eluderent.* Mallet Ryckius, *illicerent.* Brotier.

1 Ms. Budens. *assumtis.*—2 Ita Mss. Vatic. Reg. editio princeps et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *fluitantemque.* Omisere, *labantem.* Additum est in margine Ms. Guelf.—3 Sic bene Mss. Flor. Agr. Jac. Gronovius et recentiores. In Ms. Reg. et editione principe, *renatavit.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, [et Ryckius,] *transnatavit.* Brotier.—4 Ita Mss. Vatic. 1863 et 1958. Flor. Reg. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. editio princeps, Ernestus et recentiores. Puteolanus et Ryckius, *prælium exæquatur.*—5 Ms. Reg. et editio princeps, *interea.*—6 Ms. Reg. *extremum paludis.*—7 Ita Mss. Vatic. 1863 et 1958. Reg. et libri omnes editi. In Mss. Harl. Jes. *solidam illam.* Sic quoque supra additum in Ms. Vatic. 1958. In Ms. Agr. *solida illa.*—8 Sic bene Ms. Vatic. 1958 et editiones recentiores. In Ms. Vatic. 1863. *ecugernos.* Ms. Reg. et editio princeps, *et ecugernos.* Puteolanus, *et Cugernos,* [et sic Ryckius et Gronov.] Ms. Agr. *et Tungaros;* sed secunda tantum manu. Prima habuisse videtur, ut editum, teste Ryckio.

NOTÆ

emittebant.

[b] *Fluitantem*] Nempe quia molle, nec firmum solum; sed lubricum fuit propter stagna et incerta vadorum.

[c] *Terga hostium*] Promittit ille perfuga se ducturum equites ea via, qua hostem a tergo circumvenire possent.

Digitized by Google

cumfunduntur: quod ubi clamore cognitum, legiones a fronte incubuere, pulsique Germani Rhenum fuga petebant. Debellatum eo die foret, si[d] Romana classis sequi maturasset. Ne eques quidem institit, repente fusis imbribus et propinqua[9] nocte.

19. Postera die, quartadecima legio in superiorem provinciam Gallo Annio missa: Cerialis exercitum decima ex Hispania legio supplevit.[1] Civili Chaucorum auxilia venere. Non tamen ausus oppida[2] Batavorum[e] armis tueri, raptis, quæ ferri poterant, ceteris injecto igni, in insulam concessit: gnarus, deesse naves efficiendo ponti, neque ex-

nantem hostem circumveniunt: quod ubi vociferatione compertum, legiones a fronte ingruere, fusique Germani ad amnem fuga tendebant. Patratum eo die bellum foret, si classis Rom. instare victis properasset. Ne equitatus quidem insecutus est, ingruente subita pluvia et appetente nocte.

Postera luce, legio quartadecima missa est Gallo Annio in superiorem Germaniam: legio decima ex Hispania adventans, supplerit exercitum Cerialis. Copiæ Chaucorum Cirili adductæ sunt. Neque tamen ausus est defendere armis civitatem Batavorum, abreptis, quæ avehi poterant, ceterisque rebus crematis, in insulam se recepit: sciens, non adesse Ceriali naves construendo ponti, neque exercitum Rom.

Brotier.—9 Ms. Reg. et editio princeps, *propinquante nocte.*

1 Ms. Agr. *supplebat.*—2 Ita bene Mss. Reg. Agr. editio princeps et Cl. Lallemand. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *oppidum*, et sic Gronov. et Ryckius. Id oppidum Bateburgum, *Batenburg*, vel *Batavenborg* esse volebat Cluverius; Pontanus, Noviomagum, nunc *Nimeguen.* Suspectum habebat Lipsius, *oppidum Batavorum*, et tentabat, *Batavodurum.* Lipsium arguit eruditus Joannes Smith in libello, cui titulum fecit: *Joannis Smith oppidum Batavorum, seu Noviomagus, liber singularis. Quo ostenditur Batavorum oppidum Corn. Tacito libr. Hist.* v. c. XIX. *memoratum esse Noviomagum.* Contendit hoc unum fuisse Batavorum oppidum: ex eo oriundos Civilem et Labeonem; ideoque oppidanum eorum certamen memorari Hist. IV. 18. At hæc omnia conjecturis nituntur. Verius crediderim plura fuisse Batavis oppida. Noviomago minime favet Cl. Alting, 'Notit. Germaniæ inferioris,' p. 104. *Brotier.*

NOTÆ

[d] *Debellatum eo die foret, si*] Inferius etiam ait: 'Ne tum quidem Romana classis pugnæ affuit, ut jussum erat.' Puto quidem eam classem esse, quæ supra *Britannica* appellatur. Ait enim Hist. lib. IV. 79. Cujus classis pars major, postquam legionem e Britannia accitam exposuerat, a Caninefatibus depressa, aut capta fuit, ut statim subjicit. *Pichena.*

[e] *Oppidum Batavorum*] Est Germaniæ Inferioris in Gallia Belgica: hodie *Batenburg*, urbs tractus *Maeswael*, prope Mosam amnem, in Tetrarchia *Betuve*, et in Gueldria Hollandica. Ex Geographia Sansonis, *Tillemon.*

Digitized by Google

ercitum Romanum aliter transmissurum: quin et diruit molem, a Druso Germanico factam, Rhenumque, prono alveo in Galliam ruentem, disjectis, quæ morabantur, effudit. Sic velut abacto[3] amne, tenuis alveus, insulam inter Germanosque, continentium terrarum speciem fecerat. Transiere[4] Rhenum Tutor quoque et Classicus et centum tredecim Treverorum Senatores:[5] in quis fuit Alpinus Montanus, quem a Primo Antonio missum in Gallias superius memoravimus.[6] Comitabatur eum frater D. Alpinus. Simul ceteri miseratione ac donis auxilia concibant, inter gentes periculorum avidas.

20. Tantumque belli[f] superfuit, ut præsidia cohortium, alarum, legionum, uno die Civilis quadripartito[1] invaserit:

aliter trajecturum: quin et evertit aggerem, exstructum a Druso Germanico, amnemque emisit, qui proclivi cursu in Galliam prorumpebat, dirutis, quæ obstabant. Sic velut amoto fluvio, tenuis alveus, inter Bataviam et Germanos, instar continentis regionis effecerat. Transmisere Rhenum Tutor etiam et Classicus, et centum tredecim senatores Trererorum: in quibus erat Alpinus Montanus, quem antea missum esse *diximus a Primo Antonio in Gallias. Comes ei frater D. Alpinus. Etiam ceteri* alii *copias excibant misericordia et muneribus,* ut *inter nationes belli et discriminum cupientes.*

Tantumque armorum et copiarum superfuit, ut Civilis irruperit munimenta cohortium, alarum, legionumque per quatuor exiguos pagos disposita: legionem deci-

---

—3 Sic Mss. Harl. Bodl. Guelf. Rhenanus et recentiores. In Ms. Jes. *ab acto.* Ms. Reg. et editio princeps, *ab amoto amne.* Ms. Agr. *amoto.* Puteolanus, *ablato.*—4 Mss. Harl. Jes. *transire.*—5 Ita bene Mss. Vatic. 1863. Reg. et libri omnes editi. In Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. Bud. Guelf. omissum, *senatores.* Secunda manu additum est in margine Ms. Harl. Frustra tentabat Rhenanus, *centum alii Trevirorum.* Brotier.—6 Hæc *quem a Primo Antonio missum in Gallias superius memoravimus* absunt a Ms. Jes. Nè spuria tamen dixeris. Nec, pro *Gallias,* necessario emendandum *Germaniam,* uti placet Cl. Ernesto. *Idem.*

1 *Una die* habent Ms. Reg. editio princeps, Cl. Ernestus et recentiores [cum Brotiero et Bipont.] In Ms. Vatic. 1863. et Agr. *uno die.* In Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. omissum, *uno die Civilis.* At eorum loco positum, *modicis villis.* Quod minime probabile. Ita tamen edidit Puteolanus [cum Ryckio et Gronov.] In Mss. Flor. Bud. omissis quoque, *uno die,* scriptum, *modicis villis Civilis.* Ms. Agr. *modicis villis quadripartita Civilis.* Præter Mss. Harl. et Jes. in quibus, *quadripartitam,* ceteri omnes, ut et libri editi ante Cl. Ernesti editionem habent, *quadripartita.* Cl. Ernestus emendavit, *quadripartito.* Ac bene quidem, et ex optimorum Scriptorum Titi Livii et Julii Cæsaris usu. In Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. *invaserint.* Ita et Puteolanus. Ms. Guelf. *legionem modicis villis quadripartitam invaserint.* Brotier.

NOTÆ

[f] *Tantumque belli*] Id est, tantum victis hostibus supererat. virium, copiarum, et armorum, licet

Digitized by Google

decimam legionem Arenaci,[g] secundam Batavoduri,[h] et Grinnes[i] Vadamque,[j] cohortium alarumque castra; ita divisis copiis, ut ipse et Verax,[2 k] sorore ejus genitus, Classicusque ac Tutor suam quisque manum traherent:[3] nec omnia patrandi fiducia; sed 'multa ausis aliqua in parte fortunam affore. Simul Cerialem neque satis cautum, et pluribus nuntiis huc illuc cursantem, posse medio intercipi.' Quibus obvenerant[4] castra decumanorum, oppugnationem legionis arduam rati, egressum militem, et cædendis materiis operatum, turbavere, occiso Præfecto castrorum et quinque primoribus Centurionum[l] paucisque militibus. Ceteri se

mam Arenaci; secundam Batavoduri, et Grinnes Vadamque' præsidia cohortium alarumque; ita partito milite, ut ipse et Verax, filius sororis ejus, Classicusque ac Tutor suum quisque agmen ducerent: nec cuncta expugnandi spe, sed plurima aggressis, aliqua in re aspiraturam fortunam. Cerialem etiam, neque satis providum, et variis nuntiis huc et illuc volitantem, posse inter præsidia circumveniri. *Quibus obtigerant munimenta decimæ legionis, obsidionem* illam *difficilem arbitrati, digressum militem, et secundis lignis occupatum exterruere, interfecto præfecto castrorum, et quinque præcipuis centurionum, et nonnullis militibus.*

—2 Beroaldus, *Vera*. Sane operarum errore. *Brotier*.—3 Ms. Reg. et editio princeps, *traheret*.—4 Sic bene Ms. Vatic. 1958. Puteolanus et recentiores. In Ms. Vatic. 1863. *venerat*. Editio princeps, *quibus advenerat*. Brotier.—

NOTÆ

g *Arenaci*] *Arenacum* oppidum Marsacorum populorum ad Rhenum fluvium, et in Germania magna, et prope Germaniam inferiorem. Hodie *Arnhem*, urbs tractus *Weluve*, ad meridiem et ad Rhenum fluvium, in ducatu Gueldriæ et in Belgio Fœderato. *Tillemonius*.

h *Batavoduri*] Batavodurus, oppidum Caninefatum populorum, sub Batavis populis Germaniæ inferioris: hodie *Wyckte Duerstede*, oppidum dominii *Utrecht* ad meridiem, et ad Rhenum fluvium et amnem *Leck*, in Belgio Fœderato. *Tillemonius*.

i *Grinnes*] Oppidum Caninefatum populorum ad Rhenum fluvium, et in Batavis, populis Germaniæ inferioris. Hodie *Rhenen* urbs dominii *Utrech*, ad meridiem, et ad Rhenum fluvium, in Belgio Fœderato. Ex Geographia Sansonis. *Tillemon*.

j *Vadamque*] Vada oppidum Marsacorum populorum, ad Rhenum fluvium in Germania magna, et prope Germaniam inferiorem. Hodie *Wageningen* urbs tractus *Weluve*, prope Rhenum fluvium, in ducatu Gueldriæ, et in Belgio Fœderato. *Tillemon*.

k *Ipse et Verax*] Ipse et Verax suum quisque agmen ducebant, quemadmodum Classicus ac Tutor, et quatuor illi duces simul quatuor diversa loca oppugnabant.

l *Primoribus Centurionum*] Puto, intelligit tantum splendidiores et præstantiores, forte solos primipilares.

Digitized by Google

munimentis[5] defendere. Et interim Germanorum manus Batavoduri rumpere[6] inchoatum pontem nitebantur. Ambiguum prælium nox diremit.

21. Plus discriminis apud Grinnes Vadamque[1] Vadam Civilis, Grinnes Classicus, oppugnabant: nec sisti poterant,[2] interfecto fortissimo quoque: in quis[3] Briganticus, Præfectus alæ, ceciderat;[4] quem fidum Romanis et Civili, avunculo, infensum diximus. Sed, ubi Cerialis cum delecta equitum manu subvenit, versa fortuna, præcipites Germani in amnem aguntur. Civilis, dum fugientes retentat, agnitus petitusque telis, relicto equo, tranatavit:[5] idem Veracis[6] effugium. Tutorem Classicumque appulsæ lintres vexere. Ne tum quidem Romana classis pugnæ affuit,[m] ut[7] jussum

Alii se castris turbantur. Et interea Germanorum agmen, conabantur invadere pontem inceptum Batavoduri. Ancipitem pugnam nox separavit.

Majus periculum apud Grinnes Vadamque. Vadam Civilis invadebat, Classicus Grinnes: nec reprimi poterunt, interemto promtissimo quoque; in quibus Briganticus, alæ præfectus, occubuerat; quem fidelem fuisse *Romanis memoravimus, et Civili avunculo inimicum. Sed, postquam Cerialis succurrit cum validissimo equitum agmine, mutata fortuna, præcipitantur in Rhenum Germani. Civilis, dum fugaces retinet, notus, incessitusque missilibus, omisso equo,* Rhenum *transmeavit. Sic et Germani evasere. Applicitæ* littori *naves transmisere Tutorem Classicumque. At ne tum quidem classis Romana certamini affuit, ut imperatum erat: sed*

5 Perperam Ms. Reg. et editio princeps, *ceteris imminentibus defendere.* Ms. Bud. *militibus eminentis defendere.* Inde tentabat Rhenanus, *pauci e militibus se jumentis defendere,* pro *defendebant.* Idem.—6 Brotierus scribit *irrumpere.* Cll. Ernestus et Lallemand, *rumpere;* quasi ita foret scriptum in Ms. Oxon. At Mss. Harl. Bodl. habent, *irrumpere.* Ms. Jes. *irrupere.* Hi tamen sunt Mss. Oxonienses. In Ms. Reg. et veteribus omnibus editionibus, *irrumpere.* Tentabat quoque Cl. Ernestus, *abrumpere.*

1 Perperam Ms. Jes. omisit, *Vadamque.* Brotier.—2 Ita libri omnes scripti et editi. Cl. Ernestus tentabat, *nec sisti poterat.* Sed frustra, ut ipse fatetur. *Idem.*—3 Mss. Reg. Harl. Jes. *in quibus.*—4 Verbum illud Cl. Ernesto displicet; et certe recte abesset. *Brotier.*—5 Ita Cl. Ernestus; et sic supra c. 18. Ms. Reg. et editio princeps, *transnavit.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *transnaturit.*—6 Brotierus cum Ryckio et Gronov. legit *Germanis* pro *Veracis.* In Ms. Reg. et editione principe, *idem germani transfugium.* Cum de ducum casibus hic agatur, et de militum fato supra jam sit dictum, pro *Germanis,* legendum *Veracis,* conjiciunt Jac. Gronovius et Cl. Ernestus. Valde quidem probabiliter. Quatuor enim erant duces. Hic unus desideratur, Civili, Tutore Classicoque memoratis. *Germani* vox retineri potuisset, si Verax eadem matre potius, quam sorore Civilis genitus fuisset, ut recte observat Cl. Ernestus. *Brotier.* Bipont. et probant Gronovianam emendationem.—7 In Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *et jussum erat.*—8 In Ms.

NOTÆ

[m] *Ne tum quidem Romana classis pugnæ affuit*] Habebant Romani clas-

Digitized by Google

erat: sed obstitit[8] formido[n] et remiges per alia militiæ munia dispersi. Sane Cerialis parum temporis ad exequenda imperia dabat: subitus consiliis, sed eventu clarus. Aderat fortuna, etiam ubi artes defuissent: hinc ipsi exercituique[9] minor cura disciplinæ. Et paucos post dies, quanquam periculum captivitatis evasisset, infamiam non vitavit.[10] [o]

22. Profectus Novesium Bonnamque[1] ad visenda castra, quæ hyematuris legionibus erigebantur, navibus remeabat: disjecto agmine, incuriosis vigiliis.[p] Animadversum id

prohibuit metus, et nautæ per alia belli ministeria distenti. Certe Cerialis haud satis spatii concedebat ad jussa exequenda: repentinus consilio, sed illustris exitu. Juvabat fortuna, etiam ubi ratio et prudentia deessent: hinc ipsi et copiis minor severitas militiæ. Et paucis interjectis diebus, licet discrimen captivitatis vitasset, ignominia non caruit.

Cum ivisset Novesium Bonnamque ad inspicienda munimenta, quæ hybernaturis legionibus exstruebantur, navigiis revehebatur: incondita manu, et *parum acribus*

Reg. et editione principe, *sed hostilis formido obstitit.*—9 *Que* omissum in Mss. Harl. Bodl. Jes.—10 Ms. Budens. *mutavit.*

1 Male Ms. Jes. *Bonnaque.* Novesium enim Bonnamque proficiscebatur:

NOTÆ

sem apud Rhenum, quæ per partes divisa: pars Bonnæ et Geldubæ, pars ad exitum fluvii disposita fuit, ubi *Pharus* olim, quam nunc *arcem Britannicam* vocant.

Et ea classis *Britannica* dicta, quia in Britanniam commeabat; et etiam *Germanica,* quia maxime inserviebat tum temporis adversus Germanos, et advehendis copiis in castra legionum, prætenta Rheno et Germaniæ. Sic apud Danubium, sic et apud Euphratem classes, seu naves paratas habuere.

[n] *Sed obstitit formido*] Observandum tironibus particulam *sed,* adversativam hic non esse, immo causam reddere. *Pichena.*

[o] *Infamiam non vitavit*] Non præcise de flagitio militiæ id intelligendum; sed de flagitio stupri admissi cum Claudia Sacrata Ubia fœmina, de qua infra Tac.

[p] *Navibus remeabat; disjecto agmine, incuriosis vigiliis*] Ergo naves illas sumsit, aut Novesii aut Bonnæ: nam terrestri itinere profectus erat, propter flumen adversum. At cum ex sequentibus constet, castra in ripa fluminis fuisse, an de die omnes copiæ navibus vehebantur, et imminente nocte, castra in terra muniebant?

Potius crediderim, Cerialem ipsum cum parte copiarum navibus vectos: reliquum vero exercitum terrestri itinere secus flumen profectum; et hoc est quod Tacitus ait, *disjecto agmine.* Propterea hostes eodem tempore castra et classem invaserunt.

Et quoniam Cerialis, licet secundo flumine remearet, cursui moderabatur, ut qui pedibus veniebant, consequi possent; ideo ait, hostes spatium habuisse, opportunum tempus expectandi, noctemque nubibus atram elegisse. *Pichena.*

Digitized by Google

Germanis: et insidias composuere. Electa nox atra nubibus, et prono amne rapti, nullo prohibente, vallum incunt.[q] Prima cædes astu adjuta: incisis tabernaculorum funibus,[r] suismet tentoriis[2][s] coopertos trucidabant. Aliud agmen turbare classem: injicere vincla:[t] trahere puppes. Utque ad fallendum silentio,[u] ita, cœpta cæde, quo[3] plus terroris adderent, cuncta clamoribus miscebant. Romani, vulneri-

excubiis. Cognitum id Germanis: et insidias struxere. Assumta nox cœlo nubilo infesta, et secundo flumine invecti, nemine arcente, castra ingrediuntur. Primæ cædi ars adjuncta; abscissis cordis tentoriorum, suismet pellibus involutos obtruncabant. Alia manus exterrere rates: innectere catenas: raptare naves. Utque usi silentio ad fraudem erant, ita, inchoata cæde, quo plus pavoris inferrent, omnia vociferationibus turbabant. Romani, cæde et plagis excitati, rapiunt arma, per

miuime vero Novesio Bonnaque. *Brotier.*—2 Sic bene Mss. Reg. Agr. Guelf. editio princeps, Cl. Ernestus et recentiores. In Ms. Flor. *suismet toriis.* Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *suismet coriis,* [et sic Ryckius et Gronov.] In margine Ms. Harl. secunda manu, *tentoriis.* Brotier.—3 Ita Mss. Flor. Reg. editio princeps, Pichena et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Pu-

NOTÆ

[q] *Prono amne rapti, nullo prohibente, vallum incunt*] Cerialis, dum Novesium Bonnamque pergeret, Civilem Germanosque post terga reliquisse videtur, id est, versus mare. Nam et supra apparet, prope Batavodurum pugnatum: et infra ait, navalem aciem a Civile ostentatam ad Mosæ Rhenique ostium; quomodo ergo remeantem Cerialem insequuntur prono amne? Forte Civilis, cum relicto equo transnatavit, per Germaniam profectus erat ad concitandos populos, et ad exercitum reparandum.

Vel intelligendum est, ipsum quidem Civilem non affuisse, sed alios Germanos, qui prope Novesium Bonnamque essent, invasisse Romanos. Idcirco inferius ait multa luce revectos hostes, adverso scilicet flumine. Quod autem ait, *vallum ineunt;* intelligo, exiguum id munimentum fuisse, ut moris erat Romanis, cum una tantum nocte manendum esset, et ideo facilis fuit irruptio. *Pichena.*

Vallum ineunt] Erant igitur veluti duo castra, aliud in terra, aliud in flumine. Nam alii tabernacula aggrediuntur, alii naves. Et sic certe dispositæ classes, ut legiones seu copiæ classicæ sua castra haberent in littore juxta classem: at ibi veræ legiones in ripa.

[r] *Tabernaculorum funibus*] Nempe quibus sustinerentur pelles, et ad terram alligarentur palis, ut ventis resisterent.

[s] *Suismet coriis*] Forte *tentoriis,* ut habet codex Vatic. et in Flor. *toriis.* Pichena.

[t] *Injicere vincla*] Vincula igitur attulerant, quæ injiciunt captivis, forte et navibus, ut illas trahant avehantque; victas scil. captasque naves alligabant victricibus, quibus antea prono amne invecti erant.

[u] *Ad fallendum silentio*] Silentio enim opus fuit, quo fallerent vigiles; sicque subiti irruerent in vallum, et hostes imparatos occuparent.

Digitized by Google

bus exciti, quærunt arma, ruunt per vias, pauci ornatu militari,[4] plerique circum brachia[v] torta veste et strictis mucronibus. Dux semisomnus[5] ac prope intectus errore hostium[w] servatur.[6] Namque Prætoriam navem vexillo insignem,[x] illic Ducem rati, abripiunt.[7] Cerialis alibi noctem[8] egerat, ut plerique credidere, ob stuprum Claudiæ Sacratæ,[9] mulieris Ubiæ. Vigiles[10] flagitium suum[11] Ducis dedecore excusabant,[12] tanquam 'jussi silere, ne quietem ejus turbarent:

vias erumpunt, pauci cultu aut habitu militari, plurimi circum lacertos intorto sagulo et nudatis ensibus. Dux semisopitus ac fere nudus, incolumis erasit errore Germanorum. Quippe abducunt navem prætorium, signo eximium, quia illic ducem esse *existimabant. Cerialis alibi noctem traduxerat, ut multi putavere, ob cupidinem Claudiæ Sacratæ, fœminæ Agrippinensis. Custodes dedecus suum ducis ignominia defendebant, quasi* imperasset *ipsis* tacere, ne somnum ejus interpel-

teolanus, *et quo plus terroris.*—4 Sic bene editio princeps, Pichena et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *ornati militariter.* Ms. Flor. *ornati militari.* Brotier.—5 Ita Mss. Vatic. 1863. Flor. Guelf. Harl. Jes. editio princeps, Cl. Ernestus et recentiores. Mss. Vatic. 1958. Bodl. et Puteolanus, *semisomnis.* At in Mss. Vatic. 1958. *u* super *i* scriptum; ut sit quoque, *semisomnus.* In Ms. Reg. *semisopitus.*—6 Ms. Reg. *salvatur.* At in margine additum: 'Tres alii manuscripti codices habent *servatur.*'—7 Ms. Bodl. *arripiunt.*—8 Ita Mss. Vatic. 1863. 1958. et libri omnes editi. At in Ms. Vatic. 1958. suprascriptum, *alia navi navem* (corrupte pro *noctem.*) Unde forte scriptum olim, *alia navi noctem egerat.* Brotier.—9 Male Ms. Reg. *Sacrariæ.* Editio princeps, *Sacratiæ.* In veteri Inscriptione apud Gruterum, p. 168. n. 10. memoratur ATTIA SACRATA. *Idem.*—10 Pro *Ubiæ. Vigiles* Ms. Guelf. et edd. omnes ante Rhen. *ubi et vigiles.*—11 Ms. Jes. *sui ducis.*—12 Mss. Vatic. 1958. Harl. Jes. et Puteolanus, *accusabant.* Sed in Mss.

NOTÆ

[v] *Circum brachia*] Appianus bello Mithridat. διαδησάμενοι τὰ ἱμάτια ταῖς λαίαις ἀντὶ ἀσπίδων: *Alligatis vestibus circa brachium sinistrum pro scutis.* Petron. 'Idem ego ex altera parte feci; et, intorto circa brachium pallio, composui ad præliandum gradum.'

[w] *Errore hostium*] Quia putabant, eum noctem egisse in prætoria triremi: sed alibi dux pernoctarat; attamen in castris; et forte illa mulier in comitatu; alioquin hæc Taciti parum congruerent.

Fuit haud dubie tum Cerialis in castris: nam 'dux semisomnis ac prope intectus, errore hostium servatur.' Et 'vigiles flagitium suum ducis dedecore excusabant, tanquam jussi silere, ne quietem ejus turbarent.' At qui servatus dux esset *errore hostium,* per castra grassantium, nisi in castris fuisset? et cur juberentur vigiles silere, nisi noctem egisset in castris?

[x] *Vexillo insignem*] Quonam vexillo? an vexillum fuit proprium ducis quod in prætoria nave esset, aut in tabernaculo? nam et e tabernaculo Germanici seditiosi milites vexillum rapiunt in Germania Ann. l. 1. Puto, *insignis* et eximia *vexillo* triremis illa, quia *prætoria* fuit; nihil aliud.

Digitized by Google

ita, intermisso signo et vocibus,[7] se quoque in somnum lapsos.' Multa luce revecti hostes, captivis navibus, Prætoriam triremem[13] flumine Luppia[14] [z] donum Veledæ traxere.[a]

23. Civilem cupido incessit[1] navalem aciem ostentandi.[b] Complet, [2]quod biremium, quæque simplici ordine ageban-

larent: ita, interrupto signo tubæ et clamoribus, ipsos etiam somno sopitos. *Provecta jam die reversi hostes, captis navigiis*, simul et *abduxere navem prætoriam amne Luppia, munus* daturi *Veledæ*.

Civilem libido invasit navale prælium ostendendi. Instruit, quotquot biremes

****

supra *ac* scriptum *ex*.—13 Mss. Reg. Agr. et editio princeps, *prætoriam biremem*.—14 Sic bene Rhenanus et recentiores. In Ms. Reg. *Lupa*. In Ms. Harl. et editione principe, *Lupia*. Mss. Bodl. Jes. Bud. *Impia*. Unde Beroaldus, *impio*. Brotier.

1 Male Ms. Reg. et editio princeps, *cupido invasit: cessit*. Ms. Flor. *cupido invasit incessit*. Inde frustra tentat Pichena, *cupido inanis incessit*. *Invasit* spurium est, et additum a librarii, qui verbum, *incessit*, explicavere. *Brotier*. —2 Ms. Budens. *et quod*. Ut Lipsius, et Gronovius, aliique plurimi Brotierus edidit: *tricenis quadragenisque armamenta liburnicis solita: et simul captæ lintres, sagulis versicoloribus haud indecore pro velis juvabantur*. Nec male, in tanta librorum corruptela. Mss. Vatic. 1863. Reg. et editio princeps, *tricenos quadragenosque fere armamenta liburnicis solitæ et simul captæ lintres, sagulis versicoloribus, haud indecore pro telis juvabantur*. In Ms. Flor. pro, *fere*, scriptum, *se et*. In Mss. Vatic. 1958. Harl. *ad tricenos quadragenosque ceu armamenta liburnicas soli haud indecore pro velis juvabantur*. Ita quoque Mss. Bodl. Jes. et Puteolanus; sed pro *juvabantur* habent *juvabunt*. In Ms. Harl. secunda manu pro *soli* emendatum *solita*; et in margine additum, *et simul captæ lintres sagulis versicoloribus*. Ms. Agr. *tricenos quadragenosque ferre armatos liburnicæ*

NOTÆ

[7] *Intermisso signo et vocibus*] Illa duo adhibebantur ad excitandum, *signum* et *voces*. *Signum* buccina dabatur: *voces* hæ erant: *vigila, vigila:* quæ voces erant circuitoris, potius quam vigilum. Et voces illæ non fuerunt vigilum inter se colloquentium, ut vertunt nonnulli; nam sæpe ab invicem distabant vigiles, ita ut non possent miscere voces, aut sociare sermonem.

[z] *Flumine Luppia*] Scil. Bructeræ nationis erat Veleda, ac fines Bructerorum Luppia alluit. Meminit l. 1. Annal. 'Quantumque Amisiam et Luppiam inter vastatum.' *Rhenan*.

Luppia] Fluvius Chassuariorum, Sicambrorum, Bructerorum majorum, et Marsorum populorum Germaniæ magnæ, in Rhenum fluvium se exonerat: hodie *Lippe*; fluit per Episcopatus Padesbornensem, Monasteriensem, &c. in circulo Westphaliæ. *Tillemon*.

[a] *Donum Veledæ traxere*] Sic recte: nam huic virgini subinde dona missitabantur, ut patet supra.

[b] *Navalem aciem ostentandi*] Nempe classem instructam, ut in acie, et paratam ad decertandum, non vero proprie pugnam navalem, quæ non commissa, sed tantum ostentata fuit.

Digitized by Google

tur.[c] Adjecta ingens lintrium vis,[d] tricenos quadragenosque

erant, *uniremesque. Adjuncta multitudo ingens lembunculorum, ac tricenis qua-*

solitæ. At, ut jam sæpe monui, codex ille viri eruditi conjectiones potius, quam veterem scripturam refert. Ita tamen edidere Ryckius et Cl. Lallemand. Pessime emendabat Faërnus: *adjecta ingens lintrium vis, vehentium ad tricenos, quadragenosque seu armamenta liburnicis, soli haud indecore pro velis juvabant*. Hactenus nihil Lipsiana emendatione melius repertum. Tantum, ne quid veteris scripturæ pereat, mallem, *tricenis quadragenisque fere armamenta, &c.* Brotier. Bud. *tricenos quadrigenosque seu armente taliburnicis soli haud, &c.* in quo nil boni, nisi quod accusativos habeat ab initio. In seq. lineam totam omissam, clare patet. Particula *seu* in Flor. exprimitur per *set*, in aliis per *fere* vel *ferre*. Hinc Bipont. effingunt *ferentium* et locum ita concinnant, ut ego posui. Recepi autem ideo, quod proxime ad Flor. accedit, etsi non negem, Ryckianam lectionem e cod. Agr. commodum sensum dare, eamque admisit Lall. Porro pro *captæ lintres* Bip. reponunt *aptæ*, quod et

NOTÆ

[c] *Quæque simplici ordine agebantur*] Has Livius l. XXXVIII. 38. *Moneres* appellat Græco vocabulo. *Pichena.*

Quæque simplici ordine agebantur] Vocari possint illæ naves, vel *Moneres*, Græco vocabulo, vel *Uniremes*, Latino. *Triremes* tribus remorum ordinibus, *biremes* duobus, *moneres* uno, sen simplici ordine remorum impellebantur. Sed nomen *triremis* generale factum: scil. a specie ad genus translatum est, ut fit; et tribuitur omnibus istiusmodi navigiis, etiam si quinquaginta remorum ordines haberent.

[d] *Adjecta ingens lintrium vis*] Locum vitiatum et mutilum correxi ex Vaticano qui sic habet: *Armamenta Liburnicis solite et simul capte lintres sagulis versicoloribus haud indecore pro telis juvabantur*. Hegesippi verba commode attexam, et sic corrigam l. II. de Rheno: *Itaque jam non copolis*, (seu *campulis*) *Germanorum repletur, sed Romanorum Liburnis*: et cape exiguas illas *lintres*. Lipsius.

Adjecta ingens lintrium vis] Lintres sunt naves fluviales, quas a Germanis inventas legimus, qui Danubii sunt accolæ, et eas ex integris arboribus cavatas. *Lupanus.*

Hæc ubique corrupta. Florentini lectio est: *Adjecta ingens lintrium vis tricenos quadragenosque se et armamenta Liburnicis solita*. Pichena.

Addendo his verbis Flor. codicis vocem, *vehentium*, forte aliquis sensus elici possit: melior tamen sensus erit verborum, ut ea attexuit Lipsius. Sic videtur.

Adjecta ingens lintrium vis] Sic vertunt, quasi illæ lintres, quas hic armat Civilis, inservire solerent instruendis ornandisque triginta aut quaraginta Liburnicis Rom.

Alii tria hic distinguunt genera navium ex verbis Taciti, ut nunc ea habemus. Ita ut Civilis ornet primo *biremes* et *moneres*; secundo *lintres* plurimas, quibus addit ornatum triginta vel quadraginta Liburnicarum: dein tertio lintres ex hostibus captas, quæ versicoloribus sagis pro velis juvabantur.

Sed certe patet ex ipsis libris Mss. mutilum hunc locum esse. Et quid hoc? *adjecta ingens lintrium vis*, ac postea, *et simul captæ lintres*? Num posset legi propius ad Flor. *Adjecta ingens lintrium vis, tricenos quadragenosque ferentium, et armamenta Liburnicis solita*?

Ita ut quælibet navicula ferret ad

Digitized by Google

ferentium: armamenta Liburnicis solita: et simul aptæ lintres sagulis versicoloribus[e] haud indecore pro velis juvabantur.[2] Spatium velut æquoris electum,[3] quo[4] Mosæ fluminis os amnem Rhenum[5] Oceano affundit.[6] Causa instruendæ classis, super insitam genti vanitatem, ut eo terrore commeatus Gallia adventantes interciperent. Cerialis miraculo magis, quam metu,[f] direxit classem, numero imparem, usu remigum, gubernatorum arte, navium magni-

dragenisque armamenta addi *Liburnicis solita: et simul expugnatæ lintres*, quæ *non sine decora specie sagulis multicoloribus utebantur pro velis. Campus velut maris assumtus est, quo Rhenus, Mosæ amnis undas Oceano immittit. Causa ornandæ classis, præter innatam genti arrogantiam*, scil. *ut illo pavore annonam seu copias, quæ ex Gallia advehebantur, subriperent. Cerialis admiratione magis, quam formidine instruxit classem, numero inferiorem*, sed *experientia nautarum*,

mihi videtur aptius, ut Ann. II. 6. *Oberl.*—3 Sic bene Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. editiones veteres et recentiores. In Ms. Flor. *ejectum*. Ms. Bud. *ceptum;* unde Rhenanus edidit, *captum*. Brotier.—4 Ms. Bud. *ut*. Brotier. *ubi*. Gronov. et Ryckius *quo*.—5 Ita Mss. Vatic. 1863. Flor. Reg. editio princeps, Jac. Gronovius et recentiores. Mss. Harl. Bodl. et Puteolanus et Ryckius, *Mosæ fluminis amnem Rhenus*. Sic et Ms. Jes. Sed pro *Rhenus* habet *Rheno*.—6 Ms. Reg. et editio princeps, *effundit*.—7 In hæc verba de-

NOTÆ

tricenos homines: quas scil. scaphas ornaverat Civilis eodem paratu, seu iisdem armamentis, quibus Liburnicæ Rom. instructæ erant, quæ armamenta Germani, ut et lintres, abripuerant Romanis, et præcipue nocte illa, qua vallum Cerialis ingressi sunt, per silentium et insidias noctis.

Puto, *captæ* illæ *lintres*, sunt eædem ipsæ cum lintribus his, quarum *adjecta vis ingens*, vel saltem pars illarum. Quibus cum non sufficerent armamenta capta, eas ornavere sagis multicoloribus speciem simul et in usum.

Pro his verbis, *captæ lintres*, mallem, *simul compositæ lintres*, vel quid simile. Ita ut ordo ille navium ornatarum versicoloribus velis, speciem seu pompam haud indecoram exhiberet: quod magis voluit Civilis, quam navale prælium. Infra: 'Causa instruendæ classis, super insitam genti vanitatem, ut eo terrore, commeatus Gallia adventantes interciperent.'

Ubi nota *vanitatem*, scil. ex ingenio gentis, ut et tradit Cæsar, simul et ex pompa et specie classis sic adornatæ, quia novum illud et insolitum hisce gentibus; et quod *interpretatione gloriæ*, tum majus in famam et ostentationem apud Germanos, Batavos, et Gallos fuit, quam in usum, belli. Talia scil. in speciem sæpe magnifica, at re inania, si famam excipis.

[e] *Sagulis versicoloribus*] Sic olim Alexander, cum Indum navigaret, versicolori velo totius classis insignia variavit.

[f] *Miraculo magis, quam metu*] Magis quia Cerialis mirabatur Civilem hoc andere, quam quod timeret: nam revera Romanis hic peritissimis nihil periculi: et nondum Batavi in mari aut aquis, quales nunc miramur. *Lipsius.*

Digitized by Google

tudine potiorem.[7] His flumen secundum;[8] illi vento agebantur. Sic prævecti,[9 g] tentato levium[10] telorum jactu, dirimuntur. Civilis, nihil ultra ausus, trans Rhenum concessit. Cerialis, insulam Batavorum hostiliter populatus, agros villasque Civilis intactos,[h] nota arte Ducum, sinebat: cum interim, flexu[11] autumni[i] et crebris per hyemem[12] imbribus, superfusus amnis palustrem humilemque insulam in faciem stagni opplevit: nec classis[j] aut commeatus aderant: castraque in plano sita, vi fluminis differebantur.[13 k]

gubernatorum industria, et navigiorum amplitudine præstantiorem. Hi amne favente; illi secundo *vento impellebantur. Ita invecti, expertique vires non ultra telorum jactum, separantur. Civilis, nihil ultra tentavit, et trans Rhenum se recepit. Cerialis, insulam Batavorum hostilem in modum depræda tus, terras prædiaque Civilis illibata, usitato astu ducum, omittebat: cum interim, exitu autumni, et frequentibus* e cœlo lapsis *pluviis superstagnans fluvius, ad instar paludis inundavit insulam* suopte ingenio *humentem humilemque. Nec naves, aut copiæ suppetebant: munimentaque in planicie posita, vi undarum varie distrahebantur.*

sinunt Mss. Vatic. 1863. Reg. et editio princeps.—8 Sic bene Ms. Flor. Pichena et recentiores. Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *Is flumine secundo.* Suprascriptum in Ms. Vatic. 1958. *flumen secundum.* Brotier. —9 Ita bene Rhenanus et recentiores. Puteolanus, *provecti.* Idem.—10 Sic Ms. Flor. *levium* omisit Gronovius, Ryckius et Brotier.—11 Sic bene Rhenanus et recentiores. Puteolanus, *fluxu autumni.* Brotier.—12 Sic Ms. Flor. Ryckius, Gronov. et Brotier. *crebr. pluvialibus imbribus.*—13 Ita bene Ms. Bnd. Rhenanus et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. Guelf. et Puteolanus, *deferebantur.* Brotier.

NOTÆ

[g] *Sic prævecti*] An oppositi invicem pertransierunt Romani Germanique? an isti prætervecti sunt Romanos, ut facilius Civilis trans Rhenum se reciperet? Ita ut pertranseundo, se invicem telorum jactu appetierint, nihil ultra tentantes: ita ut mutuo in conspectu utraque classis pertransierit. Certe in vett. libris fuit *provecti*, et Rhenanus reposuit, *prævecti*, quia Tacitus transisse significat. Sed sufficit vox, *provecti*. Hi quippe *provecti* secundo flumine, alii vento favente, et sic *dirimuntur*. Nec satis video pertransiisse, quod forte non sine prælio factum esset; Civilis *trans Rhenum concessit*, Cerialis Bataviam depopulatus est.

[h] *Agros...intactos*] Prædia Civilis intacta reliquit, *nota arte ducum*; nempe, ut eum Batavis suis suspectum redderet, forte et respectu. Principes enim sese invicem salutant, dum milites se occidunt: forte ne illum omni spe pacis, aut veniæ deturbaret; quippe jam Cerialis reconciliare imperio hos populos conabatur, spe, minis, promissis, omni modo patrati tanti belli gloriam quærens, forte et triumphi insignia, aut certe imperia extraordinaria.

[i] *Cum interim, flexu autumni*] *Flexus autumni* est, cum autumnus vergere incipit et inclinari: sic 'flexum ætatis' vocat Cicero. *Rhenanus.*

[j] *Nec classis*] Haud dubie classis

Digitized by Google

24. ' Potuisse tunc opprimi legiones, et voluisse Germanos, sed dolo a se flexos,' imputavit Civilis.[1] Neque abhorret vero, quando paucis post diebus deditio insecuta est. Nam Cerialis per occultos nuntios ' Batavis pacem, Civili veniam,' ostentans, Veledam, propinquosque monebat, ' fortunam belli, tot cladibus adversam, opportuno erga Populum Romanum merito mutare. Cæsos Treveros, receptos Ubios, ereptam Batavis patriam: neque aliud Civilis amicitia paratum,[1] quam vulnera, fugas, luctus: exulem eum et extorrem recipientibus oneri: et satis pecca-

Potuisse tunc legiones profligari, et cupiisse Germanos, sed astu eos se mitigasse, *pro merito accipi voluit Civilis. Neque a veritate alienum est, quandoquidem paucis interjectis diebus deditio facta est. Quippe Cerialis missis secretis nuntiis, offerens* pacem Batavis, Civili salutem, *Veledæ proximisque suadebat*, ut fortunam belli, tot cladibus improsperam, verterent tempestivo in populum Rom. beneficio. Victos Treveros, reciperatos Agrippinenses, ademtam Batavis regionem: et nihil aliud societate Civilis profectum, quam plagas, exilia, et funera: expulsum eum et ejectum patria, protegentibus tædio *esse:*

1 Sic bene Cl. Ernestus e Ms. Guelf. In Ms. Harl. et veteribus editioni-

NOTÆ

Rom. obviam iverat copiis, seu commeatibus, qui ex Gallia adventabant; ne scil. eos Germani classe instructi interciperent. Et erat consiliis subitus Cerialis, nec satis provisum commeatibus, aut pluviis, quæ sæpe immodicæ, præproperæ, et sæpe flexu autumni ingruunt; ac præsertim illo cœlo ac solo humili humentique suopte ingenio.

Nec classis aut commeatus aderant] Si Cerialis classem contra Civilem direxerat, quomodo nunc ait, classem eum non habere? An hic appellatione classis intelligit tantum naves onerarias, quæ commeatum portare solebant; ipsum vero non nisi fluviatiles naves habuisse, prælio aptas?

Verisimilius est, Cerialem, post navalis prælli apparatum, cum exercitum ad terrestres populationes circumducere vellet, classem dimisisse: nihil de imbribus aut inundatione fluminis cogitantem. *Pichena.*

[k] *Vi fluminis differebantur*] Sic regius codex; hoc est, in diversas partes ferebantur: utitur hoc verbo Annal. III. ' Nam quo pertinuit nudare corpus, et contrectandum vulgi oculis permittere, differriqne etiam per externos?'

Rursum lib. IV. ' Differtur per manipulos, Tacfarinatem omnes notum tot prælliis consectentur.' *Rhenanus.* Id est, vexabantur, exagitabantur, hucque et illuc varie impellebantur.

[l] *Imputavit Civilis*] Simile quid legas apud Suet. Tib. 19. ' Tiberius Batonem Pannonium ducem, ingentibus donatum præmiis, Ravennam transtulit; gratiam referens, quod se quondam cum exercitu, iniquitate loci circumclusum, passus esset evadere.'

Digitized by Google

visse, quod totiens Rhenum transcenderint:[2] si[3] quid ultra moliantur, inde injuriam et culpam, hinc ultionem et Deos fore.'

25. Miscebantur minis promissa. Et, concussa Transrhenanorum fide, inter Batavos quoque sermones orti: 'non prorogandam ultra ruinam: nec posse ab una natione totius orbis servitium depelli. Quid perfectum[1] cæde et incendiis legionum, nisi ut plures validioresque accirentur? Si Vespasiano bellum navaverint,[a m] Vespasianum rerum potiri; sin Populum Romanum armis provocent,[3] quotam partem generis humani[n] Batavos esse? respicerent Rhætos Noricosque et[4] ceterorum onera sociorum: sibi non tributa, sed virtutem[5] et viros[o] indici: proximum id libertati; et, si do-

et satis deliquisse, quod toties flumen transmiserint: si quid præterea aggrediantur, inde offensionem et scelus, hinc vindictam fore et Numina.

Minis adjungebantur promissa. Et, emota constantia Germanorum, apud Batavos etiam cæpta colloquia: Non propellendam ultra perniciem: nec posse ab una gente omnium populorum servitutem deturbari. Quid peractum internecione Romanorum et crematis castris legionum, nisi ut plures fortioresque accerserentur? Si pro Vespasiano bellum moverint, Vespasianum imperium obtinere; quod si populum Rom. armis lacessant, quotam partem orbis terrarum Batavos esse? Spectarent Rhætos et Noricos, et aliorum sociorum tributa: ipsis non vectigalia, sed arma virosque imperari: simile id libertati;

bus, *peractum;* [et sic Ryckius et Gronov.] *Brotier.*—2 Ms. Jes. *transcenderit.* —3 Ms. Harl. *sed quid.* Ms. Jes. *sed quia.*

1 Mss. Harl. Bodl. Jes. *quid profectum.*—2 Ms. Bodl. secunda manu, *navaverunt.*—3 Ms. Budens. *vocent.*—4 Jactat Rhenanus se inseruisse particulam, *et.* Verum illam jam habebat Puteolanus. *Brotier.*—5 Sic bene Ms. Flor. Lipsius et recentiores. Mss. Harl. Bodl. Jes. et Puteolanus, *virtutes.* Frus-

NOTÆ

[m] *Si Vespasiano bellum navaverint*] Si pro partibus Vespasiani sumserint arma, si eam illi operam militiamque navarint.

[n] *Quotam partem generis humani*] Quasi vero omne genus mortalium inserviret imperio Rom. et tamen quotula pars orbis immensum illud imperium? quid reliquus Septemtrio? quid Parthi? aut Indi? quid Africa universa? quid ceterum genus hominum? quod mente et spe præsumserant illi, nondum cognoscebant?

[o] *Sed virtutem et viros*] Sic lib. de Mor. Germ. 'Exemti oneribus et collationibus, et tantum in usum præliorum sepositi; velut tela atque arma, bellis reservantur.'

Virtutem et viros] Intelligit homines strenuos, ad arma et virtutem bellicam genitos; nec tale tributum exprimi nobilius potuit. Ab aliis sociis pecuniam et opes exigunt, a Batavis *virtutem et viros.*

Digitized by Google

minorum electio sit, honestius Principes Romanorum, quam Germanorum fœminas tolerari.'[p] Hæc vulgus. Proceres: 'atrociore Civilis rabie semet in arma trusos:[6] illum domesticis malis excidium gentis opposuisse: tunc infensos Batavis Deos, cum obsiderentur legiones, interficerentur Legati, bellum uni necessarium, ferale ipsis sumeretur. Ventum ad extrema, ni resipiscere[7] incipiant, et noxii capitis pœna pœnitentiam fateantur.'

26. Non fefellit Civilem ea inclinatio, et prævenire statuit: super tædium malorum, etiam spe vitæ, quæ plerumque magnos animos infringit. Petito colloquio, scinditur Nabaliæ[1] fluminis pons;[q] in cujus abrupta progressi[r] Du-

et, si principes assumendi arbitrium concedatur, majus decus ferendi Imperatores Romanorum, quam mulieres Germanorum. *Hæc populus: Primores:* truculentiore ira Civilis ipsos in bellum tractos: illum nationis exitium domesticis cladibus objecisse: tum infesta *fuisse* Batavis Numina, cum legiones oppugnarentur, occiderentur duces, et bellum capesseretur uni utile, exitiale ipsis. Venisse se in novissimum discrimen, nisi pœnitere incipiant, et noxii hominis supplicio pœnitentiam approbent.

Non latuit Civilem ea popularium *voluntas, et prævertere decrevit: præter anxietatem ærumnarum, etiam spe veniæ, quæ sæpe* et *audaces animos convellit. Postulato congressu, abrumpitur pons amnis Nabaliæ; in cujus abscissa venere*

tra tentabat Rhenanus, *jurentutem.* Brotier.—6 Hic explicit Ms. Jes. *Idem.* —7 Male Ms. Bodl. *respicere.* Brotier.

1 Frustra tentabat Lipsius, *Vahalis fluminis.* In Ms. Bud. *Flabalie.* Bro-

NOTÆ

p *Honestius principes Romanorum, quam Germanorum fœminas tolerari*] Veledam denotat, de qua Hist. lib. IV. 61. *Pichena.*

Germanorum fœminas] Intelligit virgines illas fatidicas, quæ sanctitate seu superstitione, his in regionibus late pollebant; seque bellis et rebus publicis inserebant, per oracula ac responsa quædam, quæ propinqui earum consulentibus referebant, velut ex Numinibus.

Tres sunt hujusmodi Virgines in historia notæ, *Aurinia, Veleda,* et *Gauna,* quæ, teste Dione, et ipsa Romam venit tempore Domitiani. Certe ipsæ Sibyllas Græcorum, et Druidas Gallorum, auctoritate longe superarunt, nec eodem tres istæ tempore floruerunt, licet fere sibi succederent.

Dubito, num duraverint usque ad Diocletianum; sed in iisdem locis Germana mulier, seu Druias quædam fatidica, ei prædixit imperium, cum aprum confodisset. Sed frustra consectabatur ille apros in sylvis: nam, occiso viro, qui vocabatur Aper, tandem rerum potitus est Diocletianus.

q *Scinditur Nabaliæ fluminis pons*] Alii de *Vahali,* alii de *Nava* fluvio intelligunt.

Scinditur .... pons] Sic et apud

Digitized by Google

ces: et[2] Civilis ita cœpit: 'Si apud Vitellii Legatum defenderer; neque facto meo venia, neque dictis fides, debebatur. Cuncta inter nos inimica, hostilia, ab illo cœpta,[s] a me aucta erant. Erga Vespasianum vetus mihi observantia: et, cum privatus esset,[t] amici vocabamur. Hoc Primo Antonio notum, cujus epistolis ad bellum accitus sum, ne[3] Germanicæ legiones, et Gallica juventus[u] Alpes transcen-

duces: et Civilis ita disseruit: Si crimen diluerem apud legatum Vitellii; neque facinori meo gratia, neque verbis fides, adhiberi deberet. Omnia invicem infensa, et inimica, *quæ* ab illo inchoata, a me longius impulsa erant. At erga Vespasianum prisca mihi reverentia: et, cum privatus ageret, amici appellabamur. Id Primo Antonio compertum *est*, cujus literis ad arma excitus sum, ne legiones Germanicæ, et Gallica auxilia transmitterent Alpes. Quæ

tier.—2 Ita Ms. Flor. Pichena et recentiores. *Et* abest a Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. Omiserat quoque Puteolanus.—3 Ms. Harl. *ut Germanicæ.*—

NOTÆ

Euphratem Corbulo interscidit pontem, cum legatis Parthorum colloquturus, Dione teste.

Nabaliæ] Navalia, antea Sala, fluvius, Bructerorum majorum, Usipetum, Marsacorum, et Tubantum populorum, in Germania magna, exonerat se in Flevonem lacum: hodie *Issel* vel *Yssel*, labitur per ducatum Cliviæ, comitatum Zutpbaniæ, ducatum, Gueldriæ et dominium Trans-Isalæ vel *Over-Issel*, atque in sinum *Zuyder-zee* erumpit. *Tillemonius.*

[r] *In cujus abrupta progressi*] Sicque ad vitandas insidias, quilibet ex sua parte stabat in illis abruptis pontis partibus. Sic sine periculo invicem congressuri, fornicem nnam seu cameram destruebant; et quisque aderat stipatus, certo numero comitum; et vox commeabat facile ad modicum hoc spatium scissi pontis.

[s] *Ab illo cœpta*] Intelligit Vitellium, non legatum Vitellii. Non video tamen ullam contumeliam ipsi illatam a Vitellio, sed tantum a milite Vitelliano: sed id ad prætextum belli sufficiebat. Inceperat odium Civilis in Romanos jam tempore Neronis. Nec abs re a Vitellii odio transit ad observantiam in Vespasianum.

[t] *Et cum privatus esset*] De hoc loco sensit Sidonius in epistolis: 'Caius Tacitus, e majoribus unus tuis, sub verbis cujusdam Germanici ducis in historia sua retulit: cum Vespasiano mihi vetus amicitia, et dum privatus esset, amici vocabamur.' *Lipsius.*

Cum privatus esset, amici vocabamur] Quam id tui genii, Tacite! quam vere! Ante fortunam socius, amicus, omnia; post fortunam nihil. Magna fortuna statim obliterat mentem, memoriam, amicitiam ceteraque hominis. Hinc stultissimus ille Sycoson Samius, qui Darium regem adiit, postquam rex ex privato factus esset, dicens: Δαρείου ἐνεργέτης εἶναι· scil. quod ei olim amiculum suum dedisset.

[u] *Gallica juventus*] Id est, exercitus, seu auxilia Galliarum.

Digitized by Google

deret.[4] Quæ Antonius epistolis,[5] Hordeonius[6] Flaccus præsens monebat,[7] arma in Germania movi, quæ Mucianus in Syria, Aponius in Mœsia, Flavianus[8] in Pannonia.'

Antonius literis, Hordeonius Flaccus præsens persuadebat, bellum in Germania concitavi, quod Mucianus in Syria, Aponius in Mœsia, Flavianus in Pannonia.

4 In Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. et veteribus editionibus ante Lipsium, *transcenderent*.—5 Ita Ms. Flor. Pichena et recentiores. In Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. et veteribus editionibus, *Antonius absens* omissis *epistolis*.—6 Ita Pichena et recentiores. A Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. et editionibus veteribus abest, *Hordeonius;* quod et omisit Homerus.—7 Ita bene Mss. et veteres recentioresque editiones. Male Rhenanus, *movebat*. Brotier.—8 Sic bene Ms. Flor. Pichena et recentiores. In Mss. Vatic. 1958. Harl. Bodl. et veteribus editionibus, *Fabianus in Pannonia*. Idem.

Digitized by Google